# CONSILIORVM, SIVE RESPONSORVM

## D. HIPPOLYTI RIMINALDI FERRARIENSIS IVRISCONSVLTI PRÆSTANTISSIMI,

## LIBER SECVNDVS,

Nunc primum in lucem editus.

*Vbi adeò perſpicuè atq; eruditè diſputata, ac explicata proponuntur omnia, vt Iureconſultis omnibus, præſertim in vtroq; foro verſantibus, & vtriſq; tũ cauſarũ patronis, tũ clientibus nunquàm non maximo ſint vſui futura ac pernecesſaria.*

Argumentis, ſummarijsque vnicuique Reſponſo præmiſsis, cum rerum omnium notabiliorum Indice locupletiſsimo.

Cum priuilegijs Summi Pontificis, Inuictiſsimi Cæſaris, Regis Catholici, ac Senatus Veneti.

VIRTVTI SIC CEDIT INVIDIA.



Venetijs, ex Officina Damiani Zenari, M. D. LXXVI.




*Del Signor Battista Gui rino.*

*O ſacro à la virtute Idolo eterno*
*Ch'oracol ſei delle piu ſaggie menti:*
*E voi non di Sibilla eſpoſte a i venti*
*Dotte carte, che'l tempo hauete a ſcherno.*
*S'io ben contempio il valor voſtro interno*
*Rinouellar ciò, ch'à l'antiche genti*
*Moſtrò Roma, & Atene, e i lor gia ſpenti*
*E Pompili, e Soloni in voi diſcerno.*
*Chiari volumi, e pretioſi; doue*
*Tante vittorie ſon, quanti ſon ſcritti:*
*Cinta di palme in voi la Gloria regna.*
*E l'alma Aſtrea, che di ſua man v'ha ſcritti*
*Sta in voi quaſi in ſuo tempio; e non altroue*
*Senno, Giuſtitia, e Veritate inſegna:*



# GREGORIO XIII.

## PONTIFICI MAXIMO ET OPTIMO,

### Hippolytus Riminaldus Iurisconsultus S. P. D.

CVM memoria repeto (Beatissime Pater) id temporis, quo me Romæ in Monte Caballo genibus flexum ante sanctissimos pedes tuos manentem tot placidissimis verbis,& immensis laudibus prosecutus fuisti, sic animus meus exultat, & in amęnissimo delitiarum campo vagatur, vt nihil humanæ fœlicitati meæ deesse sentiam, præter hoc vnum non parum me pręmens, quòd me satis imparem cognouerim, qui tot beneficijs affectus, pro eorum magnitudine me euidenti aliquo indicio benignitatis tuæ memorem ostendere nequeam. Ne tamen ingrati sim prorsus animi, tantaque labe notatus moriar, secundum librum Responsorum meorum typis excussum Sacrosancto nomini tuo, atque auctoritati maximæ dedicare constitui, signum propensæ erga te voluntatis non prorsus ineptum, cùm potissimum lucubrationes istæ laborum meorum fructus tibi plurimum conueniant. Qui dum Bononiæ iam pluribus annis transactis publicè profitereris legalem hanc scientiam, ea doctrina, grauitate, maiestate, dignitateque mihi, cęterisque legum studiosis auditoribus difficilia quæque enodabas, vt veteres illos Iuris interpretes vel ęquares, vel vinceres, nosque tuæ virtutis admiratores ad te venisse videremur, & inde cœleste quoddam beneficium consecuturi. Accesit & cœleste munus immensæ liberalitatis tuæ, quæ fuit longè excelsior atque speciosior illa Populi Romani, qui Asiam bello captam Attalo Regi muneris loco possidendam tribuit, & altera T. Quintij Flaminij, qui tubæ signo silentio facto per Pręconem hæc verba recitari iussit. S. P. Q. R. & T. Quintius Flaminius Imperator omnes Græciæ Vrbes, quæ sub ditione Philippi

 Regis

Regis fuerunt, liberas atque immunes esse iubet. Quandoquidem licet ea dona fuerint planè maxima, præclarissimisque donatoribus illis digna. Tu (Sanctissime Pater) loco huiusmodi bonorum, quæ caduca sunt, & parum stabilia, dona Diuina, ac perpetuò nobiscum permansura, videlicet omnes Romæ Stationes intus, forisque Fraternitati diui Ioannis Baptistæ Ferrariensi, mihique eius Rectori benignissimè concessisti. Tot igitur rationibus hoc Opus qualecunque meum tibi iure debitum, vt excipias serena fronte, tuique nominis auctoritate defendas, etiam atque etiam rogo. Quod si, quæ tua semper fuit erga studiosos humanitas & clementia, benignè feceris, mihi sanè dabis aditum ad longè maiora subeunda; quibus animo tuo, quatenus vires meæ suppetent, satisfacere possim. Interim te Deus Opti. Maxi. incolumem ad Nestoreos annos seruet, ne puppis nostræ clauus fælicissimè rectus è sanctissimis manibus tuis exeat, sed in tranquillissimo portu conquiescat.

# EIVSDEM
## CARMINA

*QVam cuperem nostras opus hoc transcendere vires,*
*Atque auctore suo maius conscendere summa*
*Culmina virtutis positæ prope limina cœli,*
*Non vt Spartani cedat mihi fama Lycurgi,*
*Et nec ad occasum Solis spargantur ab ortu*
*Nomina nostra, vel vt totum ducantur in orbem,*
*Sunt maiora quibus versat me tanta cupido*
*Scilicet hæc Responsa tui sub numinis aura*
*Edita, vt inscripto videantur digna foueri*
*Nomine Pontificis, teq; vno tuta vagentur*
*Auspice, & excipiant gentes, excepta colantq;*
*Consilia in dubijs discantq; hinc sumere rebus*
*Quæ nodos omnes ceu sint Oracula soluant.*
*Me debere tibi, Pater alme, hæc omnia noui,*
*Namq; meum sine te ingenium, viresq; pusillæ*
*Torpent, ne quicquam valeant inuadere magnum.*
*Hæc si contigerint, quis me fœlicior alter?*
*Tunc gemmas post terga sinam, tunc aurea vulgo*
*Grata magis renuam, tunc Sidera vertice tangam.*
*Interea Superos precibus, votisque rogabo,*
*Longa tibi vt vigeat cœlo concessa potestas,*
*Et reserare suas grandes, & claudere valuas,*
*Instruere ac sanctis subiectas legibus vrbes.*
*Vt quoque tot gentes, quarum est auersa voluntas*
*Afflatæ meliore Dei iam numine, iámque*
*Exosæ errores cæcos, mentemq; nefandam*
*Munere te Diuum sub nostro hoc orbe gerentem*
*Augustam Maiestatem, Sceptrúmque Tonantis*
*Nobiscum vnanimes toto venerentur in orbe,*
*Auguror optata euenient hæc omnia, namque*
*Non aliàs tetigere meum tot gaudia pectus.*

# IO. PAVLVS PORTIVS IVRIS VTRIVSQVE DOCTOR

## FERRARIENSIS LECTORI.

LAVDANDI vno ore mihi videntur, qui cum se hominum causa esse natos arbitrentur, omni studio, omni opera, omni diligentia vtuntur, vt humano generi aliqua ex parte opitulentur. Quocirca Excellentissimus Iurisconsultus D. Hippolytus Riminaldus omni laudum genere dignissimus est; qui non contentus prodesse aduocationis munere, quo sæpissimè laborantium spem, vitam, & posteros defendit, publicisque lectionibus, ex quibus iuris studiosi vberrimos fructus percipiunt, & sententiis maxima animi integritate prolatis, enixè laborat in edendis libris, quibus iuris vtriusque studiosos, & maximè posteros iuuet. Hinc superioribus annis in primis nonnulla ad ius nostrum cōmentaria doctissimè & subtilissimè scripta emisit, ex quibus quantum sibi laudis comparauerit, testantur ex doctis plures, maximè verò eloquentissimus Arius Pinellus Lusitanus recentiorum Iurisconsultorum nulli secundus, qui in suis ad l. primam par. 3. sub nu. 57. C. de bon. mater. elegantissimis commentariis Riminaldum hunc nostrum doctissimum, & diligentissimum appellat; Iacobus & ipse Menochius Clarissimus Iurisconsultus in suo vtili, & eleganti tractatu de retin. poss. rem. 4. nu. 563. ipsum eruditissimum vocat: necnon Plotus Iunior, Eques, & Comes Nobilissimus ad consi. 59. Martini Laudensis nume. 9. cum celeberrimum iurisconsultum, virum nunquam satis laudatum, Ferrariæ sydus fulgentissimum nuncupat; deinde suorum responsorum, quorum summam copiam domi habet, vt admirabile suum erga homines studium magis, atque magis indicaret, nec laboribus, nec sibi ipsi parcens anno ab hinc secundo primum librum edidit; quem cum iuris studiosis ob veri indagationem maximam doctrinam, ac argumentorum copiam summopere placuisse cognouerit, nondum exacto anno hunc secundum librum, quem præ manibus habes, imprimendum dedit; cuius libri responsa sicut prioris tanto acumine, ordine, iudicio confecta sunt, vt quæcunque alia recentiorum Iurisconsultorum aut superauerint, aut certè æquauerint; De quorum laudibus si aliquid quis detrahere ausus fuerit, necesse erit, vt id vel infirmitati, uel inuidiæ assignetur; Idem namque de Riminaldo nostro, quod de Apolline Pythio, iure prædicari potest, cum esse, ex quo nedum ciues sui omnes, sed externi populi, & Principes responsa petant; quos ipse suis consiliis ex incertis certos, votique compotes dimittere potest. Alacri itaque animo (candide lector) suscipe, quod tibi eruditissimus, clarissimusque Riminaldus Iunior læta, hilariique fronte offert; ipse enim tibi polliceor, te his responsis absque uariorum tùm auctorum, tùm Doctorum innumerabilium reuolutione cartarum in decidendis ferè omnibus casibus vsurum. Restat te auctori bene merenti diutinam, Incolumemque vitam precari, vt quod adhuc tui, cæterorumque studiosorum utilitatem molitur, re ipsa præstare possit. Vale.

Illustris Comitis, & eximij Iur. consulti D. Georgij Triuulcij Senatoris Regij Mediolani Carmina Virgiliana in Clarissimi Iurisconsulti D. Hippolyti Riminaldi Ferrariensis laudes.

## TITVLVS PRIMVS.

Principes, doctos, nobilesque viros, ac Iurisconsultos, Riminaldi Viri Excellentissimi scripta, & consilia admirari debere.

*Nunc si cui virtus animusq; in pectore præsens*
*Seu populum antiqua sub religione tueri*
*Cura sit, ac patrios cultusq; habitusq; locorum,*
*Seu responsa potest consultus reddere vates,*
*Et patribus dat iura, viamq; affectat Olympo,*
*Siue etiam eximiæ laudis perculsus amore,*
*Missus in imperium magnum, gentemq; togatam,*
*(Haud equidem sine mente reor, sine numine diuum,)*
*Instituit, moresq; viris & mœnia ponit*
*Aduenias vultus neue exhorrescat amicos.*
*Ille lucet sacra redimitus tempora lauro,*
*Egregiusq; animi, fortunatusq; laborum,*
*Ille nouum terræ stupeat lucescere solem*
*Multa putans, ille admirans venerabile donum*
*Hæc responsa interq; manus, ac brachia verset,*
*Quæ tandem interpres diuum Ioue missus ab ipso*
*Ipse sinu præ se portans mortalibus ægris*
*Digerit in numerum multo spectata labore*
*A specie qui coeant populi, quæ plurima turba*
*Vndiq; visendi studio, qui spiritus illi*
*Quis strepitus circa comitum, quantum instar in ipso est*

## TITVLVS SECVNDVS.

Laudatur eruditissimus Riminaldus.

*Nec vir, hic haud nulli veterum virtute secundus,*
*Ipse sibi [illegible] fontes,*
*Altius, ac penitus veterum monimenta virorum*
*Sublatis aperire dolis, ac certa referre*
*In dubijs responsa, nouasq; incidere lites*
*Ipse tibi fructusq; feros mollire colendo*
*Dexter in aduersum nitens, & plena secundum*
*Flumina pinguis vbi, & viridissima gramine ripa*
*Fronde virere noua, haud aliena ad pabula fucus;*
*Totus at ille suo viridi se gramine vestit,*
*Et varios ponit fœtus: non carmine ficto*
*Atque per ambages exorta haud longa moratus*
*Sed tradit gemmas, pallentes ruminat herbas*
*Dulcia mella legens, nidisq; loquacibus escas,*

Hortatur vt eundem sequantur.

*Quod si tantus amor menti, si tanta cupido est*
*Legiferæ Cereris sortes, arcanaq; fata*
*Sacra Deûm, & causas penitus tentare latentes,*
*Ac patrios cultus, ac pacis dicere leges;*
*Si te digna manet tantarum gloria rerum*
*Consilijs pare, quæ nunc pulcherrimè vates*
*Attulit, & torrentis aqua vel turbinis atri*
*More furens positas eiicit gurgite moles,*

*Hic pinguem, & placitam paci nutritor oliuam,*
*Fallacis sylua perplexum iter omne reuoluit.*

Laudatur vita Iuriscon. & primò Magistratuū.

*Fœlix heu nimium fœlix, qui fœdere certo,*
*Indicitq; forum, & patribus dat iura vocatis*
*Diues opum, diues pietatis, vestis & auri.*
*Ipse sedens niueo candentis limine phœbi*
*Dona recognoscit, ritus, & crimina discit,*
*Castigatq;, auditq; dolos, fruiturq; deorum*
*Colloquio tonsa folijs euinctus oliua.*
*Scinditur incertum studia in contraria vulgus*
*Iamq; faces, & saxa volant, vim suscitat ira,*
*Ille regit dictis, vinclisq; & carcere frenat,*
*Fata canens, mollitq; animos, & temperat iras.*

Laudantur consulentes.

*Sæpe etiam lapsis quæsitum oracula rebus*
*Siue errore via, seu tempestatibus acti*
*Venimus. Ille sua contra non immemor artis*
*Aera per vacuum ferri sublime videtur*
*Candidior Cycnis oculos fert omnia circum,*
*Omnia peruolitat latè noua pectore versat*
*Consilia, atque animum nunc huc nunc diuidit illuc,*
*Nunc hos, nunc illos aditus, omnemq; pererrat*
*Arte locum, qua prima viam victoria pandit.*
*Tandem progreditur, puraq; in veste sacerdos*
*Affaturq; Deos, meritosq; inducit honores,*
*Haud mora, continuo perfectis ordine votis,*
*Incipit ante aras, media inter numina diuùm,*
*Pandere res alta terra, & caligine mersas*
*( Nec mortale sonans ) & sancta oracula diuùm.*
*Insanumq; forum, & sacrata resoluere iura*
*Et quo quemq; modo fugiasq; ferasq; laborem,*

Deos, insignesque viros hanc uitam secutos, inde præmia reportasse.

*Aureus hanc prima crescentis origine mundi,*
*Arma Iouis fugiens vitam Saturnus agebat*
*Dum fortuna fuit, dum regnis exul ademptis,*
*Iam Senior longa populos in pace regebat,*
*Sic fratrem Pollux alterna morte redemit*
*Magnanimi Hæroes nati melioribus annis,*
*Quique ij vates, & Phœbo digna locuti*
*Iura dabant, legesq; viris, regnumq; regebant,*
*Consilijs iuuenum primi, pauperq; Senatus,*
*Velati lino, & verbena tempora vincti*
*Consilium summis regni de rebus habebant.*

Præmia terrestria & cœlestia sunt immortalitas animorum.

*Quæ vobis, quæ digna viri pro talibus ausis*
*Munera, principio Eripodes, viridesq; coronæ*
*Et salsæ fruges, & circum tempora vittæ*
*Quin, & supremo cum lumine vita reliquit*
*Nuncia fama, altum supra volat ardua nubem,*
*Scilicet æternumq; tenet per secula nomen,*
*Verum quod multo tute ipse fatebere maius.*
*Illustres animas ferri, & succedere cœlo.*

*Quæ*

*Qua locus Erigonem inter chelásq; patescit.*
*In campis latis cæli in regione serena*
*Ne dubita, nam vera cano.*
*Tum leuis, ac per aperta volans, ceu liber habenis*
*Spiritus insuetum miratur limen Olympi,*
*Idæumq; Iouem, rerum cui summa potestas*
*Sub pedibusq; videt tacito labentia cælo*
*Sydera, & errante Lunam, Solisq; labores,*

## Immortalitas Riminaldi.

*Haud aliter veterum non immemor iste parentum*
*Iam magis, atq; magis famæ venientis amore*
*Hæc responsa canit diuino ex ore Sacerdos;*
*Vnde homines, quamuis angusti terminus æui*
*Mandet humo solita, breue, & inseparabile tempus,*
*Ille quidem ad superos, fluctuq;, æstuq; secundo*
*Et plausu fremituq; virum, studijsq; fauentum*
*Succedet fama, viuusq; per ora feretur.*

## Gratias agendas Riminaldo

*Quare agite ô iuuenes tantarum in munere laudum*
*Cingite fronde comas, & tot responsa secuti*
*Aurea, quæ vates sic ore effatus amico est,*
*(Credo equidem, nec vana fides) responsa Sybillæ,*
*Nunc pateras libate, & spes addiscite vestras,*
*Communemq; vocate Deum, & gaudete magistri*
*Laudibus, & iam nunc sociorum assuescite mensis.*

## Alloquitur Riminaldum, Victimam eidem promittens.

*Fortunate senex, ergo te maximus orbis,*
*Dum consulta petens spirantia consulit exta*
*Magna tibi ante aras nostra cadet hostia dextra,*
*Omnis quam chorus, & socij comitentur ouantes,*
*Dum faciles animi iuuenum, dum mollior ætas,*
*Inter odoratum Lauri nemus, vnde superne*
*Flauiorum Rex Eridanus procedit in æquor*
*Turbidus, atq; alte spumis exuberat amnis.*

## Laudantur scripta Riminaldi, ceu iucunda.

*Nulla hic insidia, non fandi fictor Vlysses,*
*Nec variæ illudent species, atq; ora ferarum,*
*Non curuo anfractu valles accommoda standi*
*Scrupea, tuta lacu nigro, nemorumq; tenebris.*
*Non rabidæ Tygres, aut fraus inexa clienti,*
*Nec foribus laxos suspendit aranea casses,*
*Largior hic aer campos, & lumine vestit*
*Purpureo hic habita Graijs oracula quercus.*
*Et secura quies, varios hic flumina circum*
*Infundit humus flores, Zephirisq; tepentibus auris*
*Laxant arua sinus, & nescia fallere vita*
*Purior electro, fugiens per gramina riuus*
*Labitur, irriguumq; bibunt violaria fontem*
*Aestibus, ac medijs hic inter flumina nota,*
*Et fontes sacros frigus captabis opacum.*

## Eadem ſcripta, vt vtilia laudantur.

*Si nulla accendit tantarum gloria rerum,*
*Sed furor ardentem penitus defoſſa talenta*
*Suadet, & argenti riuos, ærisq; metalla*
*Quærere, & inſano iuuat indulgere labori,*
*Ingredere; & noſtris ſuccede penatibus hoſpes;*
*Nec te pœniteat, non vllo ex æquore cernes*
*Plura domum tardis decedere plauſtra iuuencis*
*Hæ nobis propria ſedes, & amœna vireta*
*In quaſcunque voces artes, haud tarda ſequentur.*
*Ecce frequens herbis, & fertilis vbere campus*
*Diues opum variarum, hinc largi copia lactis,*
*Bis grauidæ pecudes, atque auro turbidus hamus*
*Humectat flauentia culta, boumq; labores*
*Lætus ager, læta turgent in palmite gemmæ.*
*Hic amor, hinc laudem fortes ſperate coloni.*

## Alloquitur Muſas.

*Quis Deus ò Muſæ, nobis hæc otia fecit?*
*Namque erit ille mihi ſemper Deus, ille magiſter.*
*Illi victor ego, & tyrio conſpectus in oſtro*
*Ante aras meriti tanti non immemor unquam*
*Dulcibus in ſtagnis, piſcoſoq; amne paduſæ*
*Conſtituam velatum auro, vittisq; iuuencum.*

## Salutatur Excellentisſimus Riminaldus.

*Salue RIMINALDE, tuis hic omnia plena*
*Vocibus, ipſe tibi iam brachia contrahit ardens*
*Scorpius, atq; hominum queritur curare triumphos;*
*Dum raſtros patietur humus, dum vinea falcem,*
*Et ros in tenera pecori gratiſſimus herba,*
*Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebunt,*
*Vis vt nulla virum, non ipſi excindere poſſint*
*Brontesq;, ſteropesq;, & nudus membra Pyrachmon.*

# FRANCISCI GRASSETTI
## I. V. D. MVTINENSIS,
### de insigni Iureconsulto Domino Hippolyto Riminaldo, ac præceptore suo colendissimo, Dialogus.

Lector & Liber.

Lec. DIC age care Liber, quidnam tua pagina tractet.
Lib. Qua lites vincat, consulit arte Cliens.
Insuper hic adeo iura exponuntur, vt vllus
Non sit, qui leges explicet vtilius.
Non cadet à causa, nec gressũ à tramite flectet.
Iustitiæ, hoc cultum quisquis habebit opus.
Lec. Talia qui scripsit, doctrina magnus oportet.
Vt sit, sed dicas, quis locus hunc genuit?
Lib. Clara virum tulit insignem Ferraria, quæ sit
Vrbs licet innumeris rebus opima bonis,
Et quamuis fœlix numero sit habenda virorum.
Quandoquidem ciues, vix capit illa suos.
Post tamen Estenses Heroas, clarius in se
Non habet hoc quicquam, nobiliusque viro.
Ingenium cuius tale est, vt gloria legum
Si cadat, hic vnus tollere iura queat.
Lec. Quod gentis nomen? Lib. Gens hæc Riminalda vocatur,
Lec. Ipsius at quod nam? Lib. Dicitur Hippolytus.
Lec. Sufficit hoc nomen te dicere, cętera namque
Qui nescit, mentem non habet, aut oculos.

### Cæsaris Dulcij Serenissimi Ducis Ferrariæ à Sacris, de consilijs Excellentissimi I. C. Hippolyti Riminaldi, Ad Lectorem.

*Papè per Superos potes videre,*
*Stilo candidiore dulciorem,*
*Hoc auctore? vel hocce veriorem?*
*Qui scit, quiq; cupit bonus docere?*
*Et volumina differes habere?*
*Papè qui cupis elegantiorem*
*Librum? mitte auidæ crumenæ amorem,*
*Argento vtere nunc, & auro, & ære,*
*Si sors in mala coniicit misellum,*
*Si tuis dubijs solutionem*
*Quæris, consilioq; vis iuuari,*
*Hæc oracula certa sciscitari,*
*Noli temnere, pensitationem,*
*Sed tollas & emas nouum Libellum.*

# Eiuſdem

Conſilij nullius egens ſapit, & ſapit huius
Expers, ſi paret qui bene conſuluit;
Conſuluit iuris ſibi, conſultiſsimus ille
Riminaldus, adeſt conſulit atque iterum:
Nunc eme, diſce vota, retine, complectere, fies
Diues, per doctus vir, memor & ſapiens.
Si improuiſa ſolent laudari fœmina prudens
Quæ reſponſa dedit, quæ dedit atque cito.
Nulla viri admittit tuus Ferraria & vates,
Nulla, niſi ſapiens ruminet atque diu:
Hoc duce qui leges prudenter ruminat ergo
Tutus eris lector Palladis vt clipeo.
Riminaldus enim rimas vt Flauius olim
Rimans, cornicum fixit & hic oculos:
Poſt Riminaldum nil quęras amplius amplum,
Quæ docuere alij, doctius ipſe refert.

# INDEX
## RERUM OMNIUM, LOCORUMQ. INSIGNIUM, QUAE IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

### A

sed

Conditio

conditio

tura

con-

depositi-

E

filia

filius

G

## H



ob

p eccito

*instru-*

secum

legitima

d lex

*Maio-*

N

prę-

consi.

R

renuntia-

Rom.

Solici-

# INDEX

Successor

secus

libe-

se-un-

volun-

F I N I S.



# CONSILIORVM, SEV MAVIS RESPONSORVM EXCELLENTISSIMI IVRISCONSVLTI D. HIPPOLYTI RIMINALDI FERRARIENSIS

## Liber Secundus.

### PRO ILLVSTRIBVS FRATRIBVS TRIVVLCIIS CONTRA SOVICOS.

ARGVMENTVM.

De conditione in prima donatione posita, nunquid in secunda repetita censeri debeat. Quando data fuit electio nominandi personas. prima nominatio an ualeat & variari possit ac, secunda præualeat & alia scitu digna.

*SVMMARIVM.*

*1 MEns disponentis attenditur ẽt in cõtractib.*
*2 Expressum haberi debet quod quis interrogatus verisimiliter disposuisset.*
*Si tamen colligatur ex expressis, secus si casus omnino fuerit omissus. 45.46.*
*2 Renuntiatio restringi debet scd̃m eius cãm finalem.*
*Fallit ex alijs. 50.*
*3 Donō si continet cõmodũ dẽt et in ea onus subĩtelligi.*
*Quod pulchrè declaratur. 51.*
*4 Subrogatũ sapit eius naturã ĩ cuius locũ subrogatur*
*Fallit primò quoties illud in cuius locum subrogatur fuit extinctum. 55.*
*Secundò in re singulari. 56.*
*Tertiò procedit quo ad primordialem naturam secus quò ad accidentalem. 57.*
*Quartò non procedit respectu pœnæ. 58.*
*Quintò quando non tendit ad idem. 59.*
*5 Donatio translata in aliam facta uidetur cum conditione in ea posita. Et idem de legato.*
*Si ĩ aliũ facta fuit trãslatio, secus si eidẽ facta sit. 60.*
*Vel si in diuersa scripturà. 61.*
*6 Contractus ab effectu rei non autem secundum sonum verborum iudicatur.*
*6 Contractus reformatus censetur cum prima qualitate factus.*
*Quod declaratur. 62: 63.*
*7 Repetitio qualitatis cẽsetur facta ex idẽtitate rõnis.*
*Et ex uoluntate præsumpta.*
*Fallit ut dicitur. 67.*
*8 Cõtractus sequẽs declaratur et ĩterp̃tatur ex sequẽti.*
*Et ex repetitione primi facta in secundo uidetur ab eo recessum. 68.*
*9 Electione facta variatio non admittitur.*
*Fallit quando electiò fuit nulla. 69.*
*Vel quando facta fuit cum protestatione. 72.*
*Et electio penderet à voluntate. 73:*
*Vel electus esset absens antequam acceptauerit. 75.*
*Vel si facta fuit electio in testamento. 76.*
*10 Legatum acceptans videtur approbasse voluntatem testatoris.*
*11 Donatio vxori facta plenius interpretanda.*
*11 Repeti non debet conditio viduitatis in prima donatione posita in secunda vxori facta.*
*Sicut nec quando vitiaretur actus in ea factus. 12.*
*Et quando tractatur de praiudicio tertij. 19.*
*Nec quando materia fauorabilis restringeretur. 20*

*Vel oratio aduersatur, aut separata sunt dispositiones, vel tempora.*

*Vel subest diuersitas rationis. 21.*

*Nec vbi conditio est onerosa, vel odiosa. 23.*

*Aut continet pœnam. 29.*

*Nec vbi renunciatum fuit prima donationi. 30.*

11 *Ablatiui absoluti faciunt conditionem.*

*Maxime facti per participium. 79. 80.*

12 *Conditio importat formam.*

*Qua non seruata corruit actus.*

13 *Forma in dubio videtur esse substantialis.*

*Eiq́; nihil addi potest, vel minui.*

14 *Argumentũ à contrario sensu valet in contractibus*

*Etiam stricti iuris.*

*Et in dispositione conditionali.*

15 *Clausula non aliter nec alio modo, denotat condõnẽ.*

*Et quòd requisita sint de forma contractus.*

16 *Negatiua præposita uerbo possit, remouet potentiam ab actu.*

*Eumq́; nullum reddit in contrarium factum.*

26 *Negatio destruit omne quod sibi obstat.*

17 *Relatio qualitatis non fit in alia dispositione quoties redderetur inutilis.*

*Cuius exemplum dat post Baldum. 18.*

19 *Fideiussor primæ conductionis non tenetur in secunda prorogata, uel innouata.*

20 *Nominatus primò censetur prædilectus.*

21 *Conditio sicut exprimitur ex uoluntate, ita omittitur ex uoluntate.*

22 *Ratio diuersitatis quærenda non est in dispositionibus separatis. 66.*

23 *Qualitas masculini sexus in uno capitulo, non intelligitur in alio repetita, quando filia priuaretur hæreditate paterna.*

24 *Viduitas dicitur onerosa mulieri.*

25 *Repetitio ex quibus inducatur, uel non. 42. 43. 44.*

*Et in diuersis instrumentis cessat. 26.*

27 *Interpretatio latior fit in testamentis.*

*In donatione latissima.*

28 *Qualitas adiecta uni legato non refertur ad aliud.*

29 *Casus pœnales sunt stricti iuris, neque recipiunt interpretationem extensiuam.*

*Seu similitudinariam.*

30 *Verba uniuersalia includunt omnia.*

*Et nihil excludunt:*

*Et geminata magis enixam denotant uoluntatem, & præcisam disponentis.*

*Maiorisq́; roboris est geminatio uerborum uniuersalium, quàm actuum eorundem.*

31 *Verba ac si donatio facta non esset, reddunt eam nullam, & sine effectu.*

32 *Repetio conditionis in actu nullo posita, non potest in alio fieri. 33.*

32 *Conditio regulariter non subintelligitur, nisi fuerit apposita.*

34 *Legatũ si fiat uni sub conditione: et illud in alium postea transferatur respectu primi legatarij id et conditio annullatur.*

*Tamen translatio censetur facta cũ eadẽ condõne.*

*Secus si eidem primo et secundo conferatur actus.*

*Et de ratione Bartol. 35.*

36 *Conditio in uno legato posita, in alio repetita non censetur ut plures tenent, 37. 38. 39. 40.*

36 *Argumentum à re ad tempus ualet.*

*Mulier transiens ad secunda uota non succedit filio ex tacita pupillari.*

40 *Personæ indignitas non ita de facto repellit à relicto in expressa uolutate testatoris sicut in tacita.*

40 *Natta cons. 459. Castrensem dãnat consil. 11. uol. 2.*

41 *Maritus ex transitu mulieris ad secunda uota non offenditur nisi quatenus uult.*

47 *Disponens quod non expressit, negasse uidetur.*

48 *Vis tota in conclusione contractus consistit.*

49 *Repetitio cessat propter noua pacta.*

*Licet legatum fuerit ampliatum. 50.*

51 *Inducta ad augumentum non debent operari diminutionem.*

52 *Intellectus l. unica, §. pro secundo, C. de cad. tollen.*

53 *Alexander consil. 66. uolu. 3. per Decium consi. 190. pro se adductus probat aduersus eum.*

54 *Conditio uiduitatis non intelligitur repetita in secundo legato loco primi subrogato.*

56 *Subrogatum sapit naturam eius cui subrogatur in totum, secus si in partem.*

58 *Pœna est quem priuari libera administratione, & iure sibi quæsito.*

62 *Contractus quando dicatur renouari, 63.*

*Vbi ponitur exemplum Aretini.*

64 *Contractu principali rescisso pœnalis etiam censetur rescissus.*

65 *Reformare quid sit propriè.*

67 *Repetitionem quis censetur noluisse facere vbi eam non expressit.*

70 *Quod nullum est nullum producit effectum.*

71 *Nominatus primò venit præferendus secundum necessitatem saltem causatiuam.*

72 *Protestatio quando iuuet vel non.*

73 *Primogenituram quando princeps possit reuocare.*

74 *Argumentum à communiter accidentibus valet.*

74 *Præsentia non præsumitur in actu qui eam non requirit.*

75 *Ius quæsitum sed non plenum potest reuocari.*

76 *Actus in testamẽto factus reuocatur reuocato testo.*

77 *Nominatis singulis quæritur pro rata.*

77 *Ius tertij nõ licet allegare.*

*Sed defectus iuris sic.*

78 *Lex vnica. C. de his qui ant. aper. tab. quando locum habeat.*

80 *Conditio viduitatis indicta mulieri per maritum durat perpetuo. 81*

*Idem si per filium matri. 82.*

83 *Vxori facto legato si vitam vidualem duxerit, restitui debet cum fructibus ea secundò nupta.*

84 *Testamentum morte confirmatur.*

85 *Paria sunt quid fieri tempore inhabili uel conferre in tempus inhabile.*

85 *Nulla & inualida non sunt in consideratione.*

86 *Codicilli corruunt sublato testamento propter non aditionem.*

*Et quando declaratur.*

87 *Clausula codicillaris quando trahitur ad futurũ.*

*Et per eam censentur rogati uenientes ab intestato. 88.*

*Si tamen adeant alias deficit testamentum.*

89 *Electio pure non facta corruit.*

90 *Dispo-*

90 *Dispositio non verificatur in primo actu quandò per eum non est satisfactū intentioni disponentis.*
*Cuius historia recitatur.*
91 *Vltima voluntas & lex aequiparantur.*
92 *Lex boues.§.hoc sermone cessat, quando disponētes aliter expresserunt.*
*Vel quando verisimiliter colligeretur ex cōiecturis.*
93 *Vltima voluntas est variabilis & mutabilis.*
93 *Actum faciens censetur se astringere legibus de illo actu loquentibus.*
*Et in dubio intelligitur factus secundum quod ius disponit. 94.*
95 *Actus qui sequitur declarat praecedentem.*
96 *Dominus non conquestus de caducitate viuente vassallo non potest eius haeredes molestare.*

## CONSILIVM CXI.

### *Auxilium meum à Domino.*

PROPONITVR, *quòd olim D. Augustinus Triuultius quadam bona donauit honestae D. Susanae eius vxori, cum facultate de illis pro certa summa disponendi, ac ea dimittendi Dominae Catherinae communi filiae, vel eius filijs, aut filijs masculis quondam D. Nicolai Triuultij fratris ipsius donantis,* Ipsa stante in habitu viduali, & lectum & honorem ipsius D. Augustini honestè custodiente. *Postea, cum mutuo consensu dictorum Iugalium renunciatum fuisset dictae donationi, rursus eundem D. Augustinum partem de dictis & alijs bonis (& sic variata fuerunt corpora bonorum) praefatae Dominae Susanae donasse, cum facultate disponendi de certa eorum summa, in dictam D. Catherinā, aut eius filios, vel in filios dicti quondam D. Nicolai, vel in filios D. Antonij pariter fratris ipsius donatoris (& sic noua persona fuit adiecta) eligendo liberè; quos eorum magis illa vellet, ut in codicillis ipse postea declarauit: Quo demū defuncto D. Susana primum condidit testamentum, & in summa dictorum bonorum taxata, nominauit filios D. Antonij, & cum postea ad secundas nuptias transiuisset, in secundo testamento nominauit in eisdem bonis D. Catherinam filiam suam, quae moriens instituit Ill. Comitem Ioannem Firmum Triuultiū eius filium Genitorem petentium consilium meum. Defuncto postea D. Dionysio (ultimo loco vt dicitur) filio D. Antonij relicto haerede D. Adriano Sonico Patre D. Hieronymi & Fratrum, qui cum Illustribus istis fratribus de Triuulcijs contendunt. Et nodus huius cōtrouersiae totus uersatur, (vt Sonici fratres supponunt) D. Susanam post transitum ad secunda vota non potuisse nominare in dictis bonis D. Catherinam, cum conditio uiduitatis in prima donatione expressa, censeatur in secunda donatione repetita. Vnde remanente ualida ac firma nominatione per eam facta in primo testamento de filijs D. Antonij, sequitur D. Dionysium decedētem vltimū eorum, legitimè potuisse in dictis bonis instituere D. Adrianum Sonicū, & eius medio dicta bona ad eius filios pertinere, non autem ad istos Illustres fratres de Triuultijs. Quare uidendum est, nunquid intentio sua de mente iuris procedat.*

ET PRIMA consideratione dicendum videtur, eos iustitiam fouere, cū pro eis in terminis responderit Decius consi. 190. cuius non mediocris auctoritas esse uidetur.

Mouetur in primis ad demonstrandum, quòd conditio uiduitatis
1 † in prima donatione posita, intelligatur in secunda donatione repetita, considerando mentem mariti disponentis, quae etiam in contractibus attenditur l. fi. C. quae res pign. l. in conuentionibus. C. de fideicō. l. in venditione. ff. communia praed. quod etiam praeter eum confirmat Crauet. cons. 33. nu. 21. & latius Paris. consi. 64. nu. 37. vol. 1. vbi dicit, mentem principaliter attendi debere. Et in terminis donationis ponit idem Cra. cons. 51. nu. 2. nam non videtur dubitandum, intentionem D. Augusti ni mariti fuisse, ponendi dictam conditionem uiduitatis in secunda donatione. Et si de hoc interrogatus fuisset, verisimiliter ita respōdisset, cum militaret eadem ratio in secunda donatione, quae in prima, meritò debet haberi pro expressa, iuxta glo. not. in l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. quae locum habet in cōtractibus, ut ibi per Bal. & in l. 1. C. quae res pign.

2 Secundò mouetur Dec. † quia renunciatio primae donationi non fuit facta simpliciter, sed ad finē, ut fieret alia donō fauorabilior D. Susanę respectu bonorū sitorū in territorio Mediolani, ex quibus reditus facilius percipiunt, igitur talis renunciatio restringi debet secundū eius causam finalem l. si actione, & ibi Bald. & Alex. C. de pact. non autem, quod conditio uiduitatis in prima donatione expressa remoueretur.

3 Tertiò subiungit Dec. quòd, cum † commodum primae donationis in secunda cōtineatur, pariter onus uiduitatis in ea debet intelligi l. vnica. §. pro secundo, C. de cad. tol. l. secundum naturam ff. de reg. iur. tantoq; magis aucto cōmodo in secunda donatione. Nam si uoluit maritus, quòd uxor uidua remaneret in prima donatione minoris utilitatis, fortius idē uoluisse uidetur in secunda pinguiori.

Quartò confirmat, nam secūda donatio fuit
4 † in locum primae subrogata, ergo condō viduitatis in prima expressa, censeri debet in secūda repetita, quia subrogatum sapit eius naturam in cuius locū subrogatur, l. si eum. §. qui iniuriarum, ff. si quis caut. dato, quod in aliquo discrepet subrogatum, nam in aliis sequitur eius naturā, loco cuius subrogatur, ut per Castr. cōs. 129. licet ista D. Lisa. col. 5. quod & latius firmat Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gl. 9. nu. 8.

Quintò comprobare conatur hoc Dec. quia
5 prima donatio † translata fuit in effectu in secundam, in qua nulla cõditio ponitur, per quã D. Susana grauat, ergo dicta translatio facta videtur cum illa conditione viduitatis, quæ continetur in prima donatione, ut in simili dr de legato, quod si transferatur, uidetur transferri cum conditione prioris legati l. legatum. ff. de adi. leg. l. Gaio, in prin. ff. de alim. & ciba. leg.

Sextò suadet, vt ille subdit, nam qualitas con
6 tractus † ab effectu rei, non autem secundum sonum uerborum iudicatur, ut not. Bal. in l. 2. C. commo. Abb. in c. constitutus, col. fi. de reli. domi. at prima donatio cõsiderato effectu nõ fuit annullata, vt uerba sonant, sed reformata respectu bonorum extra territoriũ Mediolani cõmutatorum, l. iurisgentium. §. adeo ff. de pact. meritò, quia à contractu reformato non vr recedendum, nisi quatenus in reformatione dr expressè, qualitas primæ donationis, hoc est d. condõ repetita uidetur in secunda, ut not. Bal. in l. pacta nouissima, col. fi. C. de pact.

7 Septimò † coadiuuat Dec. opinio. suam, quia in secunda donatione eadẽ ratio omnino subesse uidetur, ut talis conditio uiduitatis intelligatur, ergo repetita uidet in ea, quia ex identitate rationis qualitas repetita uidetur, ut not. Bal. in l. Titius C. de oper. libe. in fi. immo etiã ex uoluntate præsumpta, ut not. Bar. in l. Seię §. Gaio ff. d fun. instr. de qua cõstare vr ex pdictis.

8 Octauò & vltimò facit scdm Dec. quod † contractus, qui sequitur, declaratur & iterpretatur ex alio pręcedenti, lz. ex interuallo, ut not. Ang. in l. si quis cum aliter. in princ. ff. de uerb. obl. & in l. pacta nouissima. col. fi. C. de pact. tantoq; magis cum in secunda donatione narratum fuit, de præambula & cõditione uiduitatis in ea posita, unde colligitur, uoluntatem donãtis fuisse, per talem prçfationem, dictam cõditionem repetitam censeri in dicta donatione sequenti l. Titia. §. idem respõdit ff. de uerb. obli. Et hæc sunt, quæ ad inducendam repetitionem dictæ conditionis uiduitatis in secunda donatione deduxit Decius.

9 Nonò, præter Decium † uidet ex alia ratione periculosa nominatio facta dictę D. Cathe. Nam, cum D. Susana prius noĩasset filios D. Antonii, nõ vr eis electis, potuisse uariare, & eligere D. Catherinam, ut est glo. not. in l. unum ex familia. in prin. uers. mutetur. ff. de leg. secundò, in prima solutione, quam ponit ad l. hmõi. §. stichum ff. de leg. 2. vult. n. quod quando testator purè grauat hæredem, ut restituat hereditatem uni ex familia, quem ipse elegerit, seu nominauerit, facta electione de nno, nõ possit uariare, sequitur Cy. in addi. Bar. Cast. & Imol. nemoq; scribentium dissentit, prout testatur Crot. cõs. 11. nu. 34. tantoq; magis augetur difficultas, quod Do. Augustinus in primo codicillo declarauit tempore primæ donationis intellexisse, quod Do. Susana disponere posset ad eius beneplacitũ, eligẽdo Liberè, quem vellet, nõ attẽto ordine scripturę, nec psonarũ proximiore uinculo, unde eũ sibi data fuerit facultas talis eligendi in vltima volũtate, semel electis per eam filiis D. Antonii non licuit uariare l. serui electionc. in princ. ff. de leg. 1. l. apud Aufidiũ. ff. de opt. leg. vbi ius eligendi dicitur esse consumptũ per electionem, quod arguit variationi locũ nõ esse.

10 Decimò repugnare † uidetur istis Ill. Fratribus de Triuultiis, quod D. Catherina legatum sibi factum in secundo codicillo acceptauit, unde tacitè uidetur approbasse uoluntatem suã, iux. not. per Dec. cõs. 299. nu. 13. & cons. 425. nu. 8. & per consequens licuit D. Susanæ nominare, quem uoluit ex primo codicillo, nec talis nominatio nunc debet in dubium refricari, uel impugnari, unde sic uidet ex multis dictos fratres Triuultios succumbere debere.

Quibus tamen non obstantib. longè uerius puto, totum contrarium debere dici & iudica-
11 ri. Moueor † in primis, quia D. Augustinus dictam donationem fecit D. Susanæ uxori suæ dilectissimæ, prout in princ. facti narrat Illustris Comes & Clarissimus Iurisconsultus D. Georgius Triuulcius Mediolani Senator Regius vnus ex dictis fratribus, quo fit ut ex tanta coniunctione personarũ, qualis est inter maritum vxorem, l. cũ alienã, & ibi not. C. de leg. Bald. & in l. fi. col. 2. uers. item dico si leget, C. de indic. uid. toll. & intensa dilectione, qua D. Susanam prosequebat D. Augustinus, talis donatio latè & plenius uenit interpretanda, vt in legato dr, in l. Aurelius §. Titius testõ, ff. de lib. leg. & in l. si seruus plurium. §. fi. ff. de leg. 1. tradit Corne. cons. 183. num. 5. uol. 4. Hiero. Albanus postea Reuerendissimus Cardin. cons. 39. nu. 5. Natta consi. 186. & cons. 296. in fi. de filia loquentes & de sorore Dec. cons. 289. uers. 8. coadiuuãtum, & in terminis de vxore idẽ Dec. consi. 601. nu. 6. ergo sine conditione prædicta uiduitatis secunda donatio uenit intelligenda, quia sic latè & plenius intelligetur.

12 Secundò confirmatur hæc † conclusio, quia si diceremus conditionem viduitatis repeti debere in secunda donatione facta cum facultate concessa D. Susanæ nominãdi personas, de quibus in ea, sequeretur, quod nominatio facta per eã secundò nuptam de D. Catherina filia uitiaretur. Probatur, nam illa uerba, *Ipsa stante in habitu uiduali* apposita in prima donatione, quæ sunt ablatiui absoluti, faciunt conditionem, ut not. omnes in Rub. ff. solu. matri. & in l. à testatore. ff. de condi. & demonstr. D. meus Rimin. consi. 65. nu. 18. & cons. 83. nu. 17. & alibi sæpe Doctores, conditio uerò importat formam, Bal. in auth. matri & auiæ, C. quan. mul. tut. offic. moder. in capitulo cum dilecta, de rescrip. Dec. cons. 77. in prin. & cons. 466. col. pe. & ea non seruata corruit actus, ut per eos. Et ponũt Cyn. & Bal. in l. ambiguitates. C. de testa. Doctores in l. cũ hi §. si Prætor. ff. de trans. Dec. cons.

531.nu.3.consi.558.col.2.Soc.Iun.cõs.37. nu. 8.vol.2.Barb.cõs.44.vol.1.Mars. cõs. 14.nu.8. cons.18.in prin.D.meus Rim.cõs.180.nu.5.& cons.290.nu.20.Paris.cõs.95.nu.xx.vol.1.cõs. 92.nu.16.vol.3.pleniusq; Rol. à Val. cons.70.
13 nu.54.vol.3.Nec sanè mirũ,qm forma † in dubio uidet esse substãtialis,ut scribit Bal.in l. cõparationes.col.3.C.de fid.instr.Dec.cons.429 col.2.& cõs.612.Ias.in l.2.§.prius ff.de vulg.& pup.col.3.cui nihil addi uel minui põt,qa quod perfectũ est,nõ suscipit ex interuallo magis,vel minus,Bal.in l.quoties col.2.C.de suis & legiti.Paris.cõs.19.nu.188.vol.2.cons.161.nu.15. uol.3.& Rol.à Valle sic arguẽs consi.54.nu.24 uol.3.Si ergo diceremus in secũda donatione facta D.Susanæ,ĩ qua sibi data fuit facultas trãsferendi dicta bona ĩ D.Catherinã, uel alios nominatos censeri repetitã dictam conditionem, *Ipsa stante in habitu viduali* &c. sequeretur, ꝙ trãslatio, siue dispositio facta per eam post transitum ad secunda uota viciaretur, & fuisset nulla,velut facta contra formã. Confirmat etiã,nã
14 si † voluit donãs eam posse disponere de dictis bonis,stante in habitu viduali,noluit à contrario sensu eam secũdo loco nuptam posse disponere de illis, quod argumentum ualet in cõtractibus,ut ponit Cor.cons.326.nu.3. vol.1.cõs. 110.nu.8.vol.2.cons.107.nu.2.vol.3.Ber. cõs. 1.n.42.vol.1. deci s.Neap.298.D.Meus Rimi. cõs.277.nu.19.& Ias.cõs.115.col.3. vol. 1. ubi dicit,hoc habere locũ in contractibus tã bonæ fidei,quàm stricti iuris, post Bal.in l.apud antiquos.C.de furt.& Romanum cons.399. cum similibus à me cumulatis in l.1.nu.395.ff.de offi cius.Immo verò procedit id argumentũ pariter in dispositione conditionali,de qua nos agimus,ut tradũt Alex.Ias.D.meus Rimi. Cagn. & Purpur.in d.l.1.vbi post eos dixi nu 352.& 475.citans Viuium in suis comunib. opin.ver. argumentum,& Euerardum in centuria sua c. 4.Accedit,quòd ĩ dicta conditione uiduitatis expressa in prima donatione, subiecta fuerunt
15 illa uerba † *Et non aliter*, *nec alio modo possit de dictis bonis disponere*, quæ uerba, *non aliter* pariter important cõditionem,ut not.Bal.in auth. ingressi,col.4.uers.2.quæro.C.de sac.san.eccl. & ubi partes dicunt,& aliter actus nõ possit fieri,videtur voluisse, ꝙ illa sint de forma contractus,ut per Bal.Ang.& moder.ĩ l. 1.ff. de lib. & post.& sine forma res non subsistit,quia forma dat esse rei,l.Iulianus §.sed siquis ff. ad exhib. sicque arguit Natta consi.372.col.2. Præterea
16 consideranda sunt illa uerba † *nec alio modo possit de eis bonis disponere.* nam negatiua præposita verbo *possit*, denegat & remouet potentiam ab actu,eumque in contrarium factũ nullũ reddit Bar.in l.cũ lex.ff. de fideius.Rui.ac cæteri Moder.in l.1.ĩ prin.ff. de verb.obl.& idẽ Rui.in l. nemo potest ff.de leg.1. Bar. & Doct.in l. Gallus.in prin.ff.de lib. & posthu. Nec immeritò, qa negatio destruit omne quod sibi obstat. Vnde dicit,ꝙ negatiua de proprietate sermonis, & non ex interpretatione ęq̃pollet vniuersali, ut inqt Fulg.in l.iurisgentiũ.§. sed si fraudãdi, post Gl.ff.de pact.Domi.ĩ c.ut circa,de elec.in sexto.Natta cons.469.nu.14. & cons. 481.nu. 20. ubi dicit ꝙ negatiua magis destruit, quàm affirmatiua affirmat,Gl.& Doct.in l.hoc genus ff.de cond.&dem.vnde si dr̃,eius est artifex,sufficit, ꝙ in una spẽ sit artifex. Si aũt dico, Titius non est artifex,nego oẽm speciẽ artificii,qñ dr̃, nullus faciat,significat ꝙ nullus,quicũq; sit, faciat,sequitur Fel.in c. secundo.de treug.& pac. Ideo si conditio uiduitatis censeretur repetita in secunda donatione,dicta uerba. *nec alio modo possit disponere*, significarent, ꝙ nullo modo, quàm si sit uidua D. Susana posit disponere. Demũ notanda est ratio quæ sequitur, *Cum aliter & alio modo hac præsens donatio non fieret, nec fit*,quæ uerba demonstrant intentionẽ donãtis esse (si dicta conditio repeteret) nil esse actũ tam respectu donationis, q̃ dispositionis, nisi adimpleta conditione pdicta, ut in casu suo cõcludit Natta in d.cons.372.nu.3.

His ergo,licet aliquãto prolixius ad maiorẽ firmitatem consideratis,dico dictã conditionẽ viduitatis in prima donatione positã non esse quoquo modo in secũda repetẽdã, qm relatio alicuius clausulę, seu qualitatis non fit ad aliã
17 dispositionẽ † quoties ex tali relatione dispositio ad quã refert efficeret inutilis. l. cũ vulgari ff.de dot.præle.secundũ intellectum glos. Bar. & Doctorum.in l.talis scriptura.ff.de leg.1.qđ confirmat ibidẽ Ias.nu.40.dicens,ꝙ qualitas; quæ vitiat actũ ĩ dubio non intelligit repetita in sequẽti actu,sequit Card.cons.68.in q.præmi.Roma.cons.94.visis his,col.pen.& cons.92 visa,Dec.in c. secũdò requiris,nu. 6.de appel. cons.xi.col.xi.cons.195.col.pen. Craue. cons.
18 70.n.4.& in terminis † nostris ita decidit Bal. cons.153.Quidã testator.uersus.fi.vol.5. Maritus.n.reliquerat vxorẽ dominã & massariã bonorũ suorũ,quousq; vitã castã,honestã& viduałem seruauerit,deinde filio ĩstituto, si sine filiis moreret,reliquerat vxori domũ quãdã cum orto,& alias res nõ repetita dicta conditione uiduitatis.Quęrebat an secũdò nupta pderet dictũ legatũ.cõcludit Bal.ꝙ nequaquã, qa tacita repetitio locũ nõ habet,ubi actus uitiaret, hoc ẽ illud legatũ.Quare sic & ĩ casu nostro, de hac dispositione bonorũ dicamus facta pD.Susanã ĩ eius filiã,ꝙ nõ debeat ĩ ea fieri tacita repetitio viduitatis,qa per eã dicta dispositio uitiaretur.

Tertiò considero,ꝙ quoties tractat de præiu
19 dicio † tertii,nũquam fit repetitio qualitatis vnius dispositionis in alia dispositione, ita Gozad.cons.70.nu.4. per doctrinam Bal. in l.si cũ hermes.C.loca.vbi videmus,quòd si fiat secunda conductio,siue prima sit prorogata, vel innouata,fideiussor in prima conductione comprehensus nõ tenetur in secunda,qa dicit Bal. ꝙ prorogatio nõ operatur,nisi inter prorogan-

tes,nec obstat fideiussoribus,& sic tertio. Ideq; specul.de Fideiuss.§.1.uers.illud autem quæritur,Ang.in l.si vnus.§.si cũ reo. ff.de pact. At si cõditionis dictæ repetitio facta cẽseretur in secunda donatione,fieret ꝑiudiciũ D.Catherinę, qa nõ valeret dispõ facta in eã ꝑ Matrẽ secũdò nuptã,ergo talis repetitio cessare dẽt.Sic.n.dẽmus interpretari quamlibet dispositionem, ne lædat ius tertii,Paris. cons.144. nu.25.vol.3.

20 Quartò nõ prætereo,† quod elegãter in suo cons.præmisit Excellentissimus D. Senator ex verbis tàm primæ,quàm secũdę donationis D. Catherinã fuisse pręposítam cæteris, sicq; cẽseri ex ordinata charitate affectionis paternæ, l. Hæredes mei §.peto.ff.ad treb.vbi Castr.Alex. Ripaq;, & est pulcherimus tex.ĩ l.quoties.ff.de usufr.ubi simplex ordo scripturæ denotat ordinẽ voluntatis,& arguit prædilectionem, secundum Bal.& Ang.Itẽ nulla conditio viduitatis expræssa fuit in secũda donatione fauore filiæ, ut ĩ eã Mater vidua,vel nupta validè disponere posset,ideo cum materia sit fauorabilis, & ampliãda, repetitio dictæ cõditionis fieri nõ dẽt, ꝑ quã dicta facultas restringeretᷓ,c.cũ dilecti,& ibi not.Inno.secundũ vnum intellectũ,de don. seqtur Alex.cons.48.col.3.vol.1.cons.213.volu.2.consi.158.num.8. uol.6.Dec.in c.secũdò requiris.uer.octauò.de appell.Gratus respõso.125.nu.21.vol.2.Ias.in l.talis scriptura.nu.40. ff.de leg.1.uers.6.limita, Gozad.consi. 80.nu. 3. Menoch.consi.86.nu.52.

Quintò confirmatur hæc concl. quoniã tria 21 sunt † quę tacitã repetitionem excludunt. Aduersatio orationis. eparatio dispositionũ, vel tẽporũ.Itẽ diuersitas rationis, ita Bal. in dicto cõs.153.vol.5.ĩ terminis dictæ cõditionis,quẽ seqtur Goza.cõs.104. nu.5. sed hic prima duo cõcurrunt,aduersantur.n.dictæ donationes respectu dictæ conditionis rerum, personarum & temporum per interuallum 3.annorum. Diuersitas quoq; rationis militat,nã quòd attinet ad primam donationem,in qua dicta cõditio fuit expressa,nil aliud dici põt, nisi quia sic placuit donanti,cuius sola voluntas sic dispõẽdi sufficit,l.qa poterat ff.ad treb.Cum.cons.22.col.1. Natta cons.459.nu.8.põt.n.dispõẽs suis reb. alteri quærendis conditionem,quam uelit,apponere lz.esset ecclesia,cui ueniret quærendũ, glos.sing.in c.secundo x. q.1. cũ quilibet in re sua sit moderator & arbiter,l.in re mandata.C. mãd.Rol.à Val. cons.35.col.2.vol.3.at in secũda donatione in qua.d.conditio nõ fuit expressa,benè dici potest,secus placuisse donãti, vide licet, ꝙ cõsultò eã omiserit,postquã eam nõ expressit l.Maritus,C.de procu.& declarat Cum. loco cit.vt laxior esset Matris dispõẽdi uis in filia.Præterea,ut inquit Cum.ĩ dispositionibus 22 † separatim factis, non est quærenda ratio diuersitatis,cum sola uolũtas dispõẽtis sufficiat præsertim quãdo disponens diligenter singula sic disposuit,vt non sit verisimile, cum errasse, aut oblitũ fuisse eorũ,quæ prius dixerat, arg.l. cũ de indebito ff.de prob. hoc.n.cõuenit casui nostro.Nam cũ facta fuisset prima donatio cũ d. cõditione, eiq; postea renunciatum fuisset, & ad secundã deuẽtum,mentionẽ fecit D. Augustinus in secũda donatione ꝺ prima donatione,& cõditione in ea posita,vt ex lectura secundæ donationis patet,& refert Dec.d.cons. 190 in 8.fund.& tamẽ facultatẽ cõcessit D. Susanæ simpliciter dispõẽdi de dictis bonis in personã filiæ sine expressione dictæ conditionis, vnde nec error suus,nec obliuio potest allegari, sicut nec in casu suo dicit Cuma. ergo repetitio dictæ conditionis cessare debet.

Sextò prædictis accedit,ꝙ ubicunque sumus 23 † in cõditione onerosa,vel odiosa posita in dispositione,tũc illa nõ cẽsetur repetita in alia dispositione simpliciter facta,Ita Bero.cons.115. nu.22.uol.2.citans Dec.cons.308.ad fin. corrupto nu.qa est in seqũẽti 309.vbi vult,ꝙ qualitas masculini sexus posita in nno cap.nõ intelligatur repetita in alio cap.quoniã ex tali repętitione filia priuareᷓ hæreditate paterna, qꝺ esset absurdũ,& onerosum, vel odiosum sibi, cũ soleãt parẽtes ex voto bona liberis parare, l.cũ ratio ff.de bo.damn.at hoc esset in casu nostro, qa mater nupta nõ posset ad fauorẽ filiæ disponere, ergo cessare dẽt repetitio. Quin & aliud 24 onus † eẽt ex parte Matris,nã cum mulieres ad hoc natura generauerit, ut partus ederent, & maxima cupiditas eis in hoc sit constituta, l.2. C.de ind.uidu.tol.dare sibi tantum uiduæ facultatem disponendi, diceretur onerosum, quare cessare debet repetitio.

Septimò nõ uideo,quomodo repetitio dictæ conditionis hic locũ habere possit,qm̃,vt inqt 25 Bal.in alleg.cons.153.vol.5. omnis tacita † repetitio procedit,aut ratiõe copulæ, vel coniunctionis,ut quia sunt plura legata copulata ꝑ dictionẽ,&,vel ꝑ dictionẽ itẽ,vel ꝑ alias dictiões coniunctiuas, uel cõnexiuas,aut qa regũtur ab eodẽ verbo, & determinanᷓ ab eodẽ actu verbi determinãtis,& regẽtis totã orationẽ,sed non facilè fit interpretatio,quòd conditio repetita cẽseatur in diuersis orationibus, ut docet Bar. in l.si ita stipulatus.§.Grisog.ff.de verb,obl. cũ aliis,quos citat Alcia.Resp.99. nu.24. imò verò Soc.Iun.cons.3.nu.40.& cons.128. nu.101. uol.1.ridiculum, & puerile dicit esse, quòd cõditio in una dispõne posita censeatur in alia repetita,& cõtra l.filiumfami. in prin.ff. quando di.leg.ced.& per eũ Bart.in l.fin.ff.de reb.dub.

26 Idemq; multò minus cõcedi debet in † diuersis instrumẽtis,ut ponit Celsus Hugo consi.20. nu.52.qualis est casus noster,nec ex identitate rationis repetitio fieri põt,ut vult Bal.loco citato cũ supra demonstrauerim diuersam subesse rationem in quinto fundamento.

27 Octauò moueor argumẽto,quo † utitur Bal. in consi.57.in restitutione.col.2. uol.2. in nouis,vbi dicit,quòd,cũ in testamentis latior fiat inter-

interpretatio,non debemus conditionem sub audire ad restringendum fauorẽ legati. Immò & in cõtractibus idem,l.si ita stipulatus, §.Grisogonus,ad fin.ff.de uerbo.obli.sed nos uersamur in donatione,in qua nedum latior,sed etiam latissima fit interpretatio c.cũ dilecti. de dona.& ibi glo.quæ signanter inquit de conditione apposita in una donatione, quã dicit nõ intelligi repetitam in alia,& sic casum nostrum determinat.

Nonò succedit elegans doctri.Bar. in l.fi.ff. de reb.dub. ubi scribit, ꝙ lz. clausula apposita
88 quatur aditio † uenientiū ab intestato deficit testm̄, & ex eo disposita nō debent l. eā quā. C. de fideic. iuncta glos. singulari in l. qui filio, §. si quis seruum ff. de hær. instit. quam Bal. allegat in Auth. ex causa, col. x. C. de libe. præte. & oēs sequuntur, ut testatur Alex. cons. 5. col. fin. uol. secundo, & latius Ias. in d. l. eam quam, nu. 10. Igitur electio, siue nominatio prima facta per D. Susanam de filiis D. Antonii, ante hæreditatem fuit nulla, prout signanter determinat Ripa in d. l. serui electione. nu. x. licitumq; fuit illi uariare, quia electio non ualuit, l. optione ff. de optio. leg. & ratio communis est, ut subdit Ripa, quia ante aditam hæreditatem non subest causa ualida, ex qua deferatur ius eligendi, ex quo sine aditione legata corruunt, l. si nemo, ff. de reg. iur. d. l. eam quam, cum simil. quibus plenius insistit ipse D. Senator optimè loquens, ut per eum.

Decimò corruit ex alia ratione dicta prior electio, siue nominatio facta per D. Susanam,
89 quoniam non facta fuit secundū formā † à iure

re traditam,quæ est,ut purè fiat,non autem sub conditione,l.actus legitimi ff.de reg.iur. & tradit Rip.in d.l.serui electione. nu.13.elegit. n. filios D.Antonii sub ea conditione,quòd, quandocunq; sibi placuerit,posset de dictis bonis disponere,præsentem uoluntatē immutando &c. quare nulla fuit electio prædicta.

Hinc & vndecimò dici potest, & inferri,
90 † cum D.Susana per testamenti actum fecerit primam electionem,in qua menti suę & intentioni non satisfecit,ut patet ex dicta conditione per eā annexa,utiq; potuerit uariare, & ad aliam electionem conuolare,quam fecit secundo loco de D.Catherina filia,nam regula l.boues,§.hoc sermone.ff.de uer.sig.quòd dispositio uerificatur in primo actu, locum non habet,quando per primum actum non satisfit intentioni disponētis,ut per Bal. in l.fideicomissa.§.si quis ff.de leg.3.quod statutum de cōpromissis intelligitur,ut iterum compromitti debeat primo finito,si non sit satisfactum statuto per primum compromissum, quia adhuc uindicat sibi locum ratio statuti,quæ est, ut lites finiantur,sequitur Rom.cons.504. col.1.Ias. in l.cum seruus,§.si quis alicui.col.fin.de leg.1.& alios plures cumulat Antoni. Gabriel Romanus lib.6.de leg.& constit.concl.prima nu. 28. multisq; canfirmat Tiraquel.in d.l. boues. limit.6.Potissime uerò duobus exemplis historicis,quorum satis erit primum ad rem nostram referre.Post Cannensem pugnam, Annibal ex captiuis Romanis,quos detinebat, decem iuratos ad Senatum Romanum misit in castra redituros,nisi de redimendis captiuis impetrarent, Cum egressi castris essent, unus ex iis, uelut in castris aliquid esset oblitus, in castra rediit,iuris iurandi soluendi causa, & confestim comites secutus est.Re à Senatu non impetrata, cæteri in castra Annibalis redierunt, is domum abiit,tanquam fallaci in castra reditu se se iureiurando exoluisset,nec iterum redirē teneretur.Quod cum resciuisset Senatus censuit eum comprehendendum esse, & custodibus publicè datis ad Annibalem deducendum. Et quidem rectè,nam ex huiusmodi primo, fallaciq; reditu non erat satisfactum menti, & intētioni concedentis.Si.n. in dispositione legis, de qua loquuntur Doctores,ut concludit Tiraquel.in d.l.boues.limit.6. ad fin. post Bal.in l. 1.col.8 uers.tertiò quæro,C.de his, quæ pœn: nom.Soc.cons.17.circa med.uo.1.& Curtium Iun.cons.178.nu.27.res ultra primum actum porrigitur, quando per primum non reperitur satisfactum menti legis disponentis,idem dici
91 debet in dispositione ultimę uoluntatis † ut potè quæ illi æquiparatur,ex sententia glos.Bartoli Fulg.Cornei,Alexandri & aliorum in l.1.C. de his,quibus ut indig.Bar.in l.in cognitione ff.ad Sen.consul.silla.cum simil. quos adducit sic arguens Tiraquel. in d.l.boues. limitatione 10.nu.4.post Aretinum sic pariter arguentem in d.l.serui electione.post princ.

Duodecimò non omitto,dictam l. boues §. hoc sermone. limitari non modo, quando disponentes aliter expresse dixerint l.cum qui calendis.ff.de uerb.obl.l.si duo.§.2.ff.de uerbo. signi.Tiraquel.ibi limitatione 11. sed etiam
92 quando † ex coniecturis uerisimiliter colligeretur,intentionem partium aliter uerba intelligere,exempli gratia,si quis uendidit fructus prædii præsentis anni,quod prædiū binos fructus afferat hoc anno, preciumq; conuentum sit æquiualens omnibus illis fructibus,certè nō de primis tantum,sed de omnibus actum intelligetur,ut tradunt Rom.& Alex.in l. diuortio. §.quod in anno,quem legit cum §.ob donationes,ff.sol.matr.Cepol.de serui.rust.præd.titulo de serui.iur.pascē.Natta in cle.sępe,in prin. col.62.uers.mihi magis placet, de uer. sig.& facit glos.notab.in l.semper in stipulationibus, ibi.Item actum intellige,etiam tacitè, & post eam Dec.& Cagn.ff.de reg.iur.pleniusq; confirmat Tiraquell.in d.l.boues.limit. 12. sed in casu nostro,si consideremus personam D. Augustini,qui potestatem dedit D.Susanæ disponendi de dictis bonis,tacitè constat, & quidē
93 uerisimiliter, quòd uoluerit † ipsam post primam electionem uariare alios nominando,quā uoluit,quòd illa possit disponere,tam in uita, quàm post eius mortem, & sic per ultimam uoluntatem,quæ mutabilis est,& uariabilis,l. 3. ī fin.cū sequenti.ff.de adi.leg.§.posteriore. Inst. quib.mod.test.infir.nam faciens aliquem actū censetur se astringere legibus de illo actu loquentibus,Bal.in l.si duo,per illum tex.ff.de acquir.hær.Bar.in l.Iurisiurandi §.si liberi.ff. de ope.liber.Ang.in l.tres fratres ff. de pact. Anch.cons.125.vol.3.quod etiam procedit in ul-
94 tima uoluntate † Bar.in l. hæredes mei §. cum ita ff.ad treb.Arct.con.145. Cor.72. col.2.& cons.138.ad fin.uol.2.& in dubio actus intelligitur factus; secundum quòd ius disponit c. ex literis.de const.c.sedes, de rescr. c. uenientes, de iureiur.quæ iura citat ad hoc Calder. consi.11.de feud.Crauet.cons.186. num.6. & Rol.à Val.consi.37. in prin. uol.2.Similiter ex parte D.Susanæ patet, intentionem suā fuisse, usque ab initio temporum sibi potestatis concessę per D.Augustinum,uariandi circa nominationem personarum,ex nominatione primò facta de filiis D.Antonii,postea uerò de D.Ca
95 therina filia sua,quia actus † qui sequitur,declarat uoluntatem præcedentem,§.pauonū , Inst. de rerum diuisi.l. sed & si Iulianus, §. proinde ff.ad maced. not. Bar. in l. cætera. §. fin.ff. de leg.1.Dec.consi.336.in prin.vnde patet omni respectu D.Susanam potuisse uariare,& electionem primam fuisse sublatam, nec in ea fratres Souicos se fundare posse.

Ad decimum & ultimum dico,quòd, cū D. Susana post secundam nominationē factam de anno 1514.superuixerit,usq; ad annum 1521.

semper

ſemperque poſſederit res ſibi donatas tacentibus, & quaſi conniuentibus D. Dionyſio & fratribus primò nominatis, vt in facto narrat Clariſsimus D. Senator, quæ verba ſupponunt, ipſos habuiſſe notitiam de prima eorum nominatione, & de ſecunda D. Catherinæ, ſequitur, q̄ ex quo de tali ſecunda nominatione conque-
96 ſti † non fuerunt, dum vixit D. Suſanna, minus ea mortua poſſunt conqueri D. Fratres Souici cauſam habentes à ſolo D. Dionyſio, mediante patre ſuo, per id quod tradit Cuma. cō. 164. col. 3. de Domino directo, qui non fuit cōqueſtus in vita vaſalli, de caducitate incurſa p̄ eum, qui mortuo eo, non poteſt amplius eam ſucceſſoribus vaſalli opponere, idemque tenet Caſſad. deciſ. 2. de loca. Benintendus deciſ. 37. Rui. conſ. 10. n. 4. conſ. 128. n. 8. conſ. 159. n. 13. & conſ. 168. n. 20. vol. 1. Ripa in l. 2. q. fin. C. de reuo. don. Ceph. conſ. 152. nu. 99. quæ reſponſio ſit præter aliam, quam dedit elegāter idem D. Conſulens & Senator ampliſsimus; ad cuius dicta me remitto. Et ex his, vt huic labori meo, qualiſcunque fuerit, placidiſsimo tamen, finem imponam. Sequitur Illuſtres Fratres Triultios à petitis abſoluēdos & liberādos fore.

*Hippolytus Rimin. Ferra.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Ferra viam aperit, qui per contraria tranſit.*

2 *Diſputādo, et opponendo veritas clarius ſplendeſcit.*

3 *Oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt.*

4 *Argumenta pro contraria parte prius ponenda.*

5 *Abblatiui abſoluti important conditionem.*

6 *Conditio poſita in prima donatione, cenſetur in ſecunda repetita, ſed contra infra nu. 35. & ſeqq. & 155. & ſeq.*

7 *Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, declaratur tamen, & limitatur latiſsime infra nu. 120. vſque ad nu. 130*

*Quod procedit etiam ſi ſubrogatum in aliquo diſcrepaet, ibid.*

8 *Repetitio conditionis viduitatis ratione ſubrogationis habet locum etiam in relicto in diuerſa oratione facto, ſed contra infra nu. 130. & ſeq.*

9 *Legatum vſufructus ſubrogatum loco annui legati ſapit naturam illius, nu. 9. vide nu. 131.*

10 *Qualitas contractus ab effectu rei, non ſecundum ſonum verborum iudicatur. vide infra nu. 137. et ſeq. maxime nu. 142.*

*Verba magis deſeruiunt natura contractus, quam e contra, ibid.*

*Non intentio verbis, ſed verba intentioni ſeruire debent. ibid.*

11 *Verba cum effectu & non verbotenus intelligenda ſunt.*

12 *Reformari contractus dicitur, quando in totum non tollitur ſed pro parte, & nu. 139.*

13 *A contractu reformato non eſt recedendum dic ut infra, nu. 137. & ſeq.*

*Qualitas primi contractus videtur repetita, ibid.*

14 *Dicta in præcedentibus intelliguntur in ſequentibus repetita, limitatur & declaratur nu. 146. & ſeqq.*

*Dicta in uno capite intelliguntur tacite repetita in alio, ibid.*

*Conditio appoſita in præfatione donationis cenſetur in ſequenti donatione repetita, ibidem. ſed declara infra nu. 154.*

15 *Conditio adiecta vni diſpoſitioni per teſtatorem videtur in ſequenti repetita, vide num. 35. cum ſeq. & 155.*

16 *Conditio appoſita in inſtitutione videtur in legato repetita, ibid.*

17 *Conditio primæ ſubſtitutionis cenſetur in alia repetita, ſed contra nu. 158. & ſeq.*

17 *Conditio maſculorum in primo teſtamento appoſita cenſetur repetita in ſecundo facto ſub eadem forma, ſed reſpondetur infra nu. 161. & ſeq.*

18 *Argumentum de contractibus ad vltimas voluntates valet, & econtra.*

19 *Conditio regulariter appoſita in primo legato non intelligitur repetita in alio.*

*Quod procedit etiam ſtante dictione repetitiua, item, vel hoc amplius. ibid.*

*Item maxime habet locum vbi inter vnum legatum & alterum quædam alia extranea & impertinentia interſeruntur. ibid.*

*Fallit in conditione viduitatis, n. 20. ſed contra nu. 163. & ſeq.*

21 *In vltimis voluntatibus electione ſemel facta, tollitur facultas variandi ſecundum communem opi. ſed declaratur infra latiſs. n. 175. vſq. ad nu. 183.*

22 *Diſpoſitio loquens de electione intelligitur de prima & vnica, dic tamen vt infra nu. 183. & ſeq.*

*Prima electione conſumitur ius eligendi, ibidem. vide nu. 183.*

23 *Qui habet poteſtatem nominandi, vel eligendi virtute contractus præcedentis in tali nominatione videtur merus executor, declaratur nu. 195. & ſeq.*

*Item non poteſt electionem alterare addendo nouas conditiones. ibid.*

24 *Proteſtatio contraria actui, qui geritur, nihil releuat, declaratur & limitatur n. 203. & ſeq. vſque ad nu. 211.*

25 *Habens facultatem eligendi iure alieno, non poteſt niſi ſemel eligere, dic vt nu. 211. & ſeqq. maxime. 213. & 214.*

26 *Proteſtatio facta ad declarationem donationis valet, ſed vide nu. 216. & ſeq.*

*Qui declarat nihil nunc dat, ſed datum ſignificat, ibid. declaratur & limitatur nu. 230. & ſeqq.*

27 *Donatio facta filiæ in poteſtate ab initio, etiam cum iuramento non valet, ſed contra n. 234. & ſe. ſecundum communem, magis c em & veriorem opin.*

*Filia nupta eſt in poteſtate patris, ibid.*

28 *Donatio facta à patre filiæ, vel filio in poteſtate habet vim relicti.*

*Quod etiam habet locum ſi pater dicat, ſe donare filiæ irreuocabiliter, ibid.*

*Item ſi adſit iuramentum, n. 29. contra d. nu. 234.*

30 *Donatio facta absenti non valet etiam si not. pro eo stipuletur, nisi acceptet, sed contra nu. 238. & seq. secundum cõem veram & receptam sententiam.*

*Item huiusmodi donatio potest ante ratificationem per donantem reuocari, ibid. sed contra nume. 22.*

32 *Donatio facta alicui, vt post eius mortem esset talis Ecclesia, potest in praeiudicium Ecclesiae reuocari, limitatur & declaratur infra, nu. 246.*

33 *Clausula vbi non est per se principaliter posita, sed ad aliam dispositionem qualificandam, vt in conditio. non refertur nisi ad illud, in quo inseritur.*

34 *Argumentum de relatione ad repetitionem valet.*

35 *Qualitas seu conditio posita in vna oratione non censetur repetita in alia separata & distincta secundum communem opin. de qua ibi latissime.*

*Maxime stante diuersitate rerum, & etiam*

*Concurrente identitate personae. ibidem.*

*Qualitas in viduitate apposita in praecedenti oratione statuti non intelligitur repetita in sequenti 36.*

37 *Conditio donec honestè & caste vixerit, posita in vno legato facto vxori non censetur repetita in altero eidem facto.*

38 *In diuersis contractibus factis etiam eodem tempore, diuersa qualitas & conditio adiecta in vno non videtur in alio repetita, quamuis in secundo fieret mentio de priore, immò stante etiam subrogatione.*

39 *Conditio posita in contractu, qui non habuit effectum non intelligitur repetita in contractu postea facto.*

40 *In materia, quae latè debet interpretari, nunquam repetitio intelligitur facta, quando illa materia restringeretur.*

41 *Clausula in princ. vel fine posita refertur ad sequentia & praecedentia.*

*Fallit vbi restringeretur materia large vel largissime interpretanda, ibid.*

42 *In donatione fit plenissima interpretatio.*

43 *Conditio viduitatis posita in vna donatione non debet in altera censeri repetita, maxime si secunda fiat, vt sit fauorabilior, gratis & amore.*

44 *Repetitio nunquam fit, quoties tractatur de praeiuditio tertij.*

45 *Clausula nunquam refertur ad praecedentia, quando laederetur ius tertij.*

46 *Praenominatus in donatione censetur dilectus, & prius vocatus.*

*Quòd multo magis procedit in eo, qui specialiter & nomine proprio fuit vocatus. nu. 47.*

48 *Repetitio conditionis fit, vel non fit ex praesumpta mente deponentis.*

49 *Testator praesumitur voluisse facere legatum validum.*

50 *Viduitatis ademptio tendit in fauorem vxoris.*

*Mulier viduitatem seruare est non parui oneris, & momenti, ibid.*

*Mulieres à natura progenitae sunt, vt partus ederet & in hoc maxima cupiditas illis constituta est, ibidem.*

51 *Conditio viduitatis posita in prima donatione non censetur in secunda repetita ex praesumpta mente disponentis.*

52 *Non est verisimile, quod qualitas in praecedenti capitulo adiecta in fauorem stipulatoris, in sequenti capitulo ad ipsius odium videatur repetita.*

*Conditio viduitatis adempta in fauor[e] vxoris non debet in eius odium censeri repetita, ibid.*

53 *Repetitio qualitatis etiam vbi alias de iure esset facienda impeditur tacita voluntate testantis.*

54 *Donator censetur conditionem viduitatis in prima donatione positam omisisse in secunda, si ibi non expressit.*

*Facile est testatori exprimere, donec in viduitate permanserit. ibid.*

55 *Si in vna dispositione sit mentio de filijs masculis, & in alia de filijs simpliciter sub simplici & generali filiorum mentione, etiam foeminae continentur.*

*Conditio sine liberis à testatore in vno casu expressa censetur omissa in altero, in quo non expressit. nume. 56.*

*Qualitas posita in prima substitutione de masculis non censetur repetita in secunda de foeminis, nume. 52.*

*Qualitas perpetuitatis expressa in legatis particularibus non censetur repetita in fideicommisso vniuersali. nu. 58.*

*Qualitas maioris aetatis expressa inter aliquos, non censetur repetita inter alios ex praesumpta voluntate testatoris. 59.*

*Conditio viduitatis non censetur repetita, quia testator sciuisset eam exprimere si voluisset. ibidem.*

60 *Expressis aliquibus conditionibus in secunda donatione, quae non erant in prima, & nonnullis ex his, quae erant in prima, caetera censentur omissa.*

61 *Confutatur Dec. cons. 190. colum. quarta versicul. non obstat, quod in secunda, & vers. vltimo non obstat, infra nume. 84. columna tertia. vers. quarto. hoc idem. infra numero 120. & seqq. & nume. 137.*

62 *Non est verisimile, quod saepius quis voluerit grauare, & pro eisdem rebus onus multiplicare.*

63 *Onus & grauamen est non posse disponere pro suo libito.*

64 *Conditio, quae vitiat in dubio, non videtur repetita.*

*Conditio, quousque vxor caste & honeste vixerit, & vitam vidualem seruauerit, non censetur repetita quando vitiaretur dispositio. 65*

*Conditio quae reddit legatum inutile, non censetur repetita in legato facto vxori. 66.*

67 *Clausula sequens, vel praecedens non refertur ad dispositionem praecedentem, vel sequentem, quando per talem relationem dispositio fieret inutilis.*

*Clausula seu qualitas adiecta in vno capitulo testamenti non refertur ad aliud, quod ex tali relatione vitiaretur. nu. 68.*

69 *Dispositio sub conditione concepta, deficiente conditione nullum sortitur effectum.*

*Quod procedit in donatione & re spirituali. 70.*

*Immo in quacunq. dispositione. 71.*

*Paria*

Paria sunt nihil fieri, aut fieri sub conditione.72.
Conditio apposita uni gradui non censetur repetita in sequenti.73.
Conditionis defectus facit deficere gradum, ibid.
74 In pœnalibus non fit repetitio.
75 Annullatio actus dicitur pœna, idque maximè procedit ubi prouenit ex sola prohibitione, nu.78.
Donationis annullatio est pœna. nu.76.
Pœnæ non habent locum, nisi expressæ sint, nu.77.
79 Repetitio qualitatis dispositionis extinctæ non censetur facta in sequenti dispositione.
80 Clausula omnia & singula, comprehendit omnia, & nihil excludit.
Hæc uerba omnia & singula, habent vim geminationis, & stant non solum collectiuè, sed etiam distributiuè, ut quælibet res quamuis particularis contineatur, num.81.
Quod multo magis debet procedere stante geminatione num.82.
83 Verba debent aliquid operari.
85 Si legatum factum alicui sub conditione, in alium transferatur, translatio uidetur facta cum illa conditione, declaratur nu.87.
86 Nullum quod est, nullum effectum operari potest nu.145.& 188.
87 Intellectus ad l.legatum.ff.de adim.leg.
Translatio legati in aliam personam censetur facta sub eadem conditione, quando in eod. testamento vel codicillis facta est, secus quando in alio testamento per quod primum reuocatur nu.88.
89 Actore non probante reus etiam si nihil præstiterit debet absolui.
Idquè procedit etiam si constet reum nullum penitus ius habere, nu.90.& 111.
91 Non curatur de iure possessoris si non constat de iure petitoris.
92 Ius excipiendi metiri possumus ex persona agentis, cum ius agendi, uel petendi non habet, licet nec nos ius retinendi.
93 Ablatiui absoluti non minus faciunt conditionem expressam quam dictio, si.
94 Verba hæc stante in habitu uiduali, & lectum, & honorem &c. idem important, ac si diceretur, si ipsa steterit in habitu uiduali, vel si non nupserit.
95 Curt.Sen.cons.15. ad fin. damnatur.
96 Quæ differentia sit ratione conditionis inter ablatiuos absolutos, & dict.donec,& quousque.
Ablatiui absoluti faciunt conditionem expressam, ibid.
Dictio donec & quousque, faciunt conditionem resolutiuam, ibid.
97 Notarij debent esse cauti, ut sciant concipere uerba secundum mentem testatoris.
In minimo uerbo magnus consistit effectus, ibid.
Notarij imperiti frequenter errant contra intentionem testatoris, ubi supra.
Notarij ignorant differentiam inter si & quousque, ibid.
98 Rom.cons.216. alias 516.inci. in casu propositæ consultationis col.fin.declaratur.
99 Viduitas perpetua inducitur per illa uerba, stante in habitu uiduali, & nu.105.
Non sufficit huiusmodi conditionem semel esse impletam, nisi duret, ibid.
Si Maritus leget uxori sub illa conditione, si uxor non nupserit, uel si remanebit uidua, inducitur, viduitas & perpetuo debet seruari nu.100.
Quo in casu si uxor aliquo tempore steterit uidua, & postea secundo nupsit, tenetur rem cum fructibus perceptis & percipiendis restituere, ibid.
Si maritus leget uxori, si uidua remaneret, uxor non habet legatum nisi in uiduitate perseueret num.101.
Vbi fit mentio de uiduitate, intelligitur cum effectu, num.102.
Vxor instituta à uiro sub conditione, si accipiet ordinem S.Francisci, non dicitur impleuisse conditionem, si illum habitum accipiat, & non perseueret, num.103.
Conditio studendi alicui imposita intelligitur ita quod perseueret, & gradum doctoratus consequatur, aliàs non dicitur impleta, nu.104.
Conditio non dicitur impleta, si non manserit impleta, num.106.
Conditionis natura est indiuidua, nu.107.
108 Conditionem non sufficit impleri pro parte, quæ in totum potest impleri, & seq.
110 Nemo sine actione experitur.
112 Sufficit quoad aduersarios liberas habere sedes.
113 De iure tertij licet opponere, quando est exclusiuum iuris agentium ipso iure.
In casu l.fin.C.de rei uindic. & sic actore non probante licet opponere de iure tertij.114.
Excipiendo quis de iure tertij non uidetur allegare turpitudinem suam, nu.115.
Variare licitum est alicui aduersus diuersas personas & quoad vnum dicere vnum, & quo ad alterum contrarium affirmare, nu.116.
Ius tertij ubi exclusiuum est iuris agentis etiam tertio nolente opponi potest, nu.117.
Et quæ sit ratio, habetur ibid.
Duo non possunt esse domini in solidum, ibid.
Actore non probante intentionem negatam, succumbit. ubi supra.
Bannitus qui per statutum repellitur ab excipiendo, non tamen uidetur prohibitus opponere exceptionem intentionis & facti. nu.118.
Si non excipitur de iure tertij ipso iure exclusiuo iuris agentis consulendum est iudicis offi. nu. 119.
121 Reg.l.si eum.ff.qui iniuriarum.ff.si quis cautionibus, cum sim. declaratur & lim. & seq. nu.
123 Conditio est accidens.
Conditio est quadam qualitas, ibid.
124 Conditio dicitur extrinseca.
125 Accidens quid sit.
126 Conditio potest adesse, & abesse à donatione, & quolibet contractu absque eo quod contractus corrumpatur, & nu.134.
128 Priuatio disponendi, & eligendi est pœna.
130 Rui.cons.53.nu.5.vol.2.reprehenditur.
131 Intellectus ad l.generali.§.pen.ff.de vsufruct. leg. & se qq.num.
132 Ex lege, quæ plures habet intellectus, nõ est argũdũ.
133 De natura annui legati est, ut eius dies cadat

Dec.

195 Dec. consilio 543. numero 7. & seqq. declaratur, maxime numero 202.
196 Testamentum morte confirmatur.
197 Electo absenti non quaeritur ius prius quam acceptet.
Electio facta de absente potest reuocari ante acceptationem ab eo factam, ibid.
Electo nullum ius quaeritur ex sola nominatione. ibidem.
198 Nominatio nullum ius acquirit nominato nisi ipse, uel alius pro eo sit praesens nominationi.
199 Absentia praesumitur.
200 In testamento non requiritur praesentia.
Et ideo in ultima uoluntate non requiritur praesentia grauati, uel onerati. ibidem.
202 Qui se fundat in praesentia tenetur illam probare.
203 Per protestationem, seu reseruationem conseruatur ius iterum eligendi.
204 Conditio apposita post pactum seu stipulationem dum tamen incontinenti suspendit & impedit productionem entitatis.
Item conditio est pars dispositionis, ibid.
205 Pronuntians in sententia, licet sit functus officio suo, tamen reseruando in sententia potestatem immutandi, ex interuallo potest immutare.
206 An & quando protestatio contraria actui, qui geritur, releuet, & nu. seqq.
Cap. solicitudinem, in fine de appel. declaratur, & limitatur.
207 Testamentum, haereditatis aditio dependent à solo facto protestantis.
209 Nominatio facta in testamento potest mutari usq. ad mortem.
210 Protestatio sicut non tollitur per actum factum incontinenti contrarium protestationi, ita nec facta incontinenti post actum debet tolli.
211 An & quando quis dicatur habere facultatem eligendi iure proprio uel alieno, & seq.
212 Si donatarius donet rem sibi donatam alteri ex dispositione primi donantis, an & quando secundus donatarius dicatur habere à primo donante, uel à secundo.
213 Eligit iure alieno, qui tanquam procurator alterius facit.
214 Habens facultatem eligendi iure alieno, quando possit iterum eligere, & seq.
Quando dicatur cogitatum de effectu, ibid.
216 Donatione perfecta non potest donator conditionem nel modum postea adijcere.
217 Pater, qui donauit filijs non potest in eorum praeiudicium super rebus donatis, tanquam super alienis disponere.
218 Qui donat priuatus est dominio rei donatae & ideo non potest post modum in testamento onus in re donata imponere.
219 In donatione facta à Rege cuidam, & eius primogenito, & alijs successiue, primogenito, & alijs successiue uidetur ius quaesitum ex contractu donationis.
Et haec donatio non potest reuocari etiam ab ipso Rege qui donauit, ibidem.
220 Ius quaesitum alteri non potest auferri.
Quod procedit etiam si sit illi quaesitum facto & consideratione eius, de cuius facto disputatur, ibi.
221 Qui à principio simpliciter se obligauit, non potuit postea pacta, uel conditiones in testamento apponere.
222 Non statur confessioni illius, a quo quis causam habuerit.
Facile est alicui reuocare donationem, quam alteri fecit confitendo se prius alteri donasse, uel rem donatam obligasse, quod esse non debet. ibidem.
223 Vbi plura ita se habent, quod alterum est eligendum interim non potest fieri alia dispositio in praeiudicium electionis.
224 An donatio cuius fructus, & effectus dilatus est post mortem donantis, dicatur causa mortis die quod non, & seqq. maxime nu. 225.
Donatio causa mortis est; in qua sit mentio mortis, ibidem.
Donatio causa mortis potest reuocari, ibid.
226 Ex solemnitatibus adhibitis cognoscitur donatio inter uiuos.
227 Doctori consulenti standum est in eo, quod pro parte sui clientis dicit.
228 Item an uoluerit testari uel codicillari.
229 Vbi in donatione est facta mentio mortis per modum dilationis dicitur donatio inter uiuos, non causa mortis.
Maxime stante iuramento, ibidem.
230 Reg. l. haeredes palam. §. si quid de testam. declaratur & limitatur. & seqq.
233 Persona in donatione & electione sunt de substantia.
Illa dicuntur esse de substantia, sine quibus actus non potest consistere, ibidem.
234 Donatio facta filio, uel filiae in potestate cum iuramento ualet, & seqq.
Et haec est communis, magis communis, & uerior opin. ibidem.
Cast. consilio 345. nu. 3. vol. 1. in nouis confutatur ibidem.
235 Pater priuauit se facultate disponendi super bonis donatis filio etiam in potestate cum iuramento.
Item non potest ea reuocare, nec contrauenire, ibid.
236 Quae donatio non solum firmatur, ut obseruetur iuramentum, sed ut ualeat donatio.
237 Et praefata multo magis procedunt in donatione facta filiae iam ad maritum traducta.
238 Donatio facta absenti, si notarius pro eo stipuletur ualet secundum communem, ueram & receptissimam sententiam.
Et ita communiter practicatur, & hanc sententiam totus mundus obseruat. ibidem.
239 Nedum pro Notarium acquiritur utilis actio ignoranti, uerum etiam & possessio, & dominium.
240 Concordantur opiniones circa donationem factam absenti Not. pro eo stipulante.
In acquirenda possessione requiritur animus illius cui acquiri debet, ibid.
Ante ratihabitionem nō acquiritur dominium ibi.
Fallit in donatione fauore eius, ut ibi.

## *Suffragio Altissimi inuocato.*

## CONSILIVM CXII.

IN causa, quę uertitur ex parte una inter Illustres Comites D. Georgium & D. Claudiū fratres Triultios Patritios Mediolanēses, & ex altera inter Magnificū D. Hieronymū Souicū, tam diffuse & subtiliter scripsit ipse perillustris Co. Georgius I.C. Excellētissimus, Senator Regius meritissimus, & post eum clarissimus Iurisc. D. Hippolytus Riminaldus Dominus & præceptor meus colendissimus, qui omnia penetralia iuris ruminando nihil omisit quod ad ueritatis explanationem pertineret, ut opera mea minimè necessaria sit nā eorum scriptis addere nihil aliud est quàm in Syluas ligna deferre, si quidem alia inuenire difficile, atque adeo impossibile uidetur, & si quid fortè superest intactum, iam meliora sunt ab ipsis præocupata & decerpta. Veruntamen cum Reuerendus D. Cæsar Dulcius Sacerdos Cremonensis & Serenissimi Ducis nostri à sacris uir literatissimus, & auditor meus charissimus à me per humanè d. Illustris Co. Georgii nomine petierit, ut hac in re sententiæ meæ, qualiscunque illa sit, rationes redderem, tanta horum uirorum apud me auctoritas fuit, ut maluerim operam meam inanem haberi, quàm tam iusto desidero non obtēperare: quocirca pauca hæc eos imitatus, qui post optimorum uindemiatorum diligentem operam racemationem conficiunt, decerperę ueritatis studio adductus constitui.

P*Ræsuponitur in facto (ut rem ipsam aggrediar) quòd anno Domini. 1498. die 27. Septemb. magnificus Dominus Augustinus Triuultius donauit nonnulla bona Magnificæ Dominæ Susannæ eius uxori dilectissimæ, de quibus bonis pro summa ducatorum quatuor mille, dote d. Dominæ computata, uoluit illam post eius mortem disponere posse, tam in uita q̃, post mortem pro eius libito, ipsa stante in habitu uiduali, & lectum, & honorem ipsius Domini Augustini honestè custodiente, & pro residuo dictorum bonorum donatorum ut supra uoluit dictam Dominam Susannam disponere posse, dummodo disponeret, & ea dimitteret Magnifica Domina Catherinæ eorum iugalium filiæ, uel eius Dominæ Catherinæ filijs, aut filiis masculis magnifici Domini Nicolai Triuultij prædefuncti d. Domini Augustini fratris, ipsa stante in habitu uiduali ut supra. Deinde placuit dd. coniugibus huic contractui renuntiare quo ad omnia, & esse in illis statu & gradu perinde ac si donatio ipsa facta non fuisset. Postmodum idem magnificus Dominus Augustinus anno 1501. die. 25. sept. donauit eidem magnificæ Dominæ Susannæ res ab ijs, quæ in prima donatione continebatur, prorsus diuersas, cum hac lege, & conditione, quòd ipsa Domina de dictis bonis pro summa ducatorum quatuor mille, tam in uita ipsius Dominæ, quàm post ad eius libitum uoluntatis etiam respectu proprietatis disponere posset, pro residuo autem à dictis ducatis quatuor mille supra, uidelicet summa ducatorum sex mille, uoluit dictam Dominam posse tam in uita, quam post disponere, transferendo in dictam Magnificam Dominam Catherinam filiam, aut in filios ipsius Dominæ Catherinæ, aut in filios dicti Magnifici Domini Nicolai Triuultij, uel in filios Magnifici Domini Antonij Triuultij eiusdem Domini Augustini fratris prædefuncti, nolens non aliter nec alio modo posse de eius bonis disponere, subdensque quod aliter & alio modo illa donatio non fiebat. Postremo idem Dominus Augustinus anno 1503. 14. Augusti codicillos confecit, in quibus inter cætera ad maiorem declarationem præfatæ donationis nouissimè factæ, & eius animi dixit & protestatus fuit, quod tempore præfatæ donationis intelligebat & intellexit præfatam Dominam Susannam de ipsis ducatis sex mille potuisse & posse disponere in dictam Magnificam Dominam Catherinam, uel eius Dominæ Catherinæ filios, uel in filios dicti Domini Nicolai, uel in filios dicti Domini Antonij ad omne eius Dominæ Susannæ beneplacitum, ita quod habuerit & habeat electionem liberè disponendi in quam personam uoluerit, ex superius nominatis, non aliter atento ordine scripturæ, nec personarum proximiorum uinculo, & non obstante, quod dici possit disponendum esse in ipsam Dominam Catherinam, si uiuet tempore dictæ dispositionis, uel in eius Dominæ Catherinæ filios, si uiuent tempore d. dispositionis, tanq̃ proximiores ipsi Magnifico domino Augustino, & primo uocatos in ipso pacto: quia dixit præfatus Dominus Augustinus eius mentis à principio, & tempore dd. codicillorum fuisse, quod ipsa Domina Susanna posit uni, uel alteri relinquere pro arbitrio, & mera uoluntate, modò alicui ex nominatis ut supra relinquat. Mortuo autem præfato Domino Augustino Domina Susanna adhuc uidua condidit testamentum, in quo inter cætera ad ea scuta sex mille, quæ certis personis per dictum Dominum Augustinum destinata erant, nominauit filios dicti Domini Antonij Triuultij, hac tamen adiecta protestatione, seu conditione, ut quandocunque sibi*

*sibi placeret, posset de eis disponere voluntatem
præfatam immutando. & hoc perinde, ac si d. volun
tas ordinata non fuisset, subdens se nonaliter, nec alio
modo præfata egisse, nec fecisse, nec declarasse, nec or-
dinasse, nec iudicasse, cum aliter nec alio modo esset
intentio, mens, nec voluntas eius. Demum præfata
D. Susanna, cum iam transisset ad secunda vota, al
terum ordinauit testamentum in quo inter alia
dictâ nominationem immutauit, nominando d. Ma-
gnificam D. Chatherinam eius filiam loco filiorum d.
domini Antonij Triuulty.*

QVibus ita stantibus quæritur modò utra
electio seu nominatio sit potior, & p cõ-
sequẽs an magnifici Souici habentes cau
sá à domino Dionisio vno ex filiis præfati. D.
Antonii iure agant, vt consequãtur dicta bona
sex mille ducatorum nunc possessa per præfa-
tos Illustres fratres Triuultios filios & hęredes
Illustris Co. Io. Firminati ex d. Domina Cathe
rina ad illa bona per dominam Susannam in se
cundo testamento nominata.

Et puto proculdubio electionem secundam
potiorẽ esse, & ideo dd. magnificos Souicos
1 non iure petere bona illa † verum quoniam
ferro viam aperit, qui per contraria transit,
vt inquit Bald. in l. precibus, columna octaua,
numero 33. C. de impub. & aliis substit. Curt.
consilio 78. in principio, Socin. iun. consilio
39. numero 19. volumine tertio, Crot. consilio
136. numero primo, Rol. à Valle consilio 43.
numero 7. volumine secundo, & consilio 100.
2 numero primo, volumine eo. † & disputan-
do, & opponendo veritas clarius splendescit
l. vltima §. mixta. ff. de mune. & hono. l. os-
filius ff. de leg. tertiò. l. diui. ff. de iure patrona
tus. tradit Natta consilio 637. colum. secunda
3 Rol. d. consilio 100. numero secundo, uolumi
ne secundo, opposita. n. iuxta se posita, teste
Philosopho, magis elucescuht, quem refere
& sequitur Corn. consi. 5 in princ. vol. 2. ad vtrã
4 quẽ partem arguendum esse duxi † & quia pri
us arg. pro ea opin. quam consultor tenere re-
cusat ponenda sunt & postea pro ea, in quam
intendit indinare, Porc. in §. singulorum. vers.
illud quęsitum. not. ult Inst. de rer. diuis. & tra-
dit Abbas in c. quid per nouale. not. 2. de uerb.
signif. Videtur prima facie dicendum, priorẽ
nominationem, seu electionem factam de filiis
D. Antonii à quorum uno Souici causam hẽnt,
secundę preferendã, & sic iure meritò præfatos
Souicos agere ad dicta bona, si quidem ipsi fue
runt electi ad huc uidua d. Domi. Susanna & sic
extante cõditione, magnifica autẽ d. Catherina
post transitum ad secunda uota, & sic extincta
5 conditione, nam conditio illa, † quã denotant
uerba hæc ablatiui casus *ipsam stante in habitu vi
duali, & lectum, & honorem ipsius domini Augustini
honestè custodiente* iuxta text. in l. à testatore. ff.
de cond. & demon. & in l. euictis agris. ff. de
euict. tradunt Docto. communiter in rub. ff.

solut. matrim. ubi Rip. numero 30. Dec. con
silio 89. sub numero secundo, Do. M. Rimi-
6 nal. consi. 52. nu. 6. ubi infinitos congerit † po-
sita in prima donatione uidetur in secunda,
repetita, ut in hacmet specie consulendo vo-
luit Dec. consilio 190. qui ad hoc mouetur
pluribus fundamentis, ex quibus duo tantum
elicio, uidelicet 4. & 7. tum quia excellentissi-
mus Do. Rimin. in suo eleganti consilio super
hac causa omnia reassumpsit, & non minus
perbellè, quàm verè illis respondit, tum quia
his duobus potissimum nititur ibidem Dec.
ad ea semper pro resolutione contrariorum
confugiendo, quod etiam attestatur Illustris
Senator in suo docto & eleganti consilio
quòd autem d. conditio uiduitatis posita in
prima donatione intelligatur in secunda repe
tita, uidetur facere, &c.

Primò secundum Dec. in d. consilio 190.
columna tertia, uersi. quartò hoc idem, quia
ista secunda donatio in locum primę fuit sub-
rogata, ut patet secundũ eũ ex uerbis inst. ideo
illa conditio uiduitatis apposita in prima do-
7 natione repetita uidetur in secunda, quia † sub
rogatum assumit qualitates eius; in cuius
locum subrogatur l. si eum. §. qui iniuriarum.
ff. si quis cautio. c. ecclesia. el primo ut lit. pen.
& clem. 1. de supplen. neglig. prælat. ultra eum
addo tex. §. fuerat. ubi Docto. maximè Iason &
Gomes. not. 1. qui hanc regu. pluribus exor-
nat, instit. de actio. l. si donatę. §. fina. ff. de do-
nat. inter uir. & uxor. cum sim. & hoc procedit
secundum Dec. ubi supra, licet subrogatum in
aliquo discreparet: quia nihilominus in aliis
eius naturam sequitur, ut not. Paul Cast. consi.
129. licet ista Domina Lysa. columna quinta
quod est in nouis consilio 73. columna fina.
uolumine primo, quem etiam sequitur idem
Dec. consil. 53. col. secunda circa principium
& consilio 543. numero quarto, & Ias. in d. §.
qui iniuriarum. nor. secundo. His accedat ul-
8 tra Dec. quòd † repetitio conditionis ui-
duitatis ratione subrogationis habet locum
etiam in relicto in diuersa oratione facto, ut
tradit Ruin. consi. 53. numero quinto uolumi-
ne secundo, per tex. in l. generali. §. penul. cum
ibi not. per Dyn. & Bartol. ff. de usufruct. legat.
9 ubi notanter dicitur, quòd legatum † usufru
ctus subrogatum loco annui legati certæ quan
titatis sapit naturam illius: & ideo eius dies
cedit in principio: anni, sicut quando lega-
tum est annuum: quamuis secus esset, ubi sub
rogatio cessaret l. defuncta. ff. de usufruct.

Secundò uidetur comprobari hęc conclusio
secundum eundem Dec. ubi supra uers. sextò
10 hoc idem, quia † qualitas contractus ab
effectu rei, non secundum sonum uerborum
iudicatur, ut not. Bald. in l. secunda, numero
secundo, in fi. C. commod. ubi ait, quòd uerba
magis deseruiunt naturæ contractus quàm. l.
natura uerbis, per text. quem dicit not.

in l. insulam.ff.de pręscrip. verb. & pręter eum idem facit tex.in c.intelligentia, & in c.in his. de verb.signif.vbi non intentio verbis, sed verba intentioni seruire debent.idē quod Bal.tenet etiam Abbas in c. constitutus.num.22. de relig. domib. facit tex. secundum Dec.in l. vbi ita donatur.ff.de donat.causa mor. & quod ibi not.Bart.vbi donatio causa mortis facta, vt nullo casu reuocetur, est inter viuos, non obstante mentione mortis. idem vltra Dec. in d. consil. 100. voluit Paris.consil.72. num.54. volum.4.
11 pro quo facit, quia † verba cum effectu, & nō verbotenus debent intelligi. l. 1. §.hæc autem verba.ff.quod quisque iur.& Ias.in l. si tibi.nu. 1.ff.si cert.pet. dixit, quòd in contractibus debemus magis attendere mentem, quàm verba. per tex.in l.fina.cum ibi nota.per Bald. C.quæ res pigno. obliga. poss. cum pluribus aliis per eum ibi adductis.At considerato effectu prima donatio non fuit annullata, vt verba sonāt; sed in effectu fuit reformata respectu bonorum, quæ erant extra territorium Mediolani: talis enim commutatio bonorum facit, vt contractus primæ donationis dicatur reformari, & quasi renouatus dicitur.l.iurisgentium.§.adeo
12 ff.de pactis. † reformare enim dicitur quando in totum non tollitur, sed pro parte, vt not. glo. in c.statutum. in princ.in verb.reformandum. & ibi Doc. de rescript.in 6. & not.Anto. de Butr.in c.irrefragabili.in princip.not.3.per illum tex.de offic.ord.facit tex.in c.sicut olim. & in c.olim.de accusa. & in clemen. ne Romani.in princip.de electiō. † & à contractu re-
13 formato non videtur recedendum, nisi quatenus in reformatione expressè dicatur, & ideo qualitas primi contractus repetita videtur, vt not.Bald.in l.pacta nouissima.col.fin.aliàs col. penul. C. de pact. & ad hoc facit, quod notat Bart.de contractu renouato in l. si mihi & titio. in prin.circa finem.ff. de verbo.obligatio. Bal.in l.1.col penul.versi.sed quid si dominus. nu.31.C.quando non pet. par. cum similibus. vt tradit Alexan. consil.107.nume.14. volu.4. & præter Dec.idem tenet Alexan.consi.30.nu. 5.& 6.volu.1. ipsemet Dec. consil. 53. in prin. Rimi.consil.292. nume.17. & consil. 426. numero 17. Bero.in c.in præsentia.nume.394. & seq. de probatio.vbi tenet, quòd natura & qualitas primæ inuestituræ censetur repetita in secunda.

Tertiò vltra Dec. pro hac opinione videtur
14 facere, quòd dicta † in præcedentibus, intelliguntur in sequentibus repetita. l.Titia.§.idem respondit.primo.& ibi docto.ff.de verbo.obli. l. item quia.§.fina.vbi scribentes.ff.de pactis.l. quemadmodum.in fin. ff.ad l. aquil. vbi notat Bald. per illum tex. quòd dicta in vno capite, intelliguntur tacitè repetita in alio capite. Et in terminis donationis tradit Rim.consil.383. nume.25.& sequ.& nume.44. vbi tenet, quòd conditio apposita in præfatione donationis, censetur in sequenti donatione repetita.

Quartò, præter eundem Dec. videtur com-
15 probari hæc opinio, quia † conditio adiecta vni dispositioni per testatorem, videtur in sequenti dispositione repetita. l. cum seruus. ff. de condit.institutio. vbi conditio apposita in institutione, videtur in legato repetita. l. auia. in princip.ff.de conditio. & demonstratio. vbi
16 idem dicitur, videlicet, quòd † conditio adiecta in institutione in legato eidem facto censetur repetita. l. cum seruus. ff. eo. vbi conditio adiecta libertati, censetur repetita in legato. Hinc Oldra.consil.141. nume. 2. voluit, quòd
17 † conditio primæ substitutionis censeatur repetita in alia substitutione, & Dec. consil.227. nume. 3. quòd sicut prior substitutio facta fuit vulgariter, pupillariter & per fideicommissum, sic & posterior facta censeatur: quia qualitas substitutionis facta primo instituto videtur in secunda locum habere, argumen. l.1. C.de impube.& aliis substitutionibus. & facit tex.in l. fundum instructum. ff. de fundo instructo.
17 Hinc etiam conditio † masculorum in primo testamento apposita, censetur repetita in secundo facto in cæteris sub eadem forma, sub qua primum fuit factum. Corne.consil.275. in pręsenti consultatione.volum.4.quem refert Rui. consil.93. nume.4. volu. 2. igitur & dicta conditio viduitatis posita in prima donatione videtur in secunda facta sub eadem forma, secundum Dec.vbi supra, repetita, cum valeat argu-
18 mentum † de contractibus ad vltimas voluntates, & è contra.l. seruum filii §.cum qui chirographum.de lega.primò. l.cum pater.§.mensæ. & ibi Barto.ff.de legat.secundò. l. pactum. in fin. & ibi docto.ff.de pact.l.pen.C.de verbo. significatio.cum similibus.

Quintò videtur in terminis esse decisio Castren. consil.53.in fine. quod est consil. 11. volumi.2. in nouis. vbi inquit, quòd licet regula-
19 riter † conditio apposita in primo legato, non intelligatur repetita in alio legato facto in alia oratione, argum.l.qui fundum, ff. de contrahend.emptio. & per nota.per Bart.in l.Seiæ. §. Caio. ff. de fund. instruc. & instr. legat.& in l.in repetendis. & in l. si purè. ff. de lega. tertiò. quamuis dictio repetitiua, item, fuisset apposita, vel dictio, hoc amplius, vt ibi per Bartol. & præsertim impeditur repetitio, quando inter unum legatum, & alterum quædam alia extranea & impertinentia interseruntur, ut notatur in §.item lapilli.inst. de rer. diuis.& probatur in l.fin.ff.de reb.dub.ubi Bart. not.Attamen secūdū Cast. ubi supra aliud est,
20 † quando in d.1.legato est apposita cond. uiduitatis, quia indignatur anima mariti, & contristatur de transitu uxoris ad 2.uota, auct. de nupt.§.quia uerò, aliàs, quæ uerò, & ultra cum tradit glo.in l. 1. uerb. pręsumi. C.de secund. nupt.Bald.in auct.cui relictum.nu.15.C. de indict.uidui.tol.Et ideo concludit Cast. in casu

suo

suo, quòd conditio uiduitatis apposita in 1. legato usussfructus intelligitur repetita in substitutione postea facta: quia secundum eum si testator noluit eam habere usutructum, si nuberet: quantonius credendum est, quòd noluit eā habere proprietatem, & sic præsumitur testatorē uoluisse, quòd dicta conditio inesset cuilibet legato, & Castr. refert & sequit̄ Rui. cons. 53. sub nu. 4. & cons. 84. nume. 9. uol. 2. Sic ergo etiā in casu nostro, cond. uiduitatis posita in prima donatione uidetur repetita in 2.

Sextò dato, & non concesso, quòd d. cond. uiduitatis non intelligatur repetita, nihilominus prior electio facta de filiis Magnifici D. An

21 tonii Triuultii uidetur potior. Si quidem † in ultimis uoluntatibus electione semel facta tollitur facultas uariādi l. serui electione, in prin. ff. de leg. 1. & ibi Bartol. & alii maximè Rip. l. apud Auffidium. ff. de opt. leg. l. huiusmodi. §. stichum. ff. de leg. 1. l. statulibetum. §. stichum. ff. de leg. 2. & tradit Rui. cons. 24. in princ. uol. 2. & cons. 166. nu. 8. uol. 3. Duen. reg. 233. & hanc opin. communem dicit Curt. Iun. cons. 159. nu. 9. & post eum Villalobos in suis cōmu. opin. uerb. electio, & Emanuel ibidem. Sed electio de filiis p̄fati Domini Antonii per D. Susanā fuit facta in test. ergo non uidetur potuisse postea uariare Magnificā Dominam Catherinam filiam eligendo, & sic illa prior debet esse potior.

Septimò, quòd d. prior electio sit præferen-

22 da, uidetur facere: quia dispositio † loquens de electione intelligitur de prima & unica electione. Bal. cons. 144. in prin. uol. 4. arg. tex. in l. boues. §. hoc sermone. ff. de uerb. signifi. cum aliis cōgestis ibidē per Tiraq. latissimè & ante eum per Bart. cons. 30. in prin. & Ias. in l. diuortio. §. quod in anno, nu. 12. ff. sol. matrim. & idē tradit Corn. cons. 76. nu. 2. uol. 3. ubi ait quòd ii, quibus datur electio, semel eligendo uidentur functi eorum officio. Hinc prima electione ius eligendi dicitur consumi. l. si is qui stichum. ff. de procur. & ibi Doct. Nec quicquam uidetur facere, quòd ipsa Magnifica D. Susanna in dicta prima nominatione reseruauerit sibi facultatem iterum eligendi perinde ac si d. electio non fuisset facta, protestando se nō aliter & non alio modo præfata egisse, nec declarasse, & ut in d. sua nominatione continetur. Nam uidetur, huiusmodi reseruationem ab ea non potuisse fieri per ea, quæ ferè in terminis tradit Dec. cons. 143. nu. 7. & seq. ubi ait, quòd

23 ille † qui habet potestatem nominandi uel eligendi uirtute contractus præcedentis, in tali nominatione uidetur merus executor, & non potest electionē alterare addendo nouas con-

24 ditiones. Insuper præfata † protestatio contraria acti, qui geritur, nihil releuat, cap. sollicitudinem, in fi. de appellat. & ibi not. omnes max. Abb. glo. in c. cum M. Ferrariensis. uerb. sine præiuditio. & ibi Doct. maximè Fel. sub nu. 79. de constitut. Bart. in l. non solum. §. morte. nu. 17. ff. de nou. oper. nunt. & ibi alii Doct. idem Bart. in l. 1. nu. 16. C. de lit. contest. Ias. in l. si quis extraneus, in prin. nu. 6. ff. de acq. hęre. Paris. cons. 113. nu. 10. & seq. uol. 1. d. autem protestatio est contraria actui, quia est circa idē uidelicet electionem, iuxta not. per Bart. in d. l. 1. nu. 17. C. de lit. contest. ergo non uidetur releuare.

Octauò hæc conclusio uidetur probari, quia

25 † cum D. Susanna habuerit facultatem eligendi ad dicta bona à Mag. Domino Augustino, & sic non iure proprio, sed alieno, ex quo semel elegit, uidetur amplius eligere non posse. iuxta not. per Bart. in d. l. serui electione. in princ. ubi Rip. nu. 4. idem Bart. in l. 2. §. 1. num. 5. ff. de optio. leg. Ang. cons. 320. num. 5. consi. 336. num. 4. ad fi. Ias. in l. qui per salutem. nu. 2. ff. de iureiuran. Soc. Iun. consi. 89. num. 26. uol. 1. sed electio filiorum Domini Antonii Triuultii prius facta fuit, ergo uidetur ualere altera sublata.

Nonò & vltimò uidetur eo magis dicendū, quòd electio facta de filiis D. Antonii sit præferenda electioni de domina Catherina factæ quia idem Dominus Augustinus in suis codicillis declarando protestatus fuit, se tempore præfatę donationis intellexisse, quòd magnifica Domina Susanna de ipsis ducatis sex mille ad omne ejus beneplacitum, arbitrium & meram uoluntatem haberet electionem liberè disponendi, modo in aliquam personam ex superius nominatis disponeret, non attento ordine scripturę, nec personarum uinculo proximiori, & non obstante quòd dici posit, eā debuisse disponere in ipsam D. Catherinā si uiuet tempore dispositionis, uel eius D. Catherinæ filios, si uiuent tempore ipsius dispositionis, tanquàm proximiores ipsi D. Augustino, & primò uocatos in ipso pacto, & ut in d.

26 codicillis continetur. Quæ † protestatio facta ad declarationem p̄fatæ donationis uidetur ualere, nam qui declarat, nihil nunc dat, sed datum significat l. hæredes palam. §. si quid. ff. de testa. & ibi not. Docto. facit tex. in l. adeo. §. cum quis, uers. uidetur. ff. de acq. rer. dom. ubi, qui spicas detexit, non nouam speciem facit, sed eam, quæ est, detexit, glo. in c. 2. in prin. de decim. lib. 6. tradit Dec. consi. 25. colum. 3. nu. 2. uer. suadetur. & cons. 423. ad fin. ubi alios adducit, Rim. consi. 462. nu. 20. Cur. Iun. consi. 56. nu. 10. Paris. cons. 65. nu. 5. uol. 1. & alibi, & hoc tanto magis dicendum uidetur, cum non dum ipsi filiæ prius nominatæ ius esset acqui-

27 situm, si quidem donatio † facta filiæ in potestate, ut erat magnifica D. Catherina, etiam q̄ esset nupta, iuxta tex. in l. si uxor. & ibi Doct. C. de cond. insert. & tradit glos in prin. institu. de senat. Tertul. uerb. parētis, & ibi Are. à principio non ualet, sed morte patris confirmatur l. 2. C. de inoffic. donat. l. donationes, quas parentes.

rentes. C. de donation. inter uir. & uxor. cum aliis adductis per Duen. reg. 223. & ideo pater uidetur potuisse non solum d. donationem de clarare eo modo quo supra sed e͂t reuocare, q̄a
28 † huiusmodi don. habet uim relicti, Bal. cons. 430. in prin. uol. 1. per not. in auct. ex test. C. de collat. & Bald. loquitur in casu, in quo pater di cebat se donare filiæ irreuocabiliter, & inter
29 uiuos. † Nec præfata donatio uidetur confirmari iuramento in ea adiecto, vt voluit Castr. cons. 105. aliàs quidā Vbertus miles. col. 4. q̄d est cons. 345. num. 3. uolu. 1. in nouis. Corn. in auct. sacraméta puberum. q. 17. illat. 6. col. 37. circa prin. C. si aduers. uend. idē Corn. cons. 238. nu. 3. & seq. uol. 3. Dec. consi. 631. num. 5. ubi alios adducit. Præterea & ex eo uidetur po tuisse declarari, immò & reuocari d. don. quia
37 Scire dicimur, quod vehementer opinamur.

38 Ratio testis falsa dictum reddit falsum.

39 Ratio testis perfecta validat dictum eius imperfectum.

40 Testis in uno falsus in totum falsus reputatur.

41 Testis deponere debet de praesentia.

42 Praesentia supponit veram scientiam & intelligentiam.

43 Causa quando impediatur propter alterius pendẽtiam vel inhibitionem.

45 Appellatio ab expensis non impedit procedi in causa principali.

46 Actus nullus reiterari potest, vt testes non rite recepti.

Non rite baptizatus puta ab heretico.

46 Actum aduersus duplicatum nihil obijci potest.

47 Certum per se vel per relationem ad aliud parificantur, etiam in contractibus. 52

Nisi pro forma certum requiratur.

48 Citatio sola sufficit habentis interesse sine transmissione copia vel eius effectu.

49 Certus certior reddi non debet.

49 Statutum à iure communi recipit interpretationem.

Et ut habeat sanum intellectum. 50.

Restringiq; debet ne sequatur absurdum.

Nec absonus intellectus.

Et ne statuentes à sapientibus reprehendantur.

50 Superfluitas damnatur.

51 Bartolus in l. ita scripsero ff. de cond. & dem. procedit etiam in institutione.

Maleq; restringitur ad legata.

53 Sententia continens errorem expressum in ea redditur nulla.

Vel si per relationem ad acta pateat error.

54 Intellectus cle. appellanti, de appella.

57 Testibus stantibus pro instrumento potius est deferendum quàm contrarijs.

Et curia damnur parte non citata. 56

58 Testes aduersus instrumentũ debent esse omni exceptione maiores.

Et hac qualitas probari debet.

59 Negatiua probatur ex instrumento vbi quid non reperitur.

60 Falsitas nocibilis potentia si detegeretur punibilis est.

61 Temporis diuturnitas causat obliuionem rei gesta.

Non autem reminiscentiam rei non gesta.

*Auxilium meum à Domino.*

## CONSILIVM CXIII.

PETIIT Nobilis & honesta D. Leonora de Platesijs vxor mea executionẽ sententia coram magnifico Consilio Iustitia contra magn. D. Angelam Vallam materteram suam pro consequenda dimidia dotis materna penes eam existẽtis. Qua Valla opponendo dixit eam soluisse de consensu ac cõmissione magn. D. Galeacij Platesij patris vxoris mea Reuerendis Monialibus à Mortaria pro dote vel eleemosina Reuerenda D. Hippolyta filia patris ipsius D. Galeacij in eo monasterio professa, & ad id probandũ induxit in testem quandã Magdalenam deponentem se fuisse praesentẽ dicto consensui & cõmissioni D. Galeacij in domo ipsius Do. Angela sita Ferraria: quia in ea morabatur pro ancilla dicta Do. Angela, quod & Bertolina pariter inducta confirmauit, fuisse factum praesente dicta Magdalena tunc ancilla D. Angela in dicta domo. Et quũ coniunx mea videns capitula super dicto consensu & cõmissione produxerat instrumentum renunciationis praedicta D. Hippolyta facta vxori mea sorori sua iurium sibi competentiũ in bonis maternis praesente D. Angela, vt inde deprehẽderetur non esse verum D. Galeacium fecisse dictã cõmissionem D. Angela, quia illa post ea non fuisset passa D. Hippolytã renunciare sorori, sed contradixisset allegãdo dictã commissionẽ & solutionem per eam factã. Dicta mulieres ut falsum falso adderent dixerũt D. Angelam non fuisse praesentẽ dicto instrumento renũtiationis. Quibus testibus publicatis facta certior uxor mea dictas mulieres sic ad dicendum subornatas fuisse, quia uerum non erat tunc temporis, de quo deposuerant illam Magdalenam morari in dicta domo, & fuisse ancillam D. Angela, sed eam stetisse in Villa Francolini super Casale Alberti Trondula, et quòd D. Angela verè fuerat praesens dicto instrumento porrexit accusationem de falso cõtra praefatas Magdalenam & Bertolinam coram magnificis Dominis Potestate Ferraria & Iudice maleficiorum, qui fuerunt Clarissimus D. Antonius Cocapanus Carpensis, & Excellentissimus D. Bartolomeus Mirolius Comes montis Cestini, ad quam accusationem comparens Valla medio procuratoris sui multa cœpit opponere, ut dictam accusationem impediret quominus admitteretur. Contra verò coniux mea mediante pariter suo procuratore constanter accusationem suam iuridicam esse & admittendam dixit, unde placet iura partium recensere, fœlicemq; memoriam coniugis mea memorare, qua sententiam fauorabilem super admissione sua accusationis reportauit, quo facto Valla suum errorem cognoscens liti cessit, & uxori mea satisfecit.

VIdebatur igitur ( ut in campum disputationis descendam ) quòd accusatio prędicta non esset admittenda ueluti nulliter instituta pendente inhibitione procuratoris dictæ Vallę tunc absentis, q. comparuerat in causa ciuili. † Nam cum illa causa dictæ accusatio-
1 ni dederit occasionem propter dictas mulieres in ea receptas in testes, sicut in ciuili supersedebatur, ita debuit in criminali supersederi, ut in simili casu tradunt Domini de Rota decis. 193. Si ab excōmunicatione. in nouis. vbi dicunt, quòd si Iudex excommunicauit reum: quia noluit respondere libello, & reus appellauerit ab illa excommunicatione. Iudex à quo nō poterit in causa principali procedere: quia articulus excommunicationis non videtur separatus à causa principali, ex quo occasione illius processit excommunicatio, & causa principalis excommunicationi præstitit occasionē & de illa decisione Rotæ meminit Dec. consi.
2 33. † quare sic & in casu nostro dicendum videbatur, & ob id accusationē pendente illa inhibitione factam fuisse nullam. c. nō solum. & c. Romana. §. si uerò. de app. in 6. quibus ita concludit Rota loco citato. & Butr. in c. tuam, de ordi. cogni. Et licet reuerso procuratore Vallæ rursus citatæ fuerint dictæ mulieres, ut comparerent ad se excusandum ab accusatione prędicta: quia tamen effectus accusationis non fuit expressus in citatione, prout de forma requirit statutum, de modo citandi re uel uerbo accusatum, sed relatio tantum facta fuit ad acta, dicendo quòd comparerent ad excusandū se ab accusatione contra eas producta in actis talis notarii. Vtique talis repetitio ueluti mi-
3 nus legitimè facta non prodest. † Nam qnādo, quid requiritur exprimi pro forma, non sufficit id fieri per relationem ad aliud. Clement. appellāti. de appella. ubi cum pro forma requiratur in appellatione ab interlocutoria exprimi causam grauaminis, non sufficit expresio per relationem ad acta. ut notat Ang. in l. 1. ff. de libe. & post. cum similibus ibi per Alex. Et Arc. sequitur Ias. & Dec. in l. certū. ff. si cer. pe. Ias. in l. Gallus. §. Idem credendum. ff. de lib. & pos. Et in l. hac consultissima. §. per nuncupationem. C. de testa. Ripa in l. 1. num. 63. ff. de uul. & pup. Dec. in l. 1. col. 3. C. de erro. cal. decis. Neap. 220. num. 15. Et Pedemontana 128. num. 15.
4 † Idq; præterea confirmatur: quoniam quādo quid requiritur pro forma expressum esse, non sufficit per æquipollens id exprimi, ut ex multis exemplis uolunt Alex. Soc. Aret. & Ias. in dicta l. 1. ff. de lib. & post. Grat. respon. 138. nu. 17. uol. 1. quo fit, ut non sufficiat expresio per relationem ad aliud, licet aliàs æquipolleat expresio per se uel per relationē ad aliud. l. si ita scripsero. & ibi Bar. & Castr. ff. de cond.
5 & demon. Bero. consi. 150. nu. 58. uol. 2. † adeo quòd Bal. consi. 257. ea quę. uol. 1. quem refert Grat. resp. 137. nu. 12. uol. 2. dixit expresionē per relationē ad aliud propriè expressum dici.

Secundò, propius ad merita accedendo, uidebatur quòd accusatio prædicta non esset admittenda uelut manifestè calumniosa, quo stante debuit eam curia ex officio repellere, iuxta not. per Glo. Bart. Castr. Alex. Ias. & D. meum Rimin. in l. Vbi pactum. C. de trans. Vbi dicunt, si statuto caueatur, quòd bannitus possit impunè occidi, & aliquis bannitum occiderit, contra quem occisorem Iudex inquisitionem formauerit, qui comparere non audet, potest tertius comparere, & allegare bannum occisi, idque iudici palam facere, talique casu Iudex ex officio debebit ipsum absoluere, ex quo sibi constat inquisitum puniri non posse ex forma statuti, sequitur Veronens. caut. 68. Ang. in l. filiusfamili. §. ueterani. ff. de proc. Et in l. reos. C. de accus. pluresq; cumulat Marsil.
6 in pract. crimi. §. sequitur. nu. 19. † Sic & alibi dixit Anch. consi. 157. ex narratis. col. penul. 9 si iudex uehementer suspicatur calumniam in opponente exceptionem peremptoriam, eam posse non admittere, sequitur Marsi. in dicta practi. §. oportunè. nu. 88. quòd autem calumniosa uideretur hæc accusatio demonstratur. Accusatæ nanque fuerāt dictę mulieres, quòd falsum dixissent se fuisse præsentes dictæ cōmissioni D. Galeacii factæ D. Angelæ in eius domo: quia in ea tunc morabatur Magdalena pro ancilla sua: stant enim simul, quòd illa ratio standi in ea domo pro ancilla sit falsa, quia moraretur in uilla Francolini, & tamen uerum sit D. Galeaciū consensisse & commisisse D. Angelæ, quòd illas pecunias solueret Monialibus prædictis, huicque comisioni fuerint præ-
7 sentes illæ mulieres † unde talis allegata falsitas in accusatione de necesitate non concludens releuare non debebat: falsitas enim, quę proponitur, debet de necesitate concludere. ut not. Glo. Bal. Ange. & Ias. in l. iurisgentium. §. quod ferè. nu. 10. ff. de pact. Sal. in l. de tutela C. de in integ. resti. Alex. consi. 70. col. 2. & cōs. 74. col. 8. uol. 1. Bossius in tit. de desensi. reorum. nu. 35. Dec. cōsi. 102. col. fin. tomo primo
8 criminalium secundo loco editorum. † Tantoque minus ea falsitas nocere debebat: quia de dicto consensu uidebatur probari per tres alios testes Do. Angelæ, meritò uidebatur succedere decisio Ancharani consi. 24. dicentis, quòd testes dicentes uerum, non tamen sibi notum per sensum corporis, illud scienter affirmantes, non puniuntur de falso sed potius de temeritate (quę per uxorem meam non fuit deducta) & hoc per plures rationes & præsertim: quia est falsitas, quæ non lædit, quem sequitur Ioan. de Ana. in c. 1. de crimi. fal. Soci. consi. 103. in fin. uolu. 1. repetito in cōsi. 185. uol. 2. Fel. in c. fraternitatis, in fin. de hæret. Bologni. consi. 31. col. 2. D. meus Riminal. Et post eū Alciat. in l. pen. C. de trans. & Idem Rimin. consi.

consil. 53. Ias. in l. 1. col. 3. ff. de eo, per quem
fac. erit. Et consi. 153. nu. 3. uol. 2. Soc. in l. si is
qui. 200. §. utrum. nu. 6. ff. de reb. dub. Petrus
Gerard. de petra Sancta. singul. 80. Et magnifa
cit Petrus Calefatus consi. 102. nu. 12. uol. 1.
criminalium.
9 † Nec etiam uidebātur dictæ mulieres accu
sari potuisse de falso, quòd dixissent D. Angelã
non fuisse præsentem dicto instrumento renun
ciationis; namq; accusatio fieri non potest ubi
delictum non punibile, sicut nec inquisitio se
cundum Bar. & alios in l. ubi pactū. C. de transf.
Bal. in l. decuriones. C. de infami. Mars. in
pract. crimi. §. constante. & cons. 100. in fi. Pu
ta si statutum diceret, quòd super tali crimi-
ne non recipiatur accusatio, ut per Castr. in
l. 2. in prin. ff. ad trebel. Bossius in tit. quomo-
10 do proceda. per acti. in delict. ad finem. † Et
ubi falsitas non est nocibilis, non est punibilis,
ut est Glo. notab. & ibi Cyn. Bart. & alii. in l.
damus. C. de fals. Soci. consi. 103. uol. 1. Rube.
cõs. 15. ad fi. decis. Neap. 404. nu. 9. Alex. consi.
70. col. fin. uol. 1. Dec. consi. 175. col. 7. Bossius
in tit. de defensionibus reorum. nu. 70. Paris.
cons. 170. nu. 21. uol. 4. Petr. Calefa. cons. 102.
nu. 12. uolu. 1. criminalium. Gandi. in titu. de
falsar. col. 3. nu. 21. Ang. Aret. in tract. de male
fic. in vers. falsario. col. 1. cum aliis per Scarla-
tinum consi. 106. nu. 13. Tomo secundo crimi
nalium. At falsitas allegata fuerat talis: quia
instrumentum prædictum erat nullum ueluti
factum cum prædicta D. Hippolyta tunc mino
re. 12. annis. Vt deponunt plurimi testes D. An
gelę tanquam maiore: non attinentes necef-
sarii secundum formam statuti de contr. min.
interuenerunt, sicque nec agendo nec excipi-
endo poterat aliquod ius competere ex dicto
instruméto uigore dicti statuti: meritò falsitas
eius instrumenti occasione secuta de non in-
teruentu D. Angelæ puniri non poterat.
1 1 † Tertiò dicebatur, dictas mulieres excusan-
das esse à falso ex diuturnitate temporis. Nam
tali casu præsumitur in teste dictū fuisse ex ob
liuione, non autem dolo. ut per Aret. in c. in
nostra. col. 3. de testi. & in l. 1. §. pen. col. fin. ff.
de uerb. obli. Fel. in c. fraternitatis. prima fallẽ.
de hæret. Mars. consil 34. & consi. 69. num. 9.
longumque tempus in præsenti materia repu-
tatur biennium, cum in eo temporis cursu &
quandoque minori cadat obliuio, & inquit
Mars. consi. 77. nu. 15. & Grimat. consi. 47. nu.
13. in fin. At instrumentum prædictum condi-
tum fuerat per octo annos ante examen dicta-
rum mulierum, meritò tanto magis in eis ob-
12 liuio debet supponi. † & cum mulieres sui na
tura sint simplices & fragiles de facili debent
excusari in tanto temporis cursu, ut etiam in
masculo simplici concludit Alcia. in l. 1. §. pen.
nu. 50. ff. de uerb. obli. Et ex his uidebatur ad
fauorem dictarum mulierum iudicandum, q.
accusatio contra eas producta non esset admit

tenda, ut illæ petebant.
Quibus tamen non obstantibus, dicebam
& accusationẽ admittendam esse, & dictas mu
lieres de falso puniendas esse, & quantum per
tinet ad admissionem mouebar ex ea regula
13 † quòd semper in dubio debemus interpreta-
ri, q. actus potius ualeat quàm pereat. l. quo-
ties. 2. ff. de reb. dub. l. quoties. ff. de uerb. obli.
Glo. in c. abbate sanè, de uerb. sig. Ang. in l. eũ
debere. ff. de serui. urb. præd. Soc. consi. 173.
col. 2. uol. 2. Bertran. consi. 27. num. 9. uol. 1.
Crot. in l. 1. §. qui præsens. nu. 18. ff. de uerbo.
oblig. Rol. à Valle consi. 65. num. 16. uolu. 1.
14 † talisque præsumptio cęteris fortior & effica-
cior est, ut scribit Dec. in c. quoniam Abbas.
col. 6. de offi. dele. & consi. 344. Paris. cons. 88.
num. 51. uol. 3. Rolan. à Val. cons. 61. num. 27.
uol. 3. idemque Dec. in l. si donatione, num. 12
C. de colla. Et in l. in contrahenda. num. 13. ff.
de reg. iur. Alciat. in tract. de præsump. regu.
3. præsum. 34. Ceph. consi. 223. nu. 5. post Van
tium in trac. de nulli. sent. titulo quib. mod.
sent. nulli. repar. poss. num. 127. uersi. insuper.
ubi consulit, ad euitandam nullitatem senten
tiæ studendum esse nunquid aliquo modo nul
litas obiecta possit reddi dubia: quia tunc con
tra nullitatẽ iudex iudicare debet, ut actus su-
stineatur & potius ualeat quàm pereat d. l. quo
14 ties. † Hinc uidemus, quòd licet Princeps non
præsumatur uti plenitudine potestatis, ut not.
Innoc. in c. Innotuit. de elect. Ang. in l. bene à
zenone. C. de quadr. præsc. Castren. & Mod. in
l. in testamento. C. de test. mil. Castr. cons. 317.
col. 2. uol. 1. Soc. consi. 260. col. 10. uers. ex qui
bus infero. uol. 2. Ias. consi. 1. col. penu. uolu. 1.
Quando tamen aliter actus non ualeret, præsu
mitur uti uoluisse plenitudine potestatis, ut
actus ualeat, ut idẽ Castr. uoluit in l. 1. §. ex im
perfecto. C. de testa. Alex. in l. quamquam. C.
de test. mil. Dec. in d. l. in testamento. col. 6.
& in c. quoniam Abbas, col. 5. de offi. del. sicut
& in consi. 11. col. pen. Petr. Duen. regula 45.
15 fallentia fi. Ceph. consi. 235. nu. 5. † declaran
do tamen quando princeps esset informatus &
sciret actum non ualere de potestate ordina-
ria, secus si erraret credens eũ ualere, ut ipse
Cast. declarat cõs. 413. col. 3. uers. secundus ca
sus, uol. 1. Rui. consi. 23. col. 2. uol. 2. Cra. in tra.
16 de anti. tem. pri. parte nu. 40. † Parique modo
uidemus, q. licet præsumatur actus præcessisse,
qui ex ordine literæ prius reperitur. Bar. in pri.
consti. cod. col. fin. & Bal. in §. quibus, tamen ab
ista præsumptione receditur, quãdo actus esset
nullus; nam quod est in ordine posterius præ-
sumitur prius; ut actus ualeat, ut tradit Bal. in
17 l. cum testam. §. hæc uerba. ff. de hær. inst. † ubi
dicit, quòd si in eodem instrumento reperitur
scriptum, quòd pater donauit filio, & quòd fi
lium emancipauit, non attento ordine scriptu
ræ, præsumitur quòd emancipatio prius fa-
cta fuerit, ut ualeat donatio, sequuntur Ang. &
Imol.

Imol.In dicto §.hæc uerba.Alex. in l.2.§. prius
col.3.&pôst eũ Ias.ff.de uul.&pu.Alex. consi.
81.uol.3.consi.112.uol.5. Aliciat. in tract. de
psum.reg.3.psum. 34.& Cat.Cot.lib. suo me-
morialiũ, in uers.actus ita dẽnt.Et ego dixi in
rub.C.qui adm.n.183.cum seq. Quare conclu
dendo dicebam, mirum non esse si accusatio
nostra deberet in dubio reputari ualida, ut ad
mitti deberet.
18 † Quod autem dictæ mulieres essent de fal
so puniendæ mouebar. Nam quando falsitas
emanauit circa circũstantiam, quę pertinet ad
negocium principale, & confert ad eius uerita
tem uel falsitatem, tunc dicitur inesse nego-
cio principali, puniturque pęna ordinaria de
falso. Puta si uersetur super loco vel tempore
delicti seu contractus. Ita Butri.in c.cum cau-
sam.in fin.de testi. Bal.in c. cum uenerabilis.
col.pen.de excep.Bar.in l.eos.col. penul.& ibi
Mars. nu.27.ff.de fals.Aret.consi.60.circa fin.
1.col.Ias.cons.61.nn.5.uol.1. Are.& D. meus
Rimin.in l. penul.C. de trans.ad fi.& pulchrè
Mars.consi.70.num.9.dicens quòd cum tales
circunstantiæ sint talis naturę, conditionis &
importantiæ, q dici possunt inesse facto princi
pali: quia propter illas deuenitur ad ueritatẽ
uel falsitatem facti seu negocii principalis, &
inde cognoscitur, meritò falsitas in eis comis
sa dicitur cõmissa potius super facto, negocio-
que principali, quàm super dependentibus
19 ab eo. † At negari non poterat, quin ista ratio
pertineret ad negociũ principale, dum testes
dicunt fuisse præsentes consensui D.Galeacii,
quia tunc erant in famulatu & morabantur in
dicta domo Do. Angelæ: quia talis ratio ar-
guit ueram scientiam eius quod deposuerant
l.cõsensu. C. de repud.l.testium.C.de testi. in
uersi.præsto fiunt. Et ponit Tomas de Salue-
tis,consi.29.num.8.tomo 2.crimine.ubi uult,
quòd causa uisus ponatur pro certitudine, sic
igitur & causa præsentiæ.
20 Confirmatur, † nã illa ratio Magdalenæ, q
fuit pręsens dicto consensui: quia moram fa-
ciebat in dicta domo planè demonstrat, quòd
frequentius ibi stabat, comedebat & bibebat
non autem alibi, ut per Bald. in l. 1. colum. 3.
uersi.2.dubitatur C.de lega. Imol. in l. si quis
ita legauerit,ff.de cond.& demon. & appella-
tione habitationis continua uenit & magis fre
quens non autem momentanea & breuis, l. 1.
§.habitare,ff.de his, qui diecc. l.1.§. fin.ff.de
21 iniu.& in † nota.casu tradit Bal.ĩ l.1. ff.de sta.
ho.ubi dicit, quòd si dono tibi omnes domos
meas, quas inhabito, & propter mortalitatem
fugerim in comitatũ, & ibi morabar ad tempus
pestis, utique talis domus non uenit in dona-
tione, qa uerbum habito, est frequentatiuum,
& ideo de rara & momentanea habitatione
non est intelligendum: non enim singula mo-
menta faciunt habitationem, sed animi resi-
22 dentia † Idque præterea confirmari potest,
quia non uidetur stetisse uel fuisse in loco, qui
fuit ad breue tempus, ut per Ancha.consi.75.
uiso diligenter, ad fin. Hinc si contingat, ali-
quem citandum esse, & habeat plures domos
ad habitandum, citari debet in illa, quam fre
quentius inhabitat, ut per Glo. in cle. causam
de elect.cum simil. per Guil.Maynerium in.l.
nemo de domo sua, in fin.ff. de reg. iur. Et ita
patet habitationis appellatione uel de conti-
nua, uel de maiori parte temporis intelligi de
bere.l.cum de lanionis. § . Sabinus.& ibi Bar.
ff.de fund.instr.cum simil.citatis per Afflic.de
cis.384.num.11.Fel.in proœ.Grego.uers.Rex
pacificus.num.4.Cephal.consi.80.num. 6. At
istud erat omnino falsum: quia testes nostri di
xerũt, eam Magdalenam dicto consensui tunc
temporis stetisse in uilla Frãcolini super quo-
dam casale Alberti Trondulæ, meritò non erat
uerum, quòd fuisset præsens Ferrariæ in do-
mo D.Angelæ: cum duobus in locis quis esse
non posit eodem tempore.
23 † Similiter respectu Bertolinæ alterius te-
stis dicentis, quòd dicto consensui pręsens fuit
Magdalena tunc massaria, sicut nunc in dicta
domo D.Angelæ, non aliò tendit eius dictum
quàm ad denotandã scientiam Magdalenæ di
cti consensus. Nam massariæ uelut habitantes
& uiuentes simul cum Domina uerisimiliter so
lent habere notitiam & scientiam eorum, quæ
palam faciunt Dominę & cum eis geruntur, ut
proponitur dictus cõsensus D.Galeacii.l.cõsẽ
su,§.serui.C.de repudiis.l.ad instruendum, ff.
de admi.tut.Bal.consi. 295. Petrus Lonbardi.
col.1.uol.3.Anch.cons.170.principaliter,col.
fin.Aret.consi.290.col.4. uers. aliquando, ibi,
maximè ex quo Venetiis, Soc.cõsi.264.col.5.
uersi.confirmatur hoc idem Craue.consil. 26.
num.3.& consi.123.num.1.Rol.à Vall. consi.
52.num.13.uol.1. Grat. respon. 49. num. 12.
uol.1.Menoch.consi.15.nume.2.at est falsum,
Magdalena tunc esset massaria D. Angelæ q
in eiusque domo habitaret, si alibi habita-
bar, ergo Bertolina falsum deposuit.
24 † Non prætereo tamen, quòd ad defensio-
nem dictarum mulierum dicebatur eas uerita
tem dixisse, meritò de falso puniri non posse.
Nam de prædicta commisione & consensu
D. Galeacii deponebat etiã soror Hippolyta
eius filia, dicens misisse nuncium ad eum, pe-
tendo quòd suis indigentiis subueniret, cum
que nuncio respondisse. *Ditele se madonna An-
gela le ha date per la sua dote lire 1325. che le ho
cõmesso li dia, si de contentare, & se non glie le ha
date, che se le faccia dare, ne dia impazzo à me.*
Rursus aderant aliæ duæ moniales deponẽtes,
quòd Do.Angela promisit ante ingressum so-
roris Hippolytæ eis & monasterio dictas pecu
nias pro dicta dote de consensu & commissio
ne D. Galeacii, propterea dicebatur, quòd &
si constaret Magdalenam & Bertolinam in ra-
tione causæ falsum dixisse dum de præsentia,
famu-

famulatu & habitatione, tunc in domo D. Angelę dictæ Mągdalenæ deposuerunt, quia tamē uerum dixerunt super consensu & comissione. D. Galeacij, de falso puniri non possunt, adducunt Ancharanum consi. 24. col. fi. quem deducit Fel. in c. fraternitatis, ad fin. de hæret. & Petrus de Moncada in tract. de testib. nu. 390. quē supleuit imperfectū Ioannis Crotti morte preuenti, ubi si testis deposuit uerum, & assignauit causam p sensum corporis, puta per uisum uel tactum, si quantū ad causam conuincitur de falso, propter hoc non potest puniri tanquam uerè falsarius, sequitur Ancharanum Ioann. de Ana. in c. 1. de cri. fal. Soc. cons. 103. col. fi. uol. 1. repetito consi. 185. uol. 2. Bologni. consi. 30. col. 2. D. meus Rimi. & Alci. in l. pen. C. de trāſ. idēque Rimi. consi. 53. Ias. in l. 1. col. 3. ff. de eo per quem fact. erit, & in consi. 153. nu. 4. uol. 2. Soc. in l. si is qui. 200. §. utrum. nu. 6. ff. de reb. dub. Petr. Ger. de Petra Sancta singu. 80.

25 † Sed huic motiuo respondebam, talem consensum per dictas moniales non probari, nam Soror Hippolyta deponebat de auditu ab uno tantum, uidelicet à nuncio sibi referente confessionem D. Galeacii incidenter factam, & absente parte, cui non erat deferendum propter omnes regulas iuris repugnantes. Nam ita demum testis de auditu recipitur, quoties à pluribus saltem duobus dicat audiuisse, ut appareat quos autores fide dignos habeat suum dictum tex. est in c. licet ex quadam, & ibi not. Butr. & alii de testi. per quem sic tradit Aret. consi. 73. nu. 11. Cur. iun. in l. 1. nu. 59. ff. si cer. pet. ubi dicit hanc esse commu. sequitur Grat. respon. 27. nu. 14. vol. 2.

† Secundò Soror Hippolyta referens rela
26 tionem nuncii de patre recusante quicquam dare, præmittit pręambulum quoddam patris dicentis *Se madonna Angela li ha date lire 1325. che li ho cōmesso li dia.* Quæ uerba ob id dicuntur enunciatiua, ex quo non stant per se, nec in eis consistit uoluntas sed in aliud transeunt. ut declarat Bal. in l. 1. C. de sal. cau. adi. leg. col. 2. uers. quæro quid est dictum, Soc. cons. 228. col. ù. in fi. uol. 2. Paris. consi. 77. nu. 34. uol. 3. † At
27 uerba enunciatiua nihil probant, quando principaliter dubitari contingit de ipso enunciato ut notab. uoluit Butr. in c. illud, de pręsum. quē refert & sequitur Mates. notab. 79. Idemque Bal. in l. ad probationem. in fi. C. loca. sequitur Alex. consi. 136. col. fin. uolum. 1. & consi. 202. super causa & lite. col. 2. vol. 2. Abb. consi. 33. col. pen. uol. 2. Dec. consi. 213. col. fin. & cons. 310. nu. 5. Rui. consi. 167. uol. 1. & cons. 44. vol. 5. D. meus Rimi. consi. 82. nu. 18. & consi. 89. nu. 24. senat. Pedemon. decis. 76. nu. 12. & ego dixi in l. 1. nu 497. ff. de offi. eius, cui mād. est iurisdi.

† Tertiò, de dicta confessione consensus D.
28 Galeacii facta absente D. Angela deponit Soror Hippolyta, q̄ confessio nō probat. l. 2. §. si quis absente. ff. de confess. quare patet multis nominibus eius dictum non releuare.

Sed nec aliud duarum monialium, quæ dixerunt D. Angelam promisisse soluere dictas pecunias monasterio suo pro dote D. Hippolytæ de consensu & commissione D. Galeacii. inter est enim earum sic dicere, ut à D. Angela facilius consequi possint eas pecunias, nam remota commissione prædicta non possent D.
29 Angelā conuenire † meritò eis uelut interessatis non est credendum, sed repelli debent. l. omnibus C. de testib. D. meus Rimin. consil. 145. col. 2.

Secundò deponunt de auditu dictę commissionis ab ipsa D. Angela aduersaria in pręsenti cā, quo casu nullo modo probant, Dec. consi. 82. col. 1. Craue. consi. 112. nu. 13. Sicut. n. nō crederet Do. Angelę in cā propria deponēti. l. omnibus. C. de testi. c. nullus, eo. tit. pariter credi non dēt testibus dicentibus se ab ea audiuisse: quia testib. non creditur, quorū repelluntur autores. c. licet ex quadam, de testi. c. fraternitatis, de hæret. c. nullus. 3. q. 4. Oldra. consi. 69 col. 2. Castr. consi. 284. col. 1. & consi. 299. col. 2. vo. 2. esset enim quàm absurdissimum, quòd si nō credit originali, idest auctori alicuius famę, credatur eius copiæ, idest his, qui ab auctore dici audiuerunt. l. 1. ff. de fid. instr. c. 1. eo. tit. & §. ex hoc insuper, in auct. ut spon. lar. quibus ita arguit Craue. cons. 41. nu. 2.

30 † Tertiò deponūt de auditu ab uno tm̄, uidelicet à D. Angela, unde militāt dicta superius nu. 25. & cum dictæ duę moniales tot defectus patiātur, infertur, quòd omnino repellendæ sunt: quoniam sicut plura adminicula ampliāt probationem, iuxta not. per Doctores in l. admonēdi. ff. de iureiu. ita plures defectus eā dextruunt & anihilant: quia quod operatur propositum in proposito, operatur oppositum in opposito. l. si ut proponis. C. de nup. ita Soci. consi. 118. col. antep. nu. 1. Andre. Sicul. consi. 54. col. 9. uol. 1. consi. 65. col. 4. uolum. 4. Dec. consi. 133. col. 3. Marsi. sing. 378. & 385. consi. 102. col. pen. Craue. con. 149. nu. 11. & 12. Cephal. consi. 169. num. 16. & cons. 204. nu. 9. post Rui. consi. 147. nu. 2. vol. 5. Rol. à Vall. consi.
31 24. n. 61. vol. 1. † Et adeo uera est hęc conclusio, q̄ licet aliàs testes inhabiles admittantur quando ueritas aliter haberi non potest ex natura actus vel negocii, secūdum Butriū & alios in c. tertio loco. de prob. vbi Dec. nu. 4. & idem Butri. cons. 24. col. pen. sequitur Alex. cons. 64. col. pen. vol. 1. consi. 175. uol. 2. quod est repetitum consi. 152. col. 5. vol. 5. Dec. cons. 310. col. 2. & consi. 363. col. 2. Gramma. cons. 45. nu. 11. & consi. 58. Rui. consi. 150. nu. 18. vol. 5. Mars. consi. 31. nu. 33. cons. 41. nu. 6. consi. 80. nu. 62. singul. 73. & in l. infans. ad l. Cor. de sica. Alcia. in tract. de præsum. pri. reg. præsum. 47. Cra. in tract. de anti. temp. pri. par. §. viso nu. 13. Neui-
32 za. consi. 54. nu. 16. † tamen id non procedit quando

quando testes paterentur plures defectus,& sic multipliciter essent inhabiles, ita Mars. consil. 102.n.12.Barb.cons.54.col.9.uol.1.consi. 65. col.4.vol.4.Ceph.cons.65.nu.28.Gramma.cō si.45.nu.22.& cons.58.nu.12.D.meus Ludouicus Catus cons.99.n.26.lib.pri.crimin.& Roland.à Vall.cons.3.n.51.vol.3.qui me citat,cō si.106.nu.18.eodem lib.1.crim.vbi idem dixi.
33 †Idque confirmat Rolan.exemplis similibus & pulchris.Nam videmus illud quod tradunt Doctores,standum esse depositioni factæ in tortura,quando testis est contrarius,debet intelligi si alius non obstat defectus, secus si alii pręter contrarietatem:quia quando plura sunt obstātia,licet vnum tollatur,non censetur alia sublata.l.si pro fure.ff.de condic.fur.sicque declarat
34 plenius Craue.cons.6.nu.55. † Parique modo videmus,quòd iura disponentia in certis casibus standum esse socio criminis, intelligenda sunt in socio criminis aliàs nō īfame ex alio delicto.ita Gramma.cons.38.nu.9.Mars.cons.74 nu.23.Dec.cons.133.col.3.Paris.cons.53. nu.
35 36.vol.4.Hinc & Crau.cons.249.n.11. † dicit, ꝙ licet sola paupertas testem non repellat aliàs honestę vitæ,bonęq; conuersationis, vt per Gl. & Doct.in c.si qui testium.de testi.§.sancimus. in auth.eo.tit.Specul.de teste.§.1.vers. item ꝙ est pauper.Alex.cōs.65.in fi.vol.1.& con.149. col.2.vol.5.Aret.cons.13.col.7.ver. ad secundum,Dec.cons.163.col.4.Ias.in l.si fideiussor, in prin.col.1.ff.qui sat.cog.& in aut.præterea,
36 C.vnde vir & vx. † tamen istud non procedit, quando cum paupertate concurrit alius defectus,licet aliàs per se non sufficiens,vt per Bar. cons.111.quæritur,col.2.vbi tenet,quòd repellitur uilis & famulus partis, sicque paupertas iuncta cum famulatu testem repellit.Sic & Romanus consi.382.dicit,ꝙ repellitur pauper subditus producentis,licet subiectio sola non absolutè repelleret, ut clarius ibidem perpendit Orat.Mandos.in apostillis. Quare tandem patet,ut concludebam, dictis monialibus nullo modo credendū propter plures defectus, quos patiebantur,& Ancharani decisionem cessare in allegato consil. 24. quia non apparet earum dictum verum esse, licet ratio conuincatur.
37 † Sed vlterius diligentius aduerti debet ad Ancharanum : loquitur enim de duobus testibus,qui fuerant inducti ad deponendum veritatem,licet eis incognitam secundum propriā eorum conscientiam.& licet de scientia deposuissent super eo quod vehementer crederent, aut quod ab alio audiuissent,nō propterea falsi censeri debebant,quia scire dicimur, qđ vehementer opinamur,vel quod ab aliis percepi-
38 mus,ita propriè loquitur Anch. † non autem quando testes in ratione dicti per eos reddita conuicti fuerint,vt Felynus & ille Moncada referunt & malè,nam tali casu bene testes dicerētur falsi,nam data ratione testis falsa dictū quoque suū reddit falsum,quia magis ratio quàm dictum attenditur in teste.Bald.in l.conuenticulam,col.7.C.de epis.& cler.Ias.latius in rub. ff.de iureiur. col.pen. Dec. cons. 363.col.2.& idem Bal.in trac.de testib.in 3.par.vbi si testis dicat,nihil scio:nisi quia vidi contenta in articulo & præsens fui,probat veritatem articuli vi rationis,quæ necessariò infert sic esse & fuisse. & cum ratio sit fundamentum,destructa ratio-
39 ne destruitur fundamentum.† Hinc Tindarus in eo.tract.cap.5.nu.7.dicit,ꝙ sicut ratio testis perfecta validat dictum testis imperfectum,ar. l.si seruus.§.quicunque.ff.de leg.1.Sic ècōtrario ratio testis imperfecta dictum testis perfectum inualidat.& speculum aureum in trac.de testibus.in prin.nu.10.dicit quòd ratio in testē sic attenditur,ꝙ illa saluat & destruit eius dictū secundum Bal.in l.solam, C. de testi.Abba.in c.cum causam.col.3.eo.tit.& Alex. cons. 120. col.3.vol.v.meritò si ratio testis est falsa, dictū
40 quoque falsum dici debet † quoniam quoties testis in vno falsus est, in totum falsus reputatur propter iuramentum,quod est indiuiduum vt voluit Glo.in c.si ad scripturas 9.dist. Gl.in c.quid ergo,23.q.5.Bal.in l.certi condictio. §. quoniam.col.pe.ff.si cer.pe.Bart. & Bal.ī l.si ex falsis.C.de trans.Car.in cle.1.de test.Oldr.cōsi.37.ad primam.Alex.cons.93.col.pen. vol.5. cum similibus à Mars.cumulatis cons.70.nu.8 & per Gramma.cons.59.nu. 14. Non loquitur igitur Anch.in casu , quando testis in ratione sui dicti cōuinceretur,quicquid Felinus & Pe-
41 trus Moncada retulerint. † Sed nec etiam procedit decisio Ancharani, quādo testes deponerent eis pręsentibus fuisse factum aliquē actū, prout deponere debent de eorum præsentia.l. testium.ver.præsto fuerint C.de test.& in ver. sub præsentia sua.ibique decidit Bal.in pulcra quæstione,vers.modo hic insurgit dubium.Nā testis non debet asserere nisi id quod vidit vel sensit per sensum corporis, aliàs est falsarius secūdum Bal.in Margarita sua verbo testis. ideo deponendo vidisse , aut aliquid factum fuisse eo præsente,quod non fuerit,incidit in pęnam legis Corneliæ. l.1.in principio . ff. de fals.ita limitādo Ancharanum declarat egregiè Cur. consi.55.sub nu. 20. ad fin. qui casum nostrum decidit,cum Magdalena dixerit, fuisse pręsentem consensui & commissioni Domini Galeacii factæ & adhibito Dominæ Angelæ de dandis illis pecuniis monialibus pro dote filię suę. & idem asserit Bertolina de præsentia dictæ Magdalenæ, quod est apertè falsum, si Magdalena tunc alibi stabat, nec erat massaria Dominæ Angelæ,nec in domo sua Ferrariæ cum eā
42 morabatur. † Vnde non potest hic accommodari,quod dixit Ancha.de scientia sumpta pro uehementi opinione , nam præsentia sua, de qua deponunt dictę mulieres,veram scientiam & intelligentiam præsupponit & includit, vt latè not.Alexand.& Iason in l. 2. §. voluntatem ff.sol.mat.

His fundamentis ita deductis tã pro admissione accusationis uxoris meæ quàm pro uictoria sua descendebam ad solutionem contrariorum, & circa primum de accusatione nulliter instituta pendente inhibitione in causa ciuili propter absentiam procuratoris Dominę Angelæ, dicebam talem inhibitionem non obsta-
43 re. † Quoniã tunc demum causa impeditur prætextu litis pendentis vel inhibitoriæ alterius causæ, quando illa causa quæ petitur impediri habet talem connexitatem cum causa pendente vel inhibita, quòd sententia in ea lata pariat exceptionem rei iudicatæ in altera, quę petitur impediri, aliàs secus. ita Bal. in c. 1. circa fin. de controu. feud. apud pares termi. Dec. consil. 33. nume. 4. circa fin. Iason. consil. 8. nume. 6. volum. 1. & pulchrè Angel. in l. per minorem ff. de iudi. vbi vult, ita demum in secunda causa supersedendum esse, quando absolutoria lata in primo iudicio pareret exceptionem rei iudicatæ in secundo. Sed hoc nequaquam verificatur in terminis nostris, vt habetur in statuto. pęna deponentis falsum testimonium: quoniam cauetur in eo, quòd pendente causa criminali de falso testimonio supersedeatur in ciuili, donec criminalis fuerit terminata infra tres menses, quibus elapsis & ea non expedita vult in ciuili procedi posse, suo tamẽ in robore manẽte criminali & eius effectu sententia secuta condemnatoria testium, per quã ciuili præiudicari possit, non obstante quòd in ciuili causa sententia aliter lata foret, & sic absolutoria. Patet ergo, quòd non parit exceptionem rei iudicatæ in criminali, meritò pendentia ciuilis & eius inhibitio non debet impedire criminalis institutionem per accusationem porrectam.

44 † Nec obstat decisio Rotæ. 193. de qua supra. Nam procedit in inhibitione generali, secus in limitata, prout in casu nostro in causa ciuili, & ita respondet Dec. in dicto consil. 33. in fine. qui & aliis modis eam resoluit, vt per eum. Sed vlterius addo, quòd Rota loquitur quando lata fuit excommunicatio contra reũ: quia noluit respondere libello, nec litem contestari, quo casu articulus excommunicationis erat connexus causę principali, & causa principalis erat præiudicalis articulo excommunicationis: quia si in causa principali procederetur & reus succumberet, appareret eum rectè fuisse excommunicatum, meritò pendente articulo excommunicationis non debet in alio procedi. & hæc est ratio viua illius decisionis Rotæ, non autem occasio per eam à Dec.
45 considerata † quod inde patet. Nam si appelletur ab expensis, procedi potest in causa principali, secundum Peruf. in capitul. super eo. 1. colum. 1. de appellat. & tamen articulus expensarum habuit occasionem à negocio principali. Vlterius dicebam, quòd cum reuerso procuratore partis aduersæ procurator coniugis meæ relterari fecisset, quod inhibitione pendente fecerat, producendo accusationem citandoque Dominam Angelam pro suo interesse, vt cauetur in allegato statuto, pœna deponentis falsum testimonium, omnem ama-
46 ritudinem cessare. † Quoniam si verum erat productionem accusationis cum cæteris ad eã secutis non valuisse, reiterari potuerunt. vt in simili notant Gloss. Cardin. Florent. & Paul. Eleaz. in clement. 2. de testibus. cum pluribus aliis cumulatis à Tiraquello in l. boues §. hoc sermone. limitat. 1. nume. 10. ff. de verbo. sign. de testibus non rite receptis, qui reiterari possunt. & de non rite baptizato, velut ab hæretico, qui rursus baptizari potest, & debet. c. si quis confugerit. & ibi not. Archidian. prima quęstione prima, & in capitulo Daibertum prima quęstione septima, Luc. de Penna. in l. si quis decurio. colum. quarta versicul. quemadmodum C. de decur. libr. 10. nam & apud antiquos Romanos mos fuit, vt prima hostia non litante, altera ac tertia, ac deinde plurimæ, donec litatum esset, adhiberentur. vnde cum Paulus Emilius bellaturus aduersus Perseum sacrificans nõ litasset vsque ad vicesimam hostiam. in vicesima prima apparuerunt signa victoriam promittentia, vt tradit Plutarchus in vita illius quem & alia exempla commemorat Tiraquell. loco citato nume. 22. & hinc sequitur, quòd aduersus actum duplicatum siue bis factum nihil obiici potest, vt per Bald. consi. 140. volumine primo, Aretin. consi. 103. Socin. consil. 142. nume. 2. volum. 2. Gozadin. consil. 1. numero 37. Cephal. consil. 152. numero 106. Bene verum est, quòd adducebatur adhuc nullitas: quoniam copia accusationis non fuerat transmissa Dominæ Angelæ minusque dictis mulieribus accusatis, nec eius effectus citationibus insertus, vt requirit aliud statutum, de modo citandi re vel verbo. Nec satisfuerat, eas citari vt comparerent ad se defendendum
47 ab accusatione aliàs sibi notificata. † Quoniam licet aliàs paria sint, quid esse certum per se vel per relationem ad aliud. l. certum. ff. si certum petat. l. vbi autem non apparet. §. illud. ff. de verborum obligatio. & ibi Bartol. & Modern. sicut & in l. ait prætor. §. si iudex. ff. de re iudicat. tamen id non procedit quando quid exprimi debet pro forma, tunc enim non sufficit certitudo per relationem ad aliud, tex. est. in clementina appellanti. de appellatio. iuncta doctrina Bald. in l. in minoribus. columna secunda. C. de his quibus vt indignis, ubi cum dicatur. Appellanti ab interlocutoria non licere alias causas prosequi quàm in appellatione sua nominatim duntaxat expressas, inquit Baldus quòd causa signanter est exprimenda non generaliter, & obscure, etiam se ad acta referendo. Vt si dicatur appello: quia me grauastis, vt ex actis apparet. Nam hęc uerba

non

non continent aliquid certum ex se, nisi specificetur per quam partem actorum appareat grauamen deductum. idemque ponunt Ang. & Alex. in d. §. illud, & in l. prætor. in prin. ff. de ope. no. nunc. Ias. in d. l. certum. Nec insuper fuerat informationes repetitæ receptę nulliter inhibitione pendente, quæ cum prætermissa fuissent contra formam dictorum statutorum concludebatur reiterationem prædictam accusationis ac cęterorum fuisse nullam stante alio statuto de obseruantia statutorum, mandante statuta nostra perpetuò seruari debere, & si quid actum fuerit contra eorum formam id esse ip so iure & ipso facto nullum, neque quoquo modo obseruari debere.

48 † Sed his obiectis ego respondebam. & circa primum respectu D. Angelæ dicebam, satis fuisse legitimè citatam pro suo intéresse sine aliqua transmissione copiæ accusationis vel effectus illius insertionis in citatione: quoniam cũ hoc statutum, pęna deponentis falsum, non requirat, sed solam citationem partis pro suo interesse, nec nos requirere debemus, l. si verò. §. de viro. ff. sol. mat. siquidem statuta tantum disponunt quantum loquuntur & non vltra: Bal. in l. testamentum non ideo, in fi. C. de test. in l. si furiosi. per illum tex. in verbo non loquitur. C. de nup. & in l. cum ancillis col. fi. C. de incest. nup. vbi notat. per Gl. ibi, quòd statuta sunt seruanda prout iacent, & illud quod statutum nõ determinat, nec nos determinare debemus. sequitur Ias. conf. 205. colum. 4. ver. solum, vol. 2.

49 Ceph. conf. 277. nu. 16. † Respectu verò tã eiusdem D. Angelæ quàm Magdalenæ & Bertolinæ cum per transmissionem copiæ accusationis ad eas factam ab initio pendente inhibitione certæ factæ fuerint de contentis in ea, & q d vxor mea intendebat aduersus eas facere, non erat opus vlterius easdem certiores reddere p eiusdem copiæ reiterationem l. 1. §. aiunt, & §. si intelligatur. l. si tamen. §. ei qui seruum. ff. de ędil. edic. c. eum qui certus. de reg. iu. in 6. Gra. resp. 1. nu. 4. vol. 1. Nec tali casu dicebatur fuisse factum contra formam dicti statuti, de modo citandi re. quod mandat effectum accusationis inseri in citatione. Nam venit intelligendum, nisi prius fuerit intimata accusatio, prout fuerat in casu nostro. Sic enim debet illud statutum à iure communi interpretationem recipere, iux. not. in l. fin. §. in computatione. C. de

50 iur. del. † Nam statuta sic intelligi debent, vt habeant sanum intellectum. Cacial. in l. omnes populi. nume. 184. ff. de iust. & iur. veniuntque restringenda, ne sequatur absurdum. §. cum autem. inst. quibus modis ius patr. pot. sol. Paris. conf. 59. nume. 25. & secundum ęquitatem Socin. Iun. consi. 9. nume. 7. volum. 1. & ne resultet absonus intellectus, vt per D. meum Rimi. consi. 427. num. 29. demumque ne statuentes à sapientibus reprehendi possint. l. Saluius Aristo. ff. de legat. præs. l. ex facto, in prin. ff. de vulgar, & pupil. Bald. consi. 84. volum. 4. Corn. consi. 85. volum. 4. Crau. consi. 3. num. 23. Soc. Iun. consi. 1. nume. 128. consi. 8. nume. 22. consi. 15. num. 9. volum. 1. at sanus intellectus non esset, & absurdum vel absonus intellectus resultaret, statuentesque redargui possent, si copia transmissa rursus esset transmittenda, cum ius nostrum superflua reiiciat. §. quibus. I. const. Cod. l. hæc stipulatio. §. diuus. ff. vt leg. no. caue.

51 † Et ad illud, quòd vbi requiritur quid exprimi pro forma, non sufficit id fieri per relationem ad aliud, dicebam, id non esse tutum. Nam pro forma cauetur, quòd nomen hæredis exprimatur, l. iubemus. C. de testa. & tamen sufficit per relationem ad aliud. Puta si quis instituat illum, qui scriptus est in tali cedula penes Guardianũ supra Frãcisci existente. Bart. in l. si ita scripsero. ff. de cond. & de. quem sic in institutione hæredis intelligit Castr. in l. hæredes palam. in prin. ff. de testa. & in l. vbi autem non apparet. §. sed qui ff. de ver. ob. Bal. & Ang. in l. asse toto. ff. de hęr. inst. Soc. cons. 173. col. 3. vo. 2. Rub. cons. 14. col. 2. Goz. consi. 3. n. 16. Alex. cons. 14. vol. 5. Imol. in l. illa inst. ff. de hær. inst. Hiero. Gabriel. cons. 169. n. 33. Alc. in d. l. certum. Iason post Aretin. in l. hęredes palam. ff. de testam. qui doctrinam Bartoli restrinxerunt ad legata tantum, quod est contra mentem suã dum citat. le. hoc articulo. ff. de hęr. inst. de in-

52 stitutione loquentem † & prædicta regula non modo procedit in vltima voluntate sed etiam in contractibus, vt est casus in d. l. vbi aũt. §. illud. & ibi not. omnes in d. l. certum. & in l. prætor. in prin. ff. de op. no. Igitur & in iudiciis, in quibus quasi contrahitur l. 3. §. idem scribit. &

53 ibi Bar. ff. de pecu. † Hinc videmus in sententia, in qua sicut error expressus eam reddit ipso iure nullam l. si expressim. ff. de app. l. 2. C. quã. pro. ita si per relationem ad acta, in quibus pateat error. ita Bar. Bal. & alii ĩ l. 1. C. de err. cal. Alc. in l. ex diuerso. col. fi. ff. sol. ma. in l. præses. ff. de re iud. conf. 123. col. 4. vol. 1. vbi dicit esse commu. Aret. conf. 75. col. 2. latè Dec. in d. l. 1.

54 nu. 28. & 47. D. m. Rim. conf. 320. nu. 12. † & ad text. in clem. appellanti. dicebam, non sufficere expresionem per relationem ad aliud, cum tex. requirat expresionem nominatim factam vt perpendit Alciat. in d. l. certum. Quinimmo Bald. in d. l. minoribus. C. de his quib. vt indi. voluit in terminis d. clem. 1. sufficere expressionem per relationem ad acta, nominando certam partem actorum, in qua grauamen continetur, quam decisionem extollit Angel. Areti. in §. si minus. instit. de act. Fel in cap. 2. colum. 3. vt lit. non cont. Perus. in cap. consuluit. 2. de appel. licet Dec. ibi contrarium teneat, & in d. l. 1. C. de error. calcu. colum. 3. sed verior est opin. Bald. quia secundum Felyn. in dicto capit. 2. relatio ad locum infallibilem æquipollet expresso, l. ait prętor. ff. de re iud. l. pe. C. de

 sen.

55 sent.quæ sine cer.quant. † præter ipsum confirmatur.Nam videmus in terminis nostris,quòd in accusatione locus delicti certus cũ duobus saltem confinibus debet specificari l.libellorũ, ff.de accu.l.forma ff.de censi.& tamen si accuso Titium de vulnere commisso per eum in palatio Potestatis Bononiæ,valet accusatio,licet non fuerint expressi confines,ex quo vnum tantum est palatium dicti Potestatis ita notorium quòd alia expressione non indiget. ita Bar.Alex.& Ias.in l.2.ff.de lib.& post.Bar.in l.demõstratio.ff.de cond.& dem.Bal. Imol. & Aret.in l.si quis in fundi vocab.ff.de leg.1.& latè Tiraquel.de leg.connub.post earum tractatum.Gl. v.nu.131.quibus infertur ad casum nostrum,ꝙ cum d.mulieribus pendente inhibitione fuerit transmissus effectus accusationis, satis fuit remota inhibitione eas citari ad se defendendum ab accusatione,aliàs sibi notificata, quæ, velut vnica & eis notoria,non fuit aliter exprimenda neque transmittenda.

56 † Quò vero ad informationes non repetitas præter responsionem proximè datam de superfluitate vitanda dicebam,eas datas fuisse validas inhibitione non obstante, vt curiæ Prætoris non parti porrectas l. miles. §. sexaginta. & ibi Bar.& Alex.in apost.ff.de adult.But. & Fel. in c.fi.col.v.de iudi.Dec.in rub.C.de in ius vocand. maximè cum in eis pars non citetur, sed fiunt tantum ad instruendum iudicem, & ideo quocunque loco & tempore etiam in camera summi possunt.Bal.in c.1.§.si duo. Gl.testamẽtum. de pac. ten. & in l. si qua per calumniam. col.pen.C.de episc.& cle.Alex.cons.216.vol.2. Alber.de Rosate in tractat.de testi.3.par.num. 15.sufficitque habere veritatem etiam per garritum auium. vt inquit Ias. consi. 88.nume.3. volum. 1. meritò earum repetitio non fuerat necessaria. Et ex his sublatum reperitur primum fundamentum partis aduersæ circa processum.

Circa verò secundum circa merita de falsitate non concludente non est immorandum velut sublatum nu.18.cum sequentibus, vbi probaui,data falsitate rationis, dictum quoque testis falsum remanere,& prosterni:

Ad aliud,quòd dixerint dictæ mulieres, Dominam Angelam non interfuisse instrumento renuntiationis Sororis Hippolytæ, quod pariter erat falsum,cũ verè D.Angela pręsens fuisset illi instrumento.

Dum dicebatur,talem falsitatem nõ esse punibilem stante nullitate instrumenti celebrati per dictam Hippolytam tunc minorem sine so-
57 lẽnitatibus statuti. † Dicebam,quòd non deerant plurimi testes examinati per vxorem meã, deponentes de maiori ętate tunc Sororis Hippolytæ,quibus accedente instrumento celebrato velut à maiore potius erat deferẽdũ quàm contrariis, vt not. Imol. Fel. & alii in c.cũ Ioannes.de fid. instrumento. Alex. cons.93.col. pen.vol. 5. Dec.cons.111.col.fi.Cra. cons.56.
58 nu.7.† tantoque magis cum testes deponentes aduersus instrumentũ debeant esse vndiq; idonei & oĩ exceptione maiores,vt ponunt Calde. Abb.Imol.& Fel.in d.c.cũ Ioannes.n.44. Cor. cons.261.n.4.vol.4.Ioan.de Ana.cons.97.col. 2.Craue.loco citato. Sed ista qualitas non fuerat articulata,nec probata,vt fieri debebat: qa non pręsumitur,vt tradunt Bar.& Ang.in l.2.§. si quis neget.quem. test.aper.Alex.consi.82.n. 7.vol.1.Dec.cons.73.col. 3.Soc.cons.274.col. 8.vol.2.cons.54.col.2.vol.3.Barb. cons.45.co. 1.vol.1.Mars.sing.187.Dec.cons.434.D.meus Vbert.Zuccar.in l.fi.C.de edic.diui adr.toll.n. 83.in fi.D.meus Rimi.cons.17.nu.16.& cons. 439.nu. 18. Hinc ergo dicebam,falsitatem dictarum mulierum fuisse nocibilem vxori meæ; quia si D.Angela fuit pñsens instrumẽto prędi-
59 cto,nec illi cõtradixit † vt talis defectus cõtradictionis iustificatur, ex quo non legitur in instrumento,iux. doctrinam Bar.ĩ l.fi. C. de reb. cred.vbi dicit,negatiuam probari, quòd Titio non fuerit legatum,si inspecto testamento non reperitur in eo fuisse legatum Titio, sequitur Io.And.in c.sine possessione.col. pe.de reg.iu. in 6.Aret.cons.133.col.pen.Rui.in rubr. ff. de oper.no.nunc.Dec.cons.424.nu.19. & in l.iustum. C. de eden. Cur.Iun.cons.106.D.meus Rimi.consi.6.nu.31.& consi.61.nu.44.non erat verisimile sibi cõmissum fuisse à D. Galeacio,ꝙ daret dictas pecunias monialibus; quia contradixisset dicto instrumento postea facto, per quod dictæ pecuniæ non monialibus, sed
60 vxori meę veniebant dandę. † sic ergo dixerũt dictæ mulieres vt nocerent vxori meæ palliando dictum consensum Do. Galeacii,de quo deposuerant,meritò detecta earum falsitate:quia D.Angela fuit pręsens dicto instrumento,vt in eo legitur & probatum fuit, sequitur dictum quoque consensum ac cõmissionem D.Galeacii non interuenisse,& propterea talem falsitatem velut nocibilem esse punibilẽ, vt per Soc. cons.104.vol.1.& cons.60.ad fi. vol. 4. sufficit enim, quòd nocere potuerit, si non fuisset detecta.

61 † Ad vltimum dicebam,quòd temporis diuturnitas bene causare potest obliuionem rei verè gestæ: quia memoria hominis est labilis.l. peregrè.ff.de acquiren. poss. sicque loquuntur Doctores, non autem operatur reminiscentiã rei non gestæ.Immo si tollit quę facta sunt,multo minus imprimere potest nunquã facta.l.patre furioso,ff.de his qui sunt sui.

Et ita remanserunt sublatę difficultates obiectę,& vxor mea fuisset in casu victorię, nisi pars liti cessisset.

*Hippoly. Rim. Ferrar.*

Pro

Pro eadem Magnifica Domina.

ARGVMENTVM.

Nunquid accusatus admittatur ad reaccusandum,& reaccusatio repelli debeat uel in ea superse deri.

*SVMMARIVM.*

1 *Sententia condemnatoria filij nocet patri citato pro suo interesse stante statuto, quòd pater teneatur soluere condemnationem pro filio usque ad legitimam.*
*Testium falsorum causa dicitur causa partis.*
2 *Accusatus admittitur ad reaccusandum quando suam vel suorum iniuriam prosequitur.6.*
*Nisi repugnet aliud ei quàm quod fuerit accusatus.14.*
3 *Testibus falsis vtens præsumitur eos ad deponendum instruxisse.*
4 *Falsi crimen est detestabilius venefitio & homicidio.*
*Falsumq́, comittens perdit nobilitatem.*
*Et falsi crimen penè morti comparatur.*
5 *Falsi de crimine licet pacisci & quare.*
7 *Opinio communis sequenda.*
*Quæ vera præsumitur.8.*
9 *Intellectus l.qui cum maior.§.si libertus ff.de bon. libert.25.*
10 *Mulier accusata à marito de adulterio reaccusat eum de lenocinio.*
11 *Reaccusatio contraria accusationi nō admittitur.*
12 *Cumulatio non admittitur quando condemnatoria lata in primo iudicio tollitur secundum.*
13 *Testes hinc inde contrarij non possunt accusari de falso.*
15 *Testes inhabiles admittuntur, quando veritas aliter haberi non potest ex natura actus.*
*Nisi patiantur plures defectus.16.*
17 *Socio criminis statur in casibus exceptuatis.*
*Nisi sit infamis ex alio delicto.*
18 *Accusatori damni dati creditur ex statuto, nisi sit infamis.*
19 *Statutum quòd credatur libris mercatorum procedit nisi sint infames.*
20 *Mulier ab accusando remouetur.*
21 *Infamia non repellit ab accusando de iure ciuili.*
*De iure vero Canonico secus.*
22 *Inimicitia capitalis oritur ex accusatione.*
23 *Inimicus repellitur ab accusando saltem de iure canonico.*
24 *Vinculum duplex difficilius rumpitur.*
24 *Legitimatio facta de nato ex adulterio non expresso, quòd esset duplicatum vitiatur.*
25 *Infames & damnati iudicio publico admittuntur ad accusandum in crimine læse maiestatis.*
25 *Repugnantia non admittitur.*

*Auxilium meum à Domino.*

CONSILIVM CXIIII.

DOMINA Angela de Banchis cū vidisset per D.Eleonoram de Platesiis vxorem meam & accusatos fuisse duos testes pro ea examinatos in causa ciuili vertente inter eam & præfatam coniugem meam, grauiter hoc & moleste ferēs, duos testes ex pluribus examinatis aduersus eam per vxorem meam in eadem causa similiter de falso accusauit, quorum alter fuit honesta D. Beatrix Pasqualetta soror sua, alter verò Magnificus D. Iulius Pasqualetus prædictę Do.Beatricis maritus. Quo facto dubitari cępit, an ambę accusationes eodem tempore simul admitti tractarique deberent, an verò prior tantum per vxorem meam producta.

Et pro introductione materiæ præmittebatur vnum, quòd licet D.Angela non fuisset verbaliter accusata, sed sui testes tantum, tamen effectualiter dicebatur accusata, cum vigore statuti pęna depo.fals.testi. ei citatę in principio causę pro suo interesse accusatio nocere posset velut instituta ad amissionem causæ ciuilis, casu quo testes sui de falso venirent condemnandi, prout in allegato statuto, & pręcedenti dis-
1 ponitur. † sicuti videmus, stante statuto ꝙ pater teneatur soluere condemnationem pro filio vsque ad legitimam, nam condemnatoria filii absentis nocet patri citato pro suo interesse sicuti si fuisset actum aduersus eum & condemnatus, vt tradit Cast.in l.cum filius. in princ.ff. de verb.obli. & causa testium falsorum dicitur causa partis: quia tractatur de apendiciis causę principalis, hoc est de testibus per eam productis, vt per Sal.in l.si docueris.ad fin. C.de fals. Quare dicebatur nos versari in materia reaccusationis, de qua habetur in l. is qui reus.ff. de pub.iud.in l.neganda.C.qui accus.& in c.r. de mut.peti.vbi Maria.& speculum aureum in 6.distinctione principali.quartæ partis.nu.56.
2 cum sequen. † & Dominam Angelam ad reaccusandum admitti cum suam iniuriam prosequeretur.l. de crimine. C. qui accusa. l. qui accusare.iuncta.l.hi tamen. ff. de accusat.Specul.de accusat. §. viso. versicul. Item quòd est mulier.Angel.Aretin.in tract. de malef. addi. 9.probatur. Nam dicebatur vsam fuisse testibus falsis, quod erat, iniuria graui eam afficere, velut eam falsitatis autricem supponendo
3 † Nam qui testibus falsis vtitur, quos induxit, præsumitur eos sic ad deponendum instruxisse vt de producente falsum instrumentum dicitur, quòd pręsumitur illud sic fabricasse, vel fabricari fecisse.l.maiorem. C. de falsis. & l.

l.primę.§.fin.ff.si fami.fur.fec.dicatur. vbi secundum Bar.Bald.Dec.Ias.D.meum Rimin.& alios in l.ędita.C.de eden.& in l.naturaliter.§. nihil commune.ff.de acqui.poss.in materia cumulationis quando secundum iudicium ita se habet ad primum, quòd condemnatoria lata in primo tollitur secundum; interim secũdum differtur & impeditur cumulatio.Sic enim dicebatur in casu nostro. Nam secuta condemnatione super prima accusatione tollebatur secũda cum esset decisum contrarium eius quod in secunda continebatur.Ideo secunda accusatio differri debebat,quousq; prior fuisset iure medio determinata.

13 † Tertiò, respectu aliorum capitum reaccusationis memoratæ diuersorum à contentis in accusatione coniugis meæ dicebatur,eam non potuisse formari. Narratur enim, testes vxoris meæ, videlicet Dominam Beatricem & Iuliũ de Pasqualetis dixisse falsum in certis casibus, cum per testes Dominæ Angelæ probetur contrarium, sed quando testes hincinde sunt contrarii,non possunt illi magis quàm alii de falso accusari nec puniri. Licet enim constet, quòd aliqui periuri sunt,non tamen constat qui nam sint.ita Bal.Alex.& Ias.in l.duobus. §.idem Põpo.ff.de iureiur.Alex.cons.179.col.fina.vol.2. Grama.voto.26.col.fi.Natta cons.392.nu.11. Petrus Follerius cons.80. col. 2. secund.tomo criminalium,& plenius Bossius in tit. de oppositionibus contra testes.nu.16.

14 † Quartò quò ad alia capita deducta per D. Angelam,quorum falsitates offerebat se probaturam, dicebatur, accusationẽ nullatenus admittendam, per singularem decis. Mariani in d.c.1.nu.67.de mut.pet.vbi dicit, quòd in casibus,in quibus accusatus admittitur ad reaccusandum,id procedit,dummodo non subsit alia causa impeditiua,quàm accusationis institutæ aduersus eum.Secus si ex alia causa esset accusator illegitimus:tunc enim non admittitur ad reaccusandum,dicitque Marianus, secundum hoc regulari debere omnia, in quibus dicitur, accusatum admitti ad reaccusandum.

Et hanc conclusionem confirmabam tunc & postea cõfirmaui inst.quibus.alie.licet,in prin. nu.242.cum sequentibus,vbi (breuioribus tamen verbis) hanc controuersiam commemora

15 ui † Nam videmus,quòd licet testes inhabiles admittantur,quando veritas aliter haberi non potest,dummodo simus in casu,in quo ex natura negocii actu & habitu alii,testes verisimiliter non potuerunt occurrere, prout declarant Butr.Imol.Fely.Dec.& alii in c. tertio loco.de prob.Alex.cons.64.col.fi.vol.1.cons.151.col. 2.vol.5.Ias.in l.1.in fi.C.de summa tri.Cur. in l.admonẽdi.n.84.ff.de iureiur.Dec.cons.133. col.fi.Mars.cons.22.nu.12.singul.73.& singul. 533.Menoch.cons.92. nu. 87. Gram.cons.59.

16 nu. 12.† tamen id signanter locum non habet, quando tales testes patiuntur plures defectus, & impedimenta.Puta,q̃ sint infames,domestici,vel inimici: tunc.n.non admittuntur,prout in simili tradit Bal.in l.eos.C. de testi. de teste amico,qui regulariter admittitur, nisi præter amicitiam concurrat alia ratio vel impedimentum,sequitur Andr.Sic.cons.75.col.4. vol.4.& in terminis tradit Mars. cons. 102.nu. 12.Andre.Sic.cons.54.col.9.vol.1.cons.65.col.4.vo. 4.& alii per me relati.cons. præcedenti. n. 32.

Quibus vt aliquid noui nunc addam, quod

17 & confirmet, & legentes oblectet † dico q̃ licet aliàs stetur dicto socii criminis in casibus exceptuatis,vt per gl.in l. fi.C. de accus.tamen hoc procedit & intelligitur in socio criminis aliàs non infame ex alio delicto, & sic qui solũ patitur vnum defectũ societatis criminis eiusdem,secus autem si & alia crimina perpetrasset aliunde inhabilis esset,ita Mars.cons.74:n.23.

18 † motus ex doctrina Angeli in l. qui iudicio. ff.de accus.vbi dixit,q̃ si ex forma statuti credi debet accusatori damni dati vel alterius criminis,non tamen credetur,si denunciator vel accusator sit infamis, & sic duos defectus patiatur,vnum,q̃ est accusator,alterum,q̃ laborat in famia. Et hoc dictum refert Mars. se confirmas se pluribus similibus in l. maritus. col. 6.ff.de q.& præter eum Corsetus in singularibus suis. verbo integer.additque Gram.idem corrobo-

19 rans cons.61.n.3. † stante statuto,q̃ libris mercatorum plena fides adhibeatur pro scribente id intelligi debere,nisi mercator aliàs esset infamis,vel suspectæ vitæ, sicque duos pateretur defectus,q̃ sit scriptor,cui non solet ad commodum suum deferri.l.exemplo. C. de prob.Doctores in l.admonendi,ff.de iureiur.& in famis ita voluit Bal.in l.cunctos populos.col. 15.ver. quintum exemplum. C. de summa tri. & in l. Cassius,col.fi.ff.de senat.Ias.in d. l.admonendi.Igitur(redeundo unde digressi sumus) mirum videri non debebat,si accusatus reaccusare non potest, quando plures defectus pateretur præter illum,q̃ fuerit accusatus,& sic ab accusatore præuentus.

20 † At in proposito nr̃o dicebam, plures defectus & inhabilitates militare contra D. Angelã prętter illa,q̃ esset effectu aliter accusata.Primus erat,q̃ erat mulier, quæ regulariter ab accusando remouetur.l.de crimine.C.qui accus. l.q. accusare.ff.de accus. quoties de falsitate p̃ ter testiũ tractaẽ, vt ĩ casu nr̃o.l. & fi ad te.& ibi Sal.C.de fals.Aug.de Arimi.in add.ad Ang.in trac.de malef.in ver.necnõ ad q̃relã. addi. 10.

21 post Gãd. † Secũdus erat defectus infamiæ D. Angelę subortę p̃p vsum suorũ testiũ de falso accusatorum,vt dixi supra.n.5.qui defectus licet non repellat ab accusando de iure ciuili. Bar.in l.q. accusare.ff.de accus.Imol. post Ang. in d.l.is qui reus.Sal.in l.criminis.C.qui accu. Spec.de accu.§.viso.Ang.de malef.loco citato ver.sexto ab accusatione.secus tamen est de iure canonico,vt per Imo.in c.1.& c.Omnipotẽs.

Nec restitutio datur aduersus illud,52.
Et de impedimento quis protestari debet, vt ei prosit.53.
10 Dilatio plusquam semel in causis pecuniarijs tribui potest.
Et probatoria dicitur peremptoria.14.
Nam ea lapsa facultas probandi perempta est.15.
10 Negatiua praeposita verbo potest, remouet potentiam ab actu.
Nec ex ea resultat nec inducitur affirmatiua.11.
Item destruit omne quod ei repugnat.12.
Et omnes actus sequentes prohibet.
13 Dictio nullatenus, tantum denotat quantum clausula decreti annullatina.
Tollitque iudici facultatem dispensandi contrarium.
14 Dilatio quaelibet probatoria dicitur esse peremptoria licet non dicatur.
15 Reipub. interest lites in longum non protrahi.
16 Dilationum materia est angustanda.
Et hoc ad iudicem pertinet.
17 Statutum limitatur & restringitur ex taxatiua in eo quod exprimit.
18 Taxatiua ponit ea quae affirmat & caetera omnia excludit.
19 Statim fieri dicitur quod in momento fit.
19 Dictio statim & incontinenti, secum trahit executionem iuris.
20 Dictio immediate, denotat quid fieri nullo intermedio.
Et continuationem.21.
21 Statutum duas dilationes concedens tertiam dicitur prohibere.
22 Testes produci non possunt post terminum legalem.
Sed in eo iurare debent & deponere.
Et omnia fieri in eo termino.23.
Et quod dicitur testes examinari posse post terminum, procedit in dilatione arbitraria à iudice data.
Secus in determinata à iure.24.
25 Tempus legis labi permittens censetur iuri suo renuntiasse.
26 Testium dicta post terminum non valent.
27 Dilatio data à lege iudicis ministerio mutari non potest.
Et haec est communis sententia.
De quo Baldi exemplum.28.
28 Statuto quòd contumax in banno ponatur & habeatur pro confesso, si non compareat infra terminum 8. dierum.
Iudex eum nec minuere nec prorogare potest.
29 Ius aduersarij quando dicatur factum deterius.
30 Interest partis aduersario terminos non repeti.
32 Aequitas non suffragatur negligentibus.
32 Negligentibus aequitas non opitulatur.
33 Actor paratus debet ad iudicium venire.
35 Termini legalis exclusio fortior est quàm repudiatio.
Et praesigitur in modum praescriptionis.37.
38 Statuta sic intelligi debent vt addant aliquid iuri communi.
Etiam si illud corrigatur.39.
Nec intelligi debent sic vt incidamus in superfluitatem, si possunt aliter intelligi.
Immo potius verba debent impropriari.40.
41 Statuta iuris communis correctoria sic intelligi debent vt minus derogent iuri communi quam fieri possit.
Et satis est quòd aliquid operentur.
Vt in exemplo quod adfertur.42.
Fallit si velint corrigere ius commune, quia non debent ab eo interpretationem desumere.43.
Et vbi de mente statuentium id constat.44.
47 Princeps per clausulam, sola facti veritate inspecta, videtur voluisse causam breuiare non autem prorogare.
48 Quis minus audiri debet post terminum in summarijs quàm in ordinarijs.
49 Termini decurtantur non autem dilatantur ex consuetudine iudiciorum.
50 Impedimentum allegans debet illud probare.
Et vbi remoueri potuit non excusat.51.
52 Impedimentum dicitur quod euitari non potuit.
Nec prodest si de illo non fuerit protestatum.53.
54 Impossibile reputatur quod dependet à voluntate Principis.
Imputatur tamen ei qui non quaesiuit an obtineri posset.
55 Excusari non debet qui se in necessitatem coniecit.
58 Rigor scriptus praefertur aequitati non scriptae.
59 Impedimentum quomodo probetur.
Et quomodo iudex in eo versari debet.60.
61 Impedimenti probatio quando non est difficilis non statur iuramento partis id allegantis.
62 Probationes semiplenae & iudicia sufficiunt in causis sui natura summarijs.
Secus in summarijs ex priuilegio.
63 Impedimentum iuramento non probatur ad obtinendum tertiam dilationem.

*Auxilium meum à Domino.*

## CONSILIVM CXV.

PRAETENDIT D. Blanca Barona sibi deberē concedi nouam dilationem ad probandum pluribus rationibus, quarum prior est,
1 † quòd vbicunque ius aduersarii non est factum deterius, sed omnia sunt integra, iusta est causa dandi secundam dilationem veluti quando secunda dilatio petitur ad probandum aliquid, aduersus quod reus ita potest facere suas defensiones, vt in prima dilatione potuisset. ita Bartol. in l. final. colum. 1. in fin. ff. de fer. Specul. in titul. de dilati. §. nunc videamus. versiculo sed nunquid. Butri. & Imol. in cap. vltra tertiam. de testibus, cum similibus.

per

per Alex.in l.si insulam.nu.34.ff.de verbo.obl. & in dicta l.fi.vbi pariter Iason nu.38.dicit, ꝙ omnes Moderni sequuntur,ideque tenet Cyn. in l.si ea.C.qui accus. Butri. & Imol.in c.licet causam.nume.31.de prob.Et ante omnes glo. notab.in clement.sæpe.uersi.non obstante, de uerbo.signi.

2 † Secunda est ratio : quia infra duos dies post lapsum termini probatorii fuerunt producte positiones,super quibus intendit D. Blanca testes inducere, quo casu licet purgare moram infra tam modicum tempus, & sine noua dilatione valet facta probatio beneficio purgationis moræ,quare tanto magis potest peti noua dilatio, prout est cautius, ut notat Cyn. in l.mancipiorum. ff.de opti.leg.sequitur Bal.in dicta l.finali,columna secunda, & Ias.num.28.

3 † Tertia succedit ratio, quòd iudex ex officio potest recipere testes, licet in causa fuerit conclusum, ut tradit Abb.in c. cum dilectus.de fide instru.Butri. in c. auditis.col.4.de procu.& in d.c.licet causam,vbi quoque Benedi.& alii, quos cumulat Felyn.limita.11. idemque Dec.in c.1.lec.prima.nume.8.de iudi.qui fortius subdit in secunda lectura. notab. quarto, † ꝙ in summariis ( in quibus uersamur) etiam ad partis instantiam id iudex efficere potest,per gl. notab.in clemen.sæpe.§. & quia.in verbo incerrogabit, de uerbo.sign.immo verò Felyn.in c.cum Ioannes.col.5. de fide instru. & in c.ad petitionem.colum.5.uer. & istis adde.de accusat.post Ioan.Andr.Butri.Abbatem & alios dicit,quòd etiam in plenariis communior est opinio,quòd iudex ad fundandam nouam intentionem possit interrogare post conclusionem in causa, per l.ubicunque, ff.de interro.act.quia iudici non concluditur sed partibus tantum, hancque partem dixit æquiorē esse Ioannes ab Imola in dicto cap. cum Ioannes.cumque prædictis concordat Marsi. in l.1. §.fin.num. 65.ff.de quæst.

(4 in margin beside "to, † ꝙ in summariis")

5 † Quarta est rō, ꝙ magnif.Consiliū Iustitiæ in causis sibi delegatis ꝓcedit,sola facti veritate inspecta, quo casu tollitur ordo iudiciarius & oīs solennitas iuris ciuilis.cū talis comissarius habeat iudicare tāquā Deus,qui nō seruat ordinē iudicii,ut not.Bal.in c.1.§. inuestitura. col.2.de noua for.fidel.& in l.fi. in prin.C. de iure delib.Romā.consi.20.cum simi. per Dec. in c.dilecti.col.2.de iudi.& in c.quoniam contra. notab.3.de proba.post Aret.in §.bonæ fidei,colum.pe.& ibi Ias.num.45.insti. de actio. Corn.consi.5.uolum.2.Alex. consil.6.uol.3.& & in l.si ita stipulatus.§.Grisogonus.num. 8.ff. de verb. oblig.decis.Pedemonta. prima.num. 20.Ias.in l.iustitia, columna prima,ff.de iusti. & iure,cum similibus per Ioan.Baptistam Asinium in sua praxi iudiciorum §.3. capitulo 3. nume. 13. ubi subiungit, quòd operatur dicta clausula, ut iudex ipsam tantummodo ueritatem inspiciat, reiectisque omnibus iuris ciuilis iudiciariis constitutionibus, subtilitatibus ac solennitatibus, formulisque circunscriptis, manu Regia ex iuregentium in causis cognoscendis ac decidendis vtatur,adducit Lanfrancum in clementina sæpe. versiculo figura. & versi.libellus.de uerbo.significa.Oldra. consil. 115.Corneum consi.54.col.2.vol. 2. & Cardi. in clem.dispendiosam.col.fi.q.40.de iudi.meritò debet posse nouam dilationem concedere,testesque debent induci posse,licet esset in causa conclusum,ut tenet Alex.consi. 83.consideratis,colum.fina.uersi.quartò principaliter. volum.4.Bellon.consi.63.nu.11.& ita signanter reperio ꝙ Asinius in allegata sua praxi §.3. cap.4.nu.4.dicit,iudicem vigore dictæ potestatis procedendi,sola facti ueritate inspecta, posse latiores terminos constituere, si opus sit, ad ueritatem perquirendam,sicut cohibere.Nam de diminutione locuti sunt Doctores: quia frequentius contingit terminos restringi quàm dilatari,meritò non debet in hac re iudici modus præscribi.

6 † Quinta accedit ratio : quia dici pōt, ꝙ præsens causa ventilletur corā principe, postquam cōmissa fuit magnifico Cōsilio ad referendum suæ celsitudini,quo casu potest alia dilatio dari sicut data prorogari, cū princeps habeat in manu sua dilationes, vt concludit Ripa in l.2.ff.de re iud.sub nu.16. post Anchar.& Imolam in capitulo ex ore.de his quæ à præla. sine consen.

7 † Sexta quoque nō omittitur ratio,ꝙ subest hic æquitas ob testes vita functos,quos inducere volebat D.Blāca, dum fuit absens magnificus Eques D.Alexander Flascus suus aduersarius, sibique fuit opus alios nouos testes perquirere,quo casu possunt post terminum articula dari,testes & instrumenta produci de æquitate canonica,ut ponunt Domini de Rota decis.30.fuit dubitatū.col.2.in nouis . Et post

8 eos D.meus Rimin.consil.507.nu. 5. † hęcq; ratio confirmatur. Nam cum facto dicti Equitis ista Domina fuerit impedita in prima dilatione,iusta est causa dandi secundam.l.oratione.ff.de fer.& post alios notat Ias.in l.fi.eo.tit. nu.36.qui plus addit nu.48.post Ang. Fulg.& Castren. stari soli iuramento partis allegantis impedimentum,modo persona nō sit suspecta. idemque pulchrè ponit Feder.de Sen. consilio

9 114. † Nec sanè cessare debet petita dilatio: quia D.Blanca tanquam minor possit in integrum restitutionem implorare aduersus lapsum termini,prout est tex.in c.coram,de in integrum restitutio.quoniam limitatur ille textus,ut inquit Imola,non procedere,quādo ius aduersarii non est factum deterius: tunc.n.concedi dēt secunda dilatio, tametsi competat ēt beneficiū restitutionis in integrū,quæ cum hic non petatur,super ea fundamentum fieri non pōt.Et hæc in summa sunt, quæ pleniore stilo, ꝓlixioribusq; uerbis pro d.D.deducta fuerūt:

Quibus

10 Quibus tamen non obstantibus in contra-
riam sententiam descendo. Moueor ex l.fin. ff.
de fer. ubi dicitur, quòd in omnibus causis pe-
cuniariis dilatio singulis causis plusquã semel
tribui non potest, pondero illam negatiuam
præpositam uerbo potest, quæ remouet poten-
tiam ab actu, Glo.in c.1. de reg. iur. in 6. latè
Bar. & Mod.in l.Gallus.in prin.ff.de li.& post
Rui.Cro.& cæteri repetentes in l.1.in prin. ff.
de uerb.oblig. Et in l.nemo potest.ff.de leg.1.
11 † & ex ea non inducitur nec unquam resultat
affirmatiua, ut notat Bal.in l.2.C.de cõd.inser.
& in tit.de pac.cõstan.§.uasalli.sequitur Alex.
consi.150.nu.26.volu.5.post Anch.in c.cano-
num statuta.de consti. decis. Pedemont. 178.
12 nu.6.† Item destruit omne quod sibi repugnat
ut post Fulg.& Domi.tradit Natta consi. 469.
nu.14.& omnes actus sequentes prohibet, ut
est Glo.not.in l.hoc genus.& ibi Castr.& Imo.
ff.de cõd.& dem.Oldr.consi.16. Titius habet.
Signor.consi.68.quædam mulier.col. 3. uersi.
deinde sic ostẽdo cum similibus per Nattã cõs.
274.nu.10.ergo patet, quòd iudex non potest
secundam dilationem ad probandum dare, &
si eam daret, nulla redderetur ipso iure & pro-
cessus nullus, ut Bar. Fulg. Roma. Cast. Alex. &
13 Ias.ponderant in d.l.fi.ff.de fer.† confirmat-
que Ias.per tex.in c. licet causam, de prob. in
uerbo nullatenus audiendum, quod verbum
nullatenus, in lege positum tantum denotat
quantum clausula decreti annullatiua, sicque
tollit iudici facultatem dispensandi contrariũ
ut notat Butri.& Imol.in cle.1. de sequest.pos.
& fruc. cum similibus per Iasonem loco citato
Et hanc conclusionem de unica tantum dila-
tione cõcedẽda repetit Imperator in l.1.C.de
dilati.vbi dicit, non facile amplius quàm semel
dilationem tribuendam esse, nam temerarium
esset, ut subdit Glo.dari ultra quàm semel.
14 † Secundo confirmatur, quòd D. Blanca
non debeat audiri nouam dilationem petens
ad probandum: quia omnis dilatio probatoria
est peremptoria, etiam si non dicatur, ex quo
alia concedi non potest.l.1.ad fin.& ibi Bar.C.
de dila.& in d.l.fin.ubi pariter Bar.& alii. ff.de
fer. Bar.in l.mancipiorum, per illum tex. ff.de
opti.leg. Et in l.si finita.§.Iulianus.col.2.uersi.
quæro, dixi quòd regulariter.ff.de dam.infec.
ubi dicit, necesse non esse, quòd notarius scri
bat peremptoriè. idemque tenet In l. cessante.
C.quomodo & quan.iu.cum pluribus aliis cu-
mulatis per Fel.in c.pastoralis. circa prin.de ex
15 ce.† unde Bal.in d.l.fin.ff.de fer.secun. not. di
cit, quòd lapsa prima dilatione facultas probã
di perempta est, & inde dicitur peremptoria:
quia habet perimere, ratioque præmissorum
est, ne lites extrahantur in longum, quod inte-
rest reipublicæ. l.properãdum, in prin.C.de iu
16 di.c.finem litibus.de dol.& contu.† meritò di
lationum materia est angustanda, & hoc maxi-
mè pertinet ad Iudicem.l.2.in fin. C. ut intra
cer.tem.l.2.in prin. C.de temp.ap. pleniusque
confirmat Natta cons.251.col.2.dicens, quòd
statuere terminum est quædam interlocutoria
l.à procedente.C.de dilat.c.1.eo tit.quæ cum
acceptata fuerit à partibus, & transiuerit in rẽ
iudicatam quò ad ipsas partes, non debent po
stea post lapsum termini aliud producẽdo huic
interlocutoriæ contrauenire, prout nititur hæc
D.Blanca.
17 † Tertiò moueor ex statuto nostro, de modo
procedendi in causis excedentibus summam li
brarum.50.vbi dicitur, quòd iudex statuat utri
que parti terminum 25. dierum continuorum
tantum. Talis enim taxatiua tantum, operatur.
quòd statutum limitatur & restringitur in eo
quod exprimitur, nec ulterius extenditur cõ-
prenhendendo alios casus, ut declarat Dec. in
l.1.col.3.in princ.C.de bon. poss. contra tab.
18 † sui namque natura ponit ea quæ affirmat, &
cætera omnia excludit. Bal.in l.ita nobis.C. ad
l.iul.de adult.Bar.in l.1.nu.pri. & ibidem Ias.
num.9.ff.si quis ius dic.non obtem.Rui.consi.
36.num.2.& consi.133.nu.6.uol.1. Soci.Iun.
consi.53.nu.5.uol.2.cum similibus per decis.
Pedemont.167.nu.14.meritò sequitur, quòd
D.Blanca aliam dilationẽ habere non debet.
Quartò accedit, quòd idem statutũ subiun-
git. Quo termino elapso statim per iudicẽ om-
nia publicentur. Si enim statutum mandat iu-
dici, quòd statim debeat omnia publicare, pro
hibet ei nouam dilationem ad probandum as-
signare, per quam impediretur publicatio, nõ
19 autem statim fieret, ut mandat statutum † id
enim statim fieri dicitur, quod in momen-
to fit.l.fin.in fin. C.de bon.quæ lib.& sine tem-
poris interuallo.l.ædiles.§.sciendũ.ff. de ædil.
edic. talis enim dictio à lege prolata secum
trahit executionẽ iuris, prout de dictione in-
continenti illi sinonima dicit Bald. in l. lecta.
prope finem.ff. si cer. pet & de illis sine mora.
cum similibus Aret.in l.1.§.1.col.1.ff.de uerb.
oblig.sequitur Soc.Iun. consi.68.nu.41.uol.3.
Quintò considero, quòd idem statutum sub
iungit, & utrique parti immediate statuatur ter
minus. 12.dierum continuorum ad reproban-
dum gesta & probata in termino probatorio
20 † talis enim dictio. Immediate, constat & ex
propria uerbi significatione denotat, quòd im
mediate fieri dicatur illud quod statim sequi-
tur & nihilo intermedio existente, ut uoluit.
Bal.in c.bonæ memoriæ.prima col.fin. uers.&
21 scias.de electi.Soc.iun.loco citato † nec imme
rito: quia denotat continuationem.c.cum ec-
clesia.iuncta Glo.de caus.poss.& prop. ergo pa
tet, quòd inter terminum probatoriũ & repro
batorium nihil aliud intermedium esse debet,
sed secundus primo continuari debet, quod
secus esset, si noua dilatio probatoria as-
signaretur. Et hæc clarè procedunt, si dicamus
hanc causam ordinariam esse. Quòd si potius
eam summariam fore uelimus, deseruit aliud
statu-

ſtatutum ſub rubr. quæ & quot dilationes &c?
dicens, quòd in cauſis ſummariis, uel una tan-
tum dilatio aſsignetur dierum 15.ad proban-
dum, uel quæ ſimul iunctæ non excedant prę-
dictum terminum quindecim dierum. Hoc
enim ſtatutum munitum eſt dictione tantum,
ſicut præcedens, unde conueniunt ad illud di-
cta. Sed illud ſummè notandū eſt, quòd ſi duæ
dilationes (caſu quo dentur) non debent ex-
cedere terminum. 15. dierum patet quòd ex
quo D.Blancæ primò fuerũt aſsignati.10.dies
ad probandum, poſtea uerò quinque, qui cum
10.iuncti conſtituunt.15.dies alia dilatio ſibi
concedi non debet, cum iuncta cum prioribus
excederet 15. dies, quod ſtatutum prohibet ex
preſſè fieri. Item quia tres dilationes concede-
rentur contra ſtatutum duas tantum concedēs
ex hoc enim prohibet tertiam. l. cum prætor.
cum ibi not.ff.de iudi.

22 † Sextò animaduerti debet, quòd uerſa-
mur in termino legali, uidelicet à dictis Statu
tis aſsignato, quo caſu teſtes poſt illum nō poſ-
ſunt examinari, dicit enim Bal.in rubr.C. ſi ex
fal.inſtr. ad fin.quòd in termino iuris ille qui
habet terminum ad prbandum debet produ-
cere teſtes, ita quòd iurent, deponant & pro-
bent, nec ſufficit quòd iurent, ſi non depouũt,
quia hoc nou ſupplet per iudicem, & ſolum
iuramentum non oſtendit quiditatem teſti-
23 monii † Idem Bal. in c. in nomine Domini.
col.2.de teſti.dicit in dilatione legali non ſuf-
ficere iuraſſe teſtem intra terminum. Nam ut
ſatisfiat mandato legis, debet quis ſumma ope
niti, ut omnia infra terminum fiant c.frequēs
de reſti.ſpol.c.pia.& ibi Ioann.Andr.& Archi-
24 di.de excep.in 6. † Quod ergo vulgò dicitur,
teſtes poſt terminum examinari poſſe, uerum
uidetur (inquit Bal.) in dilatione arbitraria
data à iudice, ſecus in dilatione terminata
à iure. Alibi quoque Bal.iu l.ſi ea, col.fi.C.qui
accuſ.dicit, quòd quando ſtatuitur terminus
per legem uel ſtatutum alicui perſonæ ad agē
dum, & non dicitur in ſtatuto, quòd poſtea non
audiatur, re integra poſtea non auditur. per.l.
cōmiſſa. C. de adul. & dictum c.pia: eumque
ſequitur Alex. in l. ſi inſulam. num. 34. ff. de
uerb.oblig.& conſi.133.in fin. uol. 6. Crauet.
35 conſi.166.nu.15. † addens, quòd permitten-
do labi tempus legis cenſetur iuri ſuo renun-
ciaſſe, poſt Calcaneum conſi.16.col.10. & Bal
dum locis memoratis, ſequitur Fely.in c.licet
cauſam.col.15.de prob.uer.primus caſus. Qui
bus doctrinis infertur, q ſi de iure communi
nō poſſeut poſt termiuum legalem teſtes in eo
iurati examinari, niſi primũ ſtatutum ſupra re
latum conceſiſſet terminum octo dierum ad fa
ciēdum eos deponere, multo minus debent in
duci poſſe noui teſtes non iurati, ſicque Bal. in
terminis argumentatur conſi.33.nu.3. uol.5.
vbi dicit, quòd cum forma ſtatuti non dicat,
quòd elapſis quindecim diebus detur alia dila
tio, dicendum uidetur, depoſitiones teſtium
26 non ualere, † & poſito quòd conſideretur ua-
lere depoſitionem teſtium, qui iurauerunt in
prima dilatione, nō ualent tamen dicta teſtiũ,
qui poſtea iurauerunt. Nā id quod fit poſt ter-
minum non ualet: quia permiſſum ante tem-
pus, poſt tēpus uř eſſe prohibitũ. l. ſtatuliberũ.
§.ſtichum.ff.de leg.2.ita Bal.eleganter ibi de-
27 terminans contra D.Blancam † nec ſibi prodeſ
ſe debet, quòd uerſemur in dilatione quidem
legis, hoc eſt ſtatuti, ſed data cum miſterio iu-
dicis expreſſo. Cum ſtatutũ dicat, quòd iudex
ſtatuat terminum &c.quo caſu iudex minuere
& prorogare illum poteſt, ut voluerunt Bar. &
alii plerique in l.2.ff.de re iud. Quia commu-
nis eſt in contrarium doctorum ſentētia, quòd
omnis dilatio, quæ datur à lege ſiue ſine mini
ſterio iudicis ſiue cum illius miniſterio, non
poſsit per iudicem mutari. Ita Cuman.commu
nem teſtatur, & latius confirmat Iaſ.ibi nu.22.
28 Ripaque poſt eum.nu. 14. † Et de hoc eſt pul-
cherrima doctrina Bal. in auth. iubemus. ad fi
nem.C.de iudic. vbi ponit ſtatutum dictare;
quòd contumax ponatur in banno, in quo aſ-
ſignetur ei per iudicem terminus octo dierum
infra quem ſi non comparuerit, habeatur pro
confeſſo. Nunquid iudex poſsit illum terminũ
minuere uel prorogare? arguit in primis Bald.
quòd ſic, ex teorica Dini: quia iudicis miniſte
rio aſsignatur, poſtea contrarium determinat
quia per ſtatutum eſt tradita certa forma cum
certa temporis moderatione. Et ideo niſi ſer-
uetur ſtatutum in forma, non poſſet quis ha-
beri pro confeſſo. Nam iſta eſt quædam fictio,
in qua introducenda iudex non habet pote-
ſtatem ſed lex. Patet igitur, quòd licet dilatio
legalis ſit inducta cum miniſterio iudicis, ut in
exemplo Baldi clariſsimo ſtatuto noſtro con-
formi, non tamen iudex poteſt in ea ſe inter
ponere prorogando, minus ergo in alia noua
conſtituenda, auth.multo magis.C.de ſac.ſan.
eccel. Et ex prędictis hæc pars negatiua proba
bilior redditur & uerior, ut reſpondendo ſigil
latim contrariis apparebit, ad quod me totum
accingo.

29 † Non obſtat igitur primum, quòd noua di
latio ſit danda, quando ius aduerſarii non eſt
factum deterius. Nam primò dicitur, ius ma-
gnifici equitis Flaſchi deterius fuiſſe factũ, cū
mortui ſint plures teſtes ex ſuis, per quos repro
baſſet illos, quos nūc intendit inducere D.Blā
ca. Vnde quia dānificaretur, dictus Eques, iſta
Domina non debet audiri ſuper hac noua dila
tione per eam petita, ita Cy.determinat in di
cta l.ſi ca.C.qui accuſ.Imol.in c.licet cauſam.
col.pe.de prob.& alibi Doctores, & hanc mor
tem teſtium ſuorum paratus eſt. Eques incon-
30 tinenti probare † Quinimmo plus dixit Alex.
conſ.101.col.2.uol.5.nou eſſe dandam nouam
dilationem, quando ius aduerſarii non eſt fa-
ctum deterius, ſed ex nouis teſtibus inducen-
dis

dis posset deterius fieri, declarando ut per eũ. quod & clarius explicant Domini de Rota decis. 30. fuit dubitatum .in nouis. Dicunt enim, quòd multum partis interest, cui ius est quæsitum, quòd terminis non repetantur, nec articuli admittantur: tum propter remissionem ad partes decernendam, quæ haberet forsan longiorem tractum: tum quia si non admittantur, reportabit sententiam saltem absolutoriã, si est reus, cum condemnatione expensarum actoris, quod est magnũ interesse. Et hęc ad vnguem conueniunt magnifico Equiti in hæc in causa reo conuento.

31 † Secundò respondetur, quòd illa distinctio de iure aduersarii facto uel non deteriore, procedit in termino dato à iudice, secus in legali uel municipali: quia post illum quis non auditur. Ita signanter limitat & declarat Alex. in l. si insulam. nu. 34. ff. de uerb. oblig. in quo casu nos uersamur, ut in ultimo fundamento supra deduxi, & præter Alexandrũ tenet idem Fely. in c. licet causam. num. 17. de probatio.

32 † Tertiò, quando testes antea fuerunt noti uolenti eos producere post terminum, tunc nedum de rigore, sed etiam de æquitate debet repelli; quia negligentibus equitas non suffragatur. l. ab hostibus. §. fin. & l. non enim. ff. ex qui. caus. maior. l. si pupillus. in fi. ff. de priuil. cred. ita Salyc. in d. l. si ea. col. 3. C. qui accus. Fely. in dicto c. licet causam. & Natta consi. 251. col. penul. at D. Blanca uelut actrix in præsenti cau

33 sa præsumitur habuisse notitiam testium † Nã debet actor paratus ad iudicium uenire, & in prõptu probationes habere. l. actor C. de prob. l. 2. ff. eo. l. qui accusare. & ibi not. omnes C. de eden. vnde Speculator, quẽ refert ibi Dec. in titul. de prępar. iud. §. 1. monet actorem, ut debeat se in probationibus, quas esset facturus, præparare, meritò noua dilatione sibi non debet subueniri ad testes producendos.

34 † Ad secundum de mora purgabili infra paucos dies, stat in contrarium doctrina Bal. in l. diffamari. col. 2. C. de inge. & manu. ubi facit differentiam inter terminum statutum per iudicem & per legem tam communem quàm municipalem. Nam non licet uenire contra id, qđ lex municipalis disponit l. fi. ff. de decr. ab ord. faci. differentia consistit, ut subdit Bald. quia contra statutum iudicis pōt mora purgari, nisi transiuerit in rem iudicatam per sententiam diffinitiuã uel per impositione silentii factam

35 per interlocutoriam causa cognita latam. † Sed contra terminum legis municipalis uel communis iuris exclusiui non datur reparatio, nisi probetur impedimentum. Vnde concludit Iacob. de Are. quem citat Bal. quòd fortior est exclusio termini legalis quàm repudiatio. Idem quoque tenet Bal. in d. l. si ea. col. fin. C. qui accus. uers. & nota quòd, & in auth. ad hęc. col. 6. C. de usur. dicens, quòd terminus legis statuitur in modũ præscriptionis, meritò mora purgari non potest. cum Bal. residet Alex. in l. si insulam. nu. 34. ff. de uerb. oblig. Cagnol. in d. l. diffamari. nu. 17. & Barto. Blarerius. cap. 8. nu. 40. ubi plenius attingit.

36. † Ad tertium, quòd iudex ex officio, & ad partis instantiam, & in summariis, & in plenariis potest recipere testes, & eos interrogare quã docunque, respondetur, quòd ea procedunt de iure communi, secus stantibus statutis nostris supra relatis, quæ certum terminum perstringunt, eoque statim lapso transeunt ad publicationem, & ad terminum reprobatorium immediate, nec uolunt terminum pręfixum excedi

37 posse. † Nã cum talis terminus à statutis pręfigatur in modum pręscriptionis, non licet aduersus ipsam uenire, ut dixit Bal. in d. auth. ad hęc & in d. l. diffamari. alioquin dicta statuta redde

38 rentur elusoria † cũ tamen sic intelligi debeãt ut addant iuri communi. Barto. in l. 3. §. toties. ff. de dam. in fe. c. si Papa. de priu. in 6. Gl. in c. si Romanorum. 19. distin. & in c. solitę. de maio.

39 & obe. † quod procedit etiã si ius commune corrigatur. l. 1. in fi. ff. ad munic. Bal. in not. q. consi. 495. uol. 5. Cast. consi. 192. col. 3. uol. 1. Soc. consi. 52. uol. 3. Natta consi. 308. col. 2. & 3. Alex. in l. 1. ff. de offi. eius. Dec. cõs. 283. col. 1. Bello. consi. 13. nu. 13. & plenius Roland. à Valle consi. 62. num. 31. uol. 3. dicens, quòd nũquam statuto dandus est intellectus, per quem incidamus in superfluitatem, quando potest alius accomodari, adducit castrẽsem. cõs. 436.

40 & Soc. iun. cõsi. 6. nu. 5. uol. 1. † qui plus uoluit ad euitandã superfluitatem in statuto uerba improprari debere, pluraque id genus cumulat Roland. ad interpretandum sic statutum, ut aliquid operetur, nõ autem remaneat superfluũ.

41 † Nec prodest D. Blancæ dicere, quòd immo statuta iuris communis correctoria sic intelligenda sunt, ut minus lædant & corrigant ius commune quàm fieri potest. l. 2. C. de noxa. Cũ ma. consi. 30. Statuto cauetur. col. 2. Cur. iun. consi. 7. n. 8. & 10. & consil. 105. Soc. iun. consi. 29. nu. 6. uol. 1. & consi. 122. nu. 5. vol. 2. Craue. consi. 259. num. 3. & Menoch. consi. 5. num. 3.

42 † satisque operantur hæc statuta, quod minuunt dilationem, quæ de iure communi erat trium mensiũ in eadem prouincia, in continentibus uerò prouinciis sex mensium. l. 1. C. de dilati. reducendo eam ad dies 25. in ordinariis, & in summariis ad 15. Nam consideranda sunt dicta statuta diligenter, quòd non simpliciter statuunt terminum. 25. uel 15. dierum: tunc enim posset obiectum procedere, sed prius addit taxatiuam tantum, terminoque lapso mandat statim omnia publicari, & immediate statui terminum. 12. dierum reprobatorium. Secundum uerò statutum non vult, quòd termi-

43 nus excedat 15. dies † ex qbus apparet, quòd dicta statuta nedum uoluerunt restringere tẽpus dilationis, sed etiam prohibere, ne plures assignentur, corrigendo in utroque casu ius com-

commune, quo ſtante ſic intelligi debet, poſtquã cõſtat, q̃ ueniũt ad correctionem iuris cõmunis, ita dixit Imol. in l. ſi uerò. §. de uiro. col. 3. ff. de ſol. ma. Soc. conſi. 52. col. fin. uol. 3. & conſi. 89. col. 3. uol. 4. Goza. conſi. 19. nu. 18. Pariſ. conſi. 91. nu. 12. vol. 3. dixique in l. 1. nu.
44 60. C. qui admi. † & nunc addo Alban. conſil. 81. num. 31. dicentem, quòd non debet ſtatutũ interpretari ſecundum ius commune, quando euidenter ab eo differt, uel ei euidenter derogat. ubi de mente ſtatuentium contrarium apparet quoquo modo, ut not. in dicto §. toties. Aret. conſ. 105. Berous conſi. 110. nu. 23. uol. 3. Rol. à Vall. in tract. de lucro dot. q. 26. num. 30. Franc. Burſat. conſi. 12. nu. 55. quod certè dicitur in his ſtatutis apparere, ut ſupra deduxi.
45 † Ad quartum, de facultate magnifici conſilii procedendi ſola facti ueritate inſpecta. dico, quòd per eam bene tollitur ſolennitas & ordo iudiciarius, non autem ius quæſitum parti: in his enim, quæ iudex habet facere, uerum eſt quòd non tenetur ſequi regulas iuris ciuilis. ſed in his, quæ iam facta ſunt à iure, ex quibus iam ius eſt quęſitum parti, non poteſt aliquid immutare, ſed illud tantum ſequi debet. l. bona fides. ff. depoſ. aliàs eſſet auferre ius alteri quæſitum, quod eſt contra naturalem æquitatem, ita dicit eleganter Bart. in extraua. ad repri. uerbo uidebitur, ad finem, ſequitur Mateſil. notab. 15. Roma. conſi. 248. & in repe. rubr. de arbr. colum. 12. uerſicul. Item ſi ſtatutum dicit, pulcrè Iaſ. conſi. 105. in fin. uol. 1. demũque Natta conſi. 15. n. 12. & cũm prædictis etiam cõcordat Iaſ. conſil. 105. nu. 5. uol. 1. poſt Dominos de Rota deciſ. 435. & 490. quos & alios citat Io. Bapt. Aſini. in praxi ſua iudiciorum. §. 3. cap. 27. ubi nu. 4. ratione confirmat. Nam nullus iudex eſſe poteſt, qui principe legibus magis liber & ſolutus ſit, cum omnem quam habet libertatem à principe cõſequatur. At princeps ius ſuum alicui adimendi, niſi ex cauſa, & ea quidem urgenti, poteſtatem habere non dicitur, ut per Bar. conſi. punctus quæſtionis uertentis inter Albertum. Roma. conſi. 248. Lap. allega. 128. ergo nec iudex. uirtute clauſulæ memoratæ id efficere põt. Et ad primum caſum tendunt plura, quæ de dicta clauſula congerit Gramma. deciſ. 20. qualis nõ eſt noſter caſus, ſed in ſecundo uerſamur ſtantibus ſtatutis memoratis, quæ prohibent aliam dilationem probatoriam prima finita dari. Nã cum per ea ſtatuta ſit ius quæſitum magnifico Equiti Flaſcho, ſibi auferri non poteſt uigore dictæ clauſulæ, ſiue poteſtatis ex ea proueniẽ-
46 tis † Et ita colligitur ex deciſ. Pedemontana prima num. 15. vbi dicit, quòd uirtute iſtius clauſulę, circumſcripta diſpoſitione decretorum Ducalium, quibus cauetur, ſecundam dilationem ad probandum non debere concedi niſi ex cauſa. poſſent fieri probationes poſt lapſum tempus datum ad probandũ. Ergo ſtantibus illis decretis contrarium diſponentibus, ſicut in caſu noſtro ſtatutis memoratis, vult ſenatus Pedemon. clauſulam memoratam non operari, nec quicquam opitulari.
47 † Ad quintum dico, quòd Anch. & Imol. in dicto c. ex ore. quos allegat Ripa in d. l. 2. de re iu. loquuntur in abreuiatione temporis nõ autem in dilatione, Immo dicit Lanfranc. in clemen. diſpendioſam. in prin. de iudi. quẽ refert idem Senat. Pedemont. deciſ. 1. nu. 31. quòd princeps per clauſulam prædictam, ſola facti ueritate inſpecta: qua cauſam cõmiſerit, non uidetur voluiſſe cauſam prorogare ſed potius abbreuiare, idque uerè principi conuenit, qui dixit in l. properandum. C. de iudic. ſibi uiſum eſſe properandum, ne lites fiant penè immor-
48 tales. † Confirmatur. Nam in ſummariis quis debet minus audiri poſſe poſt terminum quàm in ordinariis, cum in illis celerior expeditio requiratur, ut uoluit Fely. poſt Aret. in c. licet cauſam. col. 13. limitat. 4. de prob. Georgius Natta in cle. ſæpe. §. & quia, ſuper Glo. non obſtante. de uerb. ſigni. & Natta conſi. 252. nu. 4.
49 † Rurſus Angelus conſi. 64. col. fin. uol. 2. poſt Bar. in l. fi. ff. de fer. demonſtrat, terminum quidam breuiari poſſe, dilatari uerò nequaquam. Idque dicit hodie ex communi iudiciorum cõſuetudine ſeruari, ſecundum quam termini iuris decurtantur, ut not. Bar. in auct. qui ſemel. C. quomodo & quan. iud. ſed non inde ſurgit cauſa legitima prorogandi dilationem, prout concludit Ang. ergo minus nouam dandi, & ita facilè patet, Aſinium ſupra citatum in dicto cap. 4. malè locutum arguendo de breuiatione dilationis ad eius dilatationem: quia repugnãt deciſiones prædictæ, præter quòd eſt etiam diuerſa ratio. Nam breuiatio tendit ad publicam utilitatem, quòd lites finiantur, dilatatio uerò illi aduerſatur, cum lites diutius durent. l. properandum. in prin. cum ibi not. C. de iudic. & ideo non ita ſecundum facile ſicut primum cõcedi debet.
50 † Ad ſextum & ultimum, quod fundatur in æquitate propter impedimentum cauſatum. D. Blãcę facto Equitis abſentis. Conſiderãdũ eſt, quòd regulariter allegans impedimentum debet illud probare, ſicque tantũ feciſſe quòd niſi fuiſſet impeditus feciſſet quod tenebatur. l. qui comeatus. & ibi not. Bar. ff. de re mil. Bal. in l. 2. §. quod diximus. ff. ſi quis caut. ubi Iaſ. & Alex. concludũt, quòd apparere debet de diligentia, ſequitur Innoc. Butr. Abb. & Fel. in c. ex tranſmiſſa, in prin. de præſc. Dec. conſi. 454. nu. 6. conſi. 552. nu. 7. Boeri. deciſ. 40. Vanti. de nulli. ſent. ex defectu iuriſdictionis. nu. 166. Craue. conſi. 151. num. 22. & conſi. 176. num. 6. Menoch. de arbi. iud. lib. 2. Centur. 2. caſu. 118. ad fin. Natta conſi. 258. nu. 6. ſed non probat D. Blanca inſtantiam feciſſe coram Illuſtriſſimo Principe uel magnifica Signatura iuramentum deferri teſtibus ſuis. Et etiam ſenes

aut

aut ualetudinarios ad perpetuam memoriam
examinari, quæ sibi cōcessa fuisset Equitis ab
51 senti a non attenta † meritò tale impedimen-
tum non debet eam excusare, cum poterit il-
lud remouere, ut declarat Bar. in l. sed & si per
prætorem. §. secundo. ff. ex quibus causis ma-
ior. Socin. in l. quibus diebus. not. tertio ff.
de rebus dubiis, Dec. in l. prima, in fine. C. de
bono. posseß. secun. tabul. & consilio 677. nu-
mero tertio, Gozadin. consilio 38. numero un-
decimo, Socin. iunior consilio 76. numero 79.
uolumine primo. Craue. consilio 270. nume-
ro tertio. Menoch. de arbitr. iudic. libro se-
cundo, Centur. secunda, casu 118. & consi. 100.
numero 116. ubi post Paris. consilio 67. nume-
52 ro 64. vol. tertio. † concludit, propriè impe-
dimentum dici, cum euitari non potuit, non
è contra. Et adeo uerum est, impedimentum
non excusare, quando remoueri potuit, vt ad-
uersus illud nec etiam restitutio in integrum
sit concedenda, secundum Felyn. in dicto
capitulo ex transmissa. columna prima, &
Paris. tertia. Roman. consilio 435. Cagnol. in
l. qui potest facere, columna prima, ff. de re-
gulis iuris. Alexander consilio 72. columna
finali, uolumine quinto. Dominus meus Ri-
minaldus in l. procurator, vltimo notab. C. de
eden. Dec. in capit. cum inter, columna octaua
de exceptio. & consilio 677. Crot. in l. si is qui
pro emptore. ff. de vsucapio. Vasquius contro-
uers. Illustr. lib. secundo cap. 60. numero 10.
Quin fortius addo, quòd si constaret D. Blan
cam instetisse testes iurare, & examinari ad per
petuam memoriam, idque sibi fuisset denega
53 tum propter Equitis absentiam † cum tamen
de illo impedimento non fuerit protestata, il-
lud sibi non prodesset, ut notant scribentes
in §. quod diximus, supra citato. Fely. in d. c.
ex transmissa. limita. 3. Marian. in tract. de dila
ti. artic. 18. quæstio. 5. colum. 4. uersicu. aduer-
te tamen, Boer. decis. 40. num. 8. Ripa in tract.
de peste, titulo de priuil. iudici. num. 22. &
24. Paris. consil. 101. num. 95. & consi. 124. nu.
3. uolum. 1. Socin. iun. consi. 104. nu. 26. vol. 3.
Menoch. in d. consi. 100. num. 118. sed nec in
stetit, nec diligentiam fecit, nec protestata fuit
D. Blanca, meritò sibi subueniri non debet
54 † Tantoque magis, quia negari nō potest, quin
in culpa fuerit D. Blanca non quærendo, nun-
quid istud à principe uel magnifica Signatura
posset obtineri, ex eo quod scribit Bald. consi.
395. pro D. Dinaldo, colum. 1. uolum. 2. dicēs
quòd licet reputetur impossibile, quod depen
det à voluntate principis, culpa tamen impu-
tatur ei, qui à Principe illud non postulauit, &
quæsiuit quantum in se erat, an illud obtineri
posset, vel non. Idemque dicit Castr. consil.
433. colum. 3. uolum. 1. Roma. consi. 332. col.
2. Craue. consi. 64. in fin.
55 † Præterea, cum potuerit D. Blanca prius-
quam discederet Eques teste quotquot uo-
lebat inducere & examinari facere tunc uel po
stea priusquam morerent, si tamen est uerum
quòd perierint: quia non probat ullo modo,
idque non fecit sed in illud impedimentum
Equitis absentis & mortis testium incidit,
excusari non debet, sicut nec ille solet excusa-
ri, qui in necessitatem se coniecit. l. si fide-
iussor. §. si necessaria. ff. qui satis. cogan. & ibi
Bart. notat & Cagnol. in l. qui cum alio. num.
56 16. ff. de regul. iur. † & hinc cessat æquitas
allegata: quia negligentibus æquitas non suf
fragatur. l. ab hostibus. §. fina. l. non enim. ff.
ex quib. caus. maio. l. pupillus. in fin. de priui.
cred. Sal. in l. si ea, col. tertia. C. qui accus. Nat-
ta consil. 251. colum. penul. ultra quòd æqui-
tati prædictæ respondent ipsimet Domini de
57 Rota decis. 30. citata † dicentes, quòd
procedit in causis beneficialibus & matrimo-
nialibus, secus autem criminalibus & prosa-
nis propter uarias rationes, maximè uerò
quia materia dilationum est amputanda, qui-
bus & alia potest annecti non minus pulcra.
Nam nos habemus scriptum rigorem, quòd
plusquam una dilatio dari non potest d. l. fin.
ff. de fer. l. prima. C. de dilat. cum similibus,
æquitas uerò, quæ allegatur, nequaquam scri
pta reperitur in casu nostro sed in causis merca
torum tantum, de quibus per Felin. in di-
cto capitulo licet causam. limitatio. secun-
da, qui refert Dominos de Rota, secus
58 quàm loquantur. † quo stante, rigor præ-
dictus scriptus præferri debet æquitati non
scriptæ, ut notat Glossa, Bartolus, Baldus &
Salyce. in l. prima, ff. de legibus, Glossa, Bal-
dus, Salycetus & Iason post alios in l. pla-
cuit. C. de iudic. Decius in l. in omnibus qui-
dem. numero decimo ff. de regul. iuris. qui &
59 alios citat † Nec eorum sententia satis est
tuta, qui dixerunt impedimentum solo iu-
ramento probari. Nam uerior est opinio,
quòd arbitrio iudicis hæc probatio fiat, ut uo
luerunt Ioann. Andreas, Gemini. & alii in ca-
pitulo primo, de dolo & contumacia libro sex-
to, Guid. Pap. quæstione 64. Curtius in l. admo-
nendi. numero 280. ff. de iureiurando, quam
& communem testatur Alexander in dicto §.
quod diximus. Et post eum Iason, Antonius
Petrucius in l. secunda, numero 348. ff. de iu-
reiurando. Vantius in tractatu nullitatum.
titulo de nullitate ex defectu iurisditionis or-
dln. num 166. in fine Menoch. de arbitr. iudi.
libro secundo Centur. secunda, casu. 118.
60 † Vbi per hoc infert, quòd iudex diligenter
considerabit personæ, loci ac facti qualita-
tem, & interdum plenam requiret pro-
bationem, quandoque semiplenam, nun-
quam uerò solum iuramentum loco proba-
tionis. Nam quod attinet ad personam
quid scire potuit Domina Blanca de alle-
gato impedimento, morte testium, &
id genus, quæ per suos agentes regitur
in

in hac causa, nudumque suum nomen duntaxat communicatur: certè nihil loci pariter & facti qualitas non in remotis regionibus contigit, sed in hac urbe, meritò de plena probatione tractandum est, non autem per iuramen
61 tum tantum: † quoniam, quoties impedimēti probatio non est difficilis, non statur iuramento partis illud allegantis, ut uoluit Bald. consi.33.col.2.uol.5.& ante Menochium longè prius idem dixit Abb.consi.64.nu.2. uol.2. vbi sequutus opinionem Ioannis Monaci, Ioānis Andre.& Archi.in d.c.1.de dolo & contu. dicit, arbitrarium esse considerata personæ, impedimenti & causæ qualitate. Vnde iudex erit contentus iuramento, quando exiget semiplenam probationē, non autem quando plenam quòd summè notandum est. Nam, prout decla
62 rat Aret. † consi.163.sicut Ioannes.col.5.sub. n.5.uersi.non obstat. & post eum Natta consil. 152.col.fin.licet in causis, quæ sui natura sunt summariæ, sufficiant indicia uel semiplenæ probationes: quia nullius uel modici sunt præiudicii, uel aliud iudicium expectant post se. Tamen ubi causa non est de sui natura, sed ex priuilegio summaria, tunc quia igitur de iure irreuocabiliter auferendo à partibus, dicitur esse summaria tantum quò ad ordinem & modum procedendi, sed quò ad probationes utriusque partis dicitur esse plenaria, nec differt à causis ordinariis, prout plenè declarat Bar.in extra.ad repri.uer.summariè, & alibi cū similibus, quos allegat Natta. Nos autem uersamur.in 2.casu: quia causa præsens est summaria tantum ex rescripto principis nostri, non autem sui natura, cum de dominio bonorum disputent partes, ideo probatio plena requiritur impedimenti quod allegatur, non autem sufficit per iuramentum tantum.

63 † Postremò nō omitto, quòd hic in effectu fuerunt assignatæ duæ dilationes, prima. 10. secunda. 5.dierum, prout supra deduxi, quo casu, non deuenitur ad tertiam probando impedimentum per solum iuramentum, sed requiritur exacta probatio, prout uoluit Speculat.in titulo de dilatio.§.uidendum, uersiculo in summa, Cast.& Ias.in d.l.fin.nume.48. ff.de feriis.

Et ex his remanent sublata omnia superius deducta pro Domina Blanca circa dilationem per eam petitam, quæ sibi nullatenus est concedenda, quicquid de in integrum restitutione dicendum sit, quam non petit, & ob id nunc missum facio.

*Hippoly. Rim. Ferrar.*

## Pro eruditissimo viro tam in bonis literis, quàm artibus, & præclaro Vate. Do. Cynthio Io Baptista Gyraldo affine charissimo.

### ARGVMENTVM.

Quando facta vel immutata dicatur voluntas testatoris. Et translatio hæreditatis in alios pœna uel conditio censeri debeat, egregiè disputatur.

### SVMMARIVM.

*1 Legitima modus, dilatio, vel onus imponi non potest.*
*Nec de fructibus ea solui, sed de substantia testatoris & plena proprietate. 2.*
*3 Fructus in legitimam non imputantur.*
*4 Legitima dicitur pars eius, quod filius esset habiturus ab intestato. 18.*
*Et debetur cū fructibus à die mortis testatoris. 5.*
*6 Testator non præsumitur disposuisse, quod in specie non potuisset.*
*Nec lex id præsumit*
*7 Promissum sub conditione, ea purificata statim debetur.*
*8 Puri & purificati idem est iudicium.*
*9 Conditio purificata habetur pro pura.*
*Et retrotrahitur ad tempus initæ obligationis. 10.*
*11 Contractus ab initio voluntarij sunt postea vero necessarij.*
*12 Voluntas testatoris seruari debet.*
*Et pro lege habetur. 13.*
*Totumq; facit. 14.*
*15 Casus dicitur in testamento comprehensus si ex verbis concipi potest.*
*Nec omissus dicitur sed comprehensus si ex eius mente colligitur. 16.*
*17 Filia exclusa per statutum legitima non debetur.*
*Et prateriri potest nec reddit testamentum nullum. 19.*
*Dotiq; sibi relictæ potest adijci conditio. 20.*
*21 Masculi fortius succedunt ex testamento: exclusa filia, stante statuto eius exclusiuo.*
*22 Moderator & arbiter quilibet est in re sua.*
*24 Principis assertioni non statur in praiudicium tertij.*
*Nec ex clausulis corroboratur assertio sua. 25.*
*Nec sine citatione eorum quorum interest. 26.*
*Nec vbi praces sunt obreptitiæ. 27.*
*27 Clausula non operantur propter obreptionem.*
*28 Orans verbum quandoque præceptiuum.*
*29 Mutari quando dicatur dispositio. 30.*
*Vt actio 30. vel persona.*
*30 Ezechiæ Regi Dominus addidit annos quindecim vitæ suæ.*
*31 Fracta quando dicatur dispositio.*
*32 Via melior dicitur vtrique parti consulens.*
*33 Testamentum respectu forma dicitur indiuiduū.*
*34 Datum sub conditione censetur ademptum sub cōtraria*

*contraria conditione.*

35 *Hareditas fit patrimonium adeuntis.*

36 *Hareditas dicitur in pœnam translata, quando pure data fuit & adempta sub conditione pendente a facto tertij.* 38.

*Idem quando quid iniungitur honorato, & si non impleat priuatur & in alium transfertur.* 37.

*Si vero pure datur & nihil iniungitur sed fit ademptio sub conditione, non dicitur in pœnam fieri sed sub contraria conditione.* 43.

*Idem si quid sub conditione datur & adimatur si conditio non contingat.* 47

37 *Translatio in dubio censetur in pœnam facta.*

39 *Doctoris dictum debet intelligi secundum leg: quam allegat.*

40 *Cephali declaratio ad l. paterfamilias. ff. de har. insti. nunquid procedat.*

41 *Menochij sensus ad l. paterfamilias, ff. de har. insti. damnatur.* 42

42 *Pœna dicitur quando vni nihil abest & alteri nihil adest.*

*Nec pœna dici potest nisi præcedente precepto de aliquid faciendo, quod si non fiat ponitur punitio.* 43.

44 *Bartolus in l. paterfamilias. ff. de hared. instit. declaratur.*

*Et à contrarietate quam notat Cumanus saluatur.* 45.

46 *Pœna culpam præsupponit, vnde dicitur esse noxa vindicta.*

*Nec sine mora dari potest.*

48 *Relictum conditionale nullum ius tribuit ante conditionem.*

49 *Prælatus in quærendis potest ecclesia præiudicare. Sicut et statutum laicorum.*

50 *Clausula omni meliori modo, dispositionem non restringit ad specificata.*

*Et operatur vt relictum filio dicatur causa institutionis factum.* 51.

*Et habet vim clausula codicillaris ad sustinendum testamentum.* 52.

*Operaturq́ derogationem specialem ad testamentum quod haberet clausulam derogatoriam.* 53.

54 *Translatio in vim pœna fieri potest etiã quando conditio vel implementum pendet à facto tertij.*

*Et quando odium est rationabile.* 55.

56 *Institutus ex facto suo priuari potest.*

57 *Actus atribui debet personis, quarum contemplatio ne factus fuit.*

58 *Approbatio fit colligendo fructus.*

59 *Gloss. in l. 2. ff. de his quæ pœna. nomin. declaratur.*

60 *Repugnantia vitiat dispositionem.*

*Et simul stare non potest.* 61.

62 *Haredes duo insolidum esse non possunt.*

63 *Relatio fieri non debet ad ea ex quibus correctio sequeretur.*

*Nec quando contradiceret voluntati testatoris.* 64.

65 *Institutionis appellatione non venit substitutio conditionalis.*

65 *Substitutio fideicommissaria non dicitur proprie substitutio.*

66 *Copula &, inducit repetitionem præcedentis qualitatis in eadem oratione,*

*Et vna illius pars declarat aliam.* 67.

*Auxilium meum à Domino.*

## CONSILIVM CXVI.

*Dominus Marcus Bardella reliquit iure institutionis in testamento suo Dominæ Paresinæ & Bartolomeæ filiabus suis, & vtrique earum libras duas mille sibi prius in dotem datas, & præter eas libras quinque mille, quas voluit eis dari post eius mortem hoc modo, videlicet Dominæ Paresinæ cum habilitate & commode absque eo, quòd haredes sui molestentur in rebus immobilibus, Dominæ vero Bartolomeæ post satisfactionem sororis singulis annis libras. 500. & plus si fieri posset, dummodo non alienentur immobilia, vxorem vero suam haredem instituit, eiq́ filium suum substituit, quo sine filijs decedente dictam Paresinam & Bartolomeam substituit, & post earum mortem filios earum masculos, demumq́ subiunxit, & si Summus Pontifex, vel Illustrissimus Dux noster, vel alius quacunque auctoritate vllo vnquam tempore infringeret vel immutaret præsentem dispositionem, vel præsens testamentum directe vel indirecte, eo casu dictus testator firmis manentibus institutionibus & relictis dictarum filiarum instituit sibi haredes vniuersales omnes masculos legitime descendentes de domo & familia ipsorum de Bardellis. Mortuo testatore Dominus Sebastianus Landus appellatus il Puttino, supplicauit Excellentissimo Duci, & rescriptum obtinuit quod venderentur tot de bonis valoris librarum trium millium pro satisfactione dotis Dominæ Paresinæ coniugis suæ. Dominus vero Emanuel Bellaia rescriptum obtinuit commissionis causæ Pratori Ferrariæ pro consequendis libris tribus mille ex causa dotis Dominæ Bartolomeæ nurus suæ. Sicque condemnata fuit vxor testatoris, & data fuerunt tenuta bonorum immobilium pro vera sorte & interusurijs in rationem librarum sex pro quolibet centenario & anno.*

Quæritur de tribus in præsenti Themate. Primò nunquid isti casus, qui post mortem testatoris euenerunt, dicantur comprehensi in eius dispositione.

Secundò, nunquid dici possit fracta vel immutata fuisse uoluntas testatoris.

Tertiò, nunquid quod ipse disposuit de

12 ipsius Marci † Sicut etiam negari non po-
test, quin sua uoluntas seruari & attendi de-
buerit. l. cum quæstio, in fine. C. de legat. l.
l. cum uirum. C. de fideicommiss. l. penultima
& fi. C. de nec. ser. hęr. inst. vbi dicit Bald. quòd
lex prosequitur voluntatem testatoris sicut ve-
13 nator leporem † vnde dicimus, quòd volun-
tas testatoris habetur pro lege, siue pro lege ser
uari debet. §. disponat. in authen. de nupt. cap.
vltima voluntas. 13. quæstione secunda, Por-
tius Imol. cons. 99. nume. 1. Angussolius con-
sil. 58. nume. 10. vniuersitas Rostochiensis con
sil. quarto, nume. 9. primo tomo diuersorum
Germaniæ, cum vt conseruetur, & ne vel mi-
nimum offendatur publicè intersit, vt ponit
Connanus in commentariis iur. ciuil. lib. 5. ca-
pitul. 7. colum. 5. & est text. in l. vel negare. ff.
14 quem. test. aper. † & totum faciat, vt inquit
text. in l. ex facto, la grande. ff. de hæredi. in-
stituend. Socin. in l. in conditionibus. ff. de
conditio. & demonstra. Angussol. cons. 18. lib.
6. nume. 14.
15 † Confirmatur. Nam casus dicitur in te-
stamento comprehensus licet expressus nō fue
rit, si ex verbis concipi potest l. Gallus. §. qui-
dam rectè. ff. de liber. & posthum. vnde dicit
Castr. ibi, quòd illa actio censetur intentata,
quæ ex verbis in libello deductis concipi po-
test. At testator voluit solui pecunias cum ha-
bilitate & commodè singulis annis sine vendi-
tione bonorum immobilium, & si Dux vel a-
lius immutaret suam dispositionem vocauit
Bardellos. Igitur ex verbis suis concipitur hic
casus adiudicationis & tenutæ bonorum factæ
& obtentæ per Puttinum & Bellaiam auctori-
16 tate rescriptorum, de quibus supra. † Immo
verò casus non dicitur omissus à testatore sed
comprehensus, qui ex eius mente colligitur, vt
tradit Curt. cons. 51. colum. 12. versiculo.
condescendendo ad testamentum. consil. 63.
colum. 5. versicul. nam siue loquamur. Paris.
consil. 25. nume. 38. & consil. 66. numero 60.
volumine tertio. meritò tales casus dicuntur
omnino comprehensi sub hac dispositione te-
statoris.
17 † Nec obstant adducta in contrarium. Nam
que ad primum pro solutione considerandum
est, quòd stante statuto Ferrariæ fœminarum
exclusiuo stantibus masculis, prout extabant
filii fratris dicti testatoris ab eo nominati, non
debebatur aliqua legitima filiabus suis, sed do
tibus tantum contentæ esse debebant, nec oc-
casione legitimæ poterant quicquam dicere
stante filio, vt habetur in statuto. Quòd filia
sit contenta &c. & hanc conclusionem firmat
Castr. consil. 108. Super eo, de quo quæri-
18 tur, colum. prima. † ea ratione motus: quia
legitima est portio portionis, quæ debetur ab
intestato. l. cum quæritur. l. parentibus. C. de
inofficio. testamen. & dixi supra nume. quar-
to. sed ab intestato nulla portio debebatur fi-
liæ exclusæ per statutum, ergo nihil erat de quo
sibi portio aliqua deberetur pro legitima, idē-
que repetit Castr. consil. 197. in casu pręsen-
ti. consil. 230. pro pleniori. Roman. consilio
16. Ancharan. consil. 48. Nat. in tracta. quòd
stant. mascu. quæstione prima. nume. 12. Ale-
xand. in l. Gallus. §. & quid si tantum, ff. de
liber. & posthum. Dec. cons. 26. cons. 180. con-
sil. 196. & cons. 505. Cephal. cons. 281. nu-
19 me. 38. † & propter hoc potuissent dictæ fi-
liæ à patre præteriri, nec earum pręteritio red
didisset testamentum nullum, vt not. Bartol.
in l. final. ff. ad Tertulia. Bald. in l. maximum
vicium. C. de liber. præterit. & post eum Cast.
Alexand. & Modern. in dicto §. & quid si tan-
tum. & in l. filiæ dotem. C. de collatio. Alex.
consil. 47. abundè. colum. penul. volum. 2. & in
finiti propemodum, quos cumulat Brun. in tra
cta. quòd stan. mas. art. 10. q. 4 siue instituti sint
20 agnati, siue non, ut per eum nu. 43. † Et li-
cet statutum disponat, quòd sint dotandæ, non
tamen disponit, quòd debeant habere iure in
stitutionis. Vnde sequitur, quòd relicto dotis
adiici potest conditio per testatorem, ut ple-
nius prosequitur Cast. in dicto consilio 108. &
est doctrina Bar. in l. Titio centum. §. Titio ge-
nero ff. de conditio. & demonstra. sicut & Lau-
rentii de Pala. in tract. quòd stan. mascu. num.
33. hancque conclusionem repetit in aliis locis
cumulatis per Dec. qui & alios refert & dicit
esse communem consi. 196. & consilio 226. co
lumna prima. Idemque tradit Rub. consi. 122.
21 & Crauet. consil. 11. colum. 4. † proceditque
dicta conclusio, nedum quando pater intesta-
status decessit, sed etiam quando fecit testa-
mentum filiabus institutis in certa summa pro
dotibus suis, & filio uel agnatis masculis in
vniuerso, prout in casu nostro contingit. Nam
sicut in primo casu succederent & filiam ex-
cluderent non condito testamento ex tacita
voluntate defuncti, fortius admitti debent
habentes uoluntatem expressam testatoris, ut
declarat idem Castren. consilio 110. super pri
mo quæsito secundo dubio, quod etiam re-
petit consilio 196. in puncto quæritur, co-
lumna secunda, uolumine primo, quem re-
fert & sequitur Gallian. in dicto §. & quid si
tantum. numero 52. ubi prius Alexander co-
lumna septima, uersiculo reperio. & Ripa
numero 114. post Ancharan. consilio 114. in
casu nuper. unde cessant, quę dicuntur de
doctrina Bartol. in dicta l. si quis sub condi-
tione. & sequacium, cum potuerit sic testator
22 disponere † & quilibet de re sua sit mode-
rator & arbiter. l. in re mandata. C. man-
dati l. etiam, in principio ff. soluto matri-
monio.

Nec obstat, quòd princeps in rescripto fa-
cto precibus Puttini mandet uendi tot de bo-
nis, quot sufficiant dictæ satisfactioni, disposi-
tione testatoris nō obstāte. Quoniā sibi cōstat

nar-

narrata in precibus esse vera, & hæc ex certa scientia, de plenitudine potestatis, & aliqui-
23 bus in contrarium non obstantibus. † Nanque cum preces dicant de simplici puraque promissione facta, testamentum verò de qualificata; vt supra, patet erroneas fuisse preces, apparente veritate in contrarium. l. si post diuisionem. & ibi Bartol. Bald. Castr. Iason & omnes. C. de iur. & fact. ignorantia.
24 † Nec standum est assertioni dicti Principis propter præiudicium tertii, hoc est illorum de Bardellis, qui vocati fuerunt in casu mutationis testamenti, vt tradit Castr. cons. 158. viso & examinato. in fin. Roma. in l. sciendum. colum. 15. ff. de verborum. oblig. Ruin. cons. 175. nu. 8. volum. 1. Cur. Iun. cons. 142. num. 10. Ceph. cons. 168. numer. 38. Crauet. in tractat. de anti. temp. prima par. numer. 31. cum similibus.
25 † Nec dicta Principis assertio corroboratur ex clausulis subiectis in rescripto, stante dicto preiudicio vocatorum. Bald. in prælud. feudor. colum. 14. vers. item dicit Socin. cons. 164. col. 3. volum. 2. Dec. cons. 198. nume. 4. cons. 544. nume. 36. & cons. 606. colum. fi. Gozad. con. 9. nume. 42. Ruin. cons. 71. nume. 37. volum. 3. Paris. cons. 82. nume. 62. volum. 1. Ruin. cons. 97. circa fi. volum. 3. Aret. cons. 15. nume. 6. Curt. Iun. cons. 142. n. 8. Soc. Iun. cons. 77. num. 126. volum. 1. Roland. à Val. cons. 7. nu. 103. volum. 3. Gram. decis. 104. nu. 2. Zas. cons. 10. num. 30.
26 lib. 2. Menoch. cons. 103. nume. 83. † tantoque magis, quòd dicti de Bardellis non fuerunt citati, vt debuerunt. Card. in clem. pastoralis. de re iud. Dec. cons. 407. nume. 24. cons. 508. col. fina. cons. 544. nume. 28. Neuiz. cons. 12. num. 143. inter cons. Bruni. Crau. cons. 241. colum. 3. Quæ conclusio sic adeo recepta fuit, vt licet plerique fuerint in ea sententia, citationem nõ requiri, quando Princeps de plenitudine potestatis procedit, quos congerit Io. Baptista Asinius in sua praxi iudiciorum §. 7. cap. 35. multo tamen plures in contrariam partem abierunt, quos refert capitul. 36. & inter ceteros textum non omitto in c. 1. de caus. poss. & propri. ibi. Nec nos contra inauditam partem aliquid pos
27 sumus definire. † & quòd præces fuerunt obreptitiæ tacendo, quòd testator vocasset dictos de Bardellis in euentum, quòd Dux aut alius immutaret voluntatem suam, vnde non operatur dictæ clausulæ tali casu. Dec. cons. 198. nume. 6. Paris. cons. 3. colum. 8. volum. 4. Gabriel. Roma. in suis conclu. libr. 6. de clausu. conclu. 1. nume. 44. Roland. à Valle con. 7. nume. 110. volum. 3. motus pulchra ratione: quia sicut principalis concessio videtur facta, si præces veritate nitantur, ita & clausulæ prædictæ accessoriæ intelligi debent, vnde si non valet principale, nec accessorium. l. cum principalis. ff. de regu. iur.
28 † Ad tertium respondetur, quòd illud verbum, *Orans.* in relicto facto Paresinæ pro dote sua, que debebat ad Puttinum spectare pro oneribus matrimonii l. pro oneribus. C. de iure dot. tantum operatur, quantum præceptiuum volo, seu mando. §. fin. inst. de singul. reb. per fidei. l. vnũm ex familia §. final. l. peto. in princ. ff. de legat. 2. Bartol. in l. 1. not. 1. ff. de confir. tut. cum simil. vnde grauamen iniunctum dictis coniugibus importat, vt exigerent cum habilitate & commoditate dotes ex reditibus sine venditione rerum stabilium. Potuitque pariter iniũgi dicto Puttino velut honorato quodam legato particulari sibi facto. iuxt. l. ab eo. cum ibi not. C. de fideic. & ita remanet primũ quæsitum expeditum.

Venio nunc ad secundum. Nunquid fracta vel immutata dicatur dispositio testatoris, in cuius partem affirmatiuam concurrunt omnes, qui scripserunt in hac causa, quod & ego confirmo stantibus rescriptis supra memoratis, quibus deuentum fuit ad alienationem bonorum immobilium contra claram testatoris voluntatem eam prohibentis. Hinc enim fra-
29 cta dicitur & immutata dispositio sua † Nam mutari dicitur, quoties non relinquitur in eo statu, in quo prius erat, nec in statu suo permanet. l. sancimus. C. de testam. l. præcipimus. C. de appel. Zas. consil. 8. nume. 23. volum. 1.
30 Bald. & alii in l. edita. C. de edend. † vbi Bartol. Dec. & Dominus meus Riminald. dicunt, quòd actio mutari dicitur, quando vna omittitur & noua proponitur. Hinc apud Ciceronem pro Balbo. Mutari quis ciuitate dicitur, cum fit alterius ciuitatis ciuis. Hinc & Bartol. in l. naturaliter. §. apium. ff. de acquirend. rerum dom. tradit effectum vel executionem dispositionis mutari posse. Dat exemplum de Scolare luxurioso, qui postea sui bonitate mutat naturam suam & adaptatur ad studium. Hinc etiam dicimus, quòd nouit Deus mutare sententiam, si homo de malo in bonum mutetur. §. si agimus, de pœniten. distinctio. prima exemplo Niniuæ & Ezechie Regis, cui Dominus addidit annos 15. vitæ suæ, cum prius ei per Angelum nunciasset, eum mori debere. vnde bene dicitur, quòd mutare est facere & transformare aliquid in aliud. l. dicere. §. final. ff. de arbit. Paris. cons. 51. nu. 25. volum. 4. & propriè dicitur mutatio, quando fit de esse ad aliud esse, Ias. in l. Iulianus. n. 4. ff. qui satisd. cog. prout in casu nostro contigit, vbi satisfactio dotium, quæ de fructibus & successiuis temporibus fieri debebat, in alienationem bonorum immobilium & incontinenti translata fuit. viaque testatoris omissa alia proposita fuit & effectus dispositionis testatoris longè muta-
31 tus. † Quinimmo, nedum mutata fuit dispositio testatoris, sed etiam fracta, vt locutus fuit testator, probatur ex capitulo tertio. de iureiuran. à contrario sensu. vbi dicitur, quòd propositum non infringit, qui comutat in melius. Ergo qui mutat illud in deterius, dicitur

tur infringere, quod hic euenit alienando immobilia pro dotibus satisfaciendis, ubi poterant conseruari, & illas solui de reditibus
32 † Nam melior est uia, quæ utrique partium consulit, ut not. Doct. maximè Castr. Alex. & Iaſ. in l. prima. ff. si quis caut. in exemplo deuolutionis, & appellationis non desertę, de quo pariter Dec. consilio 49. consilio 449. & consilio 524. decis. Ne. 373. in fine. Dominus meus Riminaldus consi. 99. num. 17.

Et posito quòd testamentum prædictum nõ in totum fractum vel immutatum fuerit, sed in ea tantum parte, quæ de satisfactione dotium cum habilitate loquebatur, tamen bene locum habere debuit ordinatio testatoris translationis bonorum in alios de Bardellis: quia satis fractum & immutatum fuit testamentum, li-
33 cet in ea parte tantum fuerit imutatum, † cum testamentum respectu formæ dicatur indiuiduum. l. furiosum. C. qui test. fa. poss. l. si is qui. ff. de testa. Doctor. in Rub. ff. de leg. primò, Rui. consilio quinto, numero tertio & quarto, volumine secundo, & quia testator intellexit etiam de hac particulari fractione & mutatione dicendo. *Firmis manentibus institutionibus & relictis filiarum*. Quibus planè uerbis colligitur, eum noluisse debere totum testamentum mutari, vt locus esset aliis de Bardellis, dato quòd in parte tantum mutaretur. Secuta igitur tali mutatione fractioneque testamenti, illi venire debent ad hęreditatem testatoris in eos translatam, qua dictæ mu-
34 lieres fuerunt priuatæ. † Et cum talis priuatio contigerit antequam locus esset earum uocationi, videlicet ante illius hæreditatem aditam, iure directo ualuit, ex quo enim data fuerat eis sub conditione, censetur eis adempta sub contraria conditione, sicque non dicitur fuisse data. ut per Socin. in rub. ff. de his quæ pœnę no. uersi. tertio casu, Corn. in l. prima. columna prima C. eo. tit. D. Matt. de Felici. inter consilia Castr. consilio 259. columna prima & secunda. et ipse Castr. consilio 292. numero sexto volumine secundo, Paris. consilio 19. numero 135. volumine secundo, delataque fuit hęreditas prædicta ad descenden-
35 tes ex familia Bardellorum † inter quos fuit Baldassar pr̃ Do. Tarsiæ coniugis celeberrimi viri & in bonis literis eruditissimi viri Cinthii D. Io. Baptistæ Gyraldi, mecum & amicitia & consanguinitate coniuncti, multisque de causis mihi gratissimi. Quam quidem hæreditatem, si dictus Baldassar adiuit, effecta fuit suum patrimonium l. fin. C. de inoff. test si verò non adiuit, eam transmisit ad filiam suam. Cum hęreditas ascendentium delata descendenti transmittat ad descendetes. l. unica. C. de his qui ant. aper. tabul. & hæc Domina vt instituta ab eo eam adiuit, & petit iure merito sibique debetur ex prędictis. Ex quibus secundo quęsito satisfactum dicitur.

36 † Superest ut de tertio discutiamus. Nunquid translatio bonorum in alios de Bardellis facta per testatorem, casu quo Summus Ponti. Vel Dux fregerit aut immutauerit eius dispositionem. dicatur in pœnam seu vim conditionis factam. Super quo plures summi legum vertices scripserunt, ut Dominus Federicus Bardella, Dominus Ludouicus Cattus & Dominus Marcus Brunus Anguilleus, ambo præceptores mei. Dominus Virgilius & Dominus Hercules de Siluestris, postea vero reperii Cephalum consilio 52. super eo latè differentem sub incertis tamen nominibus personarum, de quibus in hac causa fit mentio, & in alio simili casu Menochium consilio 78. pulchrè loquentem, quare diligenter hic articulus est attingendus. l. legaui. ff. de lib. legat.

Et prima consideratione dicendum videtur, quòd in pœnam facta fuerit dicta translatio, & propterea nequaquam valuerit. Nam quoties hæreditas fuit purè data, deinde vocatis adempta fuerit sub conditione à facto tertii pendente, prout hic, si Dux fregerit aut immutauerit dispositionem testatoris, talis ademptio velut in pœnam facta non valet. l. paterfamilias. & ibi Bartol. oppositio. quarta, ff. de hæredi. instit. quem casum dixit esse singularem Roman. singul. 112. Corsettus in versicul. testator. Castr. in l. Seius & Augerius. ff. ad l. falcid. cumque mirum in modum extollunt ibidem Bald. Angel. & Imol. idemque tenet Bald. in l. 1. oppositio. quinta. C. de his quæ pen. no. Socin. consilio vigesimoprimo, consilio trigesimoseptimo, volumine tertio, Ruin. consilio 150. columna quinta, volumine tertio. Didac. Couuar. in capitulo Raynaldus. §. primo, numero septimo, de testam. Duran. de arte testa. libro tertio cautel. quarta, & præsensit Gloss. in l. 2. ff. de his quæ pœnæ nomi. Vbi si testator dixerit, hæres meus si Capuam iuerit Titio dato decem (quod fecit: quia hæredem Capuam ire nolebat) pœna est quasi hæredis causa apposita, si ad vetitum locum accessisset. Hoc enim casui nostro deseruit, cum illa conditio. *Si Summus Pontifex aut Dux &c.* dicatur adiecta ad prohibitionem, ne filiæ hæredes, aut earum viri auderent contra testamentum supplicare vel attentare, & eorum precibus moti Papa vel Dux immutarent testamentum, cum sic ad supplicationem alterius moueri soleant. c. si motu. de præben.
37 † & illi Glossæ videtur alia consimilis annecti posse in l. 1. §. item si ita. ff. ad legem falcid. volens in dubio transfusionem censeri factam in pœnam, licet non sit expressum id fieri nomine pœnæ, prout sic eam declarat Alexand. in l. ita stipulatus, columna penultim. ff. de uerborum obligation. Ruin. consilio 20. numero quinto, volumine secundo,

& Pariſ. conſilio 19. numero 138. volumine
ſecundo.
Nihilominus his non attentis in contra-
riam ſententiam deſcendo plures caſus diſtin-
guens, diuerſos tamen à conſiderantis per Ce
phalum, ſaltem ex parte ſi non in totum in al-
legato conſilio.92.
Primò nanque contingit aliquando, quòd
quis purè uocatur, deinde ſibi quid iniungitur
ꝙ ſi non impleat priuatur relicto, tunc diſpoſi-
tio pura non fit conditionalis, ſed pœna dici
tur à teſtatore adiecta, quæ reſoluit ius purum
& quæſitum, caſus eſt in l. uxorem. §. hęres. ff.
de leg. tertiò, per quem ſic tradit Aret. in l. Ti-
tia. col. 3. ff. de uerbo. oblig. Nam ſi hæres vel le
gatarius rogatus eſt, quem adoptare, & ſic in
iunctum ſibi fuerit id onus adaptandi, quòd
ſi non ſecerit, fuerit exheredatus legatove pri
uatus, ſubdit textus. Tale onus non valere ve-
lut pœnale. Nunquid autem dicto caſu res li-
berè maneat apud grauatum, vel ad venien-
tes ab inteſtato potius ſpectet, ponunt Glo.
Bart. & cæteri eodem loco. ſicut & Imol. in d.
l. pater famil. ad fin. quod ex induſtria miſſum
facio, cum non ſit iſte caſus noſter, vt infe-
rius oſtendam.
38 † Secundò quandoque quid alicui purè
datur, & inſuper onus iniungitur, poſteaque
datum adimitur illi ſub conditione pendente
à facto tertii, ad differentiam primi caſus, in
quo conditio pendebat à facto vocati, & tunc
pariter diſpoſitio dicitur in pœnam facta, &
non ualet: quia ex facto tertii nemo priuari de
bet, tex. eſt in d. l. paterſamil. vbi duobus in-
ſtitutis iuſsit teſtator monumentum facere
in diebus certis, & ſi quis eorum ſecus ſecerit
omnes exheredauit. Alter hæreditatem præ-
termiſit, alius verò monumentum conſtruxit,
quæſitum fuit, nunquid minus hæres eſſet ob
eam rem, quòd coheres eius hæreditatem
non adiiſſet. Reſpondet tex. hęredem eſſe,
nec ex alterius facto priuari, & in hoc caſus ve
nit intelligendus Barto. ibi oppo. 4. quoniam
39 ſe fundat in eo tex. † Cum dictum doctoris
intelligendum ſit, ſecundum legem quam alle-
gat, ut ipſe docet in l. non ſolum. §. liberatio-
nis. ff. de lib. leg. quem ſequitur Iaſ. in l. cum fi-
lio. numero 129. ff. de leg. primò, Pariſ. conſilio
71. numero 12. volumine tertio, D. meus Ri-
mi. conſilio 95. numero 80. cum vulgaribus.
Vnde quando dicit Barto. quòd ibi fuit hære-
ditas data purè, ademptio verò facta ſub con-
ditione, quod fieri non poteſt ex alterius fa-
cto, ſubaudiri debet Bartolo, quòd onus in
ſuper iniunctum fuerit illi cui fuerat hæredi-
tas data purè, prout loquitur ille textus. Eo-
demque modo clarè loquitur Baldus in d. l. pri
ma, oppo. 5. C. de his quæ pęnæ no. dum dici-
tur, quòd aut apponitur pœna obedienti pro-
pter inobedientiam, tertii, & non valet d. l.
paterſamil. cum enim loquatur de obdien-
te, patet eum loqui de eo, cui hæreditas fue-
rat data purè onere ſibi iniuncto, cui obedie-
bat, non enim propter inobedientiam alte-
rius priuari debet hæreditate, ut ibi dicitur.
40 † Non omitto tamen, quòd Cephalus in di-
cto conſilio 52. numero 9. intelligit illam pri-
uationem locum non habere propter ius quæ-
ſitum hæredi, nõ quia de pœna agatur aut one
re iniuncto, quæ merè diuinant, idq; probat il
le textus, quòd nemo debet alligari hæredi-
tati neque ea priuari facto alieno, nam pri-
mo caſu quando alligatur, uerè ius acquirit.
& efficitur dominus, ergo ſecundo caſu uerè
deſinit eſſe dominus, ſicque priuatur iure quæ
ſito. Vnde nimirum ſi tali caſu priuatio diffici-
41 lius neq; ſine iuſta cauſa admittitur † Rurſus
Menoch. in dicto conſilio. 78. numero 26. non
recedens ab intellectu Cephali nouum propo-
nit hactenus non animaduerſum, quòd ibi di-
ſpoſitio teſtatoris iudicata ſuit ob id irra-
tionabilis, & per conſequens non obſer-
uanda: quia teſtator iuſſerat monumentum
conſtrui per duos hęredes inſtitutos ab eo,
quod ab uno adeunte ſuerat extructum. Du-
bitatum ſuit, an ille ſolus hæreditatem re ip-
ſa conſequi deberet. Dicendumque uide-
batur non poſſe, cum voluntati teſtatoris non
eſſet ſatisfactum, qui non ab uno ſed à duo-
bus uoluerat ædificari. Contrarium tamen
reſpondit Alphenus: quia naturali ęquitati
repugnat, ut is qui tam pro ſe quàm pro alte-
ro ſatisſecit teſtatoris uoto, iure ſuo ex alte-
42 rius perſona priuetur † Sed inde non uideo
quominus ibi de pœna agatur, ſi proprieta-
tem pœnę diligentius intueamur, quæ dicitur
quoties uni nihil abeſt, & alteri nihil adeſt
exemplo in duplo furti non manifeſti, vel qua
druplo manifeſti, quod extra rem ſubtractam
competit. §. fin. inſt. de obliga. ex delic. id enim
dicitur pœna, & ad id actio pœnalis: quia
furtum paſſo nihil abeſt ex eo duplo uel qua-
druplo, furique nihil adeſt, ut declarat Iaſon
in §. pœnales. in princi. inſt. de acti. propterea
cum in d. l. paterſamil. ex eo quòd alter inſti-
tutus monumentum non ſecerit, nihil abſit
teſtatori, & nihil adſit alteri inſtituto, qui ædi-
ficauit illud. ſequitur ut ſi ueniret hæredita-
te priuandus, qui paruit, pœna diceretur,
quod text. abnegare voluit, quando dixit,
ex alterius facto exhæredari non poſſe. Sic-
que Cumanus ibi notat illum tex. ſingulariter
quòd non ualet pœna appoſita in teſtamento,
non ex defectu eius, cui adiicitur, ſed ex de-
fectu alterius à Menochio verò non diſſentio,
cum non neget ibidem agi de pœna.
43 † Tertio nõnunquam quid purè datur & ni
hil iniungitur, ſed poſtea ſimpliciter fit adem
ptio ſub conditione, & tunc non fit reſolu-
tio actus puri in pœnam, ſed dicitur ademptio
ſub conditione, quę facit primam datio-
nem, cenſeri factam ſub contraria conditione
l. ali-

l.aliquando in fine.ff.de conditio. & demonst. & ita hunc à præcedenti casu distinguens tradit Aretin.in l.Titia.colum. 3. versiculo. Sed ista sua. ff. de verborum obligation. & præter ipsum Christof.Porc.& Ias. in S.pœnæ. colum. 1.inst.de legat.& clarius ante ipsos Faber col. 2.qui loquens in terminis.l.2.ff.de his, quæ pœnæ no, dicit non posse dici pœnam, nisi quando præcedit præceptum testatoris de aliquo faciendo,& si non fiat, tunc sequatur punitio, vt per eum latius ibi.idemque tradit Castr.post Dyn.& Alberic.in dicta l.2. ad fin. & Corn.in l.1.C.eod.colum.1.ver. sed potes concordando dicere.& ibidem Odofred.in rubric.vbi ponens exempla relictorum nomine pœnæ semper præmittit præceptum de aliquo faciendo, & ante omnes hoc fuit de mente Gloss.in dicta l.paterfamilias.ibi.& nota præceptum testatoris non seruari;loquitur enim in instituto, cui onus iniunctum fuit, & cum prædictis etiam concordat Socin.in l.2.ver. sed aduerte. ff. de condition. & demonstr. & cons.21. colum. 2. vers.sed in casu nostro, volum. 3. Ias.in l.talis scriptura.in prin.nume. 16.ff.de legat.1.Paris. cons.29.nume.138.volum.2.&Menoch. in dicto cons.78.nume.8.

44 † & in hoc casu procedit & intelligi debet,quod tradit Bart. in dicta l.paterfamilias. in prima quæst. dum ponit de instituto sub conditione exheredato, quæ exhæredatio valet secundum Bartolum: quia in contrariam conditionem videtur eum instituere.dicta l.aliquando;loquitur enim de purè instituto,cui nihil iniunctum fuit,sed sub conditione illi fuit ademptio facta, quę non dicitur in pœnam adiecta, sed inducit dationem sub contraria conditione,& ita Bartolum eo loco signanter perpendit Ruin.consil.150.nume.7.

45 volumin. 3. † Et per hanc interpretationem saluatur optimè Bartol.à contrarietate, quam notat Cuman. ibi.colum. 1. in illa quæstio.prima, iuncta oppositio. 4. de qua supra, cum in illa quarta oppositio.velit, quòd vbi hæreditas fuit purè data, ademptio verò facta sub conditione, non valeat velut in pœnam apposita. at in prima quæstione dicit, institutione purè facta exhæredationem sub conditione adiectam valere, operarique non pœnam sed institutionem factam censeri sub contraria conditione. Hæc enim repugnantia sunt, Cumanusque satis in eorum dissolutione laborat, nec scopum veritatis attingit. Nam probabiliter, & planè puto vtrunque dictum Bartoli procedere, sed in suis terminis, nempe quòd in oppositio.4. loquatur Bartol. de purè instituto, onere postea iniuncto, demumque adiecta ademptione sub conditione, prout loquitur ille textus, in quo se fundat, id enim non valet velut in pœnam factum, at in quæstione prima loquitur Bartol. de purè instituto nullo eidem onere adiecto,sed duntaxat secuta ademptione sub conditione, quæ bene valet, cum primam dispositionem reducat ad contrariam conditionem: sicque stante diuersitate terminorum, Bartolus nullo modo sibi contraria-

46 tur † & prædicta diuersitas probabilis redditur ea potissimum ratione: quoniam pœna præsupponit causam l. si qua pœna. ff. de verborum signification. l. sancimus. C. de pœn. cum similibus,per Crauet. consil.4. nume. 23. Cephal.consil.242.nume.12.& sine culpa non imponitur l. aliud est fraus. ff. de verborum signification. ibi pœna sine fraude esse non potest. Corn.cons.119. nume. 5. volum. 2. Crauet.cons. 63. num. 9. vnde Connanus in commentariis suis iuris ciuilis libr.5.capitul.5.colum.2.diffiniendo pœnam dixit, eam esse noxæ vindictam, nec sine mota pœna dari potest, vt scribit Corn.consil.256.nume. 6. volum. 1. Sed quando datio purè facta fuit alicui nihil iniuncto, sed ademptio subiecta fuit sub conditione, certè nulla in eo culpa vel mora considerari potest, cum nihil oneris ei sit impositum, nec aliquid facere teneretur, meritò remanet in vim conditionis, quæ primam dispositionem in contrariam conditionem resoluit. At quando reperitur onus iniunctum purè instituto, & ademptio facta sub conditione, si factum non erit quod iniunctum est illi vel cohæredi, tunc in pœnam censetur appositum propter iussum præambulum testatoris. & hoc est quod dixit Faber in d.S. pœnæ. pœnam dici non posse, nisi quando præcedit præceptũ testatoris de aliquo faciendo, & si non fiat, tũc sequatur punitio.

47 † Quartò & vltimò, quandoque dispositio testatoris præcedens conferens quid alicui vel pluribus non purè, sed sub conditione fuit collata, deinde secuta fuerit ademptio, si conditio non contingat, tunc valet ademptio, suumque sortitur effectum, licet à facto tertii pendeat, textus est in l. si ita fuerit seruis. secundo responso ff. de manu.testam.vbi si fabris duobus vel pictoribus, si templum vel mẽbram depinxissent, vel fabricassent nauem qd. ascriptum sit, si quidem alteri alterius facti conditionem testator iniunxerit, hoc est, si apparet testatorem voluisse, quòd factum vnius sit conditio alterius, vel imò cessante alteri quoque deficiat conditio, secundum Albericum ibi, tunc vno non implente, alteri quoque licet parato deficit conditio, illeque legato priuatur; quia propter vnum non implentem potest testator alteri non dare, vt illum textum sic declarando tradit Barto. in allegata oppositio. quarta, & post eum Ange. & Imol. & hunc quoque casum particulariter attingit Menoch. in

48 dicto consilio 78. columna prima † vbi ponit rationem diuersitatis inter eum & supra memoratum legis paterfamilias. nam eo casu agitur de adimendo ex facto tertii, quod purè datũ fuit, sicq; ius quęsitũ, quod iniquũ esse vt at in isto nihil quęsitum adimitur, cum penden

te adhuc conditione nihil datum ſit. l. ſi quis
ſub conditione. ff. de cond. inſti. relictumque
conditionale nullum ius tribuat ante condi-
tionis implementum. l. cedere diem. ff. de ver.
ſi. meritò velut infirmum ſatis ac debile facile
tolli poteſt, aut verius, ne quæratur impediri.
l. patre furioſo, ff. de his qui ſunt ſui vel alie iu.
facit quod tradunt Caſt. & Iaſ. in l. fi. in prin. ff.
de pact. per tex. iuncta Gl. in l. 3. §. ſi is pro quo
ff. quod quis. iur. & per d. l. patre furioſo. vbi
ius nondum quæſitum ſed quod ſperabatur ac
quiri, bene facto alterius impediri poteſt ne
49 quæratur, † Nam & in quærendis poteſt præ-
latus ſolus eccleſię præiudicare, ſecundum Ab
batem in cap. quoniam, de decim. col. 2. Rom.
conſ. 184. in princ. & in addi. ad eum Mando-
ſius Roman. plures adducens, Baptiſta à S. Bla-
ſio conſ. 146. nume. 10. primo tomo vltimarũ
voluntatum, Natta conſ. 501. num. 44. & conſ.
522. nume. 25. vbi dat aliud exemplum de lai-
cis, qui per ſtatuta ſua iuribus eccleſiarum iam
quæſitis præiudicare non poſſunt c. eccleſia. S.
Marię de conſti. ſecus in acquirendis, vt per
Anchar. conſ. 11. factum ſuper quo conſilium.
quod in meo libro non reperitur, ſed bene de-
ſeruit conſilium. 31. vol. 1.

Hic autem, cæteris omiſsis, eſt caſus noſter.
Nam teſtator vocauit filias, ſi filius ſine filiis de
cederet, & ſi Summus Pontifex aut Dux muta-
ret teſtamentum, vocauit alios maſculos deſcẽ
dentes ex domo & familia de Bardellis, ita ꝙ
adimendo eis ſub ea conditione, dicitur eas
vocaſſe ſub contraria conditione, videlicet ſi
Sum. Pontifex & Dux non infringeret, nec im
mutaret teſtamentum. Hæc igitur ademptio
non dicitur in pœnam facta: quia non fuit da-
tum purè ſed ſub conditione, nedum ſola ſed
duplici dictis filiabus, ſicque ceſſant omnes ca
ſus ſupra memorati, qui de purè dato loquunť.
50 † Idque tanto magis confirmatur: quoniam
teſtator adiecit clauſulam *omni meliori modo quo
voluit ſuum teſtamentum valere.* quæ diſpoſitio-
nem nõ reſtringit ad ſpecificata tantum, vt tra-
dit Bald. in l. vinum. colum. antepen. ff. ſi cert.
pet. & poſt eum ſcribentes ibidem. Ruin. conſ.
9. nume. 9. volum. 5. Craue. conſ. fin. nume. 15.
2. volum. Tobias Nonius. conſ. 5. nume. 6. &
51 conſ. 19. nume. 12. † Hinc ſi filio legatum eſt
quid, adiecta clauſula prædicta, relictum intel-
ligitur iure inſtitutionis factum. Bal. in l. quo-
ties. C. de hær. inſti. Cum. in l. his verbis. ff. eo.
Alex. in l. non omnis. §. fi. ff. ad treb. Ruin. conſ.
150. nume. 10. volum. 3. Soc. conſ. 66. num. 18.
volum. 3. Dec. conſ. 14. colum. 2. conſ. 77. col.
3. Marſ. ſingul. 36. Crauet. conſ. 141. nume. 3.
52 Porti. Imol. conſ. 36. nume. 23. † parique mo
do videmus, quòd ſi teſtamentum corrueret ex
defectu clauſulæ codicillaris, ſuſtinetur ex clau
ſula omni meliori modo, quæ fungiť vice clau-
ſulæ codicillaris, & ſic operatur, vt teſtamen-
tum non reſtringatur ad ſpecificata. l. penul. §.
final. & ibi Barto. ff. de legat. 2. Socin. in regu.
398. 5. limitat. Curt. Iun. conſ. 72. colum. 4. ver
ſicul. non obſtat. Item Socin. conſ. 173. colum.
2. in fin. verſ. ſed tamen. volum. 2. & conſ. 66. nu
me. 10. volum. 3. Imol. in l. cum pater. §. filius
matrem. not. 1. ff. de leg. 2. poſt Bald. verſ. ſi te-
ſtator dixit, Aretin. in l. nemo poteſt. colum. 3.
verſ. in eadem gloſſ. ff. de lega. 1. Pariſ. conſ. 62
nume. 16. volum. 2. Gualdenſ. Caut. 2. verſicu.
quartum remedium, de lega. Anton. Gabriel.
Roman. in ſuis concluſionibus libr. 4. de teſta.
concluſ. 5. nu. 9.

53. † Demumque, ne longius ego progrediar,
nos habemus ex dicta clauſula (& omni melio
ri modo) in teſtamento collocata induci dero
gationem ſpecialem ad antecedens teſtamen-
tum, quod haberet clauſulam derogatoriam,
poſito ꝙ in poſteriore teſtamento de illa men-
tio facta non fuerit, licet non appoſita dicta
clauſula (omni meliori modo) non induceré-
tur illa derogatio, quo manifeſtè deprehendi-
tur eam ad ſpecificata non reſtringi. Sic enim
voluit Socin. in l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. co-
lum. penul. ff. de legat. 1. conſ. 142. volum. 1. &
conſ. 2. nume. 10. vol. 3. Pariſ. conſ. 10. nu. 23.
volum. 3. Neuiza. conſ. 63. nume. 15. Anchara.
Iun. quęſt. 70. nume. 7. 2. par. & Burſat. conſ.
47. nume. 21.

Quare ſtantibus prædictis infero, quòd me-
lior ſanè modus eſt, quòd hæc ademptio condi
tionalis operetur in vim conditionis, quàm pę
næ, cum primo caſu diſpoſitio valeat. 2. ſecus.
& ita reperio quòd in terminis noſtris & huius
clauſulæ concludit Rui. conſ. 150. ſub n. 9. uer.
& alia ratione vol. 3. & poſt eum Cephal. conſ.
243. num. 28. hactenus patet quòd ex quo non
fuit ademptio facta in pœnam valuit & obſer-
uari debet.

Sed vlterius dato (non tamen conceſſo)
quòd hæc diſpoſitio fuiſſet pœnalis, & in pœ-
nam facta, non tamen video cur nulla cenſeri
debeat, nec impedimento eſſe debet, quomi-
54 nus alii de Bardellis ſuccedere debeant. † pro
batur. Nam tranſlatio in vim pœnę fieri poteſt,
etiam quando conditio vel implementum pen
det à facto tertii. Caſus eſt in d. l. ſi ita fuerit, ff.
de manu. teſtam. in princip. ibi. Niſi aliud ex-
preſſerit teſtator, & ibi. prout teſtatorem vo-
luiſſe apparebit. ſicque docet Alexandr. in l.
hæreditas. in fin. C. de his quibus vt indi. Soc.
Iun. conſ. 129. nume. 18. volum. tertio. & in
l. 4. §. Cato. nume. 45. ff. de verborum obliga-
tion. Confirmatque magis Menoch. in alle-
gato conſil. 78. nume. 19. ex doctrina Angeli,
conſilio 167. teſtator in omnibus. columna ſe-
cunda, verſiculo ſuper tertio. vbi reſpondet,
Tranſlationem legati Eccleſiæ facti valere in
pęnam adminiſtratorum ipſius eccleſiæ, qui
teſtatoris iuſſa non impleuerunt: uoluit enim
Angel. eccleſiam potuiſſe priuari ob factum
adminiſtratorum: quia ita teſtatori placuit,
ſequi-

55 sequitur Rui.consi.27.num.3.uol.2.† Et ultra prædictos adduco Deciũ consi.64.col. t. ubi post Baldum in quodam suo consi.tenet, quòd dispositio facta in pœnam non ualet, quando odium est irrationabile, ut quòd non demerẽtibus imponatur pœna facto alterius d.l. pater famil.& ibi not. Imol. secus autem quando odium est rationabile, puta quòd facto unius, alter coniunctus puniatur: unde dicunt ualere statutum Florentinum, quòd pro consortibus delinquentibus alii teneantur. Nam est uerisimile, quòd facilius abstinebunt ab huiusmodi delictis, si uidebunt alios de familia ex eorum delictis puniri,. Idemque ponit Anch. in c.t.de consti.q.11.col.7.& Bar.in l.iure pro uisum C.de frabric. lib.10. At hic rationabile fuit, uxorem Puttini nurumque Bellaiæ puniri hęreditatis priuatione propter eorum cõtrauentionem sibi coniunctorum, ut illi tempera rent à cõtraueniendo uoluntati testatoris, qđ erat uerisimile eos facturos, licet postea secus res successerit, meritò ualere debuit talis uo-
56 luntas testatoris † Secundò, fortius dico, dato quòd ex alterius facto quis priuari non debeat d.l.paterfamilias, à contrario tamẽ illius textus sensu institutus ex facto suo per testõrẽ priuari potest, ut in terminis notat Cuman. ibi notab.1.quod ex precibus de bonis alienãdis & litibus contemplatione dictarum mulie
57 rum factis apparet † & ob id illis atribuendæ sunt.l.seruo legato.§. si testator.& ibi notat Bar.ff.de leg.1.Soc.consi.5.col.1.uol.1. Paris. consi.5.ad fin.uol.1.

Præterea, dictæ mulieres post Puttinũ & Bellaiam superstites bona possederunt, & aduersus alios dictis precibus & aliis scripruris ea defenderunt, igitur approbasse dicuntur immutationem testamenti factam mediantibus illis.l.
58 Paulus.ff.rem rat.hab.† Et colligendo fructus rerum inde quæsitarum, ut per Alex.consi.88. col.pen.uol.5.Dec.consi.58.nu.2.Rui. consil. 39.nu.1.uolum.4 Tiraquell. in tract.de const. par.3.limit.30.nu.12.Quare patet, in omnem euentum priuationi & translationi bonorum in alios de Bardellis ordinatæ per testatorem locum esse debere.

Nec obstat Glo.in allegata.l.2.ff.de his, quę penę no.loquitur enim de pęna propter præceptum Iniunctum illi cui datum fuerat. ut etiã Castrens.Alberic.& Cuman. ibidem dicunt, & Ceph.in dicto consi.52.in fin.quod hic cessat. Filiæ namque fuerunt uocatæ sub conditione nihil eis iniuncto, declarando ut supra
59 † Quinimmo potius illa Glo.casui nostro deseruit, quàm repugnet, cum differentiam cõstituit inter dispositionem pœnalem & conditionalem, primoque casu præsupponit, hæredi non præiudicari ex alterius facto, secundo uerò sic, in quo uersamur. Et ita cõsiderat Ceph. mox allegatus & ad notata per Alex.in d. l. ita stipulatus. & Parisium consi.19.nu.138.vol.2. respondet Menoch.in dicto con. 78. num. 27. meritò in gratiam breuitatis ad eũ me refero cum uideri possit.

Vnum tamen aliud non omitto, quod mirificè torsit omnes scribentes in hac causa. Nam testator in casu mutationis testamẽti per summum Pont. uel Ducem, firmis manentibus institutionibus & relictis filiarum, uocauit masculos de Bardellis. Vnde cum filiæ fuissent uniuersaliter uocatæ post filium, si firma debebat earum uocatio manere, uidetur impossibile masculis de Bardellis esse locum
60 † Nec enim simul adeo pugnant, ut uno dato corruat aliud sicque, dispositio uitietur.l.seruus.§.si quis.ff.de hære.inst. l. si Titius hæres. cum ibi not.per Bart.Ang.Castr.& alios. ff. de cond.insti.Cyn. in l. in exercendis.2.q. C. de fideiuss.Bar.in l.scripturæ.eo.tit.Abb.in c. imputari.eo.tit.quod adeo uerum est, ut etiam iuramentum circa hęc aliquid operetur: quia nec legislator, nec Deus ipse potest actum repugnantẽ in esse producere, ut dixit Ange. consi.187.incip.A.& B.aliàs, hic punctus. ad fin.sequitur Dec.in d.l.ubi repugnantia.Natta consi.270.nu.7.vnde tex.elegans in l.vbi repugnantia.ff.de reg.iur.dixit, quòd ubi repugnãtia inter se in testamento inueniref, neutrum
61 ratum est † simul enim contraria stare non possunt. Ias.in l.si Rufinus.C.de test.mil.& eorum natura est, quòd mutuò se expellunt.5. Methaphis.Soc.consi.27.num.1.uol.4.Neuiza.consi. 66.nu.52.Huic difficultati respõderũt omnes subtiliter & uerè, quòd illa uerba *Firmis manentibus institutionibus*. debent intelligi de libris duobus millibus occasione dotis assigatis filiabus in uita testatoris, in quibus fuerunt institutæ, & illud uerbum *Relictis*, intelligi debet de aliis libris tribus milibus eis relictis post mortem testatoris in augumentum dotium, prout in testamento dicitur, non autem debent intelligi dicta verba de institutione & substitutione fideicommissaria uninersali dictarum filiarum facta post mortem filii testatoris, propter alia uerba testatoris statim sequentia uidelicet. *Instituit sibi hæredes vniuersales omnes masculos de Bardellis.*
62 † quoniam duo non possunt esse hæredes in solidum. l. si ut certo.§. si duobus uehiculum. cum ibi not. ff. commod.l. quod contra.§. uni duo.ff. de regul.iur.

Confirmatur: quia quęlibet dispositio sic est interpretanda, ut excludatur repugnantia. c. inter dilectos.§.cęterũ.de fide.instr. latè Dec. in l.pacta nouissima.col.2. C. de pact.in l. fin. nu.1.& 2.C. de eden.& in d.l. vbi repugnantia.sicut & in consi.517.num.4. Alciat in tract. præsump.regu.2.presum.31. Boer.q.252.Soc. iun.consi.125.nu.16.uolu.1. Paris. cõsi.102. nu.19.uol.1 Menoch.consi.2.num.51. Natta.
63 consi.430.num. 23. † item relatio ad ea fieri nõ debet, ex quibus correctio sequeretur.Glo. in

Sed alij contra.53.54.63.
11 Substitutio facta filijs decedentibus debetur eis non natis.
12 Pia causa dicitur, maritare pauperes virgines.
13 Legatum causa studij dicitur pium, si pauperi vel pro studio Teologiæ relictum fuerit.
14 Legatum consanguineo pauperi dicitur pium.
Si nominatim pro anima relictum sit.15.
16 Testatoris dispositio facta in vno casu fauore piæ causæ extenditur ad alium.
Fallit vocata pia causa limitate ad certum casum. 69.
17 Masculorum vocatio reiterata fauore agnationis censetur facta.
Quod declaratur.71.
17 Substitutio fauore agnationis extenditur.
Etiam si casus esset dubius.18.
Non tamen trahitur ad alios casus vel personas quam verba patiantur.71.
Sed in casu tantum expresso procedit.
19 Testator vocans quem mortuis aliquibus multo fortius eis non natis.
Sed auctor contra.71
20 Voluntas testatoris consideratur in fideicommissis etiam per coniecturas.
Et magis attendi debet quam verba.21.
Quod procedit si de illa dispositiue appareat.72.
21 Testatoris mens magis attendi debet quam verba.
Et verba intentioni deseruire debent.
Etiam si verba offendamus.
22 Verba se habent vt corpus & superficies, mens vero se habet vt spiritus & anima.
23 Casus haberi debet pro expresso, de quo testator dispo suisset, si verisimiliter cogitasset.
24 Verba tunc & eo casu, non impediunt extensionem de casu ad casum concurrente mente testatoris.
Sed contra late nu.40.cum sequentibus.
25 Substitutione prima facta caduca hæres primus grauatus tenetur restituere secundo substitutis.
Fallit si medius gradus fuit nullus & pro non scripto.75.
26 Assertioni Summi Pont. standum.
Quod procedit inter clericos illi subiectos.
Secus inter laicos.77
Idem quando tractatur de præiudicio tertij.78.
Vel quando constat contrarium assertionis, 79.
Et quando asseritur factum à parte narratum.80.
27 Linea incipit à filijs nominatorum, qui sunt vt stipites.
Cuius exemplum datur.28.
29 Actus humani regulantur a voluntate & potentia.
Et omnem actum canonizant,
Item modus requiritur.31.
30 Legitimam filio pater prohibere non potest.
Nec trebellianicam.
Et est verior & communior opi.
32 Adoptare filium non potest religiosus in potestate sui superioris constitutus.
33 Substitutio, si omnes posthumi decederent, non verificatur in vno tantum nato & decedente.
34 Viuens tantum moritur non autem non natus.
34 Habitus vbi non est non potest esse priuatio.
35 Fideicommissum quo magis remoueatur quam quod inducatur fit interpretatio cum sit odiosum.
Et contra illud in dubio iudicandum est.36.
37 Negligentiæ non est succurrendum.
37 Renunciantibus iura sua non datur regressus.
38 Princeps auferre non potest alicui dominium quasitum de iure ciuili sine causa.
39 Verba, si hæres nullum adoptauerit, quomodo intelligenda sint.
40 Substitutio in vno casu non extenditur ad alium stantibus verbis tunc & eo casu.41.
Maxime quòd sunt geminata.42.
43 Geminatio certam infert scientiam.
44 Verba specialia generalibus adiecta restringunt eorum significatum.
45 Generalitas negatiuæ restringitur ad id de quo actum est.
45 Verbum nullum adeo vniuersale vel indistinctum est, q od ex circunstantijs non sit ciuiliter intelligend m.
46 Conditio voluntaria quæ dicatur.
Et no extenditur ad alium casum etiam similem. 47.
Sed impleri debet in forma specifica.
48 Testamenti vna pars declarat aliam.
49 Præcedentia declarant sequentia.
Eaque magis restringunt quàm econuerso.
50 Copulatiuæ vna pars declarat aliam.
51 Copula solet copulare quæ sunt eiusdem generis non autem dissimilia.
52 Substitutio sub duplici conditione copulatiue facta debet in vtraque verificari.
52 Legatum sub duplici conditione copulatiue posita non debetur altera tamen verificata.
55 Dos si reddi debet, quoquo modo finitum sit matrimonium, agi non potest nuptijs non secutis.
56 Casus omissus pro omisso habetur etiam in vltimis voluntatibus.
57 Deficere pro finire capitur.
Interdum pro non sufficere.
Quandoque pro timere.
Seu pro relinquere.
Vel rebellare.
58 Verborum significatus summitur ex præcedentibus verbis testatoris.
59 Dictio quandocunque distributiua dicitur plurium temporum.
59 Substitutio compendiosa quot substitutiones & quas complectatur.
60 Substitutio sine dictione quandocunque, vel alia tractum temporis non habente, dicitur vulgaris aut pupillaris.
61 Vulgaris verificatur etiam persona non nata.
61 Verbum nullum debet esse superflue positum.
64 Fideicommissum probari debet per agentem ad illud.
Cum sit res onerosa quæ non præsumitur.
64 Substitutionem, dici potest, hoc casu non loqui.
65 Fideicommissum vt euitetur, in dubio fieri debet interpretatio.

Et

*Et de rationibus pulchris.*
66 *Lineæ principium & ipsa linea an iudicetur.*
*Et quomodo linea capiatur.67.*
*Item quæ dicatur apud Geometras.68.*
69 *Priuilegia non sunt ad consequentiam trahenda.*
70 *Generalis dispositio comprehendit casum priuilegiatum, quando non reperitur in specie priuilegiatus.*
73 *Erramus quandoque propter nimiam subtilitatem in coniecturanda mente testatoris, cum animum suum non videamus.*
73 *Fideicommissi ademptionem fauorabilem esse.*
74 *Dec. sibi contrarius notatus in cons. 227. nu. 9. & in cons. 219. nu. 8. & cons. 291. nu. 6.*
75 *Non sufficit dicere si testator cogitasset ita disposuisset, ergo debet haberi pro expresso si ex verbis non colligitur.*
77 *Clem. 1. de probat. quòd statur assertioni principis quando locum non habeat. 78. 79. 80.*
78 *Causa testati facit cessare causam intestati.*
79 *Præsumptio cedit veritati,*
80 *Clausula, si est ita, subintelligitur in rescriptis.*
80 *Confirmatio in forma communi ius nullum tribuit. Tantoq; magis quando confirmans dicit de prædictis se certam notitiam non habere.*

*Auxilium meum à Domino.*

## CONSILIVM CXVII.

*Dominus Antonius Fallatus in eius testamento suum hæredem instituit Franciscum pupillum & nepotem ex Iacobo filio prædefuncto, eique sine filiis decedenti substituit Reuerendum D. Paulum Cartusinum filium suum, dummodo nullum Ius monasterio quæratur, aliàs substitutio sit nulla. Linea autem masculina dictorum eius hæredum quandocunque deficiente, voluit, quòd vltimus eorum qui careret filiis masculis possit sibi arrogare, & adoptare aliquem in filium qui succedat. Et si dicta Linea dictorum hæredum deficeret, & eius vltimus hæres nullum adoptauerit & decederet intestatus, tunc & eo casu vocauit homines Societatis Sanctæ Crucis de terra Codegorii cum facultate semper & in perpetuum maritandi de pauperioribus domicellis ipsorum de Fallatis, aut in studio manutenendi vnum vel duos de dicta domo, & ut latius in eo testamento. Mortuo testatore vita quoque functus est Franciscus pupillus, & dictus D. Paulus monasterium egressus auctoritate Summi Pont. et habilis ad succedendum factus, occisus fuit relicta D. Leonora sorore dicti Francisci. Quæritur ergo, nunquid substitutioni dictæ Societatis sit locus, quæ debeat exequi contenta in testamento, vel potius D. Leonora sit ab intestato admittenda.*

PRIMA consideratione dicendum uidetur, substitutionem procedere, nam vocati fuerunt homines dictæ Societatis sub duplici conditione, si vltimus hæres nullum adoptauerit, & decesserit intestatus, quarum conditionum quælibet euenisse
1 videtur † quatenus enim pertinet ad primam. *Si nullum adoptauerit.* illa conditio negatiua similis esse videtur illi, quæ apponitur substitutioni vulgari. Si hæres non erit, quæ duas habet expositiones, videlicet si noluerit, vel nõ potuerit esse hæres, ut per illum tex. not. Bart. Castr. Alexandr. & Ias. in l. 3. C. de hæred. inst. & est melior, ut inquit Iason in l. si pater. ff. eod. titul. Idemque tradit Bartol. in l. 3. §. fin. ff. de lib. & post. & in l. prima columna tertia, numero 13. & post eum cæteri. ff. de vulga. & pup. Clariss. Dominus Leonius in tract. substit. in materia vulgaris, numero 24. dicens quòd vter ex illis duobus casibus eueniat, substitutus admittitur velut ex substitutione expressè facta. Igitur pari modo dicendum videtur in ista conditione negatiua. *Si nullum adoptauerit.* Quòd intelligatur, si noluerit vel non potuerit quempiam adoptare. Quare si fuit occisus Dominus Paulus, nullum dicitur adoptasse: quia non potuit ab homicida præuentus, quòd satis est, licet non adoptauerit: quia noluerit.
2 † Confirmatur. Nam hæc vniuersalis negatiua (nullum adoptauerit) negat omnem casum, propter quem non fuerit adoptio facta l. fin. ff. de lib. & post. c. Deus omnipotens, secunda q. prima, Dec. consilio 365. columna tertia, cum regulare sit ex dispositione negatiua nihil sequi, nullamque induci affirmatiuam l. ex facto. ff. de hære. inst. per quam sic notat Bald. in l. secunda C. de cond. inser. & in titu. de pace Constan. §. vasalli. circa finẽ. sequitur Alex. consilio 150. numero 26. volumine quinto, post Anch. in c. canonum statuta. de consti.
3 † Hinc Imola in l. Gallus. §. forsitan. post Glo. non rectè. ff. de lib. & post. inquit, quòd negans sñiam nõ fatetur rectè latã propterea latã: quia negans qualitatem facti non fatetur factum, sequitur Iason in l. decem. numero. 47. ff. de uerborum obligat. & in l. Iulianus. nume. 13. ff. de cond. indeb. Alexand. in apostil. ad Bartol. in l. non vtique. ff. de exception. & consil. 49. nume. 10. volum. 7. adfirmans omnes illam decisionem sequi, sicut & inhæret ei Zas. consil. 1. numero 70. volumine primo, Natta consil. 18.
4 numero octauo & nono, † Idque præsensit in simili casu Gloss. in l. 2. §. quod obseruari. verbo existimat. C. de iureiurand. propter cal. dicens, quòd si quis positioni continenti, quem esse mortuum, respondet. Non credo talem viuere, non sequitur, quòd credat eum mortuum, sequitur Specul. in titulo de posi. §. sexto. numero decimoquarto, concludens per huiusmodi responsionem nihil poni. Idemque tenet Geminian. in capitulo præsentium. numero trigesimoprimo de testi. in sexto. Senatusque Pedemonta. decisio. 178.
5 numero 7. & 8. † Huiusque conclusionis ratio particularis adferri potest. Nã sicut vniuersalis

ſalis affirmatiua omnia comprehendit,quæ im
maginari poſſunt l. Iulianus. ff.de leg. 3. l. cum
uirum.vbi Bal.oppo.2.C.de fideic. & in conſi.
226.col.3.vol.1.dicens quòd nulla perſona vel
nullus locus excipitur, ſequitur abundè Cra-
ue. conſ. 194.& conſ.308. Rol. à Valle conſi.
5.nu.35.cum ſequen.uol.1.conſi. 82. vol. 2. &
conſi.54.ad fin.uol.3.qui tractant uim ſermo-
6 nis uniuerſalis ab homine prolati † Ita pariter
uniuerſalis negatiua circa caſum negare debet
omnem caſum adoptionis non factæ, uel ex de
fectu uolũtatis,uel impotẽtiæ:quia fortior eſt
negatiua ad negandum, quàm affirmatiua ad
affirmandum. Glo.& ibi Soc. Imol. Cuman. &
alii in l.hoc.genus.ff.de cond. & de. Dec. in c.
ex parte.col.2 de conſt.Craue. conſi. 145. nu.
4. Mantua conſ. 52,num.8.uol.1.Bero. conſil.
2.nu.2. conſ.143.nu.19.uol.1.Bal.Iaſ.& Dec.
in l.ſi Rufinus.C. de teſt. mil. Menochi. conſi.
36.nu.13.Alci.reſpon.52.num. 13. Natta cõſ.
461.nu.20.Rnbe.conſi.51.col.1.ubi ſtatutum,
quòd nullatenus poſsit appellari & de nullita-
te dici, intelligit quòd negari uideatur omnis
appellatio & nullitatis dictio, etiam euidens
ratione prędicta: quia negatiua magis negat,
quàm affirmatiua affirmet, quam regulam plu
ribus iuribus exornat Tiraquell.in l.boues. §.
7 hoc ſermone.limit.7.nu.4.ff.de uerb.ſi. † Hinc
pulcrè Caſtr.conſ.170.in ultimo dub.uol.1. di
cit, quòd licet indefinita locutio non compræ
hendat caſum inſolitum & extraordinarium.
l.ſcio.§.medico.& ibi Bar.ff.de annu.lega.hoc
nõ procedit in diſpoſitione negatiua, quia ſub
ea talis caſus comprehenditur, cum diſpoſitio
negatiua potentius operetur, nec ita reſtringi
poſsit ſicut affirmatiua, ſequitur Natta conſi.
397.num.7.Vnde ſic & in caſu noſtro negata
uidetur omnis adoptio non ſecuta, uel quia
D.Paulus noluerit, uel non potuerit eam fa-
cere, licet id euenerit ob eius mortem uiolen
tam & extraordinariam, qualis fuit ex homici
dio, in eius perſonam commiſſo: regulariter
enim non ſic homines moriuntur.
8 Secunda quoque conditio, ſub qua uoca-
tur dicta ſocietas, ſi ultimus hæres inteſtatus
decederet,eueniſſe uidetur: Quoniam, miſſa
quæſtione illa magna & longè controuerſa,
nunquid ille, qui teſtari non potuit, ut pupil
lus,furioſus, & id genus, propriè ſint inteſta-
ti, uel habendi ſint pro inteſtatis propriè uel
impropriè uel ſecundum communem uſum lo
quendi, de qua per Bar. in l.1.ff.de ſuis & leg.
Dec. conſ.466.Soc.iun. conſ.23.uol.1.Pariſ.
conſ.22. uol.2.Brun.in tract. quòd ſtant. maſ.
8.ar.q.12.Andr.Sic.conſ.67.vol.3.Rui. conſ.
50.uol.3.Soc.Iun. conſ.25. col. 3. & 4. vol. 3.
Cur. iun. conſ.134.& nouiſsimè Ceph. conſ.
210.ſicut & Bero. abundè conſ. 19 per totum.
9 uol.2. † inherendo uerbis huius teſtamenti ui
detur eſſe caſus inſt.de hæred. quæ ab inteſ.de
fer.in prin.ubi dicit imperator, inteſtatus de-

cedit,qui omnino teſtamentum non fecit: quæ
dictio,omnino denotat inteſtatũ dici,ſiue quia
uoluit inteſtatus decedere,ſiue quia teſtari nõ
potuit,ut ibi Glo.determinat,& ſubtilius indu
cit Bar. conſi. 118.hęc eſt copia.col.1.ſequitur
Pariſ.in dicto conſ.22.nu.23.uol.2.meritò de
cidi uidetur in eo textu caſus noſter, quòd D.
Paulus dicatur inteſtatus deceſiſſe, poſtquam
occiſus teſtari non potuit.
Secundò confirmatur hęc concluſio per aliũ
tex.ſingularem in l.credendum.§.ſi uerò.ff.qui
pet.tut.vbi ſi maritus reliquerit uxori fideicõ-
miſſum à filio ſub hac conditione, ſi inteſtatus
mortuus erit, tale fideicommiſſum, taliſque
conditio uerificatur in eo moriente pupillo,
qui teſtari non potuit, & tamen certum eſt, q
cõditio impleri debet in forma ſpecifica.l.Me-
10 uius.& l.qui hæredi.ff.de cond.& de. † & ille
tex.de neceſsitate debet intelligi de filio dece
dente in pupillari ætate, quia loquitur de fidei
commiſſo relicto à filio cui mater tutorem nõ
petit, ergo pupillus erat, & quia textus du-
bitationom non haberet,ſi filius deceſiſſet ibi
maior pupillo quoniam mater ſibi ſuccederet
ab inteſtato, licet ei dum erat pupillus tutorẽ
non petiiſſet. l.matres.C.ad tertul. & ita Soc.
inducit illum textum.conſ 81.num.9. uolu.4.
Aret.in l.Centurio.col.10. uer. præterea quò
ad caſum.ff.de vulg.Soc.iu.conſ.25. num. 16.
uol.3.Par.conſi 22.nu.8.uol.2.Ceph. conſ.20.
nu.8.& Berg.loco citato. Quare ſic & in caſu
noſtro dicendum uidetur, quòd fideicommiſ
ſum dictæ Societatis uocatæ ſub ea conditio-
ne,ſi ultimus hæres inteſtatus decederet, ueri
ficatum dicatur D.Paulo ultimo hærede occi-
ſo,uelut inteſtato decedente: quia teſtari non
potuit,ſicut nec pupillus.
Nec ab iſta concluſione nos retrahere poſſe
uidentur illa uerba teſtatoris, *linea maſculina
dictorum eius hæredum quandocunque deficiente.*
Et rurſus ibi *Et ſi dicta linea maſculina dictorum
11 eius hæredum deficeret.* † Quaſi, quòd cum
Frãciſcus & D.Paulus ambo ſine filiis & deſcẽ
dentibus deceſſerint, non dicatur eorum li-
nea maſculina defeciſſe: ſi enim principium
non habuit,finiri non põt.l.non põt uideri de-
fiiſſe.ff.de reg.iur.per quam dixit Speculat. in
tit.de ſenten.§.iuxta.uer. quid ſi de partium.
quòd finis eſſe non poteſt ſine principio.Nam
contrarium uerius eſſe uidetur, ponderando
dicta uerba *Et ſi dicta linea maſculina dictorum
eius hæredum deficeret.* Nam uerbum deficeret
uerificatur etiam non natis liberis: quia con-
ditio,quæ nõ impletur, dicitur deficire l.1.C.
de indic.uid.tol.l.1.§.ſin autem aliquid.C. de
cad.toll. & declarat in terminis ſubſtitionis
Dec.conſ.227.col.2.& in eodem caſu confir-
mat Soc.iun.conſ.181.nu.22.uol.2. quia ſecũ
dum propriam uim & importantiam uerborũ
dicitur, quòd alicui deficiunt liberi, tam & ſi
nũquam eos habuerit, & ſic uerbum deficeret
uerifi-

uerificari dicitur etiam in non natis, vt est bo-
nus tex.in c.1.de eo qui sibi uel hæred.suis,ibi
uel his deficientibus. Et idem repetit in eodé
met casu Bero.consi.102.num.10.&in alio ca
su consi.66.nu.16.uol.2.

Præterea,sicut substitutio facta filiis decen-
dentibus debetur eis non natis,ut uoluit Ray.
de Forli. in tract.substi.Soc.in l.1.col.14.ff.de
uul.& consi.52.ut ueram.col.6.Dec. d. consi.
227.col.fi.pariter. in casu nostro deberi debet
& ei locus esse.

Vlterius, cũ filii testatoris essent principiũ
lineæ masculinæ, idem de principio dicendũ
uidetur,quod de ipsa linea, per regulam quam
pulcrè deducit Cast.in l.maritus.C.de proc.Si
quis enim recepit emphiteusim pro se &liberis
suis per lineam masculinam descendentibus,
& decedat sola filia relicta, repellitur: quia in
filio masculo incipit linea masculina,in filia ue
rò linea fœminina.Illud ergo quod dicimus in
descendentibus ex filia (quòd repelluntur)
dicere debemus in ipsa, quæ caput est lineæ
fęmininę, sequitur Alex.in l.Gallus.§.nunc de
lege.ff.de lib.& post.Cur.iun.cons.153.nu.23.
& consi.172.nu.5.Ceph.consi.5. num.39. igi-
tur linea hæredum testatoris dicitur defecisse
ipsis defunctis, sicut si filios habuissent, qui si-
ne filiis masculis perijssent.

12 † Secundò principaliter pro substitutione
deseruire uidetur, quòd homines dictæ socie-
tatis uocati sunt ad erogandum fructus & in-
troitus hæreditatis testatoris in maritãdis pau
peribus domicellis ipsorum de Fallatis,seu ma
nutenendis in studio pauperibus uno uel duo-
bus adolescentibus de Fallatis,quę dispositio
dicitur fuisse pia & ad pias causas facta. Nam
maritare pauperes uirgines dicitur esse pia cã,
ut uoluit Bal.in l.illud.col.1.C.de sacrosan.ec
cle.& in auth. nisi rogati. col.3.uers.quæ nun
quid.C.ad treb.Ang.in §.si quis de prædictis.
in auth.cum de app.cogn.Rom.in auth.simili-
ter.col.2.C.ad l.fal.Alex.in addi.Bar.in l.cum
is.§.si mulier.ff.de condi.inde.& post eum la-
tius Ias.Andr.Sicul.cons.87.uolum.4.Bal. No.
uel.in tractat. dotis. quinta par. Tiraquel. in
trac.de priu.piæ causæ, in eius prefatione ver.
13 item cum dos. † Et idem de relictis in causam
studii dicendum uidetur, quòd pia dicatur,
& ad pias causas facta, ut in specie uoluit Alex.
in addi.Bar.in l.stichus liber esto.ff.de leg.3.&
in l.si cui annũ.ff.de annu.leg. Abb. consi. 63.
col.4.par.2.& licet Bal.in repe.l.2.col.12.ff.de
leg.2.secus senserit, nisi relictum sit pro stu-
dio sacrę Teologię, sensitque Cuma.cons.28.
dicens hanc cãm nõ esse propriè piam, quos re
fert Tiraquel. loco citato. versic. Item relictũ
causa studii,tamen concurrente paupertate iu-
uenum de Fallatis & coniunctione sanguinis
14 eorum cum testatore res clara uidetur † Nam
relictum consanguineo pauperi dicitur ad pias
causas relictum, ut uoluit Glo. nota. in c.2.
de sepult.quam singularem reputat Bal.in l.12
col.2.& post eum Castr.ad fin.de sacr.san.eccl.
Ioann. Andr. in addi. Specul.de instru. edi.§.
nunc uerò aliqua, uer.& scias quòd tunc.Alex.
15 consi.158.ad fin.uol.7 † & licet nonnulli hoc
intellexerint,tunc demum procedere, quando
consanguineo pauperi relictum fuerit nomina
tim pro anima, alias secus: quia magis contem
platione consanguinitatis relictum uideretur:
sic enim uoluit Bal.in auth.ex testamento. col.
3.C.de colla.& in auth. similiter. C. ad. l. fal.
uers.quid si donatio. & post eum Roma.col.1.
Dec.consi.120.col.fin.Tiraquell.in dicta præ-
fatione uer. quod tamen intelligendum,se re-
mittens ad latius dicta per eum in l.si unquam
uers.donatione largitus.C.de reuo.do.Tamen
res hic expedita uidetur, nam cum testator
grauauerit animas administrantium Societatẽ
prædictam in maritandis pauperibus domicel
lis de Fallatis, uel in manutenendis ad stu-
dium pauperioribus iuuenibus eiusdem fami
lię, clarè colligitur id relictum pro anima fecis
16 se † Quo stante succedit singularis decisio Ro-
mani in d.auth.similiter, in 30.speciali in ulti
ma uoluntate, ubi concludit, quòd fauore pię
causæ dispositio à testatore facta in uno ca-
su, porrigitur etiam ad alium, cui uerba non
conueniunt. Ponit exemplum, si testator Ti-
tium hęredem instituit, & si Titius hæres non
erit, Seium substituit, & ecclesiæ centum lega
uit.sicque relictum fuit ecclesiæ legatum casu
quo Seius substitutus esset hęres, non existẽ-
te hærede filio. Et tamen concludit ibi Roma-
nus, quòd si Titius primò hæres institutus, sit
hæres, legatum ecclesię deberi non attenta for
ma testamenti. Quia fauore pię causæ præsu-
mitur quòd testator uoluerit absolutè legatum
relinquere pro eius anima, & ad hoc allegat
textum in l.2.ff.de manu.testam.ubi hoc dici-
tur fauore libertatis, & per Roman. ad piam
causam extenditur sequitur Dec.cons.182.nu.
2.& cons.273. col.1.Meritò posito quòd dicta
societas uocata fuerit in casu, quo linea dicto-
rum hæredum deficeret. Et illa non diceretur
defecisse, si non cępit, tamen ad alium casum
contingentem de Francisco & D.Paulo sine fi-
liis mortuis debet extendi uocatio dictæ socie
tatis,& locum habere fauore piæ causæ,cui reli
ctum est in dotandis pauperibus domicellis,
uel alendis in studio pauperibus de Fallatis.

17 † Sed & ex alio fauore uidetur extensioni
locus esse debere. Nam cum testator uoca-
uerit filios masculos descendentes Francisci
sepiusque de masculis locutus sit, uidetur
intentio sua fuisse conseruare bona in agnatio
ne & familia sua, prout in stat. quòd exstanti-
bus masculis fęminæ repellãt.not.Io. Andr. in
addi.Spe.in rub.de suc.ab inte.uers.est scien-
dum,Bal.in l.quid ergo.ff.de legib.Alex.cons.
20.& cons.80.uol.1.cum simil. per Dec.cons.
15.col.1.Alba cons.51.nu.8.& cons.54.nu.5.
meritò

merito debet extensio fieri substitutionis d. Societatis de casu lineæ masculinæ deficientis, hoc est morientis post natiuitatem ad casum eius nō natæ, fauore pdicto agnationis conseruandæ, sicque concludit Dec. in d. consi. 227. nume. 8. & post eum Soc. Iun. consi. 181. num.
18 36. uo. 2. † subiiciens, quòd etiam si casus esset dubius, ei parti esset adhærendum, ut substitutio, de qua agitur, fauore agnationis locum habeat, cum istud dicatur benignius. ut in simili casu determinat Signor. consil. 179. col. 2. & Fulg. consi. 49. col. fin.
19 † Quin & addunt Dec. & Soc. Iun. id argumentum, quòd si testator voluit substitutos vocare natis aliquibus descendentibus & mortuis, multo fortius uidetur eos voluisse uocare eis non natis, argumento. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui.
20 † Tertiò, tanto magis prædicta conclusio videtur procedere considerata mente testatoris, quę pręcipuè consideratur in fideicommissis, in quibus etiam per coniecturas voluntatem percipimus. l. cum proponebatur. ff. de leg. 2. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad treb. l. pen. ff. de leg. 1. l. fideic. §. itē cū quis. ff. de leg. 3. l. cū uirum. C. de fideico. cum similibus abundè per Ias. consi. 304. col. 4. volum. 2. Alex. cons. 98. visa parte testamenti. vol. 4. Dec. consi. 287. nu.
21 5. Soc. Iun. consi. 181. numero 19. vol. 2. † Immo uerò mens testatoris magis attendi debet quàm verba seu propria significatio uerborum. l. Publius. §. fin. ff. de cond. & de. l. 3. ubi doctores. C. de lib. præt. Ias. consi. 140. col. 5. uolum. 2. uers. in primis. Non enim intentio uerbis, sed verba intentioni deseruire debent. c. humanæ aures. 32. q. 5. c. in his, de uer. si. Paris. cō. 73. nu. 15. uol. 2. ubi dicit, quòd ut deseruiatur menti testatoris, debemus offendere uerba. Cur. consi. 51. col. 8. præponendæ namque sunt sententiæ uerbis, sicut anima corpori. c.
22 sedulo. 38. disti. Ias. loco citato. † Hinc & Curt. de quo supra, dixit eleganter, quòd uerba se habent ut corpus & superficies, & mens se habet ut spiritus & anima. Et sicut homo cōstat ex anima & corpore, ita dispositio legis & testatoris ex mente siue ratione & ex verbis. Et ideo, quòd uerba magis restringi debēt tanquā superficies, quàm mens coniecturata, quę licet non sit omnino expressa, tamē omnino cōiecturari debet ex eo, quod quilibet uir sapiēs fecisset. Plura commemorare possem de mēte quę prædominari debet & attendi, de quibus Rol. à Vall. ponit cons. 70. nu. 56. uolu. 3. Menoch. cōs. 30. nu. 20. Bursat. cons. 8. nu. 22. Soc. Iun. consi. 1. nu. 10. vol. 3. Franc. Marci decis. 170. n. 7. 2. parte. & alibi sępe Doctores, sed his ex industria prætermissis ad casum nostrum de
23 ueniens † dico, ꝙ cū testator instituto Frācisco filio substituerit eius filios masculos, & eos inuicē substituerit, habens ꝓ constanti ꝙ aliqui nascerent ex eo, prout erat uerisimile. Si cogitasset, ꝙ Frāciscus, q̄ filios nō ꝓcrearet, illi nō nascerentur, utique propter omnimodam rationem idem voluisset. Vt sicut natis & defunctis filiis Societas succederet, sic eis non natis. Meritò casus iste secundus contingens haberi debet pro expresso. Et dispositio testatoris in uno casu facta debet ad aliū porrigi, iux. tex. in l. Titius. §. Lucius. ff. de lib. & post. quo sic arguit in his ferè terminis Dec. consi. 227. sub.
24 nu. 9. † vbi col. fin. postea vult id procedere, dato ꝙ testator vsus fuerit illis uerbis, tunc & eo casu, prout in casu nostro, quæ uerba geminata sunt, ut per Gozad. consi. 4. nu. 25. nam non impediunt extensionem de casu ad casum concurrente mente testatoris, sequitur latius Gallia. in l. Gallus. §. & quid si tantum. notab. 4. ff. de lib. & post. & abundè Paris. consi. 50. nu. 51. vol. 3. Rolan. à Valle consi. 70. num. 51. vol. 3. mens quoque deprehendi uidetur ex alio. Nā testator uidetur se uoluisse conformare cum dispositione iuris communis. Bar. & omnes in l. hęredes mei. §. cum ita. ff. de treb. sed de iure cauetur, ꝙ quando plures fideicommissarię substitutiones factæ sunt una post alteram, ut hic, si contingat primā caducari, bona remanēt apud hæredem primo loco grauatum cum suo onere restituendi secundis substitutis & deinceps. l. unica. §. pro 2. §. sin autem. C. de cad. tol. declarat Bar. in l. quādiu. in fi. & ibi Aret. ff. de acq. hær. Castr. consi. 351. pręsens dubium. in anti. consi. 423. uidetur ꝙ filii, vol. 1. cum simil. cumulatis per Soc. Iun. d. consi. 181. nu. 47. Vnde concludit, ꝙ cum instituto filii fuerint substituti, & eis alii descendentes, ꝙ omnes nati non fuerunt, bona videtur remansisse pęnes primū hæredem cum onere restituendi vltimò vocatis, quare sic & in casu nostro dicendum uidetur ad vnguem.

Quartò non omitto breue Pii Quinti Pontificis Maximi, quòd narrato tenore testamēti Antonii Fallati asserit euenisse casum substitutionis, & adiministrationis dictæ Societatis. S. Crucis. deinde narrata intrusione in possessionem bonorum testatoris per D. Leonoram de Fallatis & eius virū, cessioneq; facta ꝑ hoīes dictę Societatis Dñico Fallato velut proximiori, eaq; ad pces Ioānis & Hieronymi filiorū suorū cōfirmata illosq; in administratione pdicta loco societatis memoratę subrogati petito comittit Reuerēd. Episcopo Comachiēsi, ꝙ ex dicta familia de Fallatis deputet administratores, qui melius eiusdem testatoris voluntatem sint executuri, qui prædictos in tales elegit & depu
25 tauit. † tali nāque summi Pōtificis assertioni plenaria fides est adhibēda. Cle. 1. de prob. cū super ea se fundet ad cōfirmādam cessionē prędictā, comissionemque faciendā. iux. not. per Afflic. decis. 305. col. pen. & per dictum breue res hæc omnino decisa vr̄ ad fauorem substitutionis præter alia fundamenta superius relata.

Diligentius tamen atque maturius ego con

ſiderans in contrariam ſententiam deſcendo. Moueor, nam teſtator Franciſco, filiis eius ſubſtitutis & inuicē ſubſtitutis & in eorũ defectũ. D. Paulo, ſi linea dictorũ eius hęredũ quãcunq; deficeret, voluit ꝙ homines Societatis. S. Crucis admitterenť modo, qui legitur in teſtamen
27 to, † quibus ex uerbis apparet, ꝙ cũ teſtator locutus fuerit de linea maſculina hęredũ nominatorũ, qui ſunt Frãciſcus & D. Paulus, ipſi Frãciſcus & D. Paulus in linea cõſiderata per teſtatorē nõ cõprehenduntur, ſed illa incipere dēt ab eorũ filiis, ipſi verò Frãciſcus & D. Paulus remanēt tãquã ſtipites. Ita declarat ĩ ſimili Bal. cõſ. 448. cõceſſa eſt, uol. 3. vbi dicit, ꝙ in numero generationis nõ cõputať ꝑſona patris ſe ſtirps: quia nõ eſt generatio ſed cauſa generationis, idemq; clarius ponit Caſt. in l. maritus. C. de proc. ſequiť Ale. in l. Gallus. §. nunc de lege. ff. de lib. & poſt. & con. 43. co. 2. vol. 3. qđ eſt repetitũ. conſ. 53. vol. 6. vbi dicit ꝙ linea maſculina Bartolomęi incipit in Gabriele illius filio. Cõfirmat hoc idē D. Alciat. reſpon. 494. col. 2. vbi dicit, ꝙ aliud eſt Dionyſius, aliud linea maſculina Dionyſii, ſicut aliud eſt ſtipes, aliud rami ſtipitis, aliud genitor, aliud generatum, argu.
28 c. fi. de inſti. † & cũ prædictis cõſentit in eodē caſu Rui. conſ. 4. nu. 3. vol. 3. & melius ēt Pariſ. cõſ. 74. col. 1. vol. 3. inferēs in terminis noſtris, ꝙ ex quo pia cauſa ſubſtituta fuit deficiēte linea maſculina Dionyſii, in qua ipſe nõ cõtinetur ipſi Dioniſio nõ diciť ſubſtituta, eoque moriēte pupillo, & ſic ſine filiis, talis caſus diciť omiſſus à teſtatore, remanetq; ſub diſpoſitione iuris cõmunis. l. cõmodiſsimè. ff. de lib. & poſ. l. ſi extraneus. ff. de cõd. ob. cau. ſucceditq; veniēs ab inteſtato proximior. Vnde ſic & in noſtro venire debet. D. Leonora ſoror dictorum hęredũ non autē Societas. S. Crucis illis non ſubſtituta, qui ſine filiis ambo deceſſerunt.

Secundò cõſiderandũ eſt, ꝙ teſtator poſt ſubſtitutionē factã de D. Paulo Frãciſco ſine filiis morienti ſubiunxit, ꝙ linea dictorum hæredũ quandocũq; deficiente, vltimus carens filiis maſculis poſsit aliquē in filiũ ſibi arrogare & adoptare, q ſuccedat, & ſi nullũ adoptauerit, ſocietatem prędictã vocauit. Quibus ex uerbis præſupoſuit teſtator, ultimũ hæredē eſſe talē debere, qui filios arrogandi, vel adoptandi poteſta
29 tem haberet: † Quoniã ĩ actibus humanis duo potiſsimũ ſuntneceſſaria, voluntas & potẽtia, quorũ ſi alterũ deſit, nihil ē qđ explicari queat & qđ agiť nõ tenet. l. cũ te. C. de don. ante nup. c. cũ ſuper, de offi. deleg. & ibi not. Doct. Andr. ſic. conſ. 13. col. 7. n. 22. vol. 2. & pulchrè Bal. in l. 2. ver. voluntatē legitimã. C. com. de leg. vbi per illũ tex. colligit, ꝙ duo requirũtur, quæ omnē actũ canonizant. ſ. volũtas & auctoritas. ſequiť Rol. à Vall. conſ. 39. nu. 21. vol. 1. hęcque fuit ſentẽtia Boetii lib. 4. de conſolat. Philoſo. voluitque Barbat. inter conſilia Curtii Sen. conſ. 66. Dec. cõ. 198. col. 2. Soc. Iun. conſ. 72. n. 12. vo. 1. cõ. 94. n. 44. cõſ. 120. n. 4. cõ. 183. n. 8. vo. 2. cõſ. 118. nu. 13. vol. 3. quos allegat Rol. à Val. cõſ. 10. nu. 7. q idē firmat exẽplis cõſ. 35.
30 nu. 21. vol. 3. † primò, de patre prohibēte filio legitimã verbis prægnãtibus & amplis, q filius illis nõ attẽtis eã vel eius ſuplemẽtũ cõſequiť, cũ deſit poteſtas pr̃is id prohibēdi. l. qm̃ ĩ prioribus. C. de inoffi. teſt. ſecũdò de patre pariter prohibēte filio primi gradus detractionē trebellianicę, quo nõ obſtãte filius eã cõſequiť ex defectu poteſtatis paternæ. Bal. in l. iubemus. C. ad treb. vbi pariter Sal. Fulg. Caſt. & alii cũ multis numeroſè cumulatis per eũdē Rol. cõſ. 12. col. 2. vol. 1. q cõmunē teſtať, ſicut & Cagnol. in l. Papinianus. §. meminiſſe. nu. 11. ff. de inoffi. teſt. vbi dicit, ꝙ eſt magis æqua, verior & cõmunior, & ꝙ vidit eã ſemper ſeruari. quã tenet inſuper Iaſ. in l. Marcellus. nu. 53. ff. ad tre. cõſ. 99. nu. 2. cõſ. 146. nu. 6. vol. 4. Dec. abundè cõſ. 81. nu. 3. cõſ. 208. col. 2. cõſ. 269. col. fi. Rui. cõſ. 21. nu. 8. vol. 3. Soc. Iun. ampliſsimè conſi. 131. nu. 58. vol. 1. cõſ. 28. nu. 2. vol. 2. Cur. Iun. cõſ. 70. col. fi. Gozad. cõſ. 92. Cattel. Cotta. libro memori. ver. Trebellianica. Ripa ĩ l. nemo põt. ff. de leg. 1. Bero. in c. in præſentia. nu. 445.
31 de prob. † Quin & vt aliqd addã propoſitæ rei vnde digreſſus fui, nedũ volũtas & poteſtas requiruntur ad actus perfectionē ſed & modus: qa ſine potẽtia nihil ē ad actũ reducibile, abſq; volũtate nihil ad ſuũ finē redigiť, & vbi nõ ſeruať modus ad finē ordinatus, ad finē perueniri nõ põt. Nã (vt inqt Cicero lib. 1. offic.) his rebus, quæ tractanť in vita, modũ quēdã adhibētes, & ordinē & honeſtatē, & decus cõſeruabimus. ſequiť Berous cõſ. 76. nu. 26. vol. 1. & in eadē ſententiã venit Neuiza. cõſ. 12. n. 5. inter cõſilia Bruni. Soc. Iun. cõſ. 95. nu. 4. vol. 3. quos citat Menochi. cõſ. 75. n. 34. Si præſupoſuit ergo teſtõr vltimũ hæredē eſſe talē, q ſibi poſſet arrogare vel adoptare filiũ, cui nõ adoptãdo, nec arrogãdo Societatem ſubſtituit, ſequitur ꝙ. Donno Paulo, q fuit ultimus hæres, nõ dr̃ ſubſtituiſſe,
32 † qm̃ cũ religioſus eſſet in poteſtate ſui ſuperioris cõſtitutus, adoptare nõ poterat. l. & q uxores; & ibi Doct. ff. de adop. Ang. Arc. in §. minorē. nu. 4. inſt. de adop. nec aliũ ſub poteſtate ſua hr̃e l. ſic eueniet. ff. ad l. Iul. de adult. qualis ē arrogatus, inſt. de adop. in prin. & ad hoc fundamẽtũ cõprobãdũ põt adduci notab. doctrina Ioãnis Andreę ĩ addi. Spe. tit. de teſt. §. ĩ primis
33 in vltima addi. uer. quarta quęſtio. † de teſtõre habēte vxorē prꝫgnãtē, q poſthumos inſtituit, & ſi oēs ſine filiis decederēt ſorores ſuas ſubſtituit. Natus fuit vnus tm̃ poſthumus, q deceſsit impubes ſuperſtite mr̃e. quęſitũ fuit, an admittanť amitę virtute ſubſtitutionis, vel mr̃ ab inteſtato. Refert. Io. And. ꝑ matre iudicatum fuiſſe qm̃ hic caſus fuit omiſſus; id. n. verbũ oēs, ſecũdũ ſuã propriã ſignificationē in uno ſaluari nõ põt, ut ꝑ eũ. ſicq; voluit pariter Oldr. quē Ioãn. An. nõ allegat. cõſ. 142. factũ tale eſt. & Alberi.

in l.precibus.ver.Itē.quæro de alia.q.C. de im
34 pu. †Huius.n.omissiōis rō fuit psuppositū testō ris, ꝙ plures posthumi nascerentur, & inde decederēt, vt apertius in eodē casu declarat Cast. cons. 14.visis & consideratis. in antiquis. aliàs 219.vol.2.in nouis.Dū dicit, ꝙ cū testator in casu plurium filiorum decedētiū substituerit, & non natus nón moriť sed solum uiuens.l.qui duos.ff.de manu.test.& ubi non est habitus, id est uita, nō pōt esse priuatio, qualis est mors.l. decem. ff. de ver.ob.l. manumissiones.& ibi Cast.ff.de iust.& iu.meritò vno tm̄ posthumo nato & mortuo substitutis non est locus: quia præsupositū de pluribus nascituris, quod fuit in mente testatoris, non fuit verificatum, illàque decisionem Ioannis Andr. Castrensis & aliorū plenius confirmat Rui.consi.104.col.1. & 2.vol.1.

35 †Tertiò moueor. Nam uerba testamenti nō adaptantur, neq; bene conueniunt Societati substitutæ, vt inferius dicetur respondēdo cōtrariis. Et regulariter vbi verba cessant, & cōiecturæ nō suffragantur, fit interpretatio, ꝙ fidei cōmissum magis remoueatur quàm ꝙ inducatur, cū fideicōmissum sit odiosum.l. cohæredi. §.cum filię.ff.de uul. & pup.Ias.post alios in l. ex tribus.C.de inoff.test.Dec.consi.465.num. 15.Paris.cons.41.n.31.vol.3.Crauc.cons.180. col.2.post.Soc.consi.113.col. pen. vol.1.& in
36 fin.post. Dominos de Rota decis. 864. † concludens ꝙ in dubio contra fideicōmissum pronunciari debet, sequitur Ceph.cons.46.nu.15. Alciat. respon.552. nu. 12. & sequen. respon. nu.6.Rol.à Val.consi.46.vol.3.

Quartò, sicut pręter testm̄ Societas. S. Crucis nititur Breui Apostolico, de quo supra, pariter Do. Leonora nititur sententia magnifici Consilii iustitiæ, per quam declarata fuit hęres & successor Francisci sui fratris ab intestato & in eam fuisse continuatam possessionem vigore statuti. Et licet in ea sententia reseruata sint iura dictæ Societatis, tamen cum fuerit negligens in eis deducendis & lite persequēda, pro
37 ut in eodem Breui narratur †tali negligentiæ suæ non est succurrendum.l.non enim.ff.quib. ex caus.ma.l.ueteres, in fi.ff.de itin. actuq: pri. cum similibus citatis per Guid. Papæ. q. 473. Alex.consi.105. col.2.uol.5.debet.n. sibi imputare, qui sua negligentia se exclusit. d.l. veteres.in fin.& ad iura renuntiata non datur regressus.l.queritur.§.si venditor.ff.de ædil. edi. l.Herennius.in prin. ff.de euict.Glo. in l. quoties ab omnibus. C. de fidei. & in c. quàm sit periculosum. 7.q.1.decis. Neap.220. num. 19. Cepha.consi. 235.nu.22.prout contigit dictæ Societati, quæ iura sua, si quę sibi competebant renuntiauit Dominico & eius filiis de Fallatis, sicut in eodem Breui narratur. Et licet in dicto Breui dicatur, non obstante sententia, tamen tantum abest vt præiudicatum dicatur D.Leonorę in dominio sibi quæsito vel declarato per

38 eam sententiam † id.n.princeps sine causa facere non potest: quia licet acquisitū fuerit per actum Iuris ciuilis, illud tamen est de iure gentium, quod princeps etiam subdito sine causa auferre nō potest. Ita Soc.in l.Gallus.§.& quid si tantum.ff.de lib.& post.col.8.versi.circa tertium.Gallia.nu.96.Ias.col.20.versi. Istā limit. Rui.ad finē Cur.cons.65.col.3. Soc. consi. 63. col.6. cons.120.vol.3. Dec. consi. 284. col. 3. consi.343.col.3.Cra. de Papa loquens. cōsi.7. nu.10.cons.103.col.1.cons.135.num.20.cons. 241.col.4.& in tract.de anti.tempo.1.par. nu. 49.vbi communem testatur, sicut & Paris.cōs. 201.nu.70.vol.1.& cons.6.nu.23. vol. 2. Rui. consi.31.n.21.vol.5. demumque Rol. à. Vall. citans alios consi.66.n.57.cum sequent.vol.2. quare stantibus prædictis fundamentis & aliis quæ respondēdo cōtrariis in medium deducā concludi dēt, partes D.Leonoræ defendi posse, nec substitutioni dictæ Societatis locū esse.

39 †Nec obstant contraria. Nam circa primum de Societate uocata, si ultimus hæres nullum adoptauerit, considerandum est, quòd cū Paulò supra uoluerit testator, ꝙ dictus hæres possit & ualeat sibi filiū arrogare & adoptare, sicq; præsuposuerit illum hæredem esse talem, qui potestatem haberet filios arrogandi vel adoptādi, prout in secundo fundamēto latius dedu xi, deinde subiūxerit, *Si dictus eius vltimus hæres nullum adoptauerit, tunc & eo casu voluit ipse te*
40 *stator, quod homines Societatis S. Crucis &c.* †illa verba. *Si nullum adoptauerit*. Intelligenda sunt: q̄a noluerit, non autē, quia non potuerit. sicq; restringi debent ad casum expressum duntaxat quando potuisset & ualuisset adoptare, & non adoptasset, virtute dictorum uerborum tunc & eo casu, quæ operantur substitutionē uno casu cōceptā, ad alium extēdi nō posse. vt voluit Anch.cōs.356. col. 2.uer.tertiò hoc pbať, Bal.cō. 57.col.2. vol.2.in nouis.Ioan.de Ana.con.66. col.3.Roma.cons.131. cū similibus ibidē cumulatis per Oratiū Mādosium, Dec.cons. 63. col.1.cons.89.n.3.cons.314.col.2. consi. 332. cons.433.col.2.Soc.cons.5.col. 2. vol.3. Cra. consi.98.n.5.Paris.consi.2.n.15.consi.14.n.9. vol.3.consi.86.n.34.con.92.n.10.vol.2.Crat. resp.124.n.37.vol.1.Goza.consi.4.n. 23. Rui. cons.130.n.10.cō.200.n.9.vol.2.con.31.n.10 vol.3.Soc.Iun.cons.190.vol.2.Natta cōs.678. nu.6. post Soc.consi.259. col. 3. vol.2. Zanch. in l.hæredes mei.§.cum ita.nu. 1049.ff.ad trę. Rol.à.Val.consi.59.n.10.vol. 3. Bursat. consi.
41 51.n.17. † Vnde Dec.in l.quàuis. col.2.C.de impub.dicit, quòd licet vulgaris expressa trahatur ad alios casus similes, puta de casu noluntatis ad casum impotentiæ, ut in contrario dixi. Tamen hoc non procedit, vbi sunt apposita illa verba tunc & eo casu, quia stant limitatiuè & taxatiuè. Hincque pulcrè Boer. decis. 28.col.fi.vult, ꝙ substitutione facta cū illis uerbis, tunc & eo casu, dispositio testatoris non verifice-

ficetur,nisi vẽditionibus impletis in forma spe
42 cifica.† Hecq; cõclusio potissimũ dẽt hre locũ stante ꝙ verba fuerũt geminata,nõ contẽto testorẽ dixisse,tunc,sed & eo casu.Geminatio nã que solet potentius operari,& enixã magis testoris voluntatẽ demõstrare.Bar.in l.cũ scimus C.de agr.& censi.lib. 11.& in l.Balista.per oẽs ff.ad treb.Rol.à Vall.cons.58.n.47.vol.3.Cep. cons.210.n.22.Dec.cons.10.n.5.cons.23.n.4. cum similibus cumulatis à Senatu Pedemon. decis.90.& 128.n.14. Bero.cons.72.n.13.vol. 1.vbi dicit,ꝙ certã scientiã infert & importat
43 † meritò talia verba, tũc & eo casu, geminata tãto magis debẽt extensionẽ impedire, prout signãter perpendit Dec.cons.315.n.5.&cons. 332.Grat.ĩ allegato resp.124.n.39.vol.1. Natta consi.667.nu.5.Goza.in dictoconsi.4.n.25. Albanus cõs.1.n.17.cõs.21.sub.n.2.&cõs.30. n.2.Alciat.pulcrè resp.492.nu.16. vbi dicit, ꝙ illa verba limitata sunt & inducunt iteratam limitationẽ,vnde faciunt,ꝙ à casu expresso non
44 recedamus.† Hincq; cessant,quæ dixi de vniuersali negatiua per illa verba, nullum adoptauerit,quę negat oẽm casum, propter quẽ non fuerit adoptio facta. Nam locum non hẽnt stante restrictione eorum facta ꝑ alia verba statim supposita.tũc & eo casu iunctis præcedentibus vt supra declaraui.n.35.& sequenti. Nã verba specialia generalibus adiecta restringũt eorum significatũ.l.sed si adiiciat̃.vbi Bar.ff.pro Soci. Gozad.cons.60. col.fi.Rube.cons.50.col. pen. Paris.cõs.102.n.12.vol.1.Bero.cons.20.n.15.
45 vol.3.† & in specie de negatiua ponit Alciat. resp.115.n.8.dicẽs ꝙ generalitas negatiuę restringitur ad id,de quo actũ est, arg.l.pen.ff.de pact.& c.quãto.de pręsu. Facit, quod scribit. Oldra.cons.148.n.6.ꝙ nullum verbũ ad eo vniuersale vel in distinctum est, qđ ex cõsideratione debitarum circunstantiarium non debeat ciuiliter intelligi & limitationẽ recipere.l.si mihi in via.§.vltimo.ff.de leg.3.sequitur Senatus Pedemon.decis.90.n.20.vnde cũ testator substituerit Societatem vltimo hęredi, si nullum adoptauerit, cum posset & noluerit, restringi dẽt ad eum casum talis negatiua, non autem
46 dilatari ad casum impotẽntiæ. † Tantoq; magis hoc est dicẽdũ,ꝙ sumus in conditione voluntaria,quæ propriè dicit̃, q̃ sine illa poterat actu hre locum & effectualiter effectũ sortiri,vt declarat Galiaul.in l.Gallus.§.& quid si tantũ n.27.ff.de lib.& post.Soc.cons.259. col.2.vol. 2.dans exemplum de substitutione facta alicui de Gaio,si nauis ex Asia venerit, vel si nomẽ & arma familiæ testatoris tulerit.Nam sine dictis
47 conditionibus potuisset substitui † Nam,quãdo substitutio facta reperitur sub conditione uoluntaria, non extenditur de casu ad casum etiam similem,sed impleri dẽt in forma specifica:quia testator apponẽdo conditionem uoluntariã vr̃ considerasse modum implendi. Ita Bar.in l.Gallus.§.& quid si tm̃,pręallegato.quę passim sequuntur Doctores, ut Alex.Ias. Galliau.Soc.Iun.& oẽ tenẽt, testanturq; .Ale.cõs. 1.n.15.& col.fi.vol.1.Soc.in dicto consi. 259. & cons.76.vol.3. vbi dicit hoc esse vrgentissimum fundamentum, idemq; tradit Goz.cons. 4.Rip.in l.1.n. 94.ff. de vul.& pu.Natta consi. 676.nu.25.& consi.678.nu.17.Soc.Iun.consi. 100.n.23.vol.3.Bursat.consi.19.nu.20.

48 † Ad scđm fundamentũ de secunda cõditione,si vltimus hæres intestatus decederet. Pro solutione considerandũ est,ꝙ vna pars testĩ aliã declarat.l.qui filiabus,in prin.ff.de leg.1.& ibi Ias.post alios Dec.cõs.319.n.4.D meus Rimi. cons.78.n.12.cons.248.n.2.& cons.378.n.47. Çepha.cons.188.n.6.Rui.cons.83.n.13.vol.2. cons.109.n.17.cons.128.nu.2. consi.130.n.4. & cons.141. nu.3.vol.3.Hiero. Butillega cons. 154.n.5. vol.1.ultimarum volun. Menoch.cõs.
49 10.nu.2.cons.97.n.33.† Et pręcedentia declarant sequentia, eaq; magis restringunt quàm ecõuerso.l.ꝙsquis.& ibi not.ff.de leg.3.Bar. in l.filiũ.ff.quã.dies leg.ced.Dec.cons.91. Rom. cons.503.Cur.cõ.63.n.16.D.meus Rim.cons. 114.n.21.& ibi dixi in apostil.ad eum, idemq;
50 consi.119.nu.25.& cons. 179.nu.7. † Rursus sicut una pars alternatiuę declarat aliã,ita pars una copulatiuæ.Roma.consi. 231.cum multis quos congerit ibi Mando.Romanus,quibus addi potest Soc.in l.1.ff.de reb.dub.Rui.cons.61. nu.8.vol.2.Hiero.Gabriel.cons.11.n:29.& cõ. 140.nu.6.& Tobias Nonius cons.7. nu. 10.& quando copula reperitur posita in oratione diuersa imperfecta, ratione uerbi repetitionẽ inducit qualitatis præcedẽtis,vt declarat Rui.
51 consi.90.col.2.vol.1. † si quidẽ eius natura est copulare ea,quæ sunt eiusdẽ generis, non aũt dissimilia.Bal.Castr.& Alex.in l.si auię. C. de succ.edic.Glo.in §.itẽ lapilli. inst. de rer. diui. Bal.in.l.omnes populi.col.10.uer.modo quæro utrũ statutũ.ff.de iust.& iu.Ias.cons.fin. vol. 4.Natta con.582.nu.23.Quæ cum ita sint, dico ꝙ cum testator paulò supra dixerit, *Si vltimus hæres nullum adoptauerit.* ꝙ intelligitur, cũ posset & noluerit,ut supra demonstraui. subiiciendo statim. *Et decederet intestatus.* Debet intelligi cum testari posset sed noluerit, non autem quia non potuerit.

52 † Secundo, posito (sine ueri præiudicio) ꝙ secunda conditio,& decederet intestatus,purificata fuisset in D.Paulo vltimo hærede, cũ tamen Societas vocata fuerit sub duplici conditione copulatiuè posita,si ultimus hæres nullũ adoptauerit,& decederet intestatus,quæ conditiones non principaliter annexę fuerunt,sed ad aliud respectiuè, videlicet ad substitutionẽ dictæ Societatis,utique nõ sufficit alteram ex eis uerificari, sed utranque oportet purificatã ac uerificatam fuisse,ut est doctrina Bar.per illum tex.in l.si hæredi plures.ff. de cond.insti. & in l.si is qui 200.§.utrum.col.pen.ff.de reb. dub.Soc.cons.33.col.2.vol.3.Senat. Pedemõ.

decis.

decis.71.nu.66.Fabian.de Monte consi. 146. num.32.libr.1.vltimarum voluntatum. Hiero. Gabri. consil. 90.nume.31.vbi dicit,hanc esse illius propriam vim, & ita in legato facto sub duplici conditione,copulatiuè quòd altera tantum verificata non debeatur,determinat Dec. consi.433. columna secunda, post Ancharan. consi.167. circa fin. Roman.consi.131. & consi. 138.Ioann. de Ana. consi. 66. colum.3. Fulgo. consil. 46. meritò cum prior illa conditio. *Si nullum adoptauerit*, non fuerit in Domino Paulo verificata, Societas ad substitutionem prædictam uenire non potest,& ita cessat obiectum secundum.

53 † Nec Societas prędicta tutè nisi potest in illis verbis. *Linea autem masculina dictorum eius haeredum,quandocunque deficiente*. cum sequentibus illic. *Et si linea masculina dictorum eius haeredum deficeret*. intelligendo verbum deficere,etiam nō natis liberis,vt per Dec.consi.227.col. 2.Soc.iun.consi.181.nu.22.vol.2. & Berou cō. 102.n.10.vol.2.qui conformes consuluerūt in testamento cuiusdam. D. Ioannis de Bardellis Nobilis Florentini.Qm̄ non defuerunt alii pręstantissimi doctores,qui contrarium responderunt super eodem testamento & casu, quos refert licet non nominet & confirmat Alciatus ille magnū iuris asylum resp.492.dicens,q̄ verba substitutionis,si omnes deficerent, verificari non possunt,cum nemo sit natus, nec referri possunt ad eos, qui nunquam fuerunt. adducit textum in l. Titio vsufructus. ff.de cond.& de.vbi in substitutione non dr̄ deficere, seu (quod idem est)desinere, quod nunquam cœpit.Ideoque expirat fideicommissum, etiam si petimeretur dario libertatis,quæ aliàs est fauorabilis,vnde subdit Alci. ibi videri casum quæstionis nr̄e,iamque per annos 15.reprobasse cōsilium Decii.227.(supra citatum) prout habet lib.3.de vet.sig.axiomate.1.vbi col.4.illud im-

54 pugnat.per d.l.Titio vsufructus.† Hæcque conclusio pariter confirmatur in terminis his nr̄is, in quibus vnanimi voto responderunt tres Iureconsulti maximi.Rui.Paris.& Alc.prior quidem cons.4.vol.3. secundus cons.74.vol.3.Tertius verò resp.494. Dominus.n.Iob. Blanchellus Fauentinus in testamento suo Dionysio instituto,& post eius mortem filiis & descendentibus suis masculis in infinitum vocatis, demū finita illius linea masculina vocauerat piā causam(quæ pariter in casu nostro vocata proponitur)postea decesserat Dionysius in ętate pupillari.concludunt indifferenter prędicti Iureconsulti,substitutioni locū nō esse. Linea namque Dionysii finiri non potuit, si nunquam cępit. l.non potest videri desiisse.ff.de reg.iur. & priuatio præsupponit habitum l.decem.ff. de ver.

55 obl.& sicut Alciat.inducit.d.legem.Titio † sic & Ruinus tex.in l.si extraneus.ff. de condit.ob can.vbi,si dans dotem pro muliere, pactus sit, vt dos sibi reddatur quoquo modo. finitum esset matrimonium,& nuptiæ non sint secutæ agi non potest ex pacto ad dotis restitutionem: quia cum nuptiæ non fuerint incoactæ, finiri non potuit matrimonium, quod non habuit principium. Et ideo talis casus velut omissus non comprehenditur in pacto, sed remanet in dispositione iuris communis. Et sic ibi est expressum,quòd illa conditio,si finietur linea masculina,vel si finietur matrimonium, non adimpletur,sed deficit si non sit inchoata vel incboa

56 tum,sed desiit inchoari posse † & quamuis ille texus loquatur in contractibus, nihilominus idem est in vltimis voluntatibus, in quibus etiam casus omissus habetur pro omisso. l.commodissimè. ff.de lib.& posthu.& ut ibi plenius per Ruin: idemque ponit in alio casu Rui. consi.175.nume.5. uolum. 2. qui consuluit in eodem casu contra Decium in dicto consil. 227. & Bursat.consi.19.nume.22.qui dicit hanc esse ueriorem & communiorem opinio. nec dicat aliquis, secus esse lineam finire & deficere: quoniam si ad probatos auctores latinos redigamur, hæc eadem siue synonima fore cogno-

57 scemus. † Deficere nanque pro finire scribit Martianus dicens. *tum demum id agere consilium erat,cum vita defecit*. Quòd si diligentius alios huius uerbi significatus intueri uelimus, semper id quod fuit, nunc non esse cognoscemus, interdum namque deficere significat deesse uel non sufficere. Vnde Cicero.in Verrem tertia dicit. *Vererer, ne oratio deesset, ne viresque deficerent, quisquis enim dum viuit vires habet maiores vel tenuiores, qua deficiunt cum non sufficiunt ad id quod est peragendum*. quandoque uerò deficere donotat timere, vt apud Hircium. *Martius & Rufus cohortati suos, ne animo deficiant*. idest terreantur. Quis enim dubitat cuique animum inesse.at ille deficit cū terrore opprimitur. Rursus deficere nonnunquā pro relinquere constituit,vnde Cicero.4.Ver. *Iam me vires deficere cœperunt*. Lactantius lib. 7. *Non enim ver dum,ne te iam bona causa deficias in oratio*. & Cesar.lib.2. *Ipsos res frumentaria deficere cœpit*.quæ singula exempla planè demōstrāt, quòd prius erat non durare. Item deficere pro carere sumitur,vt apud Col. lib.3. *Vide ne vitis pristino alimento deficiat* aderat ergo prius alimentum si nunc caret. Demum deficere capit pro rebellare,quod Salust.in Iug.significare vo luit scribens. *Quod oppidum primum omnium ab Rege defecerat*. Cicero in Lęlio. *difficile est amicitiam manere si à virtute defeceris*. Liui. lib.2. *Eodem anno dua colonia pomeria & Cora ad Aruncos deficiunt*. Inde defectores dicti sunt rebelles qui transeunt de vno exercitu ad alium, quod Paulus Iurisconsultus docuit nos. in l. 5. ff.de capi.dimi.dicens ( deficere autem dicuntur, q̄ ab his,quorum sub imperio sunt desistunt.& in hostium numero se conferunt ) isque secutus est lexicō iuris in verbo deficere, quæ res & ipsa nos certiores reddit, rebelles iure merito

dici posse deficere, cum prius essent in aliqua
cōditione principis, nūc verò secus ad aliā trā
slati. At nō video penes auctores bonos quòd
deficere dicat̃ id, qđ nō erat, nec vnquam fuit.
Quare mirum videri non dēt, si substitutionem
hanc nr̃am intelligamus, quòd linea masculina
prius extans deficeret, idest finiret, cessaret &
extingueret̃. non āt in ea, q̃ nunquam fuit, nec
58 vnquam cœpit, verificari debet. † Hicq; planè
significatus eo libentius admitti dēt, quòd ex
pcedentibus verbis testatoris elicit̃, ex qbus in
tellexit de iis, q iam cępissent. Nam cum Fran-
cisco instituto filios suos masculos substituerit,
& eos inuicem substituerit, p̄supposuit, & eos es-
se nascituros & successuros. vnde cū postea vo-
cauerit Societatē, si linea masculina deficeret
dēt intelligi de filiis, q prius extiterint nati, po
stea verò defecerint, idest finiti fuerint & extin
cti, sicque declarat in terminis Alciat. illam sub
stitutionem testī D. Ioannis de Bardellis huic
nostræ omnino similem in allegato resp. 492.
nu. 14. quo nihil melius adduci posset.

Sed & p̄ter eum confirmat̃ hic sensus, in ter-
59 minis nr̃is considerando, † q̄ testator Societa-
tem vocauit, dicta linea masculina quandocun
que deficiente, uis enim non mediocris est
constituenda super illa dictione quandocun-
que, q̃ distributiua est, & pluriū tp̄m significati-
ua. Nam p eam substitutio redditur cōpendio-
sa: qa sub cōpēdio uerborum plures possunt in
ea substitutiones contineri. Si. n. testator insti-
tuto filio dixerit, quandocūque decesserit, Ti-
tiū substituo, p inde est ac si oēs istas substõnū
species expressisset, videlicet si prius quā adiue
rit hęreditatem decesserit, vulgaris expressa cē
seat̃. si verò ea adita decesserit impubes, pupilla
rem dicat̃ expressisse, aut si furiosus decesserit,
exemplarē, si verò pubes & mēte sanus vita fun
ctus sit, fideicommissariam, aut militarem dire
ctā, si miles erat testōr, sic egregiè declarat Leo
nius in tract. substitutionum in materia cōpen
diosæ. n. 19. Quæ fuit doctrina Bartoli licet bre
uior in l. centurio. sub n. 32. ver. secundò oppo
60 no. ff. de vul. & pup. † plus addens allud, quòd si
testator dixerit filio meo talem substituo, non
adiecta prædicta dictione, quandocunque, vel
alia, quæ tractum temporis requirat, tunc sub-
stitutio non dr̃ compendiosa sed vulgaris tan-
tum vel pupillaris, si facta fuerit impuberi filio.
nec immerito. Quoniam ad hoc vt sit compen
diosa, debet plura tempora complecti, ex quo-
rum diuersitate varietur species substitutionis
vt declarat Soc. in d. l. centurio. col. 10. & Gal-
lia. sub n. 55. quos ego sequutus sum in l. preci-
bus. n. 311. C. de impu. & al. sub. quibus ita stan
tibus infero notabiliter & ingeniosè, q̄ si Socie
tas S. Crucis substituta fuit lineæ masculinæ
quandocūnque deficienti, necessarium fuit ex
tare dictā lineā spacio quodā tp̄is, & alio post-
modum perire, sicque progressu tp̄is variati, va
riari quoque potuisse speciem substitutionis,
vt in cōpendiosa contingit. Nam si viuens aut
deinde moriens non fuit hæres, vulgari locus
esse potuit. si verò fuit hæres, posteaque pubes
decessit, fideicommissariæ. Sicque consideran
do patet, quòd illa verba, *linea masculina quando
cunque deficiente*. de natis postea morientibus in
telligenda sunt, at si nos intelligeremus dicta
verba de non natis, & qui nunquam in rerum
natura fuerunt, non posset species substitutio-
nis variari, sed vniformis semper esset sola vul-
61 garis, † quæ verificatur etiam persona non na-
ta. vt declarant Bar. & alii scribentes in l. 3. §. fi.
ff. de lib. & post. redderetur que superuacanea
dictio quandocunque, quia sine ea satis fuisset
inducta vulgaris, quod dici non debet, cum nul
lum verbum debeat esse superfluè positum & si
ne fructu operandi, ut ponit Bald. in rubr. C. de
contr. emp. q. 9. Ang. in l. æde. C. loca. text. in l.
si quando. ff. de leg. 1. Dec. cons. 626. n. 7. Rol.
à Val. cons. 1. nu. 123. uol. 3. meritò consequēs
est, ut de natis & postea peremptis intelligan-
62 tur omnino. † Hincq; cessant, quæ dicebantur
de substitutione facta filiis decedentibus, quæ
debet̃ etiam non natis, nam non procedit stan
tibus ponderationibus factis ad uerbum defi-
ceret, quandocūque, & illa tunc & eo casu. quæ
nos remouēt à simplici substitutione, & ad co-
arctatā ualde, pręcisam ac limitatam deducūt.
ita q̄ extra cācellos suos nobis nō licet uagari.
63 † Nec me retrahit argumentum Decii in al
legato cons. 227. quem secuti sunt Soc. Iu. con
si. 181. nu. 22. uol. 2. & Bero. cons. 102. nu. 10.
uol. 2. supra citati, quòd dici posit conditionē
deficere, quæ non extitit. l. 1. C. de indic. uid.
tol. l. unica. §. & cum triplici. & §. sin autem sub
conditione C. de cad. tol. Nam respondet Al-
cia. in allegato responso. 492. nu. 13. sicut & ad
tex. in c. 1. de eo, qui sibi vel hæred. suis, ut per
eum. Sed ulterius dico (nec istud euitari pote
terit) posito (non tamen concesso) quòd uerbū
deficere significare posset etiam non natos, &
qui nullatenus in rerum natura fuerunt, sicut
natos qui postea perierunt, tamen cum hinc
redderetur intentio testatoris ambigua, nun-
quid uno uel altero magis sensu loqui uoluerit
64 † non uideo Societatem prædictam uel cesio
narios suos uincere posse duplici ratione. Pri-
ma, nam cum agant ad fideicommissum, quod
est quid facti, probari debet & quòd hunc ca-
sum comprehēdat: quia semper dici potest, sub
stitutio non loquitur in isto casu, secundū Soc.
consi. 62. col. 3. cons. 63. col. 8. & cons. 116. col.
5. uol. 3. Soc. iu. cons. 102. nu. 23. uol. 1. proba-
tioque debet esse certa, clara, necessarioque cō
cludens non per possibile l. nō hoc. C. und. leg.
Cra. cōs. 161. n. 16. & præsertim cum fideicom
missum sit res onerosa, quæ non p̄sumit̃, sed est
euitanda. l. cohæredi. §. cū. filiæ. ff. de vulg. Ias.
in l. ex tribus. C. de inoffi. test. Dec. cons. 465.
n. 14. Ceph. cōs. 67. n. 27. Nam si dicant fideicō
missū extitisse: quia linea masculina defecisse

dicitur,

QVAERITVR de tribus ĩ pſenti cã, quę uertitur inter D. Isaac Abrauanellum & D. Beneuenutam eius nouercam hebreos. Primò, nunquid testamentum, quod dicitur conditum per olim D. Samuelem patrem ipsius D. Isaac, in quo instituit vniuersalem hæredem dictam Dominam Beneuenutam relictis duntaxat scutis. 500. ipsi D. Isaac. viribus subsistat. Secundò posito, quòd nequaquã, nũquid saltem donatio bonorum suorum in eo facta. D. Beneuenutę defendi possit. Tertiò, nunquid terminus petitus per D. Isaac. pro testibus examinandis extra territorium in Ciuitate Sallonichi sub ditione Turcharum posita, sibi concedi debeat, tum quòd petatur in iurisdictione infidelium, tum quòd adeo longus requiratur terminus quid instantiam causæ possit absorbere.

Circa primum prima consideratione dicendum vr̃, testamentum valuisse.
1 † Nam de iure communi Romanorũ marito permittitur vxorem suam hęredem facere, adeo, quòd licet illã affinem, non uxorem nominauerit, non inde uitiatur institutio sed valet. l. non ideo minus. C. de hæred. inst. ergo dicta lex generaliter loquẽs debet etiam iudeos cõprehendere,
2 † quoniam iudei simul cũ Christianis legibus & statutis loci subiiciuntur, vbi morantur, vt habetur in c. fi. 12. distin. & in c. iudei. 2. de iude.

Confirmatur ex l. spadonem. §. iam autem. ff. de excus. tut. vbi probatur, quòd iudei viuũt legibus Romanis, illis exceptis, quibus cultus
3 diuinus inquinareť † vnde Baldus ibidẽ notat, quòd in actibus humanis iudei nobiscũ participãt, nõ in diuinis, inferens ad immunitatem concessam incolis, quòd ad iudeos pariter extendatur. sequitur Alex. consi. 75. col. 2. vol. 5. So. cons. 70. col. 1. uo. 1. Ias. in rub. C. de inst. & sub. & in rubr. ff. de iust. & iure, in fi. post Martinum Laudensem, qui hoc reputat singulare. Andreas Sicul. consi. 15. col. 1. vol. 1. cons. 63. col. 1. vol. 4. Alex. consi. 13. vol. 7. Veronẽ. cons. 75. versi. item pro hoc, causarum criminalium. Dec. in c. consuluit. 3. not. 2. de app. & in c. 1. col. 13. ver. cõfirmatur hoc, de prob. Mars. cõs. 101. col. pe. Roccus in c. fi. q. 15. de consue. Tiraquel. in tract. primige. q. 66. n. 4. Rol. à Valle cons. 26. nu. 26. vol. 3. Didac. Couuar. variar. resolu. lib. 3. cap. 3. nu. 9.
4 † Secundò comprobatur per l. iudei. C. de iudeis, quam summando Bartolus dicit, quòd iudei habẽt ea, quæ sunt ciuiũ Romanorũ, Salycetus uerò, quòd cã iudeorũ secũdũ iura nr̃a est agitãda, ꝓbatq; textus ille dicẽs. electis per eos arbitris, eorũ iudiciũ subire iure publico

non

non utentur, quam literam dicit esse ueram Berous, consil. 28. numero 76. uolum. 3. & ita meus textus habet, & in pandectis reperitur. vult enim tex. ille, non esse differentiam, nunquid causa iudæorum cognoscatur coram iudicibus vel arbitris. Qm̃ vtroque casu iure cõi
5 Romanorum vtunt̃, vt concludit Berous † hinc Ang. in l. 1. ff. ad l. Iul. maiest. post Bar. determinat quæstionem ab eo non decisam, quòd securitas concessa mercatoribus sociis p̃tit iudæo. ideq; tradit Ang. in l. vtimur. ff. de sepul. vi. referens ita fuisse iudicatum Perusii, sequit̃ Fel. in d. c. iudęi, co. 2. & in c. ego. N. n. 9. de iureiu.
6 And. sicu. latè conf. 63. vol. 4. † & quòd iudæus ad ecclesiam confugiens absq; simulatione gaudet immunitate sicut Christianus, vt tradit gl. notab. in c. inter alia. ver. extrahendus. vbi pariter Host. Vincent. Ioa. And. Butr. & Card. Flor. q. 1. de immu. eccl. Guil. Laud. & Imol. in clem. 1. de pœnit. & remiss. Ioa. Fantu. & Archi. In c. diffiniuit. 17. q. 4. Felin. in c. iudæi. 1. de iude. Marsil. in l. 1. n. 114. C. de rap. virg. Tiraq. in d. q. 66. n. 8. licèt quosdam numero pauciores in
7 contrarium citet † pariq; modo videmus licere iudæis contrahere cum Christianis. l. nemo. C. de iude. & econtra, prout tenet Cald. con. 3. de loca. latius Ale. de Neuo conf. 96. & Benuenutus Stracca in trac. de assecurationibus. gl. 3. col. 1. quæ denotant iudæos legibus Romanorum viuere.
8 † Tertiò suadet̃ hæc conclusio doctrina Geminiani in c. 1. §. fi. de vsur. in 6. vbi concludit, quòd in materia proportionabili Christianis & iudæis, leges ciuiles sunt communes vtrisq; sequit̃ Ioa. de Ana. in c. sup his. col. 1. de iudęis Paul. de Eleaza. & Imol. in clem. 1. eo. tit. Laur. Rodul. in c. consuluit. ver. 146. de vsur. Roma. conf. 155. in fi. Ale. conf. 3. in causa & lite. conf. 71. & conf. 171. examinatis. vol. 2. Barba. conf. 63. vol. 4. Soc. conf. 62. & conf. 70. vol. 1. Castr. conf. 23. vol. 2. dum causas iudæorum quorundam definitionibus iuris communis & statutorum locorum, in q̃bus commorabant̃, definiũt.
9 † Quod & illi declarant, dicẽtes iudæũ q̃ Christianã vel aliã alterius religionis compresserit, non esse morte puniendum secundum legẽ mosaycam, de qua Numeri 25. & ĩ c. nos si incõpetenter. §. his ita respondet̃. 2. 2. q. 7. & in c. reos. 23. q. 5. sed aliter arbitrio iudicis ex legib. vel statuto loci, sic. n. voluit Oldr. conf. fi. Alex. con fi. 99. col. 2. vol. 6. conf. 13. vol. 7. Cor. conf. 114. col. fi. vol. 1. Barb. conf. 63. vol. 4. Soc. conf. 62. vol. 1. Dec. in c. 1. col. 7. ver. & aliàs dubitatum. de const. lect. 1. & in c. consuluit. 1. de app. Mar.
10 conf. 101. col. 5. Boer. deci. 316. col. 3. † & hinc Dec. in c. 1. nu. 25. de prob. concludit, textum in clem. 1. §. cæterum. de vsur. quo cauetur, fœneratores teneri edere codices suos, pariter in iudæis habere locum, qm̃ talis editio librorum sic eis conuenit vt Christianis, quod plenius at
11 tingunt docto. in l. 1. C. de eden. † Sicut econtra dixerunt Alex. conf. 6. vol. 6. Aret. conf. 157. copiosè. Soc. conf. 70. vol. 1. conf. 129. vol. 4. Alcia. lib. 1. de ver. si. col. 21. Nat. conf. 621. col. 1. p̃ textum. in c. quanquã. de vsur. in 6. quo fiunt irrita testamenta fœneratorum non p̃stita idonea cautione de restituendis vsuris, nulla ex parte iudæos afficere; qm̃ illius constitutionis verba iudæis non conueniunt, q̃bus de ecclesiastica sepultura deneganda, q̃ ad iudæos nihil attinet tractatur, deinde quia iudæi exempti uidenẽ à legibus ecclesiasticis, cum sint extra ecclesiã c. gaudemus. de diuor. c. omnis Christianus. 11. q. 3. c. multi. 2. q. 1. vnde cum materia non sit p̃portionabilis ad iudæos sicut ad Christianos, non vindicat sibi locum ille textus in iudæis, at actus testandi & vxorem instituendi conuenit marito iudæo sicut ortodoxo, meritò leges ciuiles dẽnt in vtroq; locũ sibi vindicare.
12 † Quartò, specialius de successione iudęorũ loquendo, sunt q̃ dicunt in ea sequendum fore ius commune Romanorum non ãt legem mosaycam, sic. n. nuncupatim voluit Imol. consi. 1. ad fi. Ful. & Cuma. quos allegat & sequit̃ Corn. in l. maximum vitium. In fi. C. de lib. præt. con. 210. col. pe. vol. 1. conf. 115. col. 2. vol. 2. Alex. conf. 99. col. 1. vol. 6. conf. 13. vol. 7. Geor. Natta in c. quamuis. q. 23. de pac. in 6. Soc. con. 62. vol. 1. Rui. conf. 159. nu. 13. uol. 5. Guil. Bened. in c. Raynutius. uer. duas habens. n. 139. de testa. Marf. conf. 101. col. fi. Io. de Ana. in c. iudæi 2. de iudæ. ubi citat inter cætera textum. in §. 1. in auct. de q̃tore. ibi. Ciuitas nostra populosa
13 turbis diuersorum hominum, † ex quo colligit̃ populares ciuitatis dici extraneos, & aduenas illic commorantes, ut etiam notat illum textum Bal. in l. 3. §. hæc uerba in fi. ff. de neg. gest. & in c. 1. §. dominus, de form. fidel. sicut magis in specie D. meus Rim. conf. 295. nu. 9. iudæos appellat homines terræ siue ciuitatis ubi degũt ad instar, uasalli, qui propter seruitia, quibus est obligatus Domino, & propter ius quod habet Dominus in eum, dicitur homo ipsius Domini secundum Spec. de feud. §. 1. uers. aliud uerò. quibus arguitur, ut iudæi legibus ciuitatis, qui bus & ciues regi debeant. Et cum prædictis latè quoque tenet Bero. consil. 28. nume. 13. uolum. 3. existimans esse ueriorem & magis com-
14 munem sententiam, † quòd in successionibus ex testamento seruanda sit inter hebræos lex ciuilis & communis, non autem Mosayca & ad eam ponderat plures, & pluribus mouetur, & in primis Castrensem consil. 378. ad primum uidetur, uolum. 2. ubi uoluit, quòd in testamento iudæorum seruari debeant solennitates à iure ciuili requisitæ, secundum quòd habetur in l. fina. C. de codic. in fine, cum ipsi debeãt secundum ius commune Romanorum viuere, & ideo concludit, ualuisse dispositionem in hebraismo factam coram duobus testibus: quia fuerat expressè in testamẽto solenni confirmata, sentiens esse secus ea non confirmata, quia

quia debuisset attendi ius commune, secũdum quod testm̃ fuerat conditum, non lex mosayca secundum quam dicta dispositio fuerat facta.

15 † Sed & eundẽ Castrẽsem ponderat Berous ĩ 2.dubio, quatenus vult, ꝙ dispositio posterior hebraica vocans filios & filias inequaliter non valeat, nec attendi debet, qm̃ in priori dispositione facta secundũ ritum Christianorum posita fuerat clausula derogatoria, nec ĩ posteriore hebraica fuerat illi clausulæ derogatũ, quo stante standum erat priori dispositioni. l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de leg. 1. l. si quis in princ. ff. de leg. 3. & utrobique notatur. vult ergo Castr. seruari ius ciuile Romanorum non Mosaycum

16 in testamentis hebræorum. † Secundò ponderat Berous Socinum. cons. 70. col. 2. vol. 1. vbi firmat. testandi ius esse de iure Romanorum. l. 1. verbo nostræ. ff. de testa. inst. eo. in prin. Glo. in c. ius quiritum. 1. dist. & iudei sicut & Christiani pariter vtuntur iure Romanorũ, secundũ illam gl. igr̃ sicut Christiani testari possunt, qm̃ edictum de testamentis est prohibitorium. l. si quæramus. ff. de testa. & per totum C. qui testa. fac. poss. meritò cum iudęi non reperiãtur prohibiti testari, debet eis esse permissum, secundũ ꝙ Christianis conceditur de iure communi.

17 † Adducit insuper Berous Alexandrum con. 71. vo. 2. volentem, ꝙ iura loquentia de suitate, substitutione fideicommissaria & compendiosa locum habeant in testamento iudæi. sicut & Calderinum. conf. 11. non impresso, qui voluit testm̃, in quo pater iudęus filium præteriit, qui de iure communi debebat institui vel exheredari. l. inter cętera, ff. de li. & post. inst. de exher. liber. in prin. nullum esse, quibus colligitur in succesione testamentaria inter hebræos seruari debere iura ciuilia non autẽ legẽ mosaycã.

18 † Quintò confirmatur hæc opi. ratione, quã Berous facit in allegato suo cons. 28. vo. 3. n. 37 Nam si verum esset, ꝙ in testamentis hebręorũ seruari debet lex mosayca, sequeretur ꝙ hebręi testari possent corã duobus vel tribus testibus secundum ius diuinum. c. cum esset & c. relatũ. de testa. c. in omni, de testibus. quibus cauetur, ꝙ in ore duorum vel triũ stat oẽ verbum, idq; fatetur Alex. con. 6. vo. 6. at illud est falsum, & absurdum dictu, meritò seruari debet ius ciuile non lex Moysis. Probatur assumptũ. Nã si fuerit Imperator institutus in testamento non solenni, non valet testm̃, nec ex illo potest hæreditas adiri. l. ex imperfecto. C. de test. quæ debet hr̃e locum pariter in testamento iudęi, ne melioris conditionis sit Christiano. arg. l. nã & Seruius ff. qđ ui aut clã. c. legi epistolã. 16. q. 1. Arch. in c. vsque 33. distin. igitur patet in testõ iudei ius ciuile considerari debere, non legẽ mosaycam.

19 † Sextò ponderat Berous tex. in l. fin. C. de testa. vbi dr̃, omnibus ciuitatibus & castris vrbi Romanæ subiectis, in quibus leges imperiales sunt manifestæ, testamenta fieri debere cum plena legum & constitutionum imperialium solennitate, & licet ille textus in indiuiduo nõ loquatur de iudęis, tamen ex quo loquitur generaliter & per verba vniuersalia, loquendo de omnibus ciuitatibus & castris, satis comprehẽsi dicuntur specialiter & expressè iudæi in eis commorantes, quãuis non indiuiduè. Nam satis est, ꝙ lex comprehendat expressè & specialiter, non ãt requiritur, ꝙ indiuiduè complectat, vt colligitur ex not. per Aret. & alios in c. 1. de de rescr. propterea concludit Berous ex d. l. fin. testm̃ iudæi factum Bononiæ, velut in ciuitate subiecta Romæ, debuisse fieri cum solennitate & prouisione, de quibus est cautum per leges

20 imperiales & ciuiles. † ergo pariter in casu nr̃o dici potest istud D. Samuelis factum Ferrariæ, loco pariter ab Ecclesia Romana recognito, secundum Gl. in auc. vt eccle. Rom. Card. con. 2. Ful. in l. quid sit fugitiuus. §. idem Celsus. ff. de ædil. edi. Bar. in l. 1. n. 4. ff. de off. præb. vrb. Bnt. & Abb. in c. cum esses. de testa. Cor. conf. 161. in fi. vol. 4. Port. Imol. conf. 12. n. 16. conf. 167. n. 33. potuisse fieri secundũ ꝙ iura communia disponunt, vxorem per maritum hęredem fieri posse.

21 † Septimò ponderat Bero. quòd Bononiæ fuerit consuetum communiter inter hebręos in testãdo seruari ius commune Romanorum quò ad solennitatem & alia, non autem legem mosaycam, vt ex pluribus testamentis constare poterat, per quã consuetudinem poterat dici derogatum legi mosaycę, vt ad propositum voluit Aret. conf. 158. in 3. dubio. per Bal. in rub. ff. de iust. & iur. Ang. in 1. const. cod. & per Imol. in rub. ff. de oper. no. nunc. vbi Doctores volunt, notarios Christianos posse conficere testamenta inter hebræos, & tunc obseruare debere formam & solennitatem, quæ requiritur in testamentis Christianorum, quo fit hic idem dici posse, cum sic notarii consueuerint facere, qui de testamentis hebræorum rogantur. Igitur & ipsi testatores hebræi tali consuetudini inhærentes seruandi leges communes in testamentis hebræorum debent posse suas vxores in testamentis suis instituere.

22 † Octauò, præter alios hanc opi. corroboro. Nam testandi libertas hominibus de iure gentium & naturali competit. l. nec enim, §. deportati, ff. de test. mil. l. milites C. eo. quibus probatur, militem iuregentium sine solennitatibus iuris ciuilis testantẽ posse etiam deportatum liberè instituere hæredem, & ad idem facit ratio naturalis, quæ dictat, cuilibet esse licitum liberè de propriis rebus disponere. §. disponat. in auct. de nupt. l. verbis legis. ff. de verborum si-

23 gnificat. † & quòd testandi libertas sit iurisgentium & naturalis. asserunt Teophil. in §. ius autem ciuile. instit. de iure nat. Bartol. in l. interdum. ff. de conditio indeb. nume. septimo, vbi Ias. nume. 4. communem testatur Roman. Fulgo. & Ias. in l. si testamentum. C. de testam. Ias. in rubr. ff. de acquiren. hæred. Viglius in

§. sed

§.sed prædicta.inst.de testa.nume.4.Forum.in l.Gallus.§.& quid si tantum. ff. de lib. & posth. & Couarru.variarum resolu.lib.3.c.6.sub nu. 5.meritò debebat hebręus innitẽs dictæ liber tati posse suam vxorem hæredem instituere,& hoc est,quod tantisper exclamauit Constantinus in l.1.C.de sacr. sanc.eccles.dicens.Nihil esse,quod magis hominib. debeatur, quàm vt supremæ voluntatis,postquam iam aliud velle non possunt,liber sit stilus, & licitum quod iterum non redit arbitrium. & longè prius Papinianus in l.si fratres. §. idem respondit. ff. pro soc.dicens.& ideo nec libertatem de supremis iudiciis constringere quis poterit. sicut & imperatores alii in l.pactum.C.de pact.ibi.Nec libertatem testamenti faciẽdi mulieris patri potuit auferre. Et vt etiam non pręteream,quod inquit Alciat. respon. 123. postquam firmauit in occurrenti suo casu,legem ciuilem seruandã esse ẽt inter hebræos,per d.l.iudęi.subdit se nõ mouere,ꝙ Calderinus dicat,ꝙ immo inter iudæos seruanda sit lex mosayca.cons.30.de test. quoniam omnino talis opinio est contra text. in d.l.iudæi.quem Calderinus non interpretatur sed peruertit,vt meritò Modernus apostillator ad Alexandrum cons.6.vol.6.dixerit, hanc opi.non esse veram, nisi in his, in quibus inter eos à superiore loci toleratur duntaxat.

24 † Licet tamen hæc fundamenta plura sint & longe subtiliter excogitata, nihilominus in contrariam partẽ descendo pręmittendo duo. Primum,quod supponitur in casu nostro, lege mosayca specifice caueri, stãtibus filiis hebræi sibi non licere vxorem suã instituere nec in totum nec in parte.Alterũ,ꝙ iste casus non reperitur de iure cõi decisus particulariter in personis hebræorum,videlicet,ꝙ possint vxores suas instituere,sed generaliter tñ l.non ideo. C. de 25 hær.inst. † His ita stantibus sequitur & cõis & clara conclusio,ꝙ inter hebræos vbi casus reperitur decisus in personis eorum per legem suã, nec de iure cõi reperitur in eorũ personis specifice decisum contrarium sed generaliter tñ, seruatur lex sua mosayca in decidendo tali casu inter eos vertente,tanquam suum ius speciale, quod derogat iuri cõi tanquam generali c. ge-26 neri.de reg.iur.in 6. † hanc conclusionem firmat in primis Cald.cons.10.de const.vbi dicit quòd lex mosayca & iudaica est specialis iudeorũ, ergo inter eos derogat legi generali & cõi sicut species generi.l.in toto.ff.de reg.iu.Hinc est,ꝙ vt scribitur in Euangelio iudæi de diuersis legibus loquentes dicebant Pilato. Legem habemus,& secundum legem debet mori.quasi dicerent,lex nostra debet seruari nobis & in-27 ter hebræos. † idem de consuetudine loquẽs tradit Cald.cons.2.de consue.dicens, quòd cõsuetudo,quæ habet,ꝙ inter hebræos Periti legis Abrahæ habeant potestatem scribendi testamenta, & taliter scriptis adhibeatur plena fides,valet,& ei standum est.l.2.C. quæ sit long. consue.non alia ratione, nisi quia sic inter ipsos hebræos reperitur specifice decisum per legem suam, nec expressè reperitur secus cautũ 28 de iure cõi inter ipsos hebræos. † sed tantum generaliter,quòd scriptura priuata nullo adminiculo suffulta neque plenam neque semiplenam probationem faciat sed aliqualem tãtum præsumptionem,vt tenent Bar. Ful.Cast.Alex. & Ias.post alios allegatos per eum.in l.admonẽ-29 di.nu.89.ff.de iur.iuran. † idem fusius voluit ipse Cald.cons.30.de testa.dicens, ꝙ si iudæus reliquit filios & filias ab intestato decedens,soli masculi succedunt exclusis fęminis ex lege mosayca,quam Dominus sanctam & perpetuã esse voluit,vt habetur Numeri c.27. vnde cum lex illa fuerit data iudęis, & Ecclesia,Summus Pont.& Imperator eos tolerẽt,vt inter se suam legem seruent,meritò secundum illam debent succedere.

Quod etiam confirmat Cald.ex l.iudæos,in fi.C.de iudęis.ibi.amissuri hactenus permissa, si ab illicitis non abstineant.Nam ex illo textu datur intelligi, quòd lex sua inter eos seruari debet,nisi in his quę sunt eis prohibita. Itẽ lex mosayca specialis est iudæorũ, igitur inter eos derogat legi generali & cõi,quæ mares & fęminas pariter admittit ab intestato. l. maximum vitium. C. de lib. præter. sicut species derogat 30 generi.c.generi.de reg.iur.in 6. † & licet Berous in allegato.cons.28. toleret hoc in successione ab intestato,sed in testamentaria nequaquam,per d.legem fin.C.de testa. per quam dicit in successione ex testamento specialiter & expressè reperiri derogatum cuicunque legi & consuetudini cõtrariæ,& sic etiam iudæorum.

31 † Tamen idem iuris esse censeo in successione ex testamento quod & ab intestato, per rõnes Calderini in d.consi.30.q pariter hẽnt locũ in successione ex testamento sicut ab intestato, ꝓ ut signanter arguit & tenet Rui.consi.4. col.2. vol.2.dicens per hoc,ꝙ si per legẽ uel cõsuetudinem iudeorũ testamẽtũ nõ valet scriptũ lingua latina sed hebraica tñ,dẽt inter eos dicta lex vel consuetudo seruari,veluti specialis quæ 32 derogat generali. † Sed & præter Ruinũ cõfunditur allegata differentia Beroi inter successionem ex testamento & ab intestato per doctrinam Pauli de monte Pico. in l. Titia cum testamento.§.Titia cum nuberet.num. 62. in fi.ff.de leg.secundò, ubi disputans illum articulum, nunquid si iudeus filios instituat, uxorem uerò relinquat dominam, massariam & usufructuariam, tale legatum restringatur ad alimenta secundum consuetudinem Bulgari, de qua latè per eum post Bartol.& cęteros, concludit, quòd si causa est inter hebręos uelut inter filios & uxorem iudeam, & extat aliqua consuetudo, uel lex specialis inter hebręos, illa seruanda est uel est recurrendum ad legem Mosaycam,& secundum illam debet iuterpretari uolun-

tas testatoris hebręi, his autem cessantibus recurri debet ad consuetudinem Bulgari. Patet ergo, ꝙ in successione ex testamento vult Picus legem hebręorum specialem prævalere consuetudini Bulgari generali:

33 † Tertiò confirmatur egregiè per D. meum Rimi.cons.186.vbi facta substitutione per hebræum, si filius decesserit sine liberis, an alii superstites non solum masculi sed etiam fœminæ succedant velut vocatæ, dicit, quòd sicut in successionibus ab intestato iudæi tenentur seruare legem mosaycam, secundum quam stantibus masculis fœminæ non succedunt, ut habetur Numeri c.27.veluti propriam eorum legẽ, non autem ius commune, quia per speciem derogatur generi.l.vxorem §. Felicissimo.ff.de leg.3. & ita tenet Calder.in allegato cons.30.de test. ita pariter hebræus ille testator, vbi filius suus decederet sine liberis substituendo alios, videtur substituisse masculos & non fœminas, sicut ab intestato masculi per legem mosaycam erãt successuri.

Nec obstat (inquit D.meus Rimi.) quòd lex mosayca loquatur ab intestato, nos autẽ sumus in causa testati; quoniam respondet, quòd cum voluntas testatoris in huiusmodi successionibus attendatur.l.in conditionibus primum locum.ff.de cond. & dem. coniectura summitur ex eo, quòd masculi essent ab intestato successuri ex forma legis mosaycę, voluisse testatorẽ idem seruari in successione ex testamento.iux. not.in l.hæredes mei.§.cum ita.ff. ad trebel. & per tex.in l.1.ff.de bon.poss.contra tab. vbi de causa intestati arguitur ad causam testati, quare patet allegatam differentiam Beroi prosterni, & ad l. fin. C. de testa. infra respondebitur.

34 † vt interim redditum faciamus ad conclusionem Calderini in memoratis suis cõsiliis, quã sequitur Alex.in l.1.n.32.ff.si cer. pet. & cons. 6.col.2.vol.6.Ias.in l.qui se patris.nu.24.C.vnde lib.Fely.in d.c.iudęi.col.2.vbi citat Florianum in d.l.maximum vitium. dicentem se ita aliàs consuluisse cum Ancharano.Fulg. & Gaspar de Calder. in hæreditate cuiusdam iudęi valoris 30. milium ducatorum, idemque tenet Anto.Franc.in addi.Abbatis in c.1.de cõsti.in prima car. secundi lateris, & Ioan. Campeg.in tracta. dotis quæstione finali, qui refert ita seruatum fuisse Mantuę in ardua quæstione facti, hancque dicit esse communem latè tenẽs eam Ferratius cautela.24. longeque prolixius Brun.in tract.quòd stant.masc.in 6.arti.princ. nu.55.Corn.cons.127.col.pen.cons.210. col. pe.vol.1.cons.13.col.4.cons.115.col. 2.consi. 150.col.2.cons.172.col.2.cons.180.col.fi.vol. 2.cons.123.col.2.con.323.col.3.vol.3.referẽs Salycetum in quodam suo consilio idem determinasse, cui se subscripserũt Franc. de Rampo. Gaspar de Cald.Io.de Fantuciis & Ancharan. quibus addi potest And.Sic.cons.15. col.1.vo. 1.cons.76.col.pe.vol.3.Card.Alex. in c.de infidelibus.not.4.de consan.& affi.Goz.con.24. n.10.cum similibus à Tiraquello cumulatis in tract.primigeni.quęst.66.n.21.Natta con.621. col.2.Rui.in allegato cons.4.col.2.vol.2.Picus in d.§.Ticia.n.62.D.meus Rim. in memorato cons.186.Ioannes le cirier. in tract. de primo-

35 genitura.c.16.primi libri latè loquens, † & Berous sibi contrarius cons.2.vo.2.vbi siue tractetur de contractibus, siue de successionibus, siue de consuetudine, dicit legem mosaycam inter hebręos seruandam esse velut eorum legẽ specialẽ, iuxta illud Ioannis c.18.legem habemus & secundum legem nostram debet mori, & ibi. Tollite eum & secũdum legem vr̃am iudicate eum, quasi Pilatus interlocutus fuerit, quòd inter ipsos hebræos non lex imperialis esset seruanda sed lex sua tanquam lex specialis ꝑ quã generali derogatur.vnde concludit Berous, ꝙ quoties inter hebræos daretur concursus legis mosaycę & legis imperialis, legem mosaycã tanquam specialem seruandam esse. Sicut.n. inter omnes homines prius seruari debent iura sua municipalia, quàm iura cõmunia & imperialia: quia per legem municipalem in loco, seu inter certas ꝑsonas iuri generali & cõi derogatur.l.omnes populi.ff.de iust.& iu.§.ius ãt ciuile.inst.de iur.nat. Sic & inter ipsos iudæos prius erit seruanda lex mosayca velut eorũ lex municipalis & particularis, deinde in his, in q-bus lex mosayca non prouidet, seruari debebit lex imperialis & cõmunis, debuit ergo Berous huius verę conclusionis per eũ firmatæ memor esse, & non reuoluto mantello contrarium scribere, prout fecit in allegato cons.28.vo.3.quis non videt hãc opi.& numero & auctoritate Doctorum contrariam superare? certè nullus.

36 † Sed & præter rationes Calderini cõprobatur in c.lex imperatorum.10.dis.vbi dicitur quòd lex imperatorum non est supra legẽ Dei, sed subtus, ergo suaderi videtur, quòd contra mandata diuina, sicque legem mosaycam leges imperiales non attendantur inter hebræos. secundò suadetur per l.si qua.C. de iude. vbi casus est à contrario sensu, quòd si inter ipsos iudæos sit contentio, à senioribus iudæorum debet iudicari, meritò iura & consuetudines hebreorum debent attendi. & hæc iura deducit Campeg.in trac. dot.q.fi.Posset & aliis quibusdam persuaderi hæc opi.quam prosequitur Tiraquell.in allegata quæstio.66.sed ne sim prolixior, missa facio, & ad solutionem contrariorum descendo.

37 † Non obstat igitur primum, quòd iudæi legibus, & statutis loci subiiciuntur, & in actibus humanis nobiscum participant, nam procedit in non decisis in specie per eorum legem, sicq; pariter secundum procedit de l.iudæi. C.de iude.vt Cald.tradit in d.cons.30.de testa.Ioann. cirier.in d.q.16.passimque cęteri. Nec ista dicitur esse peruersio illius text. vt reputat Alciatus supra relatus responso 123. sed legalis inter-

38 interpretatio, † nam cum dicat Imperator, quòd Iudæi in suis causis omnes Romanis legibus conferant & excipiant actiones, nec distinguat inter causas per eorum legem decisas vel non, sed indistinctè loquatur, consequẽs est vt distinguatur, ꝙ procedat, quando lex mosayca cessat, secus autem quando subest. iux.tex. in auct.offeratur.C.de lit. cont.iuncta l.sciendum.ff.qui satis.cogan.& vtrobique not.& in
39 l.de precio.ff.de public.in rem acti. † Confirmaturque manifesta ratione, nã uerba legis generalia recipiunt interpretationem de habilitate, ne generaliter intelligendo inducatur aliarum legum correctio, quæ debet euitari.l.vnica.C.de inoffi.dot.vt declarant Bal.in l.fi.colum.1.C.fine cens.vel reli. quem sequitur Iaf. in c.1.in usib.feudo.nu.49.Ruin.consi.111.in prin.vol.1.consi.86.nu.11.& consil.150.nu.3. volu. 3.cons.161.nu.35.vol.5.D.meus Rimi. consi.575.nu.18.meritò si lex mosayca specialiter vnũ determinet inter Iudeos, lex verò ciuilis aliter statuat generaliter loquens, consequens vt restringatur ad Christianos, ne generaliter eam intelligendo pariter inter iudeos inducatur correctio legis Mosaycæ. vnde patet ꝙ congrua fuit responsio Doctorum data ad le
40 gem Iudei. quicquid dixerit Alciatus: † Quæ præterea corroboratur ex verbis inet Imperatoris dicentis, Iudei communi Romano iure viuentes, quæ verba demonstrant, ꝙ in occurrenti casu non erat prouisum per legem Mosaycã, meritò bene subdit, ꝙ Romanis legibus, idest, secundum Romanas leges conferant & excipiãt actiones. Sed vbi per legem Mosaycam reperitur casus expressè decisus inter eos, non dicuntur communi iure Romanorum viuere sed lege Moysis, ergo tali casu debet ille tex. cessare, sic à contrario sensu deductus.l.1.cum ibi
41 not.& ibi dixi.ff.de offi.eius. † Secundò quoque responderi pôt, vt per Campegium & Ioãnem Cirier.locis memoratis, ꝙ ille tex. loquitur circa ordinẽ iudiciorum, nam quò ad illũ debet obseruari lex municipii ubi agitur, uel ius commune l.1.C.de eman.lib.idque suadẽt illa verba textus. Adeant solenni more iudicia esset enim quàm absurdum, in causa iudeorum vertente coram Potestate in modo procedendi alium ordinem seruari, quàm consuetũ est.
42 † Simile videmus (licet illi non dicant) si clericus cum laico litiget, nam talis causa in procedendo regulabitur secundum statuta loci, puta circa libellum, cautionem, peremptionẽ instantiæ & id genus. vt voluit Calder. in disputa.Incip.statuto cauetur.Inno.in c.fi. de fer.in illa q. an in feriis obseruandis debeat attendi consuetudo litigantium vel fori vbi agitur causa, Bart.in l.cunctos populos.C.de summa trinita.Gl.Abb.& alii in c.quòd clericis, de foro comp.Steph.Aufrer.in tract.de pot.secul.reg. 1.col.fi.at nos tractamus de legibus ptinẽtib. ad decisionẽ causæ, vnde dẽt attẽdi lex mosayca veluti particularis Iudeorũ. Nihil verò facit tex.in allegata l.Iudei.circa fi. considerata per Beroum in allegato suo cons.28.vol.3. quia bene concedit Imperator iudeis, vt possint apud iudeos litigare & sic in arbitros suos eligere, sicut coram iudicibus Christianis cõparere, sed an tales arbitri determinare debeãt causam secundũ legẽ Mosaycã vel cõem non aperit tex.

43 † Quod uerò dixit Ang.in l.1.ff.ad leg.iuliam maiest.de securitate concessa sociis mercatoribus, quę prodest Iudeo, procedit ex eodẽ capite, ꝙ in eo casu per legem Mosaycam nihil in hebreis cautum reperitur, vnde seruatur in eis mercatoribus quod in sociis suis Christianis, lataque sit interpretatio, quòd illa securitas extendatur pariter ad Iudeos mercatores & socios, vt scribit Dec.consi.51. & Benuenutus Stracca in præfatione sui tracta.de assecurationibus, n.61. Ratioque talis extensionis &
44 interpretationis latę potest adduci † quoniã mercatores urbibus necessarios & utiles esse constat, ex not.per Gl.in l.unica. C. de nundi. dicentẽ, ꝙ habent magnum commodum, eo ꝙ propter forum terra eorum impinguatur, idẽque firmat Alberic.in rub.C.de comer. & mercat.hinc Calistratus in l.semper. §.negociatores, ff.de iure immuni.eleganter scriptum reliquit, ꝙ negociatores, qui annonam Vrbis adiuuant, immunitatem à muneribus publicis consequuntur, nam remunerãda eorum pericula, quin etiam cohortanda præmiis meritò placuit, vt qui peregrè muneribus publicis cũ periculo & labore fungerentur à domesticis vexationibus & sumptibus liberentur. Cum non sit alienum dicere etiam hos Reipublicæ causa dum annonæ Vrbis seruiunt, abesse. Et populũ Romanũ id sensisse locus Ciceronis indicat in oratione ꝓ lege Manilia, ait enim. Populũ Romanũ sępe mercatoribus ac nauiculatoribus in
45 iuriosius tractatis bella gessisse . † Rursus. Nulla Regio, Prouincia, ne dicam ciuitas sibi sola ad omnia sufficit, sed altera alterius ope & auxilio indiget, hæc enim frugibus, illa auro & argento, cæterisque metallis, aliisq; rebus abundat, contra alia prædictis, Vel horũ quibusdã vacat. Quod bellissimè Virg. Geor. lib.1.significauit.

*India mittit Ebur, molles sua thura Sabei*
*Aut Calibes nudi ferrum, virosaque Pontus*
*Castorea, Eliadum palmas, Epiros equarum*

Vnde Plinius victus cã mercatur ã fuisse repertã dicebat.& summæ prudẽtiæ atq; auctoritatis apud Græcos Plato in Dialogo 2.de repub.uel de iusto dicit. Cõstituere ciuitatẽ ĩ eo loco, in quo aduectionib. nõ indigeat, ferè est impossibile, & mercatorib. nos indigere ꝓbat quẽ refert idẽ Stracca ĩ trac.de mercat. 2. par. n.16. Vñ quo facilius alliciãtur mercatores ad uehẽdas uarias merces ad ciuitatẽ, fit ꝙ securitas data sociis mercatorib. porrigit ad hebreos mercatores socios christianorũ fauore publicę

46 utilitatis † tantoque magis: quia fit extēsio de persona ad personā, quæ cōprehēdi pōt aliquo modo sub verbis & mente cōcedentis p̄p qualitatem sibi inherentem. vt declarāt Are. Ang. & Iaſ. not. 3. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſt. Pari. conſ. 66. n. 67. vol. 3. Soc. iu. conſ. 129. col. pen. vol. 3. dixi conſ. 21. nu. 61.
47 † Quibus nunc addo, quod ſcribit Crau. conſ. 326. nu. 13. vbi dicit, extenſionem fieri de caſu proprio ad improprium propter regulam fundatam in ratione naturali, ꝙ qui ſentit commodum debet & incommodum ſentire l. ſi his legatum. & ibi Soc. 2. not. ff. de cond. & de. cum enim qualitas mercaturæ reperiatur in iudęis ſociis, propter quam Chriſtianis ſecuritas conceſſa fuit, & ex mercibus adductis ad ciuitatem Princeps commodum conſequatur, conſequēs eſt, vt eadem ſecuritas intelligatur conceſſa iudæis habētibus eandem qualitatem, idemque commodum ciuitati ferentibus. & ita pulcherrimè remanet declarata doctrina Angeli in d. l. 1. ff. ad l. Iul. mai. & ſequacium qua ratione procedat.
48 † Ad aliud de iudęo confugiente ad eccleſiam, qui eius immunitate potitur, miſſis qui contradicunt relatis per Tiraqu. in allegata q. 66. nu. 8. dici poteſt, quòd cum Exodi c. 21. fuerit cautum. Si quis de dita opera occiderit proximum ſuum & per inſidias ab altari debeat euelli. Quod decretum Summus Pont. repilogauit in c. 1. de homi. vtiq; quoties ceſſat lex moſayca, iudæus reus alicuius criminis confugiēs ad eccleſiam tutus eſſe debet eius immunitate ſicut Chriſtianus, velut comprehenſus lege Pōtificia omnibus communi. l. leges. C. de legib.
49 † aut dici poteſt id totum ad æqualitatem demonſtrandam inter omnes conſtitutum. Sicut enim dies omnibus æqualiter naſcitur, & Sol ſuper omnes pari luce diffunditur, ita Chriſtus ſol & dies verus in eccleſia ſua lumen pari ęqualitate largitur. c. ne quicquam, de conſecra. diſtin. 4. & quemadmodum multi radii ſolis ſunt ſed robur vnum tenaci radice fundatum, Sicut que de fonte vno Riui quamplurimi defluunt, & numeroſitas licet diffuſa videatur exundantis copiæ largitate, vnitas tamen ſeruatur in origine. Pariter & eccleſia Dei luce perfuſa per totum orbem radios ſuos porrigit, vnum tamē eſt quod vbique diffunditur c. loquitur. 24. q. 1. quæ omnia denotant eccleſiæ maximè æqualitatem in omnes conuenire, & ea plenius refert Roma. conſ. ſiue ſermone, in calce ſuorum con
50 ſiliorum poſito. † Vel & poſtremò in immenſam venerationem eccleſiæ ſancitum fuit. Vnde veteres Græci fabulis ſuis tradiderunt, Oreſtem, cum matrem occidiſſet, & à tribus furiis infeſtaretur, in templum Apollinis confugiſſe nec ingredi auſus Eumenides, ſed expectaſſe dū exiret. Hinc Virgil.

*Eneides 4. cecinit dicens*
*Vltriceſq; ſedent in limine diræ.*

Quod exemplum refert Alcia. Parerg. lib. 7. c. 6. & ita declaratur exemplum prædictum.
51 † Quod verò dicitur, licere iudæis contrahere cum Chriſtianis, vt inſuper firmat Rom. conſ. 489. & Oratius Mandoſius in addit. ad eum roborat verius quàm quòd hanc opi. debilitet. Nam cum contractus & commercia fuerint de iuregentium inuenta. l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur. §. ius autem gētium. inſt. de iure nat. quod eſt immutabile. §. ſed naturalia. eo. tit. iudęi cōtrahēdo potius dicuntur niti lege ſua, quę fuit tempore iuriſgentium, quàm iure ciuili Romanorum poſt introducto. & vbi ſeruant leges ciuiles, circa modum cōtrahendi procedit: quia per legem ſuam non eſt aliter conſtitutū, quàm ſeruarent inter eos, ſi ſpecialiter prouideret.
52 † Non obſtat etiam tertium fundamentū, quòd in materia proportionabili Chriſtianis & Iudæis leges ciuiles ſint communes vtriſq;. Nam verum eſt, niſi lege moſayca contrarium ſpecificè deciſum ſit inter ipſos iudæos: tunc enim ſeruatur illa, non autem lex communis, vt patet in quæſtione Calderini. conſ. 30. de teſta. Ruin. conſ. 4. vol. 2. & Pici in d. §. Titia. numer. 62. quos ſupra deduxi. ſicque concludit Ferrat. caut. 24. colum. 3. vbi relato dicto fundamento ſubdit, tamen communis opinio videtur, vt primo loco dictum eſt, videlicet, quòd ſi lege moſayca deciſum reperitur inter hebræos, illa ſeruatur, non autem lex ciuilis generalis, licet ſimus in materia proportionabili tā indæis quàm Chriſtianis:
53 † Ad illud verò de iudæo, qui Chriſtianā compreſſerit non puniendo ſecundum legem moſaycam pœna mortis, ſed aliter arbitrio iudicis, multa dici poſſent, & plures caſus diſtingui, quos proſequitur Menochius de arbitra. iud. lib. 3. Centur. 3. caſu 290. poſt Boerium de ciſ. 316. Iulium Clarum lib. 5. ſententi. §. fornicatio. verſ. cum iudæis. Alexandrum. conſ. 99. vol. 6. Andream Sicu. conſ. 63. vol. 4. Alciatum reſ. 458. & alios de quibus per eum & per Antonium Gabrielium. libr. 7. de criminalibus concl. 21. qui nihil firmat. Sed q̄m non eſt materia principalis in præſenti conſultatione, breuiter vniformis reſolutio fieri poteſt cum Alex. conſ. 13. vol. 7. n. 19. poſt Imol. in c. ſi. col. 3. de
54 conſue. † ꝙ pręcepta iudicialia veteris teſtamenti certā pœnā imponētia pro delicto non obligāt, nec ſeruari dēnt, niſi quatenus p̄ habētē poteſtatē legis condēdæ poſt legē noui teſtī fuerint approbata. Qđ ſuaderi vr̄ in d. §. his ita. vbi legit, ꝙ tp̄e veteris teſtī Finees iudæū coeūtē cū Madianita īterfecit, & reputatū eſt ei ad Iuſticiā, ſed hodie (ſubdit textus) hoc ſacerdotibus ī p̄nicīē ſui vertereī officii. & ſic apparet, ꝙ licèt ſcđm tp̄s legis veteris p̄miſſum fuerit occidere iudęū coeūtē cū illa muliere, q̄ fuit đ genere Abrahā, tn̄ illud hodie nō p̄mittereī, & ſic in ſpē receſſum fuit à lege moſayca, & ad alias opiniones deuētū, quarū arbitraria viſa fuit p̄babilior

babilior,vt eam quoque latè probaui in l.impe
rium.num. 47.ff.de iu.om.iud.at secus in casu
nostro, meritò,debet illi locus esse:quia quod
nõ mutatur,state debet.l.sancimus.C.de testa.
55 † Minus me mouet aliud de clem.1.§.cæte-
rũ,de vsur. quæ locum habet in iudicis , vt
tenent Abb.Imo.& Card.ibi,Bal.in l.1.§.ratio
nes.ad fi.ff.de edẽ.Io.de Ana. in c. quod super
his.col.1.de iude.Dec.Alc.Purp.Goz.q cõmu
nem testantur in l.1.C.de eden.Dec.in l.pactũ
56 C.de colla.nu.13.† Quoniam dicta conclusio
particulari ratione munitur, quòd vbicunque
casus nõ reperitur decisus à lege mosayca, nec
in specie de iure communi in personis iudeo-
rum,talis casus deciditur secundum dispositio
nem iuris communis de aliis personis loquen
tis,iuxta illud quod aliàs dicitur : Casum præ-
termissum à statuto remanere in dispositione
iuris communis l.commodissimè.ff.de libé. &
post.l.si cum dotem. in prin.ff.sol.matr. ita de-
clarat Cald.cons.10.de const.cons. 30. de test.
Corn.cons.180.col.fi.vol.2.Ferrat.cau.24.co.
2.& Ioannes le cirier.in tract.de primogeni.q.
16.libr.1.n.13.At lege mosayca non reperitur
in specie decisum,quòd iudęus edere teneatur
cum de vsuris agitur,ergo debet includi sub dĩ
cta clem. 1.§.cęterum.generaliter loquente,ꝙ
vsurarii teneantur edere.Nos autem supponi-
mus in casu nostro,legem mosaycam extare de
iudęis loquentem, quòd stantibus filiis mari-
tus vxorem non possit instituere,ergo ad gene
ralem iuris communis contrariam non est re-
currendum,secundum eundem Cald.& sequa-
ces supra commemoratos.
57 † Ad quartum,quod fundatur in §.1.in auc.
de quęstor.respondetur,quòd ille textus appel
lans extraneos populares , & sic vult aduenas
nomine populi contineri,loquitur in vrbe con
stantinopolitana; quæ noua Roma dicitur , &
est communis patria sicut Roma vetus . vt de-
clarat Bal.in rubr.C.qui accus.colum.fina.ver.
sed quæro,& Connanus in commenta. suis lib.
4.cap.16.colum. 3.dicens,quòd Constantino-
polis & ipsa altera Roma est appellata, sicque
casus est specialis in illo textu.Quo fit, vt secus
dicendum sit in alia ciuitate; quòd iudęi foren
ses appellatione popularium non contineātur
l.ius singulare.l.quod verò. ff. de legib. & pro-
pterea nec eorum legibus regi , quando pro-
prias & peculiares suas leges habent.
58 † Nec quoque parum mouet consideratio
Beroi cons.28.nume.13.volum. 3 post Castr.
cons.378.volum. 2. quod cum dixerit valuisse
dispositionem in hebraico factam coram duo-
bus testibus: quia confirmata fuerat in testamẽ
to solenni , senserit secus esse ea non confir-
mata;quia debuisset attendi ius commune, nõ
autem lex mosayca, secundum quam fuerat fa-
cta d. dispositio. Nã stat in oppositum doctrina
Bar.in l.interdũ.ff.de cond.inde.dicentis, ꝙ se
cũdũ legẽ mosaycã & veteris testamenti pmis
sum erat testari cum solennitate iuris gentium,
sequitur Ful.& Rom.in l.si testamentum. C.de
testa.& Alex.cons.6.n.4.vol.6.& ideo satis fuis
se seruari legem mosayca per hebręum testantẽ
non aũt seruari debuit per eum generalis iuris
communis.Meritò patet,ꝙ licet illa dispositio
hebraica facta coram duobus testibus non fuis
set confirmata in testamento solenni, valuisset
59 inter hebręos facta † Licet enim solennia testa
mentorum iuris Romani,vel alterius cuiusque
populi propria sint,ipse tamen vsus testandi an
tiquissimus est & omnium ferè gentium cõis,
ut testatur Connan.in commentar.suis lib.1.c.
5.col.3.quod Bart.& cęteri mox allegati pari-
ter voluerũt,Cast.in l.testãdi.C.de testa. Dec.
cons.357.n.5.& cõs.403.n.14.Brunus in tract.
Quòd stant.mas artic.1.q.3.Senatus Pedemõ.
decis.100.n.38.& ne desit auctoritas in termi-
nis contra Castrensem & Beroũ,videatur quę-
so Nat.cõs.621.qui tenet expresse testm̃ ab he
bręo cõditum valere adhibito tm̃ numero duo
60 rum vel triũ testium † cum.n.secundum legem
mosaycam in ore duorum vel trium stet oẽ ver
bũ.c.1.2.q.5.quę verba intelligunt ẽt de dispo
sitione testamentorũ,prout habet in c. cũ esses
& in c.relatum.de test.& pp illam vniuersalem
dictionem oẽ,quæ nihil excludit.l.Iulianus.ff.
de leg.3.ergo secundũ illã legẽ mosaycã testm̃
iudęi tenere debet coram duobus aut tribus te
stibus, citatque Natta pariter Alexandrum in
allegato cõs.6.vol.6.& aliis rationibus pulcris
hanc conclusionem cõfirmat . Demumq, taxat
in specie Castrensem in memorato cons. 378.
vol.2.qui pręsupposuit testm̃ iudæi non valere,
si non habet solẽnitatem & numerum testium
requisitum de iure ciuili,motus illa regula ge-
nerali, ꝙ iudæi uiuere debent cõi iure Roma-
norum . l. iudæi. C. de iude. quia non proce-
dit hoc inter iudæos solos,vbi lex mosayca sta-
tuit contrarium,latiusq; Natta prosequitur, vt
61 per eum. † Sed nec vrget, quod subdit idẽ Ca
strensis in 2.dubio,de clausula derogatoria: q̃a
de illa non erat inter hebręos cautum lege sua,
propterea seruandum erat ius cõe. Sic quoque
procedit & est intelliguends Socinus in allega
to cons.70.vol.1.de iure testandi seruando per
iudæum more Romanorum sicut per Christia-
num,quando scilicet non est sua lege particula
62 riter prouisum,alioquin secus. † demumq; tẽ-
dit ad idem,quod scribit Alex.cons.71. vol.2.
de suitate,substitutione fideicommissaria,com
pendiosa & pręteritione filiorũ, quæ locum ha
bent in testamento iudæi ; quia lege sua de his
63 nil cautum reperitur. † Casus enim prætermis
si dispositioni iuris communis subiiciuntur. l.
commodissimè.ff.de lib.& pos. quæ semper ad
hoc allegatur,vt ibi Ias. ponit , & concordan-
tem citat in l. si extraneus . ff. de condiction.
ob causam,& vt per eum dilatat . Sicut enim
neque leges , neque Senatusconsulta ita scri-
bi possunt , vt omnes casus , qui quandoque

contigerint,comprehendantur. l. neque leges ff.de legib.ita lex mosayca non potuit omnia præfinire.Nam , quod inquit scite Connanus in Commentar.suis libro.1.capitu. 11.colum. 2.omnia,quæ quandoque contingent, tanquã præsagire animo non possumus difficile est, & periculosum cauere de singulis.

64 † Ad quintum respondetur ex allegato cõs. Nattæ 621.quo patet,hebræum posse testari co ram duobus aut tribus testibus secundum legẽ suam.& ad legem ex imperfecto, C.de testam. concedo quod inquit Bero.quia tali casu testa mentum Iudęi non erit inter Iudęos cõditum nec Imperator humanitate plenus voluit sibi quicquam plus iuris arrogare quolibet priuato,vt ibi dicit.Nec Imperatorem hæreditatem vindicare posse.& in §.fi.insti. qui. mod. testa. infir. ibi.Neque tabulas non legitimè factas,in quibus hæres institutus erat,probaturum. Nihil enim Imperii tam proprium est , quàm le-
65 gibus viuere,prout vtrobiq; cõcluditur†Hinc poeta Claudianus optimè scriptum reliquit de Principe loquens.

*In commune iubes si quid, censes ve tenendum*
*Primus iussa subi,tunc obseruantior aqui*
*Fit populus,nec ferre negat,quũ viderit ipsum*
*Censorem parere sibi. componitur orbis*
*Regis ad exemplum.*

Huius rei satis amplum & omni memoria dignum testimonium dedit Zaleucus,non ille quidem Locrensium Rex,sed legislator , & qui apud eos Regis authoritate,& gratia valeret, cũ filius,quem habebat vnicum,adulterii reus esset,eique ex lege effodiendi essent oculi, pęnæ necessitatem remittenti populo contradixit, vt tamen salua lege posset aliquid indulgeri filio,sibi vnum,alterum filio oculum iussit erui. Sed & cum sanxisset, capite,si quis armatus prodiisset in concionem, puniri , & sumptis armis ad propulsandum,quod imminebat ciuitati periculum,subito vocatus in concilium arma imprudens secum detulisset,accusatus quòd contra legem fecisset,omnes tamen eius imprudẽtiæ condonãdum censerent,recusauit, & quod legibus,nisi sua morte satisfacere non poterat, gladio,quo erat accinctus,pectus sibi in cõspe-
66 ctu totius populi transfixit. † Qui sanè casus ab eo rigorose nimis deffiniti fuerunt . Nam quod ad illum filii pertinebat,clementer egerat populus ei pœnam remittens ob patris me rita.Hinc apud Liuiũ prima Decad.lib. 2. Appius cum in vincula duceretur, maiorum meri ta in rempublicã collata cõmemorabat, vt pœ nam deprecaretur.Nec alia desunt eius rei pręclara exẽpla,ac memoratu digna.Nã Berenice, aliis Pherenice dicta, cognomẽto Callipatera cũ virũ habitũ mẽtita Ludis mulieribus interdictis intersui sset,vbi Pisithodum filiũ corona tũ vidit,meritis tamẽ suorũ absoluta est, cum a liàs secundum legem ex Typeo prærupto mon te præcipitarentur,quæ id fecisse essent depre hensæ,prout authores sunt Pausanias lib. 5.& Aelianus de varia historia li. 2.c.7.Sed & Tacitus libr. 2.refert.Plautio Laterano mortẽ,quã ex sceleribus meruerat, fuisse remissam ob pa-
67 trui egregiũ meritũ. † Quinimmo piè quoque Zaleucus egisset, indulgens filio;sicut Euripides dicebat,vehementem in liberos amoris affectum Deum hominibus dedisse, & Antiphanes philosophus dicere solebat. Cum quid in gratiam dilecti filii facio,hunc ad me fructum pertinere mihi persuadeo.Vtq; Themistius scri bit.Amor liberorum cęlitus est naturæ alligatus.& planè ab aurea illa,intactaque catena pẽ det,quam natum perpetuò contexens , & obeũ tibus nascentia cõiungens,ne in nihilũ relabatur sibi cauet.dixi plenius in l.vt vim.n. 369.ff.
68 de iust.& iur. † Casus quoq; Zaleuci proprius miseratione dignus erat, cum iure compertum sit etiam delinquentibus,si quid vtile pro republica egerint,in remunerationem impunitatẽ concedendam esse , multisque præmiis potius condonandos esse.l.2.§.postea cum Appius.ff. de orig.iu. l.nõ oẽs.§.fi.ff.de re mil.quę iura citat ad hoc Rom.in l.si verò.§.de viro.lim.48.ff. sol.ma. Ful.cons. 124.And.Sic.cons. 11. col.2. cons.26.col.pen.vol.2. idque pariter exemplo comprobatur,posito primo Regum c. 14.& i c. si.22.q.2. nam Ionathas Esau regis filius , cum contra ipsius Regis edictum fauum mellis ante vesperum comedisset, tamen quia illa ipsa die Philistheos deuicerat, salutemque in Israel fecerat,piis populi præcibus liberatus est à morte Edicto Regis proposita,dixi pariter abundè in l.si vnus.§.pactus ne peteret.num. 352.ff.de pact.sed vt ad Zaleucum reuertar,ille seueritati legis iudulgere,ne dicã seruire voluit.quod rei nostræ conducit de lege ex imperfecto supe rius memorata.

69 † Ad sextum de l. final. C. de testamen, dico , quòd illa lex condita fuit propter rusticos , vt eius verba probant in principio , quæ dicunt . & ab antiquis legibus & à diuersis retro Principibus semper rusticitati consul tum est, & in multis legum subtilitatibus. stricta obseruatio eis remissa est,cum enim ( subdit ) testamentorum ordinatio sub certa diffinitione legum instituta est, homines rustici,& quibus non est literarum peritia , quomodo possunt tantam legum subtilitatem custodire in vltimis suis voluntatibus ? Ideo ad Dei humanitatem respicientes necessarium duximus per hanc legem eorum simplicitati subuenire . Loquitur ergo signanter Iustinianus ibi de rusticis tantum . Et ideo dum subdit , Sancimus itaque in omnibus quidem ciuitatibus, & in Castris Vrbis Romæ, vbi leges nostræ manifestæ sunt, & literarum viget scientia, omnia,quę etiam libris nostrorum digestorum seu institutionum & imperialibus sanctionibus nostrisque dispositionibus in condendis testamentis cauta sunt, obseruari, nullamque ex præsenti

præſenti lege fieri innouationem. Vult dicere,
ꝙ à ruſticis ſeruetur legũ ſolennitas in conden
dis eorum teſtamentis,quãdo ſunt in vrbe Ro
mana,ciuitatib. & Caſtris, vbi eſt literarũ peri
tia.ſicque declarat in ſpecie Petrus à bella Per
tica.In illis vero locis (ſubdit Imperator) in q̃
bus rarò homines litetati inueniuntur ruſtica-
70 nis concedimus,& cætera,quę ſequũtur.† Quę
cum ita ſint, patet illam legem iudęis non con
uenire,qui ruſtici non ſunt,nec operas ruſtica-
les exercent,meritò ad eos porrigi non debet,
cum non ſoleat regulariter extenſio fieri de ꝑ-
ſonis ad perſonas diuerſas, vt not. Innoc.in c.
cum dilectus.col. 1. de capell. Monac. Gozad.
conſ.26.n.34.Rui.conſ.167.n.10.vol. 3.Rol.à
Val.conſ.94.n.20.vol.2.Ceph.abundè con. 2.
nu.22.& conſ.210.n.49.Burſat.conſ. 13.n.17.
Port.Imol.conſ.43.nu.37.per l.ſi vnus. §. ante
omnia,ff.de pact.& dixi conſ.42.nu. 123. & in
aliis pleriſque locis.

71 † Ad ſeptimum, de conſuetudine notario-
rum in condendis teſtamentis hebræorum Fer
rariæ ſecundũ leges communes. Dico primùm
eam negari poſſe,& in proceſſu non probari,vt
debebat,ſecundũ Doct.in c.fi.de conſue. Cor.
conſ.174.n.5.vol.2.conſ.83.n.13.vol.4. Alex.
conſ.87.vol.7.Soc.iu.conſ.65.nu.37.vol. 1.Pa
riſ.conſ.25.n.18.vol.1.D.meus Rim.conſ. 307
nu.16.Rol.à Val.conſ.53.nu.31.vol.2.quos al
legaui conſ. 51.nu. 25. & nunc addo Portium
Immolenſ.conſ.145.nu.20. Crot.conſ.131.n.
51.& Alc.reſp.486.nu.13.

72 † Sed vlterius dico, non deeſſe teſtamenta
hebręorũ per ſuos ſcribas ſecũdum ritus eorũ
facta.vnde cum variè ſeruatũ fuerit,non poteſt
ſuper allegata conſuetudine fieri fundamentũ
ſed ad ius ſcriptũ legis moſaycæ recurri debet,
& ea ſeruari.Bar.in l.2.in fi.prin.ff.ſol.ma.Bal.
in l.non ſolum,in fi.ff. de iur.dot.Alex.conſ.5.
col.1.vol.5. Dec.conſ. 8. nu. 4.conſ.129.col.2.
Cra.conſ.96.col.2.Port.Imol.conſ. 106 n.59.
& Nat.conſ.575. nu. 27. quæ prohibet marito
ſtantibus filiis vxorem inſtituere.

73 † Ad octauum fundamentum, concedo te-
ſtandi libertatem eſſe iuris naturalis & gentiũ
quod & Connanus docet in Commentar.ſuis.
lib.9.c.1.col.3.dicens,originem teſtamentorũ
fuiſſe iuriſgentium, cum vbique gentiũ ſit ali-
quis eorũ vſus,potiſsimè verò nuncupatiui,qđ
& primũ & antiquiſsimum fuit,& iam tum qui
dem qnũ nondũ repertæ eſſent literæ,initio.n.
homines ſignis,& ĩcerto vocis ſono,poſtea ſer-
mone,verbiſq; diſtinctis ſignificantibus animi
ſui ſenſa explicare didicerunt, ita cogente hu-
manæ ſocietatis vſu,deinde quoque literas in-
uenerunt,neq; id ſtatim,ſed longo poſt homi-
nes natos interuallo,Aſſyrii,vt vult Plinius,aut
ſi Gellio credimus, Mercurius apud Egyptios
inuenit,à quibus ex Phenicia Cadmus in Gręciã
eas inuexit,Pelaſgi poſtea ĩ Latiũ. Vt dubiũ
non ſit primas teſtamentorũ conſtitutiones nũ
Quidam Simonellus. Socin. in dicto consil. 178.col.2.versic.aut sumus in dubio. Salic. in l.1.C.de emen. ser.Gand. in tracta. de malefi. in rub.de homicid. ad fi. Flor.in d.l. qui occiderit. §. fina. Aug.de Ari.de malefi.vers.ex interuallo dictus Titius. Natta consil.108.nu.6. & Crot. in d.cons. 132. nu.6.vbi rationem allegat in hoc casu,quòd percutiens, qui allegat non fuisse adhibitam diligentiam, illam probare debet.l.quoties.§. qui dolo. ff.de probatio.

10 † Qua probata bene excusaretur à morte, vt per Ange. in l.quod si nolit.§.si mancipium.ff. de ædil.edic.Bart. & doc. in d. l.si ab hostibus. §.1. Flor. in d.l.ait lex.§.1. ff.ad l. aquil. & per Dida.loco citato sub nu.9. sed nulla probatione facta fit præsumptio contra vulnerantem. hancque sententiam sequitur insuper Clarus, vbi supra,dicens,quòd si non apparet de aliqua negligentia, seu culpa vulnerati, ex euentu sequuto præsumitur decessisse ex vulnere,& punitur vulnerans de homicidio,& ad id citat Gandinum de malef. de homicid. post nu.24. vers. sed pone quòd aliquis. hancque resolutionem pariter facit Antonius Gomesius tomo.3.vari. resolu.car.3.tit.de homicid.per multa iura, videlicet in l. ita vulneratus, & in l. si vulnerato. & in l.si ex plagis. ff.ad leg.aquil. in c.continebatur,de homicid.in c.significasti. 2. de homicid.& in c.secundo.de cleri. percus. Ex quibus concludendum videtur hunc Gaium de occiso teneri.

11 † Istis tamen non obstantibus, secundum ea, quæ mihi in facto supponuntur vlterius cogitanti: contrarium verius esse videtur. Et primò capio illam conclusionem,quam posuit Baldus consil. 195. volumine primo. consil. 328. in fine volumine secundo, quem sequitur Decius consil. 415. nume.primo .Grammat.consil. secundo,numero 9. & Menoch. in allegato casu 274. ad finem. Qui tenent; quòd si res est dubia,debet Iudex inclinare in mitiorem partem: quia vbi agitur de vita hominis, probationes debent esse luce meridiana clariores, l. fina. C. de probatio. ita quòd debent omnino concludere, iuxta regulam l. non hoc. C.

12 vnd. leg. & c.in præsentia, de probat. † Hinc in dubio dicitur, mitiorem pœnam imponendam esse. l. sanctio legum. l. interpretatione. ff.de pœnis. Dominus meus Riminaldus consilio septimo, nume. 13. Cardin. consilio 53. numero 20. primo tomo criminalium. Angel. de Castr. consi.32. nu. 18. & Anton.Turchet. consi. 35. numero 2. secundo tomo criminal. Cuius exemplum pulcrum ponit Pet.de Vbal. consil. 27. nume. tertio, libro primo criminal. de inquisito, quòd iniuriam personalem commiserit capiendo quem per mantellum, cum enim non dixerit inquirens illud mantellum dorso cohesisse, & ab eo potuit esse separatum, puta super hasta, vel ense delatum, debet in dubio pœna mitior imponi pro reali tantum

13 iniuria. † Sed & aliud exemplum ponit Vbertus de Bob. consil. septimo, de duabus mulieribus rixantibus, quarum altera dixit alteri, ego non adulteraui, nec homicidium feci. Quærebatur an de iniuria teneretur, veluti quòd inferre voluisset, aliam mulierem talia fecisse, an verò potius causa se iactandi. Concludit enim in dubio præsumi, quòd iactandi se gratia sic dixerit, cum in dubio pœnæ sint moliendæ, non exasperandæ: sed non sequitur, Gaius iste Titium vulnerauit, & Titius periit, ergo ex illato vulnere, cum ex alia causa mori potuit, & sæpe etiam sanis mors ex insperato contingit, ita Corne. consil. 194. volumine secundo. Deci. in dicto consilio 415. in principio.

Nec obstant iura Gomesii supra relata. Nam textus in dicta l. ita vulneratus. loquitur in vulnere, quod constabat esse mortale ibi, vt eo ictu certum esset eum moriturum, eodemque modo procedit textus in dicta l. si vulnerato.ibi, Postea ex eo vulnere mortuo. Nam dictio, ex, denotat causam proximam & immediatam. Barto. & omnes in l. ex hoc iure, ff. de iusti. & iur. in l. 1. §. ex naufragio, ff. de incend. ruin. cum vulgaribus. ergo non ex alia causa, quòd denotet vulnus fuisse mortale. Sicque pariter induci potest tex. in l. si ex plagis, dicens. Si ex plagis seruus mortuus est. iuncto quod subdit. Neque id Medici inscientia, aut Domini negligentia accidisset. Tota vis igitur mortis causata fuerat ex plagis: quia fuerunt mortales. Item de vulnere mortali loquitur textus in dicto c. continebatur, de homicid.ibi. Mortale vulnus accepit. non ergo loquitur ea iura in casu dubio, qualis est noster. textus verò in dicto c. significasti. licet in casu dubio loquatur, tamen ideo pro homicida Sacerdotem habet, & si forte non sit, vt ab officio sacerdotali abstineat. Cum tutius sit in eo casu cessare, quàm temerè celebrare. Et sic est casus specialis in veneratione sacrorum. Postremò textus in c. secundo, de cleric. percus.& argumentum à cõtrario sensu inde sumptum procedit solo tempore considerato; quia si post octo menses decessit vulneratus,non præsumitur ex vulnere periisse, secus si ante, quod etiam non est simpliciter verum: quia sequeretur, quòd mortuus post quadraginta dies, diceretur mortuus ex vulnere,quod est falsum, secundum sententiam Medicorum, qui dicunt, nullum letaliter vulneratum posse viuere vltra quadraginta dies, vt refert Dominus meus Riminal. consil. 281. numero secundo, dicens ita seruare communẽ stilum, sequitur Clarus loco citato. sed quicquid sit eo casu, nos loquimur, quando cũ tempore breui concurrit deambulatio. Inde patet opinionem Gomesii conuinci.

14 † Secundo in casu nostro concurrunt quędã coniecturę, ex quibus præsumitur, hunc Titium aliunde quàm ex dicto vulnere periisse. Prima est coniectura, Quòd post triduum illati vulneris iste Titius surrexit, & circum circa perambulauit, quo stante ex dicto vulnere mortuus non præsumitur. Gloss. est notabilis in dicta l. prima. C. de emend. seru. quam Cin. Fab. Bartolus & alii scribentes ibi passim sequuntur. Angel. de malef. in versiculo & ex interuallo. in principi. Angel. in l. quod si nolit. §. si mancipium. ff. de ędil. edict. Felyn. in dicto capitulo presbyterum. Corn. in dicto consil. 194. columna secunda, & alii, quos congerit Mars. in practica criminali. §. & quia, numero 16. in dicta l. si in rixa. numero 63. & consil. septimo, numero 27. Dionisius de Perusio cons. 36. numero octauo, libro secundo criminal. Antoni. de Padilla in l. transigere. numero 30. C. de transa. & Ioan. de Arno. Solilo. 39. quos refert Clarus vbi supra. uersiculo cæterum.

15 † Comprobaturque dicta gloss. tenendo opinionem Abb. in dicto capit. 2. non habentis respectum ad spatium temporis, quo vulneratus vixit, sed ad bonam vel malam eius valetudinem subsecutam. si enim semper processit de malo in peius, & tandem decesserit, præsumitur ex dicto vulnere mortuus, secundum Abb. puta quòd perseuerantia vomitus, & febris ab initio continuata fuit, vt post Bal. Abb. Ioan. de Anan. Felin. Veronensem, Signorolum & Corneum tradit Boer. in allegata quęstione. 323. numero 13. quem secutus fuit Petrus à Placa libro primo. epit. Cap. 23. nume-

16 ro 27. † siue dolor continuus ob neruos vulneratos, vt per Boer. loco citato, numero 16. dummodo spasmus non superuenerit vulneri non lætali, secundum Dec. cons. 415. nume. 9. Menoch. in dicto casu 274. lib. 2. cent. 3. numero 7. de arbitra. iud. Et Blanc. in practi. crimin. nume. 100. qui quędam ex prædictis & alia recitat. Ex hoc enim infero, dictam gloss. esse uerissimam, cum ex ea appareat, quòd vulneratus non processit de malo in peius. Quia si processisset de malo in peius, non surrexisset post triduum circum circa perambulando, & ideo si postea decedit, non præsumitur mortuus ex vulnere, sed ex aliquà alia causa. ideo vulnerans non tenetur de occiso, ita propriè considerat Mars. in dicto §. & quia, & in dicta l. si in rixa. Boer. vbi supra numer. 11. colum. sequen.

17 † & licet Angel. in dicta l. 1. & Flor. in l. ait lex. columna 2. ff. ad l. aquil. Mansuerus in practic. sua in titulo de præsumpt. numero octauo, Angel. Aretin. cons. 58. numero 45. secundo libro. crimin. dixerint illam gloss. loqui secundum legem Mosaicam, secus ergo secundum ciuilem, vel canonicam, tamen ab ea glos. non recedo, quam omnes sequuntur, & in specie Corn. in dicto cons. 194. & Boer. vbi supra columna vndecima Angel. damnat rationibus, de quibus per eos, quas breuitatis causa prætermitto. Non prætereo quoque, quòd illam gloss. dicit esse falsam Gomesius loco citato: quia solum debet attendi qualitas vulneris, an fuerit mortale vel non. non autem nunquid ambulauerit infra vel post triduum. Aut saltem uenit declaranda, quòd in casu quo dubium sit, an vulnus fuerit mortale, vel non propter excessus vulnerati præsumatur non esse mortale, quando post triduum ambulauit, quæ fuit intentio Angeli & Salyceti & aliorum quos citat ipse Gomesius: sed errore labitur: quia surrectio à lecto, & deambulatio iuncta breuitate temporis, hoc est triduo post illatum vulnus, indicant mortem à vulnere non esse causatam. & inordinata vita vulnerati per se vulnerantem excusat ab homicidio, & eius poena, licet vulneratus non surrexerit, nec ambulauerit, vt mox dicam, nec quos allegat Gomes. id dicunt, si videantur, ut ego vidi, sed breuitatis causa non refero.

18 † Secundò accedit alia coniectura, quòd iste vulneratus vitam malè regulatam gesserit, viñum purum & magnum bibendo, & medico nõ parendo, quo casu facto & culpa sua, non autem ex vulnere mortuus præsumitur, nec vulnerans de occiso tenetur, ita Bald. in l. qui occidit, §. fina. ff. ad l. aquil. Florian. in l. si ex plagiis. eodem titulo. Bald. consilio 105. ad euidentiam. volumine primo. Bald. in addit. Specu. in rub. de hom. & ĩ d. c. 1. qui. mo. feu. amit. Bolog. cons. quinto columna tertia. Socin. in d. consilio 178. columna penul. Ang. de malefic. & Aug. post eum, ubi supra vers. quæro, aliquis fuit. Fel. in dicto capitulo presbiterum. Corn. consil. 273. col. fina. & cons. 283. in prin. uolumine tertio. Mars. in dicto §. & quia. num. 19. & dicto cons. 7. numero 47. Boer. ubi supra numero 20. Gramat. uoto. 24. numero 11. cons. secundo numero 5. & sexto. cons. 49. nume. quarto. Vero. cons. 28. colum. penul. cons. 62. Marsil. cons. 7. numero 47. Alexander de Neuo cõs. 87. columna fina. libro primo criminal. Petr. à Plac. libro primo epit. delicto. cap. 13. numero 27. in fine. Ioã. de Villa matta in l. diuus, numero 121. ff. ad l. cornel. de sicar. Menoch. loco citato, nume. 10. & Blanc. in d. practi. num. 111. post Signoro. cons. 193. & consilio 105. & per tex. in c. tua, de homic. ibi, qui spreto pręcepto.

19 † Præterea, cum vulnus esset in pectore, & sic in loco periculoso, non debuit exire domũ, nec ad aerem, sed domi inclusus remanere, donec peruenisset ad certam & indubitatam salutem, & vulnus consolidatum fuisset, aliter ergo faciendo fuit in culpa, & Gaius de occiso non tenetur, ita Ang. de malef. ubi supra. Soc. in dicto consilio 178. columna penul. Gramat. consi. secundo. Boer. ubi supra numero 20.

Signor.

Signor.con.163.Blan.in dicta practica.n.117.

20 † Tertiò concurrit alia coniectura, quòd iste adhibuit medicum imperitum, quo casu si moritur percussus, non imputatur vulneranti. ita Bald. & Angel. in dicto §. si mancipium, Felyn. in dicto capitul. presbiterum. Corn.in dicto conſ.194. colum. final. & in dicto conſ.273. colum.penul. Marſ.in dicto §. & quia, nume. 20.Boer.vbi ſupra, colum.penul. in fin.Menoch. Blanc.loco citato poſt Bologn. conſ.quint. nam vitium medici excuſat vulnerantem,Bal.in l.ſi non ſimpliciter,colum.4.C. de ędil.act.paſt alios quos allegat loco memorato nume.10.Sicut idem foret quando vulneratus noluiſſet adhibeti medicum, nam culpa ſua diceretur obiiſſe,vt per Bald.& Flori.in dicto §.fina.Marſ.in dicto §.& quia. nume. 18. & Iacob.Nouell.in pract.crimin. in titul. de forma inſpiciendi cadauera.nume.47.

21 † Quartò concurrit, quòd iſte Titius ex poſt facto fuit viſus à medicis peritis,& concluſum eſt,periiſſe ex gutta rabida, ſicque ex alia infirmitate ſuperueniente,non autem ex dicto vulnete iam conſolidato, ergo Gaius de occiſo non tenetur. Quia quando ſumus in dubio, an vulnus fuerit mortale, vel non,ſi alia cauſa ſuperuenit,puta febris,præſumitur in dubio ex dicta febre vel cauſa mortuus, nõ autem ex vulnere, argument. l. fauorabiliores, ff.de regul. iur. ita Signorol.de Hom.in dicto conſil.163.Cephal.in dicto conſ.61. colum. final. Grammat.dicto conſil.ſecundo columm. final.

22 † ſicut è conuerſo videmus, quòd ſi vulneratus ante fuerat infirmus, pręſumitur mortuus ex antiqua infirmitate, potius quàm ex vulnere; quia talis præſumptio dicitur magis fauotabilis veluti tendẽs ad liberationem vulnerantis à morte, vt ponit Angel. de Aret. conſil.58.numero. 15. 2.libr.criminal. Simile quoque videmus, quòd præualet illa præſumptio, per quam delictum excludimus, veluti fauorabilior illa per quam delictum includeretur. vt not.Abbas in capitulo in præſentia. de prob.Roland.à Vall.conſil. 1. nume. 92. volumine tertio.Brun.conſilio 27. Burſatus conſil. 94.numero 21.qui me citat conſilio 136. numero 15.primo Tomo Crimin.

23 † Quintò accedit, quòd iſte Titius non infra paucos dies periit, vt inquit textus in dicto capitulo presbyterum, & in capitul.ad audientiam. de homi. in verſiculo aliquamdiù. quod alibi exprimitur de diebus octo, vt in capitulo continebatur. eod. titul. & alibi de triduo,vt in capit. ſi qua fœmina. 50. diſtinctio. & ob id Doctores tempus hoc arbitrarium fore dixerunt, vt ponit Florian. in dicta l.ait lex. Bartol.in dicto tractatu de percusſion. Dec.in dicto conſilio 415.columna ſecunda Odofred. in tractatu de percusſion. columna ſecunda. Bartolus in l. ſi in rixa. ff. ad l. Cornel. de ſicar.& Blancus loco memorato. numero 121. poſt Socin. conſilio. 178. volumine ſecundo. ſed ex ſatis notabili interuallo (vt bonus iudex cenſere debet) poſt vulnus deceſſit, videlicet trigeſimo octauo die, ergo non ex dicto vulnere præſumitur periiſſe, maximè con-
24 currentibus coniecturis ſupradictis. † vt de trigeſimoſexto die concludit apertè Corn. dicto conſilio 277.numero octauo. volumine tertio Dec.conſ.25.Dioniſius de Peruſ. conſi. 36.numero ſeptimo.ſecundo libr.Criminal.& Marſ. in dicto conſi. ſeptimo, numero 26. & ſic in minori tempore loquuntur, quàm verſemur, ergo tanto magis caſus noſter redditur clarus.

25 † Sextò & ultimò plus, dico,quòd ſi nullæ coniecturæ extarent pro iſto Gaio, & plures contra eum extarent, quòd vulnus illatum Titio eſſe mortale,eumque ex illo periiſſe,tamen nec iſte Gaius de occiſo puniri deberet. Quia quoties contra aliquem proceditur per præſumptiones, & non per ueras & claras probationes, ut requiritur in criminal.dicta.l. final. C. de probat. tunc reo non poteſt imponi uera, ſeu naturalis pœna delicti, ſed leuior & mitior. Ita Inoc.in c.Quia ueriſimile,de præſumpt. Bal.in l. non eſt ueriſimile. ff. qđ met. cauſ.conſ. 220.uol.2.uol. 3.Ceph. conſ.6.col. 3.conſ.27.col. fin.latè Marſil. in terminis noſtris in d. conſ. 7. nu.36. Bartolameus Bertazolius mihi tanquam frater honorandus, & in ciuitate noſtra primatius Aduocatus, ac eminenti ſsimo Duci noſtro gratiſsimus conſilio 70.numero 35.& 36.ſecundo Tomo criminal. quæ concluſio licet in ſe uera ſit,placet tamẽ ulterius eam confirmare auctoritate Decii conſ. 175.col. fin. Marſilii in rub.C.de prob. numero 237.circa fin.et in l. 1.in §.dinus. ff.de ſicar. numero 25.Palac.Ruuios. in allegatione hæreſis.§. 11.Iacobin.in rubr. ff. de prob. nume. 7. Placa lib. 1.delic.cap.14.Duennas regula 303. circa medium.vnde.Gaudi.in tit.de præſump. circa fin.dicit,quòd de conſuetudine uidit obſeruari,quòd ex indiciis licet indubitatis non imponitur pœna corporalis ſed tantum pecuniaria, ſequitur Caſtr. conſ. 299. numero tertio uolumine ſecundo, ſubdens quòd propter illud dictum defenditur quendam imputatum de homicidio.Et idem: Vero conſilio 32. circa fin. conſilio 39.in primo dubio. Et hanc dicit eſſe communem. Et in praxi ſeruari Boſsi.in titu. de conuictis numero. 34. demunque latè Iulius Clarus ſcribit libro quinto ſentent.§. fina. quæſtione 20. concludens, pœnam corporalem, citra tamen mortem, imponi,poſſe ut per eum, quod nunc non proſequor,ſatis enim mihi ſit,hunc Gaium de occiſo puniri non poſſe ullo modo.

26 † Non obſtãt contraria. Et primò text. in dicto c.ſecundo de cle. per. quia loquitur in caſu claro, in quo ſummus Pontifex habet pro claro,quòd poſt tam longiſsimum interuallum

non censeatur, quem ex vulnere periisse, & illud tempus octo mensium denotat facti contingentiam, non quòd si minori tempore vixisset, præsumitur ex vulnere periisse, nec sumi debet argumentum ibi à contrario sensu: quia absonum resultaret, ita Corn. in d. cons. 194. colum. 4.

27 † Non obstat etiam secundum argumentum: quia procedit quò ad pœnam irregularitatis contrahendæ, non quò ad pœnam mortis inferendam in iuditio, seculari, de qua agimus. Prima enim facilius quàm secunda contrahitur, ita latius in terminis nostris declarat Cep. in d. consilio 40. colum. sexta, Gramat. in d. voto 24. numero 10. Mars. in d. consilio 7. numero 54. & 59.

28 † Non obstat tertium. Quia procedit in dubio, secus ubi constat de mala uita infirmi, uel eius inobedientia erga medicum, ut præfati Doct. met declarant: Sali. in d. l. prima, Soc. in d. consilio 178. columna fina. Qui ita respon-
29 det † Quinimò Mars. in d. consilio 7. numero 59. non tenet dictas decisiones. quia Bal. & Cuman. per eum ibi relati tenent contrarium & quia in dubiis benignior interpretatio facienda est, ut latius ibi per eum. Ex quibus pro Gaio omnino iudicandum est. Non de occiso, sed de vulnere tantum eum teneri.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

## Pro Domino Antonio Maria Clauena.

### ARGVMENTVM.

Quis præferri debeat in domo vigore sententiarum latarum.

### *SVMMARIVM.*

1 *Conductor finita locatione tenetur restituere rem locatori.*
*Quod declaratur rebus sic stantibus, aliàs secus.* 23
2 *Conductor non potest refricare quæstionem dominij locatori.*
2 *Emens ab herede non potest opponere, defunctum non fuisse dominum.*
3 *Iuramentum specificè seruandum.*
*Rebus tamen sic stantibus, aliàs secus.* 23.
*Et quando facto iurantis mutatæ sunt.* 29
4 *Debitor qui promisit cum iuramento compensare non potest, fallit.* 26.
5 *Ius alicui superueniens quando liberet eum.*
*Et deduci possit.* 6. 31.
7 *Missio in possessionem nulla dicitur non seruata forma iuris communis.*
8 *Ordinis peruersio vitiat.*
9 *Statutum secundum ius commu. intelligendum.*
10 *Spoliatus à iudice ordine iuris non seruato non restituitur.*
11 *Sententia dicitur stricti iuris.*
*Et quando.* 38.
*Et restringi debet quando potest fieri salua ratione recti sermonis.* 12.
*Et lata pro reo non prodest fideiussori.* 13.
14 *Laudum stricti iuris nec extendi.*
15 *Missus in poss. auctore iudice habet iustum titulum possidendi.*
*Et in possessione manuteneri debet.* 16.
17 *Spoliatus ante omnia restituendus.*
*Nisi a iudice legitimè fuerit spoliatus.*
18 *Præsumitur pro iudice.*
19 *Sententia licet iniusta, mero iure valet.*
20 *Iudicis factum reputatur factum partis.*
*Quando iustè processit.*
21 *Alienatio facta à Iudice pro satisfaciendo creditoribus, reputatur facta à debitore.*
22 *Vltima derogant prioribus.*
23 *Contractus intelligitur rebus sic stantibus.*
24 *Iuramentum intelligitur rebus sic stantibus.*
25 *Dispositio qualibet intelligitur rebus sic stantibus.*
26 *Iuranti si creditum superuenit potest illud compensare.*
*Et excusatur si fuerit sibi praceptum à iudice postea ne soluat.* 27.
28 *Scholaris iurans non recedere excusatur euocatus à patre.*
29 *Iuramentum attenditur rebus mutatis facto iurantis. recipientis secus.*
30 *Intellectus. l. si quis fundum. iunct. gloss. ff. loca.*
31 *Ius de nouo superueniens in iudicio deduci non potest per actorem, at per reum secus.*
32 *Bona qua capi possint per creditorem pro sui satisfactione.* 33.
34 *Intellectus l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudic.*
34 *Iudex pracipere potest quòd capiantur bona immobilia. secundum communem.*
*Nec error dicitur expressus.* 35.
36 *Res pro credito retineri potest.*
*Maximè stante hypotheca.* 37.
38 *Sententia parit hypotecam vigore statuti Ferrariæ.*

*Auxilium meum à Domino:*

## CONSILIVM XXII.

*ANtonius Maria Clauena promisit in instrumento locationis sibi facta per Andream Anechi-*

*Anechinum de quadam domo, eam finita locatione li-*
*beram, uacuam & expeditam relaxare, & in fine*
*instrumenti iurauit in ampla forma. Demum adue-*
*niente termino factum fuit sibi preceptum ad in-*
*stantiam Anechini de euacuando, cui contradicen-*
*do dixit non teneri, sed in dicta domo sibi licere in-*
*sistere uigore cuiusdam crediti sui cum dicto Anechi-*
*no. Tandem fuit pronuntiatum pro Anechino, & se-*
*cuta appellatione Clauenæ pronuntiatum fuit non de-*
*uoluere. Interim uerò Anechinus condemnatus fuit*
*in alio iudicio Clauenæ ad soluendum libras 333. &*
*secuta appellatione Anechini pronunciatum fuit non*
*deuoluere respectu librarum 140. In cuius senten-*
*tiæ executione citata parte Clauena fuit per præco-*
*nem auctoritate iudicis missus in possessionem di-*
*ctæ domus respectu dictarum librarum 140. Nunc*
*uerò instat Anechinus sibi relaxari dictam do-*
*mum uigore dictæ promissionis iuratæ, & senten-*
*tiarum pro eo latarum, & immissionis in possessione.*
*Videndum est ergo, quid iuri consonum in hac quæ-*
*stione sit terminandum.*

1 PRima † fronte dubia satis uide-
barur intentio Clauenæ, si qui-
dem finita locatione conductor
tenetur rem locatori dimittere
l. uideamus. §. qui uinum. ff. lo-
cati. l. si cui. §. qui seruum. eod. titu. l. con-
ductores. C. eod. Immo expelli potest, ut sta-
tuto nostro cauetur, quòd omni tempore,
in fine.

2 † Confirmatur. Nam cum eam domum
conduxerit ab Anechino tanquam domino,
nunc obiicere non potest, eum non esse domi-
num, ut in simili casu uoluit Castrens. consilio
10. clarum est in iure. in fine in antiquis, de il-
lo, qui emit ab aliquo tanquam hærede bo-
na quædam hæreditaria, qui non potest oppo-
nere, quòd defunctus non esset dominus, per
glo. in l. cum res. C. de probation. & in loca-
tione tradit Crot. consilio 49. numero 16. uo-
lens quòd habens causam à locatore non pos-
sit obiicere, quòd non sit dominus.

3 † Secundò accedit, quòd Clauena promis-
sit rem relaxare finito affictu, quam promis-
sionem seruare debuit. l. iurisgentium. §. præ-
tor ait. ff. de pact. maximè stante iuramento,
quod in forma specifica adimpleri debet. c.
4 ad nostram. de iureiurando † unde Doct. ibi
magis communiter inferunt ad debitorem,
qui promisit cum iuramento soluere, ut com-
pensare non posit; licet compensatio uim
solutionis habeat. Quia iuramentum speci-
ficè impleri debet, & idem tenet, & dicit es-
se communem, Aret. consilio 100. numero 4.
Alex. consilio 90. colum. secunda uol. secundo.
Ias. in l. eum qui. §. si iurauero. ff. de iureiuran-
5 do, Mars. sing. 208. cum simil. † Et licet ius
Clauenæ superuenerit supra narratum, pro-
pter quod à iure conductionis liberatus dici
posit, tamen à iure restituendi possessionem
non dicitur liberatus, ut inquit glo. notab.
in l. si quis fundum. in fine. ff. loc. per. l. si quis
condictionis C. locat. & ponit Bero. consilio
148. numero 16. uolumine primo, immo cum
istud ius retinendi hanc domum superuene-
rit Clauenæ pendente iudicio dictæ expul-
sionis, & non ex causa de præterito, sed ex
noua superuenerit: quia tempore, quo fa-
ctum fuit sibi dictum præceptum de euacuan-
do, nullum ius habebat in hac domo, nisi tan-
6 quàm merus conductor † meritò hoc ius in
hoc iudicio expulsionis deducere non potest.
l. non potest, & ibi Bartol. per illum tex. &
cæteri. ff. de iudic. l. si rem alienam. §. fina. &
ibi Bartol. Castr. & alii. ff. de pignor. act.

7 † Tertiò benefacit, nam ista missio in
possessionem fuit ipso iure nulla, utpotè non
seruata forma iuris communis, quæ est, ut in
executione sententiæ primò ad mobilia, secun-
dò ad immobilia, tertiò ad nomina debito-
rum deueniatur. l. à diuo Pio. §. in uenditio-
8 ne. ff. de re iudic. † hic autem ordo seruatus
non fuit, immo peruersus: quia primò ad bo-
na immobilia deuentum est, ergo talis per-
uersio uitiat ipso iure, & actus fit nullus, ut
determinat Imol. in d. §. in uenditione, colum-
na prima uersic. sed dubium, Alexand. & Iasi.
columna fina. Fel. in c. quòd ad consultatio-
9 nem. columna 9. numero 12. de re iudi. † Nec
quicquam facit pro Clauena statutum de exe-
cut. senten. in fine primæ columnæ, dicens fie-
ri posse executionem in bonis debitoris, de-
bet enim intelligi secundum ius commune,
iuxta not. in l. secunda. C. de noxal. & sic ser-
uato ordine d. §. in uenditione, Quibus stan-
tibus nullum ius ex hac missione in posses-
sionem uidetur Clauenæ quæsitum, cum iu-
dex rite non processerit. iuxta not. per Bartol.
& alios in l. iustè posidet. ff. de acquiren. pos-
10 sess. † immo tali casu spoliato datur restitu-
tio, sicut quando à priuato spoliatio processit,
ita uoluit glo. tertia quæstione prima capi. in
summa Socin. consilio 12. columna tertia pri-
mo uolumine, Rom. consilio 158. columna se-
cunda cum aliis latè deductis per Craue. con-
silio 18. numero 8. & consilio 124. numero
quarto, minus etiam iuris oritur ex senten-
tiis latis pro Clauena. condemnant enim ad
11 pecuniam, non in hac domo † Nam sententiæ
sunt stricti iuris; & earum uerba strictè sunt in-
terpretanda. l. quicquid astringendæ. ff. de uer-
borum obligatio. l. prima C. si plur. una senten.
l. si iudex. ubi doctor. ff. de his, qui sunt sui, uel
alien. iuris l. Diui fratres. ff. de lib. caus.
12 † & adeo stricti iuris sunt, quòd restringi
debent quoties restringi posunt, salua ratio-
ne recti sermonis. Castr. consilio 295. colum-
na tertia, uolum. primo. Cra. consilio 10. nu.
tertio, unde dicit Castr. consilio 87. columna
13 secunda, uolumine primo. † Quòd sententia
lata pro reo, non prodest fideiussori, nec in ea

uenit, nisi id quod in ea reperitur expressum.
Crau. consilio 88.num.7.Ruin.consi.31.num.
primo uolum.quinto & idem Ruin. consil.72.
nume.8.uolum.2.& consi.116.num.6.uolum.
14 4.† dicit laudum stricti iuris esse, ita quòd ex-
tendi non debet ad casum in eo nō expressum
idemque tradit Alexander consil. 18. num.3.
uolu.7. Paris.consil.tertio num.3.uolum. pri-
mo & consil.5.nu.19.uol.2.quos refert Rolan.
à Val.consil.79.colum.2.uolu. 3. quòd uerba
laudi strictè debent intelligi, & strictè interpre
tari, ut iacent, & ex uerbis ipsis non potest plus
inferri, quàm necessariò inferatur. Vnde sic
de prædictis sententiis dicere debemus, quòd
si ius dat Clauenæ contra Anechinum ad con-
sequēdas ab eo pecunias, idem ius respectu do
mus extendi non possit, nec ex dictis senten-
tiis inferri.

15 † Istis tamen non obstantibus ulterius cogi
tando, contrarium uerius esse dico. Nā missus
rite in possessionem alicuius rei; auctore iudi
ce in executione diffinitiuę sententiæ, habet
iustum titulum possidendi, & dominium ac-
quirit, si ille, contra quem facta fuit immissio
erat dominus, ita est casus, & ibi not. Bartol.
Ang.Castr. Alex.Ias. & omnes in d.l.iustè pos-
sidet.ff.de acquiren. possess. Paris.consilio 42.
num.22.uolum. primo, sed hoc est in casu no-
stro, ut supra in Temate pręmisi, domusque
erat Anechini, ut in instrumento locationis
16 dicitur, ergo expelli non potest † immo in pos-
sessione dictę domus confirmari debet, & in ea
manuteri.l.1. secundum intellectum Cyn. &
Odo.C.de carb.ed.Bart.in l. tertia. §. iussum.
ff.eod.& in l.de pupillo.§.qui opus. ff. de ope.
no.nunc.

17. † Confirmatur hoc. Nam licet aliàs spolia-
tus ante omnia fit restituendus.l. si quis ad se
fundum.C.ad l.iul.de ui. Notant omnes in l.
rem, quę à nobis. ff. de acquir. possess. tamen
quando à iudice legitimè fuit spoliatus cessat
restitutio, glos.est in c.præsentiam.7.q. prima
Ang.in d.l.si quis.col.pen.Abb.& Fel.in c.dile
ctus, de resc.Ias.in d.l.iustè possid.in prin.Dec.
in l.nō uidetur. §. qui iussu. ff. de regul. iuris
consilio 125.Crau.consi.5.numero 8. latè Ne
gus. de pignor.in 2.membro.3.parte num. 22.
Sicque sentiunt Bartol. Abb.& Sal. in l.memi-
nerint.C.de unde ui. Rip. in l. Naturaliter.§.
nihil commune.nu.60.ff.de acquir. possess. &
in c.sępe.numero 85.de rest.spol.Sap.in l.iube
bere cauere.ff.de iurisd.omn. iud. Dec. consi.
191.nume.9.& consilio 440. nume. 16. Fel.in
c.dilectus filius, nu.1.de Rescr.cum similibus,
quos congerit Menoch.in tract.de recupe. pos
sess.remedio.8.colum.secunda, ubi duas ratio
18 nes allegat. † Primam, quia pro iudice præsu-
mitur.l. secunda C. de offic. ciuil.iud. Socin.
consilio 115.colum.secunda uolum. primo &
Alc.de pręsump.regul.tertia præsump.9.unde
qui contendit se à iudice spoliatum, non re
stituitur ante omnia, cum sibi repugnet præ-
19 sumptio iuris. † Alteram: quia lata senten-
tia licet iniusta mero iure ualet, & transit
in iudicatum, nisi infra tempus debitum ap-
pelletur capitulo cum inter, de re iudi. qua-
re standum est sententiæ, quæ pro ueritate
habetur l.res iudicata.ff.de regul.iuris, igitur
Anechinus petere non potest domum, quia
ita fuit spoliatus per iudicem, uacuam sibi re-
laxari, ne quod una uia sibi prohibetur, alia
concedatur, contra c.cum quid, de regul. iur.
in sexto, legitimè autem processit iudex facié
do missionem in executione sententiarum, ut
etiam inferius dicetur: Ergo &c.

20 † Tertiò accedit, quod factum iudicis &
partis æquiparantur, quando rite processit. l.
si ob causam, & ibi Bal.C.de euiction.& quod
fecit, clauditur sub administratione suæ iuris-
dictionis, Ang. Aret.in §.ex non scripto. colu.
8.instit.de iur.nat.Ias.in d. l. à diuo Pio. §. sed
si emptor.numero tertio.ff.de re iud. idemque
tradit Bartol.in l.meminerint, numero quarto
C.de und.ui. † Hinc alienatio facta à iudice
ut creditoribus satisfiat facta dicitur ab ipso
debitore, ut ponit Dec.consilio 357. numerò
primo copiose Tiraq.de retract.§. primo, Glo.
14.numero 13. quos refert Menoch. consilio
68.numero 15. Sicut ergo, si Anechinus tran
stulisset dominium huius domus in Claue-
nam, non posset amplius dictę promissioni
22 Clauenæ initi: † quia ultima derogant
prioribus l. pacta nouissima. C. de pact. ita
nec eo translato facto iudicis, ratione præ-
dicta.

Et tenendo hanc partem non obstant in
contrarium deducta. Nam ad primum & se-
cundum simul respondetur, illud procedere,
23 rebus sic stantibus † contractus enim, iura-
mentum & quelibet alia dispositio talem clau
sulam recipiunt, ut de primo est casus in l.con
tinuus.§.cum quis. ff.de uerborum obligatio.
24 † De secundo tex. est in c. breui.de iureiuran.
& in l.fina.ff.qui satis.cogan.Bath. consilio 38.
colum.21.uolumine secundo, Brun.consi. 99.
col.fi.Paris.consi.97.nu.fi uol.1. Rolā. à Vall.
consi.7.num.57.uolum.3.Ceph.consilio 208.
25 numero 17. † De tertio tex.est in l.Paulo Cali
maco §.fin de leg.tertiò, tradit Corn.in consil.
189.num.6. in 2. volum.Rub.consil. 147. nu.
26 tertio. † Hinc est, quòd si debitori, qui iurauit
soluere, superuenit creditum cum credi-
tore suo post iuramentum, potest illud com-
pensare. Socin. in l. Iulianus, in fine. ff. de
condit. & demonstratio. post Tindar. in tract.
de compens. decis. Neapol. 381.columna se-
cunda. Paris. consilio 121. columna fina. uo-
27 lumine primo † pari quoque modo uidemus,
quòd si quis iurauit creditori suo soluere in-
tra certum diem, & iudex ei præceperit, ne
soluat illi creditori suo, quòd excusatur non
soluens à pœna caducitatis, cum communi-
ter

ter subditi debeant obedire superiori. Ita Io. Andr. Cardin. Flor. & Hostien. in c. significasti. de cens. Anca. in c. ad Apostolicæ. 13. notab. de re iudi. in sexto, Bald. in l. falsus. in fine. C. de furt. in l. si te bonis. C. de iure delib. Cynus in l. 2. in fine. C. quod met. caus. Bartol. in l. si creditor. in fine. ff. de soluti.

28 † Hinc & Ioannes Andreas in regula aliis. in mercur. in sexto, dedit exemplum de scolari, qui iurauit creditori suo non exire districtum Bononiæ ante solutionem, sine ipsius licentia, qui scolaris postea fuit à patre domum reuocatus, uel clericus ab Episcopo ad residentiam, quòd si recesit, & non satisfecit, fit excusatus, sequitur Feder. de sen. consilio 191. Quæstio talis est, scolaris, & decis. Neapo. 328. sed in casu nostro non eramus in eisdem terminis tempore dicti instrumenti. Quia postea latæ sunt sententiæ pro Clauena, & ei est facta missio in possessionem dictæ domus, & sic quæsitum dominium, ergo promissio & iuramentum non obstant.

29 † Secundò respondetur, & pulchrè, quòd tunc iuramentum attenditur rebus mutatis ex facto iurantis, secus si facto recipientis, tūc enim non attenditur, nec nocet iuranti, quominus contrauenire possit, exemplum habemus in capitulo quemadmodum, de iureiurando, de marito, qui quando contraxit cum uxore, promisit & iurauit eam semper tenere pro legitima uxore: si enim illa postea committat adulterium, non obstante iuramento, potest uir illam dimittere: quia facto recipientis iuramentum res mutatæ sunt, nec in eisdem terminis remanserunt, sicque declarat plenius Bero. consilio 148. colum. secunda uolum. primo. At res in casu nostro mutatæ sunt facto Anechini, qui iuramentum recepit à Clauena de relaxanda domo sibi finita locatione, quia non satisfecit Clauenæ de credito suo, & ob id lata sententia contra Anechinum missus fuit in possessionem dictę domus Clauena, meritò non obstante iuramento suo licet sibi dicere uelle insistere in ea pro credito suo.

30 † Et in quantum dicebat Clauena, non esse liberatum à restitutione possessionis, per glo. in d. l. si quis fundum. in fine tolerari potest in terminis illius textus, ubi res aliena fuerat locata, propterea ius superueniens bene liberat conductorem à iure locationis respectu locantis, sed eum non liberat à restitutione possessionis uero domino, eum sine facto suo in alium res sua transferri non potuerit. l. ius nostrum, de regulis iuris. At nos loquimur de re locantis Anechini, in qua ius superuenit Clauenæ conductori suo ex facto Anechini, quo stante non potest Anechinus se fundare in locatione per eum facta ad restitutionem possessionis, per regulam dictæ legis si quis conductionis. Nam locum non habet lata sententia pro conductore, & executioni mandata, ut in casu nostro, prout ibi declarat Bald. & clarius Ias. consilio 158. colum. secunda uol. 2.

31 † Et ad illud de iure, quod superuenit de nouo in iudicio non deducibile, respondetur, illud in actore procedere, secus in reo, qui quādocunque potest excipere de iure nouiter parto, licet non ex causa de præterito. l. Tigni. §. fina. ff. ad exhib. Bartol. Angelus Castren. & alii in l. prima. ff. de exceptio. Castren. in d. l. si rem alienam. in fine. & not. in d. l. non potest, Clauena autem est reus & excipitur ergo &c.

32 † Ad tertium dico, quicquid sit de iure digestorum prouisum, quòd cum hodie bona meliora capi possint pro satisfactione debiti per ea, quæ habentur in §. quòd autem. in auten. de fideiussor. Ideo si lata est sententia diffinitiua condemnatoria, & debitor non satisfacit creditori in pecunia, prout fuit condemnatus, est in electione creditoris capere de immobilibus etiam melioribus, secus quando fieret executio non ex sententia diffinitiua, ita intelligendo Ioannem Andr. per eum relatum declarat Alexander in d. §. in uenditione.

33 columna secunda. † Et licet idem Alexander hoc cogitandum relinquat, tamen hoc indubitanter procedit, quando bona reperirentur expresse hypothecata creditori, prout erant in casu nostro Clauenæ in instrumento sui crediti tunc enim licitum est immediate ad bona immobilia experiri, ut declarat Bero. consi. 38. nu. 35. uol. 1.

34 † Præterea secundo loco respondeo, & dico quòd ordo, de quo in d. §. in uenditione, non est necessarius, nec pro forma traditus, nec eius peruersio uitiat ipso iure, sed appellari potest quasi excedatur modus à parte, quæ in hoc grauatur, ita Ioann. Andr. Butr. Bal. Car. Zaba. & Abb. in capitulo quoniam frequenter. §. fin. ut lit. non contest. Soci. consilio 118. colum. 7. uolum. secundo, Bartol. & Cuma. in d. §. in uenditione. ubi etiam Ias. addit bonum uerbum in practica, quòd est magis communis opinio, ut ibi per eum colum. fina. in princip. hic autem non fuit appellatum per Anechinum à missione in possessionem facta per iudicem ad fauorem Clauenæ, ergo de iure procedit.

35 † Tertiò, q̄n etiā hęc opinio esset magis recepta (ꝙ negat) tamen saltē sustinet & procedit, quando iudex mandat capi bona immobilia ut in casu nostro factum est, tunc enim non dicitur expressus error, quia potest esse quòd nō extent mobilia, unde ualet processus, ita determinat Alex. in d. §. in uenditione, ad fi. dicens, ꝙ huic concordiæ uidetur inherere Inno. in d. c. quoniam frequenter. §. fi. & idem ponit etiā Alex. consi. 5. col. 2. uers. posito 2. uol. si ergo his stantibus potuit fieri immissio in possessio

nem immobilium, ergo bene ius dicitur Clauenæ quæsitũ, & succedunt quę pro ipso deduxi.

36 † Sed & quartò dico, quando etiam dicta missio esset nulla, seu ueniret annullanda, ex quo tamen per eam domus ista reperitur peruenisse ad Clauenam creditorem dicti Anechini de libris 140. ex dictis sententiis, utiquè potest ipse eam retinere pro credito suo, ita Paul. de Cast. in l. petenti in fi. ff. de pig. act. per tex. in l. si non sortem. §. si centum. cum. glo. ibi Ager autem retinebitur donec debita pecunia soluatur. ff. de cond. indeb. sequit Negusan. de pignor. in secundo membro. 3. partis n. 20.

37 † idquè maximè procedit, stante eo, quòd pro isto debito Anechinus in instrumento in causa producto obligauit Clauenæ omnia bona sua, & sic hanc domum, quo casu sine dubio potest retineri pro tali debito. l. 1. C. etiã ob cler. pec. declarat Bal. Cast. Sal. & alii in l. fi. C. comod. & ubi cessaret hipotheca expressa sub est tacita in ducta ex statuto, de tac. hypotheca emanata ex sententiis, quo disponitur, ut à die latæ sententiæ condemnatoriæ diffinitiuę contra aliquem omnia bona condemnati sint hypothecata victori, & hypothecaria actione auocari à quocunque possessore non habente potiora iura, multo fortius ergo retineri possunt, maximè contra succumbentem. p l. inuitus. §. cui damus, & ibi Dec. Cagnol. Ferrar. & alii. ff. de regul. iur.

38 † Et hinc tollitur, quod dicebatur, sententiam de pecuniis loqui, non de domo. Quia fateor, sed tamen inde nascitur ius hypothecę uigore dicti statuti, & ius retentionjs domus pro credito, donec soluatur, ut supra declaraui. Merito patet Clauenam expelli non posse, & concludo in eius fauorem esse pronunciandum.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

## Pro quibusdam possessoribus rerum.

### ARGVMENTVM.

De filiis in conditione positis non uocatis ex testamento.

### *SVMMARIVM.*

1 *Filios positos in conditione non esse vocatos ex testamento sed ab intestato tacitè, effectus pulchrè declaratur.*

2 *Filÿ positi in conditione non censentur vocati ex testamento.*

*Qua sententia communis est, nec ab ea recedendum. 3.*

*Pro qua sæpe fuit iudicatum.*

*Consuluit contra Collegium Papiense.*

*Plures tamen negant eam communem esse, & contrariam dicunt forsan esse magis communem. 10.*

4 *Filÿ positi in conditione cum qualitate masculinitatis censentur vocati.*

*Sicq́; fuisse iudicatum refert Cur. iun. 5.*

*Contrarium tamen plures tenent. 6.*

*Et consuluerunt. 7.*

*Hancq́; coniecturam friuolam dixerunt. 8.*

*Maximè stante statuto fœminarum exclusiuo. 9.*

*Fallit quando qualitas masculinitatis sæpius fuit repetita. 13.*

*Et substitutione facta in defectum lineæ masculinæ. 15.*

*Et quando tractatur de legato particulari. 16. 17. 18. 19.*

11 *Filÿ positi in conditione censentur vocati stantibus coniecturis.*

*Et an leues sufficiant. 12.*

14 *Geminatio multum operatur.*

*Auxilium meum à Domino.*

### CONSILIVM XXII.

*EGREGIVS quondam Dominus Hieronimus a farina suum ultimum condidit testamentum, in quo inter cætera iure legati reliquit Francisco filio quondam Baptistæ à farina unam petiam terræ stariorum triginta cum una domo, curtili & tegete, & dimidiã alterius petiæ terræ stariorum viginti sex, confinatas ut in testamento: & si dictus Franciscus decederet sine filÿs masculis legitimis & naturalibus, vel cum filÿs masculis legitimis & naturalibus, qui postea decederent sine filÿs masculis legitimis & naturalibus, ita quòd linea eius masculina legitima & naturalis penitus deficeret, & aliquis eorum masculus legitimus & naturalis non extaret, voluit ipse testator, dictas res peruenire ad dominam Vrsolinam eius neptem sine aliqua diminitione & detractione: Quo testatore mortuo dictus Frãciscus agnito legato dictas res alienauit, & postea decessit, relictis duobus filÿs masculis legitimis & naturalibus. Quæritur, an isti filÿ possint vindicare & reuocare istas res alienatas a patre suo contra earum possessorem.*

1 IN hoc dubio dixi, nos † esse in materia l. Lucius. secunda & ibi gloss. fi. & doct. ff. de hæred. instituen. videlicet an filii positi in conditione censeantur vocati ex testamento, an verò tantum tacitè ab intestato, primo enim casu locus est reuocationi rerum alienatarum: secundo non, vt declarat Bar. in d. l. Lucius. ad fi. & ibi Imol. col. 2. post Iac. de Are. & colum. 4. ponderando tex. in l. 1. C. de pact. vbi Dec. & alii in vltimo notabili idem tradunt, & Ancha. idem ponit cons. 74. in prin. Euerardus in libro suo de centum locis legalibus argumentandi,

in

in articulo de argumento à contrario sensu. colum.antepen.& penul. in quibus locis doct. ponunt hunc effectum & differentiam, licet, an tex.in d.l.1.C.de pact.probet, nec ne, longè du bitent, & multum super eo insistant, quod nunc non attingo.

2 † Et prima fronte dicendum videbatur, istos filios non esse dispositiuè vocatos ex isto testamento, meritò nec eos posse res alienatas reuocare. Moueor auctoritate glo. fi.in d.l.Lucius hoc expresse dicentis, & communiter approbatæ ibi per Bart.& omnes, vt latè Imol. testatur ibi col. 3. & in l.ex facto.§. ex facto, vbi etiam Alc. multos congerit, & dicit esse communem col.2.ff.ad treb.idemque latè testatur Ias. con. 89.col.prima & secunda vo.1.cons.143.col.4. & cons.206.col.1. 2. vol. vbi etiam infertur ex hoc reuocationi locum non esse, idē latè Dec. testatur cons.291.in cōs.422. in principio post multa cons.Alex.quę citat, & con.545.in prin. Rip.latè in l.centurio, nu.159.ff.de vulg.& pupill.& in d.§.ex facto nu.10.Cur.iun. cons.96. Gozad.cons.104.nu.7.Ruin.cons.140.nu.11. cons.198.vol.2.cons. 137. 138. & 139. vol. 3. Ceph.cons.16.nu.14.cons.54.nu.23.Boer.de-

3 cis.155.nu.17. † Dicens ab hac opinione nō esse recedendum in iudicando. Ias. in l.centurio.nu.29.ff.de vulg.dicens opinionem contrariam in scolis & palatiis esse communiter damnatam, & alii quamplures cumulati per Rolan. à Val.cons.51.col.5.& 6.vol.3. se tādem remittens ad Portium conclusione 12. & Clarum in §.testamentum.q.79.alios citantes. idemque latè tenet Alex.de Neuo.cons.81.n.6.referēs Angelum in d.l. Lucius, dicentem, quòd ita multoties vidit iudicari, & subinde quòd ita sæpe consuluit, & cum prędictis etiā concordat Menoch.cons.95.nu.22.Cur. cons. 45. cui totum collegium Papi.subscripsit. Zanchus in l. hæredes mei.§.cum ita, nu.707.ff.ad treb. Marzari.de fideic.q.20.Sforzia Odo.in tract.de cōpend.sub par.5.concl.3. Celsus Vgo cons. 20. nu.9.cons.60.nume.6.Alfan.collecta.iur.845. Mandos.ad Roma.cons.32.nu.8.& Bursat.consi.51.nu 6.demumque Natta cons. 551. nu. 8. vbi plura iura citat, sed inter cætera tex.in l.pōt cum sequen.ff.de vul.& pup. quem Bal. ad hoc

4 ibi not.& dicit esse casum expressum. † & licet Guid.Pap.q.184.dixerit, dictam glo. in d. l.Lucius, limitari, & non procedere, quando filii positi in conditione fuerūt cum illa qualitate masculis; Quia dictum est, si decesserit sine filiis masculis, vt in casu nostro, quem sequitur Dec.in multis locis, videlicet cons.270. co.pe. cons.318.col.pen.cons.516.nu.11.in l. 1.C.de pact.nume.16.cons.546.col.1.vbi dicit, quòd Guid.Pap.non habet contradicentem, & quòd eius opinio est verissima, & non est contra cōmunem, idemque ponit cons.574.col.fin.cons. 588.nume.11.& cons.655.col.fin. Cur.iu.con

5 si.87.col.1.† Dicens tribus vicibus pro hac parte consuluisse Brixię, & ita iudicatū fuisse, sententiamque fuisse confirmatum per Illustrissimū Senatum Venetum, idemque plures cumulans tenet Anto. Gabriel.Romanus lib. 4. tit. de fideic.conclus.4.nu.4.Ias.Rub.& Gozad.in infinitis consiliis, quos refert & sequitur Crau. cō si.62.col.fi.& cons.130. col. 2. Mant. cons. 22. nume.54.& 69.Grat.resp.32.& 89. 2. vol.& vt finem cumulandi faciam, plures alii per Rolan. à Val.cons.51.n.4.per duas col.quibus & addi potest Alba cons.86.col.fi.& cons. 87. nu. 11. motus ea ratione: quia dictio masculorum, ni-

6 hil operaretur, vt per eum. † tamen periculosa videtur illa limitatio ex præcedenti communi opinione Doct.qui non distinguunt, an simplex mentio filiorum sit facta, an uerò cum illa qualitate masculorum, immo plerique eorum loquuntur etiam quādo de filiis masculis est facta mentio, & communis opinio, de qua supra, etiam hoc casu procedit, vt Paris.testatur cons.44.col.2.& cons.86.col.3.2.vol.Soc.iun. cons.111.nu.31.cons.118.nume.15.volum.1. Dominus meus Vbert. Zuchar. in d. l. 1. C. de pact.nume.72.& per Alex.cons. 139. nume.7. vol.6 Rip.in d.l.1.nu.8.in l.centurio. ff.de vulgar.& pup.& contra Guid.Pap.fuit iudicatum

7 vt ipse testatur q.184.& q.600. † Dicens quòd maior pars Dominorū, qui in reuisione processus interuenerunt, consuluerunt, quòd per illud verbum masculis, non potest coniecturari mentem testatoris fuisse, velle filios admitti ex testamento ad bona sua, sed quòd illa verba sine liberis masculis, magis operantur conditionem, quàm dispositionem testamentariam, iuxta communem opinionem Glo.in d.l. Lucius, & infinitos admodum contra Guido.Pap. & sequaces congerit Rol.à Val.in d. cons. 51. col. 6.& 7.vbi me quoque citat in apostil. ad dominum meum Riminaldum cons. 161. Idemque Guido. Pap. fatetur, quòd Senatus Delfinal. pronuntiauit aduersus dictam limitationem, vt ille ponit cons.495.in fin.con.531.nu.12.&

8 cons.485. † vbi dicit hanc coniecturam masculinitatis esse friuolam. Demumque Cagno. in l.1.nume.49.C.de pact.dicit grauiter errasse ingenium acutissimi uiri Decii, asserentis opin.Guido.esse verissimam, & neminem contradicentem habere, cum magis recepta doctorum sententia sit in contrarium, prout etiam testatur Torniel.consi.43.inter consilia Portii, & Nat.confirmat consi. 551. num. 14. sicut &

9 Bursatus consi.52.nu.26. † Et posito etiam, ꝙ limitatio Guid.Pap.& sequacium esset uera de iure, & communiter approbata, non tamen procedit stante statuto exclusiuo fœminarum, ut in hac ciuitate, adhuc enim filii non censentur uocari, licet de masculis sit facta mentio: quia cum ab intestato fœminæ excludantur, & masculi admittuntur, non est necesse dicere masculos in conditione positos esse uocatos ex testamento, cum ab intestato soli admittuntur

tur ita Soc.conſ.116.co.25.volum.3. Rip.in d.
l.1.C.de pact.nume.9.ſequitur Socin.iun.con
ſi.111.nume.32.conſ.119.colum. pen.volum.
1.Antonius Gabrielius Rom.lib.4.tit.de fidei
com.conc.4.nu.6.

10 † Quibus tamen non obſtantibus vlterius
cogitando de iure puto contrarium eſſe verius
in caſu propoſito. Et imprimis dici poſſet, illã
opinionem gloſ.in d.l.Lucius.non ſatis eſſe tu
tam, hodieque forte non ita eſſe communem,
ſed magis contra eam eſſe hodie communem
opinionem, vt Soc.teſtatur conſ.77.col. 2.vol.
1.Grat.reſp.32.col.fi.2.vol.& latiſsimè diſpu-
tat Soc.iun.conſ.158.nume.57.vſque in fin. &
conſ.174.nu.21.2.vol.conſ.110.nu. 20. vol.3.
vbi infinitos congerit tenentes contra dictam
glo.& dicit eſſe veriorem,& forte communem
opinionem inducendo d.l.Lucius,& alia mul-
11 ta, † ſed poſita dicta opinione glo.pro commu
ni & canonizata, vt paſſim dicunt Doctores: ve
rum eſt tamen ſtantibus aliquibus coniecturis,
quòd teſtator videatur voluiſſe fideicommiſ-
ſum inducere in filiis filiorum, tunc non pro-
cedit opin.dictæ glo.immo filii poſiti in condi
tione cenſentur vocati ex teſtamẽto, ita voluit
Corn.conſ.74.col.2.2.volum.Socin. conſ.73.
colum.pen.volum.4.Cur.iu.conſ.87.in fi.Soc.
iun.conſ.141.nume.8.2.vol.Doct.in d.l.centu
rio.ff.de vulg.& pupil.& in l.1.C.de pac. Cor.
conſ.97.volum.1.con.146.colum.2.volum.2.
conſ.20.colum.8.conſ.101.colum.2.volum.4.
Parıſ. alios citans conſ.76. nume. 9. conſ.77.
nume.6.conſ.78.nume.7.volum.2.Ruin.conſ.
158.nume.13.conſ.145.nume.10.vol.3. Dec.
conſ.242.propè finem Soc.conſ.119.num.25.
volum.1.conſ.141.nume.8.conſ. 158. nu. 73.
conſ.174.nume.23.volum.2.& conſ. 110. nu.
12 me.20.volum.3. † vbi dicit etiam leues con-
iecturas ſufficere poſt Corn.quem citat in ſuis
conſiliis,& ſequitur, ſicut etiam Soc. iun. locis
citatis,& Crau.conſ.62.nume.6.Cephal.conſ.
251.nu.74.

13 † Vna autem eſt in caſu noſtro coniectura,
quòd iſte teſtator in caſu noſtro, non modo de
maſculis mentionem fecit, ſed ſæpius hoc etiã
replicauit, ibi. *Etſi dictus Franciſcus decederet ſi-
ne filiys maſculis, vel cum filys maſculis, qui poſtea de
cederent ſine liberis maſculis, ita quòd linea eius ma
ſculina penitus deficeret, & aliquis eorum maſculus
non extaret, voluit dictus teſtator res dictas perueni
re ad dictam eius neptem*. Ecce quomodo ter &
quater de hac maſculina qualitate mentionem
fecit, quod agnationis conſeruandæ gratiæ ſe-
ciſſe præſumitur. Surgitque ex hoc coniectura
voluiſſe dictos filios maſculos Franciſci ex te-
14 ſtamento vocare, † cum geminatio multum
operetur.l.baliſta.ff.ad Treb.Bar.in l.cum ſci-
mus.num.7.C.de agr.& cenſ.lib.11. latè Dec.
in l.1.nume.30.C.de pact.conſ.181. colum.3.
Crauet.conſ.201.nume.42.& Menoch. conſi.
10.nume.1.ita Grat.arguit in terminis noſtris
reſpon.89. col. fin. volum. 2. faterurque idem
Pariſ.conſ.86.nume.30.2. volum. quando iſta
repetitio maſculorum facta reperitur in eodẽ
gradu ſubſtitutionis, vt hic, ſecus vbi in diuer-
ſo, vt in caſu ſuo, & in hanc quoque ſentẽtiam
latè deſcendit Cephal. conſi. 251. nume. 77.
vbi cõmemorat infinitos, quos ad hunc caſum
deducit.

15 † Secunda eſt coniectura: quia non voca-
uit ſimpliciter teſtator hanc neptem mortuo
Franciſco ſine filiis maſculis, ſed ita demum, ſi
linea eius maſculina penitus deficeret, nec ali-
quis extaret, & ſic poſt mortem omnium ma-
ſculorum, ex quo datur intelligi, teſtatorem ta
citè dictos maſculos ſubſtituiſſe, ita Grat. re-
ſpon.106.nume.40.ſecundo volum. poſt Caſt.
conſil.81.volum.1. ſed quicquid ſit circa præ
dicta, quæ dixiſſe volui, vt materiam aliquantiſ
per attingerem, nos ſumus in caſu tuto à do-
16 ctorum controuerſiis. † Agitur enim hic de
legato particulari, quod poſtmodum grauatus
eſt Franciſcus reſtituere dominæ Vrſolinæ, ſi
deceſſerit ſine filiis, quo caſu plana eſt docto-
rum opinio, quòd filii poſiti in conditione in
legatis cenſeantur eſſe vocati ex teſtamento,
ita voluit Angel.in l.in legatis. in lectura Flo-
rentina.C.de legat.quam ibi Iaſon ſequitur,&
in l.pecuniam.colum.2.ff.ſi cert. petat. conſil.
4.colum.penul.volum.1.Corn.in dicta l. in le-
gatis, Purpur.in l.prima.colum.pen. C.de pact.
Guiliel.Bened.in c.Rainutius.de teſtamen. in
4.parte colum.8.& 9.Socin.iun.in dicto conſi.
158.colum.final.ſecundo volum.vbi etiam ci-
tat Socin. patruum ſuum in quodam conſilio
17 non impreſſo idem tenentem † & dicit Soci.
iun.quòd licet aliqui dubitent de hac conclu-
ſione,& etiam contradicant, tamen quòd ma-
gis videtur communiter recipi, quam etiam
tenet Petr. Gerard. de Petra. S. ſingulari ſuo.
61.& Catellia.Cotta libro Memorialium ſuo-
18 rum in verbo filii poſiti in conditione. † Du-
bitat autem de hac concluſione Iaſ. in dicta l.
1.C.de pact.nu.12.& contrarium tenet Clau.
Aquenſ. in l. ex facto. S.ex facto. nume. 2.ff.
ad Treb.Soc.in l.cum auus.co.pen.ff.de cond.
& demonſt.quem ſimpliciter refert Curt.iu.in
d.l.1.C.de pact.nec aliter ſequitur vel impu-
gnat, pariterque contrarium tenet Marcus Mã
tua in l.1.nu.143.in fin.ff.de off.eius, cui mãd.
19 eſt iuriſd. † Sed prima opin.eſt communior ſe
cundum Soc.iun.& pro ea ſunt plures, ad quo-
rum rationes in hac concluſione me remitto.
Et ex his dico, locum eſſe reuocationi harum
rerum alienatarum, & iſtos filios Franciſci eas
poſſe reuocare.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

## Pro D. Sebastiano Michelino.

### ARGVMENTVM.

De iuramento quando reale censeri debeat ex parte recipientis, & quando pœnis legis si quis maior. C. de transf. sit locus, & purgationi moræ non sit locus, & alia pulchra.

### SVMMARIVM.

1 *Iuramentum ex parte iurantis est personale.*
*Sed ex parte recipientis distinguitur. 2. 3.*

1 *Iurante non obseruante agi non potest contra tertium habentem causam ab eo ex illius in obseruantia.*

4 *Iuramentum quò ad obseruantiam ligat successores.*

5 *Contrariorum debet esse eadem disciplina.*

6 *Hæres ciuiliter ad pœnam potest accusari, si non obseruat quod defunctus iurauit.*

7 *Pactum in dubio præsumitur reale.*

8 *Facultas incidendi ligna transit ad hæredes legatarij.*

9 *Exceptio rei cohærens sicut obstat cedenti pariter & cessionario.*

10 *Statutum, quòd frater fratrem pro debito capi facere non possit, nec fratris cessionarius id efficere poterit.*

11 *Iurans contrauenient hæredi recipientis tenetur ad pœnas leg. si quis maior. C. de transf.*

12 *Hæres in ius defuncti succedit.*

12 *Cessionarius in ius cedentis succedit.*
*Et cogere potest debitorem ad soluendum.*

13 *Procurator in rem suam concurrens cum Domino præfertur illi.*

14 *Baldus in l. sed si hac, in prin. ff. de in ius vocan. reprobatur.*

15 *Iuramentum ex parte recipientis est reale & ad hæredes suos transit.*

16 *Iurans ut ex conuentione cadat in pœnas, leg. si quis maior. C. de transf. requiritur dolus.*
*Et est communis opinio. 17.*
*Probata tamen conuentione præsumitur dolus. 39. 40.*

18 *Periurium sine dolo non incurritur.*

19 *Qualibet causa licet iniusta excusat à dolo.*
*Sed an ex culpa, Ias. quòd sic. 20.*
*Sed auctor contra 21.*
*Alexander verò declarat. 22.*

23 *Iudices qui secundum æquitatem procedunt negligunt pœnas leg. si quis maior. C. de transf. nimium rigorosa.*
*Seruanda tamen licet dura. 29.*
*Et de iure canonico recepta. 44.*

24 *Fundans se in lege exorbitante probare debet quòd versificentur in ea contenta.*

25 *Dispositio leg. si quis maior. C. de transf. de æquitate canonica non procedit.*
*Sed contra per auctorem. 44.*

26 *Ferraria de terris Ecclesiæ respectu directi.*

27 *Mora de æquitate canonica purgari potest, si aduersarius nullum damnum passus est. 47.*
*Aut quòd ex purgatione id non patiatur.*
*Alioquin secus. 48.*
*Vel in ecclesia. 63.*
*Vel si fiat celeri satisfactione. 66.*
*Et quale tempus requiratur. 67. 68.*
*Et procedit in foro pœnitentiali non autem contentioso. 69.*
*Et ante litem contestatam non post. 70.*
*Et quando mora fuit in omittendo, secus si in faciendo. 72.*
*Nec ubi imponitur pœna ipso iure. 74.*
*Vel quando moræ fuit renunciatum. 76.*

28 *Moræ purgatio admittitur in terris Ecclesiæ.*

30 *Contrauentio minima locum facit pœnis leg. si quis maior. C. de transf. 48.*

31 *Pacto uno non seruato verum est dici pacta non fuisse seruata.*

32 *Oratio quando sumitur ex vniuerso in vno falsa redditur in totum falsa.*

33 *Contrariorum natura qualis.*

34 *Dolus est non obseruare promissa. 41. 42.*
*Vel consumendo rem alienam. 35.*
*Et qui lucrum quærit cum iactura alterius. 36.*
*Et circa prohibita. 37.*

35 *Consumens rem alienam censetur in dolo.*

38 *Aedificia demoliri quando prohibitum.*

40 *Dolus committitur non faciendo id ad quod quis erat obligatus.*
*Et quando quis multa promisit quæ impleta nō fuerunt. 42.*

43 *Leges de contractibus loquentes approbatæ sunt de iure canonico. ubi non contradicit.*

45 *Lex si quis maior. C. de transf. locum habet in quocunque contractu.*
*Et in quocunque loco. 46.*

50 *Pœnæ omnes de quib. in l. si quis maior. C. de transf. imponuntur ipso iure.*
*Licet Cagn. dixerit commun. esse in contrarium & male. 54. 61.*

51 *Aequalis determinatio fieri debet. 56.*

52 *Socium occidens, qui promiserat cum quiete & charitate fraterna tractare, ex primo vulnere cadit ab omni commodo societatis & ad hæredes socij occisi pertinet non ad fiscum.*

53 *Mora non purgatur post exec. factam. 75.*

55 *Opi. communis ex maiori numero doctorum colligitur.*

57 *Intellectus. l. si quis maior. C. de transa.*

58 *Dictio mox, denotat ipso iure.*
*Et pro confestim accipitur & sine interuallo. 59.*

60 *A propria significatione in dubio non recedendum.*

62 *Lucrum radicatum reputatur damnum si amittitur.*

63 *Intellectus. c. 1. finam de pœnis.*

64 *Ecclesia non debet esse prona ad pœnas consequendas.*

65 *Mora purgabilis ex quibus. 66.*

66 *Tēpus ad purgandam moram arbitrarium. 67. 68.*

*Iuri*

69 *Iuri ciuili standum etiam in terris ecclesiæ quando contrarium non est decisum iure canonico.*
70 *Moræ purgatio non admittitur post litem contestatam.*
*Etiam de æquitate canonica.* 71.
73 *Mora odiosior in faciendo quàm in omittendo.*
77 *Clausula renuntiationis omni iur. & legum aux. inducit renuntiationem purgationis moræ.*

*Auxilium meum a Domino.*

## CONSILIVM CXXI.

*Bartholomeus & Dominicus fratres à Melis ex vna, & Petrus Ioannes de Schinchijs (detto il panciera) ex altera, cum omnes vtrinque prætenderent ius habere in quadam domo ad infrascriptam deuenerunt transactionem. Imprimis enim dicti fratres consignarunt dictam domum dicto Petro Ioanni ad habitandum toto tempore vitæ suæ, è contra verò ipse Petrus Ioannes promisit dictis fratribus & successoribus vel habituris causam ab eis, post mortem suam dictam domum relaxare cum omnibus melioramentis in ea factis absque aliqua solutione de eis facienda. Item promisit dictis fratribus dictam domum suis sumptibus manutenere coopertam toto tempore vitæ suæ, hoc etiam pacto inter alia apposito, quòd liceat dictis fratribus de Melis, & suis vt supra ad omnem plene placitum cuiuslibet eorum conuersari in dicta domo tam de die, quàm de nocte, absque tamen molestia & impedimento dicti Petri Ioannis. Demum in fine instrumenti super his celebrati appositum fuit iuramentum de obseruando singula, & non contraueniendo. Post verò aliquod temporis interuallum in facto supponitur, dictos fratres à Melis vendidisse omne ius suum, quod in dicta domo habebant, saluis iuribus dicti Petri Ioannis toto tempore vitæ suæ Sebastiano Michelino pro pretio inter eos conuento: cesseruntq; ei omnia iura sua, & actiones tacitas & expressas, vtiles & directas, eumq; in rem suam procuratorem fecerunt, vt suo nomine proprio possit omnia & singula facere, quæ ipsi possent in ampla forma, super his latius confecto instrumento. Demum dictus Petrus Ioannes deuastari fecit quoddam solarium dictæ domus, & quandam partem tecti dictæ domus, lignamina, & tegulas vendendo, quæ domus ita remansit per annum cum dimidio, impediuitq; pari modo dictum Sebastianum cessionarium, & singularem successorem dictorum fratrum à Melis ingredi & conuersari in dicta domo, quo viso dictus Sebastianus contra eum intentauit remedium legis si quis maior. C. de transact. Quod sentiens dictus Petrus Ioannes reficere fecit dictum tectum. Duo ergo occurrunt in præsenti consultatione. Primum est, vtrum pœnæ d. l. si quis maior. ex contrauentione iurantis committantur cessionario, seu singulari successori recipientis iuramentum. Secundò posito quòd sic, an contraueniens in casu nostro possit conueniri, an verò ad euitandas dictas pœnas possit morã purgare.*

1 Circa † primum videbatur aspectu primo dicendum, quòd dictæ pœnę non cõmitterentur: eo quia iuramentũ est personale, non modo ex parte iurantis, vt per Inno. Hosti. Abbatem & alios in c. veritatis. de iureiur. Emilia num. cons. 73. n. 40. Bero. cons. 49. n. 37. vol. 1. sed etiam recipientis illud: & ideo si tu iurasti soluere centum Titio, Titiusque cesserit iura sua alteri, si tu non soluis cessionario, nõ es pIurus, ita eleganter Bal. Fulg. & Rom. in l. sed si hac, in prin. ff. de in ius vocan. ex quibus auctoritatibus in proposita quæstione Cur. iun. in d. l. si quis maior. nu. 25. multum dubitauit, & in hanc partem inclinauit, licèt cogitandum reliquerit: quia (vt ipse dicit) doctores in specie non tangunt, & sicut ex parte iurantis non obseruantis agi non potest contra tertiũ eius successorem ex inobseruantia sui auctoris; vt per Alex. cons. 92. in fi. col. 2. vol. 1. ita ex parte recipientis iuramentum non videtur, quòd tertius habens causam ab eo, prout in casu nostro cessionarius, possit super inobseruantia iurantis vim facere.

2 † Mihi verò vlterius cogitanti contrarium videtur esse de iure dicendum, moueor: quia an iuramentum ex parte recipientis sit reale, vel personale Abb. in capitulo veritatis. columna secunda. de iureiurand. distinguit, aut fuit iuratum tibi, & successoribus, vel sub nomine dignitatis, puta promitto Episcopo Senensi, & tunc reale dicitur, & sic transit ad successores, aut verò simpliciter fuit pręstitum sub tamen nomine proprio, vel appositum fuit aliquod verbum personale, puta promitto tibi, & tunc personale præsumitur, nec transit ad
3 successorem. † Sentit igitur Abb. Quòd vbi simpliciter, non sub nomine proprio, nec personaliter est pręstitum, sed impersonaliter, vt in casu nostro, vbi dicit, quòd dictus Petrus Ioannes iurauit attendere & obseruare, nec addidit dictis fratrib. de Melis, vel aliquid aliud quòd tale iuramentum censeri debeat reale, & & ob id transitorium ad successores dictorum
4 fratrum à Melis, † & Et sicut ex parte iurantis iuramẽtum suos afficit successores, vt ad illius obseruantiam teneantur, Bar. & Imol. in c. cum contingat. de iureiur. post Fede. de Sen. in suis consiliis, Dominus meus Rim. cons. 203. n. 14.
5 † pariter è cõtra respectu recipiẽtis iuramẽtũ debet eius successoribus prodesse, ut contrariorum sit eadem disciplina. l. fi. §. contra quoque. ff. de leg. 3. & pulchrè ponit decis. Neapo. 381. colum. fin. Dicens, quòd oportet hęredẽ stare ei, quod iurauit defunctus, ut dicit And. de Iser. in constit. Reg. incip. eos, qui scienter.
6 † Igitur hæres ciuiliter ad pœnam potest accusari, si non obseruat, quod defunctus iurauit, sequitur Rol. à Val. consilio 17. numero 17. uolumine primo.
7 † Confirmatur: quia pactum in dubio præsumitur

sumitur rede l. iurisgentium. §. pactorum. vbi Bart.not.ff.de pact.& in l.qui in futurum. §. 1. ff.eo.sequitur Dec.consi.51.nu.2.Idque maxi mè procedit, quando actus fuit determinatè promissus, secundum Bartol. in l. pater filiæ.ff. de ser.leg.Hinc dicunt Bal.Ang.Cy. Alex. Ias. & alii in l.Apud Iulianum.§.si quis alicui.ff.de leg.1.sequitur Dec. consilio 262. columna.2.

8 † Quòd si testator alicui concesserit facultatē incidendi decem currus lignorum ab igne ex nemore suo, talis facultas etiam competit hæredibus legatarii. Quia cōcessio certam habet determinationē, argu.l.si necessarias.§.de uen dendo.ff.de pignor. action. ex quibus pariter in quæstione nostra, cum simus in dubio, & pro missio iurata dicti Petri Ioannis sit determina tè apposita, uidelicet ad manutenendum tectā hanc domum, & ad dimittendum dictos fratres à Melis conuersari in dicta domo, quòd debeat realis censeri, & per consequens transire in dictum Sebastianum cessionarium, & singularē successorem dictorum fratrum à Melis.

9 † Secundò principaliter moueor. Nam uidemus, quòd exceptio rei coherens, sicut obstat cedenti, ita etiam cessionario, etiam ex causa onerosa.l.in hoc iudicio.§.si iter.ff.com.diuid. l.idemque.ff.pro soc.tradit.Bart.in l. doli.col. fin.ff. de nouat. Alexander consi. 53. ad fin.2. uolum.& est de mente Roman.consilio 87.nu.

10 3.† Hinc si statutum diceret, quòd pro debito fratris frater capi non possit, & sic in rem loqueretur, utique si frater cederet actionem suam contra fratrem, cessionarius non poterit facere capi fratrem cedentis. Ita Bal.Imol.Castren.& Alex.in l. si post diuortium.ff.solut.matrim.quę cum ita sint, è contra dicendum uidetur, quòd ius cedenti competens rem respiciens competat eius cessonario, & contrariorum eadem sit disciplina, & sic ius agendi ad pœnas d.l.si quis maior.competens dictis fratribus à Melis debet dicto cessionario suo Sebastiano competere, cum causetur ex contrauentione dicti Petri Ioannis, quę rem respicit.

11 † Tertiò hanc quæstionem decidit in terminis ferè nostris Cagno.in d.l.si quis maior.nu. 199.ubi vult, licet concise satis, ꝙ si contrauentio sit facta hæredi recipientis iuramentum, hæres possit agere ad pœnas illius legis. Quia ex quo contrahens iurauit omnia conuenta attendere & inuiolabiliter obseruare, & nunquam contrauenire, satis dicitur reale iuramentum ex parte recipientis, & sic si ille, qui iurauit, contraueniat, satis dicitur incurrere pœnas

12 dictę legis. † Cum igitur ibi sit decisio in hærede recipientis iuramentum, idem dicēdum est in eius cessionario: sicut enim hæres in ius defuncti succedit.l.nihil aliud.ff.de uer. signi. ita & cessionarius.l.emptor.& ibi not.Bal. C. de hær.uel act.uend. Vnde potest cogere debitorem uinctum ad soluendum, sicut poterat cedens.l.1.C.de noua.l.si non sortem.§. libertus, uers.sed si delegatus.ff.de cond.ind.tradit. Alex.in l.2.in prin.col.penul.ff.sol. ma. Natta consilio 382.in prin.immo hoc tanto fortius in casu nostro esse debet, in quo dicti fratres à Melis non modo iura sua cesserunt dicto Sebastiano, sed etiam eum procuratorem, in rem suam fecerunt in ampla forma, ut cātat eius iu

13 ramentum † quod ius est adeo potens, ut si cōcurrat dominus & procurator in rem suam, ab eo causam habens, procurator præferatur, ut tradit Cyn.Bartol.& Sal.in l.3.C.de nouat. ergo nimirum si debet sic Sebastianus agere posse ad has pœnas, sicut potuissent dicti fratres à Melis.

14 † Nec obstāt adducta in contrarium. Et primò decisio illa Baldi in d. l. sed si hac. Nam ut inquit Cagnol. supra citatus, quicquid sit in aliis terminis, in casu nostro iuramentum dicitur reale. Secundò contra Baldum est decis.Inno in d.c.ueritatis. quam referunt & sequuntur Bartol.& Imol.& alii in l. qui supersti

15 tis.ad fin.ff.de acquiren.hæredit. † quòd imò iuramentum ex parte recipientis est reale, & ad hæredes transit, licet ex parte iurantis sit personale.

Non obstat etiam decisio Cur. Iun. in d.l.si quis maior. Quia ex prędictis redditur falsa, & contra eum stat Cagnol.ibi.Quinimò nec Curtius id affirmat, sed cogitandum relinquit, subditque, quod si casus contingeret, uellet melius cogitare, sequè tandem remittit ad not. per Abb.in d.c.ueritatis.ex cuius uerbis dicit Curt.colligi posse decisionem huius dubitationis. Vnde super Curt.non potest uis fieri, immo remittendo se ad Abb. qui pro successore concludit, inducendo ut supra feci inclinat in hanc partem. Postremò quoque nihil facit decisio Alexandri in dicto consilio 82.& Bero.. consi. 149.uol.1.quia agitur ibi de periurio auctoris, qui tertio causam ab eo habenti nocere non debet, quod est tolerabile. Cum alteri per alterum iniqua conditio adferri non debeat c.alteri, de reg.iur.in 6.At hic tractamus de eodem periuro & inobseruante, contra quē cessionarius sic agere pōt sicut cedēs ꝛ: si enim periurus est quò ad unum sicut quò ad alium, meritò eodem iure censeri debet.

16 † Circa secundum uideretur prima fronte dicendum, dictum Petrum Ioannem in casu nostro conueniri non posse, & ad dictas pœnas non teneri. Inter enim alia requisita, ut competat remedium d.l.si quis maior.requiritur ut dolus ex parte contrauenientis interuenerit, adeo ut lata culpa non sufficiat, ita fuit de mente Bal.in l.obseruare.§.proficisci. col. 3.ff.de offi.procons.& leg.quem & citat ponderat ad hoc Alexander in l. fin. circa finem. ff. qui satisd.cog.& in l.qui iurasse, num. 3. ff. de iureiurand.& expresse tenet in consi. 92. col. penul.uol.1.idem tenet Castren.in d.l.si quis maior.in princ.ubi etiam Cur.Sen.nu.5. Cur.

Iun.

Iun.numero 16. Iac.de ſanct. Georg. col. pen.
Cagnol.nu.186.& Aquenſis col.fin.Qui dicũt
eſſe communem, & Alex.col.3. Iaſ. conſ. 44.
col.4.conſi. 118.col. fin. uol. 1. Caſſad. deciſ.
2.de iureiuran.Fel.in c.1.col.penu.eo.tit.Ber-
trandus conſilio.143.col.pen.uo.primo,Guid.
Pap.conſi.31.nu.24.& ſing.620.Dec. conſilio
452.nu.4.D. meus Riminaldus conſi.419.nu.
17 7 †& Claud.Aquenſ.in d.l. ſi quis maior. nu.
41.Qui teſtatur hanc eſſe magis communem.
Mouentur omnes ea ratione: quia d.l. ſi quis
maior,ſundatur in periurio contrauenientis,
18 † Quod piurium ſine dolo non incurritur.d.l.
qui iuraſſe.in princ. & 22. quæſt.6.§.item op-
ponitur.Ream namquè linguam non facit niſi
rea mens.c. homines. & c.fin.§.Epiſcopus. 22.
quæſt. 2. & conſert cap. 2. eadem cauſa, & eſt
communis doctorum ſententia in l.qui iuraſſe
in princ.ff.de iureiuran.& in c. breui.eod. tit.
19 † ſed quælibet cauſa licet iniuſta excuſat à do
lo l. igitur. §. poteſt. ff. de lib. cauſ. l. 1. in fin.
ff.de abig. Iaſ. Curt.& alii plures in d.l. ſi quis
maior.Iaſ.in d.l. de quibus. col. 3. ff. de legi.
Dec.in l.1.n.4.ff.quòd quiſque iur. Caſt.conſ.
45.nu.3.Dec.conſi.102.nu.14. Iulius Scarla-
tinus conſi. 112.nu. 39.& Petrus Follerius.
conſi.139.nu.11. primo Tomo criminalium
20 † Et licet Iaſ.in d.l.ſi quis maior.hanc opinio
nem impugnet nu. 4. quia immo periurium
etiam committatur ex ſola culpa, ut tenet Bal.
in c.ſi de feud.§.licet,per illum tex. ſi de ſeud.
fuer.contro.ubi etiã Aluaro. col. 2. poſt Iſer.
& glo.fin.in Clem.non poteſt,quam ibi in ſpe-
21 cie ſequitur Imol.de procurat. † tamen hanc
Iaſ.ſentẽtiam ego nõ probo. procedere enim
poteſt quò ad actum periurii incurrendum,nõ
quò ad pœnas periurii, ut idem Iaſ. concordã
do opiniones tradit in d.l.qui iuraſſe.ſequitur
22 Cur.Iun.in d.l.ſi quis maior.nu. 17. † Vel ſe-
cundum Alexandr.ibi id tolerari poſſet in legi
bus, quæ correctoriæ ſimulque pœnales non
eſſent, nec tanto iuris rigore niterentur, pro
ut d.l.ſi quis maior.cuius materia correctoria,
ſimulque pœnalis eſt,& multo iuris rigore ple
23 na. Hinc † ipſe ibidem meminit plerunque ui
diſſe eos, qui ex mandato principis ſola æqui
tate attenta ius dicunt, quò ad pœnas dictæ
legis attinent, eam ceu duram negligere. idẽ
que Curt.Iun.tradit nu.17.& Rolan.à Val.cõſ.
57.in fin.uol.1.atque alibi tradit Corn. conſi.
246.col.1.uol. 3. De quo meminit Rol. à Val.
24 conſi.57.nu.46.uol.1. † Diſpoſitio d.l. ſi quis
maior. eſt nimium rigoroſa & dura, adeo ut
etiam ubi omnia de plano militent, quæ ibi
ponderantur, uix obtineat in practica biſquè
commemorat indices uidiſſe uolentes eam
admittere,undè cum,ut ipſe ſubnectit, fundãs
ſe in lege exorbitante probare debet, quòd ue
rificentur ea, quę in d.l.exorbitante contine-
tur, ut tradit Io.And.in c.1.de homicid. in 6,
poſt eum Bal.in l.ſi quis non dicam rapere. C.
de epiſ.& cler. Gloſ. & Doct. in clem. fin. de
reſcr. ſequi uidetur in caſu noſtro,ꝯ ex quo nõ
apparet contrauentionem factam per dictum
Petrum Ioannem in his,de quibus in Themа-
te,proceſsiſſe ex eius dolo, utiquè ad dictas pę
nas eum teneri non poſſe.
25 † Secundò principaliter ex alio nõ uidetur
iſte Petrus Ioannes conueniri poſſe ad has pœ
nas: quia in terris Eccleſię,& ubi ſeruať ius Ca
nonicũ, diſpoſitio d.l.ſi quis maior non proce
dit.Ita uoluit Bal.in l. qui crimen. in 11.q. C.
qui accuſ.ubi dicit, quòd de ęquitate Canoni-
ca non procedit,quòd etiam Alex.col.1.confir
mat in d.l. ſi quis maior. & de terris Eccleſiæ
clarè determinat Cagn.num. 156.poſt Parpal.
26 in 3..q. † Hęc autem ciuitas noſtra Ferra. eſt
de terris Eccleſiæ,ut per Card.in conſi. 2.hic-
que ius Canonicum ſeruatur ſecundum eum,
ergo &c.
Tertio ad fauorem huius Petri Ioannis acce
dit.Nam, ut in facto pręmiſi, ipſe dirupta atq;
27 deuaſtata reſtituit † & ſic moram purgauit,
quę ſemper de æquitate Canonica purgari po
teſt,iuramento non obſtante, tradit hoc Bald.
in dicta 11.q.motus ex notatis per gloſ. in c.
apud miſericordiã.32.q.1.ſequitur & comen-
dat Alex.in d.l. ſi quis maior.nu. 7. in fin. Iaſ.
nu.26.in fin.Iacob.de ſanct. Georg. num. 43.
Alex.col.2.Parp.in 13. not. Cagnol. nu. 152.
Dec. conſi. 138. columna. 2.in fin. Senatus
28 Pedemont.deciſ.71.nu.58. † & Ideo in terris
Eccleſiæ, ut hic, ſemper admittitur purgatio
moræ, ut ſic inſert Bertran.conſi.116.uiſo ca-
ſu,vol. 1.ſequitur Rip.in l.ſi inſulam.nu. 93. ff.
de uerb oblig.& hæc pro Reo.
Quibus tamen non obſtantibus ad ſauorem
Domini Sebaſtiani agẽtis ad pęnas d. l. ſi quis
maior.inclino.Eius enim intentio clarè funda
tur in contrauentione facta per dictum Petrũ
Ioannem, de qua ſupra in Themate, qua ſtante
textus in d.l.ſi quis maior.apertè dicit aduer-
ſus eum ( careat emolumento, quod ex tranſa
ctione fuerit conſecutus ) Et ad fauorem Seba
ſtiani obſeruantis ſubdit(itaque omnia earum
mox commoda deputabuntur eis, qui inteme
29 rata pacti iura ſeruauerint) † quæ lex licet ſit
dura,tamen ſeruanda eſt l.proſpexit.ff.qui & à
quib & 6.quæſt.3.c.ſcriptum eſt.per quę ita tra
dit Cor.conſi.266.col.2. uol. 3. & adeo ponde
ratur contrauentio in hac materia uigore iura
30 menti, † ut quęlibet etiam minima contra-
uentio faciat quem incurrere pęnas d.l. ſi quis
maior.& ibi tradit Cur.iun.& Parpal.in 11.q.
ſequitur Cagn.nu.195.licet Alex.ibi col. pen.
teneat contrarium, ſed cum prędictis tenet
Grat.reſp.67.nu.25.uol.1.Dicens ꝯ ad euita-
tionem pœnæ non ſufficit particulare imple-
31 mentum † & pulchrè Natt. conſi. 481.nu. 22.
poſt Caſtren.conſ.176.col.2.uol. 2.ubi loquẽs
in materia pactorum dicit, quòd ſi in uno pa-
cta ſeruata non fuerint, uerum eſt dicere pacta
non

32 non fuisse seruata: † quia quoties oratio sumitur ex uniuerso, si in uno est falsa, reputatur in totum falsa. l. si is qui ducenta. §. utrum. ff. de rebus dub. Non ergo possunt dici pacta fuisse seruata, si in uno fuerint violata, & per con
33 sequens dici possunt non seruata: † quia duorum contrariorum hæc est natura, quòd ad positionem unius sequitur destructio alterius, & è conuerso. l. sed & si pupillus. §. pen. & ibi not. ff. de instito. Et si ita est, pœna tota committitur, & ut ibi latius per eum. Vnde ex quo dictus Petrus Ioannes impediuit dictum Sebastianũ conuersari, immo etiam ingredi dictam domũ cõtra cõuenta in trãsactione, nec in hoc unquã moram purgauerit, sequitur quòd & si cætera adimpleuisset, tamen ex hac sola contrauentione teneri debet ad pœnas d. l. si quis maior.

Sola superest difficultas in tollẽdis adductis in contrarium, in quorum resolutione clarius ueritas præsentis consultationis apparebit.

34 † Ad primum igitur de dolo, qui requiritur in contrauentione, illud fateor, & dico satis in casu nostro de dolo dicti Petri Ioannis constare: dolus enim est nolle obseruare, quod quis promisit. l. dolus. ff. mand. l. 1. §. est autem apud ff. depos. Graue enim est fidem frangere. l. 1. ff. de constit. pecu. hic enim Petrus Ioannes impediuit dominum Sebastianum ingredi & cõmorari in dicta domo, & sic noluit obseruare promissa, ergo &c.

35 † Confirmatur hoc. Nam consumens rem alienam censetur esse in dolo. l. Nesennius. §. fundum. ff. solut. matrim. quod etiam procedit in consumente rem alienam pro parte, argu. l. quæ de toto. ff. de rei uind. tradit Cor. consi. 128. col. 2. uol. 3. sequitur Craue. consi. 142. nu.
36 16. † Item dolus præsumitur contra eum, qui cum iactura alterius lucrum quærit. l. si quis mancipiis. §. fin. ff. de inst. act. quam ad hoc citat Dec. in l. cum fundus. §. seruum tuum. col. 2. ff. si cer. pet. nu. 6. sequitur Crau. in d. consi. 142. nu. 7. ubi etiam citat multa contra Salc. & tradit item Dec. in l. iure naturę. ff. de reg. iur. sed iste Petrus Ioannes consumpsit partem dictæ domus, deuastando dictum solarium & tectum, trabesque lignamina, tegulas, & id genus uendendo, prætiumque in suos usus conuertendo, quod lucrum cum iactura Sebastiani domini dictæ domus quæsiuit, ergo patet
37 eum in dolo ex prædictis fuisse: † Rursus & 3. in his, quę generaliter sunt prohibita, dolus præsumitur, ut probatur in c. 2. de præscrip. in l. 1. C. de sic. in l. si non conuitii. C. de iniuriis, per quæ iura ita tradit Paris. consilio 78. num. 16. in 4. uol. Cor. consi. 84. nu. 12. uol. 3. & in
38 consi. 158. nu. 8. in 4. uol. † sed demoliri ædificia in totum uel etiam eorum partem (nisi quædam de una domo in aliam transferantur, quod minimè hic factum fuit) generaliter est prohibitum. l. 2. C. de ædif. priuat. l. senatus. ff. de contra. emp. ergo patet, dictum Petrum Ioannem in dolo fuisse, & sic ex prædictis concurrit hoc requisitum doli in eius contrauentione, quod ponderant Doctores supra citati, meritò ad pęnas d. l. si quis maior potest conueniri & tene-
39 ri ad eas, † & ne desint auctoritates in terminis d. l. si quis maior, adduco Cesal. cons. 265. col. 2. dicentem quòd si agens ad pœnas d. l. in libello dicat aduersarium dolo contrauenisse, si probet contrauentionem, satis etiam dolum
40 probat, † qui eo ipso committitur, quòd quis id non facit ad quod erat obligatus. l. dolus. l. si procuratorem. §. dolo. ff. mand. l. dolo. ff. ad l. falcid. Crau. cons. 32. nu. 15. Fel. in c. si autem. fal. 1. de rescrip. Aret. in l. 4. §. Cato. col. 5. ff. de uerbo. oblig. & ibi Soc. num. 15. Cale. cons. 24. col. 4. Petrus Follerius cons. 140. nu. 10. primo Tomo criminalium diuersorum. Et sic actor eo ipso quòd dolum deducit, & contrarium per aduersarium non probatur, dolum probat. l. pen. C. qui mil. non pos. lib. 12. Ias. in l. is potest.
41 col. 8. ff. de acquir. hæred. † sed & ultra Ceph. sic pariter arguit Rol. à Val. cons. 57. col. 1. uol. 1. ubi dicit, non obseruantem promissa in dolo dici, per dicta iura, citatque Roman. cons. 332. 2. dub. Corneum cons. 116. ad finem vol. 1. Craue. cons. 6. nu. 96. & cons. 75. num. 6. cõs. 100. nu. 9. cons. 115. col. 1. & cons. 192. nu. 15.
42 † vbi dicit, quòd dolus arguitur ex proposito, quando quis multa promisit, quæ impleta nõ fuerunt, & si pars contendat, se adimpleuisse, ad eum pertinet onus probandi, non ad eum, cui implendum sit.

43 † Ad secundum verò de terris Ecclesię, in quibus illa lex locum non habet, dico ueritatem esse in contrarium, cum alibi communi calculo decisum sit, omnes leges ciuiles, quæ tractãt de contractibus, approbatas censeri de iure Canonico, ubi canones non contradicunt, ut not. Abb. in c. ecclesia sanctę Mariæ. col. 4. de const. ubi Felin. & abundè Dec. nu. 32. uersic. 3. conclusio, cum aliis cumulatè per eundem citatis cons. 452. num. 13. Cor. cons. 121. uol. 1. cons. 40. col. fin. uol. 4. Grat. resp. 93. nu. 70.
44 uol. 1. † Ex quibus in terminis nostris decidit ipse Dec. in allegato cons. 452. d. l. si quis maior. receptam uideri de iure Canonico, &
45 eo iure locum habere. † Confirmatur. Sicut enim dicta lex locum habet in quocunque contractu præter transactionem, ut per Bartol. & alios ponderantes uerbum pacta. Cor. cons. 69. in princ. cons. 121. uol. 1. cons. 130. uolu. 3. & cons. 40. vol. 4. Ruin. cons. 198. num. 6. vol. 1. Guid. Pap. cons. 31. uers. ad tertium dubium, & cons. sequen. uers. ad sextum, dicens illam legẽ locum habere in quacunque alia promissione iurata, & in pacto nudo iuramẽto firmato. Rip. respon. 8. 3. parte cum similibus per Rolan. à
46 Val. in d. cons. 57. num. 15. † pariter debet habere locum in quocumque loco, cum potissime natura legis sit non esse localem. l. leges. C. de leg. ibi, per oẽs populos, & in l. vnica. C.

de

de vſuc. transf. cum ſimul. quæ cum ita ſint, con
ſtat, Bal. Cagnol. Parp. & Alex. ſupra citatos cō
trarium uolentes malè loqui, & contra rece-
ptam Doctorum ſententiam in d. c. eccleſia ſan
ctæ Mariæ, & ob id in hoc eis deferendum
non eſſe
47 † Ad tertium de purgatione moræ, quæ
de æquitate Canonica admittitur, iuramento
nō obſtante, dico diligentius aduertendum eſ
ſe. Illud enim proceditur, quādo per illam mo
ram aduerſarius nullum damnum eſt paſſus,
tunc enim ſuccedit æquitas illa iuris Canoni-
ci, ſecus ſi aduerſarius propter illam moram ali
quod damnum eſt paſſus, tunc enim etiam de
æquitate Canonica purgatio moræ non ad-
mittitur, ita Bal. in l. ſi pacto, quo pœnam. col.
pen. C. de pact. Alex. in d. l. quis maior. nu. 7. in
fin. ſequitur Cagnol. num. 155. Iac. de ſanct.
Georg. nu. 44. & Iaſ. conſi. 9. col. 4. ante mediū
uol. 1. Grat. reſp. 95. num. 76. uol. 1 Gozad. cōſ.
57. nu. 18. Ruin. conſ. 133. col. pen. vol. 1. ſed in
caſu noſtro iſte Sebaſtianus paſſus eſt dānum,
ut enim in facto ſupponitur, ex dicta mora in
reficiedo dictum tectum, lignamina quędam
marcida facta ſunt ob pluuias cōtingētes. Prę-
terea, nondum etiamfuit admiſſus in dictam
48 domum, † & ſic quò ad hoc mora non reperi-
tur purgata, ſed durat contrauentio, cuius oc-
caſio ſatis eſt, vt contra eum ad dictas pęnas agi
poſsit. Cum minima contrauentio ſufficiat, ut
49 ſupra dixi. † Secundò etiam, quando ex dicta
mora non fuiſſet in damno dictus Sebaſtianus
quia tamen ex eius purgatione, ſi ualeret, pate
retur damnum: quia priuaretur iure ſibi quæſi
to ex contrauentione, meritò talis purgatio in
eius damnum admitti non debet, etiā de ęqui
tate Canonica, ita dicit Pariſ. conſ. 19. nu. 238.
2. vol. ubi inter cætera ſe fundat in notatis per
Alex. & Iaſ. poſt alios in l. & ſi poſt tres. in 1.
50 not. ff. ſi quis caut. † ubi dicunt, quòd cum
purgatio morę ex æquitate ſit inducta l. ſi ſer-
uū. §. ſequitur. ff. de uerb. oblig. meritò ęquū
eſt, ut quis moram purgare poſsit, cum per ip-
ſam purgationem fiat, quòd ſibi proſit, & aduer
ſario non noceat. l. 2. §. item Varus. in fi. ff. de
dam. infect. vbi ergo aduerſario noceret, ſen-
tiunt expreſsè, quòd non admitteretur dicta
purgatio, quod clarè & apertè ponit idē Alex.
in l. ſi inſulam, num. 25. uerſ. quartò fallit. ff. de
uerb. obligat. quorum concluſio ſi uera eſt de
iure ciuili, ut loquuntur Alex. & Iaſ. fortius de
æquitate Canonica debet procedere, ut ſic ſtā-
te damno, quod tertius incurreret per purga-
tionem moræ ab altero faciendam, dicta pur-
gatio non ſit admittenda: quòd autem in caſu
noſtro per dictam purgationem dictus Seba-
ſtianus damnum incurreret (ſi ea admittere-
50 tur) oſtendo. † Nam in terminis d. l. ſi quis
maior, omnes pœnę, de quibus ibi, imponun
tur ipſo iure, adeo quòd non eſt opus aliqua
ſententia, ſaltem condemnatoria, licet decla-
ratoria ſecus; ita Bar. ibi col. fin. Ang. nu. 6. Do
minus meus Riminaldus col. pen. Aret. in 7.
not. licet, & malè, in contrarium per Cagnol. al
legetur, Claud. Aquen. nu. 16. Imol. in l. ſi inſu
lam. col. 7. ff. de uerb. oblig. uerſ. fallit 5. ubi al-
legando d. l. ſi quis maior. dicit, ibi executio-
nem pęnę eſſe factam à lege, & ſic ipſo iure idē
51 quę repetit col. 10. † ubi dicit, omnes pœnas.
d. l. ſiquis maior, eodē tempore locum habere
copulatiuè. Sicut ergo pęna infamiæ, periurii
priuationis actionis ipſo iure contingunt, ſe
cundum omnes indiferenter ibi, ergo & aliæ,
argu. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupill. quam
Imol. citat in dicta 10. col. Idem quoque tenēt
ibi Moder. Bono. in fin. nu. 88. Corn. conſ. 121.
nu. 14. vol. 1. & in conſ. 266. colum. 2. 3. uol. vbi
ultra Imol. in d. l. ſi inſulam, citat etiam Salic.
idē tenentē in repetitione l. ſemel mora. ff. ſo-
52 lut. matr. † & per hoc cōcludit ex cōtrauētione
facta in cōtractu ſocietatis iurato per ſociū in
occidendo ſocium, cū quo promiſſerat uiue-
re pacificè, quietè & fraterna charitate cum tra
ctare, commoda omnia et iura occidentis ex
primo vulnere, in cū illato ipſo iure in eū eſſe
trāslata, & ob id ad eius hæredes ptinere, non
53 autem ad fiſcum, quod eſt ualde notabile † Idē
quoque ſentit Alex. in d. l. ſi inſulam. 12. limit.
ubi loquendo in terminis d. l. ſi quis maior. di-
cit, quando executio facta eſt, moram non pur
gari, & ſic ſentit pœnas, de quibus ibi, ipſo iu
re imponi, idemque ibi tenet Curt. Sen. & di-
cit eſſe communem nu. 38. & Cur. Iun. in fine.
idem poſtremò tenet Alexander. ibi in uerſ.
mox commoda. dicens, receptius uideri & ue
rius, omnes pœnas, de quibus ibi, paris eſſe
cauſæ, & ipſo iure in eas incidi, tametſi decla
54 ratoria iudicis neceſſaria ſit † Vnde mihi ſanè
mirum videtur, quomodo Cagnolus nu. 146.
dixerit, communem eſſe in contrarium, cum
ſex aut ſeptem Doctores citet, & longè plures
55 ſunt ſuperius à me relati † qui per eorum maio
rem munerum reddunt hanc communem. l. 1.
verſ. & ſanè crebrior, & ibi Bal. ad hoc notat. ff.
de off. quęſt. l. diui fratres, circa medium. uerſ.
plurium iuris auctorum. de iur. patron. c. noui
mus, in verbo opinio à pluribus approbata, &
ibi not. But. & Abb. de ver. ſig. Iaſ. in l. re coniū
cti nu. 142. ff. de leg. 3. cuius ſentētiā & cætero
rum, quos ſupra citaui, facile admitto, cum ſub
eodem ſtructu verborum tex. ille dicat, verum
etiam actione priuatus, reſtituta pęna pactis in
ſerta, & rerum proprietate careat, & emolumen
ta, quę ex pactione vel tranſactione fuerit cō-
ſecutus. Si enim, ut nemo negat, priuatio actio
56 nis ipſo iure contingit † ergo & pęna appoſita
priuationis proprietatis, & commodi conſecu-
ti, vt ęqualis ſit determinatio d. l. iam hoc iure.
ff. de vulg. & pupil. l quamuis C. de impub. quæ
ratio mihi magis arridet, quàm ponderatio ver
bi careat, quod vt pręſentis temporis denotat
priuationem ipſo iure, iuxta not. per Bart. in l.
Impera-

Imperator.ff.de iur.fisc.cum in contrarium pō deret illud Cagno.161.nume.147.& non nulli sentiant idem,quos refert Tiraqu. in l.si vnquā verbo reuertatur.nu.138.C.de reuoc.don. demum dicens,quod secundum subiectam mate-
57 riam intelligitur, † rationique meæ potest annecti versiculus.Itaque omnia,vbi vult, omnia supradictorum commoda mox obseruanti deputari:si omnia,ergo ipso iure,sicut quò ad infamiam,periurium,&actionem supponit om-
58 nes.† Accedit & verbū mox, quod ad omnia superiora refertur,& denotat ipso iure, vt per gl.Bar.& Ang.in autent.de inc.nup.in prin.& infinitos alios,quos cumulat Tiraq.in d.verbo reuertatur.num.90.subditque,quòd licet talis dictio mox , variis modis sumatur secundum subiectam materiam,quod & dixit Cagnol. in
59 d.l.si quis maior. † eius tamen propria, & genuina ius,& natura est,vt accipiatur pro confestim,& sine interuallo , vt sentit glos. in c.quia propter.de elec.Bar.&Sal.&alii in l.1.ff.si cer. pet.Bald.in l.Gallus.§.ille casus.col.pen. ff.de
60 liber.& posth.cum simil.per Tiraquel. † igitur in dubio à propria significatione non est recedendum.l.non aliter.ff.de leg.3. & hoc intellectu,& cæteris Doctoribus vt supra relatis hanc opinionem tenentibus patet Bald. Castrens.& sequaces in d.l.si quis maior, contrarium tenētes.hallucinari,nec suam partem esse communem,vt Cagnol.firmauit,num.146. vt ex dinu
61 meratione doctorū colligi potest, † vltra testimonium,nec quidem leue contrarium, Curt. & Alexan.ibi,qui contra eos testantur esse magis communem,vt etiam supra retuli. Quæ cū ita sint ad casum nostrum inferendo , dico quod cum ex dicta contrauentione ipso iure , & incontinenti omne commodum concessum in dicta transactione dicto Petro Ioanni standi & habitandi in dicta domo fuerit quæsitum dicto Sebastiano,vtique si purgatio moræ admit-
62 teretur, † priuaretur per eam dictus Sebastianus hoc lucro, & commodo sibi quæsito , & in eum radicato , quod nihil aliud est,quàm pati damnum,iuxta not.per Bald. Ang.Imol.& Ias. in l.non amplius.§.1.ff.de leg.1.Alex. cōs. 69. & 164.vol.5.& in terminis nostris Paris.in dicto consi.129.nume. 244.2. volum. Ergo : quia purgatio moræ noceret dicto Sebastiano ; admitti non debet in damnum,& præiudicium dicti Sebastiani.

63 † Secundò dico , quòd istud de æquitate canonica,quæ admittit purgationem moræ, si aduersarius non est passus damnum propter moram,fundatur in c.suam de pœn. secundum vnum intellectum. sed aduertendum est,quòd ibi duo concurrunt , & sic est speciale propter
64 duo,primò , quia in foro canonico,† secundò quia in ecclesia, quæ non debet esse ita pronā ad pœnas consequendas,vt ibi dicit text.& ita in specie ad illum tex.dicunt Angel.& Imol.in dicta l.si insulam, & ante eos Iac. de Beluis. in §.scire autem. in auth. de non alienand. sentit Bald. in auth.qui rem. in princip. C. de sacrosanct.eccle.quos refert,& sequitur Ias. consil. 9.colum.1.in medio,volum. 1. sed in casu nostro sumus in foro ciuili,& priuata persona, ergo ex illo textu ad casum nostrum inferri non potest,secundum Ias.ibi & trad.Gozad. consil. 57.nume.18.

65 † Tertiò,quando et ex dicta mora damnum nullum iste esset passus , nec eius purgatio sibi noceret, adhuc tamen fieri non potuit, nec facta releuare debet. Quia vltra hæc duo supra dicta,quæ debent militare,vt de æquitate canonica mora possit purgari,videlicet , quòd aduersarius ex mora non sit passus damnum, item ex
66 purgatione non fiat sibi nocumentum : † requiritur & aliud,videlicet,quod talis purgatio moræ celeri satisfactione fiat, vt est text. in c. potuit.ext.locat.Quæ celeris satisfactio intelligitur intra paucos dies , seu modicum tempus,arbitrio iudicis declarandum, vt per gloss. & Docto.ibi:per Abb.cons.67.colum.2.vol.2. Anchar. consi. 420. in 3.dubio.Ias.consi.9. colum.4.& cons.82.colum.2.vol.1.Corn. consil.
67 149.colum.penul.volum.4. † vbi vult spatium vndecim mensium non esse breue tempus , arbitrio iudicis iudicandum, eidem de spatio anni tradit Dec.consi. 452. colum. penul.nu-
68 me.20. † Fulgo.consi.7.colum.4.vbi considerat spatium duorum mensium posse dici modicum tempus,Rip.in dicta l. si insulam , nume. 36. vbi considerat quadrimestre tempus non esse modicum tempus , ergo cum in casu nostro dicta domus ita steterit deuastata illo solario,& tecto per annum cum dimidio, vt probatum est , non potest dici , quòd dictus Petrus Ioannes postea eam reficiens celeri satisfactione id egerit , nec iudex bonus debet id arbitrari secundum prædictos Doctores maximè Corn. Dec.& Fulg.

69 † Quartò dico , quòd supradicta conclusio de æquitate canonica, secundum quam mora potest purgari,non ita passim procedit , sed intelligitur procedere in foro pœnitentiali tantum,non autem in contentioso. Quia vbi non reperitur contrarium decisum de iure canonico,statur iuri ciuili etiam in terris Ecclesiæ,c. 1.& ibi not.de op.no.nunt.ita Alex.pulchrè in dicta l.si insulam.nume. 38. in 12. limitatio.& post eum Moder.Bono.nume. 78. in fin. Idem Corn.consi.121.colum.penul.volum.1. Rom. consi.427.num.7.& in sing. 444. iuramentum excludit.Dec.in dicto cons.452.nume. 15. Gozad.consi.57.nu. 18.in fin. Cattellianus Cotta in libro suo memorialium in verbo mora nō obstante.Lanzel.Dec.& Aquens. in d. l. si quis maior.cons.3.Paris.in d.cons.19.nu.241.vol.2. Rip.in l.si insulam.nu.90. ff. de.uerb. oblig.& Oratius Mandos.in addit.Romani in allegato consi.427.qui omnes ita declarant Decision. Bal.in d.l.qui crimen.

70 † Quintò dico, quòd in casu nostro, cum lite iam secum contestata dictus Petrus Ioannes dictam domum refecerit, vtiq; nimis serò moram purgauit: post enim litem contestatam nõ admittitur talis purgatio. d.l.si insulam. & ibi notant omnes doctores, & in d.l.& si post tres.
71 † Quod etiam de æquitate canonica procedit, secundùm quòd tradit Ias. in d. consil. 8. col. 4. post medium primo volu. loquens propriè in terminis d.l.si quis maior.
72 † Sextò dico, quòd dicta æquitas canonica non procedit, quando mora fuit in faciendo, vt hic in expellendo Sebastianum, & dirruendo domum, ita Grat. respon. 93. numero 63. vol.1.motus ex notatis per Doct. ĩ d.c. potuit. & in l.fi.C.de iur.emph.& per cõsi. Corn.121. in fine.vol.1.qui hoc nõ dicit, sed iustificari potest hæc opin. Grat. ex notatis per glo. & scribentes in l. si mora. ff. solut. matrimon. &
73 Rip.in d.l.si insulam. nu. 33. † Concludentes odiosiorem esse moram in faciendo quàm in omittẽdo: plus. n. primo casu peccatur quàm secundo.Glo.& Doctores in l.diuus.ff. ad Sylla.dixi consi. 81.nu.17.2. Tomo criminalium diuersorum. Ergo bene conuenit, quòd dicta ęquitas canonica talem recipiat declarationẽ, vt minus corrigat ius ciuile. l.2. C.de noxal.
74 † Septimò, quoties imponitur pœna ipso iure & facto, vt in casu nostro probaui, tunc non est locus pœnitentiæ, & sic purgationi moræ, vt dicit Bal. in auth.habita, col.pen. C.ne fil. pro patr.per gl. quam reputat singularem in clem. ne in agro. §. quia verò.in versic.ipso facto. de stat.mon.sequitur Alex.in d.l.si insulam.limi. 11.ff.de verb.oblig.& post eos Nat.consi.364. ad fi.qui per hoc infert in terminis nostris post Barto. Ange. & sequaces in d. l. si quis maior, quòd cum pœnæ imponantur ipso iure veniẽti versus trãsactionem iuratam, impeditur pur
75 gatio moræ: † quia vbicunque executio facta est à lege, vel ab homine, non potest mora purgari.l qui ob rem. ff.de cond. indeb. cum aliis per Nat.
76 † Octauò, & postremò dico, quòd mora purgari non potest, quando ei fuit renuntiatum, vt per Salyc. in l. magnam. C.de cont.& com. stip. & illo casu cessat dicta æquitas canonica,
77 † diciturque renuntiatum huic beneficio purgandi moram per renuntiam factam in instrumento omnium legum & iuris auxilio, vt est in casu nostro.Ita tradit Dec.in d.consi. 452.col. pen.in fi.Gozad.cõs.57.nu.19. & decis.Neap. 174.col.2.in fin.Crot.in l.si insulam, col. fina. ff.de verb.oblig.

Ex quib. patet multipliciter cessare hoc fundamentum de æquitate canonica, & ad fauorẽ Sebastiani contra dictum Petrum Ioan. iudicandum est omnino.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

## Pro Salamone Caluo contra Vsquem Samuelem.

### ARGVMENTVM.

Quando captura nulla dicitur, an prius super nullitate pronunciandum sit, vel ad vlteriora procedi stante statuto, pulchrè declaratur.

### SVMMARIVM.

1 *Instrumenti copia fidem non facit.*
*Nec eius exemplum.* 2.
3 *Conditio prius impleri debet quam possit agi.*
*Nihil enim prius ponit in esse.* 4.
*Et facit cessare obligationem.* 5.
6 *Debiti fides fieri ante comissionẽ capturæ tã de iure communi quam ex forma statuti.*
7 *Captus nulliter vt libertate spoliatus ante omnia relaxandus est.* 8.
*Fallit vbi debitum confessus fuerit.* 4.
8 *Spoliatus ante omnia restituendus est.*
9 *Captus indebite potest propria auctoritate recedere, & aufugere.*
10 *Confessione nulla maior probatio.*
*Et maior est quolibet publico instrumento.*
*Et quibuscunque depositionibus testium.* 11.
*Et vbi est confessio ibi est relaxatio omnis probationis.* 12.
*Nec iudex potest confessionem nullam pronuntiare.* 13.
15 *Actus conualescit ob initium bonum.*
16 *Initium debet attenai.*
17 *Actus principio tribuitur*
18 *Sceda productio cum Rescripto fidem facit.*
19 *Conditio quando necessaria est ad effectum actus non refert quid ex æquipollentibus fiat.*
20 *Instrumenti transumptum valet de humanitate nisi fiat in fraudem.*
21 *Statutum de suspectis debitoribus capiendis circa fidem debiti declaratur.* 22.
23 *Statuti forma seruanda nec ab ea recedi potest etiam consensu partium.*
*Et etiam in minima parte seruari debet.* 24.
*Et ad literam.* 25.

*Auxilium meum à Domino.*

### CONSILIVM CXXV.

EXCELLENTISSIME Dominę. In cã capturę Samuelis Vs qui factæ ad instantiã Salamonis principalis nr̃i vidẽdũ est breuiter, an fuerit & sit nulla, supq; eius nulli-

nullitate ante omnia sit pronunciandum, an uerò sit valida, sitquè ad ulteriora procedēdū Audio partē aduersam in primam partem inclinare, ex forma namq; statuti, quib.cas.poss. quis pro deb.cap. Primò & ante omnia capiēs ciens tenetur facere fidem de debito, aut per instrumentum publicum, aut per aliam probationem, quæ aliàs in iudicio ordinario facta sufficeret, vel cum vno teste, & iuramento par-
1 tis, quorum neutrum hic factum est † sed copia quædam scedæ instrumenti transactionis producta fuit, quæ nullam fidem videtur facere. l.2.ff.de fid.instru.tradit Spec.in tit.de inst.
2 edi.§. nunc dicendum. col.2. † Immo uerò (quod est fortius) nec exemplum instrumenti probat. l.pcurator. C.de eden.l.3. C.de diuers.res.Bart.consi.5.visa.in fin.Bal.cons.152. super 1.vol.4.Rom.cōs.203.vers.quartò probat, Alex.cons.156.col.2.vol.5.Dec.in auctē. si quis in aliquo, colu.2.C. de edend.sed ultra dicitur in tali instrumento contineri cōditio de interpelland. quendam Tomam aut Bettinum de Brixia debitores Samuelis cessos per eum Salamoni, quòd si interpellati à Salamone, vel altero eius nomine soluere recusauerint, ex defectu ipsius Samuelis, tunc Salamon regressum habeat contra Samuelē: hoc enim minimè factum fuit. Nam ex attestatione quadam notarii Brixiensis producta, constat non prędictos, sed Alexrandrum quendam fuisse interpellatum, licet deiecto eius nomine fuerit adiectum nomen Tomæ, & ob id coram curia de falso instatur. Item nec à Salamone vel eius nomine, sed Samuelis facta est interpella-
3 tio prædicta, ut attestatio dicit, † ergo patet, conditionem non fuisse prius adimpletam, meritò non potuit prius agi, nec ad capturam deueniri: prius enim debet impleri probariq; ꝙ impleta fuerit, quàm possit agi ex dispositione conditionali.l.Thais Ancilla. ff. de fid. lib.l.legata sub conditione. ff. de cond.& demonstrat. l.legatum. C. de cond.inser. Ceph. consi.207.nu.52.& prior eo Bald.in l.si quidē C.de excep.per illum textum, dicens, quòd ubi deducitur in iudicio conditio debet liqui
4 dari, quòd impleta fuerit, † nec immerito, nam priusquam impleatur, nihil ponit in esse, Paris. consi. 47.nu.11.vol.1.consi.19.num.45. cum sequen.vol.2.Grat.resp.6.nu.12. resp.69.nu.
5 9.respon.138.nu.8.uol.1.† & eius est natura, quòd interim cessare faciat omnem obligationem.c.fi.de spons.in 6.Gozad.consi.1.nu.40. Rolan.à Val.consi.58.nu.19.vol.3.Nat.cons. 378.nu.4.igitur & actionē. Grat.resp.77.nu.
6 21.uol.2.† Nec subinde dici potest, fuisse factam fidem de debito, quætā ex forma iuris cōmunis requiritur, ut uoluit Bal. in l. apertissimi.ad fi.C.de iud.& in l.consentaneum.col.5. uer.quæro.C.quo.& quand.iudex. Alex.cons. 90.col.fin.vol.3.consilio. 241. col.1.volum.6. Gur.in l.1.C.de prohib.seq.pec.Dec.consilio 75.col.2.Neuiz. consilio 52. nume. 13. quàm
7 ex forma statuti supra memorati. † Quibus stantibus inferunt aduersarii ad claram conclusionem secundum eos, quòd cum hęc captura nulliter instituta fuerit, hicque Samuel propria libertate de facto fuerit spoliatus, debet ante omnia restitui & relaxari, sicque super nullitate capturę pronuntiari, vt tenuit Cepol. latius cō.19.inter cōsilia ciuilia motus auctoritate Castrens.in l.plerisque.ff.de in ius uocan. loquens in capto à familia intra domum, & sic de facto, qui ut spoliatus debet ante omnia
8 relaxari, & ad libertatem suam restitui. † Quoties enim captura fuit nulliter concessa: quia fuit inciuilis, & inordinata, ut per Bal.consilio 318.volumine quarto, Rip. resp.13. numero 28.libro primo.de legib. captus de iure statim relaxādus est absq; ulla pręstatione satisdationis: quia spoliatus ante omnia restituendus est l. si quis ad se fundum. C. ad. l. iul.de vi, Idemque trad.Bart.in disput.incip.Lapus.quē refert & sequitur Alex.consilio. 241. columna
9 secunda uolumine, 6.† Qui plus uoluit, quòd indebitè capto liceat propria auctoritate recedere & aufugere, quod & Neuiz.ponit consilio 52. numero 11.Paris.consilio 101.columna secunda, in fin.volum. tertio.& Rol.à Vall.consi. 65.in fin.vol.3.

Quibus tamen non obstantibus credo capturam esse ualidam, & ad vlteriora procedendum esse, sicque de iure pronuntiandum fore. Vt enim ex instrumento producto per Salamonem constat, de confessione debiti Samuelis ex ore suo constabat tempore commis-
10 sæ capturæ † qua confessione nulla maior probatio l.cum te.& ibi not. C. de transact. adeo quòd ab ea quis discedere non potest. l. generaliter.C.de reb.cre.c.per tuas.de probatio.
11 c.si cautio.de fid.instrum. † Est enim confessio maior quolibet instrumento publico, & quibuscunque depositionibus testium, Bal.consilio 192.proponitur quòd, columna secunda,
12 volumine secundo † & vbi est confessio partis, ibi est relaxatio omnis probationis. Bal. consil. 354. quæritur utrum in priuata, volumi
13 ne 3.† Immo uerò vbi est confessio partis iudex non potest eam nullam pronuntiare. Abb. consilio ultimo, colum.fin. uolumine 2.quod casui nostro mirificè confert, vt capturam nullam pronuntiare non possit in executione dictæ confessionis commissam, sequitur prædictos Crauet.consilio 61. numero 3. Dominus meus Riminaldus consi. 300. numero, 88.& Rol. à Vall.consilio 6.numero, 26. uolumine
14 tertio † sed modo habeo, quòd ubi non ab initio capturæ, sed postea constat de confessione debiti per confessionem capti, captura ab initio non rite facta sustinetur.l.fin.§.fin. ff. quod met. caus.celebre est consiliū Castr. pen.in fi. vol.1.sequit Ias.in l.à Diuo.Pio.§.in uenditione.num.12. ff.de re iud. Soci.consi.113. in fin.

vol.3.Horma. Dec.in l.naturaliter. §.nihil cōmune.nu 15.ff.de acquir.possess.Paris de Put. in tract. sind. in verb. captura. Caccialup. in tract.de debit.suspect.quæst.14.Paris cons.99. nu. 35. uol.3. Crau. cons.46.nu.7.& cons.65. nu.4.si ergo sustinetur captura per confessionē ex post facto emergentem,à fortiori debet sustineri per cōfessionem eius tempore extantē,
15 † Cum magis initium bonum captura hoc casu habuerit, quàm illo, quo casu actus facilius solet conualescere, vt in casu.l.posthumus. in princ.ff.de iniust.test.& ibi notant Bart. Imol.
16 & Doct. † origo namque & initium debet attendi.l.3.§. Scio. ff. de minor. l. nouissimè. ff.
17 quòd fals.tut.aut. † actusq; principio attribuitur. Dec. in c. licèt causam. nu. 30. propè fin. de probat.Ceph.cōs.234.nu.15. Nec releuare videtur, quòd hęc fuerit copia scedæ,quę fidē
18 non facit † sicut enim ex communi practica patet, quòd scedę productio cum rescripto Ducali fidem facit in quocunq; iudicio,& fides de debito ante omnia à statuto requiratur ad ipsum actum capturæ committendum & ad eius
19 effectum, hoc est, vt effectualiter valeat, † & sic ista fides de debito sit quædam conditio necessaria ad actum capturę & ad eius effectum, vtique quæ non refert quid ex æquipollentibus factū, fuerit, iuxta communem doctrinam Barto.& aliorum in l.Gallus.§ & quid si tantum,col.2. ff.de lib.& post.per illum textum,& in l.mulier in princip. ff. ad Trebel. sed sanè tantundem est, quòd sceda cum rescripto producta fuisset: vel quòd copia illius manu met ipsius notarii de illa rogati, & cum eius nomine subscripto fuerit producta cum dicto rescripto, atque aliter dicere est subtilis admodum, & quæ pertinacibus reliquenda sit differentia, propterea satis dicitur apparere de dicta confessione debiti per hanc scripturam, & supra-
20 dicta procedunt. † Quinimo ut tradit Specul.in loco præallegato post Vbertum valet etiam sumptum instrumenti de humanitate, nisi fiat in fraudem, argu.l.in fraudem.§. neque.ff.de iur.fis. Quod certè satis adaptari potest ad casum nostrum, in quo per nos hæc copia producta fuit tempore commissæ captupturæ, non autem sceda ad omnes fraudes remouendas aduersarii. Si enim à notario scedam petiissemus, utique velut Samuelis amicus & solicitator, quique nimium pro eo incalescit, vt vidit Dominatio vestra, ei hoc reuelasset, reuelasset quæ ei capturam faciendam, sicque Samuel aut latitasset, vel (quod est verius) aufugisset: creditumque huius Salamonis fraudasset: summa igitur subest hic humanitas, ut huic scripturæ credendum sit, cum sine fraude, immo ad remouendam fraudem sit factum, quod per nos factum fuit.

Sola superest difficultas circa conditionem in hoc instrumento adiectam, quæ non apparet adimpleta pro parte nostra tempore commissæ capturæ, & ob id de debito non dicitur facta fuisse fides, vnde videtur esse locus
21 traditis per Cepol.in dicto consilio 19. † Sed ad hoc aduertendum est, nam duo sunt in hac re consideranda, fides de debito, item & fides de ueritate debiti, primā requirit statutum ante omnia,& ista fuit facta,ut supra ostendi,secūdam verò non requirit ante omnia, sed sufficit in termino probatorio eā fieri, ut patet in eo. col.2.ubi dicit,quòd statutus sit terminus decem dierum ad probandum incumbentia,etiā quò ad ueritatē debiti. Dato igitur quòd per nos nulliter facta fuisset fides de hac ueritate debiti per attestationem productam, non tamen ex hoc capite captura nulla dici potest,ex quo non de ueritate debiti,sed de ipso tantum requiritur ab initio fides,& per hoc cessant notata per Ceph.& Castr.Non enim hic de facto fuit spoliatus, ergo nec ante omnia relaxandus venit, minusque pronuntiandum est capturam nullam,sed totum contrarium; atq; ad vlteriora procedendum: Quinimò plus dico, quòd quando etiam in hac captura subesset aliqua nullitas, quod negatur, non tamen super ea pronuntiandum esset ante omnia; sed ad ulteriora procedendum. Reseruata ea
22 in calculo ferendæ sententiæ: † Idque ex dispositione statuti nostri colligitur, quod duo capita facit, primum, quando debitor captus contradixit capturæ, secundum quando non, in primo vult, quòd capifaciens teneatur producere libellum, assignetur terminus & alia fiant usque ad sententiam inclusiuè, in secundo, quòd aliter creditor non teneatur iustificare capturā,sed ipsa firma maneat.Ecce quonam pacto in primo casu,q̄ñ debitor contradixit capturę dicendo,eam nullam aliquo ex capite, statutum dat formā processus ad ulteriora,quæ necessaria non forent, si ante omnia super allegata nullitate per captum pronuntiādū foret.Statutū.n.hoc dixisset,puta sup eius cōtradictione primò discutiatur, ꝗ tamē nō fecit,sed aliam formam procedendi dedit ad vlteriora, ergo illa seruanda est omnino per D.
23 V.ut ita præcipit statutum in principio,† & insuper de iure communi cauetur, quòd in tantum seruari debet forma statuti,quòd ab ea recedi non potest, etiam de consensu partium, ut scribit Ang. in §. tripli. col.7.instit. de act. Barb.in c.de causis.col.3. de offi. deleg.Fel. in fin.col.1.de probat.Ias.in l.non dubium, colūna 4.C.de leg.Alex.consi. 41.volumine quinto,Dominus meus Riminaldus consilio 413.
24 numero 12.Bal.in c.1.qui succ.tene. † quod etiam procedit,si in minima parte, seu qualitate nō fuerit seruata, Butr. in c.Pisanis.col.2. de restitu. spoliat. Alex.in l.si is qui. 400.§. quædam.ff.ad l.Falcid. Dec.consi. 531.numero 5.Soc.Iun.consilio 37.nu. 14.vol.2. Marf. consi.29.n.15.cons. 65.n.13. cōs.117.n.6.cons.
25 131.nu.13.& cōs.133.n.10. † Nec immeritò quia

quia statutum & eius forma seruanda sunt ad literam, Alex.conf.137.col.4.vol.2. Marf.in al legato conf.117.nu.25.Rol.à Val.conf.72.nu.60.vol.3.& quæ dicunt Cepol. & Castrenf.pro cedere possent de iure communi, secus ex forma huius statuti. Quinimmo ad tollendas omnes amaritudines per statutũ nouiter cum cęteris editum sub felici imperio Alfonsi Secundi Ducis eminentissimi Ferrariæ constitutũ fuit, q̃ iudex in calce iudicii pronuntiare debeat su per validitate & inualiditate capturę. Itidẽ & super meritis causæ,& vbi pronuntiaretur, capturam nullam esse,& captum debitorem esse, tunc ipse captus in carceribus detineatur, donec soluerit, aut de soluendo idoneum fideiussionem præstiterit, quantitatem, in qua fuerit condemnatus, vt in statuto latius continetur, quod apertè deuorat, ab initio id non debere fieri, nec processum impediri.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

## Pro Salamone caluo Hebreo.

### ARGVMENTVM.

De inquisitione super falsitate formata, qua nõ obstante reus licet confessus veniat absoluendus, pulcrè discurritur.

### SVMMARIVM.

1 *Statutum de for.proc.contra accu.in pœnis deficientibus procedit de simil.ad similia.*
*Et quo casu quandove procedat declaratur.37.*
2 *Negatiua praposita verbo posit, aufert omnem potestatem.*
*Magisque negat quam affirmatiua affirmat.3.*
*Et magis destruit quam ponat affirmatiua.*
5 *Indefinita hominis non æquipollet vniversali.*
*Fallit in negatiue prolata.6.*
7 *Verba negatiua in rẽ concepta negat omnem mod.*
8 *Statutum, quod res alienari non posit, negat etiam alienationem per viam successionis ab intestato.*
9 *Dictio nisi, habet vim conditionis.*
10 *Conditio formam inducit.*
11 *Forma non potest impleri per æquipollens sed specifice.*
12 *Testis vnus vnum tantum inditium facit.*
13 *Inquisitio formari non potest ad dictum socÿ criminalis.*
14 *Confessio sequens inquisitionem inepte formatam non nocet.*
14 *Confessio super processu nullo præiudicat.*
*Nisi nullitas proueniat ex defectu iurisdictionis.25.& quid iuris eo casu,18.19.*
*Et licet secus sit quando manauit coram indice.16.*
*Tamen locum non habet in iudicio inquisitionis.17*
20 *Inquisitio priusquam formetur interogari debet offensus an quem velit accusare.*
*Et de ratione.21*
22 *Statutum de arb.potestatis Ferrariæ in falsitatibus declaratur.*
*Et quando locum non habeat.23.*
23 *Iudex ex arbitrio non potest procedere non præcedente fama.*
*Nec denegare copiam indiciorum inculpato.24.*
25 *Instrumentum falsum faciens carens forma publici instrumenti non punitur.*
26 *Instrumento requiritur inuocatio Domini.*
*Item indictio, eaque omissa uitiat illud.27.*
*Item signum.28.*
*Estque de substantia instr.de consuetudine.*
29 *Statutum de instrumento loquens de valido debet intelligi.*
30 *Cessante causa cessat effectus.*
31 *Agi non potest ante conditionem impletam.*
32 *Cautela timentis reportare sententiam cõtrariam.*
33 *Falsitas non nocibilis actu vel potentia non est punibilis: nec de illa potest inquis.formari.35.*
34 *Actio non competit ei cuius non interest.*
38 *Contumacia dicitur peccatum mortale.*
*Et contumax dicitur infidelis.*
39 *Extensio quando cesset in statutis.*

*Auxilium meum à Domino.*

## CONSILIVM CXXVI.

FORMATA fuit inquisitio per Curiam contra Salamonem Caluum, quòd scriptum seu instrumentum publicum falsificauerit in hunc modum, vbi enim erat positum nomen Alexandri, illud deleuit, deinde fecit ibi poni nomen Thomæ, vt sic eius vigore carceraretur Samuel Vsqui, sine quo eum capi facere non poterat. Deinde quòd dictus Salamon illud produxit, eoque vsus fuit faciendo carcerari dictum Samuelem, qui Salamon propter hoc detentus & captus respondendo inquisitioni, confessus fuit omnia contenta in ea vera fuisse & esse, vnde contra ipsum instat curia dicens eum condemnandum fore in pœna librarum quingentarum ex dispositione statuti pœna dep. fals. testim. quo cauetur, quòd fabricans vel fieri faciens instrumentum, vel acta falsa puniatur supradicta pœna, & licet dici posset, quòd non simus in indiuiduo in casu dicti statuti: hic enim Salamon non fabricauit, nec fieri fecit aliquod instrumentum falsum, sed iam factum falsauit, tamen sumus in casu simili, & ideo eadem pœna venit puniendus;
1 † Quia ex forma statuti de for.proc. contr.accus. Deficientibus pœnis limitatis à statutis Ferrariæ, reus est condemnandus in pœnis statutorum de similibus ad similia.

Secundò subdit pariter Curia, hunc Salamonem condemnandum fore in libris 300. propter vsum dicti instrumenti contra dictum Samuelem, in iudicio factum, iuxta formam statuti: pœna prod. vel vten.

Quibus tamen non obstantibus dico verius, eum à contentis in dicta inquisitione esse penitus absoluendum, idque siue processum, siue merita causæ respiciamus. Quò enim ad processum, dico ꝙ hæc inquisitio formari non potuit: stat enim statutum de mod. & for. procen.
2 per inquisit. † quo cauetur, ꝙ inquisitio formari non possit contra aliquem, nisi præcedentibus indiciis, super quibus teneatur Potestas recipere prius legitimas informationes. Pondero in primis illa verba, non possit, quæ auferũt omnem potestatem & facultatem iudici aliter formandi inquisitionem, vt in statuto simili tradit Bar. & cæteri in hoc sequuntur in l. cum lex col. 2. ff. de fideiuss. & ponunt etiam Moder. in
3 l. 1. ff. de ver. obl.. † Item considero, quòd illa verba non possit, negatiua sunt, quæ magis negant, quàm affirmatiua affirment. glo. & Doct. in l. hoc genus. ff. de cond. & dem. Dec. in cap. nam concupiscentiam. nu. 2. de constit. in l. si frater. n. 5. C. qui test. face. in l. si Rufinus C. de test. milit. & cons. 3. nume. 4. Cephal. cons. 210.
4 nu. 19. † Nat. cons. 66. col. fin. dicens, quòd negatiua magis destruit, quàm ponat affirmatiua, dans exemplum post Imol. in d. l. hoc genus si dicamus, Titius est artifex, sufficit, quòd in vna specie sit artifex, at si dico. Titius non est
5 artifex, nego omnem speciem artificii. † Hinc dixit Fulgo. in l. iuris gentium. §. sed si fraudandi, ff. de pact. quòd licèt regulariter indifinita hominis non æquipolleat vniuersali de proprietate sermonis. l. si seruitus. ff. de seruit. vrb. præ.
6 † tamen vbi profertur negatiuè æquipollet propriè vniuersali. Vnde ista propositio, nullus faciat, æquipollet isti, nullus quicunq; sic faciat, æquipollet isti, nullus quicunque sic faciat, refert & sequitur Fel. in c. 2. in fin. de tre. & pac. Domini. in c. vt circa. de elect. in 6. Nat. consil. 469. nu. 14. & consi. 481. nu. 20.
7 † Accedit, ꝙ dicta verba statuti, nedum negatiua sunt, sed & in rem concepta, dum dicunt. inquisitio formari non possit, quo stante negãt
8 omnem modum, & viam inquirendi; † Sicut si statutum dicat, quòd res alienari non possit, negant etiam alienationem per viam successionis ab intestato. Cur. cons. 73. nu. 30. vers. 7. Castren. cons. 60. in fi. vol. 2. Ferd. Loaz. in l. filiusfamilias. §. diui. nu. 183. ff. de leg. 1. cum simili. cumulatis per Franciscum Bursatum cons. 37. colum. 2.
9 † Addo quoque statutum dicere, ꝙ inquisitio formari non possit, nisi præcedentibus indiciis, quæ dictio nisi, vim habet conditionis. l. quibus diebus. §. quidã Titio. ff. de cõd. & dem.
10 † sed vbi quid cõditionaliter exprimitur, illud censetur de forma. l. prætor. in prin. ff. de colla. bon. Bal. in auctẽ. matri & auiæ. C. quan. mul.
11 tut. off. † forma autem non potest impleri per æquipollens, sed specificè. l. hæredi §. Meuius. ff. de cond. & dem. c. cum dilecta. ubi latè Fely. de rescr. Rol. à Val. cons. 49. nu. 16. vol. 3. meritò necesse est ad formandam inquisitionem cõtra aliquem, quòd præcedant indicia, & sic ad minus duo indicia, cum sint pluralia verba, ar-
12 gu. l. vbi numerus. ff. de testib. † vnde sequitur ad dictum vnius tantum testis inquisitionem formari non posse, cum ille nisi vnum faciat indicium, iuxta not. per Bart in l. fi. ff. de quæstionibus. & ob id non reperitur satisfactum statuto, vt in terminis tradit Mars. cons. 2. nu. 44.

Quibus stantibus infero, ad casum nostrum, & dico, talem inquisitionem formari non potuisse ad dictum illius magistri Bastiani tãtum, qui dicit in locis vacuis dicti scripti posuisse nomen Thomæ, cum sit solus, & unum tantũ fa-
13 ciat indicium, † tantoque magis ad eius dictũ formari non potuit inquisitio: quia sic dicẽs facit se sociũ criminis falsitatis allegatæ, si posuit in locis vacuis ob rasurã nomen Thomæ ad instantiam Salamonis, nam nõ facit indiciũ ad formandam inquisitionẽ, vt ponit in terminis falsitatis Fulg. cons. 107. super eo. col. 3. & con. 136. col. fi. & in simili casu plures, quos allegat Dec. cõem adfirmans cons. 189. nu. 9. & Ioan.
14 Bapt. Plot. cons. 131. n. 3. 1. Tomo crim. † & cũ dicta inquisitio ratione prædicta fuerit ineptè formata, sequitur ꝙ confessio Salamonis super ea sequuta non præiudicat ei. Licet .n. dici soleat, ꝙ confessio facta super processu nullo præiudicat confitenti, ita vt ex ea possit condẽnari vt voluit Innoc. quem omnes sequuntur, in ca. qualiter & quando 2. de accusat. & plenè ponit
15 Mars. cons. 46. nu. 17. † tamen istud limitatur, nisi nullitas processus proueniret ex defectu iurisdictionis iudicis, tunc enim talis confessio non præiudicat confitenti ad plenam probationem, sic vt ex ea possit condemnari, ita notant scribẽtes in c. at si clerici, vbi latè Dec. co. 1. & 2. de iud. Soc. cons. 108. supposito statuto. col. fi. vol. 4. Mars. in prat. crim. §. postquam. n. 12. in qua limitatione nos sanè versamur, cum (vt supra dixi) statutum auferat potestatẽ & iurisdictionem iudici formandi inquisitionẽ præter formam ibi traditam, & cum prædictis etiã concordat Honofrius de Peris. cons. 28. col. fi. 1. Tomo crim. qui concludit, confessionẽ non nocere, disponente statuto, ꝙ nõ possit inquiri & in alio statuto Iulius Scarlatinus cõs. 112. n. 23. eodẽ Tomo: volens ꝙ quãdo statutum prohibet post quinquennium inquiri posse de tali delicto, confessionem rei non ei nocere, dicẽs hanc esse veriorem & cõem opinionẽ, quam tenet Bal. in c. fi. de off. deleg. col. pe. & in l. querelam. in fi. C. de fals. Car. in clem. 1. q. 10. de cõs. & affi. Maria. in c. de his, & c. qualiter & quãdo de accus. dicens ita cõsuluisse, & obtinuisse cũ
16 simil. per Dec. in d. c. at si clerici. n. 5. † Licetq;

talis

talis limitatio videatur cessare, quando confessio emanauit corã iudice, cuius iurisdictio potest prorogari, tunc enim præiudicat confitẽti,
17 vt distinguit Ang. in l. 1. ff. de confess. † tamen ista declaratio procedit in alio iudicio, quàm inquisitionis, de quo agitur, in quo prorogatio fieri non potest, vt not. Bal. in l. 1. in fi. C. vbi de crimin. Nell. in tract. Banni. 2. parte primi tempo. quæst. 2. Dec. in d. c. at si clerici. col. 2. num.
18 4. in fin. † Secundò dico, quòd opinio illa Innocentii & sequacium saltem in terminis nostris, quando confessio emanauit super inquisitione inepta, declaratur, & hoc modo intelligitur, vt iudex non debeat pœna ordinaria delicti reum cõdemnare, immo consilium est, & tutius, vt eum absoluat ab obseruatione iudicii, vt concludit Ang. cõs. 178. visis actis, vbi refert de facto Perusii obtinuisse in sindicatu Domini Rainerii de Pisis, & sequitur, ita declarans Innocentium, Dec. in d. c. at si clerici. 7. limit.
19 de iud. † vltra quòd non desunt, qui Ang. in d. cons. 176. intelligant, sicque eũ citent, quòd confessio, cæteraque inde secuta post inquisitionem ineptam sint nulla, veniatque reus nihilominus absoluẽdus, vt latè prosequitur Barb. in d. c. at si clerici, Mars. cons. 130. nu. 36. vol. 2. Paris. cons. 163. in fine. vo. 4. Sed satis est, quòd ordinaria pœna imponi non potest.
20 † Secundò insuper ex alio dico, quòd hæc inquisitio formari non potuit, vt formata fuit, ad hoc enim vt iudex possit inquirere contra aliquem, debet primò interrogare offensum, an velit accusare delinquentem nec ne: qui offensus si erit in mora, vel dixerit se nolle accusare, tunc iudex potest procedere ad inquisitionem, aliter non, immo debet sequi absolutio formata inquisitione non facta dicta interrogatione, ita voluit gl. notabilis in c. presbiter si à plebe. 2. q. 4. sequitur Bald. in l. senatus. C. qui accusare. & plerique alii, quos citat Mars. idem tenẽs cons. 35. nume. 7. cons. 40. nume. 9. cons. 130. nume. 10. cons. 128. nu. 6. & in pract. crim. §. cõstante. nu. 59. Gram. cons. 42. ad fi. Gra. respon. 57. n. 22. vol. 2. Ant. Galeati. Maluat. cons. 110. in fin. 1. Tomo. Crim. Paul. Merend. cons. 92. nu. 4. Tomo 2. Crim. citans glo. in c. presbiter si à plebe. 2. q. 5. quam pro valde not. refert & sequitur cum multis concordantibus Grammat. consi. 42. nume. 20. & 21. cum similibus. Sed hic nullum accusatorem video comparuisse, nec offenso Samueli, vt supponitur, fuisse hanc interrogationem factam, meritò sequitur quòd inquisitio sic formata non tenuit, sequi-
21 que debet absolutio. † Debuit enim ipse præferri, qui maius ius habebat, meliusque fundamentum, quàm Curia, vt utar Baldi ratione in d. l. Senatus, quam sequitur Mars. in locis cita-
22 tis. † nec ad hoc obiectum tollendum releuat statutum de Arb. Pot. Ferr. in falsitatibus. Id enim dat tantum liberum arbitrium procedendi, non obstante vlla temporis præscriptione.

Item procedendi realiter & personaliter, sed
23 non quò ad hoc, † sicut nec quò ad illud, ut procedatur, non præcedente fama, secundum Bal. in c. 1. de off. ord. Ias. in l. milites. C. de test. milit. cum aliis per Mars. cumulatis cons. 35.
24 nume. 5. & cons. 48. num. 11. † Sicut nec denegare copiam indiciorum inculpato, vt per Ruin. consi. 147. vol. 5. col. 3. vt ibi per eum.

Quò verò ad merita descendendo puto, nec
25 istum Salomonem puniri posse, † nam de iure conficiens instrumentum falsum carens forma publici instrumenti non punitur, vt tradit Angel. in l. quid ergo. §. cum autem. ff. de his qui not. in fam. motus ex notatis per Bar. in l. si quis legatum. ff. de fals. vbi hoc approbat, saltem quando ex eo nullum præiudicium alteri inferri poterat, vt ibi per eum col. 2. sed scriptum interpellationis falsificatum (vt dicitur) per Salomonem caret forma publica instrumenti. item nullum præiudicium ex eo poterat inferri Samueli, ergo Salamon puniri non debet;
26 † Primum probatur. Nam inter cætera necessaria instrumento publico requiritur inuocatio Domini, per tex. in c. non licet. 26. q. 5. iuncta consuetudine, aliterque instrumentum non valet, vt tenet Abb. And. Sic. Fel. & Dec. in capit.
27 primo de fid. instrum. † Item requiritur indictio, & ea omissa vitiat instrumentum, vt not. Bar. in l. si librarius, colum. 1. ff. de reg. iur. vbi etiam Dec. col. 2 & post eum latius Cagnol. & Idem Dec. abundè in dicto cap. primo. nu. 11.
28 † Quin etiam signum requirit, ut addit. Luc. de pen. in d. l. generali: quòd de consuetudine est de substantia instrumenti, ut per Ang. cons. 220. ad hoc ut scriptura. Barto. in l. prætor. §. si initium, nume. 32. ff. de eden. Boer. decis. 36. nume. 7. & 37. nume. 10. Dec. consil. primo. q. requisit. nume. 13. de fid. instrument. Ias. in l. si ita stipulatus. §. Grisogonus. num. 43. ff. de uerborum obligat. Crauet. consi. 72. nume. 4. Phele. ille cons. 118. colum. 2. Tomo 2. Crimi. sed ista deficiunt in hoc scripto, meritò ex mutatione in eo facta per Salamonem, non potest dici illum instrumentum falsificasse, cum ca-
29 reat debita forma instrumenti, † & ideo puniri non debet pœna statuti de instrumento loquentis, quod de ualido debet intelligi non autem nullo; iuxta not. per Bald. in l. final. §. in computatione. ad fin. C. de iure deliberan. per Barto. in l. diuus. ff. de testam. mil. latius Ias. & Rip. in l. 4. §. condemnatum. colum. penul. ff. de re iudic. Tiraqu. abundè hoc & multa id genus cumulans in libro suo de retract. §. primo. nu-
30 me. 5. cum tribus sequent. † ex quo unum infero tendens ad processum, quòd cum non dicatur Salamonem ex hoc capite deliquisse, nõ potuit formari contra eum inquisitio; quia cessante causa, cessat effectus, ita Mars. post Bald. quem citat cons. 120. nume. 28. Soc. Iun. consi. 39. nume. 76. uolum. 2. Paris. cons. 172. nu. 27. uolum. 4.

Secundum oſtenditur ex ſcripto iuncto in-
ſtrumento tranſactionis factæ inter Samuelem
& Salamonem vnà cum eo productæ coram
iudice 12. Sapientum tempore commiſſę ca-
pturę contra Samuelem,ita omni demum po-
terat Salamon conuenire & grauare Samuelē,
ſi Tomas & Betinus de Lātanis recuſaſſent ſol
uere Salamoni,uel alicui pro eo intercedenti,
ſummam denariorum,de qua in dicto inſtru-
mento,vt per pactum expreſſum ibidem conti-
31 netur, † vnde ante illam conditionem imple-
tam non erat nata actio ipſi Salamoni contrà
Samuelem.l.cedere diem.ff.de verb.ſign.§.ex
conditionali.inſt.de verbo.obliga. Sed in hoc
ſcripto continetur Aluerum Dies procurato-
rio nomine dicti Samuelis interpellaſſe ad di-
ctas pecunias Thomam, de Salamone autem
ne quidē verbum,ergo neſcio videre, quomo-
do ex productione dicti ſcripti,vbi loco nomi-
nis Alexandri poſitum fuit (vt dicitur) nomē
Thomæ iuncta d.tranſactione, potuerit præiu-
dicari dicto Samueli,cum in effectu, actū fue-
rit contra eum non adimpleta conditione pa-
cti,& ſic ſine actione,& ob id nulliter.contra l.
ſi pupilli.§.videamus.ff.de neg.geſt.

Nec obſtat,quòd Salamon commiſſerit Al-
uero Dies,vt interpellaret Lantanos etiam no-
mine ſuo.Qui hoc ille non fecit, immo procu-
ratorio nomine tantum Samuelis, & non Sala
monis id egit,ut illi examinati dicunt, vnde
patet pactum non fuiſſe adimpletum: Quinim
mo hoc obiectum adeo urgebat contra Sala-
monem in cauſa ciuili,nec unquam illi ita be-
ne potuit reſponderi, quòd animus ſuus quie-
ſceret,ut D.Procurator Salamonis, Hoſq; Ad
uocati ſimul timentes,ne iudex Samuelem ab-
ſolueret, nedum quò ad capturam, ſed etiam
quò ad merita, cum aſsignati fuiſſent termini
ad probandum,nec per nos probatum fuiſſet
32 adimplementum conditionis. † iuxta notata
per Iaſo.in l.properandum.§.& ſi quidem.col.
pen.C.de iud.paſsi ſumus potius inſtantiā ex-
pirare non inſtando ad ſententiam, quo caſu
ſtatutum quib.caſ.quis poſ.pro deb.capt. con-
demnat ipſo iure Salamonem,& alium capiſa-
cientem capto ad damna & intereſſe, quàm
quòd Samuel à meritis abſolueretur, & ſic à
credito Δ.518.petito per Salamonē, cum om-
nino etiam ſi Salamon appellaſſet à ſententia,
caſu quo lata fuiſſet, adhuc tamen in appella-
tione ſuccubuiſſet, cum idem ſtatutum ex iiſ-
dem actis procedi iubeat, & ſic non potuiſſet
conditio pacti in appellatione probari, magis
quàm in cauſa principali, & ita de duobus ma
lis minus elegimus. Quia damna, & intereſſe
dicti Samuelis erunt longè minoris ſummæ
ſcutorum 518.

33 † Et ex hoc infero ad aliud fundamentum
tutiſsimum,quòd cum in omnem euentum in
cauſa ciuili ſententia abſolutoria uenißet fe-
renda,licet in ſcripto nomen mutatum fuiſſet
ad Salamonis inſtantiam, ipſe de falſo puniri
non poſſet,quia hæc falſitas ei ſcripta,non fuit
nocibilis actu uel potentia Samueli, iuxta glo:
& Doct.oēs in l.damus. C. de fal.ponit Anch.
cōſ.24. col. 2. Alex.con.70.col.pen.uol.1.Soc.
conſ.103.uol.1.qui dicit eſſe communem, Arc.
in c.in noſtra col.2.de Teſt.Dec.conſi.175.col.
7.Corn.conſ.182.col.pen.vol.4.Alex.conſ.74.
col.4.uerſ.& licet ſcripſiſſet.vol.1.decii.Neap.
21.nu.12.latè Pariſ.conſi.151.num.23.vol.4.
Marſi.conſ.3.n.17.conſi.120.nu.24.in l.pruna
34 §.prętcrea.nu.14. ff.de ſica. † Anchtaranuſque
loco citato pulchram rationem adducit, quo-
niam ſicut quando non intereſt partis, ei non
competit actio ciuilis, ita nec curiæ crimina-
lis,per tex.in l.qui nomine.C.de falſ.& idē tra
dit Gand. in titu.de falſis nu.21.Ange.Aret.in
tract.de maleſ.uerſ.falſario.col.1.Soc.conſ.62.
in prin.& melius conſi.186.col.fin. volu.2.Iul.
Scarl.conſi.106.num.13.2.Tomo. Criminali.
35 † ex quo etiam infero ad vnum, quod tendit
ad proceſſum,quòd cum talis falſitas non ſit pu
nibilis, de ea,vel ſuper ea non poterat formari
inquiſitio,ſecundum notata per Bart.& alios
in l.ubi pactum.C.de tranſact.Bal. in l. Decu-
riones.C. de infam. Marſ.conſ.128. num.25.
& in pract.criminal. §.conſtante. in fine,Pariſ.
conſi.171.nu.22.uol.4.

Stantibus ergo ſic prędictis ad abſolutionē
Salamonis non obſtant adducta in dubiis. Ad
primum enim de confeſsione facta inquiſitio
ni,ī qua Curia fundatur,patet ſolutio ex ſupra
dictis,ubi concluſi,eam non præiudicare, nec
ſufficere ad cōdemnationē, ſtāte inquiſitione
inepta ex defectu iuriſdictionis, vt ibi latius.
Item ſtante,quòd hęc falſitas nullo modo fuit
36 nocibilis,ut ſupra dixi: † ſecundò dico, verè
caſum noſtrum eſſe extra terminos ſtatuti, pę-
na dep.fal.teſt.ut in dubiis non negatur, nec
procedi poteſt de ſimilibus ad ſimilia adaptan
do illud ſtatutum ad caſum noſtrum per ſtatu-
37 tum de for.proced.contra accuſat. † id enim
ſtatutum loquitur in accuſato cōtumace & ab
ſente habito pro confeſſo, quem iubet ſtatu-
tum condemnari pœnis limitatis in ſtatutis, &
illis deficientibus in pœnis ſtatutorum de ſimi
libus ad ſimilia,quod conſtitutum eſſe potuit
ea ratione:quia contra contumaces omnia iu
ra clamant,vt dici ſolet,& reperit Ioannes Ba-
ptiſta Plot.conſ.72.nu.12. ſecundo Tomo cri
38 minali. † cum contumacia ſit peccatum mor-
tale,ut inquit Abb.in c.2.col.3.de iud.& con-
tumax infidelis dicatur,c.qui presbiteri.81. di
ſtinctio.Iaſ.in l. ſancimus. col. pen.C. de iud.
Marſ.in pract.crimin.§.poſtquam.nu. 63. Plo-
tus de quo ſupra.Nos verò ſumus in inquiſito
pręſente,& incarcerato tempore inquiſitionis
formatę, in quo ſtatutum de for.proc.per in-
quiſ.vult,quòd ſi confeſſus fuerit crimen re-
ſpondendo inquiſitioni, condemnetur ſecun-
dum naturam delicti cōfeſſati, ſed natura de-
licti

licti confessati in casu nostro nō continetur in
39 statuto intentato, † nec ad illud potest fieri extensio procedendo de similibus ad similia ( ut dicitur ) ex dispositione alterius statuti, id enim non habet locum in inquisito, nisi absente & contumace, vt patet in dicto statuto.de for.proced.per inquisit. colu.pen.uers.si uerò fuerit absens.ergo sumus extra pœnam statuti, & in terminis iuris communis, secundū quod cessat omnis pœna ex supra latius deductis, quæ non repeto.

Ad secundum uerò de vsu dico breuiter, statutum illud procedere, quando interrogatus, an velit vti, responderit, quòd sic, non ante, vt in casu nostro, in quo factum est quidem interrogatorium, sed non secuta responsio. Immo pronunciatum fuit in causa ciuili, Salamonem hunc habere pro nolente uti hoc scripto; vt ex actis apparet notarii illius causę. Et ex iis concludo eum esse absoluendum.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

## Pro magistro Antonio Zucca aurifice.

### ARGVMENTVM.

Quando confessio qualificata cum aduersatiua diuidi possit, ubertimè declaratur.

### SVMMARIVM.

1 *Confessio superat omne genus probationum.*
*Nec vlla melior est probatio.* 2.
3 *Confessio qualificata pro parte acceptari non potest.* 9.
*Fallit apposita aduersatiua sed.* 4.
*Sed auctor contra.* 10.
5 *Lex Publia in fi.ff.depos.declaratur.*
6 *Libris mercatorum quando statur contra se, non autem pro se.*
7 *Confessio mea quod mutuasti mihi centum, sed mihi teneris ad mille, diuidi potest.*
*Et de ratione.* 31.
8 *Confessio mercatoris centum recepisse in depositum sed restituisse 50. potest diuidi.*
11 *Confessio dicentis promisi, sed conditionaliter, diuidi non potest.*
*Quia incontinenti & vno contextu dixit sed conditionaliter, secus si ex interuallo.* 12.
13 *Confessus quod aduersarius dedit sed simpliciter non dicitur confessus causam allegatam per aduersarium, sed ille tenetur eam probare.*
14 *Sponsalia per concubitum trãseunt in matrimonium.*
*Sed quando hoc non procedat declaratur.*
15 *Laudum pro parte probari non posse.*
16 *Dispositio cui adheret qualitas cum ea debet acceptari.*
17 *Alexandro cons.* 87. *col.* 1. *vers.& bene, volu.* 1. *non attendendum.*
18 *Capitula quando dicantur diuersa vel connexa.*
19 *Confessio qua non uerificatur, non nocet.*
*Exempla pulcra dantur.* 20.
*Et unum Iosue potissimum.* 21.
22 *Confessio cum adiuncto per dictionem sed. quod qualificat, diuidi non potest, secus si non qualificat sed addit factum diuersum.* 23.
*Sed auctor contra.* 25.
24 *Facta separata quæ.* 28. 31. 32.
26 *Confessio cum adiuncto in unica oratione diuidi non potest, exemplum.* 30.
27 *Res diuerso iure censeri non debet.*
26 *Confessio continens factum qualificans etiam in diuersa oratione diuidi non potest.*
30 *Confessio mulieris uirum accepisse si patri placeret, diuidi non potest.*
33 *Iason in l. manifeste col. fin. ff. de iure iuran. optime declaratus.*
34 *Iuramentum non delatum non prodest iuranti. & quare,* 36.
35 *Regula quod confessio qualificata non pot. pro parte acceptari & pro parte non, quomodo procedat.*
37 *Confessio propter incertitudinem non nocet.*
38 *Ratio vbi eadem, eadem dispositio esse debet.*
39 *Criminalia ad instar ciuilium & è contra procedunt.*
40 *A boue maiori discat arare minor.*

*Auxilium meum à Domino.*

## CONSILIVM CXXVII.

*Magister Antonius à Zucca aurifex constitutus coram magnifico Domino Potestate Ferrariæ existente in saleto Tortura, & iuramento suo sibi delato dixit, & confessus fuit habuisse sagottum, seu sagotellum cum certa quantitate seta cremesina Francisci Correrij, sed eam dedisse uxori ipsius Francisci simul cum alijs bonis acceptis de quadam Carretta, præsente dicto Francisco, & dictam confessionem acceptãte in parte & partibus, super qua Carretta ( ut in facto supponitur ) erat dictus Franciscus, resq; porrigebat dicto magistro Antonio existenti in via ante ostium, qui incontinenti eas dabat dictæ uxori intra ostium existenti, easque in Camera ibi terrena reponenti: verum quia dictus sagotellus non fuit postea repertus in dicta Camera, conuenitur dictus magister Antonius ad eius restitutionem, tamquam non consignauerit ipsum, & ad fundandam intentionem suam dictus Franciscus produxit dictam confessionem magistri Antonij in actis ser Ioannis de valentia, sicque eum petit condemnari.*

1 Videndum est breuiter, quid de iure dicendum sit. † Et stante dicta confessione condemnãdus ui detur dictus magister Antonius: nam confessio superat omne genus probationum, iuxta notata in c. cum super de confes. in c. pisanis. de restitut. spol. per Cuy. in l. si cōfessus. ff. de cust. reo. Corn. cons. 24.
num.

2 nu.8.vol.4.† Nulla namque melior est,& efficacior probatio propria confessione.l.cum.te. C.de transact.vbi Castren.Alex.Ias. & Dominus meus Riminaldus.l.generaliter.C.de non numer.pec.c.per tuas.de probat Alex.cons.13. vol.1.cons.18.in his,uol.4.Ceph.cons. 192.n. 8.vbi latius insistit ad denotandam vim confessionis,idemque Neuiz.cons.37.nu.7.

3 † Nec dici potest hanc confessionem esse qualificatam,ideo pro parte acceptari non posse,iuxta not.per Bartol. in l. Aurelius.§. idem quæsiuit.ff.de liberat.leg. Cor.cōs.170.& cōs. 220.vol.1.Alex.consi.132.col.4.vers.præterea

4 respondeo.vol.5.cum simil. † Id.n.procedit, quando in confessione qualificata non est apposita aduersatiua,sed:quando verò reperitur in ea talis aduersatiua,vt in casu nostro, bene potest pro parte acceptari,& pro parte non, vt est de mente Alex.consi.87.col.1.uers.& bene aduertatis.vol.1.vbi in casu suo negat confessionem posse pro parte acceptari & pro parte non:Quia in dicta confessione non aderat aduersatiua sed, immo absque vlla aduersatiua erat facta responsio.Ergo sentit apertè, quòd si adfuisset aduersatiua, bene potuisset pro parte acceptari & pro parte non, & ita casus noster uidetur ibi per Alex.decidi,meritò dictus magister Antonius videtur condemnandus: quia ex eius confessione probata est intentio actoris,nec ipse Reus illam exceptionem seu qualitatem aliter probauit,quòd uxori Francisci dictum fagotellum dederit,vt tenebatur, ex quo in ea parte potuit actor dictam confessionem reiicere,& non acceptare.

5 † Confirmatur ex .l.Publia.§.fi.ff.dep. iūcta glo.vbi quidam confessus fuit in epistola,se esse debitorem pecuniæ,sed è contra se creditorem de quadam summa,deciditur ibi,quòd ille,ad quem missa fuit epistola,potest stare his, quæ erunt pro se, & non cōsentire illis quę cō

6 tra se faciebāt † Idemque uoluit Bal.in l.vnica C.de confes.col.3.dicēs hoc procedere in codicibus mercatorum,vbi scribunt se recepisse una die,sed altera soluisse,nam si quātitas est magna,& ob id de magno præiudicio tractatur statur in his,quæ contra se scripserunt non au-

7 tem pro se † idem tradit Abb.in c. bonæ.2.de post.pręlat.col.pen dicens,quòd si petis à me centum occasione mutui, & ego respondi, ꝙ bene mutuasti centum,sed mihi teneris in mille ex alia causa,tu bene potes fundare intentionem tuam super confessione mea, & respuere

8 aliam partem confessionis, † & idem Abb. in c.2.col.6.uers.pone in facto.de fid.instrum.dicit,quòd si mercator scripsit in libro, deposita penes se fuisse cētum,sed ex illis restituisse postea quinquaginta, pōt aduersarius vnum acceptare sine altero,& approbare ꝓ se, improbare verò contra se per d.l.publia.§.fin. & prædictis accedunt Ang.cōs.304.uisa dicta scriptura.in fine,Roman.consil.346.plura deducēs,& Nat. consil.365.vol.2.

9 † Quibus tamen non attentis, puto totum contrarium de iure dicendum Atque in primis dico,quòd stante dicta confessione,ita ut supra qualificata, tenetur dictus Frāciscus actor, aut totam acceptare, aut totam reiicere: sic enim ultra superius allegata tradunt Doctores post glos.in l.si quidem.C.de excep.in l.2.C.de donat.ante nup.& plerique cumulati per Marsil.

10 cons.228.ubi sic confitentem tuetur, † hocq; etiam procedit,non obstante,quòd in ea adsit aduersatiua sed, ut in casu nostro reperitur, probatur hoc per glos.in d.l.si quidem,quæ exēplificat in actore,qui ponit reum sibi promisisse decem, ille uerò respondet, quòd promisit conditionaliter,vel quòd promisit, sed sub conditione,& sic glo.non facit vim,an in confessio

11 ne adsit aduersatiua sed,vel non, † sed bene distinguit concludendo,an reus incontinenti, & sic statim & vno contextu dixerit, promisi, sed conditionaliter, & tunc non possit talis confessio diuidi; tunc enim secundum Salic.ibidē nullo modo dicitur purè fateri,sed potius puri

12 tatem negare, † Aut uerò non dixit illa uerba, sed conditionaliter,incontinēti & uno contextu,& tunc bene potest diuidi confessio: videtur enim ex premissis purè fateri, & sequentia verba non habēt illi confessioni derogare, nisi reus conditionem probet.Ita declarando intentionem glos.ponit ibi Salic.plus addens,eā esse bene notandam, & ita communiter doctores tenere.Idem quoque tenet Cyn.in l.2.C.

13 de donat.ant.nup.circa fi. † ubi dat exemplū in sponso,qui ponit, se dedisse ob causam,aduersarius verò dicit,quòd dedit, sed simpliciter: non enim,inquit Cin.propterea est probata intentio actoris, imò habet probare causam,sicq; tenetur totam confessionem acceptare,vel totam repudiare. Idē etiam tradit Imol. in c.bone.2.nu.10.de post.pręl.vbi dat exemplum,si confiteor te admissum ad electionem, sed de gratia,vel si confiteor,me promisisse tibi centum,sed sub conditione, & vult non pos-

14 se diuidi confessionem.† Idem & postremò tenet Alex.in notabili casu cons.80.nu.4. uol.7. quem refert & sequitur Andreas Tiraquel.in libro suo de Retrac.tit.finali.nu.9.dicentes, ꝙ licet sponsalia per concubitum trāseant in matrimonium.c.ueniens, secundo de spons.tamē vbi de ipso concubitu nō aliter apparet, quàm ex confessione uiri,qui sub eadem conceptione verborum,siue una oratione confitetur spōsam compressisse,sed non ea mente,ut in vxorem eam acciperet, non potest talis confessio separari,sed aut tota acceptari, aut tota reiici.

15 † Hoc etiam;in simili casu uoluit Ang.consi. 207.in quæst.supradictis, laudum ibi fuerat latum,in quo dictum fuerat, Titium Sempronio non teneri, quòd si dictus Sempronius infra mensem dixerit se grauatum,tunc debere fieri cōpromissum in nouos arbitros. Instabat ergo

Sem-

Sempronius ad nouum compromissum, Titius contra negabat id facere, dicens se ad id non teneri: quoniam super eo arbitri potestatem non habuerunt, & sic concludebat id laudum pro parte valere, & pro parte non. Concludit Anci. col. 2. inter alia non posse Titium primā partem laudi approbare, secundam uerò reiicere, sed totum teneri sequi. † Quia ubi est aliqua dispositio, cui adheret aliqua qualitas, ille ad quem pertinet approbare vel reprobare talem dispositionē, tenetur hoc facere cū dictis appenditiis, dat exemplum in confessione qualificata.

16

Ex quibus omnibus patet, Doctores concludere in confessione qualificata, cum aduersatiua sed, si tamen in eadem oratione, vel conceptione verborum incontinenti & uno contextu emanauit, eam diuidi non posse, † meritò non satis esse credendum soli Alexandro in dicto con. 87. qui contrarium sensit inducēdo ut supra, cum cōtra eum sint plures, & communis sentētia, vt per Salic. in d. l. si quidē. vltra quòd dici potest, Alexandrum ibi incidērer dixisse, aduertēdum esse, quòd in responsione, de qua ibi, non aderat aduersatiua sed, volens ex hoc casum suum clariorē reddere, ut sic diuisioni locus non esset, sed per hoc, quid iuris esset stante aduersatiua ipse Alex. nec pro nec contra decidit, sicquè praesumēdum est de eo, cum uideamus eundem in d. consi. 80. vol. 7. voluisse non esse locum diuisioni, & tamen loquitur stante aduersatiua sed.

17

18 † Non faciunt pariter exempla memorata per Nat. in allegato cons. 365. Nam confessio continebat in illis scripturis diuersa capitula ac separata propter diuersa facta, diuersis temporibus celebrata, 9 secus esset, inquit Natt. si capitula fuissent cōnexa, & eodē tempore duo facta fuissent, ut in proposito nro. Nā Frācifcus super curru porrigebat magistro Antonio res existenti in via ante domus hostium, quas offerebat magister Antonius uxori Francisci intra domum penes hostiū eas recipienti. Vnde ad casum nostrum inferendo, dico, quòd cum hic magister Antonius in eadem oratione & conceptione uerborum incontinēti, vno contextu, nulloque interuallo praehabito confessus fuerit habuisse dictum fagotellum Setae cremisinae, sed eum dedisse uxori dicti Francisci &c. utique tenetur dictus Franciscus, vel totam hanc confessionem appobare, vel totam reiicere, & sic ex dicta cōfessione in prima parte non dicitur fundata intentio ipsius Francisci, quo fit, ut ipse nullatenus ueniat condemnandus.

Sed vltra ad maiorem huius conclusionis firmitatē posito (non tamen concesso) quòd hęc confessio diuidi posset, dico tamen adhuc ex ea magistrum Antonium condemnari non posse, neque eam sibi nocere. † Inter enim caeteros casus, in quibus confessio confitenti non nocet, hic est praecipuus, quādo confessiō nō fuit uerificata, neque probata, exemplum. Titius cōfitetur se hodie interfecisse hominē in aliquo loco, & in illo loco non apparet aliquem occisum fuisse, nec aliquod cadauer. Vel aliquis cōfitetur, se facto subtraxisse multa bona ī aliqua domo uel apoteca, & tunc Iudex mittit ad illam domum uel apotecam, in quibus non reperitur aliquid fuisse furto subtractum: † certè neutro casu potest Iudex aliquid facere contra talem Reum rigore confessionis, ex quo talis confessio non est aliter verificata, ita dixit eleganter Bal. in auth. sed nouo iure, col. 3. uer. sed pone. C. de ser. fugit. & in addit. ad spec. in tit. de confes. in fin. col. 2. uers. Titius confitetur. per tex. in l. 1. §. item illud. ff. ad sillani. sequitur Mars. con. 14. nu. 17. cum sequent. & Guliel. Bene. in repetitione sua. c. Raynutius. in uerbo mortuo itaque testatore 1. nu. 337. de testam. † Vbi etiam dat exemplum de Iosue prudentissimo, qui noluit confitentē Acham, qui aliqua sustulerat, de Anathemate prius condēnare, quàm Ministro misisset in tabernaculum illius, ubi cuncta reperierunt abscondita simul, & argentum, ut habetur Iosue c. 7. & cum prędictis etiam concordat Dec. consi. 564. num. 7. Gramat. decis. 2. nu. 38. Paul. Merca. consi. 91. nu. 27. cum sequent. secundo Tomo criminal.

19

20

21

Modò in proposito nostro non constat, neque probatum est de aliqua Carreta, neque minus de aliquo fagotto Setae cremesinae uel aliis rebus super ea existentibus, ergo cōfessio huius magistri Antonii dicentis se habuisse dictum fagottum, sed eum dedisse dictae uxori Francisci, cum aliis bonis acceptis, de quadam Carretta, nec rantillum quidem ei potest nocere, cum non constet de corpore aliquarum rerum super dicta Carretta existentium.

*Hippol. Riminal. Ferrar.*

POst redditum à me consilium superius editū pro magistro Antonio à Zucca aurifice, contigit ex cellentissimo Iudici contra eum dubitare ex quibusdam allegationibus partis aduersę, in quibus talis fit distinctio. † Nam cum quaeritur, an confessio facta cum aliquo adiuncto per dictionem sed, separari possit, distinguendum est, quòd siquidem aduersatiua sed, adiicit aliquam qualitatem, quae qualificat id quod praecedit in confessione, & procedunt allegata per me, prout est, dico quòd promisi, sed sub conditione, Glos. & alii in l. si quidem. C. de excep. vel si confiteor contraxisse matrimonium, sed metu, uel vi. ut per Alex. in d. consi. 80. uol. 7. & iste non est casus noster. † Si uerò aduersatiua adiiciat non qualitatem, sed aliud factum diuersum & separatum, tum confessio potest diuidi, prout exemplificant Abb. Imo. in d. c. bonę. 2. si cōfiteor

22

23

teor, quòd mutuasti centum, sed tu teneris mihi ad mille ex alia causa. idem & clarius dicit Ias. in l. manifestæ. nu. 7. ff. de iureiuran. Quòd si actor detulit iuramentum mihi, quòd iurem an mihi mutuauerit viginti, & ego iuro quòd mutuauit, sed quòd restitui sibi, iuramentum potest pro parte acceptari, & pro parte non: quia ego iuro illud ultra mea auctoritate, & hoc modo limitat dicta Bartoli in d. l. Aurelius. in

24 §. idem quæsiit. ff. de lib. leg. † Sic ergo in proposito nostro: quia ista sunt duo facta separata, uel vnum, quòd magister Antonius habuerit fagotellum Setæ, aliud, quòd tradiderit illud vxori Francisci, propterea talis confessio potest diuidi: & hoc est quod voluit Alex. in d. consi. 87. vol. 1.

Nec necessarium est, inquit pars aduersa, cōstare de facto, ad hoc vt confessio noceat, per allegata per me: ea. n. procedunt in criminalibus, sed nos sumus in ciuilibus, in quibus cōfessio indistinctè præiudicat parti, quia nulla est melior probatio. l. generaliter. C. de reb. cred.

25 † uel saltem releuat ab onere probandi, iuxta not. in l. 1. C. de eden. meritò ex prędictis dubitatur contra hunc aurificem.

Quibus tamen non attentis, adhuc, quòd supra in cōsilio meo conclusi, de iure tenendum est. Dico enim, quòd Doct. in ista materia non distingunt, an aduersatiua sed, adijci at qualitatem, an factū, sed quod adiicitur, licet sit aliud factum, appellant qualitatem, ex quo adiicitur,

26 ad qualificandū primū dictū † sed bene faciūt differentiam, an vnica fuerit oratio, an plures. Nam primo casu confessio non potest diuidi, ut tradit Abb. Imol. Card. Zabar. & alii in d. c. bonę, Glos. Salic. & alii in d. l. si quidem. & idē Salicet. in l. 1. in 4. oppositio. C. de confes. vbi pari modo distinguit, an sub una conceptione verborum, & qualificatione quis fuerit confessus, ut promisisse sed conditionaliter; & tunc

27 separari non potest: † quia non est in potestate actoris eandem rem facere ueram & falsam, & sic diuerso iure censeri. l. eum qui ædes. ff. de vsucap. Item quia qualitas per eum improbata, non potest esse sine subiecto, cui adiicitur l. nec ullam. §. si quis absentis. ff. de pet. hæredi. l. eius qui in prouincia. ad fin. ff. si cer. pet. Quę rationes militāt, licet quod adiicitur, sit aliud factum, ex quo negari non potest, illud adiici ad qualificandum primum factum, aut dictum.

28 † Sed in alio facto adiecto hoc clarè decidit Card. Zab. in d. c. bonæ. col. 2. vbi dat exemplū quando quis confitetur se recepisse à te mille, quæ sibi debebas, vnum est enim factū de receptis à te, aliud de debitis à te sibi, & tamen quia hoc, quod sibi deberes, est pars orationis, nec potest separari ab ea, cum vnicus sit orationis constructus, Ideo confessio diuidi non potest, quod exēplum ēt tradit Abb. ibi, licet dicat, quòd tali casu confessio continet vnum actum qualificatum, sed in ueritate sunt duo, quorum se-

29 cundus primū qualificat. † Quinimmò plus addit Card. quòd etiam si sint diuersæ orationes, tamen si vnum factum per modum qualitatis & determinationis uenit ad aliud, adhuc diuisio non conceditur. Exemplum, si confiteor me promisisse centum tibi, sed promisi vt ires pro me Romam, ecce quòd plus est hic adesse aduersatiuam, sed, in duabus orationibus, & plura facta, tamen quia sunt connexa, & vnum aliud determinat, separatio nō conceditur, ut creditor possit pro parte acceptare, & pro parte non, Quia pactum illud, quòd ires Romam, incontinenti appositum, cēsetur, inesse. l. petens. C. de pact. l. lecta. ff. si cer. pet. Ergo tanto magis in casu nostro dicendum est, confessionē separari nō posse, quia sub una oratione magister Antonius dicit, habuisse fagotinum, sed tradidisse vxori Francisci, quo casu illa traditio subiecta fuit ad terminationem &

30 qualificationem receptionis, † & in hāc quoque sententiam transit Alciat. respon. 434. loquens de cōfessione dicentis se uirum accepisse sub conditione, si patri placeret. Cum enim sit verisimilis & ualde conueniens matrimonio, ne filia nubat absque consensu patris, & uno capitulo concepta fuerit, ideo diuidi non potest, secundum Bartol. in l. Aurelius. §. idem quęsiuit. ff. de lib. leg. Gemin. in c. 1. de confes. lib. 6. Card. consi. 29. Fulg. & Homod. in consilio impresso post tracta. Ang. de malef. quos citat Alc. Hęc enim duo uerificantur in casu nostro, nam cum Franciscus esset (ut inquit) super currum, magister Antonius in via ante hostium, vxor Francisci intus apud hostium, verisimile multum dicitur, quòd Antonius res acceptas à Francisco daret eius uxori non autem quòd coram utroque uoluerit furari. Rursus in eodem capitulo sic confessus fuit, ergo diuisioni non est locus.

31 † Non obstat exemplum Abbatis, & Imol. d. c. bonæ, namque in eo sunt plura facta diuersa & non connexa, ita quòd unum nō uenit ad determinationem alterius, quòd etiam tu tenearis mihi ad mille, putà ex deposito, nullam habet connexitatem cum illis centum, quæ cō

32 fiteor recepisse à te mutuò, † Sicut etiam in hoc exēplo tradit Car. Zaba. cō. 161. col. 3. si cōfiteor me debitorē tuum, sed dico, quòd post fecisti mihi pactum de non petendo: quia primum dictum respicit personam meam, secundum tuam, sicut & in exemplo Abb. quòd isto casu intelligit cardinales procedere, ut ibi per eum, sed in casu nostro tota confessio respicit personam eādem, sicut & in aliis exemplis, de quibus supra, meritò nimirum si separari non potest.

33 Nō obstat etiam, quod tradit Ias. in d. l. manifestæ, col. fin. nam ibi loquitur Ias. in iuramēto delato particulariter alicui, putà mihi, quòd mihi mutuaueris viginti, si enim iuro quòd sic, sed quòd tibi restitui, potes pro parte acceptare:

ptare: quia in quantum iurauit, quòd mutuasti, ualet iuramētum, uirtute delationis de hoc
34 mihi facta, † sed in quantum iuraui, quòd restitui, nihil valet, quia super hoc mihi illud nō detulisti, iuxta regulam. l. 3. in prin. ff. de iureiuran. Sentit ergo clarè Ias. quòd si iuramentū super utroque mihi esset delatum, uel indefinitè & simpliciter, ut fuit in casu nostro, & super vtroque iurarem, quod diuidi non posset. quia confessio super vtroque ualeret; & hoc subdit
35 ibi Ias. dicens, † & per hoc tollitur regula, quòd confessio qualificata non debet pro parte acceptari & pro parte non. Quia est uerum, quando in totum valet illa confessio, sed si in parte valet, debet in ea parte tantum acceptari, ut in exemplo suo, in nostro autem exemplo valet in totum: Quia (ut dixi) iuramentum fuit indeterminatè delatum magistro Antonio, ergo de intentione Ias. clara confessio nō debet posse
36 diuidi, & sic pro parte nr̄a Ias. cōcludit, † idēq; ex dictis ibi Cur. Iun. post eum colligitur, qui cōcludendo dicit, q. difficultas stat circa fundamentum Iason. quod sit iuratum super eo, super quo non fuit delatum, nam imputandum est ei, qui non tenebatur iurare, ut fecit. Sentit enim, quòd si iuramentum fuisset etiā super restitutione delatum, vel simpliciter, tunc confessio diuidi non posset, quod nota.
37 † Ad vltimum verò de confessione non verificata, licet allegata per me in criminalibus loquātur, idem tamen puto in ciuilibus dicendum esse ex vi rationis, quæ est, quòd confessio est incerta, ut inquit Bald. in d. auct. sed no
38 uo iure, adde, & non verisimilis. † Istæ enim rationes & in ciuilibus militant, ergò & dispositum in criminalibus in eis militare debet. l. illud. ff. ad l. Aquil. l. fina. C. ad l. Falcid. cum similibus.
39 † Confirmatur, nam si in criminalibus proceditur ad instar ciuilium. l. absentē. ff. de pœn. Ang. Aret. consi. 71. num. 38. primo Tomo criminal. pari modo ciuilia regulari debent ad
40 instar criminalium † Iuxta illud. *A boue maiori discat arare minor.*

Et ita ad laudem Dei fuit pronuntiatum ad fauorem Rei, qui fuit absolutus, per clarissimum equitem Dominum Antonium Cocapanum iuris vtriusque Doctorem, & Prætorem Ferrariæ dignissimum de mense Maii, & tandem dicta sententia fuit confirmata per clarissimum Dominum Cęsarem de Nobilibus consiliarium iustitię de mense Nouembris.

*Hippol. Riminal.*

## Pro Petro & Arienta de Tironis.

### ARGVMENTVM.

De publicatione testamenti scripti per Parrochianum, Nunquid compater sit idoneus testis, & vnius fides ex aliis suppleatur. An ab utroque rogato testificari possit, inhabilitas opponi, testamentumque ad interrogationem factum valeat & primum tollat.

### SMMMARIVM.

1 *Compater testis de fide minuitur.*
*Sed verius est quod sit idoneus.* 16.
*Quin & omni exceptione maior.* 19.
*Si pro compatre deponat secus.*
*Si pro eo quem leuauit de fonte sacro.* 20.
2 *Testibus contrariis fides non præstanda.*
*Nec vbi variāt in circunstantiis tangentibus negotium principale.* 3.
4 *Testes non sufficit etiam concordes quando de verbis formalibus interrogantur.*
*Nedumq; debent in affectu concordare,*
*Sed etiam in qualitate & cortice verborum.*
5 *Testamentum vno contextu coramq; omnibus testibus fieri debet.*
*Et omissio vitiat nec deferri potest*
*Iuramentum in defectum probationis.*
*Deficitq; ius & probatio.*
*Nec sufficit apponere nomina trium testium cum clausula quod plures alij interuenerunt.*
6 *Testamentum scriptum ab alio, & a testatore confirmatum potest dici suspectum.*
*Nisi constet testatorem prius dixisse quod scriberetur tali modo.* 21.
*Vel prædixerit quid esset facturus.* 17.
7 *Testamentum carens institutione non valet.*
8 *Verbum relinquo, quando non importet institutionem. & quando sic.* 38. 41.
9 *Ferraria ciuitas est de temporali Iurisdictione ecclesiæ.*
10 *Testamentum corā 4. testib. valet de iure canonico.*
*Vt ferrariæ.*
11 *Clausula donationis conuenit testamento.*
*Diciturq; donatio inter viuos si præsenti & consentienti facta sit.*
*Non autem legatum contra Nattam.*
12 *Præsens præsumitur consentire in sui fauorem.*
13 *Donatio dicitur inter viuos mentione mortis non facta, licet ab infirmo facta sit.*
14 *Donationi inter viuos duos testes sufficere.*
15 *Publicatio in testamento requiritur.*
*Et in contractu & sententia non redactis in publico instrumento.*
16 *Edictum de testibus est prohibitorium certarum personarum.*
17 *Compater est idoneus testis in causa matrimoniali.*
18 *Causa matrimonialis dicitur grauis.*
*Et in ea requiruntur testes omni exceptione maiores.* 18.
21 *Compater propter affectionem repellendus.*
*Sed contra, quia leuis est suspicio et per iuramentum purgatur.*
22 *Testis non integri fides per aliū suppletur & quando.*
*Etiam si non sint vltra numerum requisitum.* 13.
*Declarando tamen vt per auctorem.*

*Testes*

24 *Testes examinati ab vtraque parte non possunt reprobari.*
*Nec eis inhabilitas opponi.25.*
*Dummodo non sit irremissibilis per partes.26.*
27 *Falsum non dicitur quod primordio veritatis adiunatur.*
*Testium rogitus statim post testium publicat. sufficit.*
29 *Testes quorum vnus plus alio deponit non dicuntur contrary.*
30 *Actus reiterabilis à pluribus fieri potest.*
31 *Verbum prædictis, refertur ad superiora cum omnibus qualitatibus.*
32 *Testamentum ad interogationem alterius valet. & quando.*
*Primumque tollit.33*
*Licet plerique contra.34.*
*Quibus auctor non assentit.*
*Et quomodo procedant declarat.35.*
36 *Institutio ex quibus colligatur.*
37 *Genitiuus ex propria significatione dominium importat.*
38 *Dominij appellatio de directo intelligitur.*
39 *Dictio cum, agregat & coniungit.*
*Et aque principaliter.40.*
*Magisq; copulat quam copula &c.*

*Auxilium meum à Domino.*

## CONSILIVM CXXVIII.

PETRVS & Arietta fratres de Tironis petunt publicari ad æternã rei memoriã quandam scriptam manu Parochiani factã, vbi continẽtur quędã bona illis relicta per Ioannem Franciscum Fredum maritum Dominæ Arientæ. Contra negant Petrus & Antonius de Fredis eam esse publicandam, pro quibus clarissimus Index, coram quo causa agitur, his fundamentis vtitur.

Primò, quòd inter testes, quibus actores
1 vtuntur, † duo sunt, videlicet, Lucas & Peregrinus, qui sunt compatres Dominę Arientæ, & sic partis, quo fit vt saltem eis de fide diminuatur, vt per Alexandrum cons. 237. col. fin. vol. 6. Dominus meus Riminaldus cons. 289. nu. 15. Curt. in tract. de test. quęst. 30. vbi dicit quòd non sunt omni exceptione maiores, quod insuper confirmat Crot. in eo. trac. 3. parte nu. 163. Emiliam. cons. 19. nume. 4. dicens eum non esse idoneum, & alios refert Menoch. de arbit. Iud. l. 2. Cent. prima. casu centesimo. col. 2.

Secũdò, quod dominus Lucas ĩterrogatus de verbis formalibus, quibus vsus fuit Ioãnes Franciscus, quãdo testes rogauit, inquit illũ dixisse. *Io vi prego vogliate essere testimonij à questo mio testamento, & dire la verita, quãdo sarete chiamati* & tamen Iacobus à Nouo alter testis inquit, quod fuit parochianus, qui testes rogauit nomine
2 Ioannis Francisci † vnde sunt contrarii, & nemini adhibenda est fides, vt notant Doct. in l. 2. §. creditum. ff. si cert. pet. Arct. in. §. si minus. col. pen. inst. de act. Alex. cons. 53. nu. 10.
3 vol. 7. † & pulchrè Ruin. cons. 150. nu. 9 vol. 5. Dicens quòd quando testes uariant in circunstãciis taugentibus negotium principale, & illi coherentibus non probant intentionem partis producẽtis, quod casui nostro famulari uidetur, nam negari non potest, quin rogitus testiũ sit circunstantia tangens negocium principale testamenti, cum ad illud debeãt esse rogati per testatorem. l. hęredes palam §. in testamentis. ff. de testam. adeo quòd si alterius rei causa fuerunt adhibiti, nòn sunt ad testandum idonei, nisi ante testimonium certiorentur ad testamentum se adhiberi, ut ibi dicitur
4 † nec sufficit, testes in substantia esse concordes, quando de verbis formalibus interrogantur, Fel. in c. licet ex quadam, col. 4. de testib. Barb. cons. 54. col. 8. uol. 1. D. meus Rim. cons. 145. nu. 13. vbi subiũgit post Butrium & Abba. in. c. nihil, de uerb. signi. quòd quãdo testes deponunt de uerbis relatis ab alio concordare debent nedum in effectu sed etiam in qualitate & cortice uerborum. Et, ut concludit, debẽt nedum in iure sed & in facto concordes esse. Et ita variantes testes in testamento repellit Bursatus consi. 69. col. 3.

Tertiò, quia idem Iacobus à Nouo dicit, testamentum hoc in duabus uicibus fuisse conditum, nec constat, quòd ultima uice omnes testes interfuerint, qui prima uice præsentes fuerunt, sed solum illi tres, qui ultimò superue-
5 nerunt, nec prima uice fuerunt psentes † quo fit, ut testm̃ non ualeat, cum uno contextu, coramque omnibus testibus rogatis & audientibus sit agendum. l. hæredes palam. in fine. ff. de testa. l. cum antiquitas. C. eod. & ibi not. Et regulariter in testamento condendo septẽ testes interesse debent, non solum gratia probationis sed etiam ad solenizandum actũ, ut probatur in l. si unus C. de testa. & hoc casu quia testes sunt de substantia actus, omissio uitiat, adeo quòd non potest deferri iuramentum in defectum probationis, ut not. Bal. in l. 2. circa fin. C. de bon. poss. secun. tabu. & in l. in bonę fidei. col. 3. vers. item dico, quòd vnus. C. de reb. cred. & in c. 1. §. Item uasallus, col. 2. vers. quæro utrum. si de inuesti. fuer. contro. et in addi. Specul. in tit. de iura. dela. ubi dicit, quod deficit tunc ius & probatio. Et hoc adeo procedit, quòd non sufficeret apponere nomina trium vel quatuor testium cum adiectione, quòd quamplurimi testes interuenerunt: quia debent omnes exprimi & nominari, secundum Bal. consi. 108. D. Ioanna. volu. 3. sequitur Natta consi. 423. col. 1.

Quartò, quia testes omnes concludunt,
6 † quòd Parochianus scribebat, quando accesserunt ibi, & postea scripturam publicauit, quã testator confirmauit, nec constat testibus,

vel

vel aliunde, quòd testator iusserit ita scribi,
vel de sua voluntate sic scriptum fuerit. Ideo
potest esse, quòd parochianus informatus ab
aliis, puta ab vxore ita scripserit, quo fit vt tale
testamentum non ualeat. quia dari posset ma-
teria fabricandi falsum. Ita Ioan. And. in add.
Specul. in tit. de testam. §. 1. uers. quid si is, se-
quitur Imol. in d. l. hęredes palam, in fin. princ.
Ias. post Petrum & Cyn. in l. Iubemus. in fin. C.
de testam. Corn. consi. 73. col. pen. & cōsi. 103.
col. pen. vol. 1. Crot. in l. 1. §. si quis ita, in 7. ca-
su. ff. de verb. obligat. & latissimè Ruin. consi.
8. vol. 3. col. 2. & 3. Soc. Iun. consi. 183. nu. 27.
vol. 2. cum aliis copiosè deductis per Cra. cōs.
10. nu. 13. quæ cōfirmat ex decisione Angeli in
l. non totum. ff. de inoff. test. dicentis, testamen
tum secundum factum ad sugestionem alterius
primum non tollere, sequit Francis. Marci de-
cis. 129. Tomo. 2. & pulchrè Bello. consi. 74. nu.
7. quem refert eleganter Bursat. cons. 47. col. 3.
quòd præsumitur ad sugestionem factum testa
mentum, si detur uoluntas scripta notario, qui
eam stipuletur, quod hoc in Parochiano po-
tuit euenire.

7 Vltimò, quia si etiam testes probarent, tamē
hoc testamentum dici non potest, quod institu
tione caret. l. proximè. ff. de iis, quæ in testa-
men. del. §. 1. instit. de fideic. hæred. Iacob. Pe-
tri de Capuciis. consi. 56. col. fin. diuersorum
ad vltimas voluntates. & Barto. de Vulpis. cōs.
8 103. nu. 3. eodem loco. † Nec verbum relinquo
in hac scripta positum importare potest hære-
dis institutionem, etiam alio non instituto hæ-
rede vniuersali, cum non referatur ad totū vel
partem hæreditatis, iuxta not. per Alex. in l.
nam quod. §. non omnis, qui dicit esse commu
nem. ff. ad Trebel. nu. 6. Bar. & alii in l. his ver-
bis. ff. de hęred. instituē. Imol. in l. 1. §. si ex fun.
do nu. 18. ff. de hære. instituen. Dominus meus
Riminaldus consi. 111. nu. 8. & cons. 437. nu. 8.
& ibi dixi in apostill. ex quibus concluditur
publicationi locum non esse.

9 † Ipsis tamen non attentis, contrarium est
de iure verius. Cum enim ciuitas Ferrariæ sit
de tēporali iurisdictione Ecclesię, & ob id ī ea
ius canonicum seruari debeat, ut tradit Card.
Zab. consi. 2. Fulg. in l. quid sit fugitiuus. §. idē
Celsus. ff. de ædil. edict. Glo. in auct. ut ecclesi.
10 Roman. ad fin. † Sequitur quòd hoc testamen
tum factum coram quatuor testibus, dempto
Parochiano, cuius dicto Tironi uti nolunt, va-
lere debet, ut de iure canonico valet, secūdum
Specul. in tit. de inst. edi. §. compendiose. vers.
item per ius canon. sequitur Abb. in c. cum es-
ses. de testam. vbi etiam Imol. Cal. consi. 8. de
testa. Gemin. consi. 49. col. fin. Alex. consi. 17.
col. 3. vol. 3. consi. 103. col. 4. vol. 4. & in termi
nis tradit Cor. cōsi. 241. col. fi. vol. 4. Dec. cōs.
284. col. 4. Portius Immolen. consi. 12. nu. 17.
& amplè. Rol. à. Vall. consi. 33. nu. 42. vol. 3.

Fortius & secundò dicitur in hac scripta.
*& quando detto Zan Francesco non gliela podesse
lasciare (videlicet dicto Petro & Arienta, de qui-
bus supra) per vigor di testamento gliela lascia, &
dona con tutte quelle ragioni che si puole lasciare, &*
11 *donare*. † Quæ clausula bene valet, nec im-
pertinens iudicari debet, sed donationem
inter viuos inducit, casu quo dispositio ut te-
stamentum valere non posset, maximè si pars
fuerit præsens & consentiens, vt tradit Bald.
quem Angel. Castr. Aretin. & omnes sequun-
tur in l. hæredes palam. §. in testamētis. ad fi. ff.
de testam. sequitur Castrens. Alex. Ias. & alii in
l. cū antiquitas. C. eo. quicquid post Ioa. Fabri
pungat in oppositum Natta consi. 73. col. 2. cū
hęc sit crebrior opi. à qua in consulendo non
12 est recedendum. † hic autem Petrus & Arien-
ta pręsentes erant, vt omnes testes dicunt, sicq;
consentientes pręsumuntur fuisse, cum de fa-
uore eorum agatur. l. qui patitur. ff. mandat.
not. Bart. & alii in l. quæ dotis. ff. solu. matrim.
13 † Diciturq; satis inter uiuos fuisse, licet ab in
firmo facta hæc donatio, ex quo de mentione
mortis nihil est dictum. l. Seia. §. fin. vbi not.
omnes. ff. de donat. caus. mort. & in d. l. quæ do
tis, maximè Alex. nu. 6. post Imol. in c. 3. de con
sue. ibiq; Guido pap. post. Domi. Guil. Bened.
in c. Raynutius. uers. testamentum. 4. num. 21.
de testa. Ripa. lib. 3. respō. cap. 9. col. 4. Cassane.
consi. 39. nu. 77. quos aliàs cumulaui. inst. de
donati. in prin. nu. 318. & nunc addo Francis-
cum Marcum. q. 486. num. 5. & 6. prima parte.
Meritò vltra duos testes, & cōtra quos opponi-
tur de compatria, duo alii supersunt in numero
sufficiēti ad probandum hanc donationem in-
14 ter viuos † in qua duo testes sufficiunt, sicut
regulariter in quolibet alio contractu. l. vbi nu
merus. ff. de testib. firmat Corn. consi. 126. col.
2. vol. 1. consi. 68. col. 6. uol. 3. consi. 124. col. 2.
consi. 239. col. 3. uol. 4. Soc. Iun. consi. 21. num.
12. volum. 2. Brun. in tract. de forma. §. de po-
tentia & effectus formæ. col. 5. Rol. à. Vall. cōs.
40. in prin. vol. 1. & consi. 43. nu. 19. vol. 3.

15 † Et quemadmodum hæc publicatio in te-
stamento locum habet. l. publicati. C. de testā.
ita in contractu, vel sententia quando nec cō-
tractus, nec sententia in scriptura publica reda
cti fuerint. c. significauit. c. Albericus. de test.
declarat. Ang. in d. l. publicati. post medium.

Sola superest difficultas in tollendis obiectis
Ad primum enim, quòd duo ex quatuor testi-
bus sunt compatres, stante quòd agatur hic de
donatione inter uiuos, ut supra dixi, cessat il-
lud, cum alii duo sufficiant, qui nullum defe-
ctum patiuntur, sed persistendo etiam in hoc,
quòd de testamento agatur in casu nostro ta-
16 † men adhuc dico, fidem illorum duorum
qui sunt compatres, esse idoneam. Edictum. n.
de testibus est prohibitoriū certarum persona-
rum, vnde quilibet admittitur, qui non reperi-
tur expresse prohibitus. l. 1. iuncta gl. ff. de te-
stib. cum ergo compater non reperiatur prohi-
bitus

bitus admitti poſse, debet in teſtem , ut notat
Bal.in l. parentes. C. de teſt.& ibidem Salic.
Rom.Alc.& Iaſ.in l.generaliter. ff.de in ius vo
ca. Lanfranc.in c.quoniam contra.in uerſ. te-
ſtium depoſitiones.nu.97.de probat.Bart.cōſ.
incip.in q.vertente inter D.Simonem,Aret.&
Fel.in c.cum nuntius. de teſtib. Abb.in tract.
de teſt.in prima parte,nu.8.Alex.conſi.42.col.
pen.ad fin. vol.3.Iaſ. in l.apertiſsimi.col.2.C.
de iud.in §.pęnales.col. 10.verſ.pro prædicta.
inſt.de action.Crau.cōſ.169.nu.1.& 2. Ruin.
conſi.81.nu.19.vol.3.Tiraque.in l.ſi vnquam.
uerſ.ſuſceperit liberos.nu.38. C. de reuocan.
donat.Petrus à Placa libro primo Epit.delicto
rum, cap.40.nu.11.uerſ.ſecūdo repetit,& hæc
opinio ex dinumeratione Doctorum commu-
nis eſt,ut teſtatur Menoch.de arbitra. Iud.li.2.
Cent.1.c.100.citans duos alios Doct.de qui-
bus per eum,quibus addo Crot.ſibi contrariū
conſi.3.nu.20.

17 † Nec obſtat,quòd diminuatur de fide, & ꝙ
non ſint omni exceptione maiores,ex ſupra de
ductis,hoc enim puto falſum ex his, quæ ponit
Veron.conſi.5.col.3.in ciuilibus,quem refert,
& ſequitur Crau.conſi.169.ubi dicit,quòd cō-
patet dicitur idoneus teſtis in cauſa matrimo-
18 niali, † & tamen cauſa matrimonii dicitur gra
uis,ut notant Butrius,Abb.& alii in c.ſi pro de
bilitate.de offic.deleg.Dec.conſi.133.nu.1.ad
fin.Mantua conſi.121.nu.1.vol.1. ita quòd re
quiruntur in ea probationes omni exceptione
maiores.c.1.cum gloſ.de conſang. & affinit.c.
inſuper qui matr.accuſ.Veron.conſ.2.col.1.&
6.ner.quarta pręſumptio. Fel.in Rubr.de ſpōſ.
col.5.uerſ.quarto in cauſa matrimoniali.Soc.
Iun.conſi.88.nume. 8.vol. 2. Ita ſi admittitur
teſtis compater in cauſa matrimoniali, tanto
magis in cauſa iſta longè leuioris momenti ad
19 mitti debet, nec eius fides diminui, † immo
Cor.expreſsè.61.col.3.uerſi.oſtenſo.vol.3.di-
cit , quòd cōpater eſt omni exceptione maior.
ſequitur Crau.in d.conſi.169.col.2. Et Alcia.
reſpon.18.ad fin.ubi concludit , quòd compa-
ter eſt teſtis omni exceptione maior , præter
quàm in cauſa ipſius , quem in Baptiſmo te-
nnit. de qua exceptione non agimus, & certè
Doctores,qui de compatre loquuntur,dubitā-
tes,an admittitur in teſtem,loquūtur in cauſa
eius,quem de ſacro fonte leuauit, & ita loqui-
tur Baldus,qui tenet partem negatiuā , & aliī
poſt eū in d.l. generaliter. ff.de in ius vocand.
inter eos enim bene adit illa paternitas & filia
20 tio ſpiritualis,† ſed ſecus eſſe debet pro com-
patre ſuo,pro quo bene poteſt eſſe teſtis : quia
prædicta ceſsant . Ita conſiderat Ruin. conſi.
81.nu.19.vol.3.ſequitur Menoch. loco citato
in fin.Et Alcia.in allegato reſpon.18.in quo ſe
cundo capite uerſamur.

21 † Et ſi dicatur in tali compatre affectionem
concurrere,reſpondetur , hāc eſſe leuem ſuſpi-
tionem, quæ per iuramentum purgatur ipſius
teſtis,qui iurat , quod non deponit niſi uerita-
tis obtentu , ut in teſtibus de vniuerſitate , in
quibus pari modo cadit affectio, conſiderat
Bal.in l.cum nuntius.de teſtib.quem refert &
ſequitur Fel.in c.inſuper. poſt principium eo-
dem titulo:vnde ſic & in caſu noſtro dicamus.

22 † Tertiò dici poteſt, dato ( non tamen con
ceſſo ) quòd fides iſtorum duorum teſtium ali
qua ex parte diminueretur,tamen ex fide & in
tegritate aliorum duorum ſupplētur & reinte-
grantur, iuxta deciſ. Bal.quem alii ſequuntur
in l.ſi quis ex argentariis. §.cogētur.ff.de edē.
Alex.conſi.23.col.5.conſ.222.col.5.2.uolum.
Iaſ.in aucten. ſi uero contigerit.nu.3.C.de iu-
di.& l.ſi conſtāte.nu.43.ff.ſolut.matrim. Dec.
in c.licet cauſam. nu.19. de probat. Crott. in
tract.de teſti.quem citat Soc. Iun.conſi.61.nu.
19.vol.2.vbi ampliat idem eſſe ſi ex probabili-
bus coniecturis teſtis adiuuetur,ut per eum .

23 † Quę deciſio etiam procedit , quando teſtes
examinati non ſunt ultra numerum requiſitū,
ut in caſu noſtro,dummodo quod defectus te-
ſtis non repellat eum ipſo iure,nec dictum eius
annullet , ſed ſolum attenuet,aut diminuat fi-
dem,ut eſt infamiæ facti,affinitas,amicitia,vel
( ut caſum noſtrum interponam ) comparterni
tas,& quod ſimus in cauſa ciuili non ardua , ut
eſt iſta,ita adūguem declarat Iaſon in d.§. co-
gentur.col.pen.circa medium,& magis inter-
minis noſtris , ideſt in teſtibus teſtamentariis,
hoc dicit ibi Alexan. col.prima,uerſic. tamen.
& ſequitur eum Ruin.conſi. 192.nu.9. volu.2.

24 † Quartò concurrit, quod iidem teſtes fuerūt
examinati ex aduerſo, quo fit,vt eorum perſo-
nas amplius reprobare non poſsint aduerſarii.
l.ſi qs teſtibus, & ibi not.C.de teſtib. Soc.Iun.
conſi.146.nu.13.vol.1. dicens quòd pars aduer
ſa non poteſt contra fidem teſtium opponere,
cum iam eorum fidem approbauerit : nō enim
poteſt fidem ſemel probatam reprobare , iuxta
illud. Quod ſemel placui , amplius diſplicere
non poteſt.l.in diem.ff.de aqua plu.arc. §. re-
ligioſum. inſtit. de rer.diui.c.quod ſemel pla-
cuit.de reg.iur.in 6.

25 † Confirmatur. Nam ubi teſtis fuit ab utra-
que parte rogatus ad teſtificandum , nō poteſt
poſtea contra eum opponi inhabilitas . Gloſ.
allegatur ſingularis in §.& licet.in fin.uerſ. ſup
pliciis,in ant.de teſt. Bal. & Salic.in l. paren-
tes.in prin.C.de teſti.& in c.in nomine domi
ni.eodem titulo, Ange. in l.1.C.de teſt.Imol.
in l.ad teſtium 1.ff. de teſta.Nat. conſi. 95.nu.
26 12. † dummodo non ſit inhabilitas per partes
irremiſsibilis, quod nō eſt in caſu noſtro,Bal.
in l.ſi quis teſtibus.col. fin. Fely. in c. ueniens
1.col.pen.in fin. de teſti.Marſ.ſing.92.ſed hoc
eſt in caſu noſtro , ut ex proceſsu apparet , vbi
examinator ita atteſtatur pro parte utraque
eos fuiſse examinatos,& ita in teſtamento pro
priè reperio , quod conſiderat Ruin.conſ.192.
nu.8.col.2.ubi opponebatur vni teſti teſtamen
tario,

tario, quòd non esset idoneus: quia maritus hę redis institutæ, dicit enim Ruin. quòd ex quo dictus testis iurauit etiam ad instantiam alterius partis, quæ propter hoc illius personam approbare dicitur, ideo contra nihil opponere potest. quod est multum notabile, & nihil melius inueniri potest.

27 † Secundò insuper accedit: quia ex dicto Tosini examinati ex aduerso cõstat, ꝙ antequã scriberetur hoc testamentum, & publicaretur, dictus Ioannes Franciscus dixit, quòd relinquebat ista bona dicto Petro & Arientæ, vnde per hoc facilius est credendum, quòd postea sic fecerit, & per consequens, per ea, quæ dixit ante testamentum, augetur fides testium deponentium, vt in scripta, & ab eis suspitio tollitur, tã quam ex hoc præsumatur, quòd nõ mentiatur, ita in terminis declarat Ruin. in d. consi. 192. nu. 9. pro quo facit illud vulgatum. Falsum dici non posse quod primordio veritatis adiuuatur, ut dicunt Bart. & Castr. in l. cum filius. §. hæres. meus. ff. de leg. 2. Curt. consi. 56. col. 5. & Gramma. consi. 30. ad fin. vbi dicta testium dicit adiuuari ex quibusdam actis notarii præcedentibus.

Ad secundum verò pro responsione, dico aduertendum esse, quòd ille Iacobus de Nouo deponit in effectu de bina publicatione huius scriptæ facta per Parochianũ. Patet quia dicit, dictum Parochianum illam legisse coram domino Ioanne Francisco & testibus in ea descriptis &c. qua lecta subdit, Parochianũ rogasse testes pro parte dicti Ioannis Francisci, postea subdit, ꝙ ipse testis dixit. *Mò messere, noi altri* videlicet ipse Lucas & Christoforus, *che non hauemo sentito, ne inteso il parlare del detto testatore, volemo sentirlo, & che anco lui*, videlicet d. Io. Frãciscus. *dica chel lassa queste cose.* Et his dictis subdit ipse testis, quòd iterum Parochianus relegit dictam scripturam in omnibus & per omnia prout in ea continetur, qua lecta dictus Franciscus eam confirmauit, dicendo. *Io confermo tanto quanto è scritto li* & prædicta fuerunt (inquit iste) præsentibus se teste, & testibus prædictis, dum enim deponit de Parochiano, qui rogauit testes pro parte d. Ioan. Francisci loquitur de prima publicatione, ut clarè patet ex eius testificatu, & in hoc plus de facto deponit hic testis, quàm alii, qui de hac prima publicatione & rogitu Parochiani ex parte testatoris nil dicunt. Dum uerò de secunda publicatione dicit, de qua omnes alii testes dicunt, in hoc minus ipse de facto deponit, quàm illi qui dicunt d. Ioan. Franciscum ore suo rogasse testes, ut uellent esse testes dicto suo testamento, & dicere ueritatem, si unquam uocarentur ad eam dicendam,

28 † qui rogitus licet post testamentum publicatum interuenerit, sufficit tamen, ex quo incontinenti interuenit, vt tradit Bal. in l. fin. C. de fideic. sequitur Barb. in c. relatum. 1. col. 3. de testam. Ias. in l. hac consultissima. colum. secunda. C. de testam. Tiraq. de retract. tit. de retr. conuent. §. primo, num. sexto, meritò stantibus ita his, prout uerè stant, sequitur, quòd nulla contrarietas in hoc Iacobo & Luca

29 vel aliis notari potest. † Non enim testes dicuntur contrarii quando de facto minus deponit vnus quàm alter, ut notat Anton. de But. in c. 1. de offi. leg. sequitur Dec. cons. 100. nu. 4. & 6. & consi. 163. col. 6. post. Marian. cõsi. 26. col. 4. Paris. consi. 87. num. 35. uolu. 3. Dominus meus Riminal. consi. 285. nu. 34. & ibi in additionibus meis confirmaui, nuncq́ue pariter ad do Corneum cõs. 223. vol. 1. Soc. cons. 26. col. 4. vol. 1. cons. 171. col. 4. vol. 2. vers. cõfirmantur. Neuiza. consi. 47. nu. 36.

30 † Secundò, & magis in terminis dico, ꝙ & si Iacobus dicat, testes à Parochiano rogatos, Lucas verò à Ioanne Francisco, nõ tamen sunt per hoc contrarii, nec contradicunt, cũ sit possibile fuisse rogatos ab utroque, cum sit actus reiterabilis iste rogatus, ita concludit Angel. consi. 274. col. 5. quæ est penult. quem refert clarius & sequitur Ias. in d. l. hac consultissima col. 2. de testa. meritò cessat omnis difficultas.

Ad tertium uerò non insistendo, ubi non expedit, dico illud resolui ex uerbis met Domini Iacobi, dum loquendo de secunda publicatione dicit, id fuisse præsentibus se teste & testibus pr̨edictis, quæ uerba complectũtur Peregrinum, Zabuinum, Christoforum & dictum Lucam, de quibus supra mentionem fecit, &

31 quos dicit ibi fuisse præsentes. † Nec aliter intelligi possunt illa verba sed ad superiora relationem habent, propter illud uerbum pr̨edictis, ut not. Bar. in l. talis scriptura. §. fi. pen. q. ff. de lega. 1. Paris. consi. 1. nume. 131. volum. 3. cum simil. Dominus meus Riminal. cons. 118. numero 8. dicens intelligi relationem fuisse factam ad superiora cum omnibus suis qualitatibus & non simpliciter, ibidemq́; concordantes adduxi.

Ad quartum respõdetur, quòd immo ex testificatu illis Tosini examinati ex aduerso constat apertè d. Io. Franciscum dixisse Parochiano, quòd uolebat eum scribere dicendo *Io lasso questa casa con li mobili alla Arienta & Pietro.* prout in scripta post modum reperitur. Huicque accedit etiam Christoforus alter testis dicens Parochianum aduersus Dominum Ioannem Franciscum dixisse. *L'è qui Christoforo vostro fratello & Luca; li quali non sono stati presenti al principio, quando voi hauete detto quello che volete far, io leggerò questa scritta, & voi direte se vorrete che la stia cosi.* Quibus sic dictis legit dictam scriptam, qua audita & intellecta dictus Ioannes Franciscus confirmauit eam in omnibus & per omnia, dicendo vulgariter *che'l detto testamento staua bene, & che lui voleua chel'stesse cosi.* Ex hoc enim apparet, ꝙ ante dixerat dictus Ioannes Franciscus, quid es-

ſet ſcribendum, cum parochianus à ſe tantum non potuiſſet illud diuinare,& ex iſta approbatione ſecuta dicti ſcripti, colligitur, quòd ita iuſſerat ſcribi, aliàs non approbaſſet ita in omnibus & per omnia: maximè quia, ut omnes teſtes dicunt,erat in ſano intellectu, *& parlaua gaiardamente* nec deceſsit ſtatim, ſed etiam
32 per triduum ſuperuixit, ut illi dicunt. † Valet ergo hoc teſtamentum factum ad interrogationem dicti parochiani, & ab eo ſcriptum, cum in hoc præceſſerit voluntas & ſcientia dicti Ioannis Franciſci; iuxta gloſ.communiter approbatam in d.l.iubemus, quæ hoc caſu procedit,ut per Iaſ.ibi poſt alios.col.fi.& Crot. in d.§.ſi quis ita,in 6.caſu,& latè Crau.conſ.117. vbi multos allegat maximè Corneum in quibuſdam conſiliis,qui id tradit ſicut & alii quos allegat Clarus.in §.teſtamentum.q.37.Alciat. reſponſo. 534. Mandoſius in addit. ad Roma. conſi.306.verbo valere.Silua.conſi.54.Et Burſatus conſi.47.nu.5.Et allegata in contrarium procedunt non data ſcientia teſtatoris: Nec ꝙ ipſe Ioan.Franciſcus à dicto Toſino interrogatus,quid de aliis bonis ſuis fieri vellet,reſponderit. *dil reſto io ho fatto teſtamento*. Idque ſit in cauſa productum per Gilinum rogatū. Infertur,quòd ipſe noluerit teſtari. Contrarium.n. omnes teſtes dicunt, & probant referendo verba dicti Ioānisfranciſci, ſed bene ex dictis verbis colligitur, vt dictus Ioannesfranciſcus crederet,illud præcedens teſtamentum etiam poſ
33 ſe valere, † in quo tamen errore labebatur,cū per hoc ſecundum teſtámentum, licet ad interrogationem factum,illud præcedēs toleretur, vt copioſè deducit Dec.conſi.489.per totum, quam ſententiam etiam fouet Dominus meus Riminaldus ęgregiè conſ.254.nu.23.& per totum, eamq́; pariter tenet Alciat.reſpon.570. col.2.Silua.conſi.54.per totum,Burſatus cōſi. 47.col.fi.qui in hanc partem inclinat.Quę cōfirmatur. Nam videmus per teſtm̄ poſterius de iure tantum ſpeciali validum primum tolli.l.2..ff. de iniuſ. teſt. Dec.conſil.475. conſil. 512.in prin.Ceph.conſ.32.col.1.conſ.73.col. 2.Rol. à Val.conſ.33. nu.21 vol.3.ſicut etiam ſi ſecundum ſine ſcriptura proceſſerit nec tot ſolēnitates ſicut in primo modo ſufficiens numerus teſtium interuenerit, vt per Pariſ.conſ. 46.num.20.vol.3.igitur & per ſecundum licet ad interrogationem alterius factum primum
34 tolli debet. † Et licet Paul.de Caſt.conſi.367. uiſo puncto & allegationibus. in fin. uoluerit primum teſtamentum nō reuocari, ſecundum quam opinion.conſuluit Soc.conſ.229.uol.2. & conſi.92.num.26.uolum.tertio. Ruin. conſilio.9.colum.penult.ſecundo uolum.Crauet. in dicto conſil. 117. in fin. Socin. iun. conſil. 144.nume. 15. & latius conſil.183.nume.34. uolum.ſecundo; vbi etiam citat Guid.Pap. Zaſium & Calcan. idem tenentes, & dicit eſſe cō
35 munem opinionem contra Decium. † Verè tamen omnes loquuntur in teſtatore valde infirmo, & interrogato ad ſuggeſtionem alterius, quo caſu non modo teſtamentum ſecundum factum ad interrogationem per uerbum, ſic, in effectu non valet in præiudicium inſtitutorum in primo, ſed etiam ſi longioribus verbis, & tractatu fuerit factum mutando primum, & aliis hæreditatem relinquendo, ut tradit Angel. in l.non enim. ff.de inoffic. teſtament. & in l.fin. C. ſi quis aliquem teſta. Cepol.caut. 36. licet cum uerbis, Iaſon conſi. 141. nume. tertio. uolum. 4. Item loquuntur doctores, quando teſtamentum primum de longinquo iam fuerat factum, quæ omnia ceſſant in caſu noſtro, ubi Ioannesfranciſcus licet infirmus eſſet, ualidè tamen loquebatur, ut teſtes dicunt, pręceſsitq́ue eius ordinatio, ſcientia & uoluntas de ſic teſtando, ut ſupra oſtendi nec multum à remotis, ſed iam duobus annis tantum ante præcedebat illud primum teſtamentum, meritò ſumus extra terminos Pauli de Caſt. & ſequacium, & in caſu, ꝙ primum teſtamentum debet tolli per iſtud, ſecundum concluſionem Decii,& D. mei Rimi. in cōſiliis de quibus ſupra, quicquid Soc. iun. contradicat,uolens hanc limitationē Pauli de Caſt.paſsim procedere, ſed certè dēt reſtringi cōcurrentibus prædictis,q̄ in caſu nr̄o ceſſant.
36 † Ad vltimum ego dico, ꝙ ſi quidem tenemus hic de donatione agi propter iſtud uerbū *e dona,* ceſſat hoc obiectum de defectu inſtitutionis. Sic verò dicimus hic agi de teſtamēto, & tūc dico ex aliis verbis colligi inſtitutionē: poſtquam enim dixit, *Item laſcia la caſa con il cortile, confinando &c.* ſubiungit *la qual caſa con le terre poſte in detti confini con tutti li beni mobili et immobili, vino, fromento, & con tutto quello ſi ritroua, vole che ſia la mita dell' Arienta ſua moglie re, & l'altra mita di Piero fratello di detta Arien*
37 *ta*. † Illa enim uerba *che ſia dell' Arienta & Pietro* denotant dominium propter benitiuum iunctum illi verbo ſit. Cuius natura eſt importare dominium, ex ſui propria ſignificatione l.ſi hæredis ſeruus. ff. de legat. primò Bartol. & alii notant in rubrica. ff. de oper. noui. nuntiat. Ruin. conſil. 65. numer.quarto.uolum. ſecundo. Natt. conſil. 292. nume. quinto. Crot. conſil.36. nume. 29. Senat.Pedemonta. deciſ. 71. nume. 18. & ſic important Arientam & Petrum debere eſſe dominos dictæ domus, & aliarum rerum ibi ex-
38 preſſarum, † meritò dico, induci inſtitutionem: Quia uerbum dominii, ſeu ſonans in dominium, intelligitur de directo, & inſtitutionem importat, l. his verbis. in princip. ff. de hæred. inſtituen. & notant Bartol. Bald. Imol.& alii, quo fit, ut hoc teſtamentum dici poſsit inſtitutionem habere.

Secundò & ulterius ceſſat omnis amaritudo ex illis uerbis *con tutti li beni mobili & immobi-*
39 *li, cō tutto quello ſi ritroua &c.*† Nā illa dictio,cū aggre-

aggregationem quãdam & coniũctionem importat l.fi.& ibi not.doct.C.de impub.& aliis. substit.Corn.consi.240.col.2.vol.2.Paris.cõs. 3.nu.19.vol.1.Cor.consi.38.nu.5.vol. 1. Nec in effectu differt à copula, quando ponitur inter ea, quę possunt se habere vt principale & accessorium l.Titia §. nihil. ff. de leg. primò, vbi nihil differt, an Titio & Meuio, an Titio cum Meuio legem: vtroq; enim casu coniunctim legatum dicitur, tradit Cor. alia iura citans ad hoc cons.312.col.1.uol.3. notãt doct. maximè
40 Ias.in l.si ancilla ff.de leg. 1. † Vbi etiam si sit posita inter res diuersas, vult quòd coniungat æquè principaliter, imò dicit Ruin.consi 190. nu.7.vol.1.post Bartol. in l.Seiæ §.Gaio. ff.de fund. instruc. & in l. iulius Paulus ff. de cond. & demõst. q dictio cum, magis copulat, quàm copula &. Vltra igitur domum positam intra illos confines, dicitur hic Ioannes Franciscus reliquisse istis Tironis omnia alia sua bona mobilia & immobilia, dicendo *con tutti li miei be*
41 *ni &c.* † meritò fit, vt vniuersitati bonorũ verbum relinquo sit adiectum, sicque institutionem importet.iux.not.in d.§.nõ omnis. in d.l.his verbis.& in d.§.si ex fundo. Et ex his cõcludo, motiua non obstare, & publicationis locũ esse. Et Ita obtinui coram domino Thadeo Gratiano honorando iudice appellationum.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

## Pro Salamone Caluo:

### ARGVMENTVM.

De solicitatore in testem non admittendo.

### SVMMARIVM.

1 *Solicitor repellitur a testimonio quando salariatus est.*
*Secus si non est salariatus:*
*Sed auctor contra tum per doctores simpliciter loquentes, 3.*
*Et communem sententiam. 6.*
*Tum etiam de non salariato loquentes, 7.*
2 *Fides testis inhabilis suppletur ex alijs habilibus.*
*Si inhabilitas non sit totalis sed diminuens tantum. 16.17.*
*Et quòd habilis sit multum fide dignus. 18.*
4 *Solicitator habet maiorem affectionem ad causam quàm procurator.*
5 *Doctor indistinctè loquens indistinctè debet intelligi.*
6 *Opinio communis in iudicando sequenda.*
8 *Testis est suspectus qui reputat ad honorem sibi victoriã causę vel ad dedecus in ea succumbere. 12.*
9 *Solicitator non habens salarium videtur magis affici causa salariato.*
7 *Magnaq; affectio eum repellit. 10.15.*
11 *Quæ non p rosunt singula multa iuuant.*
13 *Rationes quibus solicitator repellitur procedunt etiam in non salariato.*
14 *Doctores de solicitatore loquentes cur de salariato locuti sunt.*
19 *Socius solicitatoris admittitur in testem.*

*Auxilium meum à Domino.*

## CONSILIVM CXXIX.

DVO breuiter proponũtur in ostẽdendo, quòd iste Iacobus in scripto, quod ex aduerso pducitur, examinari posit, quãtumcunq; fuerit sitq; solicitator Samuelis
1 Vsqui contra Salamonem Caluum. † Primum est, nam tunc demum solicitator repellitur à testimonio, quando est salariatus à domino principali, qui eum constituit, secus autem si non est salariatus, & qui vult dicere eum esse salariatum, ei incumbit onus id probandi. Ita est de mente dominorum de Rota decisio. 154. in meo libro in nouis.incip.solicitator in causa, ubi signanter loquuntur de solicitatore salariato à domino, sentientes ex hoc secus esse in non salariato.argu. l. cum prætor.ff.de iud. Idem clarè & expressè per multas rationes cõcludit Rom.consi.420.incip.in proposita quæstione. Idem videtur de mente Alex.consi.78. col.pen.uol.1. Ioannes Baptista Ferretus cons. 79.nu.9.& Cassaneus consi.37.nu.6.vbi secuti Rotam & Romanum, de quibus supra, dicũt tunc demum solicitatorẽ repelli, quando fuit constitutus à domino, & salariatus ad solicitãdum, secus esse in non salariato, sicque tenet Cesal.cons.170.nu.37. prout & in salariato loquitur Ang.consi.233.punctus.col.2.quem sequitur Marcus Mantua consi.43.nu.53. uol.1. secus sentientes in non salariato, eodemque modo loquitur Dec.cons.94.col.2.Francus in c.Romana.col.fin.de app.in 6. Et in non salariato honesta persona, quòd admittendus sit, concludit Steph. Aufrer.in add. Capellę Tolosanæ decis.204.prępõderare namque videtur ad falsum verisimiliter dicendum salarium, ut dici solet.

*Quid nam mortalia pectora cogis.*
*Auri sacra fames.* Et apud Propertium.
*Aurum omnes victa iam pietate colunt,* & idem.
*Auro pulsa fides, auro venalia iura.*
Sicut & illud.
*Pecuniæ omnia obediunt.*

At in casu nostro non apparet hunc esse salariatum meritò uidetur admittendus non autem
2 repellendus † Secundum illud est, quod obiicitur. Nam huic scipto alii testes sunt subscripti, videlicet quidã Hercul. Signa & Petrus Maria Verratus, quo stãte fides huius Iacobi suppleri dẽt ex istis idoneis, ita ĩ terminis ĩ solicitatore

allegatur Alex. consil. 55. viso processu causæ
vertenris.col.pen.vol.2.motus ex notatis per
Bald.in l.si quis ex argentatiis. in princ. ff. de
edend.vbi dicit, quòd si reperitur vnus testis
infamis ĩfamia facti,fides eius suppletur ex in
tegerrima fide alterius, quem Baldũ sequitur
Alex. consi.23.col.5.vol.2. Ias.in auth. si verò
contigerit.nu. 3.C.de iudic.in l. si constante.
nu.43.ff.solut.matrim.Dec.in c.licet causam.
nu.19.de prob.Ruin.consil. 67. nu.12. uol.1.
consi.128.nu.12.uol.4.cum similib.Ex quibus
idem & in casu nostro concludit Alex.in dict.
cons.55.& præter eum Cefal.in allegato cons.
170.nu.40.vbi dicit,quòd cum cũcurrant alii
testes, res omni caret dubitatione sicq́ue pa-
riter renct Gabriel.Roma.lib.1.de testi.cõclu.
12.nu.7.post Alex.de quo supra licet enim se
remittat ad dicta per eum de cõsanguineo cõ
clusione sequenti,tamen in ea numẽ.7.firmat
idem in consanguineo, q admittatur, quando
cum aliis concurrir,post Bal.consi.10. colu. 2.
uol.5.Roma.consi. 486. & alios de quibus per
eum: Igitur ex prędictis hic Iacobus in testẽ vi
detur admittẽdus,licet sit in causa solicitator.

3 † Quibus tamen non obstãtibus tenendum
est indubitanter,hunc Iacobum non esse in te-
stem admittendum, sed prorsus repellendum
fore,& missa additione Benedicti Vadi ad Lã-
francum in tract.de restib.sub nu.88.& Bossii
in eodem tractatu num. 119.qui remissiuè lo-
quuntur. Stat infinitorum doctorum conclu-
sio,q solicitator in causa repellitur à testimo-
nio,imprimis enim Ang.cõs.233.incip. Quę-
dam domina Margarita,col. 2. expressè dicit,
solicitatori litis nullam fidem adhibendam es
se,quod enim de aureo illi dato pro suo sala-
rio ponit contingentiam facti, non autem pro
pter illud tantum dicit eum repelli. Idem te-
net Anch.cons.227.ad corroborationem,col.
fin.Abb.in c.insuper.in fin.de testi. Imol. post
Ant.de Butr.in c.cum à nobis.nu.8. in fin. eo.
tit.Alex.cons.78.col.pen.uol. 1. uer. præterea
ut dicunt.cons.153.col.2.& consil.154.col.1.
vol.5.consi.152.nu.6.uol.7. Alb. in tracta. de
testib.in §.expedita.nu.7.Orian.in d.tract.lo-
co citato. Dec.consil.133.col.3. in fin.consil.
310.nu.3.Paris.consi. 83.nu.40.uol.1.Gemi.
cõs.132.col.2.in fin.Dec.cõs.133. col.3. uers.
& idem in solicitatore.& cõs.310.nu.3.Steph.
Aufre.in tract.de reprob.testi.§.seruus.uer.so
licitator.Millus in uerbo testis etiam non po-
test ꝓcurator.Bertrã.cons.216.col.4.uol.3. in
nouis.Fulg.cons.219.col.3.Soc.iun.cons. 88.
nu.23.uol.2.Crot.in trat.de testi.in 4.part. q.
8. quos Gabriel. citat loco memorato nu. 1.
Ias.cons.3.nu.50.cõs.5.nu.19.vol.2. Gabriel.
Casatus cõs.59.nu.48.2.tomo.crimi.D. meus
Rimil.cons.110.nu.11.&cons.289.nu.16. cõ
4 cludentes oẽs eum repelli : † quia hẽt maiorẽ
affectionem ad causam quàm procurator, qui
repellitur,& testificari non põt.c.Romana. de
5 testib. in 6. † hi.n.omnes, cum indistinctè lo-
quantur, indistinctè sunt intelligendi,l. de præ
tio.ff.de publ. in rem actio.& sic tam in non sa
lariato,quàm in salariato, Rotaq́;& hanc diffe
rentiam sensit,& post eam Alex in d. cons. 78.
6 & Cassa.in d.cons.37.† Profectò contra recep
tam omniũ sententiam dixerunt,à qua in iudi
cando recedendum non est, iuxta notata per
Bar.& alios in l.2.C.de pęn.iud.qui malè iud.
ꝑ Fel. Dec. & alios in c.1.ad fi.de constit.cum
simil.sed (vt statim dicam) hæc eorum nõ fuit
intentio, remanebitq́; in hac opini. singularis
7 Rom.in d.cons.420. † Quòd enim solicitator
etiam non salariatus repellẽdus sit, tenuit Ge
min.& Anch.in primis in d.c.Romana. col. 1.
in fi.& 2.in princ. ubi loquens de solicitatore
deputato non à domino,sed à procuratore ad
solicitandum causas,dixit eum repellendũ fo-
8 re,† ea ratione; quia ubi quis reputat ad hono
rem sibi victoriam causæ, uel ad dedecus suc-
cumbere,est suspectus testis.Sed ista ratio non
modo in salariato à domino, sed etiã in depu-
tato à procuratore,qui non est salariatus à do-
mino concludit,ergo,dicit Gemin. videtur, q
etiam repelli debeat.Idem ẽt in effectu cõclu-
dit Fel.in d.c.cum à nobis.in fin. quẽ sequitur
ad unguem Steph.Aufre.in tract.de reprob.te
sti. nu.89. ubi etiam addit idem esse de men-
te Gemin.in d.c.Romana. ubi faciendo men-
tionem d.cons.Romani præallegato,dicunt,q
eius rationes facilè tollerentur,& idem tenet
Bertran.consi.209.nu.3.uers.& q solicitator,
uol.2.in nouis.Soc.iun.cons.88.num.24.vers.
nec obstat.uol.2.quos citat & sequitur in effe
ctu Gabriel. Rom.loco citato sub num.4.Pro
9 qua sententia † facit: quia non habens salariũ,
uidetur magis affici causæ,cum sola affectio ip
sum moueat,salariatum verò merces,& hoc ue
rissimum esse dicit etiam Soc.iun.in d.consil.
88.nu.24.uol.2. ubi Romanum reprehendit:
hoc enim inquit ipse, q solicitator non habue
rit salarium,facit eum magis suspectum, maio
rem enim affectionẽ ostendit ille,qui sine præ
mio solicitat,cum non ratione præmii moueа
tur, sed sola affectione causæ & personę. Sicq́;
perpendit etiam Mandos.in addit.ad Rom. in
d.cons.420.confirmans ex Præposito, quòd q
fuit in causa solicitator ẽt non salariatus non
poterit in eadẽ causa iudex esse ratione affe-
ctionis præsumptæ,quod & Gabriel Rom. fir-
10 mat ubi supra nu.5. † Idq́; tanto magis secun
dum Soc.iun.procedit,quando solicitator hẽt
magnã affectionẽ ad causam,ꝓꝑ quod etiã ue
nit repellẽdus,secundũ Dec.in d.cõs.310.col.
1.in fi.quem citat,adeo q ubi hæc singulariter
nõ sufficerent, debẽt tamẽ simul iuncta suffice
11 re ad eum repellendum, † iuxta illud. Et quæ
nõ prosunt singula,multa iuuant,ut ꝑ Spec. &
Bald. quos citat Firman. in uers. singula. Sed
quanta sit huius Iacobi affectio ad causas Sa-
muelis cõtra Salamonem,nemo est,q nesciat;

magna

magna enim, maior & maxima est (vt ita dicā) & ego expertus sum,& in facto vidi, omnesque hoc sciunt abundè,& vltra prædictos hanc eandem opinionem tenet Grat.resp.20.nu.30.vol. 2.vbi concludit,solicitatorē repelli,& si nō cōsequatur stipendia,& allegat Rot.in duabus diuersis decisionibus ab ea, de qua supra, licet eas non inuenire potuerim,stat tamen pro hac parte & eius decisio,quam etiam amplè confirmat Cassan.cons.18.nume.18.vbi secutus Fe-
12 ly.in dicto cap.cum à nobis. † mouetur: quia licet solicitator non habeat salarium,tamen ex quo solicitauit,si succumberet, esset sibi dedecus,& si obtineret esset sibi honos, vnde ratione dedecoris,vel honoris est repellendus. Sicut si haberet salarium tamen repellitur à testimonio propter affectionem,quam præsumitur habere,ut tradit Ioan.And.But.& Imol. in capit.dilectorum.de test. cog. Imol. in lege si cui legetur.§.si Titio.de leg.1.Alex. cons. 13. col. 5.nume.13.volum.1.& consi.19.volum. 4.Ias. in l.quoties.in fi.C.de iud. & in l. dictantibus. colum.2.C.de testa.Ergo pari modo idem dicendum est in solicitatore,& tanto magis vt repellatur,licèt salarium non habeat,& cum prędictis quoque concordat Bursatus consil. 20. nume.57.citans Nouellum in regulis iuris.verbo testis.nume.14.& Campeg. de testibus regula 72.&78.sicut & Crottum eod.tract.num. 35.& 145.

Ex quibus manifestè patet,communem opinio.esse contra Roman.prout sic ad vnguem testatur Oratius Mandos.Rom.in addit.Romani in d.cons.420.post Steph. Aufr.in tract.de repro. test.vers.solicitator.

13 † Et licèt idem Mand. postea laboret in tollendis rationibus supra deductis,de honore & verecundia,sicut & de affectione,volens esse secus inter solicitatorem & prosonetam, tamen negari non potest,quin vtroque casu militent, si bene considerentur.

14 † Et quatenus Ang.Rot. Alex. & Cass. in locis supra cōmemoratis in salariato locuti sunt, non ideo factum est,vt secus esse sentirent in non salariato,constituto tamen à domino,immo idē in eo esse,& tanto magis suppostuerunt propter rationes supra positas, & sic illum casum vt in dubitabilem reliquerunt,& in salariato locuti sunt,in quo maior erat dubitatio, an repelli deberet.Videbatur enim quòd non, cū mercedem suam habeat,& nihil vltra curet, tamen contrarium determinarunt propter affectionem, quæ vltra mercedem concurrit, meritò patet, quòd in eorum decisionibus pro contraria parte fundamentum fieri non potest.

15 † Et in quantum Mandos.loco citato distinguit,vt per eum,nobis deseruit caput amicitiæ magnæ,& affectionis intensæ consideratum ab eo ad repulsionem, quòd verè conuenit huic Iacobo,prout supra dixi. Quare ex his primo dubio satis superque satisfactum puto.

16 † Nunc ad secundum accedens dico aduertendum esse,quòd stante conclusione, de qua supra,quòd solicitator repellat, sequitur apertè, quòd ex aliis suppleri non potest: quando enim est talis defectus testis, q̃ ipso iure annullat,puta quia est infamis infamia iuris, tunc cū eius dictum sit nullum ipso iure,nō potest suppleri,per tex.notabilē in l.maritus.ff.de quæst.
17 † quando verò defectus est talis, qui non ipso iure annullat,sed attenuat tantum,& fidem diminuit,puta infamia facti, affinitas, amicitia simplex & id genus,& tunc in causa ciuili non ardua suppleri potest testis ex aliis,licet in criminali,vel ciuili ardua secus.Ita distinguendo declarant Bald.in lectu.antiqua, Ang.Petr.de Ancha.Alex.& Ias.in d.l.si quis ex argentariis. §.cogentur.ff.de eden.Idem tradit Bart.consi. incip.Quæritur & in dubium: Curt.in tractat. de test. in princip. plures accumulans. Corn. consi.42.in fin.vol.1.& cons.172.nu.20.uol.2. Crau.cons.9.nu. 12. sed solicitator est prorsus inhabilis; omnes enim supra citati in primo dubio dicunt,quòd repellitur, & nulla fides ei datur:ergo sequitur, quòd ex aliis suppleri nō potest,meritò Alex. in d. cons. 55. malè in hoc locutus est contra notata per eum in dicto §. cogentur,& alios ibi, & in locis supra commemoratis.

18 † Secundò dico etiam, quòd si bene considerentur Bald. & doct. in d.§. cogentur. uolunt,quòd testes,ex quibus minus idoneus suppletur, sint multum fide digni, idemque tradit Corn.cons.172.colum.pen.n.20.vol. 2. quòd ad hoc vt vnus testis suppleat defectū alterius, requiritur, quòd sit bene idoneus & integer, immo valde dignus,sed in casu nostro non video, quòd ista qualitas concurrat in duobus aliis testibus subscriptis huic chirografo, immo totum contrarium: quia & ipsi sunt subsolicitatores cum dicto Iacobo, & in eius defectum, & istud sæpissimè uidi in palatio iuris Communis & apud officium xii.Sapientum,& iam datæ sunt informationes domino Iudici,
19 quo casu & ipsi repellendi sunt, † licet secus esset,si tantum essent socii,& non solicitarent,argum.l.nam socius.ff.pro soc. & tradit Alberi. in d.§.expedita.unde cūm & ipsi sint inhabiles prorsus,sequitur,quòd istum suplere non possunt:fidem enim quam non habent,alteri supplere non possunt,ita tradit Alex.cons. 93. nu. 15.uol.6.Crauet.cons.99.nu. 10. ubi etiam cōsiderat, quòd doctores in hac materia dicunt quòd inhabilitas unius testis suppletur ex habilitate aliorum,non autem dicunt,q̃ fiat suppletio ex inhabilitate aliorū.prout in simili uidemus eos,qui ad tutelam uel curam alterius accedunt habilis ætatis esse debere, cum sit inciuile eos, qui alieno auxilio egere noscuntur aliorum tutelam uel curam subire, sicut.n.illi inhabiles supplere non possunt ætatē alterius,

ita fieri debet in vno vel pluribus testibus inhabilibus, vt fidem solicitatoris suplere non possint. Et per hæc concluditur, nec istum Iacobum, nec alios in scripto notatos adhibendos esse in testes.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

## Pro Salamone Caluo:

### ARGVMENTVM.

Quando confessio geminata & iurata reuocari possit.

### *SVMMARIVM.*

1 *Confessio geminata reuocari non potest*
*Sed contra nu. 6. & 20.*
1 *Confessio post terminum datum ad deliberandum non est reuocabilis*
*Sed contra nu. 20.*
2 *Iuramentum facit vt quis dicatur deliberatè ad actum accedere.*
3 *Confessio acceptata prætextu erroris reuocari non potest.*
*Nisi probetur error. 24.*
4 *Error qualiter probetur*
*Et probabilis est quando tractatur de damno vitando. 5.*
7 *Deliberando quis falli potest.*
8 *Notarius asserens quem non esse creditorem alterius, illi non contradicenti non praiudicat.*
9 *Confessio falsa veritatis apparentis substantiam non mutat.*
9 *Ponens censetur fateri, nec talem confessionē potest reuocare*
*Nisi doceat de errore:*
10 *Confessionis assertiuæ & narratiuæ differentia.*
11 *Verba enuntiatiua in contractibus ad liberationē prolata nunquid inducant dispositionem:*
*Probantq; ad effectum actus gesti. 12.*
*Secus si postea principaliter in dubium reuocetur. 13*
14 *Confessio relata ad instrumentum tantum probat quantum in eo continetur, non vltra.*
15 *Cessio sine causa facta non valet.*
16 *Exceptio non num. pec. quando renuntiatum fuerit illi cum iuramento.*
*Vel iuratum fuerit omnia & singula fuisse & esse vera nec in aliquo contrafacere. 17.*
*Vel facto perpetuo pacto de non petendo. 18.*
19 *Debitor non cedentis, sed cessionarij quis esse dicitur.*
21 *Glo. in c. ex literis, de diuor. reprobatur.*
23 *Confessio positionum reuocabilis docto de errore.*
24 *Confessionis acceptatio non praiudicat docto errore.*

*Auxilium meum à Domino.*

### CONSILIVM CXXX.

SAMVEL Vsqui in eius satis prolixo libello contra Salamonem Caluū porrecto petit in effectu se conseruari indemnē per eum à scutis ducentis ab illis de Lantanis, vel eum teneri ad soluendum eos Lantanis ea ratione, quia Salamon cessit Antonio Iacobo Curtio scutos. 675. Cum tamen non esset creditor Samuelis, nisi de scutis 518. vt ex eius confessione patet in instrumento rogato per ser Iacobum de comitibus, qui Curtius ꝑ tota summa scutorū 675. molestauit Lātanos, ab eisq; eos exegit, vnde ipsi sequestrari fecerunt Samuelē in carceribus Ferrariæ pro dicta summa scutorū ducentorū, & sic facto & culpa Salamonis ab eis molestatur, cum nō debebat cedere, nisi pro scutis 518. & vt latius in dicto libello. Et licet pro parte Salamonis in scriptura exceptionum suarū dictū fuerit, talem confessionē fuisse erroneam, & ob id reuocari posse, prout sic ibidem fuit reuocata: Anceps tamē (vt audio) residet Iudex excellen. nunquid de iure talis reuocatio procedat: qm̄ (vt in facto prænittitur) vltra confessionē, de qua supra, accedit & alia ex positionibus Salamonis ponentis omnia & singula cōtenta in dicto instrumēto fuisse & esse vera, & sic se non esse creditorē Samuelis, nisi de dictis scutis 518. Qua confessione geminata sic stante reuocatio nō
1 conceditur, † quoniam reiteratio deliberationem supponit, gl. notab. in c. si quis iratus. 2. q. 3. sed confessio post terminum datū ad deliberatè respondendū non est reuocabilis, ut not. gl. in c. ex literis. de diuor. Fran. Marci. q. 705. nu. 4. primæ partis. Affl. in c. sacramentū. §. si à iudice. nu. 18. de cōsue. recti feudi: ergo nec ista reiterata, & ita decidit in specie Rom. cons. 346. nu. 9. Cur. cons. 55. nu. 12. in fi. Soci. in reg. 64. in uers. confessio, fal. 5. Mars. consil. 113. nu. 6. Porti. Immolens. cōs. 103. nu. 6. post Andr. Sicul. consil. 64. vol. 4. vnde bene dicebat Dionisius de Barigianis. conf. 42. nu. 35. uol. 1. Vltimarum uoluntatum, duas confessiones plus operari quàm unā ad robur obligationis inducendum.
2 † Secundò, quia accedit iuramentum, quòd facit, ut quis deliberatè & ex certa scientia ad actū accesserit, ut not. Ant. in c. quāuis. de pac. in 6. But. in c. si diligēti. de for. comp. Rom. & Alex. in rub. ff. de uerb. obli. vnde si ex hoc standum est confessioni, non potest error allegari.
3 † Tertiò, qm̄ hæc confessio per partē aduersam prius fuit acceptata, ut ex tenore instrumēti colligitur, vbi inter eius pacta & cōuētiones stipulatione hinc inde vallatas est posita, ut ex capitulis

capitulis dicti Salamonis, vbi in ea parte qua dicit, contenta in dicto instrumento fuisse & esse vera, Samuel respondendo dicit, credit, quo fit, vt prætextu erroris reuocari non possit: ex tali enim acceptatione in cōtractum transiuit. Quare amplius vnius voluntate reuocari non potest, arg. l. sicut C. de actio. & obl. ut per hanc rationem decidit Bal. qui communiter allegatur in l. Gallus. §. 1. ff. de lib. & post. licet in meo codice non reperiam, sed eum refert & sequitur Roman. in l. 1. §. si quis simpliciter. numer. 13. ff. de uerbor. obliga. & post eum Aretin. & Alciat. colum. fin. Roman. consi. 433. in fin. Commendantque in praxi Alex. & Iason in l. quicquid astringendæ. in princ. col. fin. ff. de verb. oblig. Cępol. caut. 69. in meo libro, Alex. cons. 90. col. prima uol. primo, quod repetitum est consi. 119. uol. 3. & Idem Alexan. consi. 92. col. fin. uolum. 5. Andr. Sicul. consi. 54. colum. 2. uolum. 2. Catella. Cotta memorialium suorum libro in vers. confessio potest reuocari. colum. 2. And. Tiraq. de retract. in tit. de Retract. conuentionali. §. primo nu. 16. Ias. postremò in l. error. nume. 3. C. de Iur. & fact. ignoran. Ex quibus contra hunc Salamonem iuxta ex aduerso petita pronuntiandum videtur:

Quibus tamen non obstantibus ueritas tota in contrarium manet, & pro eius clariori probatione præmitto, quòd dictus Samuel longè ante dictum instrumentum cessit in ciuitate Anconæ huic Salamoni primò pro scutis. 518. postmodum alio diuerso tempore ibidem cessit eidem pro scutis 156. & quibusdam solidis. Ita quòd istæ duæ cessiones coaceruatæ ascendebāt vsque ad summam scutorum. 675. & de his adsunt instrumenta separata in processu ꝓducta, ex quibus apparet rem aliter se habere, quàm Salamon ipse postmodum confessus fuerit in instrumento, de quo agitur,

4 † sicq; probando rem aliter se habere, probatur error. l. post diuisionem, ubi Bal. & alii not. C. de iur. & facti ignoran. Soc. consi. 75. nu. 3. uolum. 4. Paris. consi. fin. nu. 29. uolum. 1. & pulchrè Ruin. consi. 10. uol. 3. Dicens, quòd error in facto ꝓprio admittitur, & est tolerabilis, quando tractatur de damno vitando: constatque per instrumentum publicum rem aliter se habere, Idemque tradit consi. 127. nume. 16. eod. uolu. Paris. consi. 89. nu. 37. uol. 1. Quos citat Rol. à

5 Val. consi. 69. nume. 5. uol. 3. † dicens quòd talis probandi modus sufficit, ubi tractatur de damno confitentis euitando, adeo quòd toleratur tunc error, etiam in facto proprio, & idē tradit Lanfranc. in c. quoniam contra. in uersi. confessiones. colum. fin. de probat. Cur. consi. 69. colum. penult. uersi. quia uidemus, Guili. Mainer. pulcherrimè in l. nemo potest. num. 54. ff. de regul. iur.

Quibus ita præmissis inferendo ad casum nostrum dico, ꝙ cum Salamon esset huius Samuelis creditor in & de scutis. 675. & in hoc instrumento dixerit, se esse tantum creditorem de 518. id erroneè processit, non retinens memoria secundum instrumentum cessionis sibi factæ de scutis 156. sed primum tantum de scutis 518. de quo tantum fit mentio in hoc instrumento, non autem de illo secundo, talisq; error, licet in facto proprio Salamonis, tolerari debet, cum de eius damno uitando tractetur,

6 † meritò probato errore per eū modo, de quo supra, sequitur aperta conclusio, & communiter recepta, ꝙ hæc confessio sua licet geminata & repetita potuit reuocari: Decisio est in terminis Bal. in l. 1. C. de error. calcul. in 1. notabil. quem sequitur ibi Paul. de Cas. Alex. Ias. Dominus meus Riminal. & Dec. post Anto. de Alex. quem citat. Idemq; tenet Ias. in d. l. error. col. pen. Romanus sibi contrarius cons. 391. ut pręposita. Vital. in tract. clau. col. 7. ubi de errore loquitur. Ruin. latè consi. 10. num. 18. uol. 3. Paris. cons. fi. col. pen. uol. 1. Soc. iun. cons. 180. col. fi. uol. 2. Dec. in c. cum causam. nu. 7. de appella. Fel. in c. cum venerabilis. nu. 6. de excep. Marsil. in prat. criminal. §. quoniā. nu. 6. Ruin. cons. 10. nu. 18. uol. 3. Ex quibus patet hanc esse cōmunem, prout testatur Oratius Mandos. in addit. Roman. in allegato cons. 346. sub litera B. citans Crau. cons. 112. ponderando eius ultimū dictū, & idē tenet Alex. cōsi. 102. col. fi. uol. 1. & consi. 69. col. 1. uol. 3. quem citat Rol. à Val. in allegato cons. 69. nu. 49. uol. 3.

7 † Probatur secundum eos: quoniam quis ēt deliberando potest falli. l. de ætate. §. ex causa, ff. de inter. act.

Secundò, Quod magis urget, considerandū est, quòd ista confessio prima, quæ allegatur, nihil facit: eam enim non video in prædicto instrumento, sed tantum in eo notarius asserit, quòd dictus Salamon non fuit, & non est creditor, nisi de scutis 518.

8 † cui assertioni, licet ipse non contradixerit, nō tamen ex ea sibi præiudicatur aduersus ueritatem, quę quomodocunq; cognoscatur, debet semper attendi, & cōtrariæ opinioni siue assertioni præualere. l. fin. ff. de probat. sic in terminis declarat ęgregiè Soc. iun. in d. cons. 180. nu. 8. uol. 2. quo nihil melius adduci posset.

9 † Confirmatur, nam falsa confessio ueritatis apparentis substantiam non mutat. l. cum falsa C. de iur. & fact. ignor. & ideo licet qui ponit, censeatur fateri, quod positū est, Alex. cons. 71. col. 1. uol. 3. Adeo ꝙ nō potest talem confessionem reuocare, tamen id fallit, si doceat de errore, ut post Spec. Aureū concludit Rol. à Val. in alleg. cons. 69. nu. 53. uol. 3.

10 † prædictis accedit quoq; Guil. Mainer. in d. l. nemo pōt mutare. nu. 47. ff. de reg. iur. satis in hac opinione conformis: ponens. n. de cōfessione propria extra iudiciali, ut in casu nostro fuit hęc, si cōfessionis nomē mereret, quę reuocari pōt docto demū de errore, scd'm eū, subdit, hoc intelligēdū esse si sit assertiua, secus aūt si sit narratiua tm̄.

Vt si Titius petat decē à Scio hærede Caii, ꝑ hoc.n. nō dicitur confiteri illum esse hæredem Caii,& ob id sibi non præiudicat. argu.l.qui familiæ. vbi glo. & docto.ff.famil.erciscun.Et licet se remittat ad notata per Barto. in l. ex hac scriptura. quęst.pen.ff.de donat.non tamen est quicquam nobis obuium,quo ab hac sententia
11 sit recedēdū. † Quoniam Bart.ibi quærit, an verba enunciatiua in contractibus ad liberationem prolata dispositionem inducant, inquitq; quòd inducta principaliter propter se dispositionem inducunt,secus si ob aliud incidenter per l.iubemus. C.de lib. cau. vbi literæ scriptæ ad Elium vt Decurionem, non probant eum ingenuum,cum non ob id, sed ob aliud, incidenter sic scriptæ fuerunt, quod & in casu nostro accommodari potest. Verba enim illa enūciatiua huius instrumenti, *Perche in effetto detto Salamone non fu, & non e creditore, se non di scudi 518. & il resto del credito spetta a detto Samuele:* non ob id prolata fuerunt, vt ostenderent Samuelem vltra scutos 518. Salamoni in aliquo non teneri,sed ob aliud incidenter,de quo ibi, videlicet, vt lamæ mille exactæ per dictum Samuelem à Lantanis cederent ad eius commodum,meritò ex intentione Bartoli in d.pen.q. sequitur, ꝙ dispositionem non inducunt.

12 † Confirmatur vlterius,tunc enim verba enuntiatiua probant inter contrahentes per l. optimam C.de cont.& comit. stipul. quādo de effectu illius actus quæritur,in quo ꝓlata sunt, exempli gratia, si dicitur. Stichus seruus Titii fuit stipulatus,quantum ad istum effectum, ꝙ illa stipulatio valeat & quęratur ex ea Titio probatur,quòd ille Stichus sit seruus Titii, ꝓut & in terminis huius instrumēti,quantum adhoc, vt illæ lamę cedant ad commodum Samuelis,ꝓbatur, quòd Salamon nō est eius creditor vltra dictos scutos 518.ita ꝙ prętextu amplioris summæ sibi per Samuelem debitæ non posset eum
13 super dictis lamis molestare. † Sed si postea reuocetur principaliter in dubium in exemplo supra posito,an ille Titius sit dominus illius Stichi, vel (ut in casu nostro) an ultra scutos.158. Samuel teneatur Salamoni vsque ad supplemētum scutorum. 675. Vtique ad istum effectum illa uerba enuntiatiua nihil probant,etiam inter ipsos contrahentes, Decisio est notabilis Ant.de Butr.in c.illud.de præsumpt. sequitur Matesi.notab.79.Bald.in l.ad probationem. in fin.C.locat.Alex.consi.136.col.fin.lib.1.Dec. alios citans consi.213.col.fi.consi.310. col.pe. Dominus meus Rimin.consi.82.nu. 18. consi. 89.nu.24.Soc.consi.19.col.1.vol.3.Rub.consi. 17.col.fin.Crau.consi.29.nu.3.Paris.conf.60. nu.40.uol.4.Siluan.consi.62.nu.16.& 19.Frāc. Bursatus cons. 106. nu.12. Senat. Pedemont. decis.76.nu.12.cum simili.Ex quibus iam patet super hac confessione instrumenti contra Salamonem in hoc uim fieri non posse, aut
14 debere. † Quò uerò ad aliam, quę colligitur ex positionibus Salamonis idem profectò concludendum puto manifesta ratione: Cum enim in ea relatio habeatur ad dictum instrumentum,nihil potest operari, nisi quatenus in illo instrumento reperitur, iuxta nota.per Bal. in l.2.versic.vlterius nota. C.de error.Aduoc. & in auten.si quis in aliquo.C.de edend. sicq; in specie declarat in terminis nostris Soci. iu. in d.cons.180.nu.84.volu.secundo. & Dec. in c.cum venerabilis.nu.17. de except. Sed illud instrumentū in casu nostro Salamoni non præiudicat,vt ex supra deductis: ergo nec ista confessio illud respiciens præiudicare potest.

Tertiò,clarum est,quòd vltra primam cessionem Samuel & secundam fecit huic Salamoni de illo residuo vsque ad scutos 675. pro totidem,quæ ipse confessus fuit se habuisse & recepisse à Salamone, vt in secundo instrumento
15 rogato per Pauesium continetur, † vbi cum de causa cessionis appareat, sine dubio cessio valet: tunc enim demum est nulla, quando reperitur facta sine aliqua causa, vel titulo, puta uenditionis, donationis, vel simili.l.per diuersas. & ibi per glo.& omnes C.mand.gloss. Cin. Bal.& alii in l.secūda.C.ne lic. pot. cum aliis, quæ citat Alex.consil.136.colum.pen.vol.2.& Ruin. post eum consi. 72. num.2. volu. 1. Nec cōtra talem confessionem potuit Samuel opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ,
16 prout in quadam scriptura fecit: † talis enim exceptio cessat, non solum quando & renuntiatum fuit cum instrumento,vt tradit Bart. in l.fin.C.de non numer.pecun.& post eum Ang. ibi Soci.consi.80.col.pen.vol.1. eiusq; nepos Soc.Iun.cons.50.in fin.uol.1.Quod in casu nostro concurrit, ut patet ex clausula,renuntians dictus Samuel &c. & iuramento postea subie-
17 cto. † Sed etiam quando de tali renuntiatione non apparet in instrumento, tamen aliquid quod est ęquipollens bene reperitur appositū: vt quia pars iurauit omnia prædicta fuisse & esse uera, & in aliquo non cōtrafacere, nec contrauenire: propter enim tale iuramentum assertiuum non potest opponere exceptionem non nume. pecun. quia ueniret contra iuramentum,& detegeret turpitudinem suam non detectam,contra not.in l.aliàs. ff. de iuieiura. Ita Bal.Cast.& Salic.in d.l.fi. Soc.abundè.cōs. 61.col.2.uol.1.Imol.in.l.Seius & Augerius.ff. ad l.Falci.cum simil.de quibus ponit Emanuel Cost.in repet.l.si ex cautione. fallentia prima & 9.C.de non numer.pecun.sed hoc in isto instrumento reperitur in ampla clausula, in uers. Quæ omnia & singula &c. meritò talis exceptio opponi non potest.

Confirmaturque hoc vlterius, nā dictus Samuel etiā de dictis scutis.156.usque ad supplementum scutorum.675.quos confessus fuit ha-
18 buisse & recepisse à dicto Salamone, † fecit ei pactum perpetuum de non petendo, ut in instrumēto dicitur,quod pactum sic expressum operatur,

operatur, ut exceptio non numeratę pecuniæ opponi non possit, vt tradit eleganter Ruin. consi.73.col.fin.vol.4.ex deductis per eũ, quæ cum ita sint, potuit hic Salamon totum istud creditũ isti Curtio cedere, quod sibi prius fuerat acquisitum ex illis duabus cessionibus, arg. l.traditio.ff.de acquiren.rer.domin. Ille verò Curtius si egit contra Lantanos, aut ad totum egit ante lamas solutas per eos Samueli, & rectè egit, nec illi ex hoc possunt conqueri contra Samuelem, nec ille contra Salamonem, sed bene eis imputandum est. Qui postea dictas lamas soluerunt illi, qui non erat
19 amplius eorum creditor, † sed Salamon eius cessionarius, & subinde Curtius dicti Salamonis cessionarius, iuxta no.per Io.And.in addit. ad Specul.in tit.de cess.act.in rub.Roman.cõs. 142.Iac.Butr.in l.1.ff.si cer.pet.& ibi Alexan. Dec.& alii Repet. Soc. Iun. consi. 17. num.7. vol.2. Dicentes, quòd cessionarius est creditor eius contra quem sibi fuit facta cessio. Aut uerò post solutas lamas Samueli per Lantanos cõtra eos egit, & adhuc ipsi non potuerunt recusare soluere totum Curtio, bene uerum est, quòd potuerunt habere recursum contra Samuelem qui nõ suũ ab eis exegit, & quod erat restituturus, cum iam totum Salamoni cessisset: sed nõ per hoc potest ipse Salamonem molestare: sic enim uenirct contra cessiones ab eo factas, & contra iuramentum ibi per eum interpositum, meritò Salamon ex his omnino à petitis venit absoluendus.

Et hanc partem tenendo facilis redditur so
20 lutio ad contraria. † Ad primũ nanque, quod fundatur in notatis per glos.in d.c. ex literis. vbi confessio deliberata post terminum datũ ad respondendum, non est reuocabilis, ergo nec ista reiterata tanquam deliberata. Respondetur id verum non esse, immo contrarium tenet Ioã.And.in c.fin.de iureiur. in 6.Arch. & Butr.in c.fin.de confess. Bal. in l. iusiurandum & ad pecunias.ff.de iureiuran.& in d.l.error. col.pen. subdens, quòd etiam deliberãdo, quis potest falli, & sic secũdum prędictos Doct.glo. in d.c.ex literis.non est uera, & ultra eos eam impugnat Rom.in d.cons.391.& post eum Mãdos.in additionibus ad eum, Rim. in d.consi. 10.nu.18.vol.3.Ias.in d.l.error.ad fin. Alex. in
21 d. l. 1. C. de error. calc. † & secundum eum, si illa gl.esset uera, sequeretur, quòd confessio facta per reum in litis contestatione non posset aliquo modo reuocari: quia oblato libello reo dantur dilationes deliberatoriæ, authẽ. offeratur.C.de lit.contest.& tamen certum est talem confessionem posse postea reuocari, per regulam d.l.error.& vltra Alex. idem Ruin.cõsiderat in d.consi.10.
22 † Ad secundum verò de iuramento dico, ꝙ Doctores supra citati loquuntur, stante etiam confessione iurata, sic Soci.Iun.& Ruin.& ante eos Anton.de Butr.in c.fi.de confess. Rom. in d.consi.391.in l.ſi uerò.§. de viro, in 3 r.fal. ff.solut.matrim.Bal.in l. de tutela. col.2.C.de integ.rest.min.& in d.l.error.ubi sequitur Ias. in fin.concludentes omnes eam prætextu erro
23 ris posse reuocari. † Comprobaturque secundum Ruin.in d. consil.10. optima ratione. Nã quis positionibus respondet cum iuramento, ut not.glos.in c.1.de confes.in 6.& tamen confessionem factam respondendo positionibus potest reuocare prætextu erroris, secundũ Bar. in d.l.error.
24 † Ad tertium verò respondetur, illud procedere non probato errore, & ita omnes doctores supra citati loquuntur, sed errore probato nihil impedit acceptatio, quominus reuocatio ni sit locus secundum eos, quibus addo Dominum meum Riminaldum idem latè firmantem consi.372.nu.27.sicque cõmuniter Bal.intelligitur in d.l. Gallus, ut per Alex. patet in d. cõsi.90.in d.l.quicquid astringendæ, & post eũ Ias. in fin. princ. Tiraquel. in d.§.1. & abundè Mars.sing.315.

Ex quibus omnino concluditur, reuocationi factæ locum fuisse & esse, sicque quatenus opus sit, pronuntiandum fore, à petitisque Salamonem absoluendum esse.

*Hippolytus Rimin.Ferrar.*

## Pro quodam nobile incerto.

### ARGVMENTVM.

Confiscationem bonorum ad futura non trahi legitimam in fideicommisso non comprehendi, nec in eam fructus computari. pręter eam trebellianicam deduci per filium sub conditione grauatum. nec ei prohiberi posse, nec in eam fructus imputari. Confiscatio nemque bonorum prohiberi posse sicut & legitimam minori, & alia præclara.

### *SVMMARIVM.*

1 *Bona de iure communi regulariter non confiscantur.*
2 *Iura conditionalia ex contractu transeunt in heredem & fiscum.5.*
3 *Fiscus locum hæredis tenet.*
*Et pro debitis delinquentis tenetur.*
*Et actionibus dependentibus à bonis confiscatis agit & conuenitur.4.*
6 *Donatarius & hæres simul eligere potest ex quo ca pite velit res consequi.*
7 *Donatione facta alicui cum pacto, quòd eo mortuo res sint ecclesiæ, potest ei per donatorem tale pactum remitti.*
8 *Confiscatio bonorum futura non comprehendit.* 45.46.
9 *Declaratio retrotrahitur.*
*Quia nihil de nouo inducit.*
10 *Fideicommissum dicitur onus & grauamen.*

Legi-

## *Auxilium meum à Domino.*

## CONSILIVM CXXXI.

*PRoponitur, quòd duo fratres mutuum amorem volentes inter se ac eorum posteros demonstrare, alter alteri uicissim omnia bona sua præsentia donauit pura ac simplici donatione inter viuos, executionem tamen habitura duntaxat post mortem donantis & morientis sine filijs masculis legitimis & naturalibus, quòd si contingeret præmorientem ex eis filios superstites relinquere, conuentum fuit in eis quoque talem donationem locum habituram, altero postea mortuo sine filijs, In eaq; publico instrumento vallata iuramentum utrinque cum cæteris clausulis oportunis fuit appositum. Demum post aliquot annos alter ex eis die functus est duobus filijs masculis legitimis & naturalibus & fratre suo viuis derelictis, condito prius suo vltimo testamento, in quo filios suos in legitima instituit, vniuersalemque hæredem suum fecit eius vxorem seruantẽ tamẽ uitam castam & vidualem, aut hoc ea non faciente, vel mortua filios vniuersaliter instituit. Quibus decedentibus cum filijs masculis eos sic decedenti substituit vulgariter, pupillariter & per fideicommissum, priuans quemcumque descendentiũ, & filiorum suorum, si attentauerit per se, uel per interpositam personam, aut machinaretur facere aliquod delictum,* pro-

*propter quod bona venirent confiscanda in totum seu pro parte aliqua de iure, vel ex forma statutorum, statim ipso iure, & facto ante delicti ipsius consumationem eam portionem ad alios transferens ordine successiuo, & secundum graduum proximitatem. Quoniam voluntas sua semper fuit & est, & semper erit, quòd dicti filij sui, & descendentes non possint attentare aliquod delictum, vt supra, propter quod bona hæreditatis suæ veniant confiscanda in totũ aut pro parte aliqua, & propter hoc ante ipsius delicti consumationem transtulit dictam suam hæreditatem, & eius bona pro ea parte prædicti sic tentantis, vel machinantis facere aliquod delictum, vt supra, ipso iure & facto ad alios supra nominatos. Insuper prohibuit expressè scire dicens vires sui patrimonij dictis filijs Trebellianicam, aut aliquam partem detrahere de bonis hæreditatis suæ: quoniam voluit ea omnia bona conseruari in infinitum in descendentes masculos, & vltra, bona sua expressim alienari prohibuit, omnemq; contractum, & actum, ex quo alienatio sequeretur, vel qui in fraudem alienationis fieri præsumeretur, vel præsumi posset bonorum hæreditatis suæ, & si ad actum alienationis aliquem, & venditionem deuentum fuerit per hæredes suos ex nũc prout ex tunc, & è contra ipsi derogauit, & expressè derogatum esse voluit: quoniam ea omnia bona sua voluit seruari in infinitum in descendentes masculos, ut supra præmissum est. Ita prudens hic testator, qui & Clar. Iurisconsultus fuit, ordinauit, eo vero mortuo post aliquot annos viuente adhuc patruo contigit alterum ex dicti testatoris filijs homicidium quoddam committere, quo facto fiscus insurexit ad publicationem bonorum huius delinquentis celebrandam.*

VIDENDVM de duobus in proposito Themate. Primo, quid iuris sit respectu bonorum patrui donatorum fratri, & eo præmoriẽte, vt nepotibus suis, quid dici debeat de eorum dimidia ad hunc delinquentẽ spectante. Secundo, quid tenẽdum respectu bonorum testatoris, ex parte cuius stat testamentum, de quo supra.

1 Circa primum videbatur indubitatè prima fronte dicendum, quòd licet de iure communi regulariter bona nõ confiscentur, auct. bona dãnatorum, & in corpore, vnde sumitur. C. de bon. prosc. & ibi notatur, ponit Oldrad. cons. 17. col. 2. Placentinus in tract. de accusat. titu. 7. nu. 13. & Boeri. in tract. de seditiosis. nu. 31. Plotus consi. 130. num. 88. primo Tomo criminal. vbi per hoc infert, bona clericorũ licet essent homicidæ non confiscantur ex constitutione Mediolani, cum illi clerici non subijciantur. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constitu. & ibi Doctores: tamen stante statuto nostro, quod confiscationem inducit, rata dictæ donationis ad eum spectantis post mortem patrui veniret

2 publicanda. † Iura enim conditionalia ex contractu, cum spe sint transitoria in hæredem. §. ex conditionali. inst. de verb. oblig. pari modo

3 transeunt in fiscum, † qui locum hæredis tenet l. tutores. C. ad l. Iul. de vi. Bal. in l. 1. C. de bo. lib. Mart. Laud. in tract. de priuil. fisc. quęst. 86. & Francis. Luca. in eodem tract. num. 4. Vnde videmus, eum teneri pro debitis delinquentis, nec tertios possessores molestari posse quatenus bona delinquentis, quæ fiscus habet, sufficiunt, ut tradit Bal. consi. 359. quemadmodũ Imperator, nu. 8. vol. 3. Plotus latius in allega-

4 to cõsi. 130. nu. 83. † & in fiscum transeunt iura actiua & passiua. l. 2. C. ad l. Iuliã de vi. Ang. & Ias. in l. ex facto. §. vltimo. ff. de vulg. & pupil. Menoch. in tractat. de adipiscen. possess. reme. 4. nu. 300. Roman. consi. 73. nu. 1. vbi dicit, ꝙ quasi hæres extraneus ęstimandus est, & ideo iura quæcunque eius, cuius bona confiscantur, trãseunt in fiscum, velut in hęredem extraneum, idemque Roman. consi. 93. & in addit. Orat. Mãd. post Dec. in l. in pari causa. §. si qui. ff. de regu. iur. Martinus Garratus Laudensis consi. 59. nu. 6. primo Tomo criminal. dicens quòd cum fiscus sit loco hæredis, actionibus dependentibus à bonis confiscatis agit & conue-

5 nitur. † Ideo iura prædicta confiscantur, vt probatur per casum apertum in l. inter socerum. §. fin. ff. de pact. dot. & ibi not. Salic. vbi cõditione impleta ex stipulatione de dote reddenda agit fiscus, in quem transiuerunt bona stipulatoris; idemque decidit Imol. in l. non ad ea. quam legit cum lege quod traditum. & post eũ Alex. in addit. Bart. ff. de cond. & demonstrat. & idẽ tradit Alex. in l. 3. §. illud. ff. quod quisque iuris, Cur. in addit. ad eum, rationem adducens, & Roman. consi. 247. in prin.

6 † Istis tamen non obstantibus contrarium in pręsenti casu dicẽdum est. Moueor, ut enim ex instrumento prędictæ donationis apparet, voluerunt ipsi fratres inuicem donatores, ꝙ si cõtingeret decedentem sine filiis masculis ab intestato decedere, vel etiam ex testamento, aut codicillis sibi hęredem facere fratrem superstitem, seu filios iam prædefuncti, liceat & licitum sit ante, vel post casum prædictũ dicto fratri superstiti seu filiis superstitib. vni, vel pluribus ea omnia bona & iura, si voluerit, aut voluerint habere, & retinere titulo hæreditario, & non iure prædictæ donationis, & ipso declarante, vel ipsis declarantibus velle habere titulo hæreditario à defuncto, præsens donatio habeatur pro non facta, cum sufficiat tali modo etiam bona inter fratres & filios eorum cõseruari. Quo pacto sic stãte, dico per illud sublatum fuisse ius, quod fisco potuisset competere facta donatione sine tali pacto, casu quo alter ex donatoribus, vel filii sui eo præmorien-

7 te deliquissent. † Probatur hoc ex his, quæ ponit Bart. in l. qui Romę. §. Flauius. ff. de verbo. oblig. vbi ponit quæstionem, quòd si quis donauit fundum alicui cum hoc, quòd post eius mortem esset talis ecclesiæ, nihilominus potest donator remittere tale pactum donatario

in

in prçiudicium ecclesię,cum nondum sibi perfectè fuisset ius quęsitum,vt ibi latius per eum, quem Imol.Cuman. Besut. Alex. Aret.Soc. & plures alii communiter sequuntur,vt ibi Ias.testatur.nu.14.quibus addo decis.Neap.111.nu. 7.Crau.cõs.135.nu.10.post Alex.cõsi. 204. col. fin.vol.7.D.meum Riminal.consi.21.in princ. Ruin.consi.7.colum.2.vol.1.Sic enim & in casu nostro dicendum est,nam facta donatione, eiusque executione collata post mortem, nondum erat ius quæsitum fisco,in casu delicti cõmittendi per Donatarium, vel eius filios, nisi delicto commisso, à quo tempore citra incipiebat fiscus ius habere in bonis donantis. Potuit ergo alter donator, & alter alteri conferre electionem,de qua supra,per quam ius tunc fisco quærendum sibi tolleretur, sicut in quæstione Bar.supra decisum videmus per eum, & alios communiter.vnde si nunc temporis, quo iste deliquit,eligat prout elegit, sicque intentionẽ suam expresse declarauit, se velle hæc bona consequi iure hæreditario, non donationis, casu quo patruus eius prçmoriatur secundum terminos in instrumento positos,dicẽdum est ius omne ipsius fisci tolli, atque annihilari, cum illud facit auctoritate dicti patrui sui,qui ei ab initio hanc licentiam dedit tempore donationis factæ, quo tempore fisco nullum adhuc ius competebat,eaque subinde declaratione facta nihil impedit quominus hęc bona,secuta morte
8 te patrui quandocumque capere posit. † hæc enim sibi nouiter obueniunt, & nunquam ante sibi fuerunt quæsita, meritò in publicatione bonorum uenire non debent.in qua futura non ueniunt.l.si mandauero tibi.§. is cuius. ff. mandat.Bart.in l.certa forma per illum tex. & ibi Alex.in addit.C.de iur.fisc.lib. 10. plenius in l.1.col.fin.ff.de bon.damn.Bal.& Aret.in l. eius qui.§.1.per illum tex.ff.de testa. Paul. de Cast.consi.56.vol.1.Nell.in tract.Banni.in prima parte secundi temporis,quęst.18.Alex.cõs. 23.col.2.vol.1.in l.si marito, in princ. ff. solut. matri. Bal.Ang.Alex. & Dec.ĩ d.§.illud, Dec. consi.235.col.pen.num.5.consi.438.nu.10.D. meus Riminal.consi. 243. num.77.Soc.Iunior consi.51.vol.1.Plotus consi.130.num.57. primo Tomo criminal.vbi dicit, quòd si filius in vita patris comiserit homicidium, deinde sibi per mortem patris hæreditatem deferri, eam in fiscum non venire, per allegata per eum.

Nec dicatur,istam declarationem fuisse factã per istum post ius quæsitum fisco,nempè delicto iam per eum commisso, ergo eam non va
9 lere in præiudicium fisci. † Quoniam dico,naturam declarationis eam fore, vt retrotrahatur ad tempus factæ dispositionis ante quæsitum ius tertio: meritò præiudicat ei, decisio est elegans Pauli de Cast.in l.hæredes palam.§. si quid post. col.1. & 2.ff.de testam. vbi dicit, quòd Papa multoties facit declarationes circa gratias factas per eum, quę præiudicant aliis, quibus erat ius quęsitum,quasi à principio fuerit hoc dictum,quo tempore non erat ius alteri quæsitum,arg.illius tex.& cum Paulo de Castr. tenet Dec.in l.edita, nu.49.C.de eden.& cõs. 229. in fin.Ruin.consi.76.nu. 10. in fin.vol.5. D.meus Riminal.consi.371.nu.17. vbi dicit, quòd declaratio refert ad prçcedentia, & nihil inducit de nouo.vnde Bosius in tit.de Mand. ad homici.nu.56.dicit,quòd vbi reus posit se ipsum declarare, credit vt etiam ex interuallo posit:quia qui declarat nihil de nouo inducit d.§.si quid post.c. pastoralis.§.1.& ibi Abb.de app.tantoque magis:quia fuit in pacto dictum & conclusum,quòd declaratio quandocunque facta,cẽseatur facta,prout vtilius erit declaranti,vnde licet facta fuerit post delictũ, censetur tñ ante facta,cũ sic magis expediat declaranti.

Et tenendo hãc partem vnico uerbo resoluũtur contraria: procederent enim, si donatio tãtum esset facta sine hac facultate eligendi,& capiendi bona iure hæreditario.

Vnde primo dubio sic expedito, ad secundũ uenio.In quo dicendũ videbatur, non obstãte fideicõmisso testatoris,bona eius debere publicari,quò ad legitimam & Trebellianicã spe
10 ctantẽ ad hunc delinquẽtẽ.† Nã respectu legitimę clarũ est,ꝙ fideicõmissũ alicui iniunctum dr̃ esse grauamẽ.l. cohęredi.§.cũ filię,& ibi no. ff.de vulg.& pupil.Soc.Iun.cons.1.nu.4. vol.3. Cefal.consi.67.nu.27.Rolan.à Val. consi. 46. nu.2.vol.3.Craue.cõs.161.nu.9.& Natta cõs. 200.in fi.vbi per hoc infert in dubio fieri interpretationẽ,fideicõmisso locũ non esse. Sed de legitima filii omne onus & grauamẽ reiicitur.
11 l.qm̃ in prioribus.C.de inoffi.testamen. † hinc prohiberi non põt,vt per omnes in autent. nouissima.vbi Ias.C.de inoffi.testam.Rol.à Vall.
12 consi.36.num.22.vol.3. † nec per legata licet ad pias causas minui.c.quicumque vult. 15.q. vlt. glos. in uers.simili,in l.si quis ad declinandã.C.de epis.& Cle.Alex cõs.45.col.pen. vol. 1.Cor.cõs.148.col.1.vol.4.latè Rolan. à Val. cõs.26.n.21.& cõs.39.n.26.vol.3.cũ sequẽtib. qđ etiã pulcrè defendit Fernãd.Valquius lib. 1.de success.crea. §.10.n.451.ĩ repe.dictę leg. qm̃ in prioribus,aduersus Roderic. Suarez ibi dẽ & Felinũ ĩ c.ecclesia.S.Mariæ.col.33.de cõsti.qđ nõ ꝓ sequor velut extra rẽ nr̃am. † Meri
13 tò dicẽdũ est,ꝙ ipsa legitima in fideicõmisso iniũcto filio nõ veniat,vt determinat Alex cõs. 65.in prin.vol.4.Romã.consi.185. in princ.& cõs.239.in prin.Fulg.cõs.19.& cõs.87.in 2.dubio Cuman.cõs.25.Frãciscus.col.2.Dec.cons. 81.in prin.cõs.236.cõs.238.n.40.& cõs.419.n. 1.Ruin.cõs. 57.nu. 3.vol.2. Paris. cons.55.nu. 22. uol. 2. Grat. resp. 9. nu. 12.vol.2. Et hanc esse ueram & communem opinionem testatur Vasquius in d.l.quoniam in prioribus,post Rodericum Suarez, qui non modo eam communem appellat, sed & indifferenter receptam ratione confirmans vt per eum.

Con-

14 † Cōfirmatur ista conclusio. Nam ex quo pater filium in legitima grauare non potest d. l. quoniam, sequitur, quòd fideicommissum ei simpliciter iniunctum non intelligitur respectu legitimæ: quia dispositio simpliciter facta non porrigitur ad casum, in quo quis non habet potestatem, vt not. Bart. in l. si quis sub conditione. ff. de testam. tutel. Bal. in l. fi. §. in computatione. C. de iure delib. Luc. de Penna in l. fin. C. de exact. trib. lib. 10. Dec. in cap. 1. lect. 2. in glos. ab omnibus. de constit. & cons. 504. col. 1. Crau. cons. 106. nu. 6. & ita hanc rationem perpendit Dec. in d. cons. 81. & cons. 218.
15 nu. 3. vbi hanc conclusionem repetit: † Quinimmo testator grauando filium restituere hæreditatem, non videtur eum, etiam si posset, in dubio grauasse in legitima, secundum Ang. Castren. & Alex. in l. precibus. C. de impub. & aliis substit. Imol. in l. centurio, ff. de vulg. & pup. & in c. Raynuntius. de testam. in materia compē-
16 diosæ, † quo fit, vt in generali restitutione nō videatur de legitima sensisse. Ita hāc rationem perpendit Ruin. in d. consi. 57. nu. 20. & cons. 58. nu. 9. vol. 2. meritò dicendum est ex his legitimam huius filii in publicatione bonorum venire tanquam à fideicommisso penitus exēptā.
17 † Nec ad exclusionem fisci opponi pōt, hunc quamplures fructus percepisse, ideo eos in legitimam computandos esse per l. Papin. §. vnde si quis. ff. de inof. test. secundum unam lecturam: Veritas enim est in contrarium, uidelicet fructus in legitimam non imputari, cum de substantia bonorum patris veniat detrahenda. l. final. §. repletionem. C. de inof. testam. & ibi hoc notant Bald. Castrens. Sali. & alii, maximè Iason nu me. 9. plures alios citans, idemque tenet Rube. cons. 39. nume. 3. Ancha. cons. 128. nume. 2. Barb. cons. 63. colum. 3. vol. 3. Corn. cons. 265. col. 1. volum. 1. cum aliis per Socin. Iunior. deductis cons. 63. col. 2. volum. 2. Alex. de Neuo cons. 75. nume. 2. Roman. & abundè Oratius Mand. in addit. ad eum cons. 189. Vasquis lib. 3. de succesio. crea. §. 30. nume. 231. vbi interpretatur legem omnimodo. §. imputari. C. de inoff. test. vbi dicit textus, in legitimā imputari, quod filius consecutus fuit ex pecuniis defuncti. Nam pecuniæ appellatione res omnes continentur l. 2. cum Glo. C. de consti. pec. l. pecuniæ. ff. de verbor. signif. sed fructus, qui post mortem patris percipiuntur à filio, nunquam patris fuerunt, ergo non debent in legitimam imputari, fuitque ponderatio Corrasis. in l. filium, quem habentem, nume. 91. C. famil. ercis. & textus in §. vnde si quis, corrigitur secundum Castrens. ibi, Bartol. & Angel. & alios.

18 † Quò uerò ad Trebellianicam clara est conclusio in primis in iure, quòd vbi fideicommissum non purè, sed sub conditione relictum reperitur, prout in casu proposito, ubi filiis decēdentibus cum filiis masculis, tales substituti sunt vulgariter, pupillariter & per fideicommissum, & sic nō statim filii testatoris grauati sunt, sed post mortem. Duæ quartæ veniunt detrahēdæ, legitima videlicet & Trebellianica, vt notatur. in d. c. Rainutius. Barto. & alii post glo. in l. Papinianus. §. menimisse. ff. de inoff. testam. & ibi dicit Angel. quòd in iudiciis & in scholis ista opinio communiter approbatur, & tradit Alex. in l. in rōne. §. quod vulgò. ff. ad l. Fal. in consi. 26. col. fin. vol. 1. cum aliis copiosè deductis per Dec. consi. 236. consi. 238. nume. 4. consi. 320. nu. 3. & consil. 419. in princi. dec. Neap. 367. nu. 4. Ruin. consi. 143. nu. 12. vol. 2. Paris. cons. 25. nu. 30. vol. 2. Corn. consil. 104. nu. 4. vol. 4. Ias. consi. 43. col. pen. vol. 3. Gozad. cōns. 104. nu. 24. Aret. cons. 27. nu. 2. Alex. cōs.
19 250. nu. 3. vol. 6. † Abb. consi. 17. num. 14. qui communem testatur, sicut & Cagnol. in d. §. meminisse Neuizan. consi. 32. nu. 17. Natta consi. 255. nu. 5. Petrus de Barbo. consi. 137. vol. 1. vltimarum voluntatū, nu. 25. vbi dicit hanc opi. communem seruare consuetudinē, & pulchrè Christofor. de Castellio. consi. 58. num. 5. vbi dicit, quòd quicquid iuris subtilitas teneat, cōmunis mundi cōsuetudo approbat & obseruat hanc. opi. pro qua cum Canonistæ habeāt tex. expresos in c. Raynutius. & in c. Rainaldus. de testa. standum est eorum determinationi etiā in foro ciuili. Nam etiam auctoritates Doctorum cedere debent auctoritati Petri Apostoli. Hancque sententiā pariter probat Rol. à Val. cōsi. 26. nu. 23. vol. 3. citās inter cæteros Guid. Papæ decis. 52. vbi dicit eam seruari tam in curia parlamenti, quàm in aliis inferioribus patriæ Delphinatus, & quod ita etiam practicatur & seruat totus mundus. additque Ripam in l. in fideicommissariā, num. 30. ff. ad treb. & Alciatum respon. 572. vnde hic filius testatoris potuit ac potest has duas quartas detrahere, & sicut respectu legitimæ supra conclusum est,
20 fructus perceptos in eam non computari, † sic & in Trebellianica concludendum est. Non enim filiis primi gradus fructus imputantur in Trebellianicam, etiam quando duæ quartæ ueniunt detrahēdæ, vt colligitur apertè ex verbis Bart. in l. quod de bonis. §. quod Auus. ff. ad l. Fal. quæ ponderat ibidem Alex. sequendo Bartolum, idemque tenet Ang. consi. 124. incipiente Iolus Domini Dalmatii, col. fin. & fuit de mente Bart. in l. iubemus C. ad Trebel. vbi Salic. & alii Moder. hoc firmat, Rom. cons. 206.
21 nu. 6. † & post eum Orat. Mand. in addit. vbi dicit hanc esse magis communem, & passim ob eius æquitatem, filiorumque fauore vsu receptam plures allegando, idemque tradit Cor. latè consi. 180. num. 13. vol. 4. Claud. Aquen. in l. mulier. §. cum proponeretur. nu. 4. ff. ad Trebell. licet opponat & non soluat, cui tamen respondet & Picus in l. in quartam. ff. ad l. Falc. dicēs hanc esse communem opinionē à qua in iudicando & consulendo non est recedēdum, eamque

eamque tenet etiam latè Soc. Iun. consi. 132. col.1.uol.1.Ruin.consi.21.nu.2.uol.3. Gozad. consi.81.nu.15.consi.104.nu.24.Grat.resp.21. num.54.uol.2.Rip.in l.in fideicommissaria.n. 30.ff.ad Trebellia.Paris.consi,9. col. 2. vol. 2.
22 † Quicquid contradixerit Paul. de Castro in d.§.cum proponeretur, & post eum Alex. col. 4.Paul.de Cast.in l.scimus,in prin.C.de inoff. testam.& consi.92.quia dubia,quod in meo libro est consilium.188.uol.2.Ias.in d.consil.43. col.penult.vol.3.Rub.consi.73.nu. 11. Curt. consi.51.nu.27.Gozad.consi.45.nu.22.Catel. Cot.memor.suorum libro in vers.filius graua-
23 tus, † plures.n.versantur pro prima opinio. & idē Paul.de Cast.ī d.l.iubemus,dicit,ꝙ est secu rior pars.Rursusq; idē Alex.ī d.cōs.250.uol.6. relata opin. Castrensis in d.§. cum proponeretur,inquit,quòd est decisio noua, nec eam ponit pro constanti, vnde super eis fundamentū
24 fieri non potest† sicuti nec super Craue.consi. 16. colu. fin. qui refert tenentes hanc & illam opinionem,nec in alterutram deliberat,sed tātum addit,standum esse obseruantiæ Curiarū, sicq; iudicandum esse,prout hactenus est consuetum l.minimè.ff.de legi. Vnde nos qui de hoc stilo procedendi sumus ancipites, primæ opinioni adherebimus,quòd fructus non computentur in Trebellianicam,licet duæ quartæ ueniant detrahendæ,sicq; etiam firmat Ruin. & Berengar.in d.l.in quartam. Couaru. in c. Rainutius.§.11.nume.4.& 8.de testam.Bero. consi.78.nume.36.& consi.138.num.5.uol.2.
25 Iacob. Emil.consi.13. † & æquiorem ac communiorem appellat Bursat.consi.44.num. 17. Idemque latè tenet Hieron.Lauren.in l. in fideicommissaria. nume. 61. ff. ad Treb.& amplissimè Rolan.à Val.consi.12.nume. 8. uolu. 1.vbi citat inter cæteros Soc.iun.cōsi.131. nu.
26 62.uol.1. † ubi dicit,quòd hæc est communis opin.quæ per totum mundum seruatur, sicut euangelium,eamque probat pulcherrima ratione.Quia,nisi esset uera, sequeretur, quòd lex iubemus.C.ad Trebel.volens liberis primi gradus illam prærogatiuam concedere, quòd fructus non imputētur in Trebellianicam, seruiret eis de vento: quoniam & nepotes descēdentes ex eis idem ius haberent, cum omnes debeant habere legitimam liberam ab omni onere, absque eo, ꝙ in ea fructus imputent. l. scimus.§.repletionem.C.de inoffi.testam. vnde ut plus sit in filiis primi gradus dici debet, quòd dicta lex iubemus.passim procedat, et quando duæ quartæ per eos ueniunt detrahendę de fructibus nō imputandis in Trebellianicam, sicque tenet etiam Neuiz. consil. primo, numero quinto, & alii plures, quos cu-
27 mulat † Menoch. de arbit.iudic. lib.2.cētu. 3.casu.256.nu.35.Vbi receptissimā hanc opi. dicit, & hanc opi.quoque firmat idem Rol. à Valle consi.39.num.23.uol.3.se remittens ad plenius dicta per eum in consi.30.uol.1.ubi pariter eam sequitur abundè, præterquàm ubi filius esset grauatus restituere transuersali testatoris,de quo casu non agimus,sed de illius descendentibus uocatis.ideo illum casum Rolandi exceptum per eum missum facio.solum adducens Andream de Bisignana cons.152. uol. 1.ultimarum uoluntatum, qui post allegatos per eum tenet contrarium dicens esse opi. rationabiliorem,benigniorem & ęquiorem: vnde his ita stantibus concludēdum uidetur hāc Trebellianicā pariter fisco applicandam fore.

Et si diceretur, aduertendum esse in casu nostro,ꝙ immo hæc Trebellianica non potest publicari,quia fuit expressè prohibita in testamē
28 to detrahi, † quòd etiam in filiis primi gradus fieri posse plerique tenuerūt,quos refert & sequitur Rub. cons. 2. nume. 24.usque in finem consi.43.nu.12.& cōs.73.num.11.Ruin.consi. 37.nu.2.uol.1.Paris.cōs.17.nu.18.uol.2.ubi citant infinitos pro hac parte, quam dicunt esse communem,meritò hoc stante cessat eius detractio, & subinde publicatio.
29 † Dico ergo, longè plures & plurimos eos esse legum patres, qui partem negatiuam tenēt, quos referre & cumulare longum esset, sed plures contigerit Ias.in l.Marcellus.ff.ad Trebell. nu.53.ubi hanc partem dicit magis esse communem.Idemque facit consi.99.nu.2.& consi. 146.nu.6.vol.4.Soc.Iun.amplissimè consi.131. nu.58.uol.1.consi.28.nu.2.uol.2.Dec.abundè consi.81.nu.3.consi.218.col.2.& consili. 169. col.fin.Rub.sibi contrarius consi.104.col.1.Paris.sibi contrarius consi.30.nu.14.uol. 3. Ruin. sibi etiam contrarius consi.21.nu. 8.uol. 3.& consi. 163. nu. 15. uol. 2. ubi nonnullas optimas rationes pro hac parte facit, eamque etiā tenet plurimos citās Catel.Cot.memorialium suorum libro in uers. Trebellianica. Rip. in l. nemo potest, nu.52.ff.de lega.1.& Gozad. cōs. 92.in princ.Cur.Iun.consi.70.colu. fin. Paris.
30 cons.30.nu.15.uol.3. † à quibus tibi,optime lector,licebit, quamplures alios scrire longè antiquiores,qui hanc partem,ut æquiorem,ueriorem, magisque cōmunem semper tenuerūt sicque tenet etiam Celsus Vgo cōs. 24. nu.18. & amplissimè plures cumulat Rol.à Vall.cons. 12. nu.6.uol.1.concludēs ꝙ sic aliàs in Senatu Montisferrati fuit iudicatū tēpore suo, prout etiā pariter testat Bursat.cōs. 44.n.19. ī amplissimo Senatu Mātuę sic seruari,& in hac inclita ciuitate Ferrariæ altrice mea seruatur, demūque tenet eā Andreas de Bisignana consi.152. 1.vol.vltimarum voluntatum,per pulcram rationem Barbatii in d.c.Raynutius.penul.cart. Nam quotienscunque lex ponit fauorem specialem certarum personarum, licet postea fiat lex reuocatoria generaliter, non tamen corrigit nec tollit illum specialem fauorem inductum illis certis personis, vt probatur in text. iunct Glo.in l.de decurionibus. C. de silenti. lib.12,& ibi Bar.& Ang. hoc tenent, & de illa glo.

glo. Romanus exclamat in l. hac consultissima, C. qui test. fac. & in l. si verò. §. de viro. in fall. de pub. vtilitate. ff. sol. ma. Bald. in l. placet. C. de sacr. san. ecc. & alibi. cum ergo lex iubemus C. ad Treb. fauorem hunc specialem dederit filiis primi gradus, vt testator non possit extenuare trebellianicam per imputationem fructuum, & per consequens multo minus eā tollere prohibendo, talis specialitas fauoris venire non debet in generali dispositione legis introducentis, quòd testator possit prohibere trebellianicam. & hanc rationem teneas mēti.

31 † Præterea, si vlterius diceretur, quòd ista cō muniot opinio, quę habet ī filiis primi gradus Trebellianicam prohiberi non posse, procedit & intelligi debet, quando vna tantum quarta venit detrahenda, secus vbi duæ, tunc bene valet prohibitio testatoris, allegatur Pau. de Cas. in d. consi. 92. quia dubia. in d. §. cum proponeretur, & Alex. post eum in d. l. iubemus, & vltra Alex. consi. 165. in fi. vol. 5. consi. 67. uol. 1. consi. 250. uol. 6. consi. 29. col. 1. uol. 5. Cur. consi. 51. nu. 27. Dec. consi. 480. col. pen. Paris. consi. 17. nu. 25. consi. 93. nu. 50. uol. 2. Crau. consi. 16. n. 11. cum simil.

32 † Dico ego, quòd talis limitatio stare nō potest, ut penitus eneruans communem opinionem supra dictam. Nam quando filius unam tā tum quartam detrahit: ut quia purè rogatus est, illa est legitima, non autem Trebellianica, nisi uelut minor legitima in ea comprehensa & incorporata, vt per Alex. in l. cohæredi. §. cū filiæ, colum. 2. vers. 5. ff. de vulg. & pup. & consi. 160. nume. 3. vol. 2. cum aliis copiosè deductis per Dec. consi. 320. hinc vbi filius præteritus vigore clausulæ codicillaris tenetur restituere scripto hæredi, secūdum Bar. & omnes in auct. ex causa. C. de libe. præter. reiecta glo. D. meus Rimi. consi. 41. nu. 20. quia purè grauatus dicitur, vnam tantum quartam, videlicet legitimā deducit, vt per Ias. in l. si filius eius qui in potestate, nu. 13. ff. de lib. & posth. vers. & aduerte. Durant. de arte testan. tit. 3. caut. 1. nu. 5. & Bero. in c. in præsentia. n. 446. de prob. licet inaduertenter Ias. in d. auct. ex causa. n. 22. secus dixerit. quæ cū ita sint, frustra est hoc casu quærere, an Trebellianica prohiberi possit, cum etiam non prohibita detrahi non possit: Quæstio ergo debet esse casu quo duæ quartæ veniunt detrahendę, quo casu Trebellianica, quę detrahitur, per se bene detrahitur vt Trebellianica, & vt diuersa & separata à legitima, nam quęlibet detractio per se consideratur & suo tempore, & secundum leges, quæ eam inducūt procedit. Vnde statim, quòd filius succedit patri, de tota hæreditate detrahit legitimam sibi iure naturæ debitam, velut ęs alienum, vt declarat Bal. in l. scimus. in principio. C. de inoff. testam. & in l. si verò. ff. de testam. milit. Cano. in c. Rainutius, & c. Rainaldus. de testa. Curt. consi. 75. col. 4. & sic remanet hæreditas in conside ratione absque legitima iam ab ea remota, & illud residuum pro asse hęreditario consideratur, vt Hostien. & Ioannes Andr. dicunt in d. c. Rainaldus. dicentes, quòd in qualibet detractione consideratur vnus as. & sic vna hæreditatis vniuersitas, & sic post detractionem legitimæ consiberabitur as ex reliquo, ad finem, vt postea eueniente conditione fideicommissi ex illo asse, sic absque legitima cōsiderato, Trebellianica detrahatur, sequitur plenius, ita declarans, Socin. Iun. consi. 131. num. 60. cum sequent. vol. 1. Idemque Paris. consi. 30. num. 11.

33 vol. 3. † & isto casu pariter esse communem, ꝙ Trebellianica filiis primi gradus prohiberi nō possit, tenet & testatur Goza. consi. 92. in prin. Bero. in c. in pręsentia. nu. 445. de probat. Butsat. consi. 44. sub nu. 19. post Rip. in l. in fideicō missaria. nu. 30. ff. ad Treb. Cagnol. in l. Papin. §. meminisse, nu. 11. ff. de inoff. testam. & amplè Paris. consi. 30. vol. 3. vnde velle dicere, quòd opin. Bald. & communis, quę est, quòd prohiberi non possit, limitetur, non est aliud facere, quàm penitus illam sententiam destruere, ita quòd nunquam procedat, & ideo miror admodum, quomodo in hanc hæresim Doctores su-

34 pra citati transierint † idque tanto magis, quia Castrensis in locis supra citatis hoc non dicit, sed loquitur de computatione fructuū in Trebellianicam, quam voluit fieri, vbi duæ quartæ veniunt detrahendæ, de qua quæstione etiam supra diximus contrarium tenendum esse, sed non dicit, quòd opin. Baldi & communis hoc casu limitetur, nec Alex. in d. §. cum proponere

35 tur. aliud dicit, quàm Castrens. ibi. † vnde Paris. Dec. & Crau. quæ in effectu clipeo Castrē. se tuentur super malo fundamento ædificarūt idem verò Alex. in d. consi. 165. est imperfectus vt patet, nec voluit aliud dicere, quàm sentire opin. Castren. in d. §. cum proponeretur, prout eam clarè posuit in d. consi. 250. vol. 6. licèt cā non firmet, in d. verò consi. 67. vol. 1. hanc quæstionem non ponit, sed quādam limitationem tradit ad d. l. iubemus à casu nostro satis extra-

36 neam, † vnde solus remanet in d. consi. 29. vbi hoc dicit.

Sed aduertendum est, quòd motus fuit ex notatis per Dy. Albe. Cum. & Imol. in l. Lucius §. maritus. ff. ad Treb. qui loquuntur in casu diuerso: volunt enim, quòd casu, quo veniāt detrahendæ duæ quartæ per filium, potest pater disponere, quòd trebellianica computetur in legitimam, & sic per istum modum illam filiis prohibere, arg. illius tex. & in l. debitor. ff. ad l. Falc. idemque tradit Bal. in l. quoniam in prioribus. in fi. C. de inoff. test. Alex. in l. si debitor. ff. ad l. Falc. vbi citat etiam Rayne. & Nic. de Neap. sicut & Bald. Bart.

37 † Sed istud in quæstione nostra non concludit, nam dato, ꝙ per indirectum pater posset filiis primi gradus prohibere Trebellianicam, directè tamen non potest, vt perpendit egregiè Rui.

Ruin. in d. consi. 163. nu. 19. volum. 2. vbi inter cætera ponderat verba Alex. in d. l. Marcellus, 38 in princ. nu. 9. in fi. † vbi posita opinio. Bald. & communi in d. l. iubemus, item opinio. Din. & sequacium in d. §. maritus. subdit, quòd licèt opini. Bald. sit vera, tamē adhuc est etiam uera opin. Dyn. quasi dicere uoluerit Alexan. quòd quamuis Trebellianica filiis primi gradus non posit prohiberi directò secundum opin. Bald. potest tamen prohiberi per indirectum modo, de quo supra per Dyn. Quia hoc erat etiam olim permissum, licèt directò non poterat fieri 39 prohibitio l. Titia. l. quod de bonis. §. fi. ff. ad l. Falcid. † Quinimmo plus ego dico, quòd opi. Dyn. & sequacium in d. §. maritus. sicut & Alexandri. in d. l. si debitor. est ualde periculosa per ea iura, quæ nihil faciunt, nam text. in dicto §. maritus, loquitur in uxore creditrice dotis fideicommisso grauata, quæ tenetur sibi cō pensare dotem in Trebellianicam, tex. uerò in d. l. si debitor. loquitur, quādo Falcidia, uel Trebellianica ueniebat detrahēda per extraneum grauatum testatoris creditorē, qui tenetur eā compensare in sibi debitum. Ratio est secundum Bar. & Alc. quia per aditionē fuerat illud extinctum per confusionem. l. debitori. C. de pact. ideo facilè permittitur, ꝙ testator prohibere posit hæredi uel uxori, ne tale debitum deducat, sed illud in quartam falcidiæ vel Tre 40 bellianicæ imputet, † sed in casu nostro secus est, quia lex expresse vult, quòd non posit minui Trebellianica filiis primi gradus etiam indirectè per imputationem illius in legitimam, ita plenius declarādo tradit Pic. in d. l. in quartam. nu. 103. quem sequitur Paris. cons. 30. col. pen. vol. 3. vbi tradit & aliam solutionem post 41 Bal. in l. cum pater. §. Titio. ff. de leg. 2. † quòd notata per Dyn. Imol. & sequaces in d. §. maritus. procedant, quando filius erat debitor patris, nam tunc debitum compensabit cum Trebellianica, sed aliàs secus, vt per eum.

Nec circa prædicta tam respectu legitimæ, quàm Trebellianicę quicquam obstat expressa prouisio testatoris de bonis non confiscandis, 42 vt supra relata. † Dicendum est enim, eam nō valere, nec fieri potuisse, quasi quòd hoc totum dicatur factum in fraudem fisci. arg. tex. iuncta gloss. in l. fina. ff. de stip. seru. vbi si filius stipuletur in tempus emancipationis, nihilominus acquiritur patri, si dolo malo fecit, & in dubio secundum gl. dolus præsumitur, vnde sic & 43 & in casu nostro pręsumi debet, † Quòd & melius cōfirmatur ex notatis per Bar. ibi qui uult, ꝙ si quis donat, aut uēdit omnia bona, si cōtingat ꝑ eū cōmitti aliquod maleficiū, ꝑꝑ qđ bona eius ueniant publicāda, utiq; pręcedēs donatio, uel uēditio nō ualet tāquā facta dolo, & in fraudē fisci, & quāuis Bart. ibi loquaē in ipso delinquēte, nos aūt in testatore, qui bona trāstulit in alium in tempus delicti commisi ab alio puta hærede, quia tamen hoc factum fuit ad impediendum confiscationem, utroque casu uidetur eadem ratio, & ideo nō videtur hoc fieri posse per testatorem, meritò fundata uidetur omnino intentio fisci in legitima & trebellianica spectante ad hunc delinquentem.

44 † Quò uerò ad residuum bonorum ultra legitimā & Trebellianicam adhuc dicēdum est, locum esse confiscationi, cum sua tamen causa, videlicet toto tempore huius delinquentis, post uerò eius mortem restituenda erunt per fiscum substitutis in testamento, ut decidit Angel. in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. testa. per l. uia constitui. §. si fundus. ff. de seruit. rust. pręd. & in l. non ad ea. ff. de cōd. & demonstrat. & pro hac opin. uidetur tex. in l. Statius Florus. §. Cornelio Felici. ff. de iure fisc. ubi si hæres institutus fuit grauatus restituere hæreditatem suam post mortem Cornelio Felici, & omnia bona damnati, seu deportati hæredis ante mortem fuerint confiscata, transibit in fiscum etiam illud quod erat subiectum fideicommisso, & per fideicommissariū à fisco uindicabitur fideicommissum eueniente tempore mortis naturalis ipsius hæred., vn 45 de sic & in casu nostro esse debet. † Et nisi hoc fieret, sequeretur, quòd hæc bona remanerent apud filios huius banniti, qui in locum eius subintrant, l. si qua pœna, & ibi not. Guil. de Cun. Bar. & alii. ff. de his, qui sint sui uel alien. iur. & per consequens vsufructus eorum reuerteretur ad hūc eorum patrem, uelut ex noua acquisitione, quę non impeditur bannito fieri. d. §. is cuius. cum aliis supra deductis in primo 46 dubio. † Quibus addi pōt Castrens. cons. 217. omisso. vol. 2. Ias. in l. si stipulatus. §. cum stipulamur. col. 2. ff. de verb. oblig. Cur. cons. 59. nu. 13. & Plot. cons. 130. nu. 55. 1. tomo criminal. qui communē testantur, idemq; Bos. in tit. de pub. bonor. nu. 15. & 27. Burs. cons. 43. nu. 41. 47 quod satis esset absurdum. † Imò delictū patris dēt nocere filio, quādo ad patrem reuerteretur cōmodum, ut not. gl. in l. diui fratres. ff. de iur. patro. & not. Bar. in l. 1. in fi. ff. de inter. & releg. & prædicta uidētur ꝓcedere ēt stante ꝓhibitione testatoris de non alienando, ut declarat Paul. de Cas. in l. filiusfamil. §. diui. ff. de leg. 1. & ibi latè Ruin. post. eū col. 20. ubi ēt citat Old. cōs. 17. Thema tale est, col. pe. & ex his fundata remanet in oībus bonis intētio fisci.

48 † Quibus tamē non obstantibus cōtrarium de iure dicendū arbitror, & quoad bona ultra legitimā & Trebellianicam, moueor imprimis stante ꝓhibitione cum causa, & multū ampla, posita in testō, cuius effectus est, ꝙ impedit cōfiscationem bonorum etiam in uita delinquētis, casus est, & ibi not. Bar. & Ang. in l. impera tor. ff. de fid. lib. Rom. in l. si constante: §. fin. ff. solut. matr. Ang. Aret. in tract. de malef. in uer bo, & eius bona publicamus. uers. & not. Alex. pulchrè cons. 23. uolum. 1. quod repetitum reperitur cons. 88. uol. 3. Soc. cons. 121. colum. 4.

vol.4. Marſ.latè ſing. 314. Moder. repetentes in l.filiusfamilias. §. diui.ff. de leg.1. maximè Iaſ.2.lect.nu.19.Ferd.Loaz.nu.55.Crot.num. 36.Rip.num.47.Ambroſ. de Opizon. nu. 30. Ruin.conſi.224.nu.5.conſi. 129. nu. 4. vol.2. conſi. 23. nu. 15.vol.5. Gozad.conſi. 103. nu. 25.Marſi.conſ.49.Soc.Iun.conſi.77.vol.2. nu. 101. Dominus meus Riminaldus conſil.343. vbi ita conſuluit in cauſa Comitis Pauli de Coſtabilis,in qua etiam conſuluit Ruin.conſil. 23.volu. 5.& Dec. conſil.442. idemque tenet Grāmat.deciſ.105.nu.30.Grat.Reſp.21.n.68. vol.2.Cur.Iun.cōſ.120.nu.18.hic Bqer. deciſ.
49 278.nu.6.† & cōmunem eſſe teſtatur Rube. nec ab ea recedēdum eſſe conſ.154.nu.2.Rol. à Val.cōſi.31.nu.25.vol.1.Menoch.conſ.104. nu.39.& 42. poſt Alci.reſp.650.

50 † Secundò moueor ex expreſſa prohibitione confiſcationis teſtatoris,quæ ſine dubio valet,vt decidit Ruin.in d.§.diui,col.6.in 4.notab.& melius conſ.129.col.2.vol.2.deducendo vt ibi per eum,vbi in caſu ſuo operatur etiam quò ad legitimam:quia delictum à principio cōtigit in vita patris,vt ibi per eū,ꝙ non eſt in caſu noſtro,& pręter Ruinum tradit hoc idem Marſil.Singul.314.Grammat.deciſ.104.nu.3. Rol.à Vall.conſ.56.nu.12.vol. 1. Alciat.reſp. 533.nu.3.& Menoch.eos citans.conſ. 91.n. 6.

51 † Quò uerò ad legitimam, & Trebellianicam adhuc dico publicationē impediri ſtante dicta prohibitione de nō alienādo: Nā de Trebellianica nō eſt dubiū.Quando.n. teſtator expreſsè prohibuit alienationē bonorum in ampla forma,vt hic,cēſetur prohibita detractio Trebellianicæ, vt not. Bal.& Salic. in auct. ſed in ea.C.ad l.Falc.qui tex.licet in falcidia loquatur, habet tamen etiam locum in Trebellianica,ſecundum Bal.ibi,& firmat Aret.conſ.37. in fi.Corn.conſ.182.col.pen.verſ.inſurgit,vol. 2.idemq; tenet Ang. in §.ſi uerò expreſsim.in auc.de hęred.& fal.Ferd.Loazel.ī d.§.diui.nu. 108.Crot.nu.21.Ruin.conſ.118.col.pen. cōſ. 130.col.fin.conſ.137.nu.7.vol. 3. Pariſ. conſi. 17.nu.22.&conſ.93.nu.47.uol.2.

52 † Et licet Ro.conſ.206.dixerit hoc non procedere in filiis primi gradus ; tamen Alex.in addit.Bald.in d.aucten.ſed in ea. eum reprehendit, & in actu practico cum Alex.tenet Picus in d.l. in quartam, numero 47.in 9.limit. ſicque etiam tenet Ruin.& Pariſ.in conſil. ſupra citatis, loquentes in filiis primi gradus,
53 † quorum opinio melius confirmari poteſt, quam dicat Ruin.eam tenens ex eo, quòd Trebellianica poteſt prohiberi etiam filiis primi gradus,ſecundum opinionem Cyn. & ſequacium:cōtrarium enim ſupra concluſi ſecūdum
54 magis cōmunē opinionē,† ſed ex eo,ꝙ licet directò ea prohiberi nō poſsit,per indirectum tamē poteſt,iuxta not.per eundem Ruin. cōſ. 163.nu.19.vol.2.& latius ſupra dixi, & hæc etiā uidetur fuiſſe intētio Pariſ.in d.cōſ.17.dū hanc opinionem cōfirmat ex notatis per Dyn. Alber.& Imol.in l.Lucius.§.maritus.ff.ad Trebel.quos ſequitur Iaſ.in l.filium quem habentem,nu.11.C.famil.ercif.in 3.limit.dicentes, ꝙ pater pōt facere ne filius detrahat Trebellianicam,iubendo quòd eam ſibi computet in legitimam.Dicens Pariſ.quòd iſta adaptari poſſunt ad caſum noſtrum, quaſi voluerit dicere, ꝙ ſicut ibi ualet illa prohibitio Trebellianicæ: quia facta ſuit per indirectū,ita & in caſu nr̄o,
55 qd notādum eſt.† & poſito,ꝙ hęc concluſio dubia redderetur ex nor.per Pic.in d.l.in quartā, nu.103.& Pariſ.conſ. 30. col. peu.vol.3. quos ſupra citaui,tamē quādo cū prohibitione Trebellianicæ,de qua in teſtō,concurrit approbatio teſtamenti,quā iſte fecit adeundo hęreditatē paternā,iuxta tenorē dicti teſtamēti,tale ius detrahēdi Trebellianicā uidetur remiſsū, arg. not.in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de ver.obl. prout ita decidit Anch. conſi. 152. plura ſunt dubia.col.4.ver.ego dico.Signor.de Hom.cōſ. 80.col.1.in fin.Bal.conſi.474.vol.5. Iaſ. conſi. 208.col.pen.vol.4.Pariſ.conſi.17. nu.19. uol. 2.Nicol.Bello. cōſ.64. nu.4. Cur.Iun.conſilio 260.nu.13.

56 † Et licet Curt.conſ.75. & Dec. conſil. 257. in contrarium pungat, ut tamē Pariſ.aduertit non loquuntur,quando pater expreſsè prohibuit Trebellianicam,vt in caſu noſtro:ea enim ſic ſtāte,& ſecuta approbatione teſtamenti indubitanter eſt uera concluſio Anch. & lequacium,de quibus ſupra, cum quibus etiam clarè conſentit Cur.Iun.conſi.21.nu.3.vbi pro hoc adducit l.fin.C.ad l.Falcid.& idem tradit Rube.conſ.73.nu.8.&Soc.Inn.conſi.136.nu.16. vol.1.licet contra teneat Guid.Pap.q.427.

57 † Reſpectu uero legitimæ,& ſi maior inſit dubitatio,an ex prohibitione de non alienando ceſſet eius detractio:quoniam ex ea omne grauamē reiicitur,d.l.qm̄ in prioribus, merito ꝓhibitio alienationis non vr̄ poſſe eā cōplecti, vt tradit Aret.conſi.19.& poſt eū Iaſ.in d.§.di-
58 ui.2.lect.nu.16.† Attamē in caſu propoſito ſecus dicēdū eſt,qn̄.n.prohibitio alienationis reperitur facta minori,vt in caſu nr̄o, vtriq; valet, nec minor tali fauori pōt renuntiare.l.2.C.de uſuc.pro empt.cū.n.concurrat fauorem,& pro uiſionē filii,nō dēt reiici etiā de legitima.l. filiis matrē.C.de inoffi. teſta. ita cōcludit Paul. de Caſtr.conſ.236.cuius opin.refert, & ſequit Iaſ.in d.§.diui.2.lect.col.4.uerſ.limita not.iſtā cōcluſionē,& poſt eū Ripa latius nu.28.allegādo Ang.Pic.& Ferrat.de qbus ibi per eū, Ideó;
59 tradit abūdè Rube.cōſ.27.col.2.† & Aret.cōſ. 22.col.2.ſaltē remoto iuramēto minoris,vt ibi ꝑ eū,ꝙ etiā ponit Dec.cōſ.349.col.2. cōſ.403. in fi.& cōſ.441.col.1.cū ſimilib.quos congerit Rol.à Val.cōſ.31.nu.30.uol.1.potiſsimè Boe-
60 rius deciſ.87.col.2.ibiq; pariter ſubdit †idem tanto magis dici debere de Trebellianica, ꝙ uſq; ad ætatē 25.annorū poſsit prohiberi eius

alienatio per testatorem: quia si fieri potest, & facta ualet in legitima, quæ potentior est, quàm sint aliæ quartæ, vt per Ias. in l. scimus. in prin. col. fi. C. de inoffi. testa. quòd patet, quia prius detrahitur. §. quamobrem, in auctent. de restitu. & ea quæ par. Item quia etiam debetur iure naturæ, ideo longè fauorabilior est Trebellianica, vt per Ias. in l. filium, quem habentem. col. 3. uers. in 3. parte. C. fam. ercis. multo fortius valere debet in Trebellianica, cum non contineat grauamen, sed prouisionem filii, & per eam succurratur fragilitati ipsius minoris grauati d. §. filiis matrē. & l. cū ex filio. ff. de vulg. & pupil. At in casu nostro delictum contigit, sicque confiscatio bonorum in minori ætate, meritò debet impediri respectu legitimæ & Trebellianicæ.

61 † Et licet præfati Doctores loquātur in prohibitione alienationis facta ad certum tempus puta usque ad 30. annos, secus uerò esse dicāt in facta simpliciter & perpetuò, ut in casu nostro, quam dicunt non ualere. Attamen aduertendum est, quòd ipsi non negant eam ualere infra minorem ætatem. Immò si cōtingat alienatio minoris ante legitimam ætatem, præsuponunt eam non ualere uirtute dictæ prohibitionis, cui renuntiare nō potuit, sed eo perueniēte ad legitimā ætatem bene annullatur illa prohibitio, ita tradit expressè Bar. in d. §. diui. col. 1. dum opponit de d. l. 2. C. de vsuc. pro

62 emp. † vnde non video differentiam inter prohibitionē ad tempus & simplicem, nisi in hoc quia facta ad tempus finitur elapso tempore, si ue simus intra tēpora minoris ætatis, siue post. Altera uerò demum post legitimam ætatem sed ambæ æquiparātur in hoc, quia sicut prima ualet ante tempus præfixum, ita & secunda ante tempus legitimæ ætatis, quo non ualet alienatio, secundum Bar. in d. §. diui, quem non ui deo in hoc reprobatum. Meritò stantibus his, ꝙ nec legitima, nec Trebellianica detrahi possint, sequitur, ut fisco applicari non possint.

Et tenendo hanc partem non obstant adducta in contrarium. Et primò quòd legitima nō uenit in fideicommisso, meritò publicari dēt, ut ab eo exempta. Istud enim procederet, nisi cōcurreret prohibitio alienationis facta minori in eius prouisionem, & idem respectu Trebellianicæ: quoniā ualet prohibitio, vt mox dixi, sicut etiam concurrente approbatione testamēti paterni facta per filiū, ut supra declaraui, meritò ex ea debet impediri confiscatio.

63 † Non obstat etiam, quòd prouisio testatoris de nō confiscandis bonis non ualeat, ut in fraudem fisci. Quia respondet Rui. pulchrè in d. §. Diui. not. 4. dicens ꝙ in testatore cessat fraus, ex quo potest liberè de bonis suis disponere, & quē vult præferre. & quia fiscus excluditur isto casu à lucro non autem à iure quæsito. & ad l. fi. cum ibi not. per Bar. ff. de sti. ser. respondet Rui. ea procedere: quia non dēt esse in potestate delinquentis euadere istam pœnā. Sed testator qui non deliquit potest alium fisco præferre, nec uidetur dolo facere, qui utitur iure suo l. nullus. ff. de reg. iur.

64 † Postremò nō obstat, ꝙ cætera bona cum sua causa debeant confiscari in vita delinquētis. Quia illa procedūt stāte tacita prohibitione testatoris, secus si expressa, vt prohibita alienatione per eum. ita Alex. in d. consi. 23. & alii omnes supra per me relati. & contra Castrē. & Ruin. in d. §. diui. est cōmunis opinio, vt patet ex supra deductis per me in primo fundamento huius partis.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

## Pro D. Vincentio de Vincentijs

### ARGVMENTVM.

Quando pater alere filium non teneatur, nec alimēta ab eo peti.

### SVMMARIVM.

1 *Alens filium alienum habet negociorum gestorum actionem.*
*Maxime quando in libro rationum patrem filij debitorem fecit.* 2.
*Quod declaratur quando procedat.* 35.
3 *Liber verificatus in aliquibus partitis præsumitur in cæteris verus & probat pro scribente.*
*Quod in connexis procedit, non in separatis.* 18. *& de ratione.* 19.
4 *Confessio mariti constante matrimonio in parte iustificata præsumitur in totum uera.*
5 *Quantitas præsumitur fideliter erogata quando constat alia fuisse fideliter erogata.*
6 *Mater quæ filium aluit præsumitur id fecisse animo à patre repetendi.*
*Et à patre repetere potest.* 7.
*Idemque iuris est in extraneo.* 8.
*Quod declaratur.* 36.
9 *Alimentorum appellatione ueniunt infra scripta.*
*Habitatio, cibaria & potus.*
*Expensa medicinarum.* 2.
*Medici.* 12.
*Calciarium.* 13.
*Lectus.* 14.
*Et aqua venalis.* 15.
10 *Cibus & potus fit ad restaurationem deperditi.*
16 *Alimenta præstari debent pro modo facultatum.*
17 *Liber non probat pro scribente. ratio.* 20.
19 *Scriptura in vno falsa præsumitur in cæteris falsa.*
*Et quando, declaratur.*
21 *Partita quæ dicantur separata.*
22 *Actore non probante reus absoluitur.*
23 *Pater non tenetur alere filium extra domum quando paratus est in domo eum alere,* 24.
*siue sit filius putatiuus siue uerus.* 25.

*Hoc-*

*Hoc §. in foro contentioso non conscientiæ. 26.*
28 *Lex si quis maior. C. de transf. de equitate canonica non procedit.*
28 *Pater tenetur alere filium extra domum quando fuit in culpa quominus filius locum habitaret.*
29 *Testis vnus probat contra producentem.*
30 *Iracundia dicta calore, dicta vel facta non nocent si reuocentur.*
31 *Pater tenetur ad alimenta præstita filio suo per alium si non intimauit ne aleret eum.*
32 *Lex final. C. de neg. gest. de sciente loquitur.*
33 *Alens filium alterius illi denuntiare debet quòd alit animo repetendi.*
*Et de ratione. 34.*
34 *Denuntiatio scienti quando requiratur.*
36 *Lex si quis à liberis. ff. de agn. lib. quo casu procedat.*

*Auxilium meum à Domino.*

## CONSILIVM CXXXII.

SER Antonius de Gilino notarius Ferratiensis post desponsatam eius filiam Domino Ioanni Baptistæ Vincentio, citra voluntatem eius patris, post sex menses elapsos produxit libellum contra D. Vincentium patrem dicti Io. Baptistæ campsorem Ferrariæ petens ab eo alimenta facta dicto Ioãni Baptistę in domo sua producens librum, in quo de dictis alimentis apparet: iudex autem coram quo lis agitur, dubitando inclinat contra di-
1 ctum Dominum Vincentium: † qui enim filiũ vel seruum alienum alit, tanquam vtiliter gerens habet negociorũ gestorum actionem. l. si seruum alienum, C. de negot. gest. nec donatio præsumitur, immo animus repetẽdi, si in libro rationum impensa relata est, l. Nesennius. ff.
2 de neg. gest. † tantoque magis apertè, quando in libro rationum dictũ fuit, talis tenetur mihi in tantũ, quod pro eo expendi, vt declarat ad vnguem Bart. in l. si patrono. C. de neg. gest. sequitur Dec. cons. 21. nu. 7. quod propriè in libro producto reperitur factum in casu nostro,
3 huicque libro satis vr̃ adhibenda fides, quoniã in multis partitis approbatur tã per libros campsorum, quàm per testes, meritò & in reliquis præsumendus est verus, vt tradit Paul. de Cast. cons. 138. siue 140. inci. ad habendum. in antiquis, aliàs. 301. vol. 1. in nouis. Ang. Aret. in §. actionum. in materia tutelarum. q. 13. Insti. de action. Ias. in l. admonendi. nu. 228. ff. de iureiuran. Cor. cons. 81. col. fi. vol. 4. Paris. cons. 90. col. 2. vol. 1. Crau. cons. 158. nu. 3. & cons. 198. nu. 6. Ioannes. Bapt. Ferret. cons. 150, num. 11.
4 Alex. de Neuo cons. 39. 2. dub. † quæ sententiã cõfirmatur ex dicto Soc. cõs. 82. col. 1. vo. 3. vbi tenet, quòd confessio mariti de dote recepta constante matri. si iustificatur in parte. præsumitur in totũ vera, sed & illud accedit, quod
5 inquit Ancha. cons. 436. col. 2. † arguens summam centum librarum fideliter erogatã fuisse prout debebat, quando constat reliqua, quæ erogari oportebat, fideliter erogata fuisse. Et licet ipse dominus Iudex non allegauerit
6 † hanc quæstionẽ, ferè in terminis ur̃ decidere Corn. cons. 124. nu. 7. uol. 1. loquens in matre, quæ filium alimentauit, quæ secundum eũ præsumitur alimentasse animo repetendi à patre, ad quẽ onus alimentandi spectabat, & sic vult patrem teneri, ergo & hic idem tanto magis in
7 socero dicendũ est. † Et vltra Corn. in matre est casus, & ibi not. Bat. in l. si quis à liberis. §. si mater. ff. de lib. agnosc. & tradit Cyn. & Petrus in l. alimenta, C. de neg. gest. per illum tex. volentes, ꝗ mater si præstitit alimenta filio, possit ea
8 repetere à patre, qui ad ea tenebatur, † Et in extraneo hoc etiam decidit Soci. cons. 161. volum. 2. & decis. Neap. 10. ad fi. volẽtes, ꝗ si quis alimentauit filium alterius, possit repetere alimenta ab eius patre, cùm ad ea præstanda filio pater teneretur: vnde tales decisiones casum
9 nostrum videntur concludere, † alimenta uerò, quæ petit Gilinus sunt, habitatio generi in domo sua, l. legatis. ff. de alim. & cib. leg. Glos. in l. cum hi. §. qui transigit. ff. de transact. & ibi Ias. Ang. cons. 28. Io. de Anan. consi. 37. & Bolog. in additionibus. Socin. cons. 161. Bertran. cons. 180. col. 2. vol. 1. cons. 55. col. 2. volum. 2. Prat. Pap. in forma libel. pro legato rel singul. vers. condescendẽdo, Menoch. cons. 62. nu. 10. Item cibaria & potus. d. l. legatis. & ibi Gl. Bat. in l. fi. ff. de lib. agnoscen. Soc. & Prat. Pap. locis
10 citatis, † rationemque reddit Cast. in l. proponebatur ad finem. ff. de iud. quia cibus & potus fit ad restaurationem deperditi. Cũ enim quotidie de corporibus nostris cadant partes inuisibiliter, loco illarũ subrogantur aliæ per cibũ & potum, quæ conuertuntur in carnem & san-
11 guinem, † Item expensæ medicinarum tempore quo fuit infirmus dictus Gener, Bart. in d. l. legatis, & in l. si cum dotem. §. sin autem ff. sol. matrim. Flor. in l. sicuti. ff. de vsufruct. Ange. & Ias. in d. §. qui transigit. Alex. cons. 178. colum. fin. vol. 6. Pic. in l. Titia. §. Titia. q. 53. ff. de leg. 2. Bertran. consi. 55. volum. 3. Ruin. consi. 139.
12 vol. 4. Crau. consi. 199. col. 1. † Rursus expensa medici secundum Ang. & Ias. in d. §. qui transigit, & Bertran. d. cons. 55. pariter & vestes, d. l. legatis. Glos. in l. si quis à liberis. §. non tantum. ff. de lib. agnos. Glos. in l. in stratum. ff. de verb. sign. Alex. cons. 174. vol. 4. & dicto consi. 178. volum. 6. Prat. Pap. & Bertrand. locis cita-
13 tis, Emil. con. 20. nume. 5. † Item calciarium l. Item hi. §. qui de calciario. ff. de transact. Bar. in tract. de alim. Bertran. & Crau. locis citatis,
14 † similiter & lectus d. l. in stratum. & l. inter quos, §. verbum viuere. ff. de verborum signification. Bartol. in dicta l. legatis, & in dicto tractatu. Bologn. consilio 48. columna tertia. Bertrand. consilio 180. columna finali volumine primo, Ias. in dicto §. qui transigit, vbi addit

contentioso recedendũ puto,cũ illo tex.suffulta sit,alibiq; cautũ videmus,q̃d vno modo pro cedere in foro pœnitentiali,alio verò in cõtẽ-
27 tioso,† vt patet ex dictis Bal.in l.qui crimẽ. in 11.q.C.qui accus.dicẽtis legem si quis maior. C. de transact. de æquitate canonica non pro cedere,cũ semp eo iure mora purgari possit. Eum.n.passim interpretant doctores pcedere in foro cõscientiæ,non aũt contentioso,vt declarat Alex.in l.si insulã.ff.de verb.obl.nu.38. in 12.limit.& post eũ Mod.Bono.nu.78. in fi. Corn.cõs.121.col.pe.vol.1.Rom.cõs.427.nu. 7.& sing.444.Iuramentũ. Dec.cõs.452 n.15. Gozad.cõs.57.nu.18.Castel.Cot. lib. memorial.in verbo mora nõ obstãte.Claud. Aquen. in d.l.si quis maior.col.3.Paris.cõs.19.nu.241. vol.2.Rip.in l.si insulã.nu.90.ff.de verb.ob. & Orat.Mandos.in addit.Roma. cons.427.supra citato:vnde patet,quæstionem nostram decidi per Bart.in d.§.competit.
28 † Nec dici põt, patrẽ in casu nostro fuisse in culpa,quominus filiuscũ eo habitaret,ex eo q post acceptã vxorẽ citra eius voluntatem, & hoc cõperto,dixerit ei in pñtia testiũ examinatorũ. *Dapoi che tu l'hai tolta,e che la ti piace,va te'la godi à tuo modo,ma non pensare di hauer a venire mai piu ne ti, ne les in casa mia, ne hauere niente del mio.* Quo stãte in facto vr̃, q ex quo filius babitauit extra domum de voluntate patris,vtiq; fuerit obligatus ei ad alimenta prçstanda, imò etiã ad dotem,casu quo eam recepisset, vt not. Ang.Imol.Paul.de Cast.& Alex.in l.si cũ dotẽ §.transgrediamur.ff.sol.mat. Namq; ad hoc respondet,aduertendũ esse,put ex testibus Gilli
29 ni cõstat † maximè 8.Qui,licet solus,pbat aduersus eũ velut ab eo p eius pductionẽ approbatus,vt tradit Rom.cõs.104.ad fi.Ias. in rub. ff.de iureiur.col.4.Soc.iun.cõs.69.nu.12. uol. 1.Spec.Aur.in 6. actu emergentiũ in iuditio. nu.16.& in 13.actu nu.10.Paris.cõs.50.nu.60. vol.1.Orat.Mandos.in add.Rom.loco citato. Quòd dñs Vincẽtius turbata facie loquebatur cõtra eius filiũ,& sic iratus erat,vnde verba illa,q̃ ptulit tanq̃ calore iracundię dicta,rata habeři nõ dẽnt,sicut nec tali casu confessio facta nocet,ut ponit Bero.cõs.62.n.19.vol.1.nisi de pseuerantia cõstet.l.qcquid calore iracũdiæ. ff.de reg.iur.l.3.ff.de diuor.cũ sim.De pseuerantia aũt non cõstat in casu nr̃o,imò totũ cõtrariũ ex testib.ipsius dñi Vincẽtii 3.4.5.& 6. Dicentibus audiuisse eũ dicere,q erat paratus alimentare dictũ filiũ suũ,nec ei in aliquo deficere in domo sua, hæcq; verba fuerũt tpe con tracti matrimonii,& nõ longè post,vt patet ex dictis testib.Vnde manifestè patet, q ipse d s Vincẽtius reuocauit in effectu,q̃ dixerat prius in ecclesia S.Marię de Vado,de qbus deponũt testes Gilini,idq; sine dubio potuit efficere D.
30 Vincen.† Nã,vt elegãter dicit Albe.post Pet. in l.si nõ cõuicii.C.de iniuriis,facta calore iracundiæ si reuocari possunt sine detrimento iniuriã passi,nõ nocẽt faciẽti,si reuocent, sequit Bero.cõs.189.col.2.vol.3.Qđ in hoc casu verificat.Nã cũ prius ex verbis platis pater filium ab alimentis exclusisset, posterioribus admisit ad ea,qđ pderat,nõ aũt nocebat filio, meritò sequit,q adhuc imputadũ est filio,q nõ iuit ad comedendũ in domo patris, cæteraq; alimẽta ab eo nõ sumpsit: debuit.n.ex his posteriorib. verbis patris eũ reconciliatũ satis quoad præstanda alimẽta cognoscere,& ideo pater nõ dr̃ fuisse in culpa,si filius extra habitauit, meritò ad alimẽta ei pstita p Giliũ teneri non debet.
31 † Et si dicat, q Gilinus nesciuit hunc aĩum patris paratũ ad alimenta pstanda filio,non.n. eum sibi notificauit,nec minus cõtradixit, aut prohibuit Gilinum alere dictum filium suum: ergo Gilinus aduersus eũ debet actionem habere.per tex. in l.fin.C.de neg.gest. vbi est casus clarus de hoc.Dico satis esse de hoc animo constasse ipsi filio,quò verò ad Gilinum secus, cũ ipse Dominus Vincẽt. ignorauerit dictum Gilinum alere filium suum: nullibi enim scien tia constat ante porrectionẽ libelli, & ignoran tia in dubio prçsumit.l.verius.ff.de probat.cũ similib.Vnde non potuit ipse diuinare de denuntiãdo,cõtradicẽdo & prohibẽdo dicto Gi lino,ne aleret eius filium,quem ignorabat ab
32 eo ali † textusq; in d.l. fin. citatus loquitur in sciente,alium se imm iscuisse in eius negotiis, vt denotant illa verba. Si quis nolente, & specialiter prohibente domino rerum: Ignorans enim non dicitur nolle aut prohibere,sed be-
33 ne sciens.† Quinimmo plus dici potest, dato (sine veri præiudicio) quòd dominus Vincentius sciuisset Gilinum præstare alimenta filio suo,debuisset Gilinus ei denuntiare, quòd eũ alebat animo repetendi, quod erogabat in
34 eum,ab ipso domino Vincentio, † cum enim talis denuntiatio requireretur non ad eum tãtum finem, vt dominus Vincentius id sciret, sed vt ipse dominus Vincentius notificaret Gilino,ne filium suum aleret: quia sibi offerebat alimenta in domo sua, debuit Gilinus talem denuntiationem facere domino Vincentio,vt declarat Bart.in l.denuntiasse.in princ.ff.ad l. iul.de adult.& in l.2.§.voluntate.ff.solut.matrimo.& in l. non solum.§. morte. ff. de oper. no. nutiat. Bart.Bald.& Ang. in l. qui absente.ff.de procur. Specul.& Ioan.And. in tit. de emp. & vend.§.fin.Io.Andr.& Abb.in cap.fin. eod.tit.Ang.& Castr.in l.in executione. §. insolidum,& in l.cum ex causa.ff. de verb.oblig. Bald.in si cum quæstio. C.de euiction. & in ca pit.primo, si de feud.vas. Dec. Qui cõmunem testatur, consi.74.col.2. & post eum Soc. iun. consi.4.in fin.vol.2.meritò cessat in casu nostro pœnitus hoc obiectum.
35 † Non obstant etiam primo loco in contrarium adducta, videlicet d.l.si seruũ alienũ. cũ aliis,de quibus ibi:loquunt.n.& intelligi dẽnt in casibus,in qbus pater ad ea alimẽta tenebat

vt puta, quando filius ex aliqua iusta causa habitaret seorsum à patre existente de hoc in culpa, vel quando pater abesset, iuxta l. Nesennius.ff.de neg.gest.tunc enim quia pater tenetur filium alere, secūdum doctores in d. §. trāsgredimur, meritò alens eum potest ab eo alimenta præstita filio repetere, & quòd ita debeant intelligi, probatur ex d.consi.Corn.124. nu.7.vol.primo, dicentis, quòd mater censetur alimentasse filium animo repetendi à patre, quatenus onus alimentandi spectabat ad patrem, & sic loquitur Corn. in casu quo pater
36 tenebatur alere † eodem modo clarè loquitur tex.in d.l.si quis à liberis.& ibi Barto. Cyn. & Petr.in d.l.alimenta.& Soc.in d.consi.161. loquentes de matre, uel alio, qui filium alienum alimentauit, quòd possint repetere à patre, cum ad alendum filium pater teneretur. In casu verò nostro non apparet aliqua iusta causa, propter quam pater teneretur alere filiū extra domum, meritò cessant illę desiones, cum d.l.si seruum alienum, & locus esse debet illis, quæ dicunt, repetitionem cessare, de quibus supra. Et ita concludo.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

## Pro D. Andrea Personali Mirandulēse

### ARGVMENTVM.

Disputatur, an filius inuito patre nubens exhęredari possit, vel alimentis priuari.

### *SVMMARIVM.*

1 *Filius exhæredari potest si grauem & inhonestam iniuriam intulerit patri.*
2 *Matrimonium contrahi per filium inuito patre inducit odium capitale.*
3 *Filia nubens ante 25. annos sine consesu patris potest exhæredari.*
*Et idem de filio tenet Castrensis.*
*Sed in vtroque contra per auctorem.22.*
4 *Filius nubens sine consensu patris lędit ius patriæ potestatis.*
5 *Filius de iure ciuili non potest nubere sine consensu patris.*
*Secus de iure canonico.6. contra Corrasium.8.*
*Et de ratione.7.*
7 *Matrimonium liberæ voluntatis est.*
9 *Statutum non valet, quòd filius nubere non possit sine consensu patris.*
*Potestatis defectu, licet sit non rationabile. 10.*
11 *Voluntas & potestas requiritur in quolibet actu.*
12 *Ius canonicum in matrimonijs vbique attenditur.*
13 *Matrimonij materia spiritualis est*
14 *Filius ob matrimonium contractum sine consensu patris exhæredari non potest.21.*
*Et de rationibus. 15. Et est communis. 16.*
*Quid autem de filia.17.18.*
19 *Castitas maior in filia quam filio requiritur.*
20 *Fœmina deflorata ab alio quam viro suo honor perit.*
23 *Pœna priuationis locum non habet, nisi in casibus a iure expressis.*
24 *Filius pœnitens exhæredari non potest ex causa alias concessa patri.*
*Et est opi.communis & approbata.25*
26 *§. causas. locum non habet in matrimonio filij sine consensu patris celebrato.*
27 *Glo.in l.sed ea.ff.de sponsa. damnata.*
28 *Baldus in l.omnem.C.ad Tertul. reprobatus.*
29 *Intellectus l.3.§.si emancipatus.ff.de bon.poss.contra.tab.*
*Et est correctus.30.*
31 *Castren. in l. si filiam. C.de inoff.testa.damnatur.*
32 *Filius nubendo contra voluntatem patris dicitur in culpa saltem leui.*
*Et habitare dicitur extra domū patris culpa sua.33*
*Sed contra patre recusante eum in domo recipere.51*
33 *Pater non tenetur alimenta præstare filio habitanti extra domum patris citra eius culpam.*
34 *Actum gerenti ex necessitate succurritur,*
*Nisi in necessitate se constituat.35.*
36 *Filius inobediens patri potest castigari,*
*Et alimentis priuari*
*Sed contra per auctorem.55.*
37 *Filius, qui operari potest, alimenta a patre petere non potest.*
*Et idem si sit robustus, licet non operetur.38.*
*Sed de veritate. 57. 58.*
39 *Honestè quid facere non valens non dicitur facere posse.*
40 *Filio stipendium habenti & robusto pater non tenetur alimenta præstare.*
41 *Militia est professio honorifica.*
42 *Filius alimentis priuari potest ex causis, ex quibus potest exhæredari.*
43 *Pater tenetur alere nurum, cui filius nupsit eo non consentiente.47.*
43 *Maritus tenetur alere vxorem in obsequio suo consistentem, quam duxit sine dote. Et de ratione. 44.*
*Sibiq; imputandum est, quod eam sine dote duxerit.45.*
46 *Pater tenetur alere filium non habentem vnde se alat & eius vxorem.*
48 *Socer non minus nurui, quàm filio tenetur prouidere.*
49 *Filio culpa non imputanda quòd vxorem duxerit sine consensu patris.*
*Nec inde priuandus est alimentis.50.*
50 *Filius consumens legitimam in vita patris non per hoc alimentis priuatur.*
52 *Necessitas illa dicitur, quæ habuit principium necessarium.*
53 *Debitor dicitur voluntarius attento principio suæ obligationis. 54.*
56 *Tarij exemplum memorabile.*
58 *Dictum Doctoris intelligi debet secundum legem, quam allegat.*

Auxilium

*Auxilium meum à Domino.*

## CONSILIVM CXXXIII.

*EGREGIVS iuuenis D. Andreas à Personalibus filius spectabilis Domini Vincentij nobilis Mirandulani post vxorem ex bonis & nobilibus parentibus ortam desponsatam inuito & contradicente patre, ab eo, qui grauiter ac molestè id tulit, expulsus est, & cum vxore in domo soceri per biennium, vbi etiam nunc est, moram traxit, sapeq; ac sæpius elaborauit, vt animum paternum flecteret, ac placaret, tum veniam petendo, tum amicos interponendo, qui semper longè magis cor suum indurans eum nec audire, nec domi recipere, nec alimenta ei præstare voluit. Et quamuis ad preces filij Illust. Comes Galeotus Picus super hoc diu fatigatus fuerit, tamen cum pater semper alimenta detrectauerit, nisi quatenus de iure teneatur, operam (vt aiunt) perdidit, eoq; tantum deuentum est, vt iuuenis hic ab eo Comite obtinuerit casum hunc consulendum transmitti, Cumq; ad manus meas peruenerit, iusto huius iuuenis desiderio nõ potui non satisfacere, & in eo de duobus quærendum erit. Primo, an ex hac causa filius exheredari possit. Secundo posito quod non, an pater huius iuuenis ad alimenta ei præstanda teneatur, tum quod vxorem eo inuito duxerit, cum etiam, quòd (vt in facto præmittitur) aliàs ei equum & arma dedit, vt militiam filius gereret, iamq; ipse in ea se exercuit in patria, adeoq; robustus est, vt ex industria sua militando viuere possit, quia pater pro euitandis alimentis allegat.*

1 CIRCA † primum dicẽdum vide
batur imprimis, exhæredationi
locum esse posse. Nam inter cæte
ras causas, ex quibus filius potest
exhæredari ea est, si grauem & in
honesta iniuriam filius patri ingesserit. §. cau-
sas. in auth. ut cum de appel. cogn. Sed contra
here matrimonium sine consensu patris est cõ
tra bonos mores omnium, & maximè pruden-
2 tiũ, † inducitq; odium capitale, vt inquit Bal.
in l. omnem. col. fin. C. ad Tertul. ergo pater tã
quam graui iniuria affectus debet posse filium
exhæredare.

Secundò; de hoc videtur esse tex. in l. 3. §. si
emancipatus. ff. de bono. possess. contr. tab. vbi
ex vxore non ex volũtate patris ducta nult tex.
filium exhæredari posse, ibi. Cum possit auus
iure suo uti, filiumque exhæredare.
3 † Tertiò hoc decidit in terminis Paul. de
Castr. in l. si filiam. C. de inoffi. testa. ubi post-
quam determinauit, filiam nubentẽ ante 25.
ann. sine consensu patris, iustè exhæredari pos-
se, subdit idẽ videri de filio recipiente vxorem
contra uoluntatem patris, mouetur arg. tex. in
d. §. emancipatus. Hinc Hostiens. in summa de
clandest. matrim. nu. 5. & Petr. de Palud. in 4.
sent. dist. 28. q. 2. arti. 1. quos refert Menoc. cõ
4 sil. 69. nu. 3. dicunt, † q contrahere matrimo-
nium cum filio, vel filia parentibus inuitis,
vel insciis est lædere ius patriæ potestatis. & q a
ius canonicum validans matrimonium factum
sine consensu patris, vt not. glos. fin. in l. Paulus
ff. de stat. hom. disponit de fœdere matrimonii
tantum non autem de iniuria patris.
5 † Istis tamen non obstantibus contrarium di
cendum est, & pro potissimo fundamento præ-
mitto, quòd licèt de iure ciuili cõsensus patris
in contrahendo matrimonio per filium requi-
ratur, Instit. de nupt. in princ. d. l. Paulus. l. si vt
6 proponis. 2. C. de nupt. † secus est tamen de iu
re can. vt voluit glo. in c. fi. 32. q. 2. Glos. in c. 1.
& ibi Abb. & cæteri de despon. impub. Philip.
Franc. in c. 1. §. porrò. eo. tit. in 6. Glo. & alii in
d. l. Paulus, Io. And. in c. statutum. ver. & facit.
de hæret. in 6. Anch. & Abb. in c. ecclesia Sãctæ
Mariæ. de const. But. & Fel. in c. 1. de spon. Ale.
in rub. ff. sol. mat. & in l. Seius & Auger. ff. ad l.
Falc. dicens se ita consuluisse, prout reperitur
cons. 97. vol. 1. & cons. 1. col. 7. vol. 3. Ias. in l. 1.
§. huius studii. ff. de iust. & iur. Barb. cons. 12.
vol. 1. Cel. Vgo cons. 38. col. 1. Calcã. cons. 13.
n. 8. Paris. cons. 29. nu. 2. vol. 3. Dec. & Cagn. in
l. nuptias. ff. de reg. iur. & idem Dec. cons. 231.
Didac. lib. 4. decret. c. 6. nu. 17. Lup. in rub. ca.
per vestras. de donat. inter vir. & vxo. §. 4. 5. 6.
& 7. Abb. consi. 12. vol. 1. Fed. de Sen. cons. 36.
Ang. consi. 29. & consi. 92. Butr. cons. 35. Vas-
quius de success. crean. lib. 1. §. 10. nu. 626. Bar
tolomæus de Cartariis Regiensis consi. 63. nu.
7 5. matrimonialium. † Quorum sententia com
munis pulcherrima ratione confirmatur. Nam
matrimonium liberæ voluntatis est, cum perpe
tuæ seruituti homo ligetur, & ideo licèt filius
debeat subesse patri, non tamen ita vt seruus,
& mancipium, quemadmodum diceretur su-
besse, si cogeretur ad patris voluntatem vxo-
rem ducere, quam rationem ex Theologis de-
duxit Domini. Soto in 4. senten. distinctio. 28.
quæstio. 1. artic. 1. quem refert Menoch. consi.
8 69. nume. 22. sicque tenendum est. † licèt Cor
ras. Miscellaneorum. libr. 1. c. 17. ad quem lo-
cum se remittit in l. qui liberos. nume. 16. ff. de
ritu nup. contra senserit, cui facile respondere
possem, nisi materia disputandi lectori potius
quàm consulenti conueniret, qui passim rece-
9 ptis aliorum sententiis hærere debet, † im-
mo sic inualuit dicta communis opinio, quòd
dixerint iidem Doctores, non valere statutum
contrarium disponens, videlicet, quòd filius
non possit contrahere matrimonium sine con
sensu patris, quibus addo Curtium cons. 27. in
1. dubio. Herculanum in disputatione incipiẽ
te Perusinus quidam. in 3. quæst. princ. & Hie-
roni. Cucal. in apostil. ad Dec. in d. l. nuptias.

10 † Dicens, quòd hæc est mera ueritas, licet quidam captiosus Cohispanus suus in circulis conaretur contrariam partem tueri, non aduertens, quod amicus Plato, sed magis amica Veritas. l.icet.n. tale statutum uideatur esse rationabile, ut not.Bal.in rub.de constit.col. fin. & in c. clerici.de iud.in c.tenor.in fin. de re iud. in l. omnem. C.ad Tertulianum, & in l.1.§.ius naturale.ff.de iust.& iure. Andr.Sicul.consil. fin. uolum.3. tamen nō sufficit rationem subesse,
11 ex quo deficit potestas, † quia in quolibet actu uoluntas, & potestas requiritur. c. cum super.de off.deleg.l.cum te, vbi Bald.C.de donat.ante nup.& in l.nolle.ubi Bal.ff. de acqui. hæred.Paris.consi.90.colum.1.uol.3.Rolan. à Val.consi.7.nume.80.consi.67.nume.94.uol.
12 3. † Iusque canonicum in ista materia attenditur ubique c.fin.de secund. nupt. 2.quæs.3. §.hinc igitur, & tradit Fed.de Sen.cons.36.talis casus est.in prin.Ang.consi.29.ex themate. col.1.Butr.consi.35.in prin.Abb.in cap. 1. de sponsal.consi.65.col.1.secundo uol. Vasquius
13 loco citato, dicens † quod cum materia matrimonii sit spiritualis, vt per Bart.in l.priuilegia. C. de sacr.sanct.eccle.sequitur, quod iura canonica etiam in terris imperii sunt seruanda, ex quibus patet iura ciuilia in hoc esse correcta, prout hæc, & alia latius ponēs determinat Dec.cons. 231.in prin.& in d. l. nuptias. ff. de regul. iur.
14 Paris.cōs.29.in prin.uol.3. † Quę cum ita sint infero ad casum nostrum, quod propter matrimonium à filio contractum sine consensu patris, ipse exhæredari non potest, cum enim sibi permissum sit de iure canonico hoc facere, utiq; pęnam non meretur, faciēdo lege hoc permittente, l.Graccus.C.ad l.Iul.de adul.23.q.4. c. Qui peccat.

15 † Secundò hoc decidit in terminis Abb. cons.12.col.2.uol.1. dicens istam non esse iustam causam exhæredationis: quia cum de iure canonico matrimonium debeat esse liberū, non dēt per istam pęnam exhæredationis restringi & coarctari. Idemq; determinat Petrus de Anch.cons.22.in 2.dubio, pluribus rationibus, maximè uerò: quia sublato principali, uidelicet prohibitione matrimonii, etiam pęna exhęredationis accessoria sublata ur, ex decis. Petri Anch.latè sequit Alex.cōs.97.col.3.uol. 1.latiusq; idem cōcludit Dec.in d.cons. 231. col.1.& 2.& in d. l.nuptias, ubi idē repilogat, quæ in d.consi.dixit, Idemq; firmat in c.ecclesia Sanctæ Mariæ.nu.40.de const.& idem pro cōperto habent in filio masculo Alex.in l.1.ff. solut.matr.col.9.Claud.Aquē.col.4.& Rip. col.
16 12. Paris.in d.cōs.29.nu.32. † hancq; pariter esse cōmunem sentētiam testatur Vasquius loco pręallegato nu.628.post Ias.in l.si filiam.C. de inof.test.Abb.in c.1.de sponsal.& alios, de
17 quibus per eum, † licet in filia nubente ante 25.annum, & indigno, contrariū velint doctores, qué casum non attingo, sed super eo lectores delego ad Celsum Vgon.in alleg. cons.38. Qui latissimè id tenet, potissimè stante regia constitutione facta cū participatione cleri, quod filia nubens ante 25.ann.sine cōsensu patris possit exhęredari: Cum nos in masculo loquamur, & qui dignæ satis, ac nobili mulieri nupsit, quo casu omnes consentiunt exhæredationi locum nō esse, ut idem determinat Ruin. cons. 8. col.
18 fi.uol.3. † & idem in filia, (quod est plus) nubēte saltē viro digno, tenet Ias.in auth.sed si post, C.de inof.test.& in l.2.§. quod si in patris.nu. 28. ff.solut.mat.unde idē tanto magis in filio dicē
19 dum est. † Maior.n.castitas, & pudicitia exigitur in filia q̄ filio, l.palàm, §. quæ in adulterio, & ibi gl. ff.de rit.nup.Bar.ī l.hæredibus.§.fi.ff. ad Treb.Ias.in l.in arenam.C.de inof.test. Vasquius loco memorato nu.639.vbi hanc differentiā inter filium, & filiā cōfirmat. Nam dicit,
20 † quòd indubitatū est secundum mores hominū, perire honorē fęminæ, quæ cognita, deflorata, stuprataq; est ab alio, q̄ à uiro suo: ergo si filia sine cōsensu patris nupsit, ēt honesto viro, quo casu iure ciuili matrimonium nō ualebat, meritò eodem iure ciuili exhæredari à patre poterat, licet id matrimoniū non valeret: quia iam illius filię honor per sui deflorationem perierat, per quod ipsius patri ingens læsio, dolor,
21 dedecus, & cōtumelia infertur. † Non sic quādo filius honestæ fęminæ citra patris consensum nupsit, quo casu, licet matrimoniū non ualeret iure ciuili, ipse filius nullum dedecus subibat, aut patiebatur, nec eius pater, cum liber, integerq; secundū mores hominū maneret, vt alteri honestę fœminæ de cōsensu patris nubere posset, sicq; in terminis iuris cōis tale matrimoniū à liberis masculis citra parentum consensum, in quorū erant ptāte, contractū nō merebat exhæredationē, secus aūt in fœminis, & hāc dicit Vasquius esse veritatē à nemine eo-
22 rū, quorū scripta uiderit, præuisam † & ad doctrinā Castrēs. in d.l.si filiam respondet Vasq. nu.635.post Petrum & Ioannē Fabrum, qui secus tenēt, quod malè loquitur. Ea rōne: quia matrimonium sine cōsensu patris iure digestorū filius contrahere nō poterat, nec alia pœna cōstituta erat, nisi nullitatis matrimonii.d.l.Paulus.& inst.de nup.in princ. Vnde eo iure filius ex hac causa non poterat exhæredari. Meritò cum hodie de iure canonico tale matrimoniū ualeât, nullaq; pœna liberis ita nubentibus statuta sit, sequitur ut exhæredari non possint.
23 † Quoniam (ut hoc addā Vasquio) pœna priuationis nunquā hēt locum, nisi in casibus à iure expressis, §.optimæ.in aut. de nō eligen. 2. nub. ibi. Nec lex est tale quid dicens, quem ad hoc allegat Bal.in auth.ex testamento.col.antep.C.de sec.nup.glo.in c.fi.de iur. patro. quā singularē reputat Abb.Alex.cons.92. col. 3. & cons.212.col.1.uol.6.& in l.ēt.§.1.ff.solu.mat. Ias.in l.cum quidā.col.4.ff.de lib.& post. Gozad.cōs.47.col.2.Paris.cons.106.col.2. vol. 4

Rol.

Rol.à Val.conf.27.nu.14.vol.1.Senat.Pedem. decis.77.nu.3.& dec.71.nu.67.vbi dicit, ꝙ in dubio iudicari debet ne pęna locum habeat.

24 † Secundò pro hac parte moueor.Qm̄ (vt in facto pręmittit)hic filius pęnitētia ductus sępe à patre suo ueniam petiit, & ultra per aliquot menses peregrè profectus est,multa incommoda sustinendo,meritò sequitur,quòd cum ante testamentum,& uiuo patre pęnitentiam egerit amplius ex ista causa, quando etiam esset idonea (quod tamen negatur,)exhęredari nō possit.decisio est peregrina Alex.in d.l.1.ff.solut. matrim.num.33.quem refert,& sequitur multum commendans Ias.in l.in Arenam. ante finem.C.de inoff.testam.&in aucten. non licet, colum.1.C.de libe.pręter.& ibidem latè Dec. respondens his, quæ in contrarium dixit Fel. in c. Rodulphus. colum. 4. de rescrip. contra quem Felin.tenet etiam Catellianus Cot. memorialium suorum libro, in uerbo filiusfamil.

25 qui à patre. † dicens, quòd est opinio communiter approbata, nec ab ea recedendum fore.

Quam tenendo non obstant adducta in contrarium.Ad primum enim dico,decisionem illam Bal.in d.l.omnem,procedere de iure ciuili, quo pater iniuriatur ex nuptiis contractis per filium sine consensu suo:secus autem de iure canonico,quod remouet hāc iniuriam, nec eam uult considerari debere,ut tradit Abb. in d. c. fi. de secund. nupt.& Ias.in d.§.quòd si in

26 patris,nu.29. † meritò sequitur, quòd §. causas.in illa secunda causa de graui & inhonesta iniuria,in casu nostro adaptari non potest: secundo respondetur ex mente Connani in com

27 mentariis iuris ciuilis.libr.8. c.8. col.3. † ubi damnans glos.in l.sed ea,ff.de sponsal. quæ uoluit,filium notam ingratitudinis incurrere, si patri nulla de causa non obtemperauerit,sic ut exhæredari possit,dicit id esse falsum, cum in nouella constitutione Iustiniani, ut cum de appellatione cognos. huius ingratitudinis nulla fiat mentio: tum istud alienum uidetur bonis moribus, & ea libertate, quam Romanæ leges matrimoniis dedere.Sicut ergo filius exhæredari non debet patri contradicens eum nubere cupienti,nec exhæredari debet, si citra patris consensum nupserit, cum sint correlatiua.

28 l.fi.C.de ind.vid.tolen. † Præterea super opinione Bal.fundamentum fieri non debet : est enim magis communiter reprobata in eo statuto,de quo loquitur,vt tradit Alex. in d. consil. 97.in fi.& latius plures cumulans Ruin.consil. 144.in fi.vol.5.

29 † Non obstat etiam textus in d.§. si emancipatus, loquitur enim in eo, qui duxit vxorem ignominiosam,& istud non est in casu nostro : quia (vt narratur) ista est honesta, & nobilis,& ita respondet Dec.in d.consi.231.col.2.in fin.

30 † Secundò respondetur, vt ibi tradit Bartol. quòd hodie ille text.locum non habet, sed est correctus : non enim hodie hæc est legitima causa exhæredandi filium, quòd duxerit vxorē indignam sine consensu patris secundum eum, qui hāc partem tenet, & vltra eum idem tradit Imol.in c.accedens.colum.fin.de procurat.Alex.in d.l.1.ff.solut.matrim. colum. 9. Dec.in dicto consi.231.colum.2. in fin. Salicet.in dicta l. si vt proponis. Ias.in auc.sed si post.ad fi. C.de inoff.testam.& in l.2.§. quod si in patris. nu.28.ff.solut.matrim.& Paris.in d. consi. 29. nu.8.meritò super illo tex.vis fieri non potest, non enim secundum eos reperitur, quòd ista causa sit expressa,& sit de illis enumeratis in d. §.causas.vt latius per eos.

31 † Non obstat etiam auctoritas Castren.in d. l.si filiam,nam vnica,& singularis est, & contra eum stant Anch. Abb.Alex.Dec. Ias. & alii supra citati,sicque respondet etiam Dec.in dicto consi.231.col.2.& præter eos Vasqui.à mē supra memoratus.

Venio nunc ad secundum dubium de alimētis.In quo prima facie dubium uidetur facere,

32 namque negari non potest, † quin filius nubēdo contra voluntatem patris sit in aliqua culpa saltem leui : debuit enim petere licentiam nubendi à patre suo,etiam,quòd eam de facili consequi non posse crederet,& hoc non faciendo fuit in culpa secundum Bal. consi. 396. pro Domino Rinaldo.vol.2.Castrens. consil. 433.

33 col.3.vol.2.Crau.consi.121.nume.10.† Vnde si ex causa ista cōtingat,eum habitare extra domum paternam, talis habitatio sua culpa videtur procedere,meritò pater non tenetur ei extra domum constituto citra culpam ipsius patris alimenta præstare, vt determinat Paul.de Castr. in l. quidam cum filium. colum. 2. ff. de verb.obliga.vbi notabiliter dicit, quòd si filius vellet à patre recedere,& quòd pater daret sibi alimenta extra domum , prout ipse vidit aliàs de facto Senis,pater non cogitur hoc facere,& illam decis.Castrens.sequitur Alex.ibi in appostillis ad Bart.in fin.Soc.Iun.consil. 15. vol. 2. Ang.conf.38.nu.9.primo Tomo matrim.Bursat.consf.87.nu.25.

34 † Et si dicatur iste filius habitat extra domū patris ex necessitate coniugis ductæ, quam pater solum non intendit in domum suam admittere,vnde sibi succurrendum esse, sic ex necessitate foris stanti.l.si fideiussor.§. si necessaria. & ibi not.scribentes ff.qui satis. cog. l. cum postulassem. in fin. & ibi not. ff. de dam. infec. l. quòd si minor.& ibi not. Bartol. ff. de minor. Tiraquel.de retr.§.1.Glo. 10.nume. 25.Cagn. in l.qui cum alio.nu.8.ff.de reg. iur. & ego dixi instit.quib.alien.lic.in prin.nu. 149. & in §.

35 fi.nu.57. † Tamen responderi potest,huic filio imputandum fore,qui facto suo se in tali necessitate constituit,vt Bart.&omnes dicunt in d. §.si necessaria.& probatur in l.2.§.si quis tamē. ff.si quis caut. l. Papinianus.ff.de minor.l.si dictum.§.si compromisero.ff.de euict. c. intelleximus. de iud.quę iura in hac sentētia recitat.

Crau.

Crau.in responso pro genero,nu.44.82.& 88. & post eum Menoch.de arbitr.iud.lib.2.Centur.2.casu 182.nu.51.sequitur etiam Cagnol. in l.qui cum alio. §.fin.ff.de reg.iur.

36 † Secundò facit: quia filius inobediens patri potest castigari. l. 3.C. de pat.potest. ergo & alimenta sibi denegari: hic autem dominus Andreas fuit inobediens patri contra eius voluntatem expressam nubendo, ergo &c.

37 † Tertiò fortius stringit,quòd iste filius aliàs fuit miles,& in ea re se exercuit,potestque nūc etiam in ea se exercere,cum sit iuuenis & robustus, vnde cum ex operis suis militando possit se alere,non potest petere alimēta à patre suo ut not.glos.à contrario illius textus, quam ibi sequitur Bart.& Alb.in l. si quis à liberis.§.sed si filius.ff.de lib.agnos.idemque tradit Bart.in

38 l.1.C.de mend.vali.lib.11.per illum tex. † Dicens filio robusto & sano etiam nihil operanti patrem posse denegare alimenta, nisi secundum conditionem natalium operari esset sibi verecundum. Puta,si filius esset vnius hominis nobilis & diuitis:non enim teneretur laborare

39 terram: † cum honestè hoc facere non posset, utique diceretur id facere non posse.l. nepos Proculo.ff. de uerb. significat. quod vltimum tradit etiam Bart.post Petrum in d. §. sed si filius,pleniusque Dominus meus Riminaldus consi.280.nu.18.& consi.358.& vltra Barto.& Alb. de quibus supra,idem tenet Caccial.in re petitione.l.frater à fratre. 29.quæst. ff.de cōd. indeb.concludens,quòd filio, qui potest se alere etiam ex operis suis, quique robustus est, & sanus,licet nihil operetur, pater non tenetur

40 alimenta præstare † idemque tradit Dec. cōs. 576.col.1.& apertius Calc.consi.58. col. pen. loquens de filio industrioso, robusto & habēte stipēdium, & sic milite, cui pater non tenetur alimenta præstare,& cum prædictis etiam concordat Rol.à Val.cons.5.nu.30.& cons.14.nu. 50.uol.3.Ex quibus patet,hunc patrem.D. Andreæ filio suo non teneri alimenta præstare, cum in militia possit se exercere,salua honesta

41 te natalium suorum. † Est enim, vt experientia docet, professio honorifica,multisque priuilegiis decorata, de quibus per Doct.in l. Cēturio.ff.de vulg.& pupil.& latè cōgerit Petrus Belli in tract.de re milita.tit.3.parte 7.

Istis tamen non obstantibus contrarium de iure respondeo, quantum enim sit ex eo,quòd vxorem hic filius acceperit sine consensu pa-

42 tris,dubium non est alimenta sibi deberi.† regula enim est in iure ualidissima, quòd ex his tantum causis filius potest alimentis priuari,ex quibus potest exhæredari.Decisio est Bart. per illum tex.in d.l.si quis à liberis,uersi.idem si iudex.ff.de lib. agnos.& in l. fin. C. de lib. alēd. in l.diuus.ff. de paric. in tract. de alim. col. 2. uers.quæro an ex causis,idem tradit Abb.in c. cum haberet.col. fin. de eo qui dux. in matri. vbi etiam Anch.nu.7.idem firmat & in c.ex literis.n.9.de cōuer.infid.sequit Guil. Mainer. in l.non est singulis.§.infinita nu.5. ff. de reg. iuris.post Ang.Aret.inst.de iur.nat.gent.& ciuil. in princ.Alex.in d.l.1.nu.32.ff. solut. matrim.cum simil.Sed ex hac causa, quòd filius inuito patre nupserit, non potest exhæredari, vt abundè supra dictum & conclusum fuit in primo dubio: ergo sequitur, quòd nec alimētis ex ea priuari possit,& ita firmat per hāc rationem Dec.in d.consi.231.col.3.& in d.l. nuptias.col.fin.& Ruin.consi.144.col.4.num. 18.vol.5.

43 † Quinimo vlterius placet mihi vnum aliud in medium adferre, super quo requisitus non fui, videlicet, quòd hic pater nedum tenetur alimenta præstare huic filio, ut ex prędictis patet, verum etiam huic nurui suæ, idque ex eo probatur. Nam vbi quis vxorē duxit, nulla sibi dote constituta vel promissa, illam existentem in obsequio suo tenetur alere: Quia personam suam loco dotis dedisse uidetur, secundū Innoc.in c.per vestras. de donat. inter uir. & vxor.per tex.in §.penul.in auth.quib. mod. nat.effic.leg.sequitur Cy.& Bal.in l.pro oneribus.C.de iur. dot.Alex.in l. quod in vxorem in fin.C.de neg.gest.idemque tenet Curt. cōs. 39.col.3.uers.sed præmissis,& est gl. notab. in l.si cum dotem. §.sin autem in fœuissimo. vbi

44 Bal. Alb.& alii.ff. solut.matrim.† Rationeque confirmat Celsus Vgo consi. 33.nu.2.& cōs. 38.nu.15. quia ex quo maritus percipit commodum seruitii ab vxore, æquum est, ut eidē pbeat alimēta. l.in rebus.§.possunt.ff. cōmod. l.item si serui.§.quas impensas.ff.de ædil.edic. l. sed & si quid.§. sufficienter. ff. de vsufruct.

45 † habet enim maritus, quòd sibi imputet, qui vxorem huiusmodi sine dote recepit. Quoniā illam etiam si non cooperaretur ei, tenetur alimentare, & maritali affectu tractare. §. si quis enim.in auten.quomod. natural.effi.leg.& est optimus tex.in l.pen..ff.ut in poss. leg. dicens huiusmodi mulierem etiam post mariti sui decessum quamdiu permanserit in viduitate ali debere de ipsius mariti bonis ad instar filiæ.

46 † Posito ergo quòd hic filius vxorem duxerit sine dote, ex quo ( vt præmissum est ) tenetur eam alere,sequitur quòd tale onus pertinet ad eius patrem,stante eo, quòd supra conclusum fuit, hunc filium non habere vnde se eamque alat.Si enim pater tenetur eum alere, ergo & vxorem eius,probaturque hoc in d.l. si quis à liberis.§.non tantum, vbi dicit tex. quòd nedum alimenta debentur filiis à patre, sed tenetur etiam cętera onera liberorum subire,inter quæ computatur onus alendi vxorem filii, ut ibi glos.declarat, quam Alb. sequitur, &

47 Ioannes Coras.in l.onera.ff.de adopt. † & ita in terminis nostris in filio, qui duxit vxorē sine dote & consensu patris per hanc rationem decidit Ruin.d.consi.144. col.2. qui & aliam subdit de mente Glos.in l. quia parentis, in Glos.

Glos.fi.ff.solut. matrim. quæ formaliter dicit.
48 † Quoniam socer non minus nurui,quàm filio in pluribus habet necesse prouidere, sed filio ducenti uxorem indotatam non possunt alimenta denegari,vt supra dixi, ergo nec nurui, cui in hoc socer non minus tenetur prouidere quàm filio,hancque sententiam tenet Bart. in d.§.non tantum,& Card.in c.cum haberet. de eo.qui duxer.in matrim. non distinguentes inter dotatam & indotatam.
49 † Non obstāt adducta in contrarium.Ad primum enim dico primo loco nullam culpā Domino Andreæ impingi posse, si licentiam nubendi à patre non implorauit, cum de iure canonico non teneretur eam explorare. l. Graccus.C.de adult.Aret.consi. 111. colum. final. Crau.cons.4.n.24.& cons.63.nu.9.Rol. à Val. cons.57.nu.50. vol. 1. allegata verò in contrarium procedunt,quādo licentia requirebatur, exemplum patet in casu Castren.superius allegati in d.cons.433. volum. 2. quando factum
50 pendebat à voluntate principis, & sic sine eius licentia explicari non poterat. † Secundò respondetur,esto quòd Dominus Andreas fuisset in leui culpa,ducendo vxorem sine consensu patris, non tamē sibi alimenta denegari possunt.Probatur in simili. Nam si pater legitimā filio consignet in vita, filiusq; illam consumat etiam culpa leui,adhuc non potest pater ei alimenta denegare,secundum Bal.in l.2.§.1.ff.solu.matr.in auct.si captiui. C.de episc.& cler.in l.scimus.in princ.C.de inoff.testam. Specul.in tit.qui fil.sint leg.§.1.vers.sed pone, Alex.in l. si cum dotem.§.1.ff.solu.matrim.ergo pari modo non debent sibi alimenta denegari, posito
51 quòd fuerit in leui culpa nubendo contra voluntatem patris. † Nec iste filius dicitur habitare extra dumum patris culpa sua, sed patris, qui eum in domo recipere recusauit, & de præsenti recusat, quo casu non procedunt notata per Castrens. & Alexand. in dicta l. quidam cum filium,& Soc.Iun.in d.cons.15. vol.2.sed totum contrarium,vt not. Ang. Imol. Castr.& Alex.in d.l.si cum dotem, in §.transgrediamur qui concludunt,quòd quando filius habitat extra domum patris ex voluntate patris tenetur
52 pater ei alimenta facere. † Nec etiam mihi verum videtur,quòd facto suo in aliquam necessitatem se coniecerit,nam necessitas illa dicitur,quæ principium habet necessarium,quemadmodum sensit Bald.cons.20.vol.3. quem sic declarat & intelligit Tiraq.de retract. §.1.glo. 14.nu.15.Crau.in allegato respon.pro genero,
53 nu.93. † pulchrè Corn. cons.292.nu.5.vol.2. Dicens hæredem esse debitorem volūtarium, inspecto initio suæ obligationis causatæ ab aditione,quæ merè voluntaria fuit,idemq; sensit Soc.Iun.cons.130.in fine, volum. secundo.
54 † Sicut etiam debitor dicitur voluntarius, qui dotem voluntariè recepit,licet deinde necessariò teneatur ad eius restitutionem, vt post Ias.Dec.& alios in auct. præterea. C. vnde vir & vxor.ponunt Mod.Ferr. in l. 1.nu. 22. ff.de duob. rei. Phanuc.in tract.de lucro dotis.glo. 8.nu.29.& Menoch.de arbitr.iud. lib. 2.cent. 2.casu 182.num. 53.vnde cum matrimonium, quod contraxit hic filius,fuerit ab initio volūtarium, non dicitur se in necessitate posuisse habitandi extra domum paternam,propterea, si quę subest necessitas, sibi potius debet esse proficua & excusabilis,quàm nociua.
55 † Ad secundum respondetur, quòd Caccial. in d.l.frater à fratre.30. quæst. tangit hunc passum,an propter inobediētiam filius possit priuari alimentis.& dicit vidisse consultū, quòd non, per doctissimum virum,& licèt arguat in contrarium ex d.l.3.inducendo vt supra, tamē subdit concludendo, ꝙ ex quo nō inuenit hoc decisum,non audet firmare hoc dictum, vnde patet,quòd ipse potius tenet filium alimentis non posse priuari,quàm quòd sic, ego castigatio,quæ filio inobedienti fieri potest,debet intelligi per aliam viam, quàm priuationis alimentorum,& sic tex.in d.l.3. ad casum nostrū
56 non facit. † Hocque præclaro exemplo confirmari potest, quod de Tario narrat Seneca. lib. 1.de clem.quem refert Connanus in suis commentariis iuris ciuil.lib.2.cap.13. col. 2. Nam cum filium in parricidio deprehendisset, non grauiùs damnauit,quàm ut iuberet eum exulare Masiliç,annua illi præstans,quanta prçstare integrò solebat, & cum de filio cogniturus esset Tarius,aduocauit in consilium Cçsarē Augustum,venit in priuatos pçnates,assedit, pars alieni consilii fuit,nō dixit, immo in domum meā veniat,quod si factum esset,Cæsaris futura erat cognitio non patris,audita causa,excussisque omnibus dixit Cæsar relegandum, quo patri videretur,non culeum,non serpentes,nō carcerem decernit,memor non de quo censeret,sed cui in consilio esset mollissimo genere pœnæ contentum esse debere patrem dixit. quare si parricidæ filio crimen attentanti pater alimenta non denegauit, multo minus inobediens in hoc casu eis priuandus est.
57 † Ad tertium dico,quòd tex.in d. §.sed si filius.dum loquitur de opifice, intelligitur de artifice,& sic de habente artem, secundum Dynum & Albe.sic exponentes, idemque tenent Abb.& Anch. in d. c. cum haberet. loquentes de filio habēte artem, immo ars debet esse certa,vnde tutum,nec deficiēs capitale proueniat vt in doctore,mercatore,& id genus, vt declarat Crau.cons. 199.nu.11.quod de militia dici non potest non continua. Et si ponderetur Calc.in allegato cons. 58. loquitur de filio stipendiato,& sic tempore militiæ, & actu aliter militante. Nec video, cur filius,vt se alat, militare cogatur,cū potius sit scriptum, quod relinquet patrē & matrē,& adhærebit vxori suæ. Et cum filius iste nil possideat, ex quo reditus habere possit,non dicitur habere, vnde se alat
vt

vt post Bald. consil. 30. sicut dixi. volu. 2. trad. Crau. consi. 199. nu. 6.

58 † Nec obstant etiam, quæ de iuuene robusto & nihil operãte tradit Bar. in d. l. 1. C. de mẽd. val. lib. 11. per d. l. si quis à liberis. §. sed si filius quoniam dicta Bart. debent intelligi secundũ legem, quam allegat, ut idem Bart. tradit. in l. non solum. §. liberationis uerba. ff. de lib. leg. sed tex. in d. §. sed si filius, quatenus in contrario inducitur. Quòd pater non tenetur filium alere, loquitur quando duo concurrunt ars & potestas operandi, meritò sequitur, quòd ubi alterum concurrit, quòd ille tex. locum non habet, prout in sensu directo patet, ibi. Si cum opificẽ te esse dicas, & in ea valetudine es, ut operis sufficere non possis. Sicut enim, quando habet artem, sed ei superesse nõ possit, debet ali, sic quando posset operari, sed artem non habet, idem iuris esse debet, quod est in casu nostro. Et ex his remanet expedita præsens consultatio in vtroque puncto.

*Hippol. Riminal.*

## Pro honesta D. Magdalena Cannana.

### ARGVMENTVM.

De appellatione in possessorio concedenda pulchrè tractatur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Præcepti reductio ad terminos iuris dicitur interlocutoria.*

2 *Sententia super possessorio extraordinario dicitur interlocutoria.*

3 *Appellatio ab interlocutoria quando prohibeatur.*

4 *Appellari potest in causa possessorij mixti cum petitorio.*

*Et quando hoc sit.* 5.

6 *Statutum prohibens appellationem à sententia lata in possessorio non habet locum in possessorio mixto.*

*Et strictè debet intelligi.* 7.

8 *Dispositio loquens in casu simplici locum non habet in mixto in materia stricta.*

*Idemq; si materia sit exorbitans.*

9 *Statutum remouens appellationem locum non habet in notorio grauato.*

10 *Iudex quando sibi constat quis possideat alteri præcipere debet ne eum turbet.*

11 *Citari quis debet ubi lædi potest nisi periculum sit in mora.* 12.

*Exemplumq; Scipionis Nasicæ memorabile datur.* 13.

14 *Electio expeditur parte non citata quando periculum est in mora.*

15 *Præceptum fieri potest parte non citata validum quando periculum est in mora.*

16 *Possessionem quis ingredi potest contra tertium successorem non citatum.*

17 *Possessio probatur si familiares & coloni pro eo incedebant & insistebant in fundo.*

*Et est peculiaris modus probandi possessionem.* 18.

*Vel per deambulationem.* 19.

20 *Possessio probatur per vnum testem velut leuis præiudicij.*

*Saltem quando iudicium est summarium siue momentaneum.* 21.

22 *Possidere præsumitur qui olim possedit licet non allegetur.* 23.

24 *Constare dicitur quod ex coniecturis colligitur.*

25 *Possessionem in alium translatam quando liceat ingredi.* 26.

27 *Appellatio conceditur propter difficultatem reparandi grauamen.*

28 *Simulatio non præsumitur & dilucidis probationibus ostendi debet.*

29 *Probationes apertissimæ requiruntur quando quis habet præsumptionem contra se.*

30 *Successor habet probabilem ignorantiam.*

31 *Exceptio rei iudicatæ succumbenti obstat.*

32 *Appellari potest in possessorio habente causam annexam proprietatis.*

*Et de iure canonico passim.* 33.

34 *Appellatio in dubio deuoluit.*

*Auxilium meum à Domino.*

### CONSILIVM CXXXIIII.

IN causa D. Magdal. Cannanę refricatur in dubiũ appellatio sua à reductione præcepti ad terminos iuris facti Stabillinis, ut desistere deberent à secãdo fęnum, & secatũ nõ amouẽdo ex pratis, de quibus agitur. Mo

1 uet urque D. Iudex appellationũ † quia dicta reductio præcepti fuit mera interlocutoria: quia non perimit ius partis, ut in statuto de præcep. faciẽ. par. ibi, iudicio siue in possessorio siue in

2 petitorio romanente in sua ui. † Et quia sumus in possessorio extraordinario, in quo nõ requiritur sententia diffinitiua, sed lata super eo dicitur interlocutoria. Bal. & Cast. in l. ordinarii, col. pen. C. de rei vin. Castr. cons. 5. in antiquis, aliàs 3. vol. 2. in nouis, Dec. consi. 302. Cagnol.

3 in l. in pari. nu. 7. ff. de reg. iur. † quo stante nõ deuoluit appellatio dictæ Dominæ per statutum, de appell. in princ. vbi prohibetur appellatio ab interlocutoria, nisi per eam inferatur grauamen irreparabile per appellationem interponendam à diffinitiua.

Ego uerò secus puto. Nam Cannanus dixit D. Magdalenam possidere dicta prata uigore legati sibi facti de illis in testamento mariti sui, Stabillinus verò dixit esse in eorum possessione uigore venditionis sibi factæ de illis

4 † Vnde cum quæstio permixta sit & dubia per negationẽ utriusque capitis, scilicet petitorii & pos-

& possessorii potuit appellari à dicta reductione præcepti, ita Bal. consi. 331. super prædicto puncto. vol. 1. in nouis, ubi signanter dicit ac distinguit, quandoque vnus articulus est separatus ab alio: quia constat de causa proprietatis per confessionem, & tunc non potest appellari quia si confitetur ergo notorium: item si confitetur ergo consentit. restat igitur solus articulus possessorii & nō est cōtrouersia de alio nisi de possessorio, sed ab isto possessorio uero nō
5 appellatur † quandoque uerò quæstio est permixta & dubia per negationem utriusq; capitis petitorii & possessorii, & tunc appellari potest prout in casu nostro contingit, ubi Domi. Magd. dixit se posside re uigore testamēti, Stabillinus uerò vigore uenditionis, nec alter alterius petitorio & possessorio allegato consensit, ut ex actis apparet.
6 † Et hæc decisio Bal. confirmatur. Nam cum statutum de appel. prohibeat appellationē ab interlocutoria, lata super simplici possessorio non debet habere locum in possessorio mixto: quia statutum loquens in casu simplici non includit casum mixtum, vt tradit Bart. Bal. Alex. & Dec. in l. certi cōdictio. §. quoniam. ff. si cer. pet. Alex. in l. 2. in prin. ff. de uerb. obg. & consi. 55. in l. fin. vol. 4. D. meus Riminal. consi. 162.
7 nn. 2. † & quia statutum prohibens appellationem stricte debet interpretari, vt not. Bart. in l. 2. C. quo. app. & consi. 165. in q. Ang. consi. 107. Iac. & Lucas, Dec. in l. pe. col. fi. C. de pac. & consi. 49. Spec. aur. in 2. actu prin. num. 356.
8 Sed † in materia stricta dispositio in casu simplici locum non habet in mixto, ut not. Bar. & Doctor. in d. l. 2. per l. vim passam. §. præscriptione ff. de adult. Alex. consi. 82. uol. 3. Dec. consil. 213. col. 2. idemque tradit Alex. in statuto loquens. consi. 76. uisis dubitionibus. primo dub. vol. 5. Natta consi. 609. nu. 16. & in alia dispositione exorbitanti, quòd locum non habeat in casu mixto, probatur in l. si ita scriptum, cū ibi nota. ff. de lib. & post. Ceph. consi. 251. nu. 38. & Anch. Iun. consi. 62. nu. 9. in 1. par.
9 † Secundò, deuoluit hęc appel. quoniam (ut aliàs dixi) D. Magd. fuit notoriè grauata, meritò potuit appellare, licet in dicto statuto de appel. remota sit appellatio ab interlocutoria, ut per glo. in c. ex conquestione, de rest. spol. Abb. in c. pastoralis. col. pen. de ap. & post eum Perus. nu. 28. in fin. Alex. cōsi. 77. nu. 12. & cōsi. 106. nu. 16. cum seq. uol. 3. Dec. cōs. 49. nu. 2. Bero. in rub. de appel. nu. 4. Port. Imol. consi. 59 nu. 4. pbat. Nā D. Magd. possederat prata, de quibus agitur, p annū pximè præcedētem, ut testes p ea recepti dicūt, quo stante debuit prætor eam tueri in possessione, confirmando præceptum factum, ut disponit d. statutum de præcep. facie. pat. non autem illud reducendo
10 † sic enim fecit contra casum statuti prædicti quod in hac parte conuenit cum dispositione iuris communis, ut est Doct. Bal. in l. ordinarii col. 4. C. de rei vind. vbi dicit, quòd constito iudici per summariam cognitionem quis possideat, debet mandare alteri parti, quòd non accedat ad possessionē, & idem Bald. in addi. ad Specular. de libel. concept. §. fin. uers. officium. & in l. prima C. de prohi. seque. pec. Cur. cons. 60. Castr. consi. 3. col. 1. vol. 2. Dec. & D. mens Zuccar. in l. fin. nu. 112. C. de edic. di. Adr. tollen.

Nec obstat, quòd in dubiis dicitur imò præceptum factum fuisse contra formam d. statuti absque eo quòd pars citata fuerit ad videndū recipi informationes. Quoniam considerandum est, quòd Cannanus in comparitione sua narrata possessione & titulo D. Magdalenę dixit, quòd illa die externa quidam homines ingressi fuerant d. prata cū instrumētis aptis adsecandū fœna in ipsis pratis, & ea fœna cęperat secare, & persequebantur in secando animo & intentione dicta fœna ex dictis pratis extrahē di: Quare cum periculum sit in mora, & dicta mora sit damnum allatura, petiit per prætorē in prædictis & antè omnia prouideri indemnitati D. Magdalenæ offerens se dare informationes, quibus datis & ita deponētibus, quòd viderant præsenti die homines secantes in d. pratis ad instantiam Stabillini D. Prætor viso periculo & consideratis de iure cōsiderandis fecit præceptum d. Stabillinis, vt desisterent à secando fœnum & secatum non ammouerent, quibus ita stantibus, potuit indubitanter fieri d. præceptum receptis informationibus par-
11 te non citata: † Licet enim regulariter de unō quoque actu pars quæ lędi potest citanda sit. l. nam ita diuus. ff. de adopt. l. de vnō quoque. ff. de re iud. c. le. pastoralis. eod. tit. Bald. in l. cum fratrem. in fin. C. de his qui ut ind. Alex. consi. 5. vol. 2. cum simi. adductis à Petro Duen. reg. 92. & prout hoc statutum requirit, de quo nos
12 agimus. † Attamen hoc signanter fallit, quamdo periculum esset in mora, si enim sine periculo expectari non potest, recipi possunt informationes, etiam partibus absentibus, ita Inn. in c. significauit. ad fi. de test. sequitur Imol. & Alex in d. l. de vnoquoque. Maria. in tracta. de citat. arti. 7. In casibus ubi non requiritur citatio. 21. casu ad fi. Anton. Nicel. in tracta. de concord. gloss. in 100. fallen. nu. 344. & elegantius cęteris Zas. in d. l. de uno quoque. nu. 18. vbi dicit, quòd si periculum esset in mora, nisi incontinenti esset alicui subueniendum, vtiq; hoc fieri potest, altera parte non citata, adducit bonum tex. in l. de pupillo. §. si quis riuos. ff. de oper. no. nun. Si quis enim uelit purgare riuos suos vel cloacas & propterea ędificare p necessitate etiam in iacturam vicini, absq; citatione potest permissu prætoris ita tempore nimboso cum flumina abundant, ex agris meis etiam si tibi noceatur auertere possum, te iudicialiter non citato: quia antequam citareris, & iudex iudicaret, perderetur agri

mei.

mei.d.§. si qs riuos.ad fi. ad idē pulcher.casus in l.ait prętor.§.si debitorē.ff.de his quę ī fraudē creditorū. Vbi debitorē meū fugientē vel suspectum de fuga possum capere, vel vt capiatur efficere sine alia citatione: quia periculū est in mora: si enim citaretur pro debito fugeret interea. † Et ex hac doctrina subiūgit Zas. 13
quòd iuuabatur olim Scipio Nasica contra I.C.Scęuolā Mutium in factione Gracchana, Scęuola namque noluit, vt contra eum procederetur nisi eo citato & processu legitimo, & Scipio Nasica eleuata manu clamabat, si quis uellet Remp. saluam habere se sequeretur, & uno impetu occiderunt Tiberiū Graccū Tyrānū. Interrogatus quare id ita faceret, respōdit. Dum Scæuola cum suis iuribus cunctari pergit, interea perdimus ciuitatem & iura, sentiens dum mora est allatura periculum per citationem & expectationem partis illam prætermitti posse. † Hinc in electione uidemus 14
eam expediri parte non citata, quando imminet periculum. gloss. in c. quod sicut.de elect. Hinc ualet dictum testis examinati coram iudice incompetenti, uel non seruatis solemnitatibus quando imminet periculum mortis testis, ut tradit Curt.in l.admonendi. col. 59. ff. de iureiur.& plura cumulat ille Nicel. in dict. tract.de concor.glo.fal.44.nume.279. † quare mirum uideri non debet si ualuerunt informationes receptæ parte non citata, præceptūque sequutum propter periculum moræ. Sicq; reperio q̄ in indiuiduo sentit D. meus Vbertinus Zuccar.in l. fi.nu.110.C.de edic. di.Adri. tol.ubi dicit esse dubitabile dictum D. mei Riminal.in l.si super.C.de trans.quando periculum non est in mora, quòd informationes tales summi posint parte nō citata: sentit enim à contrario sensu illud esse clarum, quādo periculum esse in mora, ut in casu nostro. Et hanc quoque fallētiam firmat Mars. post Alex.in d. l.de uno quoque.nume.49.remittens se ad alibi nota.per eum.Neuiz.consi.81.num.6.alios citans. 15

Non etiam repugnat aliud, quod subiicitur in dubiis, probatum non esse, quòd D. Magd. tempore præcepti & antea per annum steterit in possessione dictorū pratorum, prout requirit idem statutum de præcept.faci.part.ibi.Cōstare posset, alterum litigantiū esse tunc & fuisse prius in possessione p̄ annū proximè pręcedentem. Nam confessio Stabillini id non p̄bat, cum non sequatur. D.Magd. anno elapso possidebat, ergo etiam nunc. Tantoq; minus: quia dicitur apparere de contrario: quoniam de mense Februarii proximè lapsi uigore pacti executiui autore iudice Stabillinus ingressus fuit possessonem dictorum pratorum † qđ 16
fieri potuit contra tertium singularem successionem (qualis est hæc Domina) licet non citatum, ut tradit Bart.in l.creditores.in 4.q.prin. C.de pign. uers. & aduerte, quem sequit̄ Burt. in c.quia.G. de iudi.Soc.consi.82.nu.10.uol. 3.Negus.de pigno.in 4.par.nu.21.vers. sed oppositio Bart.cum aliis copiosè deductis per Tiraquel.in tract.de consti.prima part.nu. 42. & Petr.Duen.reg.275. limi. 6.

Quoniā sigillatim pręfatis & pulchrè respōderi potest. Et circa primum dicitur, satis constare D.Magdalenam fuisse in possessione, nedum per annum proximè præcedentem, sed et tunc tempore dicti præcepti. Nam secundus testis postquam dixit anno proximè lapso, vidisse secari fœnum in dictis pratis assistente Zanino factore D.Magdalenæ qui pro ea dederat dicta prata ad secandum, subdit quòd ipse testis præsenti anno fuit conductus in factorē d.Dominę loco dicti Zanini possessionis Quartesanæ & dictorum pratorum, quorum confines sibi fuerunt ostensi, vt ipsorum curam haberet, & ea tempore debito daret ad secādum & dispensaret uolētibus in eis secare fœnum, prout fieri solet, & quòd cum præsenti die accessisset ipse testis ad ea, inuenit in ipsis homines secantes ad instantiā Thadei Stabillini.

17 † Certè ex his, quæ dicit, p̄batur possessio D. Magd.tempore d. præcepti petiti, prout in terminis tradit Ang.in l.Celsus, ad fin.ff.de usuc. ubi loquendo de uiro nobili qui nunquam ad prata accedebat, & vult eorum possessionem probare, dicit quòd possessio probabitur articulando & probando, quòd familiares sui & coloni pro eo vtebantur, & in illis pratis ad libitum voluntatis insistebant & recedebat, sequitur Nat.consi.292.nu. 2. dicens quòd probatur, Simonem possedisse pratum per testes dicētes, quòd Simō ibat & redibat à dicto prato tempore quo herba erat in eo. Nam per ire
18 & agere probatur possessio † hicque peculiaris est modus probandi possessionem rei corporalis immobilis per insistentiam, vt not. omnes in l. stipulatio ista. §.hæc quoq; ff. de uer. ob.ubi Bartol.nu. 3. Ias.nu.4.Bald. consi. 10. in quæstione quæ uertitur. ad fin.uol. 3. Ang. Aret.ī §.sic itaq;,n.7.inst.de act.Soc.cōs. 131. col. 2.vol.1 Corn.consi.282.nu.4.uol.1. Dec. consi.400.nu.3.& 4.Alba consi.64.nume. 18.
19 † Balb.in l.Celsus.ff.de usucap.num. 134. ubi post Bal.dicit, solam deambulationem possessionem probare, cum illa sit insistentia, sequit̄ Menoch.in remed.3.de reti.poss. nume. 561. Quare si factor hic constitutus fuit dictæ Dominæ dictorū pratorum, & in eis fuit, ut fines addisceret & tempore fœni extātis, & inde recessit nomine dictæ Dominæ, quæ uti mulier ad ea forsan non accedebat, patet probari pos-
20 sessionem illius tempore præcepti petiti, † & cum agatur de possessorio, quod dicitur esse leuis præiudicii, sufficit probatio per vnum testem, vt tradit Matesil.notab.2.Dec.consi. 56. col. 1.consi.252.consi.663.& in l.fi.nu. 15. C. de edic. di.Adr.tol.Cal.consi.100. nume. 16. Grat.respon.42.nu. 6. uol. 2.Rebuf.in tit. de

mater.

mater possess.arti.7.glo.1.nu.26.Alcia. respon.
21 389. nu.3. † quod saltem procedit in possessorio summario siue momentaneo,ut declarat Cur.in l.admonendi.nu.203.uer.secundò mo ueor. ff.de iureiur. & post eum Menoch.de recup.poss.remed.15.nu. 413. quicquid in alio possessorio, dici posset, ut latè per Rol. à Val. cons.50.de quo nos loquimur,& latisśimè omnium prosequitur Cæsar Contardus in repet. l.1.C.si de momen.poss.in prima ratione decidendi, uolum. 2. qui licèt etiam plura dicat, quæ requiruntur,ut ille solus testis probet; tamen hic non sunt necessaria,cum fuerit hic factor ab vtraque parte approbatus. iux. not.per Bar.& alios in l.Teopompus.ff. de dot.præleg.
22 † Secundò respondetur ex abundanti, quòd probata possessione D.Magdalenę per annum proximè præcedentem, pręsumitur eam quoq; possedisse tempore comparitionis Cānani coram prætore.Nam pręsumitur,qui olim possedit & hodie posśidere,vt not.Bar.& scribentes in l.siue posśideris.C.de prob. Butr. Abb.& alii in c.cum ad sedem.de rest.spol. Rom.consi. 329.in fi.Alex.cons.133.col.2.vol. 1.cum sim. per Alciat. de præsump. regul. 2.præsump.21.
23 † stante,quòd Cannanus id allegauit, dicens, quòd dicta Domina ab anno continuo hinc proximè lapso citra & vltra tenet & posśidet quædam prata. Et inferius post comparitionē partis idem replicauit, dicens præceptum factum non esse reuocandum sed potius confirmandum,& quatenus opus sit de nouo faciendum: quia sua principalis fuit & est in possessione dictorum pratorum, quo casu bene procedit d.conclusio,secundum Alcia.nu. 2.quòd qui posśedit in præteritum,præsumatur hodie quoque posśidere,quo stante locus esse debet d.statuto dicenti,vbi iudici constare posset alterum litigantium esse tunc & fuisse prius in
24 possesśione,† nam constare,vel apparere dicitur etiam euidenter(quod est fortius) illud qđ ex coniecturis colligitur. l. licet Imperator, & ibi Bar.Alex.& Ias.ff.de lega. 1. l. quidem test. & ibi Aret.ff.de vulg.& pup.
25 † Ad aliud verò,de ingressu in possesśionem vigore constituti auctore iudice, respondetur, quòd tunc demum vigore constituti licet ingredi possesśionem translatam in tertium possessorem quando incontinenti fit post eam in eum translatam: videtur enim tunc habens constitutum uelle possesśionem sibi interuersam recuperare,quod sibi licet incontinenti.l.
26 qui possesśionem.ff.de vi & vi arma. † At si ex interuallo id faciat non potest: quia in omnem casum perdidisset omnem possesśionem, ita singulariter declarat Castr.cons. 10. col. 3. vol.1.Ruin.aliter eum non allegans, sed idem tenens cons.127.col.2.uol.5.&Tiraq.loco citato nu. 44. at longè ante dictum ingressum. 28.Februarii præsentis anni decesserat D.Ludoulcus Manghella, uidelicet de anno 1564. 16.Octobris,& in hanc Dominam continuata fuerat possesśio dictorum pratorum vigore statuti. Quòd possesśio defuncti &c. Et vlterius ipsam actualem possesśionem sortita fuerat dictorum pratorum, ꝑut & testes & Stabillinus dicunt, & fatetur, ergo vanus fuit d. ingressus Stabillini in possesśionem dictorum pratorū clam factus & ea prorsus ignorante, prout etiā concludit Ruin.in d.consi.127.col. 3.
27 † Postremò,dicebam quoq; hanc appellationem deuoluere propter difficultatem reparandi grauamen illatum ex dicta reductione precepti,quo stante conceditur appellatio,uelut quòd agatur de magno præiudicio, ut tradit Spec.aur.in 6.actu prin.ult.par. num.301. Nam in petitorio D. Magd. habet instrumentum quoddam depositi & uenditionis celebra
28 tum cum eius viro † quod si simulatum dicere uolet arduum erit obtinere: quoniam simulatio non præsumitur, & dilucidis probationibus ostendi debet,vt primum tradit Bar.cons. 65. Petrus Nicolæ.Bald.in c.1.in prin.de feu. dat.in vic.lèg.cōmis.& cons.389.vol.4. Castr. consi.261.uol.2. de secundo uerò ponit Cast. consi.388.col.2.uol.1.& utrumq; Crauet.cōs.
29 245.col. 2. † & vbi quis habet præsumptionē iuris contra se ꝓbationes pro eo debēt esse apertisśimæ,& tales testes,de quibus non sit alia uerisimilis dubitatio,ꝙ debeant deierare, Abb.consi.11.col.2.uol.1.gloss. & docto. in l. transactione.C.de trans.cum simil. ꝑ Crauet. cons.75.nu.12.& idem ponit Ceph.cons.241. nume.97.post Specul.de proba.§.1.vers. fi. Et Crauc.consi.129.in fi.Alciat.in tract. de pręsumpt.reg.3.præsumpt.7.qui dicunt, quòd ꝓbationes urgentiores requiruntur. Si uerò uolucrit D. Magda. dicere, quòd contractus ille uenditionis effectum nō habuerit,adhuc istud erit difficilis admodum probationis & scientiæ,quid uerè fuerit actum, & quomodo res ꝓ
30 cesserit † ut successor,quæ probabilem habet ignorantiam.l.qui in alterius.ff.de reg.iur.Vnde bene sumus in decis.Maran.de qua supra.

Et dicere quòd per reductionem dicti præcepti non tollitur.D. Magdalenæ quin posśit experiri remediis possessoriis,ut cauetur in dicto statuto De præcept.fac.par. nihil est: quia ea succumbente in hoc possessorio aliud non habet, quod probet, nec plus probare posset quàm fecerit, sed idem, licet forte per plures
31 testes,quòd ei non prodesset: † quia obstaret ei exceptio rei iudicatę.l. cum quæritur. ff. de excep.rei iud.satisq; diceretur hæc pronuntia reductionis, trahere secum effectum perpetuum, si non posset hæc Domina probare necessaria ad uictoriam in petitorio. Et in summa cum possessorium vtrinq; intentatum habeat annexam causam proprietatis: quia D. Magd.allegauit possesśionem uigore legati,
32 Stabillinus uerò uigore uenditionis † appellare potuit à sentētia lata super tali possessorio, vt

vt per Bartol. in l.vnica.oppo.3.C.si de mom. poss.& post eũ Bal.col.3.vers. sed quæro. Dec. nu.6.& Contardus in secunda opp.nu.5. post D.meum Zuccardum.in rubr.C.qui admi. nu. 130.Ias.consi.187.col.1.vol.2.Rebuf.de exec. sentent.art.9.glo.5.nu.10.Rip.copiosè in c.ſę pe.de resti.spol.& Senat.Pedemont. decis.25.
33 nu.10.† Tantoq; magis, quòd de iure canoni co passim conceditur appellatio à sententia la ta in prossessorio, vt per Alex.consi.99.col. 1. & 2.vol.5.

Quare sublatis omnibus, & re bene discus sa, pronuntiandum est appellationem deuolue
34 re † quod & in re dubia fieri debet, vt tradit Castr.Alex.& Ias.in l.1.ff. si quis caut. quãquã mihi clara satis videatur, vt appellationi sit de ferendum.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

## Pro Massaria communis Ferrariæ.

### ARGVMENTVM.

Pulchrè discutitur an carcerato fugiente, fide iussores ad pœnam promissam teneantur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Carceratus iniustè potest impune ex carceribus fugam arripere. declara tamen* 24.
*Et relaxatus cum iuramento de redeundo non rediens non tenetur.*3
*Immo punitur si nõ fregerit carceres & aufugerit cum potest.*4.
*Demumq; potest custodes & impedientes eum vulnerare & occidere, & fugere.*5.
2 *Confinatus iniustè potest rumpere confinia.*
6 *Carceratus iniustè ante omnia relaxandus est.*
*Et aufugisse præsumitur culpa seu negligentia custodis.*7.
8 *Fideiussor in certum casum non obligatur vltra.*
9 *Fideiussio stricti iuris est.*
10 *Officiali credendum est.*
*Fallit in grauibus.*31.
*Et in praiudicium tertij.* 32.
11 *Fideiussionis conditione cessante, cessat fideiussio.*
12 *Exceptiones reo competentes competunt etiam fideiussori.*
13 *Testi deputato ad officium creditur, licet videatur tractare de se exonerando.*
*Sed contra per auctorem.* 30.
14 *Testes singulares probant confessionem maximè verisimilem.* 15.
16 *Promissio incipiens à pracedenti conditione affirmatiua committitur cum conditio extiterit.*
17 *Promittens quem præsentare, si non præsentat statim tenetur ad pœnam.*
18 *Licentia velut facti non præsumitur.*
*Et vbi requiritur d:t verbis expressis apparere.*19
*Vel in scriptis.*33.
20 *Licentia discedendi quomodo sit intelligenda.*
21 *Præsumitur pro iudice.*
22 *Promittens ad iudicem venire excusatur si non venit ob infirmitatem, et id genus.*
*Sed promittens non recedere recedens absolute tenetur.*
23 *Promittens custodiam, tenetur loco nõ custodito.*25
26 *Verba in materia licet stricta omnia comprehendunt secundum eorum significationem.*
27 *Promittens alium non fugere de carcere, tenetur eo fugiente, licet culpa custodis.*
28 *Testibus nõ creditur quorum repelluntur auctores.*
29 *Testis tractans de se exonerando non probat.*
*Etiam si erat deputatus ad officium.* 30.
33 *Confessio quando non verisimilis.*
34 *Testi non creditur dicenti non verisimilia.*
35 *Promissio de non recedendo de loco sine licentia iudicis, debet intelligi & eius ad cuius instantiam fuerat in loco detentus.*
36 *Consensus cuius in contrahendo requiritur, eiusdem necessarius est in dissoluendo.*
37 *Testes quot requiruntur in probando testamentum, tot in eo reuocando requiruntur.*

*Auxilium meum à Domino.*

## CONSILIVM CXXXV.

CVM D. Vincentius de Marchis esset carceratus, vt meliori loco poneretur pro eo promiserunt sub pœna scutorum 500. Massariæ communis applicanda D.Cęsar Ceruellerius, & D.Bigus Sauonucius quilibet pro dimidia, quòd locus in quo ponetur d. D. Vincentius qui erit Camerinus capitanei carcerum communis Ferrariæ tutus erit & loco carceris, & ex eo non discedet absque expressa licentia Magnifici D. Potestatis Ferrarię. Cum verò postea recessisset ab eo, fugissetque pro Massaria fuit instatum contra Ceruellerium ad dimidium pœnæ prędictæ. Quare vi
1 dendum est, nunquid ei sit locus.† & ad defen sionẽ dicti Ceruellerii dicitur in primis, eum non teneri: quoniam cum D.Vincentius fuisset iniustè carceratus, impunè potuit ex carce ribus fugam arripere.l.vis eius.vbi Bart.C. de probat.Paris de Put.in tract. sindi. §. qualiter autem probatur.in fi.Alex.consi.143.nume.6. vol.2.& in l.sed si eximendi.§. Item si quis. ff.
2 ne quis eum. † Nam & iniustè confinati possunt rumpere confinia, Bal.in l.1.C.de monopol. & vltra prędictos idem tradit Luc.de Pen. in l.si quis decurio. col. 4. C.de decur.lib.10. loquens de fideiussoribus, qui promiserant im putatum de crimine præsentare in iudicio sub pœna, isq; præsentatus & in carceribus positus, fugerat. Quærebatur an fideiussores tene rentur rursus eum præsentare, & si id non face rent, teneretur ad pœnam? Concludit Luc.

de Pen.ꝙ sic,si fuit iustè carceratus, aliàs licitũ est ipsum de carcere fugere sicque fideiussores non tenentur, eumq; sequitur hoc clarè tenẽs Gram.cons.51.nu.10.& uot.fi.nu.9.& ante prę dictos fuit de mente Bal.cons.77.vol. 2.vbi cõ siderando,quòd captura valeret,vt custodes,& fideiussores teneantur,satis secus sentit ca exi- stente inualida,& cum prędictis idẽ tenet Ange.in l.quæ sub conditione.§.de hoc.ff.de con di.insti.Affl.in constit.regni Castellani col.2.

3 † Immo plus dicitur,quòd si iniustè carceratus relaxatus fuerit cum iuramento de redeundo, non rediens ad carceres non tenetur, vt voluit Io.And.in addi.Spec. in rubr. de iureiur.vers. item quæro. glo. in cle. pastoralis.& ibi Card. Alex.vers.notorium,de re iud.Mars. sing. 177. & Affli.loco citato.

4 † Rursus in tantum iniustè capto licet aufugere,quòd capite punitur,si nõ fregerit carceres cum potest,& aufugerit. l.nõ omnes,§.qui captus.ff.de re mil. Paris de Pur. in trac.sindi.in ver.resistentia.col.4. quia licet cuicunque redimere sanguinem suum.l.1.ff.de

5 bo.eo.c.fortitudo.23.q.3. † & (quod est non solum fortius sed fortissimum)iniustè carceratus potest,vt euadat & fugiat,licitè sineque pę na custodes & impedientes eius fugam vulnerare & occidere,vt voluit Luc.de Pen.in l.prohibitum.C.de iur. fis.lib.10.vers.sed ponendũ sequitur Paris de Put.loco cit.& Siluius de Ar

6 cer.consi.71.col.4.2.Tom.crim. † Prædictaq; confirmantur.Nam si carceratus iniustè, vel or dine iuris postergato ante omnia relaxandus est,Bar.in l.2.§.fi.ff.de custo.reo.Alex.in l.legata inutiliter.col.2.ff.de leg.1.Rol.à Val.consi. 6.nu.34.vol.3.post Mars. cons. 38. col. pen. & consi.99.nu.10.pariter semet ita fugiendo liberare potest.

7 † Secundò dicitur,quòd promissio prædictorum debet intelligi, quòd D. Vincentius non discedet ex Camerino facto suo, secus si facto custodis vt dolo,lata,vel leui culpa,puta negligentia,prout ex ea præsumitur.D.Vinc. discessisse & aufugisse,secundum Aretin.cons. 38.in prin.per tex.in l.fi.iunct.glo.in ver.probandũ, ff.de custo.reor.Ias.consi.27.vol.3.Lãcel. Conrad.lib.1.de Prætore.c.9.§.3.nu.23. & Alciat. in trac.de præsump.reg.3.præsum.15.nume.3.

8 † Nam fideiussor qui fideiussit in certũ casum non obligatur vltra consensum suum, sed solũ ad id quod promisit per stipulationem.l. qui vltra.l.blanditus.C.de fideiuss.Abb.cõs. 75.vol. 2.Alex.cons.41.in fi.vol.6.Rol à Val.cons.58.

9 nu.10.vol.1.ea ratione † quia fideiussio.per stipulationem contrahitur. l. blanditus. C. de fideius.& est stricti iuris.l.quicquid astringendę ff.de ver.ob.cum ibi not.meritò non extenditur vltra quàm in ea sit expressè cautum, vt dixit Cur.Iun.consi.36.nume.5. sequitur Petrus Calefatus. consi. 87. nu.6. vol.2.criminalium.

10 † Tertiò dicitur D.Vincentium non recessisse nisi post habitam licentiam Prætoris,de qua sibi retulit Capitaneus carcerum, cui velut officiali credere debuit & fidem præstare. Ruin. consi.56.nu.5.vol.1.Cag. in l.si librarius. num. 28.ff.de reg.iur.Roma.consi.59.num.6.& post

11 eum latè Mandos.in addi. † vnde cessante conditione,sub qua fideiussores promiserunt, debet cessare fideiussio sua,secundum Alex. d.cõ si.41.in fi.& sicut ipse Vincentius nulla pœna plecti potuit.l.igitur.§.potest.ff.de lib.cau.Ias. in l.iustè possidet.nu.31.ff.de acqui.poss.Dec.

12 in l.quod te.2.lectura.ff.si cert.pet.nu.31. † pari modo nec fideiussores,cum exceptiones reo competentes fideiussoribus prosint. l. omnes exceptiones.ff.de exce.Neuiz.cons.51. nu.27. & in terminis Petr. Calefa.cons.87.nu.46.vol. 2.crimin.vbi dicit fideiussorem de iudicio sisti excusari,si iudex licentiã reo dedit aliò se trãsferendi: quia fideiussor dicitur impeditus eũ sistere facto iudicis,vt per eum.

13 † Nec fides d. Capitanei minui debet: quia videatur tractare de se exonerando sic dicens, & ita non probet,iux.doct. Bar.in l. deferre.ff. de iur.fis.Quia non habet locum in seruientibus alicui officio & ad illud deputatis, vt ĩ portitore vini vel frumenti,quibus bene creditur ꝙ illud portauerint, tradit prac.Pap.in fo.libopp.contra testes post publ.n.5. sequitur Boss. eo.tit.nu.57. dicens hanc decisionem Collegium suum Mediolani semper habere in ore. Cur.in tract.de testi.nu. 81. meritò tanto magis credi debuit d.Capitaneo seruienti d. officio publico,& ad illud deputato.

14 † Et cum de d.licentia data Vincen. bis confessus fuerit Capitaneus primò vni, mox alteri testi;satis probatur per d.testes licet singulares d.confessio,secundum magis communem sententiam,vt tradit Soc.iu.cons.90.nu. 15.cons. 99.nu.17.vol.2.Cra.cons.267.nu.3. cum infinitis à me deductis.cons. 7. vbi ad saturitatem

15 videre licèt,& † cum potissimè sit verisimilis. Cra.cons.202.nu.48.& in trac. de anti. tẽp.1. par.nu.69.ex quibus concluditur, Ceruelleriũ prędictum pęnę, de qua supra nequaquam obligatum esse.

Ego tamen maturius cogitando secus de iure puto dicendum esse.Moueor,nam Ceruellerius & Sauenucius promiserunt, ꝙ d. Vinc. ex Camerino non discedet absque expressa licentia Prætoris sub pœna scutorum 500. ita ꝙ stipulatio ab eis facta nomine Massariæ fuit pœnalis,& incępit à præcedenti conditione,affirmatiua.Nam dicere,ꝙ ille non discedet ex Camerino sub pœna,est dicere,ꝙ si discedet inde

16 pęnam promittunt † At quando stipulatio incœpit à præcedenti cõditione affirmatiua, tũc committitur, cum factum fuit illud quod in conditione deuenit,& sic cum extiterit conditio.ita Bar.in l.ita stipulatus.col.pen.ver.quartò principaliter,nume.52.ff. de verborum obligatio.per l.quidam cum filium.eod.titul.ubi pœna promissa si aliter quàm vt filium quis.

allum tractauerit, cõmittitur per contrauentio nem, vt si eum de domo expulerit, vel moriẽs testõ nil ei reliquerit, & sic illa pęna adiecta facto affirmatiuo statim cõmittit, cũ factũ illud contigerit in conditione positum, & sic cum extiterit conditio. At iste Do. Vincent. discessit ex Camerino, vt omnes testes dicunt, meritò statim dicitur fuisse commissa stipulatio pęna
17 lis † simile videmus, ꝙ si quis fideiusserit promittendo reum præsentare sub certa poena, si non præsentat eum, statim conueniri potest ad poenam promissam. l. si quis reum. & ibi Bar. ff. custo. reor. incertus auctor cons. 37. 1. Tom. crimi. Idque potissimum procedit, ꝙ illi promiserunt, quòd d. Vin. nõ discedet ex Camerino, absque expressa licentia D. Potestatis, nec d. li
18 centia fuit concessa † & cum sit quid facti non præsumitur interuenisse. l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & postlim. reuers.

Quod etiam confirmatur. Nam si est speciale, quòd ex diuturnitate temporis præsumatur interuenisse, ut tradit D. meus Rim. cons. 434. nu. 2. datur intelligi, quòd in facto de recenti, prout in hoc duorum mensium, in contrarium est ius cõe, & sic quòd non præsumatur interuenisse. l. ius singulare. l. quod verò. ff. de legi.

19 † Confirmatur, nam quoties in aliquo actu requiritur licentia opus est, ꝙ interueniat verbis expresis, & voluit Io. And. in c. si abbatem. de elec. lib. 6. quem sequitur Lap. in allega. 86. Rom. in l. 2. in fi. ff. sol. mat. Gallia. in l. 1. n. 72. ff. de ver. ob. Rol. à Val. cons. 67. num. 66. vol. 3. vel in scriptis super libris maleficiorũ iux. not. per Alcia. respon. 136. & Bursatum. cons. 80. n. 24. At non probatur, Prætorem verbis expressis oretenus, vel scriptura mediante licentiam dedisse dicto Marco, ergo discessus suus ex camerino minimè fuit permissus.

20 † Accedit, quòd licentia inde discedendi debet intelligi si tanquam fidelis discederet, per id quod tradit deci. Neap. 307. num. 21. & post eam Rol. à Val. cons. 79. nu. 71. vol. 3. de licentia concessa alicui, quòd possit exire regnum, quæ intelligitur, si exeat tanquam fidelis. At Marcus fugiens ex Camerino nõ dicitur inde tanquam fidelis discessisse, ergo lic̃tia, quam allegat sibi non proficit vllo modo.

21 † Nec obstant contraria. Nam quò ad primũ quòd Do. Vincen. vt iniustè carceratus potuerit impune fugere, sicque fideiussores fuerint liberati non intendo nunc omisso principali pũcto, qualis est, an illi pœnæ promissæ sint astricti, alium discutere. Nunquid D. Vinc. esset in debitè vel iustè carceratus, tantoque magis, ꝙ pro actu iudicis præsumitur. c. in præsentia. de renunc. Glo. fi. in c. primum 7. q. 1. Abb. in c. dilectus. 1. de rescr. Archi. in c. quia præsulatus, 1. q. 4. & in c. quorundam. 74. distin. Cur. Iun. cons. 213. nu. 37. & consi. 218. nu. 16. sed assumo doct. Boss. in tit. de carcera. fideiusso. com-
22 mit. nu. 49. † vbi postquam dixit, quòd iniustè detentus potest impune fugere, subdit, quòd si tractatur de non veniendo: quia quis promiserat ad iudicem venire, & non venerit, & tunc admittuntur excusationes, si allegentur, vt infirmitas, carceratio, & consimilia. Sed si agatur de faciendo, idest recedendo; quia promisit nõ recedere, & recessit, & tunc absolutè recedens puniendus videt, si absolutè, ergo licèt iniustè fuisset detentus. Et ad hoc facit gl. quam citat in l. diuus. ff. ad Sillan. dicens, quòd plus peccat qui peccat faciendo quàm omittendo. At nos versamur in 2. casu Boss. Nam promiserunt isti, quòd Vinc. non discedet ex Camerino sine licentia Prętoris sub pœna si discedet, & ille discessit. Sicque agitur de faciendo, hoc est discedendo, meritò. dd. promissores absolutè puniẽdi sunt, & sic licèt D. Vincentius esset iniustè carceratus. Et ista doct. Boss. ponit gladium ad radicem, & est in terminis nr̃is, nec negari põt.

23 † Secundò considero, ꝙ Ceruellerius & Sauenucius promiserũt, quòd locus in qno positus fuerit D. Vinc. qui erit Camerinus Capitanei carcerum, erit tutus, & loco carceris. Quo stante succedit doct. Saly. in l. ad Comentariẽsem. C. de custo. reo. vbi dicit, ꝙ quãdo fideiussores non fuerunt fideiussores simplices, sed etiã custodes: vt qa iudex cautus dixit, uos pro eo fideiubetis, & ẽt vobis eum trado vt meis custodibus, & tunc ex eo capite, quo custodiam sum pserunt simili poena sunt puniendi. Si tenentur ergo fideiussores: quia custodiam promiserunt non debet attendi aliud, & sic iustitia, vel iniustitia detentionis, sed ipsimet imputandũ est, qui super se custodiam d. camerini susceperũt & officium sumptum deseruerunt, illum nõ custodiendo vt tenebãtur. arg. l. 3. ff. ad l. Iul. ma. & l. illud. & pen. ff. de offi. præs. Alciat. in tract. de duel. cap. 27. Calesa. consi. 56. nu. 5. 2. Tom. crim. & est aperta decisio. Cataldi. de Visso cõsi. 22. eo. Tomo. col. 1. dicentis, quòd custodes carcerum tenentur, si carceratus aufugit per portam, prout fecit iste D. Vincentius.

24 † Et ad doct. Bar. & sequacium qui dixerunt, iniustè carceratũ impunè posse fugere, respõdetur, eos intelligendos esse respectu carcerati: quia neq; peccat mortaliter, neq; mitius punitur, vt fieret si iustè carceratus fuisset, vt p Bar. in l. relegati. ff. de pęn. Ang. in l. 1. ff. de effracto. cum sim. per Boss. in tit. de carcere. n. 4. item respectu fideiussorũ, qui promiserunt aliquẽ pręsentare in iudicio quo casu loquit Luc. de pen. in d. l. si quis decurio. col. 4. C. de decur. lib. 10.

25 † At secus quãdo fideiussores promiserũt, ꝙ locus erit tutus ipsi carcerato, & sic custodiam illius particularem promiserunt, & quòd de loco nõ recedet. Tunc enim passim tenentur secundum Boss. Saly. & alios supra citatos.

Quò verò ad secundum respondetur, illud procedere, quando factum custodis fideiussores non promiserunt: vt quia simpliciter de iudicio sisti vel iudicatum soluendis pro-

promiserunt, at hic secus. Nam promiserunt, quòd locus erit tutus D. Vincentio & loco carceris & inde non discedet, & sic etiam de custodia nedum sua, sed etiam Capitanei carcerum promiserunt: quia locus non posset esse tutus accedente dolo, lata vel leui culpa Capitanei fugam accommodantis Vincentio. Item concurrit hic etiam factum Vinc. quia promiserūt illi, quòd non discedet, & hoc idē promisit ipse Vincentius, vt deponit D. Hier. Verraria, quare discedendo dicit̄ adesse factum suum & de quo fideiussores promiserunt, unde bene obligantur in casum conuentum & non vltra.

26 † Et in materia quantumcunque stricta & pœnali si ex proprietate verborum plura simul cōprehendi possunt, non conuenit omnia contineri, ex quo proprietas uerborum id significat. l. nō aliter. ff. de leg. 3. declarat Aret. p illū tex. in l. cum lege. in prin. ff. de testa. Dec. cōsi. 128. in fi. consi. 344. nu. 1. Crauet. cōsi. 118. nu. 12.

27 † Secundò posito quòd d. Vincentius fugisset facto seu culpa Capitanei non ideo liberati fuissent fideiussores sed adhuc in pœnā incurrissent, vt in specie declarat Boss. in tit. de carcera. fideiuss. commit. nume. 62. vbi ponit quòd quidam promiserat, quòd alter non aufugeret extra curiam & domum Comentariensis, deinde fuit ab eo certior factus, quòd prætor volebat eū in arctiores carceres trudere & ille aufugit: vult. n. pmissorē ad pœnā teneri post Veronen. consi. 26. ad fi. quia ad hoc fuit petita fideiussio, & inculpatus fuit in dolo fugiendo. Sicq; casus noster ibi decidit̄ cōtra pmissorē.

Ad tertium de licētia D. Potestatis, quæ supponitur interuenisse, quod esset reale fundamentum, si verum esset & legitimè probatum,

28 respondetur † in primis, quòd ea minimè probatur per testes deponentes de illa ex auditu Capitanei carcerum: quoniam traditum est, testibus non credi, quorum repelluntur autores. c. licet ex quadam de testi. c. fraternitatis. de hæret. c. nullus. 3. quæst. 4. Oldra. consi. 69. Castr. consi. 284. col. 1. & consi. 299. col. 2. uol. 2. esset enim quàm absurdissimum, quòd si nō crediturs originali, idest auctori alicuius famę q credatur eius copiæ, idest his qui ab autore dici audiuerunt. l. 1. ff. de fid. instru. & ut arguit Crauet. consi. 41. col. 2. in princ. At Capitaneo non crederetur de d. licentia, meritò nec te-

29 stibus, qui ab eo dicunt audiuisse. † Probatur maior. Nam Capitaneus id dicens tractaret de se exonerādo: si enim fugisset Capitaneus Vincētius culpa Capitanei teneretur Capitaneus etiam q Vincen. non fuisset culpę reus, sed rite captus fuisset & puniri posset Capitaneus extra ordinē, uel multari iudicis arbitrio, ut tradit Boss. post alios supra citatos ī tit. de carcere. n. 13. ne ergo puniretur allegaret licētiā datam si bi uel Vinc. per Potestatē discedendi, meritò non probaret p doct. Bar. citatā in d. l. deferre: quā infiniti sequunt̄, vt Abb. in c. insuper. nu.

nu. 8. de testi. Cuma. cōs. 68. in prin. Alex. cōsi. 43. uol. 2. Guid. Pap. cōs. 74. Dec. consi. 133. col. 2. conss. 256. nu. 7. Paris. cons. 15. nu. 29. uol. 2. Crauet. cons. 99. nu. 2. & cons. 112. nu. 10.

30 † Nec uera est doctrina prac. Pap. allegata in for. lib. opp. contra testes post publica. nu. 5. quādo quis est deputatus ad officiū si de se exonerando tractet & q alitet deponēdo teneret, ut in Molēdinario ponit Mars. cōs. 2. nū. 45. & melius in salariato à cōi. Qualis est d. Capitaneus carcerū cōis. Dec. cōs. 94. Tantoq; minus ī casu nro, ubi de pęna graui sutorū 500. tractat̄

31 † Nā in grauibus ē nō creditur officiali. Bar. in l. diuus. p illū tex. ff. de cust. reo. col. 2. Alex. cōs. 75. col. pē. in fi. uol. 5. ubi de pęna lib. 300. loquit̄, quæ minor est, & t: graue appellat, nec officiali credi vult, sequitur Dec. in d. cons. 94.

32 † Accedit, q hic tractat de præiudicio tertij, hoc est Massarię, cui pęna uenit applicāda, quo casu nō creditur officiali de cōmissione sibi data à superiore licet præsente, vt Ias. consi. 104. uol. 1. & in l. admonendi. nu. 189. ff. de iureiur. dānans Rom. in d. cōs. 59. post Ang. cons. 182. sequitur Fel. in c. qđ super. nu. 2. de fi. instr. &

33 abundè Senat. Pedem. decis. 71. nu. 13. † Nec etiā uerisimilis est illa confessio Capitanei dicētis, q Prętor D. Vinc. licentiam dederat, uel ipsi Capitaneo, q illū dimitteret ire domū, vt testes dicūt nō ostenso bullettino d. licentiæ. Custos. n. non dēt aliquē carceratum relaxare sine bullettino illius iudicis, qui fecit eū carcerare, ut tradit Ang. Cast. & alii in l. neq;. §. 1. ff. de in ius. uocā. ubi dicit Cast. q ita practicatur quia semper custodes petunt bullettinum à iudice, sequitur Angel. Aret. in trac. de malef. in uer. q fama publica nu. 90. & post eum Aug. de Arim. nu. 92. & Lancel. Corrad. de Prętore. lib. 1. c. 9. nu. 23. dicens q si custos relaxet sine mandato, de quo in scriptis cōstare dēt, tenet̄, meritò si dixit illud Capitaneus nec ostendit licētiam in scriptis, quā relaxet̄, appellāt Notarii, procuratores & aduocati, minimè sibi cre-

34 dendū est, velut nō verisimile deponēti † nam iusta causa est nō credendi testi quando deponit non verisimilia. Fel. in c. auditis. col. 13. de præscrip. Curt. iun. consi. 17. col. 2. consi. 52. col. 3. Crauet. consi. 134. nu. 37.

35 † Secundò principaliter posito, q crederetur d. Capitaneo uel testibus de d. licentia, nihilominus adhuc ea nō sufficeret: quia promissio facta, q D. Vinc. non discedet ex Camerino absq; licentia D. Potestatis, dēt intelligi, & ēt sine licētia, vel cōsensu Massariæ, ad cuius instātiā facta fuit, meritò relaxari nō debuisset cum sola licētia Prętoris, sed accedente pariter consensu Massariæ, put tradit Bar. & Bal. ī d. l. neq; & Paris de Put. in trac. de sind. §. licet. ad fi. vbi ppriè ponit, q si quis fuerit carceratus in fauorē fisci, requirit̄ in relaxando consensus iudicis & partis & sic fisci, quod idē de Massaria di

36 ci dēt. † Facit, q cuius cōsensus in cōtrahendo

requirit̃,eiuſdẽ pariter in diſſoluẽdo dẽt interuenire,auct.contra ſi filii.C.de repu.& ibi Bar.
37 & †quot teſtes requiruntur in probando teſtamentum pariter requiruntur tot in reuocatione teſtamenti, vt not.per glo.in l.cum proponeretur.ff.de leg.2. Dec.in l.nihil tã naturale ff. de reg.iu.Crau. conſ. 25.nu.14.At hic tantum abeſt,quòd interuenerit licentia, ſeu cõſenſus Maſſariȩ,meritò licentia prætoris ſola non ſufficeret;quando adeſſet(quod tamen negatur ) Remanet igitur ex prædictis firma concluſio,ꝙ pœnæ locus ſit contra Ceruelkerium. Et ita aliàs reſpondi.conſi.82.2.Tom.crimi. nunc verò plenius, vt ſuperius patet.

*Hippolytus Rimin.Ferrar.*

## Pro magnifico Equite D. Alexandro Flaſco.

### ARGVMENTVM.

De commiſsione cauſæ facta magnificis D. Factoribus nullatenus reuocanda.

### *SVMMARIVM.*

1 *Promittẽs reſtituere pecunias Ferrariæ videtur ibi contraxiſſe.*
*Et ibi poſsidens bona.2.*
*Conueniriq́ põt vbi promitit ſoluere certo tẽpore.3.*
3 *Poſsidere dolo desinens pro poſſeſſore habetur.*
4 *Hæres eiuſdem iuris eſt cuius defunctus.*
5 *Statutum quòd debitor capi poſsit habet locum & in eius herede.*
6 *Iudex idem adeundus eſt pro debito inter plures cõẽ. Maximè facta præuentione.*
7 *Denominatio fit à potentiori.*
8 *Statutum quòd fœmina non ſuccedat ab inteſtato ſtantibus maſculis locum non habet in hermafredito qui præualet in ſexu maſculino.*
9 *Gratia conceſſa recepta pecunia non deſinit eſſe gratia ſi præponderat pecunia.*
10 *Priuilegium conceſſum recepta pecunia reuocari non poteſt.*
*Niſi conceſſio illius præpõderet pecuniæ receptæ.11.*
12 *Actus denominatur à qualitate dignitatis annexa.*
13 *Iuramentum fidelitatis vni ex duobus dignioribus præſtandum.*
14 *Delictum ſi plures commiſerunt inter quos clericus eſt,omnes ad eccleſiaſticum iudicem remitti debẽt.*
*Et ita ſeruatur, vt aliqui teſtantur.15.*
16 *Ciuis ex priuilegio tenetur ad onera quæ alijs ciuibus imponuntur.*
17 *Ratio cur idem iudex ſit adeundus.*
18 *Aequitas ſcripta rigori ſcripto præfertur.*
*Nec ab ea recedendum eſt.19.*
20 *Princeps inconſtans damnatur.*
*Sed in eo debet eſſe conſtans voluntas. 21.*
*Et dẽt habere vnũ calamũ & vnam linguam. 22.*
*Nec niſi quod æquum & iuſtum eſt.23.*

*Auxilium meum à Domino.*

## CONSILIVM CXXXVI.

COMMISSIO cauſȩ facta mag. D.Factoribus ad inſtãtiam mag. equitis D.Alexandri Flaſchi contra mag.Do.Paulum Aluarotum iuſtiſsimè proceſsit, & ob id manuteneri debet,nec vllatenus ad petitionẽ d. mag.D.Pauli debet reuocari, idque pluribus rationibus pulchè atque optimè demonſtrari poteſt & comprobari.

1 † Prima,quoniam Reuer.D. Abbas eius frater,ꝙ mutuas pecunias accepit ab ipſo Comite, promiſit eas reſtituere hic Ferrariæ,ſicq; videtur hic contraxiſſe l.contraxiſſe, ff. de actio. & ob.hicque ſupponitur habere proprietates bonorum immobilium,vt domũ Ferrariȩ & in villa Porrupti prædia, quorum vſufructuaria dun
2 taxat eſt D.Coſtantia Aluarotta † quibus duobus ita concurrentibus,ꝙ hic ſoluere promiſerit,& hic bona ſua reperiantur, vtiq; potuiſſet hic conueniri,licèt hic non fuiſſet repertus,vt tradit Bar.in l.Titiũ.§.tutores.ff.de adm.tuto. Bal.in l.fi.§.ſed ſi quis.col.fi.C.commu.de leg. But.& Dec.in c.1.nu.27.de iudi.& Iaſ.in l.ſi cõuenerit.nu.39.ff.de iuriſ.om.iud.
3 † Confirmaturq́ue.Namq́ue promiſit hic ſoluere certo tempore, meritò potuiſſet hic cõueniri, licet hic non inuentus,veluti iuris fictione per dolum abſens et pro præſente habitus, ſicut qui dolo deſiit poſsidere,vt tradit Innoc. in c.ſi aduerſarius.de eo qui mit. in poſſ. Bald. in c.1.col.4.de mil.vaſal. Iaſ. in d.l.ſi conuene
4 rit.nu.41.& Dec.in d.c.1.nu. 28. † Quæ cum ita ſint, idem planè dici debet de mag. D.Paulo eius hærede,cum eiuſdem iuris eſſe debeat,
5 cuius defunctus.l.hȩredem.ff.de reg.iu.†vnde videmus,ſtatutum concedens debitorem capi poſſe & carcerari, locum habere etiam contra hȩredẽ,vt voluerunt Bar.Ang.& alii in l.poſtulãte.ff.ad Treb.Dec.& Cag.ĩ d.l.hȩredẽ.& ſtatutũ tribuẽs executionẽ inſtr͂o poterit intentari cõtra hæredẽ debitoris, licèt in inſtr͂o nõ nominatũ:q̃a ſatis ẽ,ꝙ eius obligõ virtualiter ibi cõtineat̃,vt uoluit Ang.ĩ l.1.ff.de his q̃ in teſta. delẽ.& Imol.poſt eũ,ſequit̃ Alc.ĩ l. in rõne.§.ſi filio.ff.ad l.fal.Nat.cõ.430.n.3.cõcludẽs hȩredẽ cõpelli poſſe ad id,ad qđ poterat defunctus
6 † Secunda ratio eſt.Nam debitum, quo cõueniendi ſunt iſti mag.fratres d.Aluarottis,eſt inter eos cõe,velut hæreditatis dicti ſui f r̃is,meritò pro eo idem iudex adeundus eſt, non autẽ diuerſi.l.1.ff.de quib.reb.ad eund.iud.tum ad euitandas diuerſas ſententias, quæ ferri poſſent, vt ibidem gl.tradit:tum etiam quia cum iã mag.D.Factores præuenerint in eo cognoſcendo,præferri debent iudicibus Paduȩ,quos mag.D.Paulus adiri vellet,vt ibi Fulg.eleganter tradit,per l.ſi pariter.ff.de lib.cau.

Tertia

Tertia succedit ratio,quod in hac causa concurrunt personæ eiusdem fori & diuersi,ita quod mixta est personis habentibus diuersas qualitates Nam mag. D. Alexander & mag. Comes Aluarotus vnus ex reis sunt eiusdem fori velut ambo Ferr.ambo hic habitantes,ambo curiales,& ambo equestri dignitate decorati. At mag.D. Paulus alter reus est diuersi fori, velut habitãs
7 Paduæ. † At vbi sumus in casu mixto denominatio fit & actus consideratur à potentiori. l. quæritur.ff.de sta.hom.l.legatis §.si vnus.ff.de leg.3.declarant Ias.Dec.Purpura.& alii repetẽtes in l.impetium.ff.de iur.om.iu. & ibi latius
8 dixi nu.94. † vnde statutum, quòd fœmina nõ succedat ab intestato stantibus masculis, locũ non habet in Hermafrodito, qui præualet in sexu masculino secundum Albe.Bal.& alios in d.l.quæritur.& aliud statutum.de contrac.mulie.pariter cessat in tali persona secundum An
9 cha.conf.366.& Ioan.de Arno.sing.43.† Hinc inquit Bald.in præłud.feud. colum.4. quod quando gratia conceditur recepta pecunia, si gratia præponderat, non desinit esse gratia, sequitur Soc.consi.4. col.2. vol. 4. Vbi consuluit ex
10 hoc dicto† quod si Princeps concessit aliquod priuilegium subditis,in quo interueniat pecunia, licet illud non possit reuocare etiam de plenidine potestatis:quia dicitur uenditio,iux.not. per Bal.in l.qui se patris, col. 10.vers.& scias.
11 C.vnd.libe.† tamen,si præponderat concessio priuilegii pecuniæ solutæ,poterit reuocari per Principem cum clausula de plenitudine potestatis.Idemque tradit Soc.conf.22.vol. 4.Alc. consi.7.vol.7.Barb.consi.56. vol. 2. Rol.à Val. conf.25.nu. 30.vol.1. &conf. 18. nu.24 vol.3. cum igitur tot qualitates in hac causa concurrant,quod ex tribus personis duæ sunt huius fori, velut Ferrar.& hic habitantes,rursus & iurisdictioni magnificorum D.Factorum subiecti,velut Curiales,præponderare debent veluti potiores illi soli,quod magnificus D. Paulus habitet Paduæ.ideo velut causa personarum eiusdem fori hic tractanda est.
12 † Tantoque magis,quod & alia qualitas equestris dignitatis hic accedit in mag.D. Alexandro,& magn. Comite Alua. à qua denominatio fieri solet, & actus considerari c. quod in dubiis.& ibi not.Abb.& Anch.de consecra.eccle.vel alta.l.si sponsus.§.generaliter.ff. de don. int.vir. quam citat ad hoc D.meus Rim.in d.l.imperiũ vbi pariter alii formant hanc conclusionem, & ibi eam comprobaui inducendo iura prædicta
13 nu.81.& 82.† Quæ cõclusio iustificatur etiã. Nam videmus vni ex duobus digniori iuramẽtum fidelitatis esse præstandũ,vt tradit Neuiz. consi.40.col. 3.& pulchrè Tiraquel.in tit.de re tract.linag.§.30. glo. 1. nu.15. refert medicos dicere,quòd si alicuius rei mentio fiat, cuius sint plures spẽs,videlicet spicę Rosarũ Cassię non adiecta specie debet ea appellatione intelligi species dignior cęteris,scilicet spicæ Nar-

di,Rosarum rubearum,Cassię ligneæ,cuius rei meminit Pharmacopola Saladinus in libro quem compendium aromatariorum inscribit: quoniã,vt ille subdit,secundum Philosophum
14 à digniori fit denominatio † sed vt magis in terminis nostris hoc ostendatur aliud exẽplum adferre libet de plutibus qui deliquerint, iter quos vnus clericus sit admixtus: Omnes enim licèt laici cum eo remittendi sunt ad iudicem ecclesiasticũ ratione dignitatis clericalis, quæ pręponderat & debet attendi,vt voluit D. Anto.de Prat.Vete.in l.1.ff.quæ sent. sine app.Marian.in c.2.de mut.pet.col.15. vers. 8. fallit,in c.1.col.9.vers.15.declar.de for.comp.in consi. 12.vol.1.Soc.eius filius in l.cum senatus,ad fi. ff.de reb.dub.Sapia in d.l.Imperium.Mars.singu.18.Ferrat. caut. 10.Soc. Iun.consi.34.col.1. vol.1.D.meus Zuccar.in l.postumo.n.36.C.de bon.poss.contra tab.quos adduxi in d.l.Imperium.nu.83.& nunc addo Patis.consi.154. col. 1.vol.4.Alci.in l.2.in prin.ff.de ver. obl.Andr. Sicul. in addit.Abba. in c. quanto. in princ.de iud.D.meum Rim.consi. 399.in fi. Boss.in tit. de for.compet.nu.147.Foller.in pract.crim.1. par.secundæ par. vers. audiantur excusatores.
15 nu.79. Io.de Arno.sollilo.57. † qui tres testantur,ita vidisse seruari in practica. Cassane.in cõsue.Burgun.§.5.rub.1.nu.70.Menoch. de arbi. iud.lib.2.centut.4.casu.371.nu.12. quare sic & in casu nostro ratione dignitatis equestris,quę reperitur in Flasco & Comite Aluar. D.Paulus cum eis remitti debet ad eosdem D.Factores, quibus causa cõmissa est. Et si hoc vbi factum non esset fieri deberet,quoad.D.Paulum,multo magis,quod factum reperitur etiam quò ad eum tolerari debet & defendi l.patre furioso. ff.de his qui sunt sui.
16 † Quarta ratio adferri potest, quòd Dominus Paulus est ciuis Ferratiensis ex priuilegio saltem si non origine. Vnde succedit ex natura ciuilitatis,vt teneri debeat ad onera quæ aliis ciuibus imponuntur,vt declarat Bal. in l.quod fauore in 7.oppo. C. de legi. Soc. in l.cum filio, secundo not. ff.de leg. 1. At aliis ciuibus Ferr. consueuit hoc onus imponi per Illustrissimum Ducem nostrum & suos præcessores, quòd non possint conciues trahere ad litigandum cum eis extra Dominium suum,nec id vnquam tolerauit excellentia sua,vt est notisimum,merito Dominus Paulus in hoc audiri non debet volens trahere magnificum Dominum Alexandrum ad litigandum Paduæ,sed secum hic respondere debet & Ita nouiter obseruatum intelligo in persona filii olim Comitis Hieronymi Falleti originarii Veneti & possidentis bona in illo territorio seu dominio, de quibus est controuersia,inter eum & Illust. Dominum Hermetem Bentiuolum & alios consortes, qui tamen compulsus fuit hic litigare cum eis,nec potuit obtinere,quod ipsi cum eo in eo dominio litigaretur,cum sit ciuis ex priuilegio Ferrarię.

17 † Quinta ratio subest. Nam, ꝙ de eadem causa iudex idem sit adeundus, nec reus actorem trahere possit corã diuersis iudicibus, inductũ est, ne laboribus fatigatus & sumptibus, vel cõpellatur componere vel cedere iuri suo & à sua intentione repelli. c. fi. de rescrip. & ista prouisio facta fuit ex æquitate, vt dicitur in c. dispendia. eo. tit. lib. 6. vbi ponendo eundem casum dicitur, stipendialitium æquitatis compendio
18 volentes coarctare † meritò cum talis prouisio fundata sit in æquitate, quæ reperitur in specie scripta, præferri debet rigori in specie scripto, ꝙ actor forũ rei sequi debeat, de quo in l. fi. C. vbi in rem ac. per l. placuit. cum ibi not. per omnes. C. de iud. & tradit Dec. & Cagn. in l. in omnibus quidem. ff. de reg. iur. tantoque magis,
19 † quòd inquit eruditissimè Connanus in commenta. iur. ciuil. lib. 1. c. 11. col. 7. nulla in causa, ne latum quidem vnguem (quòd aiunt) ab æquitatis linea recedere, etiam si infimis subselliis sibi ius esset dicendum.

Ex his quinque rationibus satis superque patet, comissionẽ huius causæ à Principe emanatam iustitię atque ęquitati fuisse consentaneã. Quare suæ excellentiæ facile persuaderi potest
20 eam minimè reuocandam esse. † Nam in Principe inconstantia reprobatur, quod de Celesti nõ legimus, qui cum de mane gratiam concederet, & de sero reuocaret, reputatus fuit animal & non homo. vt not. Io. And. in c. 1. de re-
21 nunt. lib. 6. † quia in Principe tanquã in fonte iustitia debet esse constans voluntas, & principibus cõuenit illud verbum, semel loquutus
22 ẽ Deus. Et qđ scripsi, scripsi. † & ideo Princeps dẽt habere unũ calamum & vnã linguam & nõ plures: quia scriptum est. quæ processerunt de labiis meis non faciam irrita. Vnde debet esse immobilis sicut lapis angularis & sicut polus in cęlo. ita Bal. eleganter cons. 277. pridie. vol. 3. in antiquis, quem refert Bos. in tit. de Principe. nu. 18. Dec. cons. 286. col. fi. Rol. à Val. con. 2. nu. 153. vol. 1. & cons. 13. nu. 57. vol. 3. Ceph.
23 cons. 168. n. 45. post Cur. Iu. cons. 170. † & quoniam in summa velle non debet Princeps, nisi quod est ęquum & iustum, vt tradit Pari. cõs. 68. nũ. 242. vol. 4. vnde cũ ista comissio, & ęqua & iusta fuit, Princeps noster nil aliud velle dẽt quàm eam firmam atq; illibatam permanere.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

## Pro Fratribus de Scottis.

### ARGVMENTVM.

De iure patronatus, quibus modis acquiratur, amplè disputatur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Verba enuntiatiua in antiquis probant. 2. 15*
*Contra successorem. 16. 17.*
*Et tertium. 18.*
*Distinguendo tamen inter magnum & paruum præiudicium. 19.*
3 *Præsentatio non tribuit ius patronatus sed quasi possessionem illius.*
*Fallit nisi titulus adducatur. 64.*
4 *Proprietas cum possessione nihil habet cõmunionis.*
5 *Ignorantia præsumitur.*
*Potissimè in ecclesia. 6.*
7 *Patronatus acquiritur fundatione, constructione & dotatione.*
*Per vnum vel plures factis. 8.*
9 *Fundare ecclesiam dicitur qui fundum assignat in quo ædificatur.*
10 *Fundatio præsumitur solenniter facta.*
11 *Solennitates præsumuntur ex antiquitate temporis.*
12 *Patronatus acquiritur per assignationem fundi in quo fiat ecclesia, licèt assignans non dicat velle esse patronum.*
*Et quomodo per constructionem acquiratur. 13.*
14 *Verba enunciatiua quando dicantur. 14.*
20 *Præsentatio dicitur præambulum ad obtinenendum institutionem.*
21 *Institutione transfertur plenum ius in præsentatũ.*
22 *Patronatus quæritur præscriptione & de ratione. 23.*
*Quæ sententia communis est. 24.*
23 *Ecclesia tenetur alere patronum egenum.*
25 *Patronatus antiquum probatur per famam.*
26 *Verba enunciatiua in antiquis an vno vel pluribus instrumentis probentur, 31. 32.*
*Distinctio Nattæ pulchra recitatur. 27*
*Cum ratione sua. 28.*
*Castrensisq́ cons. 139. vol. 1. damnatur. 29.*
30 *Probatio difficilis sufficit leuior & per coniecturas.*
33 *Instrumenti exemplum non probat.*
*Nisi sit antiquum sumptũ iudicis auctoritate. 34.*
*Et de ratione. 35.*
*Vel si repertum sit in archiuo. 39.*
*In quo Decius damnatur. 42.*
35 *Exemplatio scripturæ præsumitur solemniter facta ex temporis antiquitate.*
*Exemplo statur propter antiquitatẽ. 36. 37.*
38 *Præsumitur commissum notario exemplandi instrumentum si est antiquum.*
40 *Scripturæ in Camera Sedis apostolicæ existentes plenè probant.*
41 *Supplicatio sumpta ex archiuo probat.*
43 *Dispositio præsupponit substantiam & qualitatem actus de quo loquitur.*
44 *Instrumentum est probatio probata.*
*Et in eo concurrit triplex præsumptio veritatis.*
*Solennitatis & notarij de illo rogati. 45*
46 *Patronatus quæritur ex dotatione subsecuta consecrationem ecclesiæ:*
*Item successione. 47. & insolidum. 51.*
*Etiam sine consensu Episcopi. 48.*
*Et de ratione. 49.*
50 *Verba enunciatiua geminata probant.*

*Auxilium meum à Domino.*

## CONSILIVM CXXXVII.

ADVERSVS Scottos, qui prętẽdunt habere ius patronatus ecclesiæ sitæ in Villa Rotundulæ siue Riũduli district. Fer. dubitatᷓ, ꝙ cũ d. ecclesia sit in diocesi Ferr. illius collatio ꝑtineat ad Epm Ferra. c. 1. de capel. monac. sicut & aliæ ecclesiæ in eius diocesi pertinẽt ad eius administrationẽ. c. si qs episcoporũ. 16. q. 2. c. oẽs. basilicę. 16. q. 7. Pari. cõ. 34. in prin. vol. 4. idq; cõfirmari dr̃ ex antiquissimo documẽto, de anno. 1336. ubi dicitᷓ, collationẽ d. beneficii ad Epm Ferrariensem liberè
1 pertinere † quæ verba licet enũtiatiua tamen in antiquis probant, vt per glo. & Doc. in c. cũ olim. de cẽsib. But. in c. fi. de success. ab. int. Bal. in l. cũ aliqs. C. de iur. delib. Alex. cõs. 12. col. fi. vol. 4. Ias. cons. 24. col. 2. vol. 3. & in l. ex his. & ibi Dec. C. de test. mil. Cra. ĩ trac. de anti. tẽ.
2 ĩ prin. n. 3. † vnde dicit Alex. cõs. 6. col. fi. vol. 1. ꝙ uerba enũciatiua inserta in priuilegio principis, licet cõtineãt narrationẽ facti alieni, tñ ex quo sunt de antiquo inducũt sufficiẽtẽ probationẽ, sequitᷓ Natta cõs. 669. col. 1. & cũ prędictis cõcordat Cefal. cõs. 90. n. 24. & Anguissol. cõs. 4. nu. 19. lib. 7. Rui. cons. 40. nu. 8. vol. 1. cũ simil. Et licet proponatur quędã pręsentatio facta ꝑ Scottos anno. 1562. de R. Do. Bart. Grã
3 na. & admissa per Vic. Epi † nõ inde tamẽ probatᷓ ius patronatus eis cõpetere, sed quędã quę si poss. tm̃ iuris patronatus & præsentãdi, quæ diuersa sunt: qa esse patronum respicit petitoriũ & esse in quasi poss. iuris patronatus respicit possessorium. Vnde ex. 2. primum nõ infer-
4 tur † quia nihil habet cõmune proprietas cum possessione, l. naturaliter. §. nihil. commune. ff. de acqui. poss. ita Crot. consi. 73. col. 3. tantoque minus d. pręsentatio Scottis prodesse dẽt:
5 quia ꝑ errorẽ fuit admissa à R. Vic. † qui nõ habuit sciẽtiam d. documẽti antiquissimi, prout præsumitur. l. verius. ff. de proba. l. fi. ff. pro suo, Alex. cõs. 42. col. 2. vol. 1. Soc. cõs. 263. nu. 12. vol. 2. Paris. cõs. 20. nu. 64. cõs. 48. n. 102. vol. 1. Rol. à Vall. cõs. 79. nu. 10. vol. 1. Anton. Gabr.
6 Rom. in suis cõcl. lib. 6. de reg. iur. concl. 5. † & in ecclesia potissimè probabilis est ignorantia propter mutationem prælatorũ, ut tradit Dec. consi. 36. col. pen. uers. nec obstat.

Istis tamen non obstantibus, arbitror ipsos Scottos iudicãdos esse patronos d. beneficii, ꝑ cuius cõclusionis fundamẽto præmitto documentũ antiquissimũ, de anno 1294. in quo, dr̃ ꝙ D. Ferraresius. q. D. Fuscolini hãc ecclesiã de nouo construxit & ędificauit, siue cõstrui & ędificari fecit nuper suis propriis sumptibus & expensis, & ꝙ vt patronus eam dotauit nonnullis terris in eo cõsinatis pręsente Epo Ferrarię &
7 acceptãte nomine d. ecclesiæ. † Ex his enim tribus cõcurrẽtibus in personã d. Ferraresii, vide licet fundatione, constructione & dotatione fuit sibi ius patronatus acquisitũ, vt per glo. in c. piæ mẽtis. 16. q. 7. Abb. in c. 3. & c. nobis. de iurepatro. in c. querelam. col. 3. de elec. cõs. 54. in prin. vol. 1. cõs. 59. & cõs. 106. vol. 2. Ioan. de Ana. & Bolog. in addit. ad eum cons. 24. Alex. cons. 74. uiso puncto. col. fi. vol. 4. Lambert. in trac. de iurepatro. in 2. q. 2. q. prin. 1. par. lib. 11. Rolan. à Val. cons. 47. col. 1. uol. 1. post Fely. &
8 Crau. quos citat † & à fortiori probatur: qa si per plures ius patronatus acquiritur, quorum vnus fundauerit, alius construxerit, & alius dotauerit, singulis. n. quęritur insolidũ ius patronatus, ut tradit Abb. d. cons. 106. col. 2. vol. 2. & Roch. de Curt. in trac. de iurepatro. in prin. nu. 2. & Lambert. in eo trac. 4. artic. 2. q. prin. 1. par. lib. 1. nu. 11. & in 7. arti. 3. q. prin. 1. par. lib. 1. & in 3. q. prin. 1. par. nu. 1. multo fortius acquiri dẽt illi qui ea tria simul fecerit, ut fuit D.
9 Ferraresius † Nã de fundatione sua patet in d. documẽto, ubi inter alias terras, quas in dotẽ dedit d. ecclesiæ nominatᷓ casale, super quo est constructa & manet ecclesia prælibata, dicitᷓ. n. fundasse d. ecclesiã assignãdo fundũ ĩ quo fuit constructa. c. nobis. & ibi Ioã. And. & alii de iurepatr. cum simil. de quibus per d. Roch. in ver. ecclesiã fundauit. in prin. Lãber. in eo. trac. 11. arti. 3. q. prin. 1. par. lib. 1. & Paul. de Cittadi. in
10 3. par. eiusdem tracta. in prin. † ibique nu. 40. subdit post Archid. ĩ c. nemo. de consec. distin. 1. ꝙ in dubio fundatio pręsumitur solẽniter facta, licet non appareat de solẽnitatibus requisitis ad fundãdã ecclesiã, per not. in l. sciendũ. ff. de ver. ob. ideque tradit Card. in c. requisisti. col. 3. de test. Archi. in c. nemo. de cõsecra. dist. 1. Feder. de sen. cons. 130. Rom. in d. l. sciendũ. col. 15. Petr. Perus. in trac. quartæ cano. c. 4. Barb. in c. licet Hæli. de simo. & consi. fin. col. 5. inter consi. Alex. vol. 4. & consi. 33. vol. 2. Lamb. in tracta. de iurepatro. in 7. articu. 2. q. princip.
11 prima part. lib. 1. † quod eo magis in hoc casu dici debet. Nam d. fundatio facta fuit iam

per annos 260. & vltra, si nnmerentur anni
decursi à memorato documento usque in prę-
sens. Meritò stante tanta temporis diuturnita
te præsumuntur omnes solemnitates interue-
nisse. c. puenit, & ibi gl. Panor. & alii de emp.
& uend. Anch. consi. 135. ex consiliis. Alex. cō-
sil. 79. vol. 1. Aret. consi. 36. Dec. cons. 341. nu.
13. & cons. 409. in prin. D. meus Riminal. cōs.
12 16. nu. 12. cons. 343. & consi. 528. nu. 47. † &
posito quòd tempore d. fundationis d. Ferra-
resius simpliciter illud Casale assignasset seu
fundum in eo pro d. ecclesia construenda, nec
dixisset se uelle esse patronum. Nihilominus
ipsi fuit quæsitum ius patronatus, nt per gl. in
c. si quis basilicam, de consecra. dist. 1. & proba
tur in c. significauit. & ibi Card. Abb. & Felyn.
de testi. Domini de Rora decis. 155. de iur. pa
tron. in antiq. & Roch. co. tract. in uer. & fun-
dauit. nume. 9.
13 † De constructione parlter constat in d. do
cumento facta sumptibus propriis & expensis
d. Ferraresii quo modo propriè uerificatur cō
structio quando suis expensis quis ecclesiam
construi fecit, non autem in fabro, qui constru
xit eam, nt post Ioan. And. tradit Card. Flo.
in c. nobis. de iur. patro. & Roch. in d. tract. in
in uerb. construxit.
14 † Et posito quòd respectu d. constructionis
uerba documenri prædicti sint enunciatiua:
quoniam principaliter illud factum fuit respe
ctu dotationis, incidēter autem & de præteri-
to referunt actum d. constructionis, nnde dicū
tur enuntiatiua secundum Bald. in l. 1. C. de
fal. cau. adiec. lega. Alex. consi. 190 plura nar-
rata sunt col. 7. uol. 6. Soc. cōs. 228. col. 1. in fi.
uol. 2. Dec. in l. ex his. nume. 8. C. de test. mil.
15 Emil. cons. 94. nu. 19. † tamen attenta tempo-
ris antiquitate plenè probant per allegata su-
perius in dubiis, quibus addo Dec. consi. 146.
nu. 14. Albam consi. 83. num. 6. & Ruin. consi.
161. nu. 4. uol. 1. & Soc. iun. cons. 65. nu. 7. uol.
16 1. qui dicit esse communē. † Et cum prolata
fuerint inter Ferraresium & Episcopum tunc
Ferrariæ, probare debēt pariter aduersus Epi-
scopum moderni temporis successorem in epi
scopatu: quia uerba enuntiatiua, quæ probāt
contra autorem, probat etiam contra eius suc
cessorem singularem & ei nocent, ut not. Bart.
in l. si mater. §. fi. de excep. rei iud. & in l. si su-
peratus. ff. de pigno. Ioan. And. in addit. Spec.
de test. §. nūc tractemus. in addit. magna Aret.
cons. 13. col. 2. & cons. 112. ad fin. Soc. cons. 11.
col. 1. cōs. 13. col. 2. & consi. 82. col. 2. uol. 3. latè
Crau. de antiq. tempo. prima part. nu. 78. Rui.
17 consi. 76. num. 14. uol. 5. † & in successore epi-
scopi tradit Cesal. cons. 90. nu. 52. Vnde for-
tius contra uniuersalem successorem probare
debet, qui eiusdem iuris esse solet cum de-
functo. l. hæredem. ff. de reg. iur. & ibi Dec. &
Cagnol. & eandem personam representare. §.
18 1. in auct. de trien. & sem. cum vulga. † Immo
uerò contra tertium, qui nullam causam ha-
buerit à contrahentibus. Proditum est, verba
enuntiatiua in antiquis plenè probare, ut tra-
dit Butr. in c. fi. col. 5. uers. de secundo princi-
pali de succes. ab inte. Abb. in c. super eodem
secundo notab. de paroch. Io. And. in reg. sine
culpa. de reg. iur. in mercur. quem refert & se-
quitur Alex. alios adducens consi. 90. uol. 6.
Idemque latè tenet Ias. cons. 65. uol. 3. Natta
cons. 283. nu. 8. & postremò Crauet. de antiq.
19 temp. prima part. nu. 70. † Et licet distinguat,
an agatur de paruo uel magno præiudicio, cō-
cedens primo casu conclusionem superiorem,
secūdo verò negans, tñ admissa tali distinctio
ne dici potest, nos in primo casu uersari: quo-
niam per dicta uerba enuntiatiua tractatur de
probando iure patronatus. Et sic facultate prę
sentandi, quæ modici præiudicii satis dici po
test, cum non tribuat ius præsentato in benefi
20 cio, ad quod fuit præsentatus. † Nam præsen-
tatio est quoddā inchoamētū seu præambulū
ad obtinendū institutionē Episcopi, & sic ad
obtinendum ipsum ius. c. quòd aūt. & ibi no.
Abb. & Doct. de iur. patro. & in c. cum Bertol-
dus. col. 2. de re iudi. Roch. in eo. tract. in uer.
ius. nu. 17. & plenius Lambert. in eod. tract. 8.
artic. 5. q. princ. secunda part. secundo lib. ubi
dicit acquiri ius ad rem nō in re. Et ideo dicit
in 11. arti. post Lap. allegat. 8. præsentatum an-
te institutionem neque lucrari fructus nec ad-
ministrare posse, alioquin, cum perdere omne
21 ius suum † per institutionem verò Episcopi,
quæ fit super præsentatione, transfertur plenū
ius in præsentatum, secundum Abb. in c. aucto
ritate, de insti. gloss. in c. 1. de reg. iur. in 6. &
Roch. in d. tract. in princ. nume. 7. Lamber. in
12. artic. primæ q. princ. prima part. lib. 2. nu.
17. adeo quòd etiam non requiritur possessio
nis apprehensio, nisi quantum ad effectum, ut
quis dicatur in quasi possessione iuris patrona
tus, secundum communem opini. quam sic de
clarat idem Roch. in uer. ius. nu. 18. & hoc in
terminis declarat Paul. de Cittadi. in tract. de
22 iur. patro. tertia par. quinta causa. nu. 14. † vbi
disputans communem opin. quòd præscriptio
ne quæratur ius patronatus eam probat: quia
non multum grauatur ecclesia: eo quia licet
qui præscripsit habeat uim præsentandi, non
tamen dicitur dare aliquid ius prę sentato,
sed episcopus potest reiicere talē præsentatū;
si non videt eum sufficientem, ut per Archi.
23 in c. decernimus. 16. q. 7. † Itē licet ecclesia te
neatur alere patronū egenū hoc non est grauamē
q̃a de residuis alit, quę aliàs sunt pauperū, cū
bona etiā clericorū sint pauperū. c. qm̄ 16. q. 1.
& quòd non quid magnum dicatur habere pa-
tronus ex ipsa præsentatione, citat ipse Paul.
Archi. in c. monasterium. 16. q. 7. ubi dixit, ius
patronatus non esse dominium sed solicitu-
dinem seruitii. Quare concludit, quòd cum
ius patronatus non contineat grande gra-
uamen

uamen contra ecclesiam meritò consuetudine præscribi posse, quod ultimum quoque ponit Abb. in d.c. querelã, de elect. vbi dicit esse communem, eamq; firmat cons. 76. col. 2. uol. 2. Fel. in tract. quand. lite apo. noceant patro.
24 † vbi dicit ita tenendũ esse in iudicãdo & consulendo. Dec. consi. 117. col. fin. consi. 124. col. 1. consi. 126. col. 1. & consi. 134. col. pen. Corn. consi. 47. col. 2. vol. 3. Fel. in c. causa quæ col. 3. de præscr. & Paul. de Cittadi. in tract. de iur. patr. in 5. causa in fin. ubi dicit ꝙ communis consuetudo eã sequitur, & ꝙ esset ponere os in cœlũ qui aliter iudicaret, sequitur Rol. à Val. consi. 97. nu. 32. vol. primo, & ita patet nos in primo casu distinctionis Crauet. uersari, quòd ubi tractatur de modico prӕiudicio, uerba enũciatiua probãt etiã cõtra tertium in antiquis.
25 † Accedit, quòd si ad probandum ius patronatus antiquissimum sufficit probatio per famam, cum per testes directò probari nõ possit de progenitoribus 200. annorũ, vt voluit Bal. in l. cum super. C. de rei vind. & in auct. quas actio. C. de Sacr. san. eccle. col. fin. Barba. cõs. 6. & consi. 17. col. 25. uol. 2. Rol. à Val. consi. 3. col. 1. volu. 1. pariter sufficere debet probatio per verba enuntiatiua.
26 † Et licet disputent Doctores, an unum sufficiat instrumentum in quo posita sint uerba enuntiatiua de antiquo uel plura requirantur instrumenta & plura duobus, uel duo tantum sufficiant, vt plenè refert Crauet. de antiq. tẽp.
27 in prima par. nu. 74. cum seq. † tamen opiniones Doctorũ cõcordat pulcherrimè Nat. cons. 283. nu. 8. dicens, quòd unum inst. sufficit, quãdo non agitur de probatione confinium, quo casu potest procedere, quæ scribunt Doctores in l. cum aliquis. C. de iur. deliber. qui de confinibus tractat. Sed ubi agit̃ de aliquo actu particulari, quem non est uerisimile, quòd partes enuntiassent, nisi ita se haberet ueritas, ne ex illo enuntiato sibi aliquid præiudicium inferreretur, tunc unum instrumentum debet sufficere ad plenam probationem in antiquis sicut loquũtur Doctores in uariis locis de vno instrumento & non de pluribus, quos ibi citat Natta, quibus addo Alex. consi. 6. uol. 1. Dec. cons. 42. in 4. dub. & Albam cons. 83. num. 15.
28 † Idque ratione confirmat Natta: quia instr̃m in prӕiudiciũ tertii plenè ꝓbat, vnde in antiqs debet facere ampliorẽ probationem, quæ fuit ratio reddita pro Butr. in d.c. fi. de succ. ab intest. respõdetq; pariter Castr. in cõsi. 139. uol. 1. qui secus uoluit, qui nihil adducit in oppositum, ꝙ urgeat sed solũ vult, ꝙ uerba enuntiatiua instrumẽti antiqui nõ præiudicẽt tertio, ne factũ unius prӕiudicet directè uel indirectè
29 alteri. † Nam hæc ratio, prout subnectit Natta, posset procedere, si enuntietur aliquod factũ quòd non spectaret ad partes contrahentes, ut erat in casu Castr. sed quando enuntiatur aliquod spectans ad partes contrahentes, quod non est uerisimile fuisse appositum, nisi uerum esset, tunc hæc uerisimilitudo in antiquis habe
30 ri debet loco probationis: † quia cum ualde difficilis sit prob. sufficit leuior & per cõiecturas. l. nõ omnes. §. à Barbaris. ff. de re mil. quare concludi debet in casu nostro, cum enuntiatur in d. instrumento illum Ferraresiũ suis pecuniis & expensis construi fecisse d. ecclesiã eamque ut patronum dotare uelle &c. præsente Episcopo & donationem acceptante, utiq; d. enuntiatio probare debet: quia non est uerisimile, quòd Episcopus passus fuisset eã proferri, nisi uera fuisset, ne ex illa aliquid præiudicium sibi & successoribus suis in Episcopatu Farrariȩ quandoque ingereretur, sed ita dictum fuit: quia uerè d. Ferraresius ea fecerat, & patronus erat & ad eũ præsẽtatio spectabat.
31 † Et licet ex prædictis documentum ipsum solum sufficiat, tamen ex abũdãti placet aliud adiicere pariter antiquum ultra centum annos celebratum de anno 1440. rogatum per Ser Ludouicum de Emilianis, in quo reuocatur institutio quædam facta per Episcopum Ferarriȩ de hac ecclesia & alia Sãctæ Mariæ Magdalenȩ Pontis lacus obscuri uelut unitarum, cum postmodum repertum sit d. ecclesias unitas non esse nec vniri posse, sed hanc ecclesiã incuratã esse iuris patronatus illorum de Frescolinis, qui descendunt ab illo Ferraresio citatque d. documentum celebratum per eum de anno
32 1294. † Vnde stantibus duobus documentis de hoc iure patronatus asserentibus, res est clara: quoniam duo sufficiunt, ut per Aret. & Fel. in c. cum causam, de prob. Soc. cons. 266. col. 2. vol. 2. Crau. de antiq. temp. prima par. nu. 76. cum simil.

Nec fides documenti corruit ullo modo, ꝙ dicatur exemplũ releuatum manu alterius notarii ex lib. quon. fratris Mercarelli notarii de
33 illo rogati, ut in subscriptione dicitur, † quoniam regula quæ habet, quòd exemplum instrumenti non probat. l. proc. C. de eden. Bar. cõs. 5. visa in fin. cum simil. per. Dec. in auc. si quis in aliquo. col. 2. de eden. pluribus modis limitatur, quorum aliqui casus nostro famulantur
34 † Primus est quando exemplum est antiquum & auctoritate iudicis sumptũ, quæ duo hic cõcurrunt. Nã hoc exemplũ fuit factum de anno 1515. & habita licentia in maiori & generali cons. vt in sua subscript. testatur Not. qui illud exemplauit, quo casu probat exemplum licet de recenti factum, vt tradit glo. Bar. & omnes in d. aut. si quis in aliquo, Bar. in l. Chirografis. in prin. ff. de admi. tut. Bar. & Bal. in l. 2. C. de test. & Dec. cons. 36. col. 2. qui loquitur in exẽ-
35 plo antiquo † & huius conclusi. ratio adferri potest: quoniam ex cursu temporis exemplatio scripturæ præsumitur facta solenniter & seruatis seruandis, ut ponunt Host. Io. And. Butr. Imol. & Fely. in c. Albericus. de testi. D. meus Rimi. in auct. si quis in aliquo, col. 2. & Ias. 3. limit.

mit.1.C.de eden.Soc.cons.187.col.4.Corn. cons.144.vol.2.Ias.cons.114.col.2.in fi.vol.1. Cuma.cons.158.col.2.Alex.cons.101.col.2. vol.7.Aret.cons.36.col.fi.Flor.in l.2.col.1.ff. de fi.instru.decis.Neap.368.col.3.Mant.cons.
36 83.vol.1. † & Alex.cons.50.col.2.vol.5.concludens,quòd statur exemplo propter diuturnitatem, sequitur Anto. Barb. Roma. in suis concl.lib.1. de præsum.concl.1.nu.32. Hincq; tollitur vnũ dubium de citatione partis necessaria secundum Bar.& alios in d.auth.si quis in aliquo,ubi Castr.dicit ita communiter teneri, sequitur Alex.cons.112.col.1.uol.4.cons.101. col.5.vol.7.Rol.à Val.cons.69.nu.57.uolu.3. Bursat.cons.36.nu.18.& Menoch.cons.7.col.
37 1. † id enim fallit in exemplo antiquo, vt per Dec.in allegato cons.36.col.2.dicentem eam præsumi propter antiquitatem, vt per Innoc. Hostië.& alios I c.Albericus.de fi.inst.Cuma. cons.158.visis instrumentis.col.2.& Aret.cõs.
38 36.in 2.dubio † qui remouet aliud dubium de commissione sibi facta, de qua Notarius te statur,an id facere posit: Nam talis solẽnitas in facto tam antiquo præsumitur interuenisse. Et hanc limitationẽ firmant Alex. Ias.Curt. Iun.Cland.Aquen.& D.meus Rimi.in d.auct. si quis in aliquo,licet solus Dec.ibi uariauerit à dictis per eum cõsulendo in d.cõs.36.quod curandum non est sed cum cõmuni residẽdũ.
39 † Secundò quoque limitatur d.conclu.non procedere,quando exemplum reperitur in archiuo pub.prout istud reperitur in archiuo Episcopatus Ferrariæ:qa pp auctoritatẽ loci probat,ut post Inn.& Ang.quos citat tenet Alex. in d.auc.si quis in aliquo,& post eũ Ias.Claud. Aquen.& D.meus Rimi.Dec.consi.161.nu.
40 23.Mod.Paris.de feud.tit.1.§.5.nu.28.† Simile uidemus in scripturis existentibus in Camera sedis Apostolicæ,quibus plena fides datur.l. moris.uers.solet.ff.de pęn.c.peruenit.30.q.1. & ibi gl.in uers.in Archiuis.cle.1.in fi.de iure iuran.vel inde extractis sicut ex archiuo,quæ idẽ sunt,ut per Dec.in l.scriniarios.C.de test. mil.nam eis datur plena fides,licet non sint manu Notarii confectę,eo ipso quòd magistratus siue scriniarius testatur eas ex archiuo pro diisse,vt per glo.Ang.Alb.& Castr.in auct.ad hæc.C.de fi.instr.Bal.in rub.col.fi.uersi.quin tũ supplementũ eo.tit.Ias.in l.admonen.num. 136.ff.de iureiuran.Bart.in l.& si contractus. col.1.uers.uenio ad.C.eo.Innoc.in c.1.de proc.Abb.& Card.in c.2.nu.6.de fi.inst.Fely. in c.cum causam.nu.7.de prob.Cagnol.in l.2. nu.324.ff.de reg.iur.Roma.cons.319.& 350.
41 col.5.uers.cęterũ † ubi dicit quòd supplicatio signata producta ex archiuo pub.inducit notorium,& tamen de se prædicta supplicatio signata non probat gratiam, vt concludit Gomes. in reg.de non iudican.iux.for.suppli.q.1.Sic igitur in terminis nostris dicere debemus, vt pariter exemplo sumpto ex archiuo fides adhibenda sit, ut ex præfatis latius firmat Senat. Pedemon.decis.69.col.2.& 3.
42 † Et licet Dec.in d.auc.si quis in aliquo,opponat ea ratione:quia si scriptura Archiui dicat,illud esse exemplum, non uidetur probare, ex quo posita est ibi pro exemplo, tamen fragilis est ratio prædicta, cum locus ei pręstet auctoritatem, secundum Alex.& alios, sicq; latius taxat eum Senat.Pedem.dec.69.sub nu.7, dicens quòd cum Alex.& Ias.post alios Docto, dicãt,quòd exemplo reperto in archiuo pub. creditur, pręsupponitur constare illud esse e-
43 xemplum † quia omnis dispositio præsupponit substantiam & qualitatem actus de quo loquitur.l.4.§.condẽnatum.ff.de re iud.l.diuus. ff.de test.mil.& ibi Bar.& in l.1.§.& parui.n.3. ff.quod vi aut clam.Castr.& in l.testium.nu. 7.C.de testi.Dec.cõs.410.nu.7.& in c.consuluit.1.not.3.de app.Calc.cons.87.nu.3.& cõs. 118.nu.3.cum simil.quos citat,concludens cõstare debere,quòd talis scriptura sit exemplum tamen facit fidem, quę resultat ex dispositione iuris propter auctoritatem archiui pub.& ita patet huic documento fidem omnino præstan-
44 dam esse † Et sicut per illud fundatio & constructio probatur, tanto magis dotatio de qua in eo dispositiuè fit mentio,& dici soleat,ꝙ instrumentum est probatio probata, ut per oẽs in l.1.ff.de ope.no.nũc.in prin.Bal.in l.Imperator.ff.de sta.hom.Mars.in rub.C.de prob. nu.3.Alcia.in tract.de præsump.reg.3.præsump.13.Senat.Pedem.dec.72.nu.4.& dec. 117.nu.1.& pulchrè Bal.cons.400.col.2.dicẽs, quòd i lud, quod uerbum inst.sonat, debet haberi pro ueritate,& sine calumnia debet ob tinere,sequit Rol.à Val.consi.96.nu.17.uol.3.
45 † addens quòd cum instrumento publico concurrit triplex pręsumptio,scilicet ueritatis,solemnitatis & ꝙ de eo à partibus notarius fuit rogatus, vt declarat Bal.consil.39.vol.1.Soc. Iun.cons.189.nu.14.vol.2.& cũ prædictis etiã cõcordat Crot.cõs.47.in fi.& cõs.83.n.30.vbi concludit in terminis nostris, insttrumentum probare ea quę in eo dispositiuè continentur. quare concurrentibus tribus requisitis ad acquirendum ius patronatus dubitari non opor-
46 tet,illud D.Ferraresio quæsitum fuisse.† Et posito quòd illa dotatio non præcesserit fundationem neque constructionem, sed postea facta fuerit,nec appareat quòd facta fuerit ante cõsecrationem d.ecclesiæ,nihilominus fuit ex ea ius patronatus quęsitũ, ut tenet Inn.in rub. de iure patro.quia sine substãtia rerum nõ potest ecclesiæ deseruiri.c.si quis obiecerit.1.q.3. & eum sequitur Io.And.in c.1.Abb.& Card. Flor.in c.quoniam,eo.tit.& alii quos cumulat & dicit esse communem Roch.in d.suo trac. in uers.& dotauit,col.2.licet eum concisè referat & in cõtrarium pungat Lamber.in suo trac. 10.arti.5.q.prin.1.par.1.lib.
47 † Secundò principaliter considero, quòd olim

olim Ioannes de Frescolinis fuit successor & hæres in effectu d. Ferraresii, prout dicitur in duobus instrumentis rogatis per ser Iacobū de Comitibus anno. 1561: vno die. 22. & altero vltimo Martii. Vnde per talem successionē fuit acquisitū ius patronatus d. Io. Fresc. c. cum seculum. & ibi gl. & Doc. de iurepatr. gl. in c. piæ
48 mentis. 16. q. 7. † idque ēt sine consensu Episcopi secundum Abb. & alios in c. ex literis, de iurepatro. quia tali casu ius patronatus transit accessoriè, nec uidetur aliquis contractus initus super ipso iure patronatus, sed super vni-
49 uersitate temporali. † Vnde sicut ad ipsam uniuersitatem transferendam in alium non requiritur consensus Episcopi, nec etiam in accessorio, & in hoc concordāt omnes, ut testat̄ Roch. in trac. suo de iurepatro. in uers. pro eo quod. col. 1. nu. 3. cuius ratio longè melior esse uidetur quàm relatæ per Lamber. d. trac. in 2. art. 1. q. prin. 2. par. 1. lib. per quas requirit consensū diocesani Episcopi non enim hanc refert meliorem, quæ militat etiam in laico nedum in
50 clerico † Et posito quòd illa duo instrumenta in hoc enūciatiuè loquātur de Io. Fresc. successore d. Ferraresii, tamen quia prolata sunt diuerso tempore & loco & à diuersis etiam personis, ut patet ex lectura vtriusque instrumenti talia uerba enunciatiua sic geminata probant illud enunciatum, secundum Bar. in l. cum scimus. ad fi. C. de agri. & cēsi. lib. 11. Roma. cōs. 65. col. 2. Alex. cōs. 190. col. 6. vol. 6. & cōs. 125. col. 3. vol. 7. & alii quos cumulat Dec. ī l. ex his nu. 10. C. de test. mil. Ias. cons. 114. col. pe. vol. 1. Paris. cons. 77. num. 37. vol. 1. D. m. Riminal. cons. 199. nu. 11. Soc. cons. 65. col. fin. vol. 1. Rol. à Val. cons. 60. nu. 25. uol. 1.

Tertiò considero, quòd d. Ioannes Frescol. hæredes instituit Io. Mariam de Florio, generum suum ac. D. Terentiā illius vxorem & filiā ipsius testatoris. & insuper omnes filios tam natos quàm nascituros ex eis cōiugibus, vt patet in testamento in causa producto, rogato per Ser Franscicum Cattinellū anno. 1535. 5.
51 Maii † Vnde pariter eis per talem successionem fuit acquisitum ius patronatus ex decisionibus supra citatis, & quidem insolidū, ut per gl. in c. 1. de iurepatro. & in c. piæ mētis. & post illam Archid. 16. q. 7. Gofred. de Trano in sua summa de iurepatro. col. pen. sicut & Hostien. in §. qualiter transferatur. uers. nouus hæres. Alber. in dicto suo uers. patronus. uers. patronatus ius. & plenius Lamber. in d. trac. 24. arti. 1. q. princ. 2. par. lib. 1.

Accedit deinde, quòd filii. d. coniugum & eorum hæredes donarunt hoc ius patronatus Reuerendo D. Alberto Morello accedente cō sēsu Episcopi Ferrariæ vel eius Vic. vt apparet in d. duobus instrīs rogatis per ser Iacobum de Comitibus, dictęque postmodum donationes confirmatæ fuerunt per ipsum Vincentium in executione rescri. Episcopi Ferrariæ emanati ad præces d. Morelli, vt constat in actis & rogationibus Ser Francisci Galuani vnius ex notarius curiæ Episcopatus Ferrariæ eodem anno.
52 1561. † quibus ità stantibus valuit indubitanter d. donatio facta in clericum, etiam si non interuenisset consensus Episcopi, vnde tanto magis quòd interuenit valere debet, vt probatur in c. illud. de iurepatro. in aduersatiua licet, & in uers. liberam. & expressè probatur in c. vnico. eo. tit. lib. 6. per quem tex. sic tenent D. de Rot. decis. 404. fuit dubitatum, de iure-
53 patro. in nouis. † & tenetur communiter, ut per Abb. in d. c. illud. & Roch. in d. uers. pro eo quod, col. 1. ad fi. Lamber. in d. trac. 10. art. pri. q. prin. 2. par. lib. 1. & potissimè quòd d. Vicarius Episcopi constito sibi de iuribus p̄fatis d. donationes confirmauit in executione rescri. emanati ad pręces filiorum d. coniugum. Demum successit, quòd Morellus idē ius patronatus accedente consensu Vic. Episcopi Ferrariæ donauit Reuerendo D Franscico Scotto recipienti pro se & suis hæredibus ex instrumento rogato per Ser Hieronimum Iacobellum notarium d. curiæ anno. 1561. 4. Iunii, ita q̄ idem ius quod translatum fuerat in d. Morellum peruenit ad. d. Dominum. Franscicum Scottum. Et cum postmodum ipse decesserit relictis pluribus eius fratribus & hæredibus, pariter idē ius fuit in eos vniuersali successione trāslatum per decisiones superius citatas. Vnde bene prætendunt ius patronatus d. ecclesiæ ad eos spectare, prout in libello suo petierunt declarari.

Et licet ex prędictis intentio sua satis munita sit, nihilominus addi potest, quòd constat de pluribus præsentationibus factis in longo discursu temporum nam de anno 1440. quidā de Frescolinis præsentarunt ad hanc ecclesiam Reuerendum D. Ioannem de Mutina Episcopo Ferr. qui d. præsentationem admisit, approbauit & confirmauit, vt patet in instrumento rogato per D. Emilianū. Rursus apparet quosdam de Frescolinis præsentasse ad d. ecclesiam quendam Reuerendum D. Antonium Frescolinum ex instrumento rogato per Ser Bernardum Saluettum de anno. 1504. 10. Feb. item de d. anno. 14. Feb. alii consortes de Frescolinis eundem pręsentarunt reuocatā præsentatione prius ab eis factā de quodam Petro Frescolino ex instrumēto per eundem Saluettum rogato & subinde d. pręsentationes fuerunt admissæ per Reuerendum Vicarium Episcopi Ferrar. d. die, mense & anno ex instrumento eiusdem notarii.

Præterea non omitto, quòd Ioannes Frescolinus fecit mandatum D. Marco Aduogario ad pręsentandum ad. d. ecclesiam d. D. Frāciscum Scottum, qui vigore d. mandati eum præsentauit, & Vic. cum admisit, & admissus etiam tenutam d. beneficii sumpsit, vt hæc omnia constant instrumētis rogatis per Ser Sigismundum

mundum Scottū de anno. 1528. demumque mortuo d. Domino Fransicico de anno. 1562. Fratres sui de Scottis præsentarunt Reuerēdū D. Bartolom. à Granna, quæ præsentatio tandē fuit admissa per D. Vicarium Episcopi Ferr. non obstāte comparitione Reuerendi D. Vincencii Catti, asserentis se uerum & legitimum Rectorem d. ecclesię, ut constat ex actis Curiæ Episcopalis Ferr. & instrumēto rogato per Ser Maurelium Iacobellum de anno. 1562. 11. Iu-
54 lii † Quare stantibus tot præsentationibus in tā longo progressu temporū factis, sequitur ius patronatus ex quadam consuetudine seu præscriptione d. Scottis fuisse quæsitum, vt per Io. And. in reg. quod alicui. de reg. iur. in 6. Fede. consi. 234. col. 2. Card. consi. 69. quò ad primū 2. dub. & hanc communem fatetur Abb. in c. querelam. de iurepatro. & ab eo illam defendit Dec. cons. 126. col. 2. eamque latè disputando tenet Lamber. in trac. de iurepatro. in 5. art.
55 10. q. prin. 1. par. lib. 1. † Tantoque magis iustificatur intentio dictorum de Scottis, quòd ipsi non allegarunt immediatè præscriptionē, ex qua dicatur acquisitum ius patronatus, sed allegarunt ius patronatus acquisitum ex fundatione, constructione & donatione, & ad probandum magis hoc, deduxerunt tempus & lōgam consuetudinem præsentandi, producētes omnia iura supra relata, ex qua sufficiēter fundata dicitur intentio sua iuris patronatus ad eos spectantis, vt concludit Abb. in d. c. querelam. & ita etiam declarat Card. in cle. 2. q. 5. de iurepatro. Abb. cons. 76. primo dub. uol. 2. Dec. in d. consil. 126. col. 2. & Cassad. dec. 4. de proba. num. 4.
56 † Et licet proponatur in dubiis d. præsentationes his Scottis non prodesse: quoniam non apparet eas fuisse factas ex causa alicuius tit. per eos vel alios q̄ p̄sentarunt allegati; prout erat opus id probare, secundum Saly. in l. cum de in rem verso. 1. & 4. q. ff. de usur. Alex. consi. 75. aliàs in meo li. 71. visis & pōderatis. col. 3. n. 17. vol. 4. Rui. consi. 61. n. 11. vol. 1. & in terminis nostris Crot. cons. 46. nu. 9. tamen hoc non obstat ipsis Scottis: quoniam non tantum tit. allegarunt sed etiam probarunt per illud documentum antiquissimum, quo probatur titulus iuris patronatus quæsitus illi Ferraresio fundatione, constructione & dotatione & subinde titulos successione & donatione quæsi-
57 tos, vt supra deduxi † quo casu probata ueritate titulorum non fuit opus probare, quòd qui præsentarunt fuerint vsi d. præsentationibus ex illis titulis, quia id præsumitur. l. quædam
58 mulier. ff. de rei uind. † nam à primordio titulo posterior formatur euentus. l. 1. in fin. C. de impo. lucr. descr. libro 10. Et talia præsumuntur esse subiecta, qualia prædicata demonstrant. c. inter dilectos. §. cæterum. de fi. instru. ita formaliter respondet Alex. in d. cons. 75. Crau. cons. 226. nu. 5. & sic Alex. loquitur, quādo titulus tantum fuit allegatus, at secus ubi etiam fuerit probatus, prout in casu nostro contingit, quod est notabile. Sic etiam cessat concilium tridētinum, quod allegatur sessione. 25. cap. 9. de iure patronatus, cuius titulus ostendi debeat per instrumentū ex fundatione, vel dotatione, uel ex multiplicatis præsentationibus per antiquissimū temporis cursum, quæ memoriam hominium excedat. Nam hęc omnia concurrunt in casu nostro, prout ex præfatis patet, & ita concilium prædictum deseruit Scottis, non autem aduersatur, cum potissimè subiungat aliàs ue secundum iuris dispositionē. Vnde satis est, quòd in terminis iuris communis constet de iure patronatus in casu nostro, posito quòd ita exactè non uerificarentur posita in d. cap. 9. & ex his apparet de optimo iure super hoc patronatu spectante ad istos Scottos apparere, nec eos super eo per Episcopum Ferr. de iure molestari posse.

Sola superest difficultas in tollendis adductis in dubiis aduersus eos de collatione huius beneficii spectante ad Episcopum Ferr. velut
59 siti in eius Diocesi: † quoniam loquendo de collatione summendo propriè collationē quādo Prælatus habet potestatem prouidendi alicui de beneficio absque pręsentatione, vt not. Abb. in c. ex frequentibus, de institu. & tradit Archid. in c. cum in illis. de præb. in 6. col. 1. in fin. vbi dicit, quòd collatio pertinet ad eū, qui cōferre potest absq; alicuius facto: Hæc enim differt à pręsentatione, ut ibi dicitur in §. cum
60 autem † Et ista collatio regulariter pertineret ad Episcopū, vt cōcludit Dec. in rub. de elect. ad fin. quòd intelligi debet, quando non constat, quòd aliquis laicus habebat ius pręsentandi ad aliquam ecclesiam sitam in Diocesi Episcopi, sed quando apparet de iure præsentandi alterius personæ, tunc coll. Episcopi facta per eū dicitur nō libera: quia si præsentatus sit idoneus, debet institui per superiorem. c. decernimus. 19. q. 7. ita tradit Abb. in c. auctoritate, de insti. & Dec. in d. rub. de elect. nu. 3. & in hoc secundo casu uersamur: quoniam constat de iure præsentandi, quod habuerunt in hac ecclesia Ferraresius & alii gradatim supra nominati: Vnde collatio bene. non libera, & quę sequitur præsentationem spectat ad Episcopū, at libera nequaquam.
61 † Hincque detegitur error illorum verborū enunciatiuè positorum, vt dicitur in dubiis, in documento antiquissimo, quòd collatio libera huius beneficii pertineat ad Episcopum Ferr. hoc enim fuit erroneè dictum apparente veritate in contrarium, videlicet tit. iuris patronatus d. Ferraresii & aliorū, vnde non est stādum d. verbis enunciatiuis, per ea quæ tradit Bal. in l. non ideirco. per illum tex. C. de iur. & fac. ignor. vbi not. quòd qui recipit aliquid tanquā à tali non intelligitur confiteri eū esse talem, si apparet errasse propter contrariorum termino-

62 terminorum varietatē. † Et Ideo Abb. qui recipit censum tamquā ab emphiteuta, non intelligitur contiteri eum emphiteutam, si apparet quòd res non est emphiteutica Itē. Abbas qui recipit aliquem tamquā monacum ad osculū pacis nō intelligitur confiteri eum monacum Et hoc, subdit Bal. esse uerū nō solum in reci-
63 piente sed etiam in præstante. † Vnde si soluo censum tanquam emphiteuta referendo me ad antiquum contractum non emphiteuticum non constituo emphiteusim: quia error in origine apparet, & error in origine constituit errorem in processu, & sic facit deficere consensum. Et ideo rectè tunc dici potest, quòd à primordio tit. posterior formatur euentus. l. 1. C. de impo. lucr. descri. lib. 10. Sic igitur siue ab. Episcopo siue ab alio dictum fuerit collationē liberam d. beneficii spectare ad Episcopum tā quam quòd non esset de iure patronatus alicuius, non dicitur constituta libera collatio Episcopi apparente ueritate in contrarium, sed debet attendi principalis eius origo, quod fuit ius patronatus in ea constitutum & quæsitum ab initio fundatione, constructione & dotatione.

64 † Ad aliud verò de presentatione Scotti ad missa per Vicarium, quę non constituit ius patronatus in petitorio sed in possessorio tāū dico, quòd id uerum esset, nisi quoque titulus adduceretur, prout adducitur Ferraresii & aliorum. Et ulterius tot præsentationes adducuntur, ex quibus resultat præscriptio quędam iuris patronatus, vt supra deduxi. Et in quantum dicitur erroneè fuisse admissam illam præsentationem Scotti à Vicario, negatur hoc pręsuppositum ignorantiæ: quoniam in instrumēto d. admissionis fit mētio de aliis præsentationibus antea factis, & producta fuerunt instrumenta earum, rogata per illum Saluetum. Et insuper patet de iure patronatus d. Ferraresii longè ante illam admissionem & ante documentum, qđ ex aduerso supponitur. Vnde sequitur, quòd illa admissio processit: quia sic erat in ueritate non autem erroneè. Prout etiā uidemus, quòd mortuo Scotto præsentato, fuit etiam præsentatus Granna & admissus à Vicario Episcopi & ante Scottum & Grannam patet alios pręsentatos admissos fuisse, vt illum Dominum Ioannem de Mutina de an-
65 no 1440. ex instrumento Salueti † & cum documentum illud antiquissimum iuris patronatus d. Ferraresii sit penes Episcopatum & in eius archiuo, non est dicendum, quòd tot admissiones & inuestituræ processerint ex errore, sed immo pręsumitur sciētia, vt in terminis tradit D. meus Rimi. consi. 426. nume. 21. ubi ex libro existente penes Episcopum arguit sciētiā Episcopi quempiam inuestientis. Et ita remanent dubia sublata & intentio Scottorū clara.

*Hippol. Riminal.*

Pro Sororibus de Gradellis.

ARGVMENTVM.

De filiabus inuestiendis in emphiteusi.

*SVMMARIVM.*

*1 Emphiteusis concessa pro se & filiis masculis non dicitur hæreditaria.*
*Nec transit in fideicommissarium.*
*Fallit ex interpretationibus ad Bullam Bonifacianam. 12.*
*2 Emphiteusi finita per lineam proximiores non admittuntur ro non integra.*
*Et de ratione. 3.*
*Sed contra plures & auctor. 13.*
*Et de ratione. 14. 16.*
*4 Fœmina exclusa à statuto non admittuntur ad petendam inuestituram licet cessauerint masculi.*
*Sed aliter auctor declarat. 17. 18. 19.*
*5 Petentes inuestiri finita linea demum admittuntur si sint hæredes instituti ab vltimo inuestito.*
*Sed contra per auctorem post Rui. 22.*
*Et in ea re Decius destinguit. 23. 24.*
*6 Emphiteusi finita descendentes comparere possunt & petere inuestiri.*
*Et si denegetur, eis infertur iniuria & datur materia appellandi.*
*Estq; communis opi.*
*Et in actu practico seruatur. 7.*
*Ratioq; adsertur. 8.*
*Fœminaq; admittūtur cessante linea masculina. 9.*
*Maximè successores uniuersales. & extraneo præferri debent. 10.*
*11 Emphiteusis an ueniat in fideicommisso quæri soles propter detractionem trebellianicæ.*
*Vel vt proximiores petant inuestiri.*
*15 Opinio vltima videtur approbata.*
*16 Facto legali quis obligatur præcisè.*
*17 Statutum restringitur ex præfatione.*
*18 Fœmina per statutum excluditur temporaliter si dicat, donec vel quousque extiterint masculi.*
*Secus si simpliciter excludat. 19.*
*20 Fœmina à feudo excluditur perpetuò stantibus masculis licet desierint.*
*21 Fœmina à statuto per filium exclusa eo remoto non excluditur per nepotem nisi id dicatur.*
*25 Agnatus petit inuestituram ex aequitate.*
*26 Pupillo succeditur per pupillarem.*

*Auxilium meum a Domino.*

CONSILIVM CXXXVIII.

*FRaternitas Beatæ Virginis à Porta inferiori ciuitatis Ferr. inuestiuit Sebastianum de Gradellis pictorem pro se & filiis suis masculis legitimis & naturalibus de quadam possessione, qui post modum testatus instituit Protogenum eius filium legitimum & naturalē eoq; decedente in pupillari ætate* vel

*vel aliàs quãdocũq; sine filijs & descendentibus masculis legitimis & naturalibus aequaliter & suas haeredes vniuersales eisdem Protogeno substituit Cleopatram, Sophonisbam & Mariam eius filias legitimas & naturales. Deinde finita linea masculina per mortem d. Sebastiani & Protogenis sine filijs masculis d. filiae petierunt se inuestiri à dicta fraternitate, quae id facere recusauit. Vnde videndum est, quae nam futura sint partes in iudicando.*

1 ET †prima consideratione dicendũ videtur, eas inuestiri non debere: quoniam cum talis emphiteusis concessa fuerit pro se & filiis masculis sine verbo haeredibus, non dicitur quid haereditarium, & ideo non transit in fideicommissarium, vt distinguendo concludit Alex. in l. si patroni, in prin. nu. 14. ff. ad trebel. D. meus Rimi. cons. 257. num. 26. Idque latius confirmant Arct. cons. 53. col. 2. Alex. cõs. 11. col. 9. vol. 3. Corn. cons. 165. col. 3. vol. 2. Calca. cons. 73. col. 4. & Soc. Iun. cons. 72. nu. 61. volum. 1.

2 †Secundò quia finita linea non admittuntur proximiores petentes inuestiri re non existente integra: quia res alteri concessa fuerit, vt per Roma. cons. 70. Corse. in addit. Abb. in c. bonae. de post. prela. Gozad. cons. 39. col. fin. Rui. cons. 5. in fi. vol. 1. & cons. 25. col. 2. vol. 2. Afflic. in const. Reg. tit. de fil. presbite. col. fi. Corset. in apost. ad Abb. in c. bonae. secundo
3 de post. praela. † & vltra praedictos id bene confirmat Castr. cons. 159. ad fi. vol. 2. dicens, q. si prius alteri fuit facta inuestitura quàm agnato qui eam prior non petiit, vtique de praelato cõqueri nõ põt sed de se, quia nõ petiit, nõ aũt de inuestito, qui praeferendus est, cum sit in possessione. l. quoties. C. de rei vind. sicque Grat. arguit & tenet respon. 69. col. 2. uol. 1. hancque dicit esse communem Gozad. cons. 71. At hic Biginus iam reperitur inuestitus, ergo &c.

4 †Tertiò, quia istae sunt foeminae exclusae à statuto stantibus masculis, quo casu non admittuntur ad petendam inuestituram licet masculi desint, vt tradit Rui. cons. 15. ad fi. vol. 1, quia semel exclusae perpetuò remanent exclusae, sequitur Porti. in suis regulis concl. 12. lib. 1. & Anton. Gabr. Roma. concl. 1. lib. 3. de iur. emphi. num. 25.

5 †Quartò, quia tunc demum petentes inuestiri finita linea admittuntur, si sint haeredes instituti ab vltimo inuestito, in cuius persona emphiteusis finit, vt tradit Imol. in quodam cõsilio quẽ citat Alex. in l. si mihi & Titio. col. fin. ff. de uer. oblig. cons. 10. col. fi. uol. 3. & cõs. 161. uol. 7. Corset. loco citato. Gozad. consi. 186. col. 4. Afflic. loco memorato eit. fin. Paris. cons. 23. vol. 1. Grat. respon. 96. col. 3. & respõ. 110. uolum. 1. Rip. in l. 1. numero. 8. de priuil. cred. Porti. Imol. & Gabr. Roma. in locis allegatis. 6. limitat.

Istis tamen non obstantibus & verius & hu-
6 manius est pro filiabus respondete † quoniam proditũ est, emphiteusi finita per generationẽ descendentes comparere posse ac petere eis emphiteusim cõfirmari, idque eos de facili impetraturos, & si denegetur, illis iniuriam adferri, ac appellandi materiam dari, vt uoluit Bar. & Ang. in l. 1. §. permittit. ff. de aq. quot. & aesti. Bar. in l. 1. in fin. ff. de priuil. credi. & in d. l. si mihi & Titio. cir. fin. Butr. in c. 1. loca. Alex. cons. 80. col. 5. vol. 1. cum multis cumulatis ab illo Portio d. concl. 12. & Gabr. prima in prin.
7 † hancque communem esse conclusionem & in actu practico ab omnibus ferè receptam dicit Paris. cons. 28. in prin. vol. 1. sicut & Curt. cõs. 48. dicẽs quòd tota ferè iuris peritia sentit cũ Bart. & quòd ita in pract. seruatur & infinitos ad eã cumulat Tiraq. de utro. retrac. in praefat. num. 41. atque in hanc communẽ transit Rip. in d. l. 1. ff. de priuil. credi. col. 2. quia aequissimum est, quòd cognati in rebus quae aliquando fuerunt suorum antecessorum praeferantur per. l. si in emptionem. ff. de mino. & in l. fi. §. sin autem in tempore. C. de iur. domi. impe. & id quod dicit Bar. in l. 1. C. de metal. lib. 11.
8 † similemque rationem format Christofo. de Castell. cons. 15. dicens multa etenim coniunctis conceduntur & inter eos, quae exteris denegantur, & vltra praedictos hanc opi. dicit esse comm. Rom. cons. 22. in vltimo dub. Barb. in d. c. 1. loca. col. 6. Dec. abundè cõs. 131. col. 2. & cõs. 328. col. 1. Mars. sing. 419. Gozad. cõs. 86. nu. 23. Rui. cons. 12. nu. 18. consi. 151. nu. 16. & cons. 161. num. 36. vol. 1. D. meus Rimi. consi. 100. nu. 22. & plures alios cumulat Orat. Mãdos. in addi. ad Roma. in d. cõs. 22. ex qbus apparet de hac opi. nullatenus esse dubitandũ.
†Secundò confirmatur ista cõclusio decisio
9 ne Anch. cons. 171. col. 3. quem sequitur Curt. cons. 47. col. 2. vbi tenet, deficiente linea masculina inuestiri debere nepotes ex filia (qui cognati sunt) ratione coniunctionis sanguinis, & quia bona fuerunt in dominio inuestiti, ad quae singulari affectione sunt admittẽdi prè caeteris, sic igit de his filiabus dicamus à fortiori.
10 †Tertiò accedit, quòd d. filiae vocatae fuerunt à patre suo titulo successionis vniuersali quo stante vincere debent & praeferri d. extraneo in vestito, cum multa transeant cum vniuersitate, quae per se non transitent. l. quaedam. ff. de acquir. rer. do. sicque arguit Ancha. cons. 420. col. 2. & ità remanet fundata intentio dictarum filiarum.
11 †Sola uis est in tollendis obiectis, in quorũ resolutione clarior reddetur haec opinio, namque ad primum respondetur, aliud esse, nunquid haec emphiteusis veniat in fideicommisso, id enim quaeritur propter detractionem Trebellianicae per grauatum, de quo disputat D. meus Rimi. in d. cons. 257. & de hoc nos non
12 agimus. † Aliud verò est, an posito quòd haec

emphi-

emphiteusis non sit quid hæreditarium, istæ filiæ ut descēdentes proximiores petere possint se inuestiri, & in earum persona hanc emphiteusim renouari. Et dicendum est quòd sic, vt patet ex communi Docto. sententia, & ità ferè in terminis respondet Rui. cons. 12. nu. 21. volu. primo, vbi loquens in feudo dicit, quòd quanuis esset receptum pro filiis hæredibus, tamen agnatus non venit uirtute primæ inuestituræ, neque tanquam compræhensus in ea, sed de nouo inuestiturā petit ex ęquitate quadā.

Præterea quicquid sit de iure communi, res est expedita per interpretationes factas ad Bullam Bonifacianā, quibus cauetur quòd ista bona recognita ab ecclesia comprehendantur in generali fideicommisso.

13 † Ad secundum de re non existente integra respondetur, plures non deesse ex supra citatis contra tenentes, & sic quòd etiam alio inuestito descendentes audiri debeant & inuestiri. Ita enim voluit Alex. in d. l. si mihi et Titio. col. fin. per tex. in c. 1. §. Titius. si de feu. fue. cōtro. idemque Alex. cons. 83. uol. 7. Goz. consil. 86. col. 4. Paris. cons. 28. uol. 1. qui multos cumulat, & pluribus rationibus hanc opi. corro-

14 borat † ea uerò potissimum: quoniam si aliter diceremus, de facili tale ius posset elusorium fieri & fraus resultare. Nam Dominus directus suo arbitrio celeriter & operanter posset alteri rem concedere & eludere proximiores, quod à iure minimè recipitur. c. si ciuitas. e. si sententia de sen. excom. lib. 6. & cum prædictis etiam concordat Rui. cons. 161. col. pen. vol. 1. & Por

15 ti. in d. 12. concl. limit. 7. † quatenus hanc opinionem refert. secundo loco: sic enim videtur vltimo loco eam relatam approbare, iuxta not. per Ias. D. meum Riminal. & alios in l. si idem

16 cum eodem. §. fin. ff. de iur. om. iud. † Et hæc opinio præter alios optimè noua ratione comprobatur. Nam cum Dominus directus ex dispōne legis teneatur inuestire proximiorem, vt per omnes supra citatos, sequitur quòd ad hoc factum pręcisè compelli potest, iuxta doct. Bar. in l. stipulationes non diuiduntur. uer. Celsus. ff. de ver. obli. num. 37. vbi Ias. nume. 32. dicit, quòd cæteri transeunt nil addendo meritò si præcisè compelli debet, non debet attendi, nunquid res sit integra vel non, sed passim cōpulsioni pręcisæ locus esse debet.

17 † Ad tertium, considero proœmium statuti, dicentis, vt conseruetur dignitas & amplitudo in familia, quæ non depauperetur propter fœminas &c. ex qua præfatione restringitur ipsū statutū secundum Bar. & alios in l. cum hi. in prin. & in §. eam transactionem. ff. de trans. vt exclusio fœminarum dicatur fieri donec adsit familia masculorum, quæ conseruari debeat & ampliari, meritò ea cessante cessare debet exclusio statuti, iux. doct. Bar. in l. fin. §. fin. ad Ter

18 tul. vbi de hoc statuto loquens † dicit, si per illud excludatur filia donec uel quousque extiterint masculi, & sic temporaliter, cessantibus illis admitti potest, sequitur Alex. cōs. 53. col. 1. uol. 6. Maria. cons. 5. col. 1. uers. sed secundo loco Soc. eius filius cons. 114. col. 2. vol. 4. & Soc. Iun. alios citans cons. 104. col. 2. uol. 2. idemq; latius Tiraquel. in trac. ces. cau. 1. par. nu. 139. sic enim in casu nostro dici debet, stante præfatione prædicta, quę restringit exclusionem filiarum ad tempus & vitam illorum de fa

19 milia † At in casu Rui. statutum debebat simpliciter exclusionem facere, dicendo stantibus masculis fœminæ non succedant, quo casu procedit illa ratio, quòd filia semel exclusā perpetuò remaneat exclusā, secundum Bar. in d. l. fin. & cum prædicta distin. Bar. tenēt infiniti propemodum, quos cumulat Tiraquel. in l. si unquam. uers. susceperit liberos. nu. 157. C. de reuo. dona. D. meus Rimi. cons. 528. num. 15.

20 † & ad secundum caput de fœmina stantibus masculis exclusa simile uidemus ī feudo à quo stantibus masculis exclusa perpetuò remanet exclusa, licet postea masculi decesserint, ut per Bru. cons. 78. col. 2. & cons. 108. col. 7. Alexan. cons. 9. col. 2. uol. 5. cum multis quos cumulat Rol. à Val. cons. 59. nu. 68. vol. 3. & certè satis absurdum foret in casu nostro, quòd istæ filię Sebastiani Gradellæ, quæ propter eius filiū ab intestato excludebantur à statuto, eo remoto per mortem remanerent exclusę ad fauorem Bigini prorsus extranei & de aliena familia

21 † quoniam de iure communi quis nunquam excluditur, nisi à personis specificatis. Vnde si filius excludit filiam per statutum, eo sublato nepos eam non excludit, vt tradit Bal. in l. sed & milites. ff. de exc. tut. Dec. cons. 451. consil. 461. cons. 553. cons. 559. consil. 625. & consil. 684. Rub. cons. 94. in fin.

22 † Ad ultimum respondetur, non esse necessarium quòd proximior petens inuestiri ob lineam finitam sit hęres vltimi inuestiti, in cuius persona linea finit, maximè quando emphiteusis non fuit hęreditaria, velut recēpra pro se & filiis masculis simpliciter, vt in casu nostro, sicque in feudo declarat ad vnguem Rui. cons. 12. nu. 21. uol. 1. dicens quòd isto casu locum non habet opinio Imo. in d. cons. per Alex. citato in d. l. si mihi et Titio. Atque idem tenet Rip. in l. 1. ff. de priuil. cred. in prin. nu. 8. post

23 Dec. cons. 78. † qui Dec. notabiliter in hac re distinguit in feudo, dicens quòd si à princ. tanquam hæreditarium fuit acquisitum & in alios agnatos secundum formam primæ inuestituræ iure hæreditario translatum fuit, & vassallus vltimus, qui successit & decessit, illud tā quā agnatus & hæres habuerit, pariter agnati qui nunc illud petunt non debent admitti, nisi sint hæredes: quia feudum est hæreditarium secundum tenorem inuestituræ, quæ potius attenditur quàm natura feudi. Et hoc modo Imo. & Docto. debent intelligi, qui de hærede

24 vltimi defuncti loquuntur † sed ubi de tali inuesti-

uestitura non apparet, sed vassallus, qui vltimo decessit vocatus fuit simpliciter iure agnationis, & si ista qualitas in petẽtibus renouatione reperitur, admitti debent, licet non sint hæredes, ut per eum latius, quẽ sequuntur Mod. Galli in appo. ad eum. Et hic est casus noster, nam inuestitura simpliciter pro se & filiis masculis facta fuit, & filius Sebastiani successit vt agnatus, & istæ filiæ pariter sunt agnatæ, ergo debent admitti.

25 † Secundo respondetur, ut per Rui. in d. cõs. 12. nu. 21. vol. 1. qui pariter in feudo loquitur, quòd quamuis feudũ receptum esset pro filiis hæredibus, tamen agnatus non uenit uirtute primę inuestituræ neque tanquam comprehẽsus in ea, sed de nouo inuestiturã petit ex æquitate quadam, ideo vtrum sit hęres uel non curandum nõ vr̃: quia sicut non attenditur, quòd nõ sit de personis in inuestitura compræhensis, ita non debet attendi qualitas, quę personis inuestitis debet coherere.

26 † Tertiò dico, quòd istę filiæ sunt hæredes Protogeni filii d. Sebastiani in cuius persona emphiteusis expirauit per eius mortem sine filiis: quoniam decessit pupillus & ex pupillari sibi per patrem facta uocatę sunt istæ filiæ, ut in testamento patet, per quam pupillo succeditur, in st. de pup. substi. in fin. prin. meritò uerificatur ad vnguem in casu nostro decis. Imol. & Sic omni respectu debent inuestiri.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

## Pro Eximio Iur. consulto D. Io. Petro Bellentano Carpense.

### ARGVMENTVM.

Nunquid audiri quis debeat aduersus pronunciam deseritionis institutæ.

### *SVMMARIVM.*

1 *Relationi notarij stari debet nec reuideri potest ex statuto Ferrariæ.*
*Si decisiua sit non autem conditionalis. 21.*
*Vel si iusta causa sit ei non credendi. 26.*
2 *Sẽtentia trãsit ĩ rem iudicatam si non appelletur.*
3 *Iudex eligere debet quod est minus partibus praiudiciale.*
*Vt pronunciare appellationem non esse desertã. 4.*
4 *Appellatione non esse desertam debet in dubio pronunciari.*
5 *Iustam causam habens litigandi non dicitur in mora fuisse.*
6 *Fatalia non currunt impedito.*
7 *Terminus non currit donec disputatur si iusta causa fuit disputandi.*
8 *Appellatio non deseritur impediti facto iudicis si diligens & solicitus fuit.*
9 *Instantia non currit impedito facto aduersarij.*
10 *Sentẽtia opponi potest de notoria iniusticia ex actis*
11. *Statutum, quòd à duabus sententijs appellari non possit siue iusta, sint siue iniusta, locum non habet si euidens fuerit iniustitia, quoniam poterit appellare.*
12 *Statutum, quòd sententia mãdetur executioni etiã iusta causa non obstante, quomodo intelligendũ sit.*
13 *Dictio nullatenus, est vniuersalis negatiua.*
14 *Exceptio nullitatis aduersus tres sententias reiecta locum non habet in notoria ex actis.*
15 *Lex uel statutum nunquam uidetur tollere probationem quã fit per euidentiam facti.*
16 *Statutum tollens appellationem non debet extendi ad notorium grauamen.*
16 *Iniquitas manifesta idem operatur quòd nullitas.*
18 *Terminus incipere non potuit, si non fuit assignatus.*
19 *Sententia lata contra notorium iuris aut facti dicitur nulla.*
20 *Dictio quatenus, facit conditionem.*
21 *Conditio nihil ponit in esse.*
22 *Statutum, quòd instrumentum habeat executionem paratam, intelligitur de puro non autem conditionali ante purificatam conditionem.*
23 *Puri & purificati idem est iudicium.*
24 *Conditio purificata habetur pro pura.*
25 *Extensio de persona ad personam non conceditur.*
29 *Sententia continens manifestam iniquitatem ex actis non transit in rem iudicatam.*
*Et iudex tantum iudicare debet eam esse nullã. 28.*
28 *Sententia nulla nullum meretur effectum.*
*Et non notificata non praiudicat. 29.*
30 *Statuti uerba ubi cessant ipsum cessare debet.*
40 *Statutum loquens cum aliqua qualitate locum non habet ea non probata.*
31 *Statuti præsupositũ si cessat, cessat & ipsum statutũ.*

*Auxilium meum à Domino.*

## CONSILIVM CXXXIX.

LATO laudo contra magnificum D. Io. Petrum Bellentanum & interposita per eum reductione coram Parpalea Delegato, tandem per ipsum fuit pronũtiatũ, instantiam reductionis fuisse desertam, & subinde commissa fuit executio d. pronuntiæ per Leonium pariter Delegatum, qui ambo fuerunt consiliarii iustitiæ meritissimi. Nunc uero secũdus eorum est consiliarius secretus & signaturę Ducis eminẽtissimi nostri Ferrariæ suis eximiis virtutibus & candidis moribus ad tãtam dignitatẽ delatus. Quęrit̃ ergo nũquid Bellẽtanus corã eo audiri debeat uel prorsus excludi.

1 † Et videt̃ eũ audiri nõ debere. Primò quia d. pronuncia desertionis lata fuit inhærendo relationi notarii causæ, quo stante succedit reformatio noua volens vlterius eam reuideri. non posse, sed quòd ei omnino stari debeat: saluo iure parti contra notariũ q̃ se ex relatione ininstè

læsam

læsam pt̃endat ad omne suũ dãnũ & interesse.

2 † Secundò quia dicta pronuntia desertionis transiuit in rem iudicatam non appellante Bellentano, posito q̃ potuisset appellare ab ea, de quo disputat Lanfrã. in c. quoniam contra, sub. nu. 102. ver. 15. fallit de proba.

Tertiò quia commissa fuit executio d. pronuntiæ, quo casu succedit statutum de execut. sent. volens in effectu nihil prorsus dici posse, sed iudicẽ nihilominus d. sñiam exeq. debere.

At q̃ Bellẽtanus audiri debeat moueor: q̃a d. pronuntia fuit iniusta. Nam notarius retulerat, quatenus instãtia steterit in suspenso à die. 30. Apr. anni 1556. quo renuntiatũ fuit appelli interpositæ ab inter loc. usq; ad diẽ. 31. Mart. 1557. eã nõ esse desertam, quat. verò nõ steterit in suspenso esse desertam, illoq; tẽpore intermedio disputatũ fuerat sup quadã lista expensarũ immoderata lib. 540. & vltra quas petebãt Reallini aduersari, tandemq; per calculatores relatũ fuit d. expensas illegitimè factas, & debitas esse libras 11. sol. 12. tñ. Vnde debuit Parpalea primũ mẽbrũ relationis notarii causæ amplecti, qđ loquiť de instãtia non deserta.

3 † Primò quia hoc erat minus præiudiciale vtriq; parti, & qđ nemini nocebat. l. 1. ff. si quis caut. ibi. neutri litigatorum onerosa. per quem tex. not. Cast. bonam regulam, quòd in dubiis debemus amplecti illã partem, per quam vtrique parti consulitur, & quæ minus est onerosa

4 † Vnde dicit se aliàs allegasse, cum esset quæstio, an appellatio sit deserta, & sint rationes p̃ & contra, inclinandum esse in partem, q̃ nõ: q̃a vtrique parti consulitur, cum neutrius ius lędatur, sed inclinando in partem affirmatiuam ius appellantis esset extinctum. sequitur Alex. ibi. nu. 21. Dec. cons. 439. in prin. & cons. 524. in fi. dec. Neap. 379. in fi. D. m. Rimi. cons. 90. nu. 17. & ibi dixi, in apost. & nunc addo Rol. à Val. cons. 34. col. 1. vol. 3. Dec. in l. quoties nihil. ff. de reg. iur. & ibidem Cagnol. Fely. in c. significauerunt. col. 1. de testi. & Spec. aure. in 6. par. ver. & quandoque appellat. nu. 108.

5 † Secundò, q̃a Bellentanus nõ dr̃ morã fecisse solutioni d. expẽsarũ, cũ iustam causam litigandi haberet, nõ debendo tantã summã, quę petebatur. l. si quis solut. & ibi Sal. & alii ff. de vsur.

Tertiò & melius: quia facto partis fuerat impeditus, q̃ summã tã excessiuã & illegitimã op

6 posuerat † vnde interim fatalia sibi nequaquã currere debuerãt, vt tradũt Dñi de Rota deci. 102. fatalia ad p̃sequẽdũ. in no. & dec. 448. nota q̃ fatalia. ĩ antiq. quos citat uariato nu. Peru. in c. ex rõne. n. 32. & Dec. n. 10. de app. vbi citat glo. nota. in c. venerabilis. de indi. q̃ dicit, q̃ q̃n p̃ cauillationes & subterfugia aduersarii cã p̃celať, instãtia nõ currit, & culpa appellati depre hẽdiť, q̃n succubuit secundum Dec. post Domi nos de Rot. loco cit. idque bene iuri consentaneum est. Nam cum Reallini opponerent, Bellentanum nõ debere audiri, nisi prius refectis expensis, quas ille iustè prætendebat excessiuas esse, prout postea declaratum fuit, quòd tẽ-

7 pus interim sibi non cucurrerit † vt in simili ca su concludunt Cy. Bar. Castr. & Ias. in l. contra maiores C. de inoffi. testa. de comparente cum mandato, q̃ volebat, vt procurator admitti sin minus vt defensor cũ cautione de rato: donec enim super mandaro fuerit disputatum termi nus ei non currit, si iustã causam habuit litigan-

8 di † & sicut appellantis impediti facto iudicis non deseritur appellatio si fuit diligens & solicitus, vt per Ale. cons. 19. col. 2. uol. 1. Spe. aur. loco cit. nu. 419. pariter interposita reductione per Bellentanũ, qui facto partis impeditus fuit in expeditione causæ reductionis p̃p̃ illas tot expensas petitas à Reallinis, in quarum numero ferè prorsus succubuerunt, cum de lib. 540. & vltra redactę fuerint ad lib. 11. & sol. 12. dici debet instantiam reductionis non esse desertã.

9 † Sic enim pro regula constitutum est, quòd si litigator impeditus fuit propter subterfugia & cauillationes aduersarii instantia sibi non currat, vt per illum tex. determinat Bart. & Bald. & Alexan. in addi. in l. si cum ipse. ff. de excu. tut. Abb. cons. 16. 2. par. Spec. aur. in 5. par. nu. 30. meritò notoria fuit iniustitia d. pronuntiæ ad hęrentis alteri membro relationis loquenti de instantia deserta, quatenus non steterit in suspenso: steterat enim, & secundum prius mem

10 brum debuit pronunciari. † Et cum d. iniustitia constet ex actis, in quibus apparet de tam magna summa expensarũ petita redacta ad exiguam, de ipsa nunc opponi põt aduersus illã pronuntiam, per doc. Bar. in l. 1. in prin. ver. op pono supra ne quis eum, ff. de ope. no. nunc. dr̃. n. in tex. q̃ nunciario sperni non debet, siue iure, siue iniuria facta sit. Hoc autem q̃ sperni nõ posit ĩiusta nũciatio, est verũ scđm Bar. q̃n dubiũ erat, vtrũ iusta esset vel iniusta, sed vbi certũ & notoriũ fuisset, illã esse iniustã, cõtẽni po tuisset. Vñ Ias. ibi col. 5. infert ad p̃positũ ex di

11 ctis Bar. iuncto tex. † q̃ si statutum velit, q̃ post duas sñias cõformes, siue sint iustæ, siue iniustę nõ admittať appellõ, & executioni mandenť, si de euidẽti iniquitate apparebit poterit appellari, & de nullitate dici, sequiť Rui. cõs. 138. n. 22. vol. 5. qui p̃ hoc arguit, q̃ sicut vbi prohibeť appellõ à sñia ẽt iniusta per statutum illud nõ habet locum quando constat de euidenti ini-

12 quitate † ita è contra quando disponit, quòd sentẽtia executioni mandetur iusta etiam causa non obstante, debet intelligi, quando causa, quæ allegatur ad impediendam executionem attenta veritate est iusta, sed est dubium, an iusta sit vel iniusta, sed quando notorium est & ex actis constat, quòd iusta sit, tunc audiri de-

13 bet ille qui talem iustam causam allegat † & istud confirmat Ruin. quia licet tex. in clem. 1. de re iud. dicat, q̃ post tres sentẽtias cõformes nullatenus posit dici de nullitate, q̃ dictio nullatenus, idẽ ĩportat, q̃ nullo mõ, & p̃ cõsequẽs

vniuersalis negatiua; vt not.in cle.1. de ęta.&
14 quali. † tamen si de nullitate constat notoriè, & præcipuè ex actis,non intelligit̃ eo casu nullitatis exceptio reiecta,sc d̃m Bal.in l.si vnus.§. pactus.ff.de pact.Bal.& Saly.in l.1.C.ne lic.3. prouo.Imol.& Alex.ĩ l.de pupillo. §. qui opus
15 ff.de oper.no.nunc.cum aliis per eum † potissimè Alex.cõs.186.nu.20. vol.2. dicentem, ꝙ lex vel statutum nunquã vr̃ tollere probationẽ quæ fit pro euidentiã facti, scd̃m Azo. in sum. C.ad l.aquil.& Bal.in rub.C.de proba.col.2.& cum prædictis ẽt cõcordat gl. in c.ex cõquęstio
16 ne.de resti. spol. † volens statutum tollens appellationẽ nõ debere extendi neq; trahi ad casum,vbi cõstaret de notorio grauamine, sequitur Ale.cons.77.col.3.uol.3.Peru. in c.pastoralis.in fi.de appel.Mars.in l.1.n.158.C.de rap. uir.Rui.cons.101.ĩ fi.vol.5.Rol.à Val.con.29. nu.37.vol.1.Vnde concludit Rui. in casu suo nr̃o conformi,ꝙ cum constaret ex actis, quòd appellans fuit impeditus facto per calumniam & subterfugia aduersarii, meritò tales causæ, q̃ allegabãtur ad impendiẽdam executionem, & ad ostendendum,quòd instantia nõ esset perempta,debebãt admitti,quòd in casu nostro debuit considerare Parpalea & pronũciare,instantiam reductionis non esse desertam stante impedimento disputationis dictarum expensarum calumniosè ꝑ aduersarios petitarũ.
17 † Quinimò plus addi potest d. pronuntiam nedum iniustã fuisse,uerũ etiam nullam stante eius notoria iniquitate ex actis apparente: qa manifesta iniquitas idem operat̃ quòd nullitas vt tradit Car. cõs.55.dum Reuerendus,ad fin. post Innoc.ĩ c.cum.Bertoldus.col.2.de re iud. sequitur Fel.in c.inter cæteras.col.pen.eo.tit. ubi communem testat̃,& Vant.in trac.de nulli.sent.ex defec.proc.nu.127.qui & alios citat de quibus per eum.Sed & aliunde surgit aperta nullitas.Nã statutum de compro. col. pe. in cã reductionis,præfigit instantiam,quę est termini.10. dierum, quem iudex asignat ad probandum,quinque ad exhibendum scripturas, &15. ad expediendum causam reductionis. & hæc instantia non incipit nisi à die d. asignationis termini ad probandum, uigore nouissi
18 mæ reformationis quintę † At Parpalea nunq̃ asignauit terminum ad probandum sicq; non potuit incipere cursus d.instantię, minusque fieri deserta,si nata non fuit, cum priuatio requirat habitum.l.decem.ff.de ver.ob.l.manumissiones.& ibi Cas.ff.de iust.& iu.meritò supponens d.ꝓnuncia in causa reductionis Bellentani instantiam dari velut in esse introductam, quod de iure verum nõ erat,cum nunquam incępisset ex defectu termini probatorii non asi
19 gnati dr̃ fuisse nulla: † quia sententia lata contra notorium iuris aut facti dr̃ ipso iure nulla, vt ex multis,quos citat,Fel. tradit in c.qm̃ contra,nu.26.vers.sed stat difficultas.de probat. & Vant.loco citato,qui cõmunem dicit & testat̃.

Sola remanet difficultas.ĩ tollendis cõtrariis, q̃ tñ verè nõ obstant. Nãq; ad primũ de relatione notarii id verũ esset,si pura esset, sed cõdõnalis est.Nam dicit,quat.instãtia steterit in suspenso à tali die vsq; ad talem, nõ esse desertã, quat.verò non steterit in suspenso, esse desertã
20 † Nam illa dictio quat.quandoq; facit conditionem,vt inquit Bar.in l.1.nu. 20.ff. de cond. & dem.vt patet ĩ his relationibus notariorum causarum,q̃ nolunt articulos decidere, sed ita loquunt̃,vt id onus relinquant iudicibus. Vnde sumus extra reformationem præfatam, quę
21 vult stari relationi notarii † nam dẽt intelligi de decisiua,qualis nõ est ista,q̃ conditionaliter loquẽs nihil ponit ĩ esse.l.q̃ sub cõd. ff.de cõd.
22 insti. † & prout in simili videmus in instr̃o,qđ habet executionẽ paratam vigore statuti. Nam intelligit̃ de puro,nõ aũt de conditionali ante purificatam cond.Bal.in l.si ceusam,cir.fi.C.de exec.rei iud.Imol.in l.fi.col.10. ff.de acq.poss. Alex.cons.119.col.2.vol.1.repet.in cõs.20.vo. 6.Soc.cons.89.vol.3.Crau.cons.10.col.penul.

Et si dicatur,ꝙ iudice amplectente caput illud,ꝙ in suspenso nõ steterit,& ob id fuisse desertam,purificata dr̃ relationis conditio, & ea
23 pro pura reputari debuit. † Nam puri & purificati idem est iudicium.l.si pupillus. ff.de cond. inst.l.sed & si de sua.prope fi.ff.de acq.hær.Ias. in l.pecuniam.ff.si cert.petat. & in l.quoties in diem.col.3.ff.de ver.ob.Rui.cons.31.n.4.vol. 4.Pari.cons.11.nu. 64.vol.1.Soc.Iu.cons.113.
24 nu.2.& cons.125.nu.1.vol.2. † & conditio purificata habetur pro pura,Soc.cons.160. n.72. vol.2.sequitur Cefal.consi.272.nu. 60. igitur. d.relationi standum vr̃. Ego respondeo, quòd cum talis purificatio conditionis appositæ in relatione non emanauerit à natario sed à iudice de quo non loquitur reformatio prędicta,ei
25 locus esse non debet † cũ extendi non debeat de persona ad personã,iux.not.ꝑ Aret. & alios post eum ĩ l.Gallus.§.& quid si tantũ.ff. de lib. & post.Ias.in l.cũ res.notab.6.ff.de leg.1.Dec. cons.211.nu.5.Ias.cons.220. col.4. vol.2. cõs. 66.col.8.vol.3.Paris.cons.14.col.2.cons.20.n. 34.& cons.108.n.41.vol.3.Crau. cons.161.&
26 Rol.à.Val.cõs.56.n.24.uol.3. † Secũdò dico, ꝙ licet d. reformatio dicat,standũ esse relationi notarii,tamen debet intelligi,nisi iusta causa sit non credendi.Ang.in l. diuus. ff. de test. mil.cum simil.per Alex.cons.112.col.2.uol.4. repet.cons.47.vol.6.Idemq; si alio modo constet,quòd contenta in relatione non sint vera. Bal.post Butrig.in l.1.C.de re iud.cum sim.per Alex.cons.91.num.8.vol.6.At hic subest iusta causa non credendi, desertam esse instantiam, si nunquam cœpit, & apparet aliunde, quæ de suspensione vel cursu instantiæ dicunt in relatione non esse vera: quia quod non est,nec suspendi, nec currere potest,& defectus termini probatorii demonstrat contenta in relatione non esse vera,meritò illi non est standum.

Ad

27 † Ad secundū verò, ꝙ d. ꝓnuncia transiuerit in rem iud. non appellante Bellentano, respondet, ꝙ cum d. pronuncia contineat manifestam iniquitatem q̄ ex actis dep̄hendit̄, vt supra dixi non transiuit in rem iud. ita not But. in c. suam pen. not. de p̄n. sequitur Fely. in d. c. inter cęteras. col. pe. de re iud. Secundò cum nulla fuerit dicta pronuncia ea nullitate, q̄ ex processu dicitur: quia non fuit assignatus terminus proba-
28 torius vnde nasceret̄ instantia † iudicis partes duntaxat esse debere in pronūtiando, eam esse nullam, nec vlterius in meritis causæ procedere. Bal. in l. 2. q. 14. C. de resc. vend. Imol. in l. si expressim. vers. circa tertium de appel. cum aliis per Alex. cons. 78. prospectis verbis. col. 1. vol. 2. cons. 53. col. 4. vol. 5. Dec. cons. 483. co. 2. Peru. in c. dilecto. q. 41. de appel. Abb. in c. cum dilecti. not. 4. p̄ illum tex. de emp. & ven. Vant. in tract. de null. sen. ex defec. proc. n. 7. qđ ea ratione comprobatur: q̄a sn̄ia nulla nullum ꝓducit effectum l. 4. §. condemnatum. & ibi Doc. ff. de re iud. Rol. à Val. cons. 39 nu. 13. vol. 1.
29 † Ad tertium de executione pronunciæ commissa respondet̄, ꝙ cum nunquam fuerit notificata Bellentano, ei non p̄iudicat. l. Labeo. vbi Bar. & alii. ff. de iureiu. Alex. cons. 34. in fi. uol. 1. D. m. Rim. cons. 66. col. 1. & 3. Bellentanus igr̄ dr̄ esse ante executionem cōmissam postquam sibi non nocet ut ei non notificata, sicq́; cessat statutum de exe. sen. sed & alio respectu locum non habet in p̄senti casu: q̄m loquit̄ de executione sn̄ię, cōtra quā nihil dici posit p̄ condēnatum. At ꝓnuntia desertionis instantię lata p̄ Parpaleam non condemnauit Bellentanum in aliquo sed laudum tm̄ p̄cedens, & ab alio latū
30 fuit executus, † meritò cū cesset uerba statuti, debet & ipsum cessare. l. 4. §. toties cum ibi not. ff. de dam. infe. & quando statutum loquit̄ cum aliqua qualitate, si non ucrificat̄ illa qualitas, cessat d. stat. Bar. in l. 1. ff. ne quid in flu. pub. Io. And. in c. 1. de homi. in 6. Ale. cons. 161. uol. 5. Dec. cons. 18. nu. 4. cons. 44. in prin. cons. 356. nu. 4. cons. 550. nu. 4. & cons. 589. n. 7. Mar. sing. 187. Rub. cons. 16. nu. 14. D. m. Rim. cons. 58. in
31 fin. & cons. 114. nu. 8. † & ubi cessat præsuppositum legis aut statuti cessat lex uel statutum l. mancipia. ubi Ful. Alex. & alii. C. de seru. fug. & ex his tollunt̄ contraria, sicque Bellentanus audiri debet super eius reductione pronuntiando eam deuoluere, non obstante d. desert. & eius executione, ut iniquitas & nullitas laudi maxima tandem detegatur.

*Hippolytus Rimin. Ferrar*

## Pro honesta D. Iulia Passarina.

### ARGVMENTVM.

De legitima & residuo dotis consequendo.

### *SVMMARIVM.*

1 *Clausula sola veritate facti inspecta, tollitur omnis ordo iudiciarius.*
*Reusque condemnari potest licet vna causa deducta sit & alia probata.* 2.
*Et in alio quam petitum sit.* 3.
4 *Statutum de indemnitatibus mulierum locum non habet quando mulier tractat de acquirendo.*
5 *Statutum de succ. ab int. mandat dotari filias dote non minore legitima.*
6 *Legitima non patitur dilationem.*
*Nec onus legati.* 7.
8 *Filia non potest in dote grauari quatenus est infra legitimam.*
*Et si grauata fuit fideicommisso reijcitur onus fideicommissi.* 9.
10 *Citatio non requiritur eorum quorum interest in consequentiam.*
*Exēplū de substitutis quādo agitur cōtra haredē.* 11.
*Crottusq́; damnatur.* 12.
*Per Socc. Iun.* 13.
*Sicut & distinctio Alexandri.* 14
15 *Sententia nocet substitutis lata contra haredem tamen appellare possunt.*
*Nisi sćientiam habuerint & infra tempus non appellauerint.* 16.
17 *Emphyteusi finita proximior comparere potest & petere se inuestiri.*
18 *Legitima transmittitur ad haredes.*
19 *Emphiteusis quādo veniat in cōputatione legitimæ.*
20 *Filius legitimam consequi debet arbitrio boni viri.*
21 *Occupatio de facto non præsumitur.*
22 *Iniuria non fit volenti.*
23 *Bonorū valor attenditur in legitima tēpore mortis nō autem si postea facultates auctæ sunt in precio.*

*Auxilium meum à Domino.*

## CONSILIVM CXL.

DOMINVS Nicolaus de Passarinis instituta mr̄e & post eius mortē substitutis quibusdā extraneis, iure institutionis reliquit Do. Iuliæ tunc infanti filiæ suæ legitimæ & naturali pro dotibus suis cū nupserit scutos 2200. eāq; interim ali iussit, quo mortuo cōsecuta fuit ab auia iure medio legitimā in tot bonis īmobilibus ęstimatis, & auia mortua nupsit petiitq́; à substitutis residuū vsq; ad Δ. 2200. cuius intētio iuridica ē tā circa ꝓcessū q̄ merita; nō attētis q̄busdā friuolis obiectis ex aduerso.

Primò namq; circa libellum suū considero, ꝙ residuū petitū fuit pro dotibus suis. iux. tenorē testī, quo stāte succedit statutū volens, ꝙ causæ dotales, quando mulier petit sibi dotē dari, sint summariæ & in eis vindicent sibi locū oīa & q̄cunq; disposita in stat. qui. casi. sum. ꝓced. quod disponit, nedum ꝓcedi posse summariē
1 sed etiam sola facti veritate inspecta † & ita signāter ī fi. libelli d. clausula fuit adiecta, cuius vis est tanta, ꝙ tollit̄ oīs ordo iudiciarius, cū talis commissarius habeat iudicare sicut princeps vel Deus, q̄ non seruat ordinē iudicariū, vt dicit Bal. in c. 1. §. inuestitura, col. 2. de nou. for.

fidel.& in l.fin.ī prin.col.2.C.de iur. delib. vbi
dicit,ꝙ Deus iudicat sola veritate inspecta non
attēta dispositione iuris, Rom.cōſ.20. viso pun
cto.cit.fi.& post cū Mād.Rom.in addi.Ale.cōſ.
6.col.1.vol.3.Aret.conſ.84. diligēter, cum si-
mil.per Dec.in c.dilecti.col.2. de iud. & in c.
qm̄ contra,not.4.de proba.Grā.dec.19.n.4. &
5.Cesa.cōſ.163.n.16.idemq; docet amplè Io.
2 Bap.Asinius ī praxi iudiciorū.§.3.c.3.† imò ve
rò tali casu reus cōdēnari pt,licet ī libello dedu
cta sit vna causa & alia probata.Butr. cōſ...viso
puncto, Alex.in l.ita stip.§. Grisog. col. 10. de
uer.ob.Marſ.sing.272.Pariſ.conſ.131.nu. 14.
vol.1. D.m.Rimi.conſ.571.nu.17.Crau. conſ.
210.col.fi.Dec.in d.c.dilecti.Georg.Natt.post
Io.And.Butr.& alios ī cle.sæpe.§.non fit t.i.de
uer.sig.Crau.conſ.198.n.8.Silua.cōſ.57.n.41.
3 Burlat.conſ.27.nu.3.† Et vt addit Gram.conſ.
94.in ciuil. iudex potest iudicare in alio quam
sit petitum. Simile videmus, eiusdem clausulæ
virtute possessorium & petitorium simul cumu
lari & intentari posse,vt uoluit Crau.conſ.182.
n.14.Brun.conſ.21.n.8.& amplè de hac clausu-
la & eius effectu ponit Senat. Pedē.dec.1. nu.
12.15.20.25.& seq.Port.Imol.conſ 150.nu.1.
Quare de uiribus libelli & iudicis ptāte nō est
ambigendū: qm̄ non solum fuit expresſū peti-
tūq; super omnibus & singulis ius fieri & iusti-
tiā ministrari sed additū fuit, summariè, simpli
citer,sine strepitu &c.& sola facti veritate īspe-
cta. iux. formā iuris & statutorū in materia lo-
q̄ntiū,meritò qđcunq; remediū cōpetens fuit
intētatū,iudexq; supmā hēt potestatē iudicādi
scđm veritatē cęteris apicib. iuris ꝑtermissis.
Nec mādati sui ꝓcuratoris defectus allegatus,
vt factus sine iudicis & ꝓpīquorū īteruētu sub
sistit: id.n.locum nō habet in cōstitutionib.ꝓ-
curatorum ad cās,vt in statuto de indem.mul.
4 ad fi.† cum potissimè per id mādatum D.Iulia
tractet dotē suam conseq.& acquirere, quare
nō licet defectū solēnitatū cōtra eā obiicere.
Caſ.cōſ.91.col.3.vol.1.Abb.cōſ.12.col.2. vol.
1.Nec est uerum ei legitimā nō dēri, stātib.sta
tutis eā priuantibus: qm̄ procedunt stantibus
descendentibus vel ascendentib. masculis, vt
colligit̄ ex statuto,ꝙ filia sit cōtenta &c. ibi,dō
nec aliq de descendentibus vel ascendentibus
masculis existant.Hinc.n.patet ꝙ statutū non
simpliciter excludit filiam stante masculo sed
temporaliter,donec sup sit masculus, & sic de-
ficientibus masculis reintegrat̄ ad successionē
p̄ris,secūdum magis cōem conclusionē, quam
tenet Bat.ī l.fi.ff.ad tertul.Bal.Saly.& Mod.in
l.si Auus.ff.de pac.cum simil.ī terminis similis
statuti p Soc.conſ.63.col.2.vol.1.& huiusmet
idē Soc.cōſ.76.col.1.uol.3.& Soc.Iun.cōſ.76.
5 n.113.uol.1.† sed & accedit aliud statutū cla-
rius de suc. ab int.ꝙ cessantibus descendentib.
ascendentib. fratrib. f̄rmq; filiis masculis vult
filias esse dotatas dote nō minori legitima, quaſ
que ad supplemētum legitimę agere posse. qua
re cum hic tales masculi non extent,clarum est
huic D.Iulię legitimā fuisse debitā, & quate-
nus sibi fuerūt relicti scuti.2200. pro dotibus
suis,cū nupserit,in qua summa cōtinebat̄ legi-
tima sua,clarū est,ꝙ ipsa statī petere potuit d.re
6 lictū,quatenus erat ītra legitimā,† nec fuit ob
ligata expectare tēpus nubilis ætatis, sed illud
on' dilationis d. tēporis reiicere potuit, vt pul
chrè tradit Sal. in l. qm̄ in prioribus.q.fi.C.de
inoffi.test.quē sequit̄ Sigiſ. Lofred.cōſ.26.nu.
34.Si.n.statuto cauet̄,ꝙ filia sit cōtēta illa quā
titate, quā p̄r ei reliquerit, & sic depēdere ui-
deat̄ dispositio ex arbitrio p̄rno,& cōtīgat p̄rē
relinquere filiæ certā quātitatē minorē legiti-
7 ma,eiq; certū onus apposuerit † quāuis filia te
neat̄ vigore statuti cōtētari de quātitate relicta
nō tm̄ tenet̄ subire onus annexū legato: quia in
statuto nihil de onere disponit̄,& sic locus erit
iuri cōi,qđ illud obseruare nō tenet̄. Vñ pari-
ter hic vbi relictū legitimā trāscēdit dici dēt,
ꝙ D.Iulia potuerit tm̄ de illo petere,qđ ad legi
timā sufficeret statī nō expectato tp̄e nuptiarū:
8 qa d.onus respectu legitimæ de iure reiicit̄† &
hoc ī terminis ferè n̄ris tradit Bar.in l fi.§.filiæ
ff.de leg.2.ubi tenet,ꝙ filia nō possit ī dote gra
uari quat.est intra legitimā: quia dos imputat̄
in legitimā.l.qm̄ nouella.C.de inoffi.test.& de
legitima subducit̄ oē grauamē.d.l.qm̄ ī priori-
bus.idemque tradit Cyn.ī l.vnica.§.videamus
9 ad fi.C.de rei ux.act. † ubi dicit ꝙ si p̄r dotauit
filiā simpliciter,& postea eā instituit in dote,&
ei per fideicōmissū substituit, quat.est in legi-
tima reiicit̄ subst.tanq̄ onus. Ideq; tenent Bal.
Sal.& Cast.in d.l.qm̄ nouella.Cast.& Alex.in l.
à filia.ff.ad Treb.& Roder. Suarez in d.l.qm̄ in
prioribus,amplia.12.col.1.& 2.quare sicut ibi
reiicit̄ illud onus substitutionis adiectū relicto
dotis quat.illa dos est infra legitimam, pariter
in casu n̄ro dēt onus dilationis tp̄e nuptiarū
reiici,quar.d.dos relicta D.Iulię fuit īfra legiti
mā & ideo rectè summa taxatā ꝓ legitima statu
ti cōsecuta fuit nō expectato tp̄is nuptiarum.
10 † Quod verò dr̄, assignationem d. legitimæ
nō fuisse legitimè factam,ueluti nō uocatis ad
uersariis de quorū pręiudicio agebat̄, est cōtra
receptissimam Doctorū cōclusionem in l.filius
fam.§.diui.ff.de leg. 1.vbi tenent, ꝙ sñia lata
cōtra prohibitū alienare pręiudicet illis,quorū
contemplatione facta fuit prohibitio licet non
citatis: quia ius defensionis principaliter spe-
ctat ad prohibitum. vñ non sunt citandi, q in
cōsequētiam vel secundariò lędi possūt,ut est
gl.sing.in l.de vnoquoq;.ff.de re iud. quam co
mēdāt Ang.Imol.& Mod. maximè verò Marſ.
n.57:sicq; tenet Ang.Flor. Imol.Cum.Alex.&
Iaſ.ī d.§.diui.vbi Iaſ.nu.47.communem testat̄
lect.1.& 2.nu.91:& Senat. Pedem.dec. 157.n.
3.post Alex.conſ.86.n.3.& cōſ.156.vol.2. Fel.
in c.exhibita, in prin dè iud.& in c. illa ꝓposito
11 rum.col.1.de acc.Cur.Iu.cōſ.111.l fi.†qn & in
spē tenēt doc.ī d. §.diui. ꝙ qñ iudicium dirigi-
tur

tur aduersus hęredē, substitutus non sit citandus ꝑ l.1.§ pen.ff.de vent.inspi.Bar.in l.in diē ff.de aqua plu.arc.& ꝙ sententia lata cōtra hęredē mādetur executioni cōtra substitutū ꝑ l.ex cōtractu.ff.de re iudi. sicq; tenēt cōiter Doct. vt
12 refert Rip.n.60.in d.§.diui.† & licet Crot.nu. 44.limitet hāc cōclusionē procedere,quādo facta fuerit citatio saltē per proclama generale, secus aūt quādo nullo modo per doct.Bar.in l. si eo tēpore.C.de remiss.pig.cū aliis de quibus per eū,sequitur Marsi. in d.l.de vnoquoq;, nu. 57.tamē.Soc.Iun.nu.137.in d.§.diui.& bene,
13 eū impugnat † qm̄ ille tex.& alia iura,quæ pro cōi citāt,nō faciūt mētionē de aliqua citat. & ad doct.Bar.prçallegatā respōdet,ꝙ procedit, quādo quis habet ius de præsente, tamē ignorat,& ob id nō pōt particulariter citari, vt contingit in creditorib.anterioribus,de qbus Bar. loquit,nos aūt loquimur in substitutis, qui de prçsenti ius non habebant, q contra hæredē
14 fuit actum.† Nec alia distinctio procedit,quā ponit Alex.& Ias.in d.§.diui.lect.2.nu.93.vide licet citationē non requiri quò ad validitatē actus, secus quò ad præiudicium fideicomissarii, cui pariter adhæret Senat. Pedem.loco citato nu.9.quoniam repræhendit eā Soc.Iun. in d.§.diui. nu.135. per illum tex.ibi fideicōmissarii quoque fortunam communem sequūtur,nam ponitur ibi ꝙ eis præiudicetur, & tamen nihil dr̄,ꝙ citentur, & vt ibi plenius ꝑ eū.
15 † Pariq; modo nō obstat alia limitatio.Doct. sententiā quidē substitutis nocere sed nō eodē modo quo hæredi nā potuerūt appellare licet ille nō posset,vt lapsu 10.dierū exclusus, sic.n. firmat Rip.nu.62.post allegatos ꝑ eū & Crot. post.Alex.nu.45.nō proponit, ꝙ isti substituti sciētiā habuerūt d.assignationis factæ D. Iuliç d.bonorū pro legitima,cū mortua Auia petierint se mitti ī possessionē bonorū testatoris & D.Iulia se opposuerit uigore d. assignationis & ipsa remanserit in poss. bonorū assigna
16 torū,prout fuit declaratū † & ita d. substituti sciētiā habuerūt iudicii & sententiæ latæ cōtra auiā hæredē,& t nō appellarūt infra tēpus ꝑfixū,imò verò per annos octo tacuerūt, vt proponit v nūc aliud dicere nō possūt,quia uidētur illi iud.& sententię acquieuisse,ita Soc.Iu. in terminis cōcludit in d.§.diui.nu.138. quod b notādū est & sufficere dēt præter Marzariū Epitomes fideicomis.par.3.q.72.q varias opi. refert & aliā Socini Iuni.cons.181.nu.89.vol. 2.quç cum rei nostræ non seruiat missā facio.

Et ī quātū subiiciūt aduersarii nō fuisse demōstrata quędā bonā emphit. posita in loco S. Alberti,qđ si factū fuisset,assignatio nō fuisset facta de tot bonis D.Iuliæ Vñ prætēdūt in hoc se lęsos vereor ne hoc argumētū ꝓsit eis sed po
17 tius noceat † aut.n dicimus,quòd emphiteusis mortuo D.Nic.nō duraret,quia inuestitura loqueret de filiis & descendentibus masculis, & tunc D. Iulia velut proximior descendens: quia filia,potuisset cōparere,& petere se inuestiri,& si denegatum fuisset,potuisset appellare secundum Bar.& Ang.in l.1.§.permittit. ff. de aq.quot.in l.1.in fi.ff.de priuil. credi. & in l. si mihi & Titio. in fi. ff.de ucr.ob. Alex.cōs.80. vol.1.col.5. cū simil.à Paris.cumulatis cōs.28. in prin.vol.1.Rol.à Val.cōs.3.nu.40.vol.1.Et hoc casu assignatio facta pro legitima. D.Iuliç rectè processisset:quia de aliis bonis eā cōsequuta fuisset,& hęc bona emphiteutica præter
18 legitimā consequi potuisset suo iure † Aut verò dicimus,ꝙ ī inuestitura non fuisset comprænhensa d.D.a Iulia:quia recepta fuisset pro se & hæredibus ( qualis ipsa non est) & emphiteusis hoc casu in legitimam imputata fuisset,uelut ad hæredes transmissibilis, ut per Bal. in l. omnimodo. §.imputari.C.de inoffic. testa. & Rip.in l.in quartam.nu.177.ff.ad l.Falc. Saly. in l.scimus.in prin.C.de inoff.testa.Bal.in l.2. q.fi.C.de lib.præter.Ias.in l.si arrogator.n.18. ff.de adop.& in d.l.scimus in prin. Alex. cons. 54.col.3.uol.2.Soc.cons.92.uers.cir.secundā. vol.1.Boer.dec.250.col.3.sub nu.5.vnde sic d. bona emphiteutica hæreditatē D. Nic. magis locupletasset,& ita D.Iulia maiorem legitimā fuisset consequuta, nil ergo plus habuit, vt ex
19 aduerso supponitur.† Aut verò recepta fuit de d.emphiteusis pro se & liberis, & hoc casu distinguendū esset inter emphiteusim nouā, vt à patre receptam,& antiquam à progenitoribus ante patrē receptā.Primo casu veniret in computatione legitimę,secundò secus,vt post multos distinguit Rip.loco citato n.179.Vnde vtcūque res esset aduersariis non prodesset. Nā primo casu legitima maior redderetur, quàm D.Iulia cōsequuta sit 2.remaneret in suo statu, ꝑut fuit assignata, & D. Iulia bona cōsequeretur iure inuestituræ. Quare sic oēs casus discurrēdo, patet obiectū partis ei nullatenus ꝓdesse.
20 † Quod uerò dr̄, filium non posse consequi uelle legitimā hic aut illic sed arbitrio boni uiri,bonaque per D. Iuliam de facto fuisse occupata & in maiori quātitate. Fidelius proponi debuit.licet.n.concedamus filio assignandā esse legitimā ī vna vel pluribus rebus arbitrio iudicis,vt concludit Bar.in l.suus quoque,in fin. prin.ff.de hær.inst.cū simil.per Alex. in d. l. in quartā.col.13.& in l.Marcellus.§.res,quæ.col. fi ff.ad Trebel. ubi testatur hanc esse cōem, sequitur Dec.cons.81.nu.7.Rube.cons.156.col. pen. D.m.Rimi.cons.109.n.4. & cons. 160.ꝑ tot.& ita nō sit in ptāte filii sibi legitimā pro li
21 bito eligere † tamen tantū abest, ut dicamus D.Iuliā eam de facto occupasse,nec id constat, nec præsumi debet, agum. l.meritò.ff.pro soc. sed aut dici dēt autoritate iudicis id processisse,aut de communi consensu suo & Auię hæredis & ita legitimè nedum primo sed & secūdo casu. Nam cū ius repugnet, ꝙ filius eligat sibi legitimam in vna re inuito hærede, vt tradit Imol.Alex.& nouissimi,quos refert Rip. ī d.l.

in quartam.nu.111.datur intelligi, q eo cōsen
22 tiente & uolente filius possit id facere † quia volenti non fit iniuria. l.1.§.si vsq; adeo.& ibi Bar.& Alex.ff.de iniur. Bar.in l.quamuis.ff.de in ius uoc.Bal.in l. si pater. in 10. oppo. C. de inst.& subst. Nec quæ de maiori quantitate dicunt vt tornaturis.64.pro 50.iustificanē,& quādo sic esset, titulus excusaret à fructibus perceptis & à solo separatis D.Iuliā.l.bonæ fidei. ff. de acquir. rer.dom.§.si quis à nō domino,inst. de rer.diuis.Saly.in l. certū. C. de rei vind. & ob id in sortē residui sibi relicti minimè veniūt imputandi, prout ex aduerso supponitur.

Et ad ęstimationē bonorū aliàs assignatorū quæ nūc fieri petiē habita rōne præsentis tēporis, respōdeē, talē petitionē iuris errorē mani-
23 festū cōtinere † qm̄ in legitima valor bonorū attēdiē tēpore mortis paternæ nō aūt q postea fuerit auctus aut diminutus.l. cum quęriē.ibi mortis tēpore, auth.nouiss.ibi. ex substātia deficiētis.C.de inoffi.test.Bal.in l.si qua pœna.ff. de his q sunt sui.Cast.in l.in rōne.2. in prin.ff. ad l.Falc.cū simil.per Ias.in d.auth.nouiss.col. 1.Rube.cons.34.nu.2.plenè Curt.cōs.fi.col.2. Cagnol.I l.Papi.§.quarta.ff.de inoffi.test. Rip. in d.l.in quarta, nu.46.meritò æstimatio aliàs facta legitimè facta fuit, cū tūc tpis deberetē legitima, tuncq; domina facta fuit D.Iulia d. bonorū,& ob id nunc nihil dici pōt, vt q bona restituanē aliàs assignata sed residuū relicti à lib. 4279.6.8. usque ad scutos 2200. dēt satis fieri D.Iuliæ in numerato vel tot bonis per peritos æstimādis, iux.formā statuti Bagnacaualli ī defectū pecuniæ, qđ in hoc casu locū dēt habere secūdū regulā ab eo positā, postquā nō seruiūt exceptiones. Et ita remotis cōtrariis cōcludo.

*Hippol.Riminal.Ferrar.*

## Pro magnifica D.Iulia de Arimino.

### ARGVMENTVM.

De substitutione, cui locus esse non debet, & de renunciationibus, quę mulieri non obstant, neque præiudicant.

### *SVMMARIVM.*

1 *Dictio. Si. facit conditionem.*
2 *Substitutio conditionalis per euentum conditionis efficitur pura.*
3 *Trebellianica cessat in ecclesia vel pia cā substituta.*
4 *Substitutionem hoc casu non loqui dici potest, nec in ea fit extensio de persona ad personam.5.*
5 *Extensio de persona ad personam non conceditur in substitutione.*
*Quando persona substituti variatur.*
*Nec strictè nec largè comprehendi potest alia persona sub expressa.6.*
7 *Mater relinquere potest filio sic ne patri quaratur vsufructus.*
*Nedum expressè sed etiam tacitè.*
*Secus tamen respectu legitimæ.8.*
9 *Testator potest hæredem priuare & in alium transferre si contrauenerit.*
10 *Substitutus sub duplici cōditione nō admittitur nisi vtraq; verificata, etiam si alternatiuè fuerint apposita conditiones.*
12 *Renunciantibus iura sua non datur regressus.*
13 *Actus reiteratus præsumitur deliberatus.*
14 *Renūciatione facta cū iuramēto deceptio præter dimidiā deduci non pōt, nisi grauis fuerit læsio.32.*
15 *Scienti nō competit remedium leg.2. C.de resc.vēd.*
16 *Filia quando dotatur à patre facultates patris nō attenduntur.*
*Et quod patri competens visum fuit non debet alteri incompetens videri.*
*Nisi magnus excessus ī ea dotāda ītercesserit.20.37.*
17 *Statutum filiam dotatam excludens non ligat dotatam ex proprijs bonis.& dicenti eam de bonis patris dotatam incumbit onus probandi.18.*
19 *Filius institutus à patre de proprijs bonis filij non dicitur institutus sed præteritus à patre.*
21 *Dos cōpetens intelligitur vsque ad legitimam.*
22 *Soror fratri renuncians cum iuramento prætextu læsionis enormis potest contrauenire.*
*Et iuramentum tanquam captiosum relaxari debet per Episcopum.23.*
*Vel per alios præsides.24.36.*
*Immo nec est absolutio necessaria.25.*
25 *Dolus ex magna læsione præsumitur.*
*Renunciantes audiri data magna læsione.26.*
*Etiam si minor iurauit non venire contra ratione minoris ætatis.vel alia ratione vel causa.27.*
*Et si renunciauerit omni iuris & legū auxilio.28.*
*Et enormissima læsione.29.*
30 *Renunciatio geminata non impedit reclamare prætextu læsionis enormissimæ.*
*Et id curans auget peccatum.31.*
33 *Aequitati nitens iuramentum non curat in casu læsionis enormissimæ.*
34 *Iurans certus de facto sed ignorans sibi beneficiū de iure competere excluditur ab eo.*
*Secus si factum ignorabat.*
35 *Iuramentum non supplet consensum.*

*Auxilium meum à Domino.*

## CONSILIVM CXLI.

*Domina Laura de Arimino Franciscum filium instituit hac conditione, quòd vllo vnquam tempore vel aliquo modo bona testatricis, vel eorum fructus non conuerteret in vtilitatem aliquam Domini Eusebij patris & mariti respectiuè, quòd si contrafecerit in totum vel in parte, tunc & eo casu hæredē instituit & substituit Iuliam eius filiam. Et si d.Franciscus quandocunque decederet sine filijs & cum effectu obseruauerit omnia supra dicta substituit d.filiam pro dimidia & pro alia conuentum fratrum sancti Dominici. Mortua testatrice filius in vtilitatem patris fructus bonorum matris conuertit per plures annos, demum sine filijs decessit relicta superstite Iulia sorore contra quam d.Fratres sancti Dominici*

*nici literis mouerunt praecedentes se vocatos ad dimidiam bonorum d. Testatricis.*

ET prima consideratione uidebatur eis famulari verba testamēti vocantis eos ad dimidiam, si Frā-
1 ciscus sine filiis decederet † dato.n. q subssō fuerit cōdōnalis considerata illa dictione si, vt ad plenū tradit Bar. in l.1.col.2.q.1.ff.de condi.& dem.tamen quia d. Fransc.mortuus est sine filiis, in quorū defectu substō d.fratrum facta fuit, conditio ipsius substitutionis dr cessisse & venisse l. cedere diē.ff.
2 de ver.signi. † per euentū.n. conditionis substō condōnalis effecta fuit pura. l. fi. §. 1 .ff. de vul.& pup.Bal.in l.cum test. in fi. C. de manu. testa. Aret.in l.fi.§.cum mihi.ff.de ver.ob.& cōsequēter cū cōditio fideicōmissi & substitutionis venerit & ipsum fideicōmissū fuerit purificatū, restitutio illius faciēda ē. d. fratribus substitutis l.pen.& fi.C.ad Treb.& tradit Bal. cōs. 286.super 1.vol.3. sicque praecisè cōcludit Paris.consi.26.col.2.nu.7.vol.2.† & hęc restō fieri
3 debet sine vlla detractione Trebellianicae cum ecclesiae & sic piae causae facienda sit, prout latè tenent Bar. Castr. Alex.& Soc. in l. Marcellus. ff.ad Trebel. vbi Ias.infinitos accumulat, qui communem testantur, vt & Ange.ibi Abb.cōs. 60. viso testamento. Calde.consi. 40. de testa. Roma.consi.239.& Alex.consi. 1.uol. 3.

Istis tamē non obstātibus contrariū de iure concludēdū est omnino. Nā considero, q testatrix duas diuersas substitutiones fecit. Prima fuit, q si Frāciscus aliquo modo cōuerterct fructus bonorū ipsius testatricis ī vtilitatē p̄ris sui
4 uocauit Iuliā eius filiā † & quoad hāc substitutionē nō uideo quoquo modo nominatos fuisse d.fratres sancti Dnici, & propterea bene dici pōt, quòd de ipsis non loquitur substitutio praedicta, vt tradit Ioan.And.in addi.Spec.tit. de test.§.1.vers.occurrit in fi.Soc. alios cumulās cōs.62.nu.6.vol.3.& Soc.Iu.cōs.102.n.23.
5 vol.1.Crau.cōs.161.nu.16.† & in materia substitutionis pro regula cōstitutū fuit, q de persona ad personā nō extēdatur.l.si quis ita.§.pen. ff.de test.tut.quā regulā ponit Aret.in l.Gallus §.& quid si tn̄.col.5. ff. de lib.& post.sequitur Dec.cōs.218.nu.9.cōs.287.nu. 8. & cōs. 394. num.8.Mars.Sing.499.Alci. lib. 3. de uer.sig. col.3.Rub.cōs.31.col.2. Ias.cōs.220.col.4.cō. 228.col.2.uol.2.cōs.66.col.7.vol.3. Andr.Tiraq.in l.si vnqnā.vers.libertis.nu.23.C.de reuoc.donat.Soc.Iu.cōs.185.n.11.lib.2. Neuiz. consi.31.nume.21.Cefal. concinis meus consi. 269.nu. 13.vol.2.firmaq; remanet omnino d. regula q̄ persona substituti variat, vt tradit Bar. in d.l.Gallus.in prin.col.pen.nu.9.Imol.p illū tex.in l.si pater filiū impuberē.ff.de vul.& pup. Ang.in d.§.& quid si tn̄,col.3.Cuma. & Alex. in l.nā hoc iure.col.3.ff.de vul.& pup.& in l.1. eo.tit.nu.11.Soc.n.22.limit.2.Rip.n.92. Soc. cōs.77.col.pe.vol.3.Dec.cōs. 394.n.7.Guliel. de Bened.in c.Rainutius.in ver.si absq; liberis nu.26.de testa.quę fuit etiā mēs Saly.in l.fi.C. de post.haered.insti.quat.dixit,dispositionē factā erga vnā psonā ad aliā nō extēdi, & sic lo-
6 quit̄ de persona substituta & honorata,† maximēque procedit d.regula, qn̄ nec strictè nec largè lato sumpto vocabulo alia persona poterat cōprachēdi, prout tradit Gozad.cōs.59.nu.22. & qn̄ casus fuit omnino omissus, vt tradit Cur. con.121.nu. 11.quae hic verificant̄.Na q uocata Iulia censeatur vocata ecclesia sancti Dominici seu illius fratres, verba nullo modo etiam largè conueniunt, nec q illi dicant̄ uocati, casu quo Fransc.cōtrauenerit cōuertēdo fructus in vtilitatem patris, si hoc omnino fuit omissum respectu d.fratrū, quare patet primā substitutionem nullatenus eis conuenire.
7 † Nec ambigi debet, quin ista mater filio relinquere potuerit, ne fructus ponant̄ ī vtilitatē patris sui, & sic ei nō quaerantur, vt est casus in auth.ut lic.ma.& au. in prin. & in auth.excipitur.C.de bo.quę lib.cum id nedū expressè dicēdo fieri possit, vt in d.iuribus, sed etiā tacitè putā si filio relinquat̄, vt ei soluat̄, & sic tacitè q patri non quaeratur, vt per Cast.loco citato per tex.& ibi glo.& Bar.in l.si vsufructus.§.si ita.ff. qū di.leg.ced.quo fit idē dici debere in casu nr̄o.Nam prohibito, fructus conuerti in vtilitatem patris, tacitè vr̄ prohibuisse, ne patri quę-
8 rerent̄.† Et licet respectu legitimae filio cōpetē tis hęc conditio nō potuisset apponi, secūdum Ang.& Castr.ibi, quos ego sequor & cōprobo in.§.1.nu.102.insti.per quas perso.& nunc ibi dem addo Fulg.& Cor. Vnde fructus pro rata legitimae potuisset filius in beneficium patris dispensare, tamen praeter legitimam id facere nō potuit, nec cōtrauenire, vt supponitur in facto eū fecisse, & contraueniendo potuit priuari haereditate trāslata in filiam.l. vnica. & ibi
9 Bal.opp.5.C.de his quae pęnae nom.† ubi Cor. in priu.dicēs haec omnia pēdere à volūtate testatoris, tā respectu priuationis, quàm trāslationis in aliū, sequit̄ Paris. consi. 26.col.2.uol. 4.

Altera igit̄ est secūda substitutio, q si casus acciderit, q d. Franciscus quādocunq; decederet sine filiis legitimis & naturalibus & cū effectu obseruauerit oīa suprascripta, q̄ sunt de nō cōuertendo aliquos fructus bonorū testatricis in vtilitatem patris sui, substituit d.Iuliā in dimidia & ecclesiā & cōuētū S.Dominici in alia dimidia, q̄ nec euenit, nec pereā d.Fratres ad
10 mitti possūt † cū.n.vocati fuerint sub duplici cōditione, prima quae tātū purificata sit nō aūt secunda substitutio cessare debet, cum necessariū erat vtranq; purificari, vt substitutio locum haberet. l. generaliter. in prin. C. de insti.& substi.vbi est casus in fortioribus terminis, videlicet in substitutione facta sub pluribus cōditionibus alternatiuè positis, quae tn̄ locū nō habet nisi oēs illę cōdōnes fuerint purificatae: qa

alternatiua resoluitur in copulam, ut Bartol. Alex. Ias.& alii declarant ibi, rationes afferentes vt per eos,& in terminis nostris in substitutione sub duabus cōditionibus copulatiuè positis facta tradit Paris.cons.15.col.2.vol.3.licet igitur Franc.decesserit sine filiis: quia tamen conuertit fructus in vtilitatem patris, nec in hoc seruauit dispositā per testatricem nō debent d.Fratres admitti: quia vtraque conditio sub qua uocati fuerunt non fuit purificata, nisi forte respectu legitimæ d. filio competentis secus dicamus, in qua d. præceptum non valuit,ut supra dixi. Verum ad eius dimidiam posset venire,cum alia cedat Iuliæ ex tenore ipsiusmet testamenti. Et ex his uno verbo cessant contraria; quia præter legitimam non est uerum substitutionem d. fratrum euenisse, nec fideicommissum purificatum fuisse, immò cessare.

Superest igitur,vt ad aliud, quod quærit accedam,& transitum faciam. Nam D. Eusebius vxore mortua Iuliam eius filiam maritauit, & prȩter bona materna promisit ei in dotem scutos 400. ducentos eo viuente & residuum post illius mortem. Eaque renuntiauit in ampla forma bonis paternis tam occasione legitimæ q̄ alia quacunque causa: Postea mortuo patre, & patruo suo hærede relicto pariterque defuncto. d. Iulia petiit supplementum legitimæ in bonis paternis aduersus filios patrui, succubuitque & in appellatione transegit cum eis, receptisque aliis scutis 200. iterum renunciauit bonis paternis. Quæritur nunc,an ipsa rursus agere possit ad d. supplementum legitimæ
11 velut incompetēter dotata à patre suo † & aduersus eam facere videbatur illa regula, quòd renuntiantibus iura sua nondatur regressus. l. quæritur. §. si venditor, ff. de ędil. edic. l. fi. C. de remis. pigno. cum simil. per Crau. cons. 74. nume. 7. Paris. cons. 69. nu. 20. vol. 3. D. m. Rimin, cons. 249. nu. 3.
12 † Secundò accedit, quòd d. Iulia bis per interuallum d. iuribus suis renuntiauit, quę geminatio multum operatur ad actus validitatem, vt not. Bar. in l. cum scimus. C. de agri. & cens. libr. 11. videtur enim magis deliberata, vt per glo. in c. si quis iuratus. 2. q. 3. vnde non præsumitur error, vt per glo. in c. ex literis. de diuor. & not. Bal. in consi. scismatis, posito in rub. C.
13 si quis ali. testa. pro. pen. car. † vbi dicit, quòd in actu reiterato præsumit̄ plena deliberatio, & ideo nihil opponi potest, sequitur Dec. cons. 181. col. 2. cons. 216. col. fi. Soc. iu. cons. 67. nu. 45. vol. 2. meritò videmus in contractu geminato cessare remed. l. 2. C. de rescind. vend. vt tradit Castr. cons. 387. factum sic se habet. col. 2. nu. 8. vol. 2. Abb. cons. 71. 2. dub. vol. 1. Dec. consi. 583. nu. 8. & sic in casu nostro non videtur, quòd hæc Iulia posit allegare lęsionē aliquā velut incompetenter dotata. Dec. d. consi. 181. col. 2. cons. 216. ad fi. Rube. cons. 133. nu. 9. cons. 139. ad fi. & latius cons. 147. nu. 18.
14 † Tertiò concurrit, ꝙ cum iuramento renuntiauit, quo stante non potest adduci deceptio præter dimidiam ad rescisionem contractus, vt tradit Gl. quam Bar. & alii passim sequūtur in d. l. 2. glo. & Doct. in c. pen. de emp. & vend. Soc. cons. 48. in fi. vol. 4. Alex. qui dicit esse cōmunem, in l. stipulatio hoc modo. limit. 3. ff. de verb. ob. prout etiam Craue. plures cumulans, cons. 114. nu. 9. Cagn. abundè in l. si quis maior. nu. 36. C. de trans. & idem ponit Alex. con-
15 si. 42. vol. 1. † vbi declarat, ꝙ Doctores etiam loquuntur, quando quis fuit errore & ignorantia ductus: quia scienti non competeret remedium etiam sine renūtiatione præfata, & prior Alex. tradit hoc idem Cast. in d. l. 2. nu. 10. ver. 7. conclusio. sequitur Ias. cons. 133. nu. 2. vol. 4. & Rui. cons. 16. col. 2. vol. 1.
16 † Quartò non prætereo, ꝙ pater eam dotauit licèt enim quādo mulier dotatur ab alio quàm à patre debeat dotari secundum quantitatem patrimonii patris. l. quæro. ff. de iur. dot. tamen secus est, quando pater ipse dotem constituit: quia non habetur respectus ad patrimonium ipsius patris, & patri non est referenda quæstio quòd in competenter eam dotauerit, cum ipse melius sciat capere consilium pro filia. l. nec in ea. ff. de adult. & quod sibi competens visum fuit dare pro filia non debet alteri incompetēs videri, arg. l. si furioso puberi. in fi. ff. de cur. furio. nec argui potest ab aliquo, cū nullus amor vincat paternum. l. final. C. de cur. fur. ita declarat in terminis Cast. cons. 110. super primo quæsito. in 8. dub. in anti. & cons. 405. volum. 2. Bru. in tra. ꝙ stā. mas. nono art. q. 1. Ale. cōs. 33. vol. 4. Cur. cons. 44. col. 11. Ias. in l. voluntatis. C. de fideicom. Dec. cons. 26. cons. 181. & cons. 276. Ias. cons. 231. nu. 4. vol. 2. & cons. 133. n. 4. vol. 4. Cur. iu. in auth. res quæ nu. 10. C. com. de leg. Alcia. in tra. de præsump. reg. 1. nu. 7. & plures alios cumulat Menoch. cons. 8. nu. 2.
17 † At in oppositum pro D. Iulia benefacit, ꝙ bona materna, quæ consecuta fuit à patre suo computari non debent in dotatione patris sui. Vnde videmus, ꝙ statutum filiam dotatam excludens non ligat eam, quæ fuit de propriis bonis dotata. Bal. in l. neque mater. C. de iur. dot. Corn. consi. 171. col. 2. vol. 4. Brun. in tractat. ꝙ stant. mas. art. 6. q. 10. nu. 237. Ias in l. quoniam nouella. nu. 8. C. de inoffi. testa. D. m. Rim. con
18 si. 253. in prin. † & volenti mulierem excludere velut dotatam incumbit onus probandi, eā fuisse dotatam in bonis patris, Roma. cōs. 179. col. 3. sequitur Bru. loco cit. 8. q. nu. 228. & pulchrè Cra. consi. 142. nu. 10. ubi dicit, ꝙ vt quietatio sustineatur ex causa constitutionis dotiū necesse est, ꝙ dotans de suo dotauerit: quia a-
19 liàs filia non dicitur per eum dotata † sicut dicimus de filio instituto à patre in re propria ipsius filii, quòd nō dicitur institutus immo præteritus. glo. in l. 3. §. sed vtrum. ff. de minor. Bal. consi.

consi.93.col.2.vol.3.Castr.cons.455.col. 1.vo
lum.2.Alex.cons.20.col.3.vol.3. Quæ verò cō
secuta fuit à patre suo prima vice D. Iulia fue-
runt scuti 400. secūda verò à filiis paterni scu-
ti 200.& sic scuti 600.in totum, cum tamē pro
ponatur D.Eusebium patrem suum fuisse diui
tem & in bonis habuisse valorem scutorum se-
ptem milium & vltra. Vnde cum legitima sua
20 esse deberet † scurorum 2333. & habuerint
tantum scutos 600.deficiunt scuti 1733.vsque
ad eius supplementum,qui dicitur magnus ex-
cessus, & dotatio redditur incongrua & indi-
screta sic, vt ei standum non sit, ita Castr.in d.
cōs.110. sup 1.q̄sito.7.dub.ī antiq.sequit̄ Alc.
consi.32.ad fi.vol.4.Ias.coos. 133. nu. 4.& 17.
col.seq.vol.4.Rui.cons.56.nu.15. vol.3. Curt.
cons.27.ou.38.& D.m.Rim. cons. 332.nu.10.
meritò potest hæc D. Iulia petere supplemen-
tum suę legitimę,per quod ad congruam dotē
21 redigatur † dos enim competens intelligitur
vsque ad legitimam,vt per Sal.io auth.res quę.
C.com.de leg.Alex.consi.69.col.1.vol.1.con-
si.7.col.3.vol.2.&consi.83.viso statuto, vol.4.
22 † Secundò comprobatur hac conclusio per
id quod in terminis voluit Petr. de Anch.in re
gula accessorium. 3. car.ver.pro declaratione
prædictorum,de reg.iur.in 6.vbi dicit se consu
luisse Senis, quòd soror, quę renuntiauit cum
iuramento fratri hæreditatem paternam, quæ
erat valoris quatuor milium florenorum pro.
600. florenis datis sibi in dotem, poterat non
obstante tali renuntiatione & iurameoto con-
trauenire propter normem læsionem,ratiooes
eius non refero:quia videri posśunt, & idē po
nit in c.1.22.car.uersic.ego etiam consului.de
consti.& in cons. 38. pro clariori decisione. si-
cut & in cons.82.visis diligenter. col. fi.consil.
180.visa diligenter.cons.341.pro maiori intel
ligentia,& cons.76.in supradicta quietatione.
col.1.Abb.cons.8.col. pen. vol. 2.Castr. cons.
177.contra superius consulta,Aretin.cons.93.
col.2.Barba.cons.22.col.5.volum. 1. coosi.53.
col.3.vol.2.Corn.cons. 11.& coos.124.uol. 3.
& alii quos cumulat Dec.consi.180.col.3.& 4.
consi.203.col.fi.cons.230.col.fi.cons. 349.nu.
6.cons.379.col.fi.& cons.551.col.1.& 2. dicēs
hanc esse communem,sequitur etiam Rui.con
si.60.col.pen.uol.3.quæ multo fortius in casu
nostro procedere debet, ubi D.Iulia pro scutis
600. renuntiauit hæreditati paternæ ualoris
scutorum septem mil.& non fratri sed filiis pa-
trui sui.
23 † Tertiò benefacit, quod inquit Bal.in rub.
C.de rer.permut. circa fi.ubi dicit, quòd in cō
tractu damnoso facto etiam cum iuramento
simplicitas præsumitur in rustico, muliere &
minore,& iuramentum captiosum & iniustum
est,quòd debet per Episcopū relaxari, & idem
concludit Bal.in c.1.§.item sacramenta.col. 4.
24 de prohi.feu. † subdens, quòd boni præsides
talia iuramenta & illicitas extorsiones per ca-
pturam personæ faciunt relaxari,per l.illicitas.
ff.de offic.præsid.sequitur Dec.in d. cons.180.
col.4.& aliis supra citatis, idemque voluit Fe-
der.de Sen.cons. 272. statuto ciuitatis Perusii
Anch.in c.caoonum statuta.q. 11. q. princ.de
const.vers.sed quid dices.Abb.coosi. 8. 2.par.
Roma.sing.408.incip.vbi iuramentum. Natta
cons.631.nu.10.& amplè Rolan.à Val.cons.7.
nu.50.vol.3.vnde D.Iulia,quæ renuntiauit le-
gitimæ iam sibi debitæ mortuo patre, l.quæri-
tur.C.de inoffic.testa. pro tam modica summa
recepta prę sumitur ex simplicitate id fecisse,cō
tractusque damnosus fuit, & iuramētum suum
captiosum & iniustum, quare relaxandum est
omoino,& ipsa debet audiri.
25 † Quartò accedit,quòd ex tam magna lęsio-
ne prę sumitur dolus,adeo quòd non est neces-
saria absolutio: quia talis enormis læsio vide-
tur excepta à iurameoto,vt tradit Butr.in c.cū
contingat.col.8.vers.quartus casus,de iureiur.
vbi dicit,hoc procedere, dato quòd quis pro-
miserit non contrauenire aliqua ratione, vel
causa quacunque,sequitur Cuma.cons. 18.vi-
detur prima fronte.Dec.cons.180.col. 4.& ali
bi,& sic ex præfatis hæc opin.remanet optimè
comprobata.
26 † Quam tenendo non obstant contraria, &
in primis illa regula, quòd renuntiantibus iu-
ra sua non datur regressus. Nam locum non ha
bet data nimis enormi læsione,prout ex pręfa-
tis patet, alioqui nulla renuntiatio posset vn-
quam retractari:& quia renuntiatio simplex &
iuramentum super ea interpositum intelligun
tur, nisi enormiter lædatur renuntians, Dy. in
regula scienti.de reg.iur.in 6. Corn.consi.72.
27 nu.39.uol.2. Hæcque conclusio procedit, da-
to quòd minor iurauerit non uenire contra ra
tione minoris ætatis uel alia ratione uel causa
Corn.cons.158.col 5.uol.4.debent enim talia
uerba ciuiliter intelligi,& ab illis uerbis gene-
ralibus læsio grauis excipi debet,ita Dec.cons.
349.nu.7.Paris.cons.89.col.fi. uol. 1. ubi dicit
etiam,quòd data enormi læsione quis audien-
dus est,non obstante, quòd iurasset omnia &
28 singula esse uera, † Imò fortius dicit, quòd
etiam si mioor renuntiasset generaliter omni
iuris & legum auxilio uel fauori deberet audi-
ri,sequitur Rol.à Val. in d. cons.7. nu.50.cum
sequen.citans etiam Corn.consi. 283. colum.
29 tertia,uolumin. quarto. † Demumq̄ue,quod
est mirabilius,procedit etiam si renuntiauerit
enormissimæ lęsioni, ut uoluit Butr. consi.24.
quæstio hæc,latè Crau.coos.14.nu.23.& con.
192.nu.10.Soc.cons.220.col.4.no.2.Cagn.in
l.si quis maior. nu.37. C. de trans. Natta in c.
quamuis,nu.21.de pac.In 6.Rui.cons.107.nu.
20.uol.1.Alcia.respoo.97.nu.2.Neuiza.consi.
22.nu.18.& Menoch.cons.6.nu.7.
30 † Ad secundum uerò de geminatione respō-
detur,eam non impedire quominus Do. Iulia
possit reclamare prætextu lęsionis enormissi-
mæ

mę, de qua supra, vt tradit Dec.cōs.60.in fi.vbi id probat. Nam si quis vendat & postea tradat habet locum l.2.C.de res.vend. secundum Doćto. ibi & in l.si quis cum aliter.ff.de ver. ob.& tamen concurrit duplex consensus, videlicet tempore venditionis vnus & alter tempore traditionis.& hoc idem tradit & tenet plenius in geminatione ex interuallo Soc.in cons.85.colum.3.vol.1.& Cagnol.in d.l.2.nu.72. quibus addo Corn.cons.11.vol.1.qui loquitur in casu in quo interuenerunt tres renunciationes, etiā per interuallum duorum annorum inter primam & secundam, vt ibi colligitur col.4. & tamen concludit esse locum remedio d.l. secundæ, atque idem tenet Roma.consil.54. visis circa id.& Castr.consil.305.volu.2.in nou.qui loquitur in filia, quæ renunciauerat bonis paternis & maternis separatim in duabus renunciationibus, deinde in tertia renunciatione simul d.bonis patris & matris cum iuramento, & tamen admittit eam ad earum impugnationem, quem sequitur Boer. consil. 28. & consil. 39.
31 vbi priore loco signanter dicit, quòd hęres auxit peccatum, faciendo filiam reiterare renunciationē. Vnde ratione peccati tam sui, quàm defuncti potest arceri in curia seculari ad reddendum debitum illi filię, quod optimè concurrit in casu nostro, vbi D.Iulia patri prius renūciauit: secundò verò sui fratris hęredibus, & de binis renuntiationibus quæ filiæ non obstant, tradit etiam Bal. consi. 149. viso statuto, vol.2.quē citat Boer.in d.consi.39. vbi latè firmat hanc partem, licet in d.cons. 28. variauerit, sed longè plures filiæ fauent, vt ex prædićtis patet.
32 † Ad tertium verò de iuramento quod tollit maiorem de læsione querimoniam proponere, secundum glo.& alios in d.l.2. C.de rescin. vend. Respondetur illud procedere, quando lęsio leuis est vltra dimidiā, secus quando grauis est & excessiua, prout in casu nostro. Nam iuramentum non astringit, vt pulchrè distinguit Corn.cons.166.col.pen.cons.189.nu. 17.vol. 1.cons.214.col.3.cons.288.nu.16.vol.3.cons. 288.nu.16.vol.3.cons.179.col.pen. cons. 236. col.fi.vol.4.Ias.cons.133.col.antep.vol.4.Craue.cons.192.nu.3.col.3.plures citans. Dec.cō si.216.col.2.Soc.Iu.consi.129.num. 48.vol.1. Cur.iu.cons.53.col.3.& Cassane.consi.fi.n.19. & postremò Cagn.in d.l.2.nu.98.vbi citat in-
33 finitos ex pręfatis. † & inter alios Cassador. dec.vnica de emp.& uend. dicentem quòd Rota, quæ æquitati nititur, in casu enormis læsionis non curat de iuro nec de aliis clausulis, quæ per notarios in instrumētis apponi solēt. Et ad consi.Alex.42.uol.1.cum simil.supra citatis, quòd iuramentum operatur, ut error uel
34 ignorantia non possit allegari. † Respondetur secundum distinćtionem Cast.in cons.70. col. pen.uers.4.loco, in antiq.ubi concludit, quòd quando iurans est certus dę faćto, & ignorat aliquod beneficium iuris sibi competere, ut restitutionem in integrum, remedium.l.2. C. de resc. uend. uel id genus, & tunc iuramentum excludit tale beneficium iuris: si uerò iurans non sit certus de fa&o, tunc iuramentum non supplet ignorantiam fa&i, sequitur Dec. consi. 350.col.fina.Paris.consi.20.col. pen.uolum.1.
35 † quia iuramentum non supplet consensum, ut per Ias.in l.si conuenerit.num. 16. ff.de iur. om.iud.& in l.sancimus.n.14. C.de testa. & in l.si pecuniam.col.fin. ff. de cond.ob cau.& ita contingit in casu nostro. Nam D. Iulia fa&um ignorabat, hoc est uires & facultates paternas, quando renuntiauit, meritò iuramentum
36 sibi nocere non debet † Præterea, non est dubium, saltem petita absolutione obtentaque à iuramento eam non impediri agere, ut uoluit Bal.inquodam consi.quod incipit D. Angela. quem refert & sequitur Fabian. de Monte in trac.de emp.& uend.q.8.in prin.col.6.& Abb. in c.cum causa.eo.tit.Natta cons.10.nu.3.
37 † Ad ultimum uerò respondetur, illud non habere locum, quando constat de incongrua & indiscreta nimis dotatione, prout idem Castr. subdit in d.cons.110.& alii qui eum sequuntur quos in primo fundamento huius partis adduxi. Meritò patet reiećtis omnibus contrariis eā esse verissimam, & ad fauorem præfatæ D. Iuliæ iudicandum esse.

*Hippolytus Rimin.Ferrar.*

## Pro Ecclesia quadam.

### ARGVMENTVM.

Pratum procisum dici Nouale.

### *SVMMARIVM.*

1 *Nouale dicitur tribus concurrentibus.*
*Declarando quando procedat.* 10.11.
2 *Pratum aratum vbi de fœno non soluitur decima non dicitur Nouale.*
*Quod declaratur.* 11.
3 *Nouale non dicitur terra proxima ciuitati.*
4 *Nouale dicitur terra nouiter apta ad colendum.*
*Vt pratum quod colitur ad seminandum frumentū.*
*Et quæ de nouo fiunt.* 6.
*Et nouiter ad culturam redaćtum.* 7.
5 *Probandi modus in noualibus.*
8 *Pratum scisum dicitur nouale secundum communem vsum loquendi.*
9 *Communis vsus loquendi debet attendi & proprietati verborum præferri.*
12 *Exempla non restringunt regulam.*

Auxi-

*Auxilium meum à Domino.*

## CONSILIVM. CXLII.

QVÆRITVR quæstio, nunquid Pratum proscisum dicatur Nouale, sic ut ex eo decima debeatur, ut ex Nouali. Et dubitari sentio, quòd nequaquam.
1 † Nam Nouale dicitur ager tribus concurrentibus, quòd nouiter sit cultus, & non extet memoria prioris culturę, & ex eo nullam uel modicam utilitatem perciperet ecclesia parrochialis, ut per Butr. in c. quid per Nouale. de uer. sig. not. 1. & Abba. 3. Iacob. nouel. in supplemento reg. Pet. Duen. regula 115. & Card. Zabar. in clem. 1. q. 5. de decim. exemplum dat glo. in c. commissum. eod. tit. in montanis, paludibus & id genus inutilibus, & in nemore. gl. in l. utilis. ff. de petit. hęre. sicut & in l. Silua. §. noualis. in uer. cessat. de uerb. sig. Vnde subdit Cardi. in d. cle. 1. in 6. q.
2 † quòd si de prato fiat terra arabilis in illis partibus, in quibus de fęno non soluitur decima, non dicetur Nouale: quia non quod fit, sed quod fieri debet in talibus attendi debet c. cau sam, de elect. sed de fęno debet solui decima, c. peruenit, de deci. Et pratum non dicitur locus sterilis nec propriè incultus, ut etiam dicit D. meus Rim. cons. 109. nu. 43. per l. pratum. ff. de uer. sign. idemque tradit Iacob. Nouel. loco citato, quia prata sunt parata præstare omni anno vtilitatem domino.
3 † Secundò negatur, hoc pratum dici Nouale, cum sit proximum ciuitati: quia propinquitas est indiciū, quòd vtile fuerit aliquando. Ioan. And. in c. fi. de priuil. spec. in §. 1. de prob. vers. quid si non est qui viderit. quare concluditur ex hoc prato nunc culto decimam deberi non vt ex Nouali sed vt de prędio antiquo secundū Paris. cons. 73. nume. 17. vol. 4. & ita subtiliter dubitatur.
4 † At in contrariam parum libentius ego per transeo, motus in primis autoritate glo. in d. l. Sylua. §. Noualis. ff. de verb. sign. quæ exponendo verbum Noualis, dicit, id est nouiter apta ad colendum, vt pratum quod colitur ad seminandum de frumento.

Secundò confirmat hoc idem Card. Zab. in d. c. quid per Nouale. not. 1. vbi postquam notauit quid sit Nouale, videlicet ager de nouo ad culturam redactus, de quo non extat memoria, quòd aliquando cultus fuisset, subdit, & nō refert, an prius fuerit silua, vnde arbores fuerint extirpatæ, an paludes, vel loca campestria, vel prata & sic apertè volunt glo. & Card. pratum nouiter ad culturam redactū dici Nouale.
5 † Tertiò corroborat hoc idem Card. ibi col. 4. ver. oppono ad hoc. vbi tractās de modo pro bandi, quid esse Nouale, dicit, quòd sit probando communem opi. esse, quòd nunquam locus fuerit cultus, citat. c. 1. eo. tit. vbi dicitur agrum nunc primum proscisum esse Nouale, quare vult agri culturam à proscisione pendere. At pratum donec fuit pratum nunquam fuit proscisum, & ob id nec cultum, meritò si nunc proscidi tur, & sic incipit coli, Nouale dici debet.
6 † Quartò suadetur ex tex. in c. cum contingat. in prin. de deci. & in c. statuto, in fi. eo. tit. lib. 6. vbi Noualia dicuntur, quæ de nouo postmodū fiunt, & sic non aliud consideratur quàm quòd nouiter ad culturam redigantur prius inculta, vt Noualia dici possint. & huius quoque sententiæ fuit Abb. cons. 71. nu. 2. vol. 2. quatenus dicit, quò ad decimarum solutionem, Nouale dici agrum de nouo ad culturam redactum, de quò non est memoria, quòd aliquando fuerit ad culturam redactus, nec aliud requirit Abb. sicut nec Veron. in d. §. Noualis. nu. 7.
7 † vbi & Alcia. ex autoritate Catonis, Plinii, cęterorumq́; terrā proscisam appellat, & sic nouiter ad culturam redactam, quę primum aratrū experta est grandioribus glebis relictis, & eum præfatis etiam tenet Bap. de Sanc. Bla. in tract. contradic. iur. ciui. & can. contradictione 145. & Hiero. Zanc. in tract. de differ. inter ius ciui. & cano. nu. 216. quorum conclusio prata comprehendit indubitanter.
8 † Quintò, præter alios me multum mouet, quòd communiter videmus & audimus dici, quando prata scinduntur aratro, & nouiter sic ad culturam rediguntur, ista sunt Noualia seu terrę Nouales, sicque semper audiui per omnes dici, & credo sic alios pasim audiuisse. Igitur secundum hunc communem vsum loquendi pratū, de quo agitur, hunc scisum & ad culturam redactum Nouale dici debet
9 † quoniam in quacunque materia etiam pęnali communis vsus loquendi debet attendi & proprietati verborū præfertur, vt tradit Bar. in l. libellorum. §. sed si aliud. ff. de accus. & in l. omnes populi. in 6. q. prin. ff. de ius. & iu. & in rub. ff. de ope. no. nun. vbi latius Alex. & Ias. insistunt, & confirmat Croc. nu. 57. Rui. nu. 25. & 31. Herma. Det. nu. 10. & Soc. Iu. nu. 93. qui dicunt, hanc esse communem, Cornel. Benincas. in trac. de pauper. q. 1. nu. 45. Didac. var. reso. cap. 5. nu. 1. Rol. à Val. de lucr. dot. q. 6. nu. 6. Menoch. cons. 2. nume. 60. & sic ex prædictis hæc pars est de iure tenenda.
10 † Nec obstat primum de tribus requisitis, vt per Butr. & Abb. in d. c. quid per Nouale. Nam loquuntur in terminis illius tex. restrictiuè loquentis, cum piis locis indulgentia cōceditur de non soluendis decimis Noualium, nam eo casu Nouale intelligitur ager de nouo ad culturam redactus, de quo non extat memoria, quòd aliquando fuerit cultus, & quòd ecclesia parochialis nullum vel modicum fructum inde perciperet, eaque tria simul concurrere debent eò casu, prout signanter dicit Abb. & bene. quia inten-

intentio concedentis priuilegium est afferre modicum præiudicium ecclesiæ parochiali, merito requiritur illud tertium requisitum eo casu, ut ager dicatur nouale † & in hoc quoque
11 casu procedit doctrina Card. in d. 6. q. q. loquitur vbi decima non soluitur de fęno, si pratum aretur non dicetur nouale ad finem declinandi solutionem decimæ. At in casu nostro non agitur de priuilegio non soluendi decimas, immò siue nouale sit siue non hoc pratum, solui debent, licet diuerso modo per plus & minus. Ideo nouale dici debet licet tertium requisitum non concurrat: quia si in illo tantum casu particulari requiritur, in aliis secus esse debet. l. cum prætor. ff. de iud cum vulgaribus.

Et ad exemplum de montanis, paludibus & nemoribus, quę tradũt gl. citatæ, respondetur ea non obstare stante alia, quę dat exemplum pariter in pratis in d. §. noualis. & Card. in d. c.
12 quod per nouale † illa ergo non restringunt regulam. l. damni infecti. §. Sabinus. ff. de dam. infec. §. hactenus, insti. de gradi. cum simil.

Nec urget, quòd pratum non dicatur locus sterilis, & paratum sit præstare vtilitatem: quia hoc non attenditur regulariter ad constituendum nouale, sed quòd communiter ad culturam fuerit ager redactus, nec adsit memoria prioris culturæ, vt supra dixi.

Ad secundum negatur ista proximitas, cum distet hoc pratum per octo milliaria ab Vrbe Ferrariæ & contrarium procederet in suburbiis & propè mœnia fortè. † Rursus loquitur
13 Spec. quando prædia erãt vicina alicui Castro veteri & depopulato, vnde non aderat, qui uiderit & audiuerit, quòd fuerint culta, sed illa uicinitas arguebat aliquando fuisse culta. At in casu nostro semper habitarũt homines, & nũc habitant, vbi sunt prata hæc, & etiam longè uicinius Vrbi Ferrariæ non desunt prata, vt in Barco ducali & ab alio latere uersus Villam Boaniæ, Fossæ Albari, Bauriæ, & id genus, quę si ararentur, non desinerent appellari, noualia propter vicinitatem ciuitatis, cum clarum, sit nunquam fuisse culta, nec extare memoriam, quod nunquam culta fuerint. Quare cessantibus dubiis diei debet omnino d. pratum dici nouale, & de illo uelut de nouali decimam esse persoluendam.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

## Pro D. Lucretia Salla.

### SVMMARIVM.

1 *Filiatio probatur per famam & tractatum & nominationem. 2. & instrumenta antiqua. 7.*
3 *Pater tenetur dotare filiam.*
3 *Dos constitui debet de bonis subiectis fideicomisso. Et est communis opinio. 4.*
5 *Bona habentur pro obligatis ad dotem.*
8 *Testes de auditu probant in antiquis.*
9 *Iudex ex officio potest iudicare super omni eo quod probatum est.*
10 *Clausula sola facti veritate inspecta, operatur vt quis condemnari possit ex alia causa probata licet non deducta.*
11 *Legitima soboles ex radice infecta nasci non potest.*
12 *Verba enunciatiua in antiquis probant, etiam contra tertium. & inter alias personas. 13.*
14 *Legitimari possunt filij ex constituto in sacris auctoritate Summi Pontificis.*
15 *Legitimatus nihil differt à legitimo.*
16 *Pluralitas resoluitur in singularitates quoties respicit diuersos effectus.*
17 *Tutoris datio facta filijs locum habet in vno tantum filio.*

*Auxilium meum à Domino.*

## CONSILIVM CXLIII.

DOMINA Lucretia Salla petit in precibus suis loco libelli productis magnificos de Vincentiis vti detentores bonorum suppositorum fideicommisso D. Baldassaris Sallæ proaui sui cogi ad satisfaciendum sibi de tanta dote quanta fuerunt condemnati per magnificũ consiliũ iustitiæ pręstare Dominæ Angelæ ipsius consobrinæ, cuius intentio reperitur fundata in hunc modum. Nam constat d. D. Baldassarem in executione Breuis Appostolici fuisse immissum in tenutam trium possessionum sitarum in Villa Hospitalis monacarũ Consandalis & Buzzoleti & vbi dicebatur la Croseta, quarum possessionum sunt bona possessa per Aduersarios Reos. Deinde cõstat Albertum, Scipionem & Ioannem filios d. Baldassaris & ab eo scriptos hæredes in testamento suo uenisse ad diuisionem d. bonorum & Alberto contigisse possessionem della Croce, cum pluribus aliis bonis in instrumẽto diuisionis specificatis. Item constat per testes ipsius D. Lucretiæ D. Barsium & Filippum filios Domini Alberti possedisse dictas possessiones obuẽtas patri, & quas etiam de præsenti tenent & possident Rei, in quos alienatæ fuerunt: filiationes autem probantur per testamentum ipsius D. Baldassaris, vbi eos instituit hæ-
1 redes & filios suos appellat. † Item per testes in alia causa examinatos deponentes de publica uoce & fama & tractatu mutuo, quòd pręfati essent filii D. Baldassaris: ex his enim probatur filiatio, seu quis constituitur in quasi possessione filiationis, quæ sufficit non probato cõtrario, vt post multos tradit Dec. cons. 54. col.
2 1. & in c. per tuas. col. fi. de proba. † Paritque modo quod Filippus fuerit filius Alberti & hæc D. Lucretia fuerit filia D. Philippi, probant testes de nominatione & tractatu in hac causa examina-

examinati, ex quibus quis constituitur in quasi possessione filiationis secundum But. & alios in c. transmissæ. col. 3. qui fil. sint leg. Dec. locis citatis, Paris. cons. 10. nu. 61. vol. 2.

3 † Quo facto sic stante sequitur in iure, quòd D. Philippus pater huius D. Lucretiæ tenebatur eam dotare. l. qui liberos. ff. de rit. nup. & licèt d. bona essent subiecta fideicommisso d. Baldassaris prius disposito, nihilominus hæc Do. Lucretia veniebat in eis dotanda, auth. res quæ. C. com. de lega. & in §. quamobrem. in authen. de resti. & ea quæ parit, quæ iura deducit Alex. consi. 64. visis & ponderatis. vol. 4. Ioan.

4 de Ana. cons. 61. 3. dub. qui dicit esse communem post Bar. Bald. Ang. & Sal. quos citat. Soc. cons. 23. vol. 3. Dec. cōsi. 376. & cons. 519. Cur. Iun. cons. 59. in prin. qui pariter communem testantur aduersus Ange. in d. auth. de resti. & ea quę parit. Et illa obligatio qua. D. Philippus pater huius D. Lucretiæ tenebatur, inhærebat bonis suis, & transiuit cum eis ad quoscunq; iuerint d. bona. Et ideo sicut si obligasset ea bona pro dote filiæ suæ, non potuisset illam obli-

5 gationem tollere † Ita etiam si non obligauit idem dici debet: quia pro obligatis habentur, ex quo de necessitate pater tenebatur obligare, vt tradit Castr. consi. 13. quia per suprascripta. quem sequitur Dec. in locis supra citatis meritò rectè petit hæc Domina d. Vincentios, in quos hæc bona paterna & prædecessorum suorum transiuerunt, ad eam dotandam, prout etiam fuit illa sua consobrina.

6 † Secundò iustificatur intentio sua per codicillos D. Ioannis Sallæ Abaui sui, in quibus disposuit, quòd si omnes filii sui aut eorum liberi masculi legitimi & naturales in infinitum descendentes decederent absque filiis masculis leg. & nat. sed filiabus relictis, tunc iussit & mandauit eas honorificè & decenter dotari, si dotatæ non essent. Is enim D. Ioannes fuit pater D. Baldassaris, de quo supra, prout in breui apostolico cōtinetur, idemq; repetitur in testa-

7 mento ipsius D. Ioannis † quæ quidem instrumenta cum iam centum annis & vltra confecta sint probant filiationem, vt per Alex. consi. 90. nu. 6. vol. 6. Dec. cons. 595. col. 2. Tantoque magis, q accedunt plures testes alterius causæ,

8 † idem deponētes de auditu ab antiquioribus qui probant velut in antiquis deponētes, cum D. Ioannes iam supra centum annos decesserit, vt per Innoc. in c. tam literis, de testi. not. in l. si arbiter. ff. de prob. Rui. cons. 14. nu. 8. vol. 4. & à prædicto Ioanne bona, de quibus agitur, obuenerunt, vt colligitur ex dicto breui, in cuius executione Do. Baldassar fuit immissus in possessionem eorum alienatorum contra disposita in d. codicillis per d. Ioannem idemque probant plures testes aliàs examinati, dicentes, q d. Baldassar tenuit possessiones Consandalis dictas della Croseta, quæ fuerant Do. Ioannis eius patris, qui cum deponant in antiquis, probare debent, iux. not. in l. cum aliquis. C. de iu. delib.

9 † Et licet in precibus & rogito commissionis causæ de codicillis & bonis D. Ioannis ne verbum quidem, tamen cum producti fuerint codicilli & de actis facti, sicque magnifico Consilio iustitię constet ex actis plusquā sit in precibus dictum, potest ex officio suo iudicare super omni eo quod probatum est, vt tradit Inno. in c. ex tenore. ad fi. de rescr. Fely. in c. licèt hęli. limit. 10. de simo. Gram. decis. 19. col. 2. & consi. 94. in ciuil. Tantoque magis: quia quando mulier petit sibi dotem dari, vt hæc Do. Lucretia, statuta nostra volunt in tali causa sibi vindicare locum omnia & quæcunque disposita in statuto. qui. casi. sum. proced. sicut si talis causa esset in eo enumerata, & in eo procedit nedum summariè, simpliciter &c. sed etiā sola facti ve-

10 ritate inspecta, † cuius clausulæ vigore quis condemnari potest, quamuis in petitione vna causa fuit expressa & alia ꝓbata, vt voluit Butr. cons. viso puncto. quem sequitur Alc. in l. si ita stipulatus §. Grisogonus. ff. de verb. ob. Dec. in c. dilecti. col. 2. de iudic. Mars. singul. 272. Par. cons. 131. nu. 14. uol. 1. Cra. cons. 210. col. fi. D. m. Rim. cons. 571. nu. 15. Cur. Iun. cons. 30 nu. 16. Spec. aur. in ,. par. secundæ par, nu. 62. & 9. distin. 4. par. prin. nu. 33. & sic potest ferri sententia sup alio quàm sit petitū. Ias. in l. vinum. nu. 24. ff. si cer. petat. vnde dubitari non debet, quin super d. codicillis possit iudicari.

Et dato, quòd in codicillis iussum fuerit dotari filias masculorum descendentium legitimorum & naturalium, qualis non videtur D. Lucretia. Immo verò breue Apostolicum probat, quòd D. Baldassar erat in sacris, & ob

11 id legitimos filios habere non poterat, † nec inde potuit legitima soboles nasci, vt Philippus pater huius mulieris cum ex radice infecta vt ex Alberto filio Baldassaris spurio natus fuerit l. fi. C. de nat. lib. in fi. vbi Odofred. Cyn. & Doct. Anch. cons. 389. col. 1. Bal. in l. fi. in fi. C. de ver. sig. cum sim. per Dec. con. 85. colum. fin.

12 † Tamen considerandum est, quòd ipse Do. Baldassar in testamento suo quando instituit præfatos filios suos subiungit legitimatos per sedem Apostolicam, quæ quidē verba licèt enuntiatiua, velut in antiquis prolata plenè probant, glo. & Doc. in c. cum olim. de censi. Butr. in c. fi. de succe. ab inte. Alex. cons. 12. col. fi. consi. 74. col. 2. vol. 4. Dec. in l. ex his. C. de test. mi.

13 limi. 4. † quod procedit etiam contra tertium & inter alias personas, vt in casu nr̃o. Ias. consi. 65. col. 2. vol. 3. Dec. cons. 13. col. pe. Soc. consi. 187. col. 5. vers. secunda ratio. vol. 2. quos inducit ad hoc Crau. in trac. de antiq. temp. 1. par. nu. 70. & tradit Natta idem tenens cons. 283.

14 nu. 8. † Nec ambigi debet super validitate d. legitimationis, quoniam filii nati ex constituto in sacris possunt autoritate Romani Pontificis legitimari, vt expressè decidit Host. in summa

ma qui fil. sint leg. §. fina. ver. nunquid, cum potissimè facta fuerit hic loco subiecto Ecclesiæ, quo casu summus Pont. habet eandem iurisdictionem quò ad iurisdictiones tēporales quas habet Imperator in terris Imperii. c. per venerabilē. & ibi Butr. qui fil. sint leg. & trad. Alex.
15 vtrumque cons. 2. col. 4. uol. 1. † cessat igitur obiectum de radice infecta: quia si Albertus fuit legitimatus à legitimo nihil differebat, & pristinæ ingenuitati fuit restitutus, vt tradit Alex. in d. cons. 2. col. 4. per iura quæ ibi deducit, meritò Philippus non dicitur natus ex radice infecta, sicque D. Lucretia Philippi filia dicitur ex legitimis descendentibus descendisse. Et licet uerba d. codicillorum dicant. Si verò filiis d. codicillantis aut eorum liberi masculi in infinitum descendentes decesserint absque filii masculis sed filiabus relictis iussit ipsas dotari: Extentq; filii masculis D. Borsii, propter quos non uidetur esse casus dotationis fœminarum in defectum omnium masculorum. At
16 tamen secus dici debet † Nam pluralitas resoluitur in singularitates, quoties respicit diuersos & separatos effectus. l. falsa. §. fi. & ibi Bar. Cast. & alii. ff. ad Treb. & tradit Ang. cons. 165. dictum legatum. vbi dicit quòd in dicto. §. final. pluralis sermo relatus erat ad plures, & in persona cuiuslibet suum distinctum & consumatum sortiebatur effectum, meritò ille sermo
17 pluralis in singularitates resoluitur. † Hinc Dec. dicit cons. 50. col. 2. quòd datio tutoris à testatore facta filiis suis debet habere locum in uno tantum filio, quia facta fuit ad prouisionem filiorum, & respicit diuersos effectus, vt singuli filii bene gubernentur, meritò resoluitur in suas singularitates, & sic vno tantum extante filio. At in proposito nostro codicillans reliquit dotes filiabus ad earum prouisionem, hocque respicit diuersos effectus, vt singulę dotentur & à singulis hæredibus & successoribus filiorum & liberorum, meritò resoluitur pluralitas in suas singularitates, vt nedū si plures extent filię, sed etiam si vna, nedumque si omnes filii & liberi masculi decesserint, sed etiam si quidam sic, quidam uerò non. Nam eorum qui decesserint filiæ dotari debent. Et ex his iudicandum est ad fauorem dictæ Dominæ.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

## Pro D. Emanuelle de Budrio.

### ARGVMENTVM.

De dictione nullitatis laudi & eius reductione.

### *SVMMARIVM.*

1 *Sententia dicitur nulla post tempus præfixum instantiæ sine causa.*
*Et est uerior & communior opinio.* 2.
2 *Tempus statuti censetur appositum instantiæ. loco temporis legalis.*
3 *Tempus vbi dirigitur in rem censetur præfixum instantiæ.*
4 *Tempore præfixo instantiæ finito expirat iurisdictio.*
*Sicut & dispositio finito tempore limitato.*
5 *Permissum ad tēpus post illud dicitur esse prohibitū.*
6 *Tempore præfixo ad inquirendum de crimine eo finito amplius cognosci non potest.*
7 *Exceptio nullitatis ex defectu iurisdictionis quandocunque opponi potest.*
*Non attento statuto prohibente excipi de nullitate.* 8.
*Et etiam post executionem sententiæ.* 9.
10 *Iurisdictio est fundamētū fundamentorum iudicij.*
11 *Iudex est potissima pars, basis & fundamentum Dux & Imperator iudicij.*
12 *Partes non possunt prorogare instantiam statuti præfigentis tempus breuius determinato à iure communi.*
*Et de ratione.* 13.
14 *Verba toties quoties apta sunt ad infinitatem.*
15 *Potestas prorogandi compromissum arbitris concessa toties quoties non indiscretè nec nimis largè debet intelligi.*
*Et taliter vt euitetur infinitas.* 16.
*Sed pro duabus uicibus.* 17.
*Et ne tēpus quod prorogatur sit maius prorogato.* 18
*Nec vltra tres menses.* 19.
*Et pro eodem tempore quo factum fuit compromissum.* 20.
21 *Laudum est nullum latum extra deducta in compromisso.*
22 *Concessio quicquid iuris est in tali loco nihil operatur non constito de iure.*
23 *Arbiter non potest apponere manus ad aliquam rem in compromisso non deductam.*
24 *Statutum excludens nullitatem non censetur eam excludere quæ causatur ex defectu potestatis.*
25 *Iurans non dicere laudum vel sententiam nullam potest allegare nullitatem ex defectu potestatis.*
26 *Laudum nullum ex defectu potestatis ratificari non potest.*
27 *Statutum generale non comprehendit casum de quo non posset in specie disponere.*
28 *Laudum nullum respectu rerum de quibus ferri non potuit dicitur etiam nullum respectu earum super quibus proferri poterat.*
29 *Inferior non potest se ingerere super dispositis à superiore.*
30 *Iudicis assertioni non statur alio in actis non apparente.*
31 *Statutum tollens reductionem respectu læsionis enormis, enormioris & enormissimæ locum non habet in totali.*
31 *Læsio enormis, enormior uel enormissima quæ dicatur.*
32 *Verba ubi non conueniunt, nec conuenit dispositio.*
33 *Reductio peti potest non attentis quibuscunque uerbis compromissi.*

Auxilium

*Auxilium meum à Domino.*

CONSILIVM CXLIIII.

DICTIO nullitatis ac reductio interposita per Emanuellē de Budrio à laudo per duos arbitros lato in fauorem Saluatoris & Ioseph fratrum de Nursiis, nō uidetur quoquomodo deuoluere, cum fuerit factum compromissum iuxta formā statuti. De compro.int.coniunc.eique se subiecit d.Emanuel.Et illud lato laudo concorditer per duos arbitros primos tollit nullitatem & reductionem ex quocunque capite in amplissima forma & omne aliud remedium præcidit.

Sed tamen eo non attento uelut in casu nostro non obstante contrarium uerius esse dico. Moueor,nam couenerunt partes in instrumento compromissi,quòd pręsens causa compromissi habeat & habere debeat instantiam vnius mensis, & tamen laudum fuit latum nedum post mensem sed post menses & annos
1 † meritò cum tempus præfixum fuerit instantiæ seu causæ dirigendo uerba ī ipsam causam, sententia postea lata fuit ipso iure nulla,vt tradit Bar.Bal.Alex.Ias & omnes antiqui, quos referunt in l.properandum.in prin.C. de iud. & in terminis temporis vnius mensis pręfixi causæ,puta si statutum diceret, quòd causa ex-
2 pediatur infra vnū mensem, † idem concludit Cast.cōs.326.videtur dicendum, col.3.dicens quòd hoc casu uerior est & communior opinio Riccardi tenentis sententiam esse nullam latā post mensem licet infra triennium:quia tale tempus statuti censetur appositum instantię loco temporis legalis:quia statutum loquitur per eundem modum,per quem loquitur lex,dirigendo verba in ipsam causam seu instantiam & sic uidetur recedere à tempore legali,sicq; tenent D.de Rot.decisione.604.dicitur quòd appellatio, in antiq. Alex.cōs.59.col.3.uol.4. cons.64.viso.uol.6.& cons.79. in prin.vol.7. Van.in trac.de null. sent. ex defec. iurisd. nu. 116.& cum præfatis tenet Corn. consi. 251. col.2.uol.2.& D.meus Rimi. consi. 90. col. 2.
3 † vbi plus addit, quòd in dubio quando tēpus dirigitur in rem intelligitur præfixum instantię prout declarant Iacob.Butrig.Sal.& Raph. in d.l.properandum,Bal.in l.fi.C.vt infra cert. temp.& in l. obseruare. §. proficisci.3. q. ff.de offi.procon. Cassad.dec.9.n.4.de appel. Vant. loco citato nu.120. quod casui nostro deseruit,in quo verba concepta fuerunt in rem, dicendo quòd præsens causa compromissi ha-
4 beat instantiam vnius mensis † & ubi tempus præfigitur instantię & sic iurisdictioni, finito tempore expirat iurisdictio.c.de causis. vbi est tex.de offi.deleg.& ibi not. Abb. & Dec. dicēs quòd hæc est natura limitati temporis, quòd finito tempore dispositio cessat.l. Imperator. ff.de sta.hom.quia permissum ad tempus, post illud uidetur esse prohibitum l. statuliberū.§.
5 stichum.ff. de leg.1. & ibi not. Bar. † quòd ei qui potest aliquid facere, si ad faciendum statuatur tempus & infra tempus non facit, post tēpus videtur esse pohibitus, hancq; regulam repetit Bar. in l.,scire oportet. §. consequens. ff.de excu.tut.Castr.in l.epistola.§.fi.ff.de pac. Bar.Imol.Alex.& Ias.in l.si ita quis.ff.de vulg. & pup.& ego latius comprobaui in §. 1.insti. de dona.nu.217.& in l.1.nu.451.C.qui admi. & in l.vnica.C.quand.non pet.par. num.165.
6 † & ibi dictis in terminis iurisdictionis addo Bero.cons.167.nu.5.vol.3.& Rol.à Val. cons. 94.nu.11.vo.3.dicentes,quòd ubicunque à lege vel statuto certum tempus est præfixum ad inquirendum de crimine, illo tempore elapso perit ius procedendi super eo crimine, adeo q
7 de ipso amplius cognosci non potest. † Quare cum exceptio nullitatis laudi præsentis proueniat ex defectu iurisdictionis, sequitur ut quādocunque de illa opponi posit,ut per glo.fin. & ibi sequitur Anch.& Imol.ī cle.1.de seque. poss.& fruc.Anch.cons.272.col.fin. Bal. in l. si quis filio.§.quod si quis.ff.de inius. test. Abb. in c.episcopi.col.1.de reb.eccl.non alie. Ang. cons.159.Roma.cons.42.cum simil. cumulatè positis à Mars.sing.10.Perus.in c.si duobus.n. 18.& in c.dilecto.q.52. de appel.in 6. limit.n. 144.Dec.consi. 8.col. pen. Rube.consi.51.D.
8 meus Rimi.cons.355.† idque procedit etiam non attento statuto prohibente excipi de nullitate,prout in casu nostro,vt tradit Bal.in l. exceptionē, col.fi. uers.sed pone statutum.C.de prob.cum simil.adductis per Dec.cons.38.nu.
9 7.Perus.in d.6.limit.& Mars.ī d.sing. 10. † vbi post Innoc.in c.ex ratione. de app. & Bald.in Marg.sua uerbo agens. vult, quòd etiam post executionem sententiæ posit hoc uentilari.
10 † quia iurisdictio est fundamentum fundamentorum iudicii, secundum Bal. cōs.15. ista
11 causa uol.primo † iudexque dicitur esse potissima pars,basis & fundamentum,Dux & Imperator iudicii,vt idem Bal.docet in rub.C.si à nō compe.iud.sequitur Vant.in d.trac. de nullit. ex defec.iurisd.in prin.& Bologni.consi.8.col. 1.in fin.ut per eum.

Nec præfatęconclusioni repugnat facultas arbitris data per partes dicentes,quòd sit in libera potestate arbitrorum ipsam instantiam prorogare per alium mensem, & etiam per alios plures menses & toties quoties, & prout
12 ipsis arbitris liberè uidebit & placuerit † quoniam sicuti proditum est, protritumque, partes non posse prorogare instantiam statuti præfigentis tempus breuius statuto de iure communi, vt voluit Io. And. post Ricar. Mal. & Mars.Silli.in addi. Spec.tit. de appel. §. nunc breuiter.Imol.in l.4.in prin.ff. de dam. infec. Alex.consi.23.uol.4.post. But.in c.ex ratione.

de

de app.& Bal.in l cẽturio.in.fi.ff.de vul.& pup. D.m. Rimi. conſ. 346.nu.7.quia ( ut ipſi dicunt ) cum tempus à ſtatuto præfixum ſit ſubrogatum loco temporis pręfixi de iure communi meritò ſapere debet eius naturam.l.ſi eum. §.
13 qui iniuriarum.ff.ſi quis caut.† Vnde ſicut inſtantia triẽnii de iure communi prorogari nõ poteſt conſenſu partium,ſecundum Bar. & omnes paſsim in d.l.properandum.in prin.pariter nec inſtantia breuior à ſtatuto introducta:pari quoq; modo tempus hoc vnius menſis præfixi pro inſtantia huius compromiſsi non potuit prorogari per arbitros de voluntate partium ne quod partibus directò prohibetur,per indirectum concedatur mediante d.facultate arbitris per eas conceſsa, contra .c.cum quid vna uia.de reg.iur.in 6.

14 † Secundò poſito quòd d. facultas arbitris conceſsa valuiſſet ipſiq; ſepius potuiſſent inſtantiam compromiſsi prorogare,prout quinquies fecerunt: quia illa uerba toties quoties apta fuiſſent ad infinitatem denotandum,iuxta not.per Bar. in l.qui bona.§.fi.ff.de dam.infec.ubi Dy.Alb.Imol.& Alex.& idem Alex. in l.ſi ſtichum.§.1.col.2.ff.de uer.obgli.cõſi.144. vol.2.Roma.in l.2.§.fi.col.2.uer.modo ad propoſitum.& ibi Soc.col.pen.uer.6.& ultimo. ff. qui ſat.cog.Marſ.in l.vnius.§.cogniturum.col. 7.uer.item & ultra.ff.de quæſt.Tiraq. in l. boues.§.hoc ſermone. limit. 26. nu. 2.& 5.ff. de uer.ſig.& in trac. retrac.titulo.2. §.1. glo. 2.n.
15 11. † Attamen non indiſcretè nec largè nimis id facere potuiſſent,per doct.Bal.in c. fin. col.pen.nu.31.de conſue.vbi dicit, quòd ſi dictat conſuetudo,quòd arbitri poſsint prorogarẽ terminum compromiſsi ſemel & pluries, ſi de numero loqueris ſignificat ſaltem tres prorogationes,tamen non debẽt eſſe maiores prorogationes,quàm fuerit prima dilatio à qua recipiunt formam. Vnde quælibet prorogatio poteſt eſſe tanti temporis ſed non maioris nec vltra quaternam vicem, ut infinitas euitetur
16 † Vnde idem Bald.in c.præſentata. nu.12. de teſti.inquit,quòd ſi factum fuerit compromiſſum cum termino menſis hoc adiecto quòd arbiter poſsit ad uoluntatem ſuam prorogare, & ipſe prorogat uſque quo erit arbitratus uel ad totum tempus uitę ſuæ & ſic in infinitum,certè talis prorogatio non ualebit,vt euitetur infinitas, alioquin donec uiuit arbiter erit actor in
17 adeũdo iudice præpeditus † atq; idem Bal. in c.ſua nobis.in fi.eo.tit.dicit,quòd data poteſtate arbitro prorogandi compromiſsum ſemel & iterum,non intelligitur in infinitum ſed pro duabus uicibus,nec potuit prorogare terminũ donec uixerit,uel ad longum tempus: quia nõ uidetur de hoc cogitatum , prout inquit Bald. ſe conſuluiſſe.& ita reperitur in conſi.299. nobiles viri, col.fi.uerſ.uenio ad quintum, uol.1.
18 in anti. † ubi dicit,quòd ſatis uidetur probabiliter dici poſſe,quòd menſura temporis prorogata non poſsit eſſe maior quàm menſura temporis prorogati,niſi forte fieret ex neceſſaria cauſa,& idem tradit.Bal.in l.1.C.vt in poſſ.
19 leg.col.2.uerſ.& hic eſt argumentum † dicens, quòd electo arbitro cum termino.10. dierum uel alio breuiſsimo ad arbitrandum, data ſibi poteſtate prorogandi,conſuluit quòd cum tẽpus eſſet appoſitum ad litis celeritatẽ, arbiter non poſsit prorogare ad litis infinitatèm, quinimò nec vltra tres mẽſes.patet ergo ꝙ Bal.in tot locis damnat infinitatem prorogandi compromiſſum & nimis effuſas prorogationes cũque primo loco ſequitur Blanc.in trac. de cõ-
20 pro.7.q.nu.51.† ubi loquendo de prorogatione, quę fit de tempore ad tempus, dicit quòd fieri debet pro eodem tẽpore, quo factũ fuit primum compromiſsum , vt ſi compromiſſum ſit ad menſem,non poſsit fieri ad ſex,vel annũ, uel ad uitam,deinde citat Bal.in d.c.ſi de conſue.& in aliis locis ſupra citatis, ſequitur idẽ Lanfran.in trac.de arbi.in prima q.prin. uerſ. prorogatio.& Marſ.ſing.52.At iſti arbitri nedum quinquies prorogarunt inſtantiam compromiſsi,ſed,quod peius eſt,prima uice per.4. menſes eam prorogarunt, ſecunda uice tantundem, tertia per ſex menſes.4.per nouem , ultima plus menſe, quod nequaquam ſecundum Bal.facere potuerunt.

21 † Secunda principalis nullitas,quæ cauſatur ab hoc laudo,fuit & eſt,quoniam arbitri, illud tulerunt extra deducta in compromiſſo. Nam licet in compromiſſo dicatur, de omnibus & quibus cumque litibus & differentiis ortis & oriundis inter ipſas partes tam ſuper compendio quàm de omni & quacunque alia differentia & quibuſcunque iuribus partium &c. tamẽ nulla petitio particularis apparet, nulliuſque ſcripturæ productio facta fuit,ex qua conſtare poſsit quid in compromiſſo deductum ſit præ-
22 ter illud compendium † Vnde ſequitur,quòd uerba compromiſsi generalia non includunt aliquid,ſuper quo laudari poſsit, niſi illud poſtea appareat & in cauſa productum fuerit, iux.not.per Dy.Bar.Alex.& alios in l.ſi ſic.§.1. ff.de leg.primò,ubi dicunt,quòd ſi comes conceſsit cuidam eccleſiæ quicquid iuris habebat in tali loco,certè nihil operatur,ſi de iure concedentis nõ apparet, ſequitur D.m.Rimi.cõſ. 252.nu.20.& conſ.366.nu.1.igitur iſtud laudum dicitur eſſe nullum ex defectu poteſtatis arbitrorum. l. non diſtinguemus. §. de offi.ff. de recep. arb. Bart.in l. aquiliana. ff. de tranſ. But.& Abb.in c.quintauallis de iureiur. Ang.
23 conſ.218.viſa narratione † vt enim dicit Bar. in l.cum aquiliana.ff.de tranſ.arbiter non poteſt apponere manum in iudicando ad aliquã rem in compromiſſo non comprehenſam, ſequitur Natt. cõſ.554.col.2. nu.4. & propterea Ang.in l.non erit.§.dato.ff.de iureiur. & conſ.
24 83.Philippus † dicit,ꝙ in illis caſibus, in quibus arbiter pronunciat ſuper his quæ non include-

cludebantur in compromisso: quia talis nullitas censetur ex defectu potestatis, non intelligitur exclusa à statuto generaliter excludente nullitatem, seu quando statutum simpliciter disponeret, quòd à laudo arbitrorum non possit appellari seu de nullitate dici, prout ad vnguem nostrum de compromiss. facit
25 † & idem Angel. consi. 194. visa narratione, dicit prædicta procedere, dato quòd aliquis iurasset non dicere laudum vel sententiam nullam: quia nõ obstante iuramento poterit opponi de tali nullitate, sequitur Do. M. Rimin. cons. 355. & ego in appo. alios addiunxi, dicitque Rimi. ibi stante reductione petita non esse procedendum super executione laudi tanquam nulli ex defectu potestatis arbitrorum, qui laudum tulerunt super non deductis & petitis in compromisso
26 † adeoque nullum redditur hoc casu laudum quod ratificari non potest, vt inquit Bald. de pac. Constan. uersi. sententiæ quoque, sequitur Roma. cons. 155. præmissum laudum. Ang. consi. 218. visa narratione. colum. 6. & Dec. in cap. examinata, col. 1. de confir. vtil. Bero. consi. 30. nu. 16. & 20. vol. 3.

Confirmatur ista nullitas particulariter respectu quartæ partis iurisdictionis banci fœneratitii Massæ fiscaliæ emptæ per Emanuellem ab Isep de Nursia, ad cuius restitutionem condemnatus fuit Emanuel in d. laudo, & respectu crediti, quod habebat in ipsos fratres de Nursiis scutorum 1487. à quo fuerunt absoluti d. fratres, & vltra condemnatus fuit d. Emanuel ad soluendum d. fratribus scutos 280. in d. laudo. Nam cum de prædicta emptione quartæ partis banci & de credito adessent instrumenta iuramento vallata, & ob id non potuisset Emanuel astringi ad faciendum compromissum super eis & contẽtis in eis: quia d. fratres eum molestando, venissent contra iuramentum, quod seruare poterant sine interitu salutis æternæ. c. cum contingat. de iureiurand.
27 † & sicut statutum nostrum de compromiss. non posset specialiter disponere contrarium: quia nutriret peccatum & non valeret, secundum nota. per Bar. in l. omnes populi. in 3. q. prin. ff. de iust. & iu. sequitur, quòd nec in generali dispositione. d. statuti comprehendantur isti casus iurati, meritoque dici possit de nullitate. l. si pater. ff. quę in frau. cred. Bar. in l. si quis sub conditione, in fi. ff. de condi. insti. ita pulchrè tradit Castr. consi. 67. visis & consideratis omnibus. col. 1. in antiquis, quod est in nou. consi. 13. vol. 2. & illud sequitur Alex. consi. 36. colum. 8. volum. 2. Bauer. in tract. de virtu. iura. nu. 37. Blanc. in trac. de compro. 4. par. in ver. ex iurata promissione. & in uersi. pacti iurati: Mars. sing. 467. D. meus Rimin. consi. 200. ad fin.
28 † imò verò sequitur quòd ex quo laudum prædictum fuit nullum respectu d. instrumentorum & rerum, super quibus laudum ferri non potuit, ita quoque sit nullum respectu aliarum rerum, super quibus potuit ferri, per id quod tradit D m. Rim. consi. 355. col. 2. vbi petita parte rei si fuerit iudicatum de tota, vult laudum esse nullum; quia vltra petita prolatum fuit.

Accedit insuper respectu d. crediti scutorũ 1487. quòd instrumentum super eo factum fuit & confirmatum auctoritate ducali per dispensationem suam cum interuentu. D. Bellencini ad preces d. fratrum, in quibus voluerunt omne id quod faceret valere & tenere perpetuò & irreuocabiliter, nec infringi posse aut annullari quacunque de causa & qualibet alia in contrarium faciente
29 † quibus sic stantibus arbitri prædicti se ingerere non potuerunt, vt inquit Bal. in c. ea quæ, de re iud. quòd si Princeps aliquid confirmat ex certa scientia, inferior aliquid declarare non potest, sequitur Dec. in c. 1. sub nu. 3. de confir. vtil. vel inut.

Nec adiuuari potest hoc laudum sub eo colore, quòd attestati fuerint in eo arbitri de communi concordia partium calculasse computus, & iuenisse quòd Emanuel errasset notabiliter, eumque remanere debitorem &c.
30 † quoniam huic assertioni non statur alio non apparente in actis notarii causę quod eam iustificet, vt est casus in c. quoniam contra, de prob. vbi cautũ fuit, ne per assertionem iudicis iniqui innocẽs litigator lædatur, quòd omnia quæ in causa occurrerint per notarium scribantur, nec pro iudicis assertione præsumatur, nisi quatenus in causa legitimis documentis constiterit. & ideo quicquid arbitri dicant, non est eis deferendũ.
31 † Tertiò respectu quoque iniquitatis reductioni locus esse dẽt; quia licèt statutũ tollat reductionẽ ꝑtextu læsionis enormis, enormioris & enormissimè, nõ tamẽ eã tollit respectu totalis; enormis enim vel enormior læsio dicitur, quæ contingit in 6. parte vel arbitrio iudicis, vt per Dec. cons. 39. Soc. Iu. cons. 48. nu. 22. volum. 1. enormissima verò quę fit vltra. 3. partes ex 4. vt tradit idem Soc. Iu. cons. 129. num. 46. volum. 1. At Emanuel læsus fuit in totum condemnatus restituere bancum emptum ab eo & absolutis aduersariis ab eius credito totali, & plus vltra condemnatus eis in scutis 280. ergo sumus extra statutum
32 † cuius verba cum nõ conueniãt, nec eius dispositio debet conuenire. l. 4. §. toties. ff. de dam. infect. sed remanere debet hic casus in terminis iuris communis. l. commodissimè. ff. de liber. & posthum.
33 † quo iure datur reductio non attentis quibuscunq; verbis compromissi. Bald. & alii in l. cum antea. C. de recep. arb. Dec. dicto consi. 39. consi. 533. Cur. Iun. consi. 50. nume. 7. Grat. respon. 30. volum. 2. Cephal. consi. 137. nume. 59. cum simil. Et hæc satis.

*Hippolytus Rim. in. Ferrar.*

Pro quatuor Reuerendis Fratribus Franciſcanis.

ARGVMENTVM.

De pœna falſi decli nanda pulcherrime per totum diſcurritur.

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtis negatiuam cum affirmatiua iungens probat.*
*Et vbi negatiua veriſimiliter per ſenſum corporis percipi potuit.* 2.
*Vel adiecta ratione quòd tale quid fieri non potuiſſet quin vidiſſet aut intellexiſſet.* 3.
4 *Falſitas quæ nocere potuiſſet ſi fuiſſet detecta punibilis eſt.*
5 *Teſtis examinatus ad perpetuam rei memoriam ut probet quæ requirantur.* 6. 7. 8.
*Et vbi nulla cauſa probabilis eſt eum ſic examinandi ſuſpectum dicitur eius examen.* 9.
10 *Teſtis de falſo puniri non poteſt quando eius examẽ in forma deficit.*
11 *Falſum non committitur reſpectu pœnæ ſine dolo.*
*Et in dubio præſumitur error.* 12.
12 *Præſumptio doli ceſſat ex bona vita & fama.*
13 *Bona fama theſaurus dicitur ineſtimabilis.*
*Et corpus illuſtrat ſicut Sol.* 14.
*Et alias præſumptiones coadiuuat.* 15.
16 *Dolus præſumitur in his quæ ſunt de genere prohibitorum.*
17 *Præſumptiones ad abſoluendum præualent illis quæ tendunt ad condemnandum.*
18 *Dolus non præſumitur in mendace quando nullum commodum conſequitur ex mendacio.*
19 *Dicto poſteriori teſtis in tormentis ſtatur.*
20 *Leges ignorare non eſt dolus.*
21 *Falſitas verum dolum requirit.*
23 *Dolus ignoranti non poteſt imputari.*
24 *Excuſatur à falſo habens aliquam præſumptionem pro ſe.*
25 *Falſitas ne committatur nimia ſubtilitas eſt adhibenda.*
26 *Cauſa licet iniuſta excuſat à dolo.*
*Et etiam temeraria.* 27.
28 *Conſulens peritiores licèt malum conſilium habuerit excuſatur.*
29 *Sapientia reguntur qui cum conſilio agunt.*
30 *Delictum commiſſum ſine dolo non eſt ordinariè puniendum.*
31 *Pœna legis ſtatutive locum non habet ſine dolo ex propoſito.*
32 *Affectio operi nomen imponit.*
33 *Falſum non committit deponens quod non erat ſic credens.*
*In quo Bal. aliter ſenſit.* 34.
*Et varius fuit.* 35.
*Sed Iaſ. & alij concordant cum ſadere diſtinctionis.* 36.
37 *Falſum dixiſſe, quem nec pœna falſi teneri, non eſt nouum.*

***Auxilium meum à Domino.***

CONSILIVM CXLV.

REVERENDVS pater frater Iulianus de Belletis aliàs examinatus prima vice dixit non audiuiſſe legi nec publicari, quòd teſtator donaret inter viuos ſua bona ſed ſolum audiuit publicari teſtamentũ & non donationem inter viuos. Vnde cum verè reperiatur in teſtamẽto inſerta donatio ſub illa forma ſiue teſtator reuocauerit ſiue non reuocauerit teſtamentum titulo puræ & ſimplicis donationis inter viuos donauit &c. Dubitatur an d. frater in falſum inciderit, ſic vt pœna falſi plecti poſsit.

1 † Et prima facie videtur dicendum, quòd ſic quoniam affirmatiuam iunxit cum negatiua dicens, quòd non audiuit publicari donationem ſed ſolum audiuit publicari teſtamentum, quo caſu probat teſtis ſic loquens, vt per Bal. in c. 1. §. ſi quis per 30. col. 2. ſi de ſeu. fue. cõtro. ſequitur Abb. in c. cum Eccleſia ſutrina. colum. 6. de cau. poſſ. & prop. Aretin. & Fely. in c. in noſtra. lim. 3. de teſti. Alex. in l. 1. ff. ſi quis iuriſdi. dec. Neap. 324. nu. 9. & pulchrè declarat Cur. in tra
2 cta. de teſti. nu. 51. † dicens quòd negatiua probatur, vbi veriſimiliter & probabiliter per ſenſum corporis percipi potuit, vt ſi teſtis dicat, non vendidit domum ſed vineam: quia cadit optimè in ſenſum viſus vel auditus teſtis, quod exemplum propriè conuenit allegato per dictum teſtem.

Confirmatur: quoniam interogatus an eſſe poſſet, quòd teſtator feciſſet donationẽ inter viuos, quòd ipſe teſtis neſciret, non audiuiſſet aut bene non recordaretur. Reſpondit, quòd non: quia bene mentem applicuit publicationi, d. teſt. à prin. vſque ad fi. & ꝙ ſi donatio ipſa fuiſſet publicata teſtis ipſe audiuiſſet & intellexiſſet, quemadmodum intellexit teſtamentum
3 † hoc enim modo pariter cõcludit negatiuã qñ teſtis ſubiicit rationem: quia fuit præſens, nec tale quid fieri potuiſſet, quin vidiſſet, aut intellexiſſet, ut inquit Bal. in l. cum hi. §. nihil autẽ. col. 2. ff. de tranſ. Iaſ. conſ. 81. col. fi. vol. 3. Ang. in §. hinc nobis. in auct. de hæredi. & fal. Dec. conſ. 94. in fi: conſ. 101. col. 2. conſ. 177. col. 2. Rip. in d. c. cum Eccleſia. nu. 88. Nel. à S. Gem.
4 in tract. de teſti. nu. 211. † Quibus ita ſtantibus ſequitur, quòd ex quo falſitas iſta habuit ſui eſſentiam & formam, & nocere potuiſſet, niſi fuiſſet detecta, venit punienda. l. damus. iuncta glo. & ibi Doct. C. de falſ. Soc. conſi. 104. verſi. primus caſus. vol. 1.

Cogitanti

Cogitanti tamen vlterius mihi contrarium uerius esse videtur. & in primis moueor, q illud primum examen factũ fuit ad æternam rei memoriam, prout etiam in ultimo constituto facto d. Fratri Iuliano supponit, & d. examini nulla fides est adhibenda, quia d. frater nõ fuit
5 examinatus legitimè † testis. n. examinatus ad perpetuam rei mem. ut faciat fidem, requiritur primò quòd examinetur à suo iudice, idest ab eo qui in causa principali, quando moueretur, esset futurus iudex. Bar. & alii in l. societatem. §. arbitrorum col. 4. ff. pro soc. & in l. cum hi. §. transactionem. ff. de trãs. Doct. in c. significauit de testi. Alexand. cons. 103. colum. 1. volum. 3.
6 † Secundò requiritur, q subsit causa, videlicet timor mortis vel absentię. Bar. in l. fi. C. de vsu. pupil. Fely. in d. c. significauit. col. 3. Dec. cons.
7 302. † Tertiò requiritur, quòd in tali examine pars citetur, vt tradunt Doct. in auct. si quis. C. de testi. & in c. quoniam frequenter. vt lit. non
8 cõtest. † Quartò requiritur interlocutoria iudicis, testes examinandos esse valetudinarios vel absfuturos, vt tradit Spec. in §. postremò. de offi. omni. iud. ver. item si testes. gl. Bar. & alii. in l. in lege aquilia. ff. ad l. aquil. Socin. cons. 244. col. 4. vol. 2. Guid. Pa. consi. 231. & Soc. Iu. consi. 86. nu. 14. vol. 1. qui cumulat simul ista quattuor requisita, ponderatque, quòd neutrum ex d. requisitis concurrebat in casu suo, sicut nec in nostro concurrerunt. Quidam enim iuuenis notarius interpositus fuit à Masiis ad examinandum dictum fratrem sine sui iudicis auctoritate, qualis erat Reuerendiss. Episcopus Fer. vel suus Vic. Timor mortis nõ aderat, sicut nec constat, q tunc esset absfuturus, Barbacini, Bonsignoriusque citati non fuerunt, nec pronun-
9 tia iudicis interuenit. † Addo quoque q cum nulla cã probabilis esset eũ sic examinandi, suspectum dicitur illud examen c. quoniam frequenter, vt lit. non contest. Alcia. respon. 281.
10 nu. 6. † Vnde sequitur, quòd ex quo istud examen deficit in forma, testis de falso puniri non potest, vt est doct. Bar. in l. si quis legatum. ver. iux. hoc quæro, quid in teste. ff. de fal. cuius decisionem magis communem testatur Socin. in d. cons. 104. ver. tertius casus. & latius confirmat Mars. cons. 70. nu. 12.
11 † Secundò confirmatur hæc conclusio. Nam falsum non committitur effectualiter respectu pœnæ sine dolo. l. nec exemplum. C. de fal. & ibi Saly. & alii, & habetur in consiliis crim. pri. Tom. consi. 63. 64. & 65. Veronen. cons. 22. co
12 lum. 3. Boss. in tit. de defen. reo. num. 69. † vbi subdit in dubio errorem præsumi. At hic frater dolosè non dixit, quod deposuit, probatur ex eius bona fama & vita valde religiosa probata per 3. testes luculenter ante d. examen, propter quã cessat præsumptio doli, ut tradit Saly. in l. 1. nu. 4. C. ad l. Cor. de sica. & sequitur Ve-
13 ro. cons. 319. præsumptione. † Nec inmeritò; nã & uidemus, quòd bona fama cum sit thesaurus inestimabilis, & sicut lilium dans suauitatis odorem; secundũ Bal. in l. 1. col. 5. C. de con fess. purgat indicia ad torturã, vt voluit Ang. in l. milites. C. de qſt. Dec. cõs. 175. col. pe. & cõs. 189. col. pe. vbi pariter dicit, q p̃sumptio delicti tollit ex probatione bonę famæ, & cũ præfatis etiam concordat Mars. cons. 109. nu. 27. & cõs. 117. nu. 47. Veron. cons. 21. pro quibus ẽt facit.
14 † Nam sicut corpus nostrum sol illustrat, ita bona fama, secundum Bald. in c. veniens. de testi. quem sequitur Corse. in addi. Abb. in c. grãdi. de supp. negl. pręl. & Rol. à Val. cons. 45. nu. 43.
15 cum seq. vol. 1. † & licèt ista præsumptio non sufficiat per se sola, tamen alias coadiuuat, vt p Bal. Saly. & alios ibi, velut in casu nostro, quòd nulla erat inimicitia inter hũc fratrem Barbacinum & Bonsignorium, & insuper iuramentũ purgationis: quia dixit in 3. constituto, se tunc deposuisse, quod sibi veniebat in buccam, nec ab aliquo fuisse instigatum, testesq; pariter dicunt, eum nõ errasse malitia aut dolo sed ignorantia potius ac insipientia: & quia non intelligeret terminos iuris; hoc enim quod dixit cũ iuramento, & testes confirmat iunctum cum aliis coniecturis excludunt dolum, vt per gl. &
16 omnes in d. l. 1. C. de sicar. † quoniam sola pręsumptio doli, quæ cadit in his quæ sunt de genere prohibitorum, vt ibi habetur, & not. & in l. si non conuicii. C. de iniu. Gand. in rub. de homi. col. fi. ver. istud autem Tiraq. in tract. de pœn. cau. 10. nu. 6. & habetur in consiliis crim. cons. 41. nu. 12. & cons. 87. nu. 27. vol. 2. cedere debet tot cõtrariis præsumptionibus, auth. itaque. C. com. de succ. Cra. cons. 145. nu. 11. Lud.
17 de Port. cons. 93. nu. 16. vol. 1. crim. † Tantoq; magis; quoniam illæ sunt fauorabiliores, cum tendat ad absoluendũ, illa verò sola ad condẽnandum, meritò capiendę sunt. l. fauorabiliores. ff. de reg. iu. l. Ariani. ff. de actio. & obligat.
18 Ang. Aret. cons. 58. nu. 15. vol. 2. crim. † & in mendace quoque, quod est fortius, qui nullum cõmodũ ex tali mendacio consequitur, ut erat in hoc. Itẽ dolus nõ pręsumitur. Rui. cons. 8. in fi. vol. 4. Rol. à Val. cons. 11. nu. 59. vol. 3.

Tertiò & vltimò, accedit, quòd iste frater sępius postmodum examinatus dixit, quòd non recordatur, an fuerit publicata donatio, & demum in tormentis id confirmauit, & alia sua
19 examina, quæ in hoc persistunt † vnde standũ videtur his suis posterioribus dictis nõ autem illi priori, per doctr. Bartol. in l. eos. colum. 2. ff. de fals. & in l. si postulauerit. §. sed si negauerit. ff. de adulter. Alexand. consilio 63. volumine primo, meritò iuxta illud primum non potest puniri de falso.

Et ita tenendo non obstant contraria: licèt enim illud primum examen quoad verborum corticem probaret, tamen ei non est deferẽdũ velut carẽti debita forma, nec ex eo potest puniri de falso taliter deponens prout in primo fundamẽto dixi: maximè qa sine dolo pcessit,

ve in secundo fundamẽto, & quia per dicta po
steriora iunctis etiam tormentis illi prinri non
est standum. Et sic à pęna falsi venit absoluen-
dus hic Reuerendus parer frater Iulianus de
Bellettis.

Nunc ad Reuerendum fratrem Eliseum Gi
liolum transitum facio, qui proponitur dixisse
nnn fuisse lectam nec publicatam donationem
& quòd legi aut publicari non potuisset, quin
ipse audiuisset & intellexisset; quia pręsens fuit
& bene aduertit. Vnde tanquam concludens
negatiuam videtur de falsn puniendus detecta
falsitate per dicta superius contra Belletum.

Sed tamen diligentius intuenti mihi contra
rium verius apparet. Et mouenr; quoniam duo
sunt testes examinati deponẽtes, quòd iste fra-
ter Eliseus semper fuit persona rudis intelle-
ctus & ignara parumque prouida licèt bona, &
ob id concludunt eum errasse non malitia aut
malignitate, nec animn cuiquam nocendi, &
certè si percurrantur tot cõstituta sibi facta co-
gnosceetur esse talis; quia diligenter interroga-
tus nescit respondere, & vt plurimum rem ver-
tit in nnn recordari, nec habere memoriam &
particulariter in constitutn facto Bononiæ ne
scit differentiã inter testamentũ & donatinnẽ
quibus ita stantibus, quòd ius ignnrauerit, ne-
20 quaquam in dolo fuisse dicitur, † quia ignnra-
re leges nnn est dolus, vt tenent Iacnb. Buirig.
Bar. & Bal. in l. leges sacratissimæ. C. de legi. Al
ci. in tract. de præsump. 3. reg. præsump. 31. nu.
6. Plot. cons. 1n8. nu. 9. vol. 1. crim. meritò pœ-
21 na falsi puniri non debet aut potest † quod ve-
rum dolum requirit. l. nec exemplum. C. de fal.
l. diuus Clodius. & ibi Bar. ff. eo. Dy. in c. igno-
rantia de reg. iur. in 6.
22 † Idque prӕterea confirmatur, quia ignoran
ti dnlus imputari nnn potest. l. genero. ff. de his
qui. not. infa. Cra. cons. 8. nu. 10. Rnl. à Val. cõ
23 si. 42. nu. 18. uol. 3. † & in dubin semper præsu
mitur potius ignnrantia quàm dnlus, ut falsi-
tas excludatur, vt per Gram. cons. 23. nume. 4.
crim. cum simil. per Io. Bap. Asin. cnns. 113. nu.
9. Tnm. 2. crim.

Et hæc conclusin cõfirmaẽ autoritate Gand.
in tit. de falsa. ver. sequitur videre aliam. q. nu.
27. vbi loquitur de illiteratn producẽti instru-
mentum, qund ex nõnullis allegabatur falsum
petebaturque eum producentem puniri de fal
sn. Concluditque eũ nequaquam puniri de fal
so, quia falsum nnn cnmmittitur absque dolo,
d. l. nec exemplũ. & lex præsumit in dubin quẽ
potius simplicitate quàm malitia deliquisse, &
vt ibi latius per eũ, quem sequitur Pet. Foll. in
prac. sua cri. in ver. Itẽ ꝙ cõmisit falsitatẽ. n. 51.
24 † & sufficit ꝙ quis habeat aliquam pręsumptio
nem pro se ad excusandum eũ à falso, ut ꝑ Bal.
in l. fi. col. 12. C. de edi. di. ad. Boss. in tit. de fal.
nn. 134. & habetur in cons. 137. nu. 40. 1. Tom.
25 crim. † Imò verò dixit eleganter Bal. in l. fi. C.
de fideic. ꝙ ne cõmittatur falsitas, nimia sub-
tilitas est adhibẽda, adeo ꝙ si aliquod verbum
seu aliquis actus poterit importare falsitatẽ, sit
interpretatio, ꝙ non importet. Bal. in l. 1. C. de
sacrosan. eccl. Bar. in l. gerit. col. 5. ff. de acq. hæ
re. Petr. Fnller. cnns. 78. cnl. 1. 2. Tom. crim. sed
certè satis euidens præsumptin videtur excusa
tinnis à pęna falsi vita religiosa & bona innata
simplicitate, ingenii ruditate & id genus, quę ĩ
hoc fratre concurrunt, meritò venit absoluen-
dus ab ea. Tãtoq; magis ꝙ à primo & secundo
examine citrà nunquã amplius affirmauit non
fuisse factã donatinnẽ sed nnn recnrdari, sed ꝙ
potuisset fieri remittẽdn se ad nntariũ vti pro-
bum virum, idq; etiam in tormẽtis replicauit.
Vnde priorib. illis dictis, vbi negauit donatio
nẽ factã, nõ ẽ stãdũ, vt dixi superius in alio fra
tre per doct. Bar. in l. eos. ff. de fal. cum simil.

Superest vt de Reuer. fratre Cesare Cocapa
no verba faciã, qui pariter primo & secũdo lo-
co negatiuã visus fuit affirmare, sed & ipse ve-
nit excusandus à pęna falsi, qm̃ fatet ingenuè si
bi fuisse persuasum & dictũ a viro, quodam gra
ui & literato, qui eũ interrogauit de numero
testiũ & aliis circũstantiis, ꝙ erat testm̃, nec po-
terat esse donatio, sibiq; leges allegabat, dice-
batq; sic eũ posse testificari, qa nihil referebat
& nemini nocebat & alia id genus, quæ tertio
locn examinatus & ĩ suis cõstitutis postea reue
26 lauit † ex quo igr̃ hic fr̃ motus fuit ad deponẽ
dũ negatiuã donõnis ex d. causa dẽt à dolo ex-
cusari, posito ꝙ esset iniusta causa. gl. in l. plagii.
2 C. de plagia. l. 1. in fi. ff. de abige. l. igr̃. §. illud
ff. de lib. causa Ale. ĩ l. qui Romæ. §. duo fratres
col. 9. ff. de ver. ob. Ias. in l. si quis maior. cnl. 9.
C. de trans. Ang. in l. fi. ff. de eo per quẽ fac. erit
27 † vbi ẽt dicit, ꝙ causa temeraria excusat à do-
ln. Soc. cõs. 118. ĩ 3. dubitatione, vbi dicit, ꝙ q̃-
libet cã bestialis excusat à dnln. Meritò cũ sic il
le magnus vir ita sibi diceret & affirmaret, ei-
que credens & fidẽ pręstans (licet non debuis-
set) ita deposuerit, excusandus est à falsitate,
sicque tradit ille Petr. Folle. in praxi sua crim.
in ver. Item ꝙ commisit falsitatem. nume. 34.

Accedit, ꝙ cũ d. frater solicitareẽ ad examen
subeundum coram Belenz. snlicitanti respon-
dit (Andate vn poco piann, ch'in voglio cõsi-
gliarmi cnn qualche persona che l'intenda) Et
acccedens ad illũ virum literatum exposuit, ꝙ
erat examinandus in vna causa, & quidam dice
bant fuisse dnnationẽ, quidã simplex testm̃ sub
dens (io vorei saper com'ho da gouernarmi in
questa cnsa) ꝙ vir ẽo interrogato de pluribus
dixit, fuisse testm̃ nõ aũt donationẽ, quia dnna
tinni tot testes nõ interueninnt, & cõsuluit d.
fratrẽ, ꝙ ꝑsisteret ĩ hoc, ꝙ nõ erat donõ, qun cõ
silio habito iuit ad examẽ corã Bellẽtino, & de
posuit ꝙ nõ erat facta donarin, & si facta fuisset
eã intellexisset, ita dicit ipse frater ĩ primo suo
28 cõstituto, ex quo igr̃ † ita deposuit ad cõsiliũ il
lius viri periti cessat culpa d. fratris, meritò ad
nihilũ teneẽ, licet damnũ dedisset aut inferre
potuisset

potuiſſet,vt inquit Corn.conſil. 282. nume.9.
volum.4.Nam qui conſuluit peritiores , licet
malum conſilium habuerit,excuſatur etiam ab
ignorantia iuris,ut inquit Bald. Salycet. Dec.
& ibi dixi in l. iuris ignorantia , nume. 24. C.
29 qui admi. † Tantoque magis:quia iuxta pro-
uerbium Salomo.cap.13.,Qui cum cóſ.cuncta
agunt,reguntur ſapientia.Ideo Tobię.4. dici-
tur conſilium à ſapiente ſemper ſequere, quos
reſert Ang. de Vbal. Iun. conſi.72.nume. 30.
volum.2.crim.

Supereſt,vt de Reuerendo fratre Rainerio
Iacobello quicq̃ dicamus, qui uiſus eſt in prę-
fatis affirmaſse nõ fuiſſe factã donationẽ, nec
potuiſſe fieri aut legi,quin ipſe eam audiuiſſet
& intellexiſſet,& ad eius excuſationem à pe-
na falſi conſidero, quòd ipſe poſtea rurſus exa-
minatus & in ſuis conſtitutis dixit, quòd ab ini
tio dixit fuiſſe teſtamentum non autem dona-
tionem,tenens in veritate & conſcientia ſua eſ
ſe teſtamẽtum,ſed poſtea conuerſus ad Deum
ſępiuſque per quatuòr menſes oratione ſpi-
ritus ſancti repetita, vt illuminaretur ad dicen
dum veritatem , tandem ad memoriam ſuam
deuenit , quòd Bonſignorius Maſio prædixit
(Auertite ben m. Alfonſo, che quando harete
donato via il voſtro non ſarà piu voſtro,& però
poi ha teſtimoniato che foſſe vna donatione )
tanquam illuminatus à Deo, quòd ſic fuiſſet,
& ita firmauit etiam in tormentis . Quibus ſic
30 ſtantibus de ſalſo puniri non poteſt† Nam de-
lictum commiſſum ſine dolo non eſt punibile
ſaltem ordinaria & vera pœna delicti. l.qui æ-
des.l.qui fortuitu,ff.de incen.rui.& nauf.Bald.
in l.data opera.colum.4.C.qui accu.& in l.qui
cunque.colum.5.C.de ſeru.fugi. Caſtr. in l.1.
C.vbi ſenat. & in l.& ſi ſeuerior.colum. fina.C.
ex qui. cauſ. inſa. Veron. conſ. 29. & copioſẽ
31 Mar.conſ.25.colum. 2. † qui concludunt vna-
nimiter,pœnam legis vel ſtatuti pro delicto lo
cum non habere,niſi dolus interuenerit ex pro
poſito, ideo bene ſubdit Marſ. quòd voluntas
& propoſitum diſtinguunt maleficia.l. qui iniu
32 riæ,ff.de furt.l.quod reipub. ff.de iniur. † &
ideo dicimus, quòd affectio operi nomen im-
ponit,vt habetur in l.ſi non conuicii. C. de in-
iur.at iſte frater non fuit in dolo , credens eſſe
verum,quod deponebat , nec habuit volunta-
tem aut propoſitum deponendi ſalſum , ergo
non dicitur falſum ſic depoſuiſſe, vt pœna falſi
veniat puniendus.
33 † Et pro hoc adduco Marſ. in dicto conſ.62.
colum. 2. loquentem de quodam inquiſito de
falſo,qui paſſus fuerat ſe deſcribi in teſtem &
pro cognitore partium , quarum vnus diceba-
tur Aloyſius ( vt ille crediderat ) in lecto ia-
cens , cum tamen eſſet alius ſuppoſitus. : quia
non fuerat in dolo ſic credens, quòd verum nõ
34 erat † & licet Bald. in l. 2. §. quod obſeruari.
not.3.C.de iur. cal. dixerit, teſtem , qui credit
eſſe verum,quod depoſuit,ſi falſum dixit , per-
iurum eſſe, ſicque falſum : quia iuramentum
ſuum eſt veritatis.ideo ubi illam verè non no-
uit,non debet quicquam aſſerere, quod ſi ſe-
cus facit aſſerendo quod ignorat, dicitur aſſer
tio temeraria,ſicque dicitur periurus & falſum
depoſuiſſe : etiam quòd per errorem depoſue
rit illud. Nam ſibi debet imputari,qui ſciens ſi-
bi non liquere,& de quo poterat plenam inſor
mationem habere voluit temerariè aſſerere ,
vt ſic Bal.declarat Socin. Iun. conſ. 41.colum.
35 2.volum.2. † Attamen quia idem Bal.in l.ſi
ex falſis.ad fi.C.de tranſ.voluit, teſtem qui per
errorẽ falſum depoſuit, periurum non eſſe,ſic-
que pro ſalſo non haberi,cum in ſalſo dolus re
quiratur.l.nec exemplum.C.de fal. eumque ſe
quitur Fely.in c.fraternitatis . colum. final. de
hæret.& ita Bal.videtur ſibi contrarius,meritò
Iaſ.in l.qui iuraſſe.col.2.ver.puto pro concor-
dia.ff.de iureiu.quẽ ſequitur Soc. Iu. loco cit.
co.3.& Cur.Iu.in l.ſi qs maior.n.17.C.de trãſ.
36 † fędere diſtinctionis eum conciliant . Aut
enim quæritur,an teſtis dicatur falſus vel per-
iurus quò ad effectum probationis & fidei , &
tunc etiam quòd in dicto ſuo errauerit & do-
lo caruerit, debet attendi veritas , videlicet
vt ſalſus dicatur & peieraſſe , ſicque procedit
quod inquit Bald. in dicto §. quod obſeruari.
Aut verò quærimus,an teſtis falſum deponens
erroneè tamen : quia credit eſſe verum , quod
dicit,poſsit puniri pœna ſalſi,vel periurii tan-
quam falſarius vel periurus: & tunc quia requi
ritur dolus & non interuenit , puniri non po-
teſt,& hoc reſpectu non dicitur falſus aut per-
iurus,& ita procedit Bald.in dicta.l.ſi ex falſis.
37 † Nec eſt nouum,vt addit Socin.Iun. loco ci-
tato colum.3.aliquem falſum dixiſſe , nec ta-
men eum pœna falſi puniri poſſe , puta ſi tale
falſum nemini noceat , nam tunc licet pœna
falſi non puniatur, tamen falſum verè dicitur
commiſſum, vt tradit gloſſ.Bartol. & alii in l.
damus.C.de falſ.Bald.conſilio 14. filiusfamil.
volumine primo , cum ſimilibus,& ita reſpectu
ſui aliquid ſalſum erit , & vt falſum conſide-
rabitur,licèt pœna falſi non imponatur, prout
in caſu noſtro ſic ad vnguem dici debet . Nam
poſito,quòd frater hic prima vice falſum dixiſ
ſet , aſſerens donationem non fuiſſe lectam
nec publicatam , ſed tantum teſtamentum li-
cet erroneè,quia ſic credebat in veritate & con
ſcientia ſua , & ob id quoad effectum proba-
tionis & fidei diceretur ſalſus & periurus : ta-
men quia in dolo non fuit , non poteſt quo-
ad reatum pœnæ falſi vel periurii dici falſus
aut periurus , ſic vt taliter puniri poſsit pro-
pter errorem , & erroneam credulitatem , in
qua tunc reperiebatur . Et tanto magis con-
currente bona vita & fama ipſius fratris , &
nulla inimicitia ſua cum notario , uel Bar-
bacinis , per ea quæ ſupra circa primum te-
ſtem dicta fuerunt , quæ breuitatis cauſa non
repeto . Ex quibus tandem concluditur,vni-

formiter hos 4. fratres Reuerendos à pœna falsi absoluendos esse.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

## Pro magnifico Comite Almerico Giliolo.

### ARGVMENTVM.

De reciproca fideicommissariam non continente vigore clausulæ Codicillaris, nisi conceptę in futurum, & quando lex cum auus. ff. de conditio. & demonstration. cessat, & alia pulchra.

### *SVMMARIVM.*

1 *Substitutio reciproca filijs facta continet tacitam conditionem si decesserint sine filijs.*
*Quando sunt descendentes testatoris secus si alterius & illi extranei.* 22.
*Idem si collaterales.* 23.
2 *Conditio si quis decesserit sine filijs deficit eo cũ uno tantum filio moriente.*
*Nec substitutus tali casu priuari dicitur sed pro non substituto habetur.*
3 *Masculinitatis mentione facta in vna parte testamenti non fit eiusdem repetitio in alia vbi de filijs simpliciter sit dictum.*
*Si separata fuit pars.* 4.
*Et est communis opinio:*
5 *Substitutio reciproca dicitur vulgaris non autem fideicommissaria.*
*Sed quando secus.* 13.
*Quid autem clausula codicillari adiecta dicendum sit.* 6. 7. 14. 15.
5 *Vulgaris expirat post aditam hæreditatem, compendiosa dicitur mentione mortis in ea facta.* 8.
*Et fideicommissariam continet post aditam hæreditatem instituto moriente.* 9.
10 *Substitutio vna secundum aliam declaratur.*
11 *Substituo verbum in vna parte pro directo sumptum pariter sumitur in alia vbi simpliciter fuerit positum.*
12 *Masculinitatis mentio facta dicitur ad conseruationem domus & familiæ.*
*Et vt masculi fœminis præferantur.*
15 *Substitutio reciproca verbis directis quando trahatur ad fideicommissum.*
15 *Clausula codicillaris reciprocæ adiecta eam trahit ad fideicommissariam.*
*Secundum communem.*
*Et de ratione.* 24
*Saltem concepta dicta clausula in futurum.* 16.
*Et est magis communis opinio.* 17.
18 *Verba in stirpes & non in capita respectu descendentium operantur.*
*Et ad omnes gradus porriguntur.* 19.
*Licet reciproca filijs facta non soleat ad nepotes porrigi.* 20.
20 *Reciproca inter filios facta non porrigitur ad nepotes.*
*Fallit si dictum fuerit in stirpes.*
*Et non in capita.* 21
22 *Lex cum auus, ff. de cond. & demon. cessat in filijs extranei.*
*Et in collateralibus.* 23.
25 *Decij rationes circa breuiloquam quòd per clausulam codicillarem non comprehendat fideicommissariam confutantur.*
26 *Breuiloqua verba non repugnant fideicommissariæ.*
27 *Clausula codicillaris tendit non tantum ad confirmandum sed & ad augendum.*
28 *Copula & stat augmentatiuè.*
29 *Clausula omni meliori operatur quòd testator non videatur se restrinxisse ad specificata.*
*Et intelligitur relictum titulo institutionis filio.* 30.
31 *Clausula codicillaris transubstantiat dispositionem in aliam.*
32 *Testamentum minus solemne non valet sed per clausulam codicillarem sustinetur in vim fideicommissi ab intestato venientibus præstandi.*
33 *Clausula codicillaris conseruat testamentum iure fideicomissi quando filius est præteritus.*
34 *Succedere directo & per fideicommissum differunt.*
35 *Clausula accessoria non immutat naturam principalis dispositionis.*

*Auxilium meum à Domino.*

## CONSILIVM CXLVI.

DOMINVS Antoniolus Angelinus instituta vxore post eius mortem substituit Dominum Ioannem Giliolum, & post eius mortem voluit omnia bona sua peruenire ad omnes filios masculos tam natos quam nascituros ex dicto Domino Ioanne & domina Griselda eius vxore, quos dicti Ioannis & Griseldæ filios masculos inuicem substituit æqualiter & æquis portionibus in stirpes & non in capita. Ex Domino Ioanne nati sunt quatuor filij masculi, videlicet dominus Odoricus, Alfonsus, Comes Almericus & Antoniolus, & totidem fœminæ. Primoq́ decessit Dominus Antoniolus, cui tres fratres successerunt. Postea decessit Dominus Alfonsus relictis filijs vtriusque sexus. Demumque Dominus Odoricus relicta Domina Iulia vnica eius filia, quæ contendit succedere in bonis d. testatoris peruentis ad patrem, contra verò Co. Almericus. vnde quæritur quid iuris.

ET

1 ET † in primis illa videtur præferē
da: quia substitutio reciproca
inter filios Domini Ioannis con
tinere videtur tacitam conditio
nem, si decesserint sine filiis. l. cū
auus. ff. de condi. & demon. l. cum acutissimi.
C. de fideicom. At D. Odoricus decessit relicta
2 Domina Iulia, ergo d. conditio defecit † quia
non dicitur esse sine filiis, cui superest vnus filius,
vel filia. l. non est sine liberis. ff. de verbor.
signi. & est casus in l. 1. C. de condit. insert. Sicque
declarat Craue. consi. 62. nume. 1. subdens
quòd deficiente conditione substitutionis nō
dicitur substitutus priuari iure substitutionis,
sed habetur pro non substituto, citat Castrensem
cons. 292. colum. 2. versicul. Item testator
volum. 2.
3 † Et licet in primo gradu filiorum Domini
Ioannis expresserit de masculis, non tamen in
tacita conditione filiorum ex illis qualitas ma
sculinitatis est repetenda, sed debet intelligi
de filiis vtriusque sexus, vt voluit Ancha. consi.
120. Ioan. de Ana. consi. 22. Alex. cons. 55. col.
2. volum. 3. consi. 38. volum. 6. Soc. cons. 227. in
fi. vol. 2. consi. 16. col. pen. vol. 3. Curt. cons. 64.
col. 2. Dec. cons. 339. col. 2. coosi. 416. col. pen.
eons. 442. colum. 2. cons. 514. ante fi. cons. 567.
& cons. 599. col. 2. Corn. cons. 230. col. 4. vol. 3.
cons. 273. col. 4. vol. 4. Bologni. inter cons. Alex.
cons. 43. col. 4. vol. 4. Ias. cons. 142. col. 5. & 7. vo.
2. cons. 39. col. 4. vol. 3. Cur. Iun. consi. 49. col.
3. cons. 163. colum. 4. cons. 167. col. 5. quos om
4 nes cumulat Crau. consi. 289. col. 6. † quibus
addo D. meum Zuccar. in l. fin. nume. 68. C. de
edic. di. ad. tol. ubi tandem concludit hanc esse
magis communem opinionem. Mouentur om
nes: quia sicut testator in vna parte de masculis
expresit idem fecisset io alia si voluisset &
de illis sentisset. l. vnica. §. sin autem ad deficiē
tis. C. de cadu. toll. Quæ quidem conclusio, de
plano procedit, quando testator in diuersis &
separatis orationibus loquutus fuit vt hic, prout
est de mente Dec. in dicto consil. 599.
Ias. consilio 39. colum. 3. volum. 3. & Dominus
meus Zuccar. in d. l. fin. nume. 69. col. seq.
ver. non obstat.
5 † Secundò non videtur Com. Almericus ali
quid ius habere posse in d. bonis: quoniam simplex
illa substitutio reciproca, quos inuicem
substituit, fuit uulgaris & non fideicommissaria,
ut concludit Bar. in l. centurio. col. 10. uer.
secundò opponitur, & melius in l. Lucius. q.
pen. ff. de uulg. & pup. ubi Ias. nu. 29. communem
testatur, & sequitur Rip. nu. 41. Idemque
tenet amplè Ias. consi. 134. colum. 2. uolum. 1.
Rolan. à Val. consi. 25. colum. 2. uolum. 1. Fran
cisc. Marci. decis. 170. colum. 2. par. 2. At Domi
nus Odoricus fuit hæres, ergo d. uulgaris expi
rauit. l. post aditam. C. de impube. & in termi
nis tradit Aret. consil. 37. sequendo ordinem.
colum. 3.

6 † Nec adiuuari posse videtur hæc reciproca
ad comprehensionem fideicommissariæ virtu
te clausulæ codicillaris in testō subiectę: quo
niam istud esset prҫter intentionem testatoris
qui de fideicommisso non cogitauit. Vnde de
ficiente uoluntate testatoris clausula codicilla
ris operari non debet. & cum illius uerba ten
dant ad confirmandum tantum quod est dispo
situm, & de fideicommissaria nihil fuerit actū
meritò uis d. clausulæ cessare debet, & cum sit
accessoriè posita non debet ampliare, prout fie
ret obliquādo substitutionem directam. Ita cō
cludit Dec. consil. 205. in fi. consi. 248. colum
na penultim. consi. 287. colum. 2. cons. 384. &
consil. 394. in fin. Ruin. consil. 159. numero
23. volum. 2. Soc. Iun. cons. 180. colum. penul.
in fi. volum. 2. qui tamen in vulgari loquuntur,
7 † sed & in breuiloqua loquitur Dec. in l. preci
bus. nu. 18. C. de impube. & Io. Durant. de art.
testand. titul. 5. cautel. 14. vbi communem
testatur. & ex his intentio prҫfatę filię potior
videtur in dict. bonis quàm Comitis Almerici
sui patrui.
Quibus tamen non obstan. arbitror Indubi-
tanter d. Comitem Almericum præferendum
esse & ad d. successionem admittendum pror-
8 sus exclusa filia prædicta Dom. Odorici † mo-
ueor. Nam prima substitutio facta de Domi-
no Ioanne Ziliolo vxori testatoris & secunda
de filiis Domini Ioannis eidem facta fuerunt
compendiosæ, velut mentione mortis vtrobi-
que facta, vt per Gloss. Fulgo. Castr. & Alexan-
drum in l. in testamento C. de testam. militar.
Socin. consi. 113. colum. 3. in fin. volum. 2. Rip.
in l. centurio nume. 150. in fin. ff. de vulg. Pa-
ris. consi. 73. nume. 3. consi. 93. nu. 4. volum. 2.
Ruin. consi. 158. nume. 15. volum. 2. Curt. Iun.
consi. 86. colum. 2. consi. 172. in principio Soc.
Iun. cons. 180. nume. 20. volum. 2. Deci. in l.
precibus, & ibi dixi nume. 316. C. de impube.
9 † quæ compendiosa continet in se fideicom-
missariam post aditam hæreditatem ab eo, cui
facta fuit; vt per Bartol. & alios ibi, & in dicta
l. centurio, cum quo concordant omnes; vt
ibidem Rip. testatur. nume. 63. Guiliel. Bene.
in c. Raintius. io versic. si absque liberis secun
do co. 2. de testament. & Imol. nume. 175. &
ego dixi in dicta l. precibus, nume. 306. 307.
latè firmat Paris. consil. 26. colum. prima. &
consi. 30. nume. 12. volum. 2. & Menoch. consi.
mox allegando nume. 371. meritò dum reci-
procè substituit dictos filios Domini Ioannis,
consequens est, vt in ea quoque fideicommis-
10 saria contineatur. † quia vna substitutio se-
cundum aliam declaratur. Ruin. consil. 149.
nume. 9. volum. 2. Alba consil. 24. nume. 7.
post Dec. consil. 15. & idem Alba consil. 51.
nume. 16. & latius confirmat Menoch. consil.
1. nume. 300. & sequen. pro Triuulciis condi-
to & cum aliis pro dictis nobilibus impresso, &
magis in specie confirmatur ex not. p Bar. in d. l.

centurio.in 3.quæst.prin. verſ. quid enim,quę communiter in hoc ſequuntur ibi Doct. addu centes concordantes,& Corn.conſ.57.colum. pen.volum.2.&conſ.90.colum. 3.volum.3.Pa
11 riſ.conſ.18.num.29.vol.2. † vbi vult, quòd ſi teſtator in vna parte teſtamenti accepit verbum ſubſtituo ęquiuocum, pro ſubſtitutione directa, & in alia parte teſtamenti tale verbum fuit ſimpliciter appoſitum, debet in iſta parte iudicari appoſitum pro ſubſtitutione directa: ex eo quia in alia parte teſtamenti ita fuit per teſtatorem declaratum: quia verba dubia declarantur per antecedentia & ſubſequentia. Sic enim in propoſito noſtro dici debet, quòd cum in prima ſubſtitutione de domino Ioanne Giliolo dixerit teſtator, quòd poſt mortem vxoris eum ſubſtituit,quo caſu verbum ſubſtituit,ibi fideicommiſſariam continet adita hęreditate per vxorem. Verbum ſubſtituit, in reciproca ſequenti poſitum,debet pari modo cõtinere fideicõmiſſariam,ſumpta illius declaratione à prima ſubſtitutione.

Secundò comprobatur. Nam poſt mortem domini Ioannis teſtator voluit omnia bona ſuæ hæreditatis peruenire debere ad omnes eius filios maſculos,ſubiunxitque,quos Domini Ioannis & Dominę Griſeldę filios maſculos
12 inuicem ſubſtituit eis † ſicque bis eos vocauit ſub illa qualitate maſculinitatis non alia ſanè ratione, quàm ad conſeruationem domus & familiæ de Giliolis,& vt in ea bona conſeruarentur.§.cęterum,&§.media.Inſt.de legi.agn. ſucceſ.& in l.1.§.pen.ff.de ventr. in ſpi.& not. in l.maximum vitium.C.de lib. præt.Io.Andr: in addi.Specul.in rub. de ſucceſſ.ab inteſ.verſic.eſt ſciendum.Bal.in l.quid ergo. ff. de legi. Alexan.conſi.20.& conſi.80.vol.1.Socin.conſi.63.colum.9.volum. 3. Dec. conſi.15.conſil. 318.nume.2.conſi.270.col.pen. Cur.conſ.40. colum.1.conſi.63.colum. 3. Alba conſi.51.& & conſi.54.num. 8. Pariſ.conſ.48.nume.10.& conſ.63.nu.14.volum.2.operaturque talis maſculinitas à teſtatore conſiderata, quòd maſculi fœminis præferantur, vt idem Pariſ. tradit
13 conſ.74.nume. 13.volum.2. † Ideo cum talis conſideratio maſculinitatis non poſſit habere locum niſi inducatur fideicommiſſum, ſequitur in tali reciproca ſubſti tutione fideicommiſſariam contineri, ſicque concludit in ſpecie Pariſ.conſi.41.nu.38.vol.3.

Tertiò fundatur intentio Comit. Almeriei,quòd in teſtamento prædicto reperitur appoſita clauſula codicillaris in hęc verba.Quod valere voluit iure teſtamenti, & ſi iure teſtamẽti non valet,vel non valebit,ſaltem valere voluit iure codicillorũ,vel donationis cauſa mortis,ſeu quolibet alio iure,vel vltima voluntate, quibus magis & melius firmiter valere poterit
14 & tenere, † qua clauſula ſic ſtante breuiloqua continet fideicomiſſariam uno ex inuicẽ ſubſtitutis decedente poſt aditam hæreditatẽ, vt in fortioribus terminis loquuntur Caſtr. Fulg.& Cor.in l.ſi frater.C.de fideic.uidelicet in ſubſtitutione facta per uerba directa,nedum per uerbum ſubſtituo, quod eſt cõmune, prout in caſu noſtro,ſicque clarè tenet Soci.in reciproca conſi.6.col.2.vol.3.Ioan.Durãt.de arte teſtan.tit.5. cautela 29. Catell. Cotta. lib. memorialiũ ſuorum in uerbo ſubſtitutio directa.Cur.Iun.in d.l.pręcibus nu.5.Mantua lect. prima nu.82.& in 2.nu.125.ubi quoque latius attingo,& ſequor nu.449.Gallia.in d.l.centurio.nu.65.qui Deciũ taxat Grat.reſpon.8.vol.
15 2.† Pariſ.conſ.41. nu.53. qui dicit, hanc eſſe magis communem,uol.2.quos omnes allegaui in d.l.præcibus.& nunc addo Neuiza.conſ. 53.nu.12.qui dicit quòd forſan illa opinio Decii non eſt bene tuta & contrarium tenet latè Gallia.in d.l.centurio.ubi Soc.Iun.nu.15. dicit in practica notandum eſſe,quòd cum hodiè talis clauſula ſoleat ſemper in teſtamentis apponi,ſemper in reciproca fideicommiſſaria cõtinebitur,deinde cogitandum relinquit, quia non eſt penes eum ſine dubio, ſeque remittit ad dicta per eũ conſ.166.vol.2.ubi relatis opinionibus concludit,quòd hæc eſt magis communiter recepta concluſio:quam tenet etiam conſ.100.nu.14.vol.3.Cephal.conſ.16.col.2.
16 † & hęc concluſio tanto magis procedit,concepta clauſula codicillari per uerba futuri temporis,ut ſupra retuli, iuxta diſtinctionem Ripę in l.Lucius,nu.45.ff.de vulg.& pup.quæ fuit in effectu Rubei in l.Gallus.§.quidam rectè. col. 8.ff.de lib.& poſt. vt refert & ſequitur Soci. Iun.in d.conſ.166.ad fi.uol.2.Nec eſt uerum, quòd Duran.in d.caut.14. dixerit opinionem contrariam eſſe comunem, quando appoſita eſt clauſula codicillaris,ſed dixit eſſe communem, quando reciproca ſimplex, & ſine dicta clauſula reperitur,poſtea uerò eam ampliauit
17 appoſita etiã dicta clauſula † at in hoc ſecundo caſu dicitur, quòd opinio affirmatiua de fideicommiſſo,quod inducitur,eſt magis communis,vt teſtantur Pariſ.& Soc.Iu.in locis cõmemoratis.
18 † Quartò non omitto, quòd in fine ſubſtitutionis reciprocę teſtator uocauit filios domini Ioannis æqualiter, & ęquis portionibus in ſtirpes,& non in capita. per quę ultima uerba apparet quòd non ſolum filii, ſed etiam deſcendentes ex aliis prædefunctis admittuntur ut in ſpecie tradit Soc.conſ.104. col.3. uol. 3.
19 Pariſ.conſ.36.col.2.uol.2.† & illa uerba porriguntur ad omnes gradus, vt inquit Port.Imol. conſilio 54.nume.11.At illud eſſe non poſſet, ſi diceremus in reciproca vulgarẽ tantum contineri: quia uno ex filiis domini Ioannis præmoriente non adita hæreditate facile nepotes non extarent, ergo ſub ea contineri debet fideicommiſſaria,ut in progreſſu temporis morientibus aliquibus ex filiis domini Ioannis, nepotes ex aliis nati, vel inter ſe, vel cum patruis

truis admittantur in stirpes, & non in capita, iuxta iuris communis dispositionem. §. 1. in auth. de hæred. ab intest. §. cum filius, & §. item
20 uetustas. instit. eo. tit. † Et licet reciproca inter filios facta non soleat ad nepotes extendi, vt tradit Cast. cons. 38. dubium facit, in anti. per tex. in §. nos autem. iūcta. Glos. in auth. de resti. fidei. quem sequitur Dec. cons. 465. col. 2.
21 tamen in casu nostro secus esse debet. † Nam quod dicunt Castr. & Dec. procedit, quando reciproca reperitur facta inter filios sine illis uerbis in stirpes, & non in capita, quæ ipsis nō conueniunt, vnde ne sint superflua debent in nepotibus operari. l. si quādo. C. de inoffi. test. quod esse non potest, nisi per uiam fideicommissi, vt supra dixi: patet igitur ex prædictis hanc partem pro Comite Almerico potiorem esse & tenendam.

22 † Nec obstant contraria. Namque ad primū de tacita conditione, si filii reciprocè substituti decesserint sine filiis, per. l. cum auus. ff. de condi. & demonst. respondetur, quòd inter extraneos locum non habet illius legis dispositio, quales erant testatori filii domini Ioannis, vt tradit glos. in l. generaliter. §. cum autē. in uers. filios. C. de insti. & subst. Idemq;. Glo. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Treb. & in l. cum acutissimi. in uers. deinceps. & in l. 1. in Glos. fin. C. de dona. cau. mort. Nam ratio pietatis, & illa, ne uideatur alienam sobolem propriæ anteponere, cessat in extraneo, sicque signāter tenet D. meus Riminaldus cons. 183.
23 nu. 15. † Confirmatur quia prædicta iura non habēt locum, si grauatus sit de ascendentibus, uel collateralibus, secundum Bar. & Imol. in d. l. cum auus. ubi Soc. col. 1. communem testatur Cyn. in d. l. cū acutissimi. q. 3. Ang. in prin. & Alber. col. 2. uers. q̃d in fratribus, Alex. cōs. 38. uol. 1. Dec. cons. 529. col. fin. Bero. in c. quæ in ecclesiarū, & ibi dixi de consti. Ang. Alber. Alex. & Ias. in d. §. cū autem. in 5. limit. Et ponit Hiero. Zancus in repeti. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellia. ergo minus locum habere debent in extraneis, sicque concludit & arguit Ripa in d. §. si q̃s rogatus, nu. 55. & hinc non est opus disputare de domina Iulia filia domini Odorici, quæ uenire debeat sub illa tacita conditione filiorum, licet sit fœmina, cū etiam si masculus esset talis tacita conditio locum non haberet.

24 † Ad secundum uerò respondetur, quòd simplex reciproca non comprehendit fideicōmissariā regulariter, sed fallit adiecta clausula codicillari per uerba futuri temporis concepta secundum magis communem sententiam, prout superius ostendi. quod ratione comprobatur, quam ponit Ripa in d. l. cēturio. nu. 84. post Aret. cons. fin. col. fi. Nam testator audiendo publicationem, seu vulgarem expositionē & declarationem huius clausulæ satis intelligit cum notario, cæterisque præsentibus, quid importet in sui generalitate, videlicet, quòd prouidet in præsenti & in futurum, casu quo testamentum annulletur, licet in specie non intelligat ipse cum cæteris omnes causas quibus potest annullari. Vnde hæc clausula debet operari contra omnes nullitates, contra quas uerisimiliter prouidisset, si de illis in specie cogitasset, puta quòd adita hæreditate substitutio directa corruere deberet, nec substitutus admittetur etiam iure fideicommissi. Verisimile est enim, quòd de hoc casu prouidisset, si de illo cogitasset in specie. Igitur ex hac ratione talis clausula debet operari ius fideicommissi post aditam hæreditatem ab eo, cui facta fuit reciproca substitutio. Nam & aliàs sufficit cogitatio in genere, licet non in specie concurrat. l. qui iure militari. ff. de test milit. Bar. in l. unica. ff. de condi. ex lege. Dominus meus Riminal. in l. prima col. 3. C. de eden. cum simil.

25 † Et ad primam rationē Decii in locis citatis, quòd testator de fideicommissaria non cogitauit, iam patet responsio, non cogitasse quidem in specie, sed in genere, quod est satis. Cōfirmatur. Nam quando testator dixit, uos inuicem substituo, non constat de mente sua, q̃ uoluerit substitutionem suam arctare, meritò si clausulam codicillarem adiecit, dicendum est, intentionem suam esse, ut si substitutio per aditionem expirabit, abinde ualeat ut fideicō missaria, ita Soc. tradit consi. 6. col. 2. volum. 3.
26 † Præterea, uerba breuiloquę non repugnant fideicommissariæ propter uerbum substituo, quod est commune, sed ideo non comprehendunt fideicommissariam secundum communem sententiam, & ad directam restringuntur cum fiat in dubio interpretatio in substitutione, ut uerba directò capiātur c. si pater. de test. in 6. sicque dicit, hanc esse rationem communis opinionis. Dec. in l. in test. col. 1. C. de testa. milit. quòd si clausula codicillaris adiiciatur, & ex ea dicamus fideicommissariam continere, istud non est præter uoluntatem testatoris, ut putat Dec. Immò dicitur adesse uoluntas ex dicta clausula, & aptitudine uerborum, sed est tollere illam coniecturam, quòd substitutio eiusque uerba in dubio directa potius quàm abliqua capiantur, quæ coniectura tollitur ex alia surgente ex clausula codicillari, iux. l. diuus. ff. de in integ. rest. & ita declarat Grat. respōn. 8. col. 2. uol. 2. de quo supra, remanetq; prima ratio Decii confutata.

27 † Ad secundam uerò respondendo negatur, quòd ista clausula codicillaris tendat ad confirmandum tantum, immò uerò & ad augendum, cum post illa uerba, quod ualere uoluit iure testamenti, subiiciatur, & si non ualet, vel valebit iure testamenti, saltem ualere voluit
28 iure codicillorum &c. † Nam illa copula, & stat augumentatiuè. l. ea tamen adiectio. ff. de leg. 3. Rui. cōs. 74. nu. 9. vol. 3. Cra. cōs. 9. nu. 25.

ergo

ergo nihil impedit,quo minus uerba dictę clau
sulę possint ad fideicommissariam adaptari,ad
quam voluit testator dispositionem per eam
ampliare. Confirmatur. Nam non tantum dixit
velle valere iure codicillorum,sed addidit, vel
donationis causa mortis, seu quolibet alio iu-
re,vel vltima voluntate, quibus magis & me-
29 lius firmiter ualere poterit,& tenere.† quæ uer
ba significant quòd valere voluit omni meliori
modo,cuius clausulæ uis est, & effectus, vt ad
specificata se non uideatur.restrinxisse, vt per
Bal.in l. vinum.col.6.uer.item ideo peto. ff. si
cer.pet.Butr.in c.examinata.circa medium,de
iudi.& in c.literę.de dilati.Rui. cons.9. in fin.
30 vol.5.Crau.consi.fin.nu.15.uol.2.† Hinc est,
quòd ubi ponitur in testamento, intelligitur,
filio,seu filiæ relictũ titulo institutionis, licet
non sit dictum.Bald.in l.quoties.C. de hæred.
instit.Cuma. in l.his uerbis.ff.co.Castr. consil.
347.super primo puncto.Alex.in l.nam quod.
§.fi.ff.ad Trebel. cons.6.cons.113.uol.3. cons.
80.cons.176.& cons.180.vol.5.Rui.loco cita-
to:quare & in hoc testamento, & reciproca in
eo posita, censetur fideicommissariam fecisse
inter filios Domini Ioannis,licet eam non ex-
præsserit. Et quòd illa verba, & omni meliori
modo,faciant substitutionem ad fideicommis
sariam porrigi,licet etiam uerbis directis con-
ceptam,tenet Soc.consi.173.col.3.vol.2.Cor.
cons.298.col.1.vol.1.Ripa in l.centurio.n.87.
ff.de vulg.Paris.cõs.62.nu.16.vol.2.Cur. Iun.
cons.71.nu.12.&Menoch.cons.1.cum nõ nul-
lis aliorum pro Triuulciis edito.nu.372. & ita
31 resoluitur planè secunda ratio Decii. † Pari-
que modo tertia, quòd ista clausula uenit ac-
cessoriè tantum: nam immò & ampliatiuè, qui
nimò ut respondet Decio Gratus in d.resp.8.
col.3.dicta clausula transubstantiat dispositio-
nem in aliam, seu aliam dispositionem in defe-
ctum expresſæ continet, cum aliud sint codicil
li,& aliud testamentum.l.si idem. C. de codi-
32 cillis † quod etiam melius comprobat, quam
quòd ille declaret. Nam si testamentum minus
solemniter conditum fuerit,quod ideo non va
let.l.si vnus. C.de testam.& adiiciatur clausula
codicillaris,nõ sustinetur iure directo, sed per
fideicommissum, quod à venientibus ab inte-
stato capitur detracta 4.l.ex testamento, & ibi
glo.cæterique.C.de fideicõm.l.ex ea, vbi Bar.
Bald.Aret.& alii.ff.de testa. Alex. cons.26.col.
2.vol.1.Dec.cons.242.in prin.cons.369. in fi.
Paris.cons.64.nu.13.uol.2.cons.18. in princ.
vol.3.Dominus meus Riminal. cons. 123. nu.
33 17.Soc.Iun.cons.107.nu.24.uol.1.† Item ui-
demus, si filius in testamento sit præteritus,
id esse nullum.l.inter cætera.ff.de lib. & posth.
cum ibi not. Insti.de exherc.lib.in princ. tamẽ
adiecta clausula codicillari sustinerur iure fi-
deicommissi, quod à pręterito filio præstatur
instituto retenta legitima tantum. Bar. & cæte-
ri tradunt reiecta Glos.in auth.ex causa.C. de
lib.præt. Dec.in l.posthumo.nu.10.C. de bon.
possess.contra tab.consi.490.col.fi.Bar.in l.1.q.
5.in fi.ff.de iur.codicil.in l.2.ff.de leg.3. Alex.
consi.26.col.3. uol. 1. Dominus meus Rimi.
34 cons.41.nu.20.consi. 329. nu. 18. † & tamen
clarum est,quòd succedere directò,& per fidei
commissum longè differt, cum sint species se-
paratę.l.fi.§.illud.C.de codicill. at hos effectus
clausula codicillaris parere non posset, si staret
35 in testamento dumtaxat accessoriè † cum, vt
inquit ipse Decius, clausula accessoria non
ampliet,nec immutet naturam principalis di-
spositionis.clem.1.in fi.de præben. Abb. in c.
cum nostris.col.fin.de conce.præb.Dec. consi.
2.in fi.consi.consi.195.col.pen.Cra. consi. 25.
nu.13.Dominus meus Rimi. cons. 79. nu. 24.
consi.88.nu.12.consi.296.nu. 10. Cur.Iun. in
in l.mater.ff.de iur.om.iudi.nu.52. sicque re-
manent omnes rationes Decii confutatę, &
opinio communis optimè defensata; per quã
Comes Almericus filię prædictæ Domini Odo
rici præferri debet,& victoriam reportare.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

## Pro Andriolis Consilium.

### ARGVMENTVM.

Quando per prohibitionem alienationis inducatur simplex fideicommissum vel in casu contrauentionis tantum. Et quando prælegata veniãt vel non in fideicommisso pulcherrimè disputatur.

### SVMMARIVM.

1 *Prohibitio alienationis bonorum à testatore quia voluit ea permanere in eius familia non inducit simplex fideicommissum.* 13.
*Sed in casu alienationis inter viuos vel hæredis extra familiam instituti.* 2.
*Rationesq; adferuntur.* 3.4.5.
*Secus autem si dictum fuerit quòd bona non possint alienari extra familiam,quia voluit ea conseruari in familia,tunc enim simplex fideicommissum inducitur.* 7 8.
3 *Prohibitio alienationis bonorum simpliciter facta non valet vt nuda.*
*Secus adiecta causa,quia voluit ea remanere in familia uelut ad validandum prohibitionem.* 4. 9.
*Et id ex mente & voluntate testatoris.* 5. 12.
*Non autem ad inducendum simplex fideicõmissum.*
10 *Causa cõfirmat prohibitionẽ in casu in quo loquitur*
*Et uelut accessoria non amplias principalem dispositionem.* 11.
14 *Intellectus l.peto.§.fratre.ff.de leg.2.* 15.
*Oratio imperfecta suppleri debet ex*
15 *Præcedentibus.*
16 *Verbum peto & volo. fideicommissum inducunt*
17 *Socinus variauit in materia prohibitionis alienationis bonorum.*

18 *Bona subiecta restitutioni possunt alienari ex causa dotis,*
*Et est communis opinio.* 19.
20 *Alienatio præsumitur facta ob causam necessariam non autem voluntariè.*
*Et ex causa necessaria facta sustineri debet.* 21.
21 *Fideicommissum simplex ex uerbis geminatis induci solere.*
*Nisi restricta sint ad præcedentia.* 22.
22 *Dictio prædictis est relatiua præcedentium.*
23 *Verba, quia uoluit bona in familia remanere, quando inducant simplex fideicomissum.*
24 *Fideicommissi materia stricti iuris est.*
*Et eius ademptio fauorabilis est* 26.
*Quia datio est odiosa.*
25 *Testator præsumitur minus uoluisse grauare hæredem quàm sit possibile.*
27 *Rigor iuris attenditur ad inducendum fideicommissum æquitas ad minuendum.*
*Eaq́; præ oculis habenda.* 28.
29 *Decius. consi. 422. confutatur.*
30 *Substitutio vulgariter, pupillariter & per fideicommissum operatur quòd institutus censeatur grauatus restituere.*
31 *Legitima quinq́; filiorum dicitur semis totius hæreditatis.*
32 *Filius grauatus sub cōdōne detrahit duas quartas.*
*Et est communis in scholis & iudicijs approbata.*
*Quæ ampliatur vt procedat etiam quando legitima trientem excedit vt quando quinq́; filij extant quo casu semis. est.* 33.
34 *Legitima & Trebellianica filio prohiberi non pōt.*
*Nisi minori & parum industrioso.*
35 *Aetatem allegans maiorem vel minorem probare debet.*
36 *Verba enunciatiua non probant enunciatum quando contingit de illo principaliter disputari.*
37 *Præsumitur quilibet bonus & idoneus moribus.*
38 *Prælegata veniunt in fideicommisso quando maiorē partem hæreditatis absorbent.*
*Et est communis sententia.* 39.
*Et quando per modum diuisionis legauit testator filijs & eos substituit uerbis generalibus.* 40.
41 *Prælegata nunquid veniant in fideicommisso uoluntas & mens testatoris est spectanda seruandaque & est communis à qua nullus discrepat.* 42.
43 *Prælegata non ueniunt in fideicommisso stantibus coniecturis.*
*Vt si filijs à patre fuerint facta vel nepotibus ex fratre quem testator amabat.* 44.
*Baldusq́; defenditur in ea re.* 45.
*Idem si uoluit ea esse liberè & pleno iure filiorū.* 47.
*Vel quando filios quibus non prælegauit adequauit in alijs rebus.* 48.
49 *Prælegata non veniunt in substitutione vulgari item nec quando testator instituit & substituis in omnibus alijs suis bonis.* 50.
*Licet Boer. & alij contra.* 51. 52. 53.
51 *Verbum cæteris totum comprehendit.*
52 *Notariorum verba non denotant iuris ministerium.*
*Sed contra, quia non præsumitur aliud eos scripsisse quàm sibi fuerit impositum.* 54.
53 *Expreßio eius quod tacitè inest nihil operatur.*
*Si necessario tacitè inest secus si voluntariè.* 59.
55 *Notarius præsumitur scripsisse de consensu & uoluntate partium.*
56 *Verbum alijs in institutione adiectum non excludit ab ea res legatas ante & de ratione.*
*At in substitutione fideicommissaria secus & quare.* 57.
58 *Prælegata veniunt in fideicommisso si hæres grauatus sit portionem restituere secus si portionem hæreditatis.*
60 *Substitutio recipit intelligentiam ab institutione & secundum illam facta censetur.*
61 *Aduersatiua autem in oratione imperfecta posita repetit qualitates præcedentium.*
62 *Coniecturæ plures vincunt pauciores & una potentior plures debiliores.* 63.
*Et negatiuæ affirmatiuas.* 64.
65 *Ius oritur ex facto.*
66 *Indefinita non æquipollet vniuersali.*

*Auxilium meum à Domino.*

## CONSILIVM CXLVII.

ET si propositus articulus in dubiis prolixè tractetur per Doctores, quando per alienationis prohibitionem fideicommissum simplex inducatur, vel in casu contrauentionis tantum, tamen omittendo non necessaria,
1 casúmque nostrum attingens † Dico, quòd quando testator prohibuit alienationem bonorum, quia uoluit ea permanere in eius familia prout punctualiter fecit in casu nostro, non inducitur fideicommissum simpliciter, ita quòd gradatim proximiores admittantur sed in duobus tantum casibus, videlicet si fiat alienatio inter viuos, uel si fiat extra familiam per uiam institutionis hæredis, casus est rotundus in l. peto. §. fratre. ff. de leg. secundò vbi Papinianus sic scriptum reliquit. Fratre hærede instituto, petit ne domus alienetur, sed vt in familia relinqueretur. Si non paruerit hæres uoluntati, sed domum alienauerit, uel extero hærede instituto decesserit, omnes fideicommis-
2 sum petent: qui in familia fuerunt. † Sicque considerant illum tex. Bar. Rafa. Bal. Castr. & Cuman. quos plenius deducit Soci. hoc idem tenens cons. 227. col. 4. uol. 2. uolentes quòd in illis duobus tantum casibus inducatur fideicommissum, non autem simpliciter & absolu-
3 tè, † rationemque reddit Soci. Quoniam quādo testator prius prohibuit alienationem bonorum simpliciter: quia non dixit extra familiā, si nihil ulterius dixisset, prohibitio alienationis taliter facta tanquam nuda non ualuisset, l. filiusfami. §. diui. ff. de lega. 1. meritò subiiciendo causam: quia uoluit remanere in familia, censetur eam posuisse ad ostendendum,

dnm,quare alienationem prohibnit, & ad ua-
lidandum præceptum,quod ſine prædicta cau-
ſa fuiſſet nullum; quare ſatis operatur abſque
eo, qnòd inducatur ſimplex fideicommiſſum.
Et hoc idem determinat ipſe Soci.cóſ. 40. col.
4 fin.inter conſ.Curtii Senio. † vbi dicit, quòd
aliàs conſulendo conſiderabat, quòd quando
in prohibitione nuda fuerunt adiecta uerba à
teſtatore: quia uoluit, quòd bona in familia
relinquerentur, uel conſeruarenẽ: tunc, quia
dicta uerba cenſentur adiecta per uiam cauſæ
ad ualidandum nudam prohibitionem, non
inducunt fideicommiſſum abſolutė,ſed ita de-
mum ſi fiat alienatio contra prohihitionem d.
l.peto.§.fratre: nam tunc teſtator per actũ pro-
hibirorium alienationis extra familiam,uideẽ,
tantum uoluiſſe uias pręcludere,per quas ſecũ-
dum communiter accidentia bona ſolent in
5 extraneos tranſire, † & vltra Soc.tenet hoc idẽ
Dec.cóſ.218.col.4.& 5.ubi facta prohibitione
alienationis ſimpliciter cum cauſa:quia voluit
teſtator bona ad eius deſcendendentes deue-
nire,dicit fideicommiſſum ſolum habere locũ
in caſu contrauẽtionis inſpecta mente teſtato
ris,& cóſiderata ratione, quam adducit: quia
uoluit ad eius deſcendentes bona deuenire,
nam dicta ratio bene infert,quòd habeat locũ
fideicommiſſum in caſu contrauentionis: quia
tunc offenderetur uoluntas teſtatoris,ſed ex ta-
li ratione nullo modo inferẽ, quòd inter illos
de familia abſolutè fideicommiſſum indncaẽ,
quia dummodo bona ſint in familia, teſtaror
vlterius non curauit,vt ratio ſua oſtendit, quæ
debet attendi. Nam uerba ipſius cauſæ demon
ſtrant, qnòd dumtaxat nidetur teſtator conſi-
derare,quòd bona conſeruenẽ in familia,vnde
inter ipſos de familia alienatio fieri poteſt l.
uoluntas.C.de fideicommiſ.& ita plenius con
cludit ibi Dec.pariter inducens d. §. fratre. &
6 allegãs Soc ĩ d.cóſ.227.† Idẽ quoq; latè tenet
Cur.Iun.conſ.22.nu.18.cum ſequen.ubi poſi-
ta prius concluſione,quòd quãdo teſtator pro-
hibuit alienari bona extra familiam ſubiicien-
do canſam,quia uoluit quòd in familia conſer
uentur, inducitur ſimplex & abſolutum fidei-
commiſſum, ſecundum Bar.uerè intellectum
Cumanum,Caſtr.Aret.& Soc. in l. qui Romæ.
§.cohęredes.ff.de uer.obliga.Soc.in l.ſi cogna
tis.col.6.de reb.dub.conſ.249.col.9.cóſ. 251.
col.4. cum ſimil.ſubdit, quòd licet idem Soc.
allegetur in conſ.227.ſibi contrariari: tamen
ſi bono oculo & medullitus conſiderare ueli-
mus,ea q̃ ſcribit ibi Soci.in principali conſul-
tatione, & principali fundamento nullo modo
contrariatur,alibi per eum firmatis.

7 † Nam principale fundamentum, quo mo-
uetur Soci.in d.conſ.227.conſiſtit in d.l.peto.
§.fratre, in quo textu facta fuerat prohibitio
de non alienando ſimpliciter: non autem erat
dictum, de non alienando extra familiam, ſed
bene ſubiecta erant illa uerba,ſed vt in familia
relinquererur & in his terminis erat quæſtio
Soc.prout patet ex themate per eum relato in
princ.quia teſtator prohibuerat alienationem
quorumcunque bonorum ſuorum,eo quia vo-
luit ea perpetuò remanere in familia,ĩ quibus
terminis inquit Cur.Iun.quando ſolum eſt fa
cta prohibitio de non alienando niſi adiecta eſ
ſent illa uerba, ut in familia relinquerentur.
uel quia uoluit in familia remanere, illa prohi
tio fuiſſet nuda tamquam facta ſine canſa, &
per conſequens non obligatoria, iuxta d.§.di-
ui.ideo illa uerba, vt in familia relinquerenẽ,
uel conſeruentur, fuerunt adiecta per modum
cauſæ ad faciendum, quòd prohibitio non ſit
nuda,ſatis eſt ergo,quòd reddant prohibitio-
nem efficacem, vt cauſent fideicommiſſum in
caſu,in quo ſequatur alienatio,abſq; eo ꝙ can
ſetur ſimplex & abſolutum fideicommiſſum
8 poſt mortem prohibirorum. † Et in hoc caſu
Soc.euacuat omnia colorata fundaméta, quæ
adduxerat pro parte contraria vt ea procedanc
quando prohibitio facta fuiſſet de non alienã
do extra familiam,quo caſu de per ſe conſide-
rata non erat nuda, ſed obligatoria, & ideo ſi
poſtea adiiciantur illa,ſed ut in familia conſer
uentur, vel quia uoluit in familia remanere
denotant ſimplex & abſolutum fideicommiſſũ
ut aliquid operentur, & non ſint ſuperflua,
quod fundamentum ceſſat,quando prohibitio
de non alienando ſimplex erat, & ſic nuda, tũc
enim uerba ſubiecta non ſunt ſuperflua,ex quo
prohibitionẽ nudam, & non obligaroriam ua-
lidam reddunt & efficacem,ſicque ſatis in hoc
operantur abſque eo, qnòd fideicommiſſum
ſimplex inducant. Ita notab. declarat & tenet
Cur.Iun. ibi, nec in eo tantnm loco, ſed & in
conſ.43.nu.10.conſ.114.nu.17.conſi.115.nu.
11.& conſ.145.col.4.conſi.161.col.5. & conſ.
167. cum ſimil. adeo quòd uhique celebrat
9 hanc concluſionem, prout † & eandem latè
confirmat Dec.conſi.287.ſub.nu.11.ubi poſi-
to caſu,quòd teſtator prohibuit alienationem
bonorum: quia uoluit illa in poſteros deueni-
re,concludit fideicommiſſum dumtaxat indu-
ctum fuiſſe in caſu contrauentionis non ob-
ſtante,quòd propter illam cauſam,quæ allegaẽ
videatur inductum, ꝙ abſolutè fideicómiſſum
inducatur ex eo quod not.Bar.in l. pater filiũ.
§.fundum.ff.de leg.2. quia Bart. & Doct. hoc
non dicunt: quòd indncaẽ fideicommiſſum ab
ſolutè propter illam rationem,ſed ſolnm dicũt
quòd illa cauſa magis efficacem reddit prohi-
bitionem,quod intelligitur in caſu contrauen
tionis, non autem videtur ampliare prohibi-
tionem, vt abſolutè fideicommiſſum oriatur,
10 † quia cauſa quę allegatur, uidetur confirma-
re & corroborare prohibitionem in caſu, in
quo loquitur,& hoc vult Bar.in d.§. fundum,
dum dicit, quòd ratio declarat dictum, & ſic
non uidetur ampliare: quia qui declarat, nihil
noui facit.l. hæredes palam. §. ſi quid. ff. de
teſtam.

11 testam. † Et quia causa, quæ allegatur, accesso-
ria est ad dictum principale, ideo non debet di
ctum & dispositionem principalem ampliare.
clem. 1. in fin. de præb. & vt latius ibidem per
Dec. qui & alias rationes adducit supra rela-
tas, de quibus in dicto consil. 218. & ideo eas
12 non recenseo. † sed eundem addo cons. 422.
co. fi. qui considerans rationẽ testatoris dicẽtis
quia uoluit bona durare in eius familia, dicit
attenta tali ratione bene consonare, quòd in-
ducatur fideicommissum in casu contrauentio
nis, videlicet sequuta alienatione, quia tunc
fit contra uoluntatẽ testatoris, sed secuta alie-
natione inter ipsos de familia de gradu in gra-
dum non insurgit fideicommissum: quia hoc
nihil facit ad uoluntatem testatoris, & quòd
magis bona sint apud unum, quàm ad alium de
familia testatoris non offenditur eius uolun-
tas, qui solum cogitauit, ne bona exirent de fa-
milia. Vnde patet, quòd ubique Dec. in isto no
stro casu, quando testator prohibuit alienatio-
nem bonorum simpliciter adiecta causa, quia
voluit &c. firmauit hanc opinionem, non indu
ci simplex fideicommissum, sed in casum con-
13 trauentionis tantum † quam tenet insuper Ri
pa. in d. §. diui. nu. 121. & latè Cephal. plures
ex pręmissis citans cons. 17. nu. 22. cum sequẽ.
& cons. 294. col. 2. Rui. pulchrè consi. 134. nu.
16. uol. 2. Soc. Iun. cons. 97. nu. 51. uol. 2. & Por
tius Imol. lib. 1. regularum suarum conclu. 37.
col. 4. ubi citat Decium & Alexandrum in ua-
riis locis & in eadem sententia resSidet Senat.
Pedemon. decis. 50. dicens ita censuisse, latissi
mèque discurrit hunc & alios casus Ant. Ga-
briellius in suis conclusionibus tit. de fideicõ.
conclus. 10 & quæ citantur in dubiis procedũt
& intelligenda sunt, quãdo testator prohibuit
alienationem bonorum extra familiam: quia
uoluit ea manere in familia, secus quando sim-
pliciter, vt in casu nostro reperitur, & distin-
gunt Doctores supra citati sicque (meo iudi-
cio) debent intelligi cumulati per Craue. cõs.
130. nu. 10. Et per Anchara. Iuni. cons. 72. pri-
ma parte, qui volunt, per alienationis prohibi
tionem cum causa: quia uoluit bona remanere
in familia, simplex fideicommissum inductum
censeri, quòd debeant tales intelligi, quan-
do prohibitio alienationis non fuit simplex,
sed additis illis uerbis extra familiã, sicque di-
stinguit etiam Cephal. pulchrè cõs. 153. n. 53.
cum sequen. tantoque magis non obstant cu-
mulati per Craue. si diligenter considerentur
in quibus terminis loquatur, nam Decius cõs.
23. loquitur quando dictum fuerat, quòd bona
semper remanerent in domo & familia nobi-
lium de Catena, & in cons. 182. col. 5. dictum
fuerat, quòd bona permanerent perpetuò in
filios suos & filios filiorum suorum, vnde dictio
nes illæ semper & perpetuò, simplex fideicom-
missum inducunt, cum aliàs non possent ueri-
ficari. Eodemque modo loquitur Crot. cons.
33. nu. 14. idem uerò Decius cons. 425. & cõs.
584. loquitur quando dictum fuerat, quòd bo-
na permanerent inter filios & eorum descen-
dentes, quæ uerba uocabant eos ordine succes
siuo, & ob id simplex fideicommissum induce-
bant, ut per eũ, quo casu pariter loquitur Cur.
Iun. cons. 121. ad finem, Goza. cons. 30. col. pen.
& cons. 52. col. 2. parique modo Alcia. respon.
484 nu. 2. Vnde distinguendo casus concordã
tur scripturę; quoniam non aduersa sed diuer-
14 sa loquuntur: † Nec (meo iudicio) bene sen-
tiunt illi qui dixerunt ad d. §. fratre, in quo fun
datur hæc conclusio, quòd illa uerba, ut in fa-
milia relinqueretur, fuerunt enunciatiua, uolẽ
tes, quòd de per se non disponant, nisi coniun
gantur cum prohibitione alienationis, at se-
cus in illis. Quia uolo, quòd in familia relin-
quantur: quia sunt dispositiua, & habent de
per se suũ significatũ, vnde nimirum si sunt ef-
ficaciora ad inducendum fideicommissum, sic-
que considerat Ripa in d. §. diui. col. pen. in 4.
membro & Soci. in d. §. cohæredes. in 3. casu
ad finem & Bursatus confirmat cõs. 52. nu. 40.
licet de prædictis & de dicto. §. fratre. mentio-
15 nem non faciat; † quoniam non bene gusta-
uit illius tex. uerba, quæ dicunt. Fratre hærede
instituto petit, ne domus alienetur, sed ut in
familia relinqueretur. cum enim secunda ora-
tio sit imperfecta ratione uerbi principalis, pe-
tit, illud suppleri debet Bar. in l. in repetendis.
col. 2. ff. de leg. 3. Gozad. cons. 19. nu. 13. qua su
pletione facta, sequitur illa uerba non esse enũ
16 ciatiua immo dispositiua, † cum per uerbum
peto, sicut per uerbum uolo fideicommissum
disponatur. §. 6. insti. de singu. rebus per fidei-
com. relic.

Aliud etiam non omitto, quòd Aret. in d. §.
cohæredes. & Soc. in 4. casu uariarunt, uolen-
tes per prohibitionem alienationis simplicem
cum causa: quia uolo, videlicet fideicommissũ
simplex induci, sed, ut inquit Dec. in d. cons.
287. co. 5. eorũ opinio nõ est uera licet Dec. hoc
ascribat Soc. in d. cons. 40. inter consilia Cur-
tii) quod non est uerum: quia tenet idẽ quod
17 in d. cons. 227. superius citato † ubi secundum
Dec. Soci. sententiam mutauit in melius, &
uerè quidem. prout ex prædictis patet; & certè
negari non potest: quin in hoc uariauerit Soc.
quicquid Cur. Iun. in dictis consiliis supra ci-
tatis dixerit, cum in lectura noluerit induci
simplex fideicommissum, quando testator pro-
hibuit alienationem simpliciter: quia uoluit
bona in familia remanere, in dictis uerò consi-
liis in casu contrauentionis tãtum, sicut & quã-
do dixit, ut in familia remanerent, idem uo-
luit in dicta lectura, qui casus non est noster, &
ideo non prosequor. Sed ad rem nostram re-
deundo, dico, quòd cum Hieronimus non in-
stituerit hæredem extraneum, & quatenus alie
nauit Ioanni fratri suo, in familia alienauit, se
quitur quòd non versamur in aliquo ex duo-
bus

bus casibus positis in d.§.fratre, meritò nõ di-
citur inductum fideicommissum: quia dicatur
ab eo contrauentũ, nam uerè nõ contrauenit
alienando in familia, ut per Dec. in d. locis, po
tissimè uerò in dicto cons. 422. col. fin. & per
18 alios supra citatos † Quatenus uerò alias duas
petias terrarum alienauit quibusdam extra-
neis & sic extra familiam, toleranda est talis
alienatio, non obstante fideicommisso allega-
to, & expressa prohibitione alienationis, cum
dictam alienationem fecerit pro dotanda do-
mina Polissena eius sorore iussa dotari à patre
in dicto testamento. Nam bona subiecta resti-
tutioni, & expressè prohibita alienari possunt
ex causa dotis alienari, vt tenẽt Iacob. de Aret.
Cyn. Bal. & Salyc. in l. uoluntas. C. de fideicõ-
missis. Bar. & cæteri passim in d. §. diui. nume.
19 10. Alexan. cons. 56. uol. 1. † Ias. qui commu-
nem testatur in auth. res quę. nu. 14. C. cõmu-
nia de lega. Dec. cõs. 519. nu. 4. Curt. cons. 28.
col. 2. cum simil. & licet hoc expressè non dica
tur in instrumentis alienationis, quòd id fe-
cerit, ut sorori dotem constitueret, attamen
cum appareat de hac causa necessaria in testa-
mento paterno, & secuta subinde fuerit dicta
alienatio, demumque dotis consignatio, prout
20 ex instrumentorum serie colligitur, † præsu-
mitur ob hanc causam neccessariam facta dicta
alienatio, non autem uoluntariè. Bar. in l. triti-
cum. ff. de uerb. obligat. in l. cum seruus. eo. tit.
Castr. cons. 233. iste Martinus. & cons. 410. vi-
so & examinato. uol. 2. Abb. cõs. 116. col. 2. vol.
2. Roma. cons. 247. primò dici potest. col. 2. cũ
21 simil. per Grauet. cons. 150. nu. 12. † & ex cau-
sa necessaria facta dicta alienatio sustineri de-
bet. l. filiusfamilias. §. diui. ĩ fi. ff. de leg. 1. Cast.
& alii in l. peto. §. prædium. ff. de leg. 2. Bar. in l.
pater filium. in prin. ff. de leg. 3. Neuiz. cõs. 62.
nu. 37. Hieronimus Gabriel. consi. 123. nu. 19.
ex quibus abundè cessat, quòd de fideicommis
so simplici dicitur in dubiis.

Meque parum mouet, quod subiicitur, ex
uerbis geminatis illud induci solere, vt per
Corn. cons. 99. uol. 2. & Albam cons. 54. nu. 3.
quę uidentur hic adesse. Nam primò dicitur.
Item dictus testator dictis suis hæredibus pro-
hibuit alienationem &c. quia uoluit &c. po-
stea subiicitur. Et ex prædictis dictus testator
prohibuit alienationem aliquam fieri debere
per dictos eius hæredes aliquo modo, uel quæ-
sito colore directè, uel indirectè, tacitè, uel
22 expressè, † Quoniam quicquid aliàs dici pos-
set, considerandum est in casu nostro, illa uer-
ba 2. prolata restricta reperiri ad præcedentia,
ut colligitur in illo uersiculo, & ex prædictis,
quod uerbum prædictis, est relatiuum præce-
dentium. Bar. in l. 1. §. hoc edicto. ff. de postul.
Paris. cons. 258. nu. 18. uol. 4. meritò restringi
debent ad ea, nec fideicommissum ampliare,
ut per Alex. cõs. 59. colum. fi. uers. nec obstat.
uolum. 3. Dec. consil. 291. colum. 4. uers. non
obstant. cons. 636. per totum, maximè nu. 12.
Cephal. cons. 269. nu. 48.

23 † Ad aliud uerò, quòd subiicitur in dubiis il
la uerba. Quia uoluit &c. nedum coadiuuare,
sed & inducere fideicommissum, ut per Dec.
consi. 422. num. 6. quia hæc duo simul non re-
pugnant, vt per eum. Respondetur illud proce
dere, quãdo prohibitio alienationis facta fuit
extra familiam adiecta causa: Quia uoluit &c.
tunc enim: quia prohibitio de se ualet iustifica
ta reperitur, nec est nudum præceptum causa
adiecta, quia uoluit &c. fideicommissum sim-
plex inducit, ne uerba sint superflua, & nihil
operentur. At quando prohibitio alienationis
reperitur facta simpliciter non adiecto, extra
familiam, prout in casu nostro, tunc quia præ-
ceptum dicitur nudum, & inefficax, causa adie
cta: quia uoluit &c. illud adiuuat & iustificat, &
in hoc satis operatur absque eo, quòd fideicõ-
missum simplex inducat, ita formaliter dicit
Cur. Iun. in consiliis supra citatis, & Dec. & om
nes idem sentiunt, qui tenent fideicommissum
duntaxat esse factum in casum contrauentio-
24 nis, non autem simplex. † Et hæc interpretatio
multum probabilis est, quia fideicommissi ma
teria, naturaque stricti iuris est. l. cohęredi. §.
cum filiæ. & ibi not. ff. de vulg. & pup. & qui il-
lud allegat, concludenter probare debet. c. in
pręsentia, de proba. l. nõ hoc. C. vnde leg. Cra.
cons. 161. nu. 16. tradit Natta cons. 678. n. 27.
Soc. Iun. cons. 1. vol. 3. Ceph. cons. 67. num. 27.
& Rol. à Vall. cons. 46. col. 1. vol. 3. dicentes,
cum fideicõmissum sit factum & pręsertim res
onerosa, non præsumi, sed euitandum, atque
in dubio pronunciandum etiam illud non sub
esse, cũ hoc sit fauorabilius. ut per Alci. respõ.
525. nu. 12. & cum prædictis etiam concordat
25 Dec. consi. 513. nu. 20. † & probatur ratione
quia præsumptio est in contrarium, cum præsu
matur testator, minus uoluisse grauare suũ hę-
redẽ, quàm sit possibile. l. vnum ex familia. §.
si rem. ff. de leg. 1. Imò fieri debet intęrpræta-
tio, quòd euitetur fideicommissum. Ias. in l. ex
tribus. C. de inoffi. testa. Dec. consi. 465. Ceph.
cons 67. nu. 27. Crau. cons. 180. Natta consil.
200. ad fi. Alba cons. 29. nu. 2. cons. 31. num. 9.
26 cons. 51. nu. 10. † Hinc alibi dicitur in l. si fue-
rit, ubi Castr. & Soc. not. 5. ff. de reb. dub. fidei-
commissi ademptionẽ fauorabilem esse, quia
datio est odiosa, sequitur Alciat. respon. 492. &
494. & ideo Dominus meus Rimi. cons. 224.
27 nu. 53. dicit eleganrer † quòd ad inducendum
fideicommissum in personam, uel contra per-
sonam vnius est recurrendum ad rigorem seu
dispositionem iuris, ad diminuendum uerò
ad æquitatem, per tex. in l. in his. ff. de cond. &
28 demon. quem tex. inducit concludens † quod
omnes iudicare debentes in materia testamen
taria deberent illam prè oculis habere, quo-
niam propter nimiam subtilitatem sæpius erra
mus in coniecturanda uoluntate testatoris, vt
per

per eum post Baldum in l. precibus. C. de impube. meritò cum in casu nostro uerba illa: quia uoluit &c. satis opererentur in iustificando prohibitionem simplicem de se nudam & inualidam non debent ampliare etiam fideicō
29 missum. † Nec huic rationi respondet Dec. in d.consi.422.immò nec aduertit, licet dicat, quòd ista duo non repugnant, licet simul concurrant. Licet enim non sint contraria, tamen absurdum est si operantur instificationem prohibitionis inualidæ, quòd etiam amplient fideicommissum sui natura stricti iuris, & odiosum, vnde Dec. malè locutus fuit indubitater & alibi sæpius contrarium sensit, & alii supra relati, clareque Cur. Iun.

Venio nunc ad secundum dubium de fideicommisso dupliciter iniuncto, primo modo vigore prohibitionis alienationis, de qua supra secundo vigore substitutionis factæ vulgariter pupillariter & per fideicommissum decedenti ex filiis, sine filiis de superuiuentibus. in uers. si
30 autem aliquis &c. † cuius uigore Hieronimus dicitur grauatus restituere bona paterna Dionitio secundum Fulg. consi.43.col.2. Alex.cōs. 208.uolu.6. Durant. de arte testan. tit.5. caut. 29. Marzarius in 2.par.epito. fideicommiss. q. 12. cum similibus. Et dico non obstante tali fideicōmisso ualuisse alienationes factas ī causā dotandi sorores, auth. res quæ. C. commu. de leg. ubi Ias. post alios, unde tales alienationes non debent imputari dicto Hier. in legitimam & Trebellianicam quatenus ad dotes prædictas pro rata sua tenebatur. quò uerò ad residuum, quod ratam prædictam excederet, considerandum est, quòd cum essent quinque filii masculi, uidelicet Christoforus, Ioannes, Hie-
31 ronimus Dionisius & Ioannes Paulus, † legitima illis debita erat semis totius hęreditatis, & sic dimidia. §.1. in auth. de trien. & semi. & habetur in auth. nouissima. C. de inoffi. testa. & pręter legitimam, competebat etiam d. Ioanni facultas detrahendi Trebellianicam ueluti
32 sub conditione grauato. † c. Raynutius. & ibi not. omnes de testa. Glos. Bar. Ang. & alii maxime uerò Cagnol. in l. Papi. §. meminisse. ff. de inoff. testa. dicētes, quòd in scholis & iudiciis hæc opinio communiter approbatur. Alex. in l. in ratione. §. quod vulgò ff. ad l. Falc. consil. 36. col. fin. uol. 1. Dec. consi. 236. consi. 238. nu. 4. consi. 320. colu. 3. consi. 419. in princ. decis. Neapo. 367. nu. 4. Rui. consi. 143. nu. 12. vol. 2. Paris. consi. 25. nu. 30. uol. 2. Corn. consil. 104. n. 4. uol. 4. Ias. consi. 43. col. po. nol. 3 Gozad. consi. 104. nu. 24. Aret. consi. 27. num. 2. Natta consi. 255. nu. 5. Hier. Gabriel. consi. 46. ad fi. Roland. à Valle. consi. 12. num. 7. & 8. & latius consil.
33 25. nu. 9. vol. 1. † Et hęc conclusio de Trebellianica quoque detrahenda procedit etiam in casu, quo legitima trientem excedit, & ascendit ad dimidiam, prout in casu nostro, quando filii sunt ultra quatuor, ut pulchrè tenet Alba cōs. 41. col. 2. quicquid dixerit Bal. consi. 94. pūctus quæstionis, super quo petitur, uol. 2. per eum relatus, quoniam id malè probat Bald. & rationes mei, quæ allegantur quando legitima non excedit trientem militant etiam, quando transcendit illum, & contra Baldum præsupponunt passim doctores, ut patet ex Alex. consi. 68. aliàs in meo libro. 65. uol. 4. circa pręmissam, qui corruptus habetur ut ostendit Alba, qui citat etiam Baldum consi. 101. vol. 2. pro hac sententia, & ego addo Beltrand. consi. 34. uol. 2. posteriorum, Angelum cōs. 287. col. 2. vers. & ut rem deducam. iuncto themate. ubi de quinq; filiis loquitur. Picum in l. in quartā. col. pen. ff. ad leg. Fal. Craue. consi. 50. in hanc partem inclinantē Cagnolum. in l. Papi. §. meminisse. nu. 19. ff. de inoffi. test. Zanchum in l. hæredes mei. §. cum ita. nu. 815. Corneum. cōs. 182. col. 4. uers. concludo vol. 2. & Marzarium in epito. fideicommissariæ. 2. par. q. 51. meritò posito, quòd alienationes prædictæ, quò ad excessum dotium sororum uenirent in legitima, & Trebellianica Hieronimi computandæ, clarum est, quòd eas quartas absorbere non possunt, ut maioris importantiæ, si fiat calculus, Vnde sequitur dictum Hieronimum remansisse creditorem in bonis paternis ratione dictarum quartarum quatenus excederent ualorem & pretium rerum alienatarum detractis dictis dotibus.

34 † Nec huic detractioni legitimę, uel Trebellianicę quicquam repugnat alienationis prohibitio, quominus fieri possit, nisi quando filius minor est, aut parum industriosus, ut per Cast. consi. 136. quem refert & sequitur Ias. in d. §. diui. col. 3. uers. limita nunc. & post eum Grotus nu. 13. uer. 3. sit conclusio. Idemque Ripa nu. 28. per Veronens. quos citat Rubeus cons. 27. col. 1. Dec. consi. 349. col. 2. cōsi. 403. in fin. cōs. 441. col. 1. Bero. q. 87. nu. 5. Rui. consi. 42. col. fi. uol. 2. Aret. consi. 19. 2. dubio. Natta consil. 145. nu. 22. Cephal. consi. 153. nu. 14. & alibi sæ
35 pe Doctores. † At in proposito non uideo probatum Dominum Hieronimum tempore alienationum fuisse minorem, cum tamen probari debuerit ex aduerso, uelut fundamentum suæ intentionis pro defensione dictæ prohibitionis, quia qui se fundat in ętate, eam probare debet. l. cum te, & ibi Bal. & omnes. C. de probat. l. si minorem. C. de in integ. restit. min. Bal. cōs. 19. factum. uol. 5. Alciat. ī tract. de pręsump. 2. reg. præsump. 14. Natta consi. 513. ad fin. & in terminis minoris ætatis decis. Perusi. 56. immò uerò potius contrarium suadetur, cum à testamento condito anno 1530. quo Hieronimus poterat esse pupillus ex substitutione pupillari in eo facta, usque ad alienationes per eum factas de anno 1543. & 1544. trāsacti fuerint anni 13. & 14. vnde si tempore testamenti fuisset annorum 12. sine dubio, quando alienauit, fuisset maior annorum 25. & licet de instrumento

ſtrumēto celebrato de anno 1544. in quo Hieronimus uendidit Mattheo Gratiano, dicatur id eum fecisse cum præsentia Domini Cæsaris
36 Andrioli curatoris dicti Hieronimi † non tamen inde probatur ex illis uerbis enūciatiuis, cum fuisse minorem, cum de hoc principaliter disputari contingat, ut est doctrina Butrii in c. illud. de præsumptionibus, ſequitur Mateſ. notabi. 79. Bal. in l. ad probationē. col. fi. C. loca. Alex. conſ. 136. col. fi. uol. primo cum ſimil. per Dec. conſ. 213. col. fi. conſi. 310. nu. 5. Dominus meus Rimi. conſ. 82. nu. 18. & conſ. 89. nu. 24. tātoque magis, quòd in aliis duobus inſtrumētis factis anno pręcedēti uēdidit uti maior, & ſine præſentia, & auctoritate fratrum, & curatoris, ut ex eorum lectura conſtat, minus etiā conſtat, quòd eſſet minus induſtrioſus, & ſuis
37 rebus abutens † & in contrarium ſtat præſumptio iuris, quòd quilibet bonus & idoneus moribus ſit c. dudum, & ibi Doct. de præſump. maxime Fel. Soc. conſ. 274. col. 9. uol. 2. poſt Imol. in l. 1. §. ſi quis neget. ff. quem. teſt. aper. Alciat. in dicto tract. 3. reg. præſump. 2. & 3.

Nunc ad tertium dubium tranſeo. Nam cū ſupponatur ex parte domini Cæſaris Andrioli prælegata facta Domino Hieronimo non ueni re in fideicommiſſo ſibi iniuncto, ut demonſtret tanto magis opulentam eſſe, ſoluendoq; eius hęreditatem ad conſeruandum indemnē ipſum Dominū Cęſarem, dicitur eius inten-
38 tionem periculoſam reddi † Primò quia dicta pręlegata Hieronimo & allis filiis facta maiorem partem hæreditatis paternæ abſorbēr, quo caſu ueniunt in fideicommiſſo, ſecundum Iaſ. in l. cum uirum. ad fin. C. de fideicom. quæ fuit doct. Bart. Angel. Imolæ ac cæterorū in l. quid ergo. ff. de leg. 1. & Bart. in l. Marcellus. §. quidā
39 liberis. ff. ad Trebel. † ubi communem teſtatur Alex. & inſuper Dec. alios citans conſ. 254. col. 2. ſequitur Rui. conſi. 116. num. 8. uol. 2.
40 † Secūdò, quia teſtator per modum diuiſionis legauit filiis, & eos ſubſtituit uerbis generalibus, vnde dicta ligata ueniunt in fideicommiſſo. d. §. quidam liberis. ubi Bar. Caſtr. & alii.

Demumque tertio loco: quia facta ſunt ipſiſmet hæredibus, vt per Iaſ. in d. l. cū uirum.

Sed tamen his minimè refragātibus uerior eſt intentio negatiua Domini Cęſaris Andrioli, quam prius fundabo, deinde motiuis ſupra relatis reſpondebo.

41 † Et in primis illud præmitto, quòd in hac quæſtione, nunquid pręlegata ueniant in reſtitutione fideicommiſsi, uoluntas & mens teſtatoris eſt ſpectāda & obſeruanda, ſi enim poteſt apparere de mente ſua, quòd non ueniant in fideicommiſſo, utique non ueniunt, licet ſecundum communes regulas & conſideratis uerbis & ordine prælegatorum, & fideicommiſsi uniuerſalis uenirent reſtituenda, ita eſt tex. punctaliter ſecundum uerum intellectum à quo ſcribentes ibi nō diſſentiunt, in d. l. cū uirum. & not. Bar. & ibi ſcribentes in d. §. quidam liberis. col. fi. uerſ. quæro quid ſi teſtator, & alii plerique, quos cumulat Pariſ. conſi. 79. nu. 10. &
42 11. vol. 2. † concludens, quòd nullus diſcrepat ab iſta communi opinione, ſequitur Soc. Iun. conſ. 107. nu. 42. uol. 3. poſt Aret. conſ. 152. breuitate utendum eſt. col. 1. qui propriè ſic præmittit, idemque Dec. conſ. 80. col. 3. Siluā. cōſ. 49. nu. 24. Zanch. in l. hęredes mei. §. cum ita. nu. 368. ff. ad Trebel. Rui. conſ. 120. num. 15. vol. 3. & Menoch. conſi. 86. nu. 18. At in caſu noſtro plures extant coniecturæ, quæ nos impellere debent ad dicendum quòd prælegata non ueniant in reſtitutione fideicommiſsi, igitur in eo uenire non debent.

43 † Prima eſt coniectura, quòd iſta prælegata facta fuerunt filiis à patre ſuo, quo ſtante propter affectionem paternam præſumitur, patrē uoluiſſe ea in fideicommiſſo non compræhendi neque uenire, ſed filios ea ſibi libera & pręcipua retinere. Ita Bal. egregiè conſ. 318. & conſ. 328. uol. 5. quem ſequitur Soc. Iun. conſ. 107.
44 nu. 43. uol. 3. qui talem deciſionem † extendit ad nepotem ex fratre, quem teſtator amabat, & loco filii diligebat, ut per eum. & in uxore per teſtatorem dilecta pariter. Idē cōcludit Pariſ. in d. conſi. 79. nu. 14. uol. 2. poſt Fulg. cōſ. 100. circa finē, uerſ. & præſertim. & licet Cur. Iun. conſ. 13. col. 2. redarguat Baldum, ꝙ dixerit eſſe ſpeciale in filiis, ut eis prælegata non ueniant in reſtitutione fideicommiſsi, & tamen nihil allegat, in quo fundetur iſta ſpecialitas, & quia Bal. dixit contra tex. in d. §. quidam liberis, ubi probatur opinio affirmatiua, & tamē loquendo de liberis, ſatis loquitur de filiis
45 l. liberorum. ff. de uerb. ſigni. † tamen Baldus defendi poteſt, & in actu practico ſequendus eſt, cum Soc. Iun. eū ſequatur & Fulg. & Pariſ. in effectu cōſiderantes effectū prout Baldus, & ſpecialitas ipſa probatur in l. cum alienā. C. de lega. & in l. ſi ſeruus plurium. §. fi. ff. de lega. 1.
46 quas citat Pariſ. in d. cōſi. 79. col. 3. † tex. uerò in d. §. quidam liberis, ſe fundat in uerbo portionem ſuam, quam filii rogati fuerunt reſtituere, ſub quo perceptiones etiam continentur. vt ibi dicitur, & tradit Rip. in l. in fideicōmiſſa. §. ſi legatum. ff. ad Trebel. Vnde propter illud maniſeſtum erat teſtatorem uelle, quòd pręlegata uenirent in reſtitutione, at ſecus eo remoto, tunc enim affectio operatur.

47 † Secunda coniectura eſt, & quidem potēs, quòd iſta prælegata teſtator uoluit eſſe libera & pleno iure filiorū, quibus ea fecit, ut in teſtamento legitur, quo ſtante, nō veniunt in reſtitutione fideicōmiſsi, nec enim libera & pleno iure eſſe poſſent eorū, quibus ea reliquit, ſi in reſtitutione venirent. l. fi. §. ſed quia. C. cōmunia de leg. ita formaliter decidit Fulg. ī d. cōſ. 100. col. 2. & in eodēmet caſu Cuma. conſ. 37. col. 1. ſequitur Cur. Iun. in d. cōſ 13. ad fi. & fuit de mente Bal. in d. conſ. 318. uol. 5. ubi arguit

domum

domum non venire in restitutione fideicommissi;quia pater voluit,quòd filius eam præcipuam haberet.

48 † Tertia succedit coniectura, ꝙ in aliis prælegatis adęquauit alios filios,vt quia loco precii domus & apotecę pro rata eos tangente voluit, ꝙ tot debitores haberēt,& libras cētū pro işcontro;vnde satis apparet de mente testatoris,quòd noluerit ea prælegata venire in restitutione fideicommissi;quia multo minus ęstimarentur si haberent hoc onus annexū, quàm si liberè pertinerent ad ipsos filios, quibus facta fuerunt.Ita tradit in terminis Aret. consi. 152.col.2.

49 † Quarta coniectura est;quoniā testator substituit superuiuentes ex filiis suis decedenti sine filiis vulgariter,pupillariter & per fideicommissum,sed sic est,ꝙ in vulgari substitutioni nō veniant prælegata.l.Sextiliam.ff.de leg.3.l.miles §.pro parte.ff.de leg.2.& vtrobique Bart.& Doct.Ang.Aret. insti.de vulgari subst. in prin. nu.11.Sigism.Lofred.conf.2. nu. 32. Cephal. conf.259.num. 21.meritò nec isto casu venire debent in fideicommissaria hæreditate sub eadem ratione & determinatione posita per testatorem,arg.l.nam hoc iure. ff. eo. & l.quamuis.C.de impub.

50 † Quinta concurrit coniectura; ꝙ testator factis prælegatis filiis. In omnibus aliis suis bonis eos instituit vt in testamento legitur,ex quibus verbis clarè colligitur, institutionē & substitutionem fideicommissariam. fuisse factā in aliis bonis testatoris,non autem in prælegatis, de quibus supra,, cum per illud verbum aliis, excludantur ea,vt per Bar.in simili in l. si quis. §.fi.ff.de leg. 2. sicque Dec. arguit in alio casu simili conf.653.col.1.ver. 2.efficaciter; vbi dicit,ꝙ si testator post factum legatum dicit . In omnibus autem aliis bonis mobilibus & immobilibus hęredes instituit illud verbum aliis videtur separare bona expressa in institutione à bonis , in legato præcedenti comprehensis; quia si instituit in aliis,ergo in bonis prius legatis non videtur facta institutio;vt verba manifestè demonstrant,& eum clara sint cauillari non possunt.l.3.C.de liber.præt.sequitur Plot. in l.si quando.nu.16.ad fi. C. vnde vi. & in terminis nostris ita quoque concludit Fulg.in d. conf.100.col.2.& in eodem casu Cuma. conf. 37.Ias.conf.171.propè fi.vol.4.Dec.conf.653. nu.6.Paris.conf.79.num.22.vol.2.& conf.63. nu.22.vol.3.Soc.Iun.confi.107. nu. 47. vol.3. & fusius etiam conf.89. col. 4. vol. 4. Siluanus conf.49.nu.23.Barb.conf.58.col.4.vol.3. Cardi.Zab.conf.68.Durant.de arte testan. tit.4.c. 4.Corn.conf.91.col.3.vol.1. Mant. conf. 216. vol.1.Alcia.resp.480. nu. 16. Emilia.conf.35.

51 nu. 1. conf.39. nu.26.& conf.44.nu.6. † Nec ab ista conclusione remouet me Boer. decis. 280.in calce dubiorum citatus,vbi nu. 4. citat Oldradum conf.158.ad fi.dicentem;ꝙ institutio facta per illa verba. Et in cęteris suis bonis fecit hæredē vniuersalē,videtur hæres institutus ex uniuerso,& sic hæres etiam legata capit. Quoniam casus ille longè differt à nostro. Nā uerbū cæteris,totum comprehendit.l.cæterorū.ff.de uerb.signi.ut Oldrad. etiam perpendit

52 a quod nō reperitur verbo,aliis,attributū † magis ad rem nostram poterat adduci Castren. cōs.367.col.2.viso supra scripto pūcto in anti. qui uoluit nō obstantibus illis uerbis in omnibus aliis suis bonis legata sub institutione cōtineri,sunt enim uerba notariorū imperitorū,

53 quæ non denotant iuris ministerium. † Item & Alex.confi.25.col.fi.uol.1.& confi.262.vol. 6.ubi nihilominus vult in dictis uerbis contiri prælegata.quia fuit expresśio eius, quod tacitè inest, quę nihil operatur. l. 3. ff. de leg.3. probat ex eo.Nam sicut quando testator simpliciter hæredem uniuersalem instituit, eique substituit veniunt prælegata, & tamen non intelligit illum hæredem facere in eo, quod particulariter reliquit l. vxorem §. Felicissimo. ff. de lega.3.pari ratione,quando dixit.in omnibus aliis bonis instituit &c. quia expressit illud,quod tacitè inerat. sed & secūdo dicit Alex.ꝙ illa verba.In omnibus aliis bonis,adiecta institutioni, nō sunt ad substitutionē referēda postea simpliciter positam.Vnde substitutio referri debet ad prælegata,& ea cōtinere. Et hæc etiam fuit consideratio Butrii conf. 68.dicentis illud verbū aliis,non esse repetendū in substitutione postea posita, & habente orationem perfectam,quę ob id simpliciter est intelligenda,& Alex.sequitur Cur.Iun.conf.13. col. fin. Hæc reuelare volui, sicut & alias auctoritates quas allegat Marzarius in epitomis suis in materia fideicōmmissarię,parte 2.q.3.ac ea cōfutare,ne tacendo,reperta per iudicem diligen-

54 tem,forsan eum titubantem redderent. † vnde quatenus ad Cast.primò dicit Dec.in allegato conf.653. quòd interpretatio sua vr̄ destruere proprietatē verborū,& absurdum videtur, ꝙ illa verba.In omnibus aūt aliis bonis, nō sint de intētione testatoris;quia præsumitur, pro tabellione,quòd nihil aliud scripserit,ꝗ̄ sibi iniūctū fuerit,& quicquid scriptum sit,vr̄ scriptum de uolūtate & mandato eius,qui rogauit tabellionem.Bal.in l.errore. col.1. C. de testā. cum simil.ibidem cumulatis per Deciū;quibus addo gl.& Bal.in l.sciendum.ff.de uerbo. obl.ubi dicit,ꝙ pręter ea,quæ pertinent ad officium tabellionis,sicut est inscriptio consulis & diei, reliqua contenta in publico instrumento pręsumuntur scripta de uoluntate partium. Idemq; Bal.in l.ab executione.ff.quor.appell. Nat.consi.16.nu.18.& conf.262.nu.6.Ceph.conf.179 nu.25.Dionysius de Bariseis conf. 41. nu. 38.

55 uol.1.ultimarū uoluntatū † hęcq; conclusio de plano procedit in dubio,quo casu credit̄ notario ita fuisse scriptū cōsensu & uolūtate partiū ut declarat Cap.deci.159.n.42.deci.75.n.29.

Rui.consi.134.nu.7.uol.1.Ias.in l. fin. §. idem q̃siit.nu.5.ff.de cód.ind.Meno.cõſ. 37.n.154.

56 † Sed ulterius, & fundamentalius reſponderi poteſt,ut per Fulgo.in d. conſi. 100. licet Caſtren.non alleget,quòd uerbum, aliis,adiectum inſtitutioni non excludit res in præcedenti legato comprænhenſas ex iuris neceſsitate,quod ſtatuit inſtitutum in certa re,uel in certis rebus in uniuerſo inſtitutũ intelligi. l. 1. §. ſi ex fundo. ff. de hæred. inſti.ne quis decedat pro parte teſtatus,& pro parte inteſtatus. l. ius

57 noſtrum.ff.de reg.iur.† at iſta neceſsitas iuris & interpretatio non cadit in fideicommiſſaria ſubſtitutione,cum,inſtitutione rata manente, non poſsit id inconueniens euenire, ſi fideicõmiſſum, uel legatum de certis rebus factum ſuam propriam uirtutem ſuamq́ue propriam ſignificationem retineat. Et hæc etiam fuit Oldradi conſideratio in dicto conſilio 158. ad fin.licet non ita per eum plenè deducta, prout per Fulgoſium.

58 † Ad illud verò,quod primo loco dicit Alex. conſiderandum eſt diligentius; nam facta inſtitutione ſine verbo aliis,verba cõueniunt, vt in ſubſtitutione veniant prælegata; ſecus adiecto verbo aliis,probatur iſtã differentia.Nam ſi dixerit teſtator, ꝙ hæres portionem ſuam reſtituat,veniunt etiam prælegata, quia portionis appellatione præceptiones etiam continentur d.§.quidam liberis,& ſic uerba conueniunt.At ſecus ſi de portione hæreditatis hæres grauatus ſit l.ſi Titius ex parte.ff.de leg.3. cum ſim. quia uerba non conueniunt prælegatis,nec illis adaptantur,ſicq́ue not.utrobique & per oẽs in d.l.cum uirũ.& Soc.Iun.d.conſ.107.nu.36.

59 † & ad regulam.l.3.ff.de leg.1. reſpondetur ꝙ procedit in expreſsione eius, quod tacitè ineſt ex neceſsitate,ſecus ubi ſumus in expreſsione eius,quod tacitè ineſt ex uoluntate præſumpta teſtatoris per legem interpretata.l.fin.C.de inſti. & ſubſ.iuncta.l.precibus.C. de impube.& declarant Bar.& omnes in d.l.3.qualis eſt caſus noſter ad ungem. Nam prætermiſſo uerbo aliis,uerba conueniunt,ut prælegata cõprehẽdantur,quæ illo expreſſo repugnant,meritò voluntas teſtatoris interpretatur,ut non comprehendãtur in ſubſtitutione, & ſic expreſsio ope

60 ratur aliter quàm tacitè ineſſet † Ad ſecundũ, uerò,quod inquit Alex.dico ꝙ imò ſubſtitutio ſimpliciter adiecta poſt inſtitutionem recipere debet intelligentiam ab eius uerbis, iuxta regularẽ naturam ſubſtitutionis, quæ ſecundũ inſtitutionem facta cenſetur l.prima.C.de impub.Dec.conſi.480.nu. 12. Pariſ.conſilio 18. nume.75.uolum.ſecundo,Dominus meus Rimi.conſi.182.nu.14.conſi.184.num.15.conſi. 185.& conſil.147. nume. 7. Oldrad. conſilio 107.colum.2.Cephal.conſ.259.nu.41.& conſ. 291.nu.12.Leonard.de Batiolis conſ.57.nu.4. lib. 1.ultimarum uoluntatũ, tantoq; magis in caſu noſtro,ꝙ uerba ſubſtitutionis ſunt imperfecta ratione perſonarum. Dicunt enim, Si autem aliquis dictorum ſuorum filiorum deceſſerit, ei ſuſtituit. Nam ſuppleri debet uerbo filiorum Criſtophori, Ioannis & aliorum

61 ſupra nominatorum † meritò illa aduerſatiua autem, repetere debet qualitates contentas in inſtitutione, & ſic quòd facta fuerit eorum ſubſtitutio in aliis bonis,iuxta doctrinam Bal. in l.oẽs populi, col.8.ff.de iuſtitia & iur. quam reaſſumit & declarat Rui. conſi.176.nume. 8. uolumine ſecundo,idemq́ue Bar.in l.cum amplius.§.1.ff.de dam.infec.& in l.mariti. §. fin. ff.ad leg.iul.de adult.Dec.in l.bonorum,ult.lectu.nu.26.C.qui admit.& in l.ſi donatione.n. 3.C.de collat.Cepha.conſi.288.nu.90.

62 † Et tenendo hanc partem,non obſtant contraria,quia poteſt uno uerbo reſponderi,quòd illa uerſantur in tribus coniecturis, quæ cedere debent quinque contrariis ſupra relatis, quia plures uincunt pauciores. Auth.itaque. C.comm.de ſucceſ.ſicut dicitur de teſtibus, quòd cæteris paribus ſtatur teſtibus,qui plures ſunt numero l.3.§.eiuſdem.ff.de teſti.ita Cra. conſi.145.nu.11. tantoque magis, quòd fortiores ſunt cõiecturæ ꝓ parte negatiua, potiſsimè illa de verbo liberè,& pleno iure,ſicut & il-

63 la adæquationis,& illa de verbo aliis,†quo caſu etiam vna plures vincit magis friuolas, vt tradit Andr.Sicul.conſi.37.volum.1. cum ſimilibus per Pariſ.conſi.10.nume.25.volum. 2.Cravet.conſi.149.nume.17.Marſil. in pract. crim. §. diligenter. nume. 192.Borgni.Caualcan.in tractat. de vſufruct.mul.relic.nume.57. Accedit, quòd dictæ præſumptiones magis ſpeciales ſunt illa de verbis generalibus, & alia, de hæredibus factis prælegatis, quæ magis communes ſunt, & vſitatæ, ideo ſpeciales generalibus debent præualere, vt per Calcan. in ſubſcriptione conſilii Socin.Iun.128. nume.230. volum.primo,Dominus meus Riminald. conſ. 128.numer.12. & ibidem per me in appoſtil. Rui. conſil.67. nume.13. uolum. primo, Bart. ante ipſos in l.cum de indebito. per illum tex. ff.de probat. Bald. in l. ſiue poſsidetis. colum. ſecunda.C.eod.titul.Natta conſi.266.nu. 19. ubi citat dictum Philoſophi, quòd ſermones in generali ſunt faciliores, at in particulari ueriores.

64 † Non omitto pariter,quòd dictæ coniecturæ negatiuæ ſunt, & ob id prohibitiuæ, quòd prælegata ueniant in fideicommiſſo, meritò præualere debent allegatis in contrarium,quæ ſunt affirmatiuæ, prout in ſimili caſu concludit Bar. in l.3. §. liberti. ff. de ſuſpec.tuto.vbi concludit,quòd quando concurrunt duæ regulæ una negatiua,& altera affirmatiua, præualet negatiua, ſequitur Dec. in l. emancipata.nume.24.C.qui admit, in conſilio tertio nume.quarto.& conſilio 567.columna 2. dixi in l.qui ſe patris. nume. 444. C. un. lib. ſed etiã magis particulariter reſpõdeo,nõ eſſe ve-

rum

rum in facto; quod ista prælegata absorbeant maiorem partem hæreditatis paternæ, si conferãtur cum diuisione facta inter Dionysium & Hieronymũ, vbi longè plures domus & terræ numerantur, quæ non continentur in dictis prælegatis. Et ita mihi pro comperto supponitur, quare cessat illud obiectum, quod in facto; vbi fundatur, non iustificatur. † cum ex facto ius oriatur. l. si ex plagis §. in cliuo. ff. ad leg. aqui.

65

Ad secundum dico, quod ego non video substitutionem fuisse factam verbis generalibus; sed indefinitis tantùm. Dixit enim testator. Si aliquis dictorum filiorum suorum decesserit in pupillari ętate; vel quandocunque sine filiis, sic decedenti substituit vulgariter, pupillariter & per fideicõmissum; nec dixit, in omnibus suis bonis, nec in tota eius hæreditate, nec aliis verbis generalibus; aut vniuersalibus vsus fuit.

66 † sed simplicibus & indefinitis tantum, quæ tali casu non ęquipollent vniuersali, iux. not. per Soc. in d. §. quidam liberis. nu. 12. quem deducit & sequitur Ceph. consi. 259. num. 42. & vbi æquipollerent vniuersali, venirent intelligenda de omnibus aliis bonis, de quibus in institutione, non aũt de pręlegatis per superius dicta.

Circa tertium, non video, quod Ias. hoc dicat in d. l. cum virum, & ista, quæ de prælegatis, an veniant in fideicommisso, propriè loquitur de factis hæredibus vni, vel pluribus, & postea grauatis, in qua variè concluditur secundum diuersitatem casuum & verborum, & prout ex supradictis patet; secundum quę nos in opinione negatiua versamur. Et ita remanent soluta dubia domini commissarii.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

## Pro magnificis fratribus de Bonacossis.

### ARGVMENTVM.

Nunquid in calculanda legitima filiorum debeat attendi valor bonorum auctus cursu tẽporis post mortem patris, vel qui erat quando mortuus est, latè & subtiliter disputatur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Legitima dicitur quota bonorum & de corporibus hæreditariis debetur.*

2 *Commodum & incommodum rei spectat ad eum cui res debetur.*

3 *Quota bonorum in legitima debet attendi.*
*Sed quomodo declaratur. 46.*

4 *Filius grauatus alienare potest usque ad legitimã. Nec heres vniuersalis petere põt quòd bona redimãtur aut præstetur æstimatio, præsentis temporis si minus valebant quando fuerunt alienata. 5.*

6 *Vxor grauata pauperibus dare quicquid de fructibus superesset vltra uictum, non tenetur de fructibus dotis dare.*
*Quod qua ratione procedat declaratur. 53*

7 *Legitima inspicitur tempore mortis respectu quantitatis, secus qualitatis.*
*Sed contra per auctorem. 58. 59.*

8 *Legitima si filio fuerit assignata in vita patris æquiualens, & postea pater auxerit facultates, filius eo mortuo potest petere suplementum.*
*Sed contra plures ut per auctorem. 60.*
*Et potissimè si sine facto hæredum fuerint auctæ, puta per alluuionem. 62.*

9 *Intellectus l. in lege fal. §. corpora. ff. ad leg. fal. 63.*

10 *Legitima debetur filio secundum ualorem bonorum tempore mortis patris non postea.*
*Et ita plures tenent cumulati. 11.*
*Et melius confirmat Bertrand. 12.*
*Et est communis. 38.*
*Rationem Castrensis adducit. 13.*
*Aliam Ias. & Corrasius. 14.*
*Duas quoque pulchriores auctor. 15. 17.*

13 *Augumentum superueniens in re legata legatario post mortem sibi prodest, & de ratione.*

15 *Significatio propria sumitur à diffinitione quoties cessat auctoritas.*

16 *Legitimæ diffinitio vnde colligitur.*

17 *Legitima transmittitur ad quoscunque hæredes.*

18 *Iura cõditionalia nõ trãsmittũtur ad suos hæredes.*
*Reiecta Glo. in l. is. cui. ff. de acti. & obliga. 19.*
*Et est communis opi. 20.*

21 *Lex in ratione. 2. & lex. in quantitate. ff. ad l. fal. procedunt etiam in legitima.*

22 *Argumentum de legitima patroni ad legitimam filij procedit.*
*Reiecta cuiusdam responsione. 25*
*Et intellectu Bertrandi iuribus quæ ad id citantur dato. 23.*

23 *Intellectus l. etiam. §. fi. & l. si patronum ex debita. §. fi. ff. de bon. liber.*
*Quibus inquit Cur. quòd vniuersus orbis nõ responderet. 24.*
*Et menti non exeundos Romanus.*

25 *Legitima detrahitur contra voluntatem defuncti, & est communis. 26.*

27 *Lex serui qui. ff. ad leg. fal. & lex si patronum ex debita. §. fi. ff. de bon. lib. reputantur contraria.*
*Solutioq; Iasonis reprobatur. 28.*
*Nec alia Corrasii placet auctori. 30.*
*Nec sententia Glossæ. 31.*
*Nec Alexandri. 32.*
*Sed aliam Cumani probat auctor. 33.*

29 *Iason in auct. nouissima. col. 2. C. de inoff. test. infideliter Salycetum refert.*

33 *Intellectus l. si patronum. §. fi. ff. de bon. liberto.*

34 *Intellectus l. serui qui ff. ad leg. falcid.*

35 *Limitatur quid facilius quàm tollatur.*

35 *Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum non valet.*
*Et est communis opinio. 36*
*Secus si facta fuerit simpliciter de omnib. bonis. 37*

37 *Opinio communis illa dicitur quæ plurium numero fulcitur.*

39 *Sociis omne lucrum communicatur.*

40 *Filius in legitima viuente patre nullum ius habet nec spem probabilem.*

*Nec alienata per patrem bona fidi potest eo mortuo reuocare.41.*
*Nec filius releuatur à satisdando quia pater habeat immobilia.42.*
43 *Legitima non augetur ex bonis obuentis hæreditati paternæ.*
44 *Tempus limitatum alterius functionē non recipit.*
45 *Incrementum locum non habet in rebus limitatis.*
46 *Quota bonorum respectu legitimæ consideratur nedum respectu quantitatis sed etiam qualitatis.*
47 *Alienata per filium computantur in legitimam.* 48
49 *Vigilantibus iura subueniunt & impeditis non autem negligentibus.*
50 *Mora semper debet esse nociua.*
51 *Fideicommissarius,an recuperare potest partem rei alienatæ per filium pendēte cōditione fideicōmissi.*
52 *Filius prouocare potest fideicommissarium ad diuisionem vt suam legitimam consequatur pendente conditione fideicommissi.*
*Et petere separationem bonorum.*52.
53 *Dos mulieris ab initio fuit.& in eius dominio naturaliter permansit.*
54 *Testatur quis de suis non de alienis.*
55 *Legitima dicitur incerta ratione loci & quota.*
*Nec pro ea filius vnam rem sibi seligere potest.* 56.
57 *Dispositio non comprehendit id de quo specialiter disponi non potuisset.*
58 *Filio imputatur si mortuo patre statim legitimam non petijt.*
*Ideo augumentum valoris damno suo cedit.& hæredis lucro.*
59 *Bal.cons.20.in anti.incōstāter et malè locutus fuit.*
61 *Legitimam quando pater assignat filio tunc mori videtur pater.*

*Auxilium meum à Domino.*

## CONSILIVM CXLVIII.

IN præsenti causa magnificorum dominorum fratrum de Bonacossis,quorum aduersarii contendūt detrahere posse legitimam in bonis olim domini Alberti testatoris non habita ratione, ꝗ bona cursu temporis aucta fuerint in valore,quia tale augumentum cedere debet eorum commodo. Contrarium verò prætendunt dicti fratres,videlicet; quòd agumentum si suum, & aduersariis assignari debeant tot bona valoris legitimæ tēpore mortis testatoris.Exempli gratia, si bona valebant scutis nouem; & ideo legitima valebat scutis tribus; assignari debeant bona valoris scutorum trium;quæ bona tot nō erunt,vt tunc fuissent,cū minus valerēt:sed respectu valoris erūt æquiualētia.Quæritur qs eorū dēat obtinere.

Et prima consideratione videtur, quòd aduersarii iustitiam foueant ex doctrin. Cornei cons.263.col.3.vol.2.quem sequitur Grat. respon.79.nu.24.vol.2.& Bertrand. consil. 141.
1 volum.2.priorum 3.quæsito.† Mouetur Corn. quia cum legitima sit quota bonorū, & de corporibus hæreditariis debeatur, si çstimatio rerum augetur,debet augeri filio,cui legitima debetur, sicut contingit in habentibus res communes, quarum incrementum non vni magis quàm alteri ascribitur.

2 † Secundò,quia quādo alicui debetur aliqua res commodum & incommodum çstimationis rei melioratæ,vel deterioratæ cedit illius lucro vel damno;quia res illa præstari debet non æstimatione,meritò filio quoque, vel hæredibus suis res pro legitima sua præstari debent prout sunt non habita consideratione pręsentis,vel præteritæ æstimationis.

3 † Tertiò mouetur Bertran. quia diminueretur quota bonorum, si attenderetur çstimatio bonorum extrinseca contingens ob varietatē temporum,meritò non illa sed res attendi debent,de quarum substantia legitima debetur.

4 † Quartò confirmatur;quia filius grauatus poterat alienare vsque ad legitimam,& in alienatis eam eligere,siue alienata in eam computare.l.Marcellus.§.res quę.ff.ad treb.Rube.cons.
5 34.nu.5. Ias.cons.161.vol.4. † vbi per hoc infert,ꝗ hæredes vniuersales petere non possunt; ꝗ bona redimantur, aut ꝗ præstetur çstimatio præsentis temporis,si minus valebant, quando fuerunt alienata: quia cum filius iure permittente alienauerit,pati non debet aliquod damnum l.Graccus C.de adult. quod vtique pateretur si teneretur soluere æstimationem præsentis temporis, quam non habuit, igitur & bonis non alienatis idem iuris esse debet, vt commodum augumenti cedere debeat ad beneficium filii,vel suorum hæredum,non autem fideicommissarii.

6 † Quintò facere videtur doctr. Cast.in l.peculium,in princ.ff.de pecul. quam latius exornat Socin.Iun.consil. 170. numer. 9.volum.2. vbi dicit, quòd si vxor fuerit instituta, & grauata pauperibus dare, quicquid de fructibus sibi supererit vltra victum, statim adeundo videtur deduxisse dotem suam, & ob id eius fructus non tenetur pauperibus dare, licèt vltra victum suum superfint: Sic enim videtur dici posse, quòd filius adeundo statim videatur legitimam sibi debitam deduxisse, meritò commodum augumenti postea factum debet esse suum.

7 † Sextò uidetur adstipulari doctr.Bal.consi. 20.si pecunia.vol.2.in antiq.quem sequitur Fabia.de Chioc.in auth.nouissima.q.8. prin.nu. 74.C.de inoffi.test.vbi loquendo de legitima, dicit,quòd inspicitur quantitas bonorum tempore mortis,sed qualitas eorum tempore quo petiť,quod nihil aliud est dicere;nisi, ꝗ si bona fuerint aucta in quantitate post mortem patris, puta quia tres erant fundi, & alius accessit rei vindicatione, vel aliter, id non attenditur, sed si tres illi fundi tempore mortis minus valebant, cum verò petitur plus

valent

valent,qualitas illa maioris valoris attenditur
ad fauorem filii,& ita cedere debet augumen-
tum illius commodo.
8 Septimò videtur adduci posse Doct.Bal.in c.
cum M.Ferrariensis,volentis; q si pater in vita
legitimam filiæ assignauerit, tunc facultatibus
suis æquiualentem;quæ postea dum vixit,auctę
fuerunt,potest filia,eo mortuo petere suplemẽ
tum ratione augumenti postea facti, idemque
voluit Bal.in l.pactum 6.oppos.C.de colla.An-
ge.Roma. & Imol.in l.stipulatio hoc modo.ff.
de verb.oblig.Castr.& Alex. in l. in ratione. 2.
ff.ad leg.falc. Luc.de Pen.in l.2.circa fin.C.de
præd.& om.reb.nauic.lib.10.Ias.in auth.nouis
sima.col.3.C.de inoffi.testa.vbi dicit,doctrinã
Iacobi Butri. in d. l. pactum. contrariam esse
communiter reprobatam.idem tenet Ias. in l.
quod Seruius.nu.12.ff.de cõd. ob caus.Eamq;
communem testatur Andr.sicu.in d. c.cum M.
Ferrar. nu. 160. & tenet Ruin.in l.Gallus.§.&
quid si tantum.ff.de lib.& post.Soc.cons. 100.
col.4.Menoch.in tract.de arbit.iud.lib.2.cen-
turia secunda casu.149.nu. 18. & communem
magis attestatur Ferdinand.Vasqui. lib. 2. de
succes.crea.§.18.nu.83.sicut & Viui. in suis cõ
mnnibus opi.in verbo legitima,ad finem.Qua
re pari modo videtur dicendum, q si post mor-
tem patris augumentum fuerit subsequutum,
filius,qui consequutus fuit legitimam, vel con
sequi debuit tempore mortis paternæ,posit il
lud augumentũ petere,vel hęredes sui illud ha
bere in deductione ipsius legitimæ, & per cõse
quens non dẽt cedere lucro fideicõmissariorũ.
9 † Octauò & vltimò videt̃ esse textus pro hac
parte in l.lege falcidia hoc seruandum. §. cor-
pora ff.ad leg.falc.vbi in considerada falcidia
hæredi debita de legatis, dicitur; quòd si quæ
sunt corpora in bonis defuncti,ęstimanda erũt
secundum præsens precium,non autem prętе-
ritum, vt ibi per glo. Sicut ergo augumentum
valoris cedit commodo hæredis,cui debet̃ fal-
cidia,pari modo videtur dicendum,q augumẽ
tum valoris cedere debeat commodo filii, cui
debetur legitima. Et hæc sunt quæ pro aduer-
sariis adduci possunt longè latius,quàm in du-
biis proposita,ac locupletata, vt veritas magis
atque magis elucescat.

Quibus tamen non obstantibus longè pro-
babilior est intentio dictorum fratrum de Bo-
nacossis,& pluribus auctoritatibus,rationibus
ac legibus suffulta,crebtiusque per scribentes
10 recepta. † Nam quod attinet ad auctoritates,
fouet eorum partes in terminis Bald. cons.19.
punctusquæstionis super quo.volum.2.in anti.
secundo quæsito, quod est cons. 22. vol. 4. in
nouis.vbi loquitur de filia, cui fuerant relicta.
50.pro legitima sua, eaque steterat per annos
triginta nil petens,postea supplementum pete
bat,quærebatur,in cõsiderando nunquid quã-
titas sibi relicta ascenderet ad debitum,hoc est
ad legitimam suam,cuius temporis deberet ha
beri ratio æstimationis bonorum, cum tractu
temporis rerum prętia fuissent aucta. Et respõ-
11 det,inspici debere tẽpus mortis testatoris † er
go vult clarè Bald.augumentum valoris bono-
rum non cedere commodo filii legitimam pe-
tentis, sed hæredis instituti. Idemque tenent
pulchrè Cast.& Ale.in l.in ratione.2.ff. ad leg.
falc.& Castr.in l.in quantitate.in princ. ff. eo.
Roma.singu.127.volo tibi vnum dicere.Ias.in
auth.nouissima 2.not.C.de inof.test.latè Cur.
consi.fi.col.3.vsque in fi.Soc.cons.22.ad fi.vol.
3.Paris.cons.45.col.pe.vol.2.Cagnol.in l.Pap.
§.quarta,nu.8.ff.de inoff.test.Rip.in l.in quar-
tam.nu.46.ff.ad leg.falc.Natta cons.156.nu.6.
Cur.Iu.consi.21.nu.14. vbi sequitur ad vnguẽ
Curtium suum auunculum in d.cons.fi. Anch.
Iun.in 1.par.quæstionum suarum familiarium
q.51.nu.10.Coras.in l.filium,quem habentem
12 col. 4. C. famil. ercisc. † & pulchrè confirmat
Bertran.cons.33.illud est certum.vol.2. poste-
riorum, vbi considerat in æstimanda legitima
peritos antiquos eligendos esse; qui posset ha-
bere notitiam de valore rerum secundum valo
rem bonorum non qui est hodie, sed qui fuit
tempore mortis patris per l.cum quæritur, C.
de inoff. test. quod alia tatione non dicit, nisi
quia augumentum valoris postea factum non
pertinet ad filium,alioquin non esset opus hac
indagine peritorum antiquorum, scientiaque
valoris bonorum pręteriti temporis, sed satis
esset peritis etiam iunioribus, qui secundum
tempus præsens æstimarent bona, & cum præ-
dictis etiam concordat Por.Imol. cons.92.nu.
97.volens, q in taxanda legitima dẽt conside-
rari qualis fuerit æstimatio patrimonii tẽpore
mortis, igitur augumentum bonorũ postea cõ
tingens attendi non debet.Idemq; Cro.consi.
120.nu.15.Curtiũ secutus in allegato cons.fi.si
cut & Alci. resp.396. eiusdemq; sententię fuit
Natta cons.156. nu.6.dicens q legitima debet̃
tẽpore mortis defuncti, & iuxta illud tẽpus fit
eius ęstimatio,licet alio tẽpore plus vel minus
valerẽt bona defuncti.per d.l. cũ quęritur, ibi.
mortis tẽpore.C.de inoff.tes.cum simi.de qui-
bus p eũ.sicut ẽt sentit Fed. Scot.resp. 1.lib.5.
nu.9.dicens q tẽpus mortis inspicitur in ineũ-
da rõne legitimę & quanti sunt facultates pr̃is
cũ moritur,quod arguit earum valorem alio tẽ
pore spectãdũ non esse,& idem concludit Rip.
in c.cum M.Ferrariensis.nu.38.ad fi. de const.
vbi loquitur,quando post mortẽ pr̃is auctę fue
runt facultates sine facto hæredũ, puta per allu
uionẽ,citatq; Curtium in d. cõsi.fi. qui loquit̃
de auctis cursu tẽporum in valore: quia minus
valebãt terrena vel ędificia tẽpore mortis pr̃is
quàm postea,quãdo legitima petit̃, demumq;
Ceph.idem sentit cons.142.nu.20. dũ dicit,q
respectu calculationis legitimę spectatur tem-
pus mortis, quo potest succedi & quo debetũr
legitima. Ergo non attenditur aliud tempus
in ea calculanda, puta si plus valeant bona.

Patet igitur,ne sim prolixior in hoc, ꝙ ista conclusio plurium doctorum auctoritate munitur. quàm pro contraria parte cum in eam tres adducantur & pro hac sint 12.

13 † Secundò,vt ad rationes descendam, Castr. adduco in d.l.in quantitate,vbi miratur, quid in causa sit,ꝙ sicut augumentum superueniens post mortem,quod habuit originem in vita legatarii prodest, vt augeatur legatum, non ita prosit filio,vt augeatur legitima,cum sit magis debita filio,q̃ legatū legatario, deīde respōdet reddens rationem diuersitatis ; quia legitima debetur filio contra voluntatem defuncti,legata verò secundum illam : sufficit ergo patri satisfecisse legis dispositioni relinquendo legitimam de eo, quod habebat tempore mortis; quia de illis tenebatur relinquere, dicta l.cum quæritur. Vnde cum sit liberatus, non reincidit in obligationem, nec ipse, nec hæres suus propter augumentū superueniens, de quo non habebat cogitare.Sed hæc ratio cessat in legatis;quia volūtas defuncti fuit;quòd integra legata soluerentur,vnde posito, quòd si falcidia imminebat,hęres non teneretur,durabat tamē obligatio, & voluntas defuncti.ideo si superuenit augumentum, ampliatur illa voluntas, ex quo lex sibi non resistit.

14 † Tertiò Ias.in auth.nouissima.not. 2. C.de inoffi.test.mouetur & alia ratione, quia nunquam legitima filii esset limitata,si secus diceremus,quia semper posset augeri valor rerum patris,ideo videtur,quòd limitatè debeat attēdi tempus mortis patris.

Quartò hanc rationem plenius confirmat Corrasius in d.l.filium,quem habētem. & quā ascribit Castrēsi in d.l.in ratione, licet in meo libro Castr.eam nō ponat nam si superueniens augumentum spectaret ad filium, semper essemus incerti,quanta esset legitima sua, posset enim minui, vel augeri plus, aut minus valor bonorum, meritò propter euitandam incertitudinem dici debet tempus mortis attendi debere;nec angumenrum superueniens inspiciēdum pro filio.

15 † Quintò præter alios non omitto,rationem pulchram adferri posse,nam propria significatio rei sumitᵗ à diffinitione,quoties cessat auctoritas legis;vt declarat Bart. in l. omnes populi. nu.59.ff.de iust.& iur. & diffinitio legitimæ col

16 ligitur.ex d.§.quarta.iunc.d.l.quæritur † ꝙ sit quarta pars eius,quod superest de bonis defuncti tempore mortis suæ deducto ære alieno funeris impensa, ac seruis libertate donatis, vt etiam sumando declarat Cagn. in d. §. quarta; sed augumentum, quod fit processu temporis post mortem defuncti, non erat in bonis eius tempore mortis suæ, meritò sub legitima filio debita contineri non debet ; nec ad commodum filii cedere.

17 † Sextò non omitto pariter rationem aliam, non minus superioribus ingeniosam. Nam legitima,licet non agnita per filium trāsmittitur ad quoscunque illius hęredes,vt ponit Bal.in l. 2.vlt.q.C. de liber.præter.Salyc. in l.scimus,in princ. C.de inoff.test.& ibidem Ias.& in l.si arrogator.nu.18.ff.de adop.Alex.cons.54.col.3. vol.2.Soc.cons.92.ver.circa secundam volum. 1.Boer.decis.250.colum.3. sub nume. 4. Dec. cons.218.nu.4.Crau.cons.312.nume.5.Rol.à Val.cons.78.nu.6.Ascan. Clemens in tract.de patr.potest effectu.16.nu.49.Natta cons. 238.

18 nume.4. † at quæ conditionalia sunt,non agnita per filios non transmittuntur ad suos hæredes,vt voluit gloss. notab. in l.vnica.C.de his, qui ant.aper.tab.quam communiter receptam dixit Io.Durant.de art.test. titulo. 5. caut.23. Rube.cons.58.nume.3.cons.35.colum.3.cons. 104.col.2.Dominus meus Rimin. consi. 183. nume. 12. Dec.consi.416.ad fin.& consi.417.

19 † vbi dicit aliam glo.contrariam in l. is cui.ff. de act.& oblig.esse communiter reprobatam. Castr.in l.cum filio.ff.de leg.1.colum.pe.Alex. in secundo præmisso. Ias. in 4. notab.Ripa nu. 11.Bal.consi.115.duplicato cons.146.volum. 5.Soc.cons.74.col.1.vol.4.Dec.cons. 465.col. 3.consi.515.in prin.& consi. 574. Ruin. consi. 181.cons.183.vol. 11. consi. 122. nu.3.consi. 136.nu.55.consi. 152. vol. 3.Paris.cons.3.nu. 37.volum.1.cons.70.nu.7.volum.2. consi.75.

20 nu. 21.cons.77.nu.1.eo.vol. † Ceph.cons.32. qui communem testatur & post eum Rol. à Vale cons. 46. col. 1. vol.3.& huius qualitatis est augumentum non existens tempore mortis patris;quia pendet à futuro euentu, nunquid tractu temporis augebuntur bona; plusquam valebunt, meritò non transmittitur nec debetur filio,nec hæredibus suis,ideo in deductione legitimæ illius aliqua ratio haberi non debet ad fauorem eorum.

21 † Septimò,vt ad leges hanc opinionem confirmantes transitum faciam, citatur tex.in l.in ratione secunda,& in l.in quantitate.in principio.ff.ad leg.fal.quibus vniformiter dicitur, ꝙ augumentum cedit hæredis commodo in detractione falcidiæ, non autem legatario prodest;quia tempus mortis inspicitur.Hinc enim Castr.& Alex.ibidem.inferunt, idem dici debere de legitima. Nam si patrimonium patris augeatur post eius mortem, non tamen augetur legitima, nec illud augumentum attenditur, vt prosit filio. Exemplum.si patrimonium valebat 300.sicque legitima erant 100.minusque relictum fuit. Vnde supplementum petebatur, hæres autem paratus erat dare 100. filius verò dicebat nunc bona valere 600. ideo petebat 200. certè tale augumentum non attenditur ad commodum filii, quia tempus mortis inspicitur, vt ibi dicitur. Vnde sicut hoc casu legatarius debet esse contentus suo legato, prout erat tempore mortis testatoris, pari modo debet filius esse contentus sua legitima,prout erant bona tunc.

Com-

22 † Comprobant etiam hoc magis in terminis tex.in l.etiam.§.fi.& in l.si patronum ex debita.§.fi.ff.de bon.lib.vbi priore loco loquendo de legitima patroni,dicitur.Debitam auté partem eorum,quæ cum moritur libertus habuit, patrono damus; mortis enim tempus inspicit. secundò verò loco dicitur. Si libertus patrono dederit debitam portionem, nihil vltra debetur ei,si seruus reuersus ab hostibus auxerit patrimonium,vel fundus alluuione creuerit,cum satisfactum sit ei ex his bonis, quæ mortis tempore fuerunt,sicut igitur augumentum non cedit ibi commodo patroni petentis legitimam, nec filio cedere debet,sicque reperio quòd de illa legitima debita patrono ad debitam filio per illa iura Scottus arguit in dicto 1.responso Tomo 1.lib.5.nu.9.

23 † Nec quicquam releuat responsio,quam dare conatur illis iuribus & consimilibus Bertr. in d.consi.141.quòd de bonis loquuntur, non autem de eorum valore & æstimatione, quoniam cum de parte debita patrono loquantur,fateri necesse est,bona debere æstimari aliàs sciri non posset,an patronus debitam partem haberet.Nam licet esse posset, quòd tot iugera terrarum haberet,quæ habito respectu ad totum facerent tertiam partem iugerum,puta de 30.10.tamen fieri posset,quòd vnum quodque illorum iugerum minoris esset valoris residuis,sicque debitam partem non haberet; licet enim quò ad numerum iugerum cõgruam partem habere videretur,non tamé quò ad valorem haberet. Vnde vana redditur responsio

24 Bertrandi † verificaturque quod inquit Cur. in d.consi.fi.col.3.quòd dictis iuribus non responderet vniuersus orbis, sicut & illos egregios, & nunquam excundos de mente reputat Roman.in allegato suo singul.127. & optimè probare dixit Corras.in dict.l.filium quem habentem.

25 † Nam nec probare possum cuiusdam licet egregii doctoris responsionem,quam dabat illis iuribus, dum secum contenderem in alia causa,quòd procedant in legitima, quæ deducebatur contra mentem testatoris, at secus in casu nostro,quando filius fuit institutus, & fideicommisso grauatus,per l.serui qui.ff.ad leg. falc.Nam passim Doctores dicunt, legitimam detrahi contra voluntatem defuncti,cum filio, vel patrono debeatur ex obligatione legali, & ob id odiosa reputat.ita Sal.in l.scimus §.repletionem.C.de inoffi.test.Castr. in d.l.in quantitate.& Alex.in d.l.in ratione.Ias.in d. auth.nouissima.col.2.Cur.in d.cons.fi.col.4.& Rip.in

26 d.l.in quartam.nu.46.cum sequenti, † vbi dicit,quòd communis est opinio,quòd etiam hodie quarta legitimæ detrahatur contra voluntatem,& cum prædictis etiã concordat Ascan. Clem.in tract.de patr.potest.effectu.16.nu.27. post Ias.in l.si Titio.§.sicuti.nu.10.ff.de leg. 1. & lex serui qui.tendit ad aliud, vt mox dicam, super qua pariter considerandum est.

27 † Nam contraria reputatur ex diametro. l. si patronum ex debita §.fi.ff.de bon.lib. vbi videmus nõ attendi tempus precedens in seruis liberti existétibus in captiuitate,& reuersis post eius mortem, licet fictione postliminii fingantur in ciuitate semper fuisse penes eum. Vnde deberent ampliare bona liberti;vt maiorem legitimam patronus consequeretur, cuius tamé contrarium deciditur ibi. At in l.serui qui,cõtrarium dr, videlicet ꝙ serui, qui apud hostes sunt post mortem testatoris reuersi,locupletiorem faciunt hæreditatem,sicque maiorem falcidiam detrahit hęres legatis oneratus.

28 † Nec ad illum tex.procedit solutio Ias.in d. auth.nouissima,col.2.post Saly. in l. scimus.§. repletionem.ad fi.C.de inoffi.testa.ꝙ illud procedat in falcidia,quæ procedit ex voluntate testatoris ita legantis;namque immo falcidia detrahitur contra mentem testatoris l. Titia. in fi.ff.ad leg.fal.ibi. Quoniam contra sententiã matrisfam. lex falcidia induceretur. & tradit

29 Coras.in d.l.filium,quem habentem. † quin etiam Ias. infideliter refert Salycetum, qui id non dicit,sed quòd legata debentur ex voluntate testatoris,ideo lex faciliter imputat augumétũ in hæreditate,& falcidia instituti,vt in d. l.serui qui;quę declaratio periculosa est respectu falcidiæ, quæ aduersatur voluntati defuncti,vnde non deberet augumentum ei prodesse,sicut nec prodest legitimæ patroni in d. §. fi. quæ pariter est contra voluntatem defuncti.

30 † Nec etiam satisfacit solutio Corrasii in d. l.filium,dicentis,illud esse;quia illud augumẽtum obuenerat ex causa,quæ suberat tempore mortis.Nã & idé erat in d.§. fi. cũ vtrobiq; loquatur Iur. cons. de seruis captiuis post morté reuersis,& sic qui fictione postliminii reputant semper fuisse in ciuitate penes testatoré, & tamen in d.§.fi.nõ prosunt legitimæ patroni,sed in d.l.serui qui.benè prosunt falcidiæ.

31 † Non placet etiam,ꝙ Gl.in d.§. fi. citauerit d.legé serui.pro concordanti: quia (vt inquit Alex.in d.l.in ratione)sicut in d.§.fi. seruus reuersus ab hostibus non redundat ad commodũ maioris detractionis legitimæ,ita nec in d. l. serui. cresit detractio falcidiæ de legatis ob reuersionem serui.Quoniam repugnant verba tex.dicentis, ꝙ serui qui apud hostes sunt post morté testatoris reuersi,quod ad falcidiã pertinet,locupletioré faciunt hæreditaté, hoc est, augent hęreditatem ad cõmodum hęredis,qui maioré consequitur falcidiã.Si.n.voluisset dicere Paul.ꝙ detractio falcidiæ nõ cresceret,melius staret tex.cum negatiua hoc modo. Serui post mortem reuersi, quod attinet ad falcidiã locupletioré non faciunt hæreditatem & non reputantur in hęreditate,& ob id non inde maiorem falcidiam consequitur hæres, quàm si

32 non essent reuersi † Quòd verò subdit aliter Alex.in d.l.in ratione. dici posse, aliud esse in

falcidia,de qua loquitur lex serui,aliud in legi
tima,de qua §.fi.quia differũt in multis;vt not.
in l.in quartam,ff.ad leg.fal.nihil est, cum nos
in incerto relinquat,& ambiguos satis.

33 † Quare reiectis omnibus ambagibus mihi
placet vnum verbum Cum.in d.l. serui. ex quo
realis solutio deprehendi potest, vt dicamus,q
in d.§.fin.illud ibi dicitur.de seruo reuerso ab
hostibus,qui patrono non prodest,quò ad hoc,
ne detur ei contra tabulas , quæ habet instar
querelæ.Nam si ob auctum patrimonium liber
ti ex reuersione serui , patronus non diceretur
habere integram legitimam ex eo , quod sibi
libertus reliquit , contratabularet testamentũ
liberti , & illud in totum subuerteret , meritò
quia illud odiosum est,fauorabile verò testamẽ
tum conseruari & locum babere l. vel negare,
ff.quemad.testa.aper.ideo dicitur ibi,quòd pa
tronus non potest propterea queri , q minus
habeat in seruo &c.sicque seruus ille, qui au-
get patrimonium , non auget ad commodum
patroni,ne testamentum subuertatur in totum
34 † at in casu legis serui qui.non agitur de patro
no,sed de legatis ab hærede relictis,& de ser-
uis post mortem testatoris reuersis, qni respe-
ctu falcidiæ locupletiorem faciunt hęreditatẽ,
vt sic maior falcidia detrahatur; quia per hoc
non subuertitur in totum testamentum nec il-
lud querelat hæres,sed modificat suplendo,qđ
35 sibi deficit ad integram falcidiam. † facilius
enim quid modificatur , quàm quòd tollatur,
vt not.in l.ius ciuile.ff.de iust. & iur. vbi glo.&
Docto.quibus addi potest illud exemplum de
libera testandi facultate,quæ in totum tolli nõ
potest,sed restringi sic.Nam si fiat donatio om-
nium bonorum præsentium & futurorum. nõ
valet, quia tollit liberam vim testandi , vt not.
Bar.Castr.Alex.Ias.& cęteri in l. stipulatio boc
modo,ff.de verb.oblig.maximè Crot. & Ripa,
qui communem testatur.Bar.Cast.Alex. Ias.&
D.meus Rim.vbi quoque latè Cagnol.in l.fin.
C.de pac.Dec.cons.251.in prin.cons. 488.nu.
2.Grat.respon.10.vol.1.Rol.à Val.cons.65.in
princ.volum.1.post Cur.Iun.cons.25.colum.2.
36 † dicentem hanc esse communem doctorum
sententiam à qua nullatenus in iudicando est
37 recedendum. † tamen si fiat donatio omninm
bonorum simpliciter valet ; quia non compre-
hendit futura.l.si ita.ff.de aur.& argen. leg.vel
etiam futurotum reseruato vsu fructu , quia de
illis & eo donans testari potest, vt voluit Abb,
consi.102.colum.2.volum.2. vbi dicit ita tene
re omnes legistas,Alexan. & Ias. in l.stipulatio
hoc modo.ff.de verbor.oblig. Aret. consil. 54.
col.pen.Soc.consi.126.col.fi. vol. 2. Bertrand.
consi.168.col.2.consi.173.& consi. 175.col.3.
vol.1.cons.138.num. 19. & cons.fi.vol.2.Ripa
responso 14.col.2.in 3.part. Socin. Iun. consi.
143.col.3.uol.1.& sic non tollitur boc casu te-
standi ius,sed restringitur,vt latius ego dixi in
tit.de dona.in princ.nu.27.cum sequentibus.

Patet igitur (vt ad rem nostram redeamus)
iura nõ deficere:quibus optimè probatur hęc
conclusio , quòd augumentum supetueniens
post mortem cursu temporis,non prosit filio in
consequenda maiore legitima,sed illnd hære-
dis commodo cedit,& ad eum pertinet.

37 † Octauò & ultimò, quòd magis recepta sic
hæc opinio iam patet ex longè pluribus aucto-
ritatibus,quæ reddunt illam communem . Nã
illa dicitur esse cõis opinio , quæ plnrium do-
ctorum auctoritate iuuatur,seu quæ habet pln-
res doctores pro se. l. 1. §. & sanè crebrior. &
ibi Bal.ff.de offi.quæst.l.diui fratres. circa me-
dium,in verbo plurium iuris auctorum. ff.de
iur.patro.c.nouis.in verb.opinio à pluribus ap
probata.& ibi not.Butr.& Abb. de verb. signi.
Ias.in l.re coniuncti.num.142.ff.de leg.3.& in
l.si quis mihi bona §.iussum.nu.14. ff.de acqn.
hære.Gomes.in proęmio regularum Cancella
riæ. 2. q. 4. fundamento. Ant.M.Corratius in
38 præfatione tractat.com.opin.nu.3. † sed & vl-
terius hoc adfirmat Cur.in d.cons.fi.dicens ab
ista communi opi.in iudicando non esse rece-
dendum,idemque testatur,Paris.in d.cons.45.
vol.2.parique modo Ias.inquit in d. auth. no-
uissima,col.2.neminem discrepare,quòd si bo
na patris,vel eorum valor augeatur post mor-
tem patris,non per hoc augetur legitima filio-
rum, qui sanius locutus fuisset si dixisset, nemi
nem ferè discrepare propter aliquos conrrariũ
tenentes supra relatos,quos tamen,vt tunc nõ
impressos videre non potuit excepto Baldo.
sed de his parum curandum est,quia longè plu
res sunt in oppositum.

Et ita remanet vnde quaque fundata hęc cõ
clusio contra filiũ , quam tenendo non obstant
39 contraria. † Et in primis prima ratio Cornei
in allegato cons.265.col.1.nam similitudo per
eum tradita de habentibus res cões non bene
conuenit filio,probatur.Nã omne tempus sem
per est proficuum sociis,dum durant in cõmu-
nione, quòd omne lucrũ sit cõe.l.coiri.l.si non
fuerit.ff.pro soc.& ob id augumentum contin
gens in re cõi communicatur vtrique non au-
tem magis vni,quàm alteri;sed in legitima se-
cus est,nam quodcunque tempus non est pro-
ficuum filio,nec ad eius fauorem considerabi-
40 le † patet in tempore,dum viuit pater, respe-
ctu cuius nullum ius,nec spem probabilem di-
cetur habere filius in legitima.l.1.§.si impube-
ri,ff.de coll.bon.ibi.Præmatura enim est spes.
& ibi declarat Bartol.in auth.si qua mulier. cir
ca fin. C. de sacrosan. eccle. & in l.lex Corn.&
& ibidem Bald.Ang.Imol.cęterique,ff. de vul-
ga.& pup.Ias.in l.is potest.colum.4.ff.de acqu.
hære.Aret.in l.quia poterat.col.pen.ff.ad treb.
& cons.pe.colum.3.Dec.in l.fi.nume.14.C.de
pact.cons.19.col.pe.cons.438.nu.13.Corse.in
sing.verb.legitima.Soc.in fallen.suis sub regu.
288.& dixi Insti.quibus alie.lic.vel nõ,in prin.
41 nu.264.& nuuc addo Duenam regu.356.† Et
ideo

ideo si pater alienaret bona sua vēdendo (mo
do non in fraudē filii) nec tunc, nec eo mor-
tuo filius quicquā dicere posset respectu legiti
mæ, de quo per Bar. in l. hæreditariū. ff. de bon.
aut. iud. possi. & in l. non usque. ff. si quis à pa-
rē. sue. manu. Fabia. de Chioc. in auth. nouissi-
ma. nu. 137. C. de inoffi. testa. & pulchrè trad.
Guid. Pap. q. 486. Dec. consi. 557. num. 7. Rol. à
42 Vall. cons. 62. nu. 25. uol. 1. † Hinc dixit Tira-
quel. de utro. retr. §. 14. glos. 11. nu. 18. quòd li-
cet in filiis dicatur, continuari dominium bo-
norum patris. l. in suis. ff. de lib. & post. nihilo-
minus bona patris non releuant filium à sa-
tisdatione, cum multa cōtingere possint, vt ad
eum bona patris non deueniant. Ideo filius nō
gaudet beneficio. l. sciendum. ff. qui satis. cog.
& alia similiter infert Ascan. Clem. in tract. de
43 patr. potest. effec. 16. nu. 59. † quibus addo ꝙ
mortuo quoque patre, si quæ nouiter obueniāt
hæreditati, quibus augeatur, non consideratur
ad fauorem legitimæ d. l. si patronum ex debi-
ta. §. fin. sed pręcisè tantum consideratur tem-
pus mortis testatoris, aut patris, ut ibi dicitur.
44 & in d. l. cum quęritur. † Vnde cum tempus il-
lud sit limitatum, alterius temporis non reci-
pit functionem. l. usufructus mihi in biennium
ff. de usus. lega. Bal. in c. licet. col. 1. de suplen.
negli. præla. Ias. in aut. quæ suplic. col. 2. C. de
præc. imper. offer. & ideo mirum uideri non de
bet, si augumentum postea superueniens non
auget legitimam filiorum limitatam ad tēpus
45 mortis paternę: † quia in rebus limitatis in-
crementum locum non habet l. in agris. ff. de
acquirer. domi.

Eodem modo responderi potest secundę ra
tioni Cornei de re debita alicui, cuius melio-
ratio cedit eius lucro: nam limitatio temporis
introducta respectu legitimæ secus operatur,
quæ cessat in eo casu.

Non obstat etiam ratio Bertran. de quota
quæ minueretur, si attenderetur æstimatio se-
46 cundum uarietatem temporum. † Quoniam
quota bonorum respectu legitimæ debitæ filio
nedum consideratur respectu quantitatis, sed
etiam qualitatis, hoc est ꝙ sit tertia pars æquè
bona, & æquiualens residuo, quod fieri non
potest nisi per ęstimationē, ut dixi, & ideo Cur.
in d. cons. fin. & Ias. id d. auth. nouissima, intel-
ligunt tex. in d. l. cum quæritur. respectu ualo-
ris rerum, quando dixit, inspici tempus mortis
an quarta pars bonorum relicta sit filio: hoc. n.
sciri non potest, nisi bona æstimentur, ut tunc
ualent, ut supra declaraui, meritò quota bono
rum debita filio non dicitur minui, quando
minor est in eorum quantitate modo sit con-
ueniens in qualitate, puta quia 10. iugera da-
ta filio sint tanti ualoris, quanti erant 15. tem-
pore mortis patris sui.

47 † Ad quartam respondetur, quòd licet ue-
rum sit, filium fideicommisso grauatum posse
alienare vsque ad legitimam, & alienata in eā
computare, ut ex multis concludit Rip. in d. l.
in quartam. nu. 120. Guid. Pap. q. 606. & iudex
æquitate suadēte id probare debet, puta si fuit
facta alienatio ex neccessitate bona fide, & de
rebus non præciosioribus, vt latè ponit Dec.
cons. 236. nu. 9. & 10. Rolan. à Vall. consil. 78.
nu. 19. uol. 1. & Menoch. in tract. de arbit. iud.
48 lib. 2. cent. 2. casu. 163. nu. 22. † tamen consi-
derandum est, longam esse differentiam inter
illum casum, quando filius alienauit usque ad
legitimam, ꝙ alienata computentur in eā, nec
teneatur reddere illud plus, quod postea bona
ualuerunt, & casum nostrum, quando nec alie-
nauit, nec legitimā petiit, aut deduxit: qa pri-
mo casu diligens fuit filius eligendo sibi legiti
49 mam tacitè per illam uiam alienationis, † & ui
gilantibus iura subuenire solent. l. si pupillus.
ff. quæ in frau. cred. at secundo casu negligens
fuit, & iura negligentibus non subueniunt, sed
impeditis. l. non enim. ff. ex quib. cau. ma. l. ue-
teres. in fin. ff. de iti. actuque priu. cum simil.
quas citat Guid. Pap. q. 473. Alex. consi. 105.
col. 2. uol. 5. meritò imputari debet filio non pe
tenti incontinenti, & statim post mortem testa
toris sibi assignari legitimam arbitrio boni ui
ri, vnde augumentum cedere debet suo damno
50 & lucro hæredis: quia fuit in mora, † quę sem-
per esse debet sibi nociua. l. locū. §. condemna-
tio. ff. de tab. exhib. & not. in l. uinum. ff. si cer.
pet. Ita pulchrè Cur. in d. consi. fi. col. 4. in fin.
cuius opinio potest optimè comprobari & cō-
firmari ex not. per Bal. in d. l. filium, quem ha-
51 bentem. col. 10. uers. ulterius quæritur, † ubi
disputando illum articulum, nūquid fideicom
missarius recuperare possit partem rei aliena-
tæ per filium grauatum pendente conditione
fideicommissi, & relatis opinionibus contra-
riis, tandem refert Iacob. de Belui. dicentem,
quòd ut omnis soluatur oppositio, credit filio
consuli posse ante conditionem & diem existē
tem: quia potest prouocare per iudiciū familię
erciscundę fideicommissarium vniuersalem ad
diuisionem, ut legitimam suam habere possit
in rebus certis, arg. l. 2. ff. fam. ercis. circa prin.
52 cum simil. quas allegat Bal. † & hoc etiam cla-
rius dicit in l. iubemus. col. 2. C. ad Treb. ubi
concludit, quòd filius potest impetrare sepa-
rationem suæ legitimæ, & assignationem, sibi
fieri in certa re arbitrio boni uiri, si potest ergo
filius ad separationē bonorum ad instar credi-
toris, vt per totum. ff. de separ. bon. & non fecit
ab initio consequendo legitimam suam, sibi de
bet imputare nam si id fecisset augumentum
postea superueniens fuisset suum, at eo non
facto secus.

53 † Ad quintum respondetur, decisionem ca-
strensis ad casum nostrum deduci non posse,
nam loquitur in dote certa, quam cōstat ab ini
tio fuisse mulieris, & naturaliter in eius domi-
nio permāsisse, ut dicit textus in l. in rebus. C
de iur. dot. item loquitur de marito, qui gra-

uauit

uauit vxorem dare pauperibus quicquid sibi superererit de fructibus ultra victum suum bonorum ipsius mariti, vnde nõ fuit locutus, nec intelligitur uoluisse loqui de fructibus dotis
54 vxoris suæ, † quis enim de suis, non autem de alienis testatur. §. disponat, in auth. de nup. l. verbis legis. ff. de uerb. signi. vnde nimirum si mulier adeundo censetur dotem suam recepisse, vel deduxisse, ut Castr. dicit loco citato, at
55 non idem iuris est in legitima filii, † quoniam est incerta rationi loci & quotæ cum dicatur deducto ęre alieno d. §. quarta, sicut etiam bona intelliguntur. l. subsignatum. §. bona. l. princeps bona. ff. de uerb. sig. adeo quòd dici non potest ipsum filium possidere aliquam rẽ, nec possessionem alicuius rei potest propria auctoritate occupare pro legitima, vt declarat Bar. in l. meminimus. C. quando & qui. quar. pars debetur lib. 10. meritò dici non potest, quòd filius adeundo tacitè uideatur suam legitimã
56 sibi deduxisse, † quod à fortiori probatur. Nã nec expressè id facere potest, vnam rem sibi seligendo, vt communiter uolunt Doctores in d. l. in quartã, vbi Ripa. nu. 112. Alciat. nu. 24. & Soc. Iun. nu. 103. uers. cõtrariam, post Corn. & Aret. sic testãtur. & abũdè Menoch. in tract. de arbit. iud. lib. 2. cent. 2. casu. 163. nume. 16. meritò nec adeundo id tacitè fecisse censetur
57 † quia sub dispositione alicuius nõ uenit actus qui non potuisset ab eo in specie disponi, ut not. Bar. in l. si quis sub conditione. in fi. ff. de condi. insti. Bal. in l. fin. §. in computatione, & ibi Andr. sicu. in addi. ad fin. C. de iur. delib. Luc. de Pen. ĩ l. fi. C. de exact. trib. lib. 10. Dec. in c. 1. lect. 2. in glo. ab omnibus. de cõsti. consi. 504. col. 1. & Crauet. consi. 106. nu. 6.

Ad sextum respondet Cur. in d. consi. fi. col. 4. per modum proximè dictum, quòd cum legitima detrahẽda sit arbitrio boni uiri, & nõ pro libero arbitrio filii, & incerta sit ratione loci & quotæ, cũ dicatur ære alieno deducto, nec ali
58 quam rem dicatur ea de causa possidere † meritò sibi debet imputare, si statim mortuo patre eam non petiit, sibique assignari fecit, ideo augumentum debet eius damno cedere, & lucro hęredis: quia moroso filio mora sua nocere dẽt. Cum iura vigilantibus, non autem dormientibus subueniant, & ut subdit idem Cur. lex statuit, quòd si augeanĩ bona post mortem testatoris in æstimatione cedat lucro instituti hæredis, ne legitima semper staret sub incerto & ut mora non petentis legitimam sibi noceat & ne semper incertus sit hæres, statuerunt legum conditores, ad hoc ut sciatur quanta sit legitima, uel suplementum eius, quòd attendatur tempus mortis testatoris, & filio non petente tunc legitimam, quicquid incrementi contigerit cursu temporis sine aliqua opera hominis cedat lucro instituti, non autẽ filii d. l. etiã
59 §. fin. & d. l. si patronum. §. fin. † quare Bal. in allegato cons. 20. inconstanter, & malè locutus fuit, cum superiore consi. 19. contradixerit, vt in primo fundamento deduxi, quod repetendum non puto.

60 † Ad septimum fateor allegatos ita tenuisse & ea ratione: quia legitima non debetur viuente patre, nimirum si stat in suspenso, & non liberatur: quia pendet à futuro euentu, & liberatus intelligitur rebus sic stantibus, ut declarat Rui. consi. 56. nu. 14. uol. 3. & Anch. Iun. in d. quæsti. 51. nu. 11. Sed etiam non me latet, alios plures in contrariam sententiam iuisse, nam in primis Iacob. Butr. in d. l. pactum. C. de collat. & Bal. sibi contrarius uoluit, filiam nil petere posse pro suplemẽto legitimæ de bonis auitis post eam cõsequutã, in l. in successione. C. de reuocan. donat. in l. quamuis. C. de fideicõ. & in l. quamquam. C. ad l. Fal. Ang. in l. si proponas. §. 1. in fi. & in l. si nõ mortis. ff. de inoffi. testa. And. sicu. in d. c. cum M. Ferrariẽsis, Cur.
61 in d. consi. fi. col. 3. † qui mouetur ea ratione: quia tempore assigationis legitimę filio uidetur pater mori iuris fictione: & quia legitimã assignata ea poterat minui sicut augeri, & post Roma. testatur hanc esse communem, quam tenet etiam Fabian. de Gioch. in d. auth. nouissima, nu. 74. Natta cons. 548. nu. 17. & in c. quamuis. de pact. in 6. Georg. Natta prędecessor suus col. 2. communem testatur, sicut & Boer. decis. 62. nu. 14. ubi subiungit, quòd hanc opinionem velut æquiorem semper sequutus fuit, eãque pariter amplè tenet, & examinat Rodericus Soarez. in l. quoniam in prioribus. 4. limit. C. de inoffi. testa. ubi comprobat eam per tex. singularem in l. cum quo. §. fin. ff. ad leg. Falc. qui loquitur in falcidia, volens quòd non detrahat hæres falcidiã, si testator in uita sua de illa prouidit hęredi suo, & ibi singulariter Ang. idem esse dicit in debita iure naturæ, qualis est legitima. Idemque tenet Imol. in l. inter cætera. ff. de libe. & posth. & l. stipulatio hoc modo, ubi quoque Roma. ff. de uerb. oblig. Iacob. Enrichmanus consi. 1. nu. 661. quare patet, quã
62 ualdè dubius sit articulus ille. † Sed vtcunque sit, utra pars potius admittenda sit, illud expeditum uidetur Ripę in d. c. cum M. Ferrariensis nu. 38. ad fi. quòd ubi fuerint auctæ facultates post mortem testatoris absque facto hæredum, puta per alluuionem, vel, vt in casu nostro processu temporis, non debetur legitima de illu augumento, sicque sumus in casu tuto, quod est notandum. Et hanc opnionem Ripæ simpliciter sequitur Viuius allegatus in fin. se remittens, ad eum.

63 † Postremò non obstat tex. in d. §. corpora: quia dicit ibi corpora ęstimanda secundum præsens tempus, ad differentiam præteriti tẽporis, quo defunctus uiuens ea emerat carius, & plus quàm valerent, vt tradit glo. non autẽ ad differentiam pretii tempore mortis testatoris, quod tunc esset minus, quia de hoc non disputat, neque loquitur. Et an minus tunc valerent

rent est incertum, meritò nihil facit ille tex.& ita solutis omnibus contrariis, remanet intentio pro fideicommissariis optimè defensata, & comprobata. Reliquum est, vt Dominus Iudex omnibus diligenter pensatis iustitiam faciat, quam constanter teneo uersari pro dictis fratribus de Bonacosis.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

## Pro magnifica Domina Eleonora Fallata.

### ARGVMENTVM.

De appellatione executionem sententiæ, non impediente bellissimè tractatur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Appellatione interposita producto ad supplicium resisti potest de facto iudici volenti sententiã exequi.*
*Ratione irreparabilis præiudicij.* 15.
2 *Iudex quando detulit appellationi de ipsa cognoscit debet.*
*Quod declaratur.* 16
3 *Actus est nullus ipso iure factus contra prohibitionem hominis.*
4 *Inhibitio debet esse canonica, vt liget manus iudici à quo.*
*Et quæ requirantur vt talis sit.*
5 *Consuetudo dicitur statutum tacitum.*
*Nec inducitur per tolerantiã contra debitũ iuris.* 6.
7 *Appellari non potest ab interlocutoria quando non parat præiudicium in via iuris sed facti tantum.*
8 *Possessio non continuatur in hæredem de iure communi.*
9 *Appellatio ab interlocutoria causa grauaminis non expressa nulla est.*
10 *Appellationis commissio citra præiudicium rei indicatæ & executionis commissæ quid operetur.*
11 *Venditore condemnato ad restitutionem pretij pariter emptor censetur cõdẽnatus ad restitutionẽ rei.*
12 *Sententiam nullam si quis principaliter dicat. Iudex nõ potest inhibere iudici primo volenti eã exequi.*
13 *Appellari potest à sententia possessorij de iure canonico.*
16 *Clausula si & in quantum quid operetur in delatione appellationis posita.*
17 *Actus contra inhibitionem non est nullus si factus fuit contra ius.*

*Auxilium meum à Domino.*

### CONSILIVM CXLIX.

IN præsenti causa Dominę Eleonoræ Castagninæ cum Fallatis super appellatione & nullitatis dictione per eos interposita à sentẽtia magnifici Roncalei commissa magnifico consilio Iustitiæ, & inhibitione per illud facta dicto magnifico Roncaleo. Videbatur prima consideratione dicendum, firmam remanere dictam inhibitionem, nec magnificum Roncaleum super executione suę sententiæ se ulterius intromittere posse, iux. doctr. Bal. in l. addictos, col. 1. uers. Item adde. C. de
1 epis. aud. † ubi dicit, quòd si amici, uel consanguinei appellant in casu permisso pro eo, qui ducitur ad supplicium, & nihilominus Iudex vult exequi, tali casu possunt iuduci de facto resistere, & huiusmodi executionem de facto impedire: quia per appellationem sublata fuit iurisdictio iudicis à quo secundum Innocen. qui sic not. in c. si quando, de offi. deleg. quod est notatu dignum, sequitur. Dec. in l. ut uim. nu. 27. ff. de iust. & iur.
2 † Secundò confirmatur. Nam dominus Rõcaleus detulit appellationi prædictæ, unde de ipsa cognosci debet per magnificum consilium Bal. in l. post sententiam. col. 2. C. de sent. & interom. iud. quem sequitur Alex. consi. 2. colu. fin. uol. 3. Ias. in l. 1. in prin. ff. de oper. no. nunc. in l. 1. col. 2. C. de bono. possess. secun. tabul. & consi. 187. col. 2. uol. 2. Soc. Iun. consi. 19. col. 2. uol. primo. Vnde dominus Roncaleus interim debet ab executione supersedere. l. 1. ubi glo. Bar. & alii. ff. nil noua. appe.

Tertiò tantoque magis in casu nostro dominus Roncaleus abstinere debet ab exequendo cùm fuerit sibi inhibitum per magnificum consilium iudicem appellationis in præsenti
3 causa: † quia ubicunque iudex facit contra prohibitionem hominis inhibentis, actus est ipso iure nullus, ut tradit Aret. consi. 75. col. 2. in princ.

Istis tamen non obstantibus in contrariam sententiam descendo, nempè quòd inhibitio prędicta debeat reuocari, dominusque Roncaleus ea non obstante sententiam suam possit ac debeat executioni demandare.

4 † Moueor in primis, quoniam dicta inhibitia non fuit canonicè facta prout esse debet ad hoc, ut manus iudicis à quo liget. c. non solum. §. fin. & ibi Domi. & alii de app. in 6. iudex enim ad quem præmittere debet cognitionẽ, nunquid appellatio fuerit interposita ex causa legitima, & sit recipienda, & hoc reperto postea poterit inhibere iudici à quo. ita Ioann. Andr. Butr. Abb. Compostell. & alii, quos citat Fel. i c. dilectus filius. 2. col. fi. de rescrip. Paris. consi. 108. nu. 6. uol. 1. Rol. à Val. consi. 77. col. fin. uol. 2. & pulchrè tradit Cambian. in tract. clausular. in uer. nil nouari, nu. 24. at hic nõ interuenit ista causæ cognitio, sed extorta fuit hæc inhibitio per Fallatos non narrantes naturam causæ, nec formam commisionis magnificorum Dominorum de signatura, de qua dicetur infra, meritò prodesse non debet, nec super aliqua cõsuetudine cõtraria ius fieri po-
5 test: quia ubi constaret, nõ ualeret. † Nam cõsuetudo dicitur statutum tacitum, nec induci potest ab his, qui in eo actu statutum expressè condere

condere non possunt, Barto.cons. 136. Capit. Bellame.consi.27.col.2. Craue.consi. 134. nu. 25. sed litigantis iudices non possunt statuere contra ius superioris.c.cũ inferior. de maior. & obedi.ergo &c. † Secundò per tolerantiam
6 non inducitur consuetudo contra debitum iuris, quia multa per patientiam tolerantur, quæ si deducta fuissent in iudicium exigente iustitia tolerari non deberent.c. cum iam dudum. de præben. Oldra.cõs. 14. Crauet.cons.96.n.7.

Secundò confirmatur, quoniam sententia domini Roncalei fuit, ac est interloquutoria quædam in possessorio lata, quia mandauit Fallatis, ne turbent, aut molestent dominam Leonoram in possessione terrę dictæ fictus, aut calmæ, & laboratoribus, vt ei de fructibus responderent, sicut & ante per Dominos surrogatos fuerat præceptum, sicque dicitur fuisse interloquutoria, ut quãdo iudex mandat, ne fiat ali-
7 qua nouitas possessori, † quo casu non potest appellari, quia non parit præiudicium in uia iuris, sed solum in uia facti, ne de facto fiat contra prçceptum, ut declarat Bal. in l.2.C. de epis. aud. qui bene notandus est, & ponderãdus hoc casu. Nam cum subiungat, quòd si sentẽtia diffinitiua sit, ut in casu.l.1.C. si de momẽ. possess. de iure ciuili non appelatur, sed de iure canonico sic, de quo latè ponit Beninte.deci.17. decis. Neapol.269. Rol.à Vall.d. consi.77. Bero. q.52. Capit.decis.55.& abundè decis.25. Senatus Pedemontani, vult apertè Bal. in casu præcedenti non appellari posse, tam de iure Canonico, quàm ciuili, aliàs non esset inter prædictos casus differentia, quam tamen signanter ponit Bal. ibi. Vnde si nõ potuit appellari, multo minus inhiberi.

Tertiò considero, quòd magnifici Surrogati dixerant in eorum sententia, possessionem bonorum de quibus in lista fuisse continuatam in dominam Leonoram uigore statuti. Quòd
8 possessio defuncti † nam de iure communi nõ continuatur possessio.l. cum hæredes.ff. de acqui.posses.& in executione dictæ sententiæ dederant præcepta dominæ Leonoræ in Calmis talis enim missio in possessionem fit in executione statuti, ut declarat Bal. in rubrica de cau. posses.& pro. Dec.consi.84. cum similibus per Tiraquel. in tract. le mort. 2. declarat.6. partis. quę considerans, & alia deducta in processu D. Rõcaleus, ex quibus apparebat terram fictus & calmarum idem esse corpus, dixit in eius possessione manuteneri, & conseruari debere dominam Leonoram, prçcipiendo laboratoribus, vt ei de fructibus responderent, & Fallatis, ne eã molestarent, & ita pariter executus est sententiam dictorum Surrogatorum, meritò non datur appellatio à tali executione, cum potissimè nec quantitate, nec tempore, nec prætermissa causæ cognitione, sic fuerit exequutus.l. ab exequutore, & ibi not.glo.& Doct.C.quor. appel.nõ recip. Igitur apparet ex prædictis inhibitionem sibi factam non fuisse canonicam, & si hæc narrat fuissent magnifico consilio non inhuibuisset.

9 † Quartò posito, quòd daretur appellatio ab executione, tamẽ hæc omnino reiicienda fuit, nec eius uigore debuit inhiberi: qa causa grauaminis non fuit expressa nec modus excessionis sigillatim fuit expressus, vt fieri debuit secundum Bart. in l.ab executione. ff. de appel. Bal. in d.l.ab executore.col.2.ver.& suis Castr. consi.25. super 1.consi.325. ad primum pulcrè Roma.cons.41. qui ob id concludit, appellationem esse nullam, & ibi Mandosius Roma. in addi.cõmunem testatur, vnde talis inhibitio suppresa ueritate cõcessa reuocari debet omnino.

10 † Quintò non prætereo modum commissionis causæ præsentis factum magnifico Cõsilio per clarissimos Dominos de signatura: quia commisserunt, dictam appellationem citra præiuditium re iudicatæ, & exequutionis commissę, quatenus deuoluat. Nam coram eis discusis iuribus partium in audientia solita, vbi dictum fuit executionem commissam fuisse in calmis per Dominos surrogatos ad fauorem dominę Leonorę dando sibi præcepta, & quòd inde fructus percepisset, & subinde quòd dominus Roncaleus idem fuisset exequutus, quantum pertinet ad exequutionẽ iuris, prçcipiendo laboratoribus, & Fallatis ut supra, commiserunt quidem appellationem Fallatorum quatenus deuoluat, & sic, quò ad effectum deuolutiuum non tamen executionem iuris commissam per Roncaleum uoluerunt retractare, nec impedire, nec in hoc dictæ dominæ Leonoræ prçiudicare, & ob id dixerunt citra præiudicium rei iudicatę & executionis commissæ, quare si non debet in hoc sibi fieri prçiuditium, non debet impediri dominus Roncaleus dare executionem facti relaxando præcepta. Id enim uenit ex intentione dictę commissionis, quæ aliter intellecta redderet sententiam domini Roncalei elusoriam, si non posset interim dare executionem facti, dum pendebit appellatio Falla-
11 torum coram magnifico Cõsilio † ut in simili casu dicit decis. Sena. Pedem.44. de sententia lata in remedio.l.2.C. de rescin.uẽdi. per quã uenditor fuerat condemnatus ad restitutionẽ pretii emptori, non tamen emptor fuerat condemnatus ad restitutionem fundi empti. dicit enim id subintelligi debere, aliàs sequeret, ꝙ uenditor teneretur restituere pretium, & ex illa sententia non posset consequi rem ueditã, sicque sententia redderetur elusoria: sic enim dici debet in casu nostro, quòd elusoria redderetur sententia magnifici Roncalei, qui dedit executionem iuris, si non posset dare executionem facti, cum totum penderet à terminatione magnifici Consilii, & quicquid fecisset dominus Roncaleus nihil esset, & nihil prodesset dominæ Leonoræ.

12 † Sextò prædicta confirmantur ex eo, quod notant

notant Domini de Rota decis. 280. licet per uiam, ubi dicunt, quòd si quis dicat sententiã nullam principaliter, iudex cui commissio facta fuit, non potest inhibere iudici primo uolẽti exequi sententiam suam, sed vterque Iudex in vtraque causa suo marte procedere debet, ille super nullitate, hic super executione, & si dicens de nullitate obtinebit reuocabitur exequutio, quam decisionem citans Ioan. Staphil. in tract. de orat. expect. in tit. de commiss. litt. Iust. nu. 71. & 74. dicit, quòd longè melius & consultius erit apponere in signatura, sine prçiudicio rei iudicatæ: quia per huiusmodi signaturam utriusque partis iura seruantur illesa. Sic igitur in casu nostro dici debet ad vnguẽ. Nã cõsilium signaturæ dicens, sine præiuditio rei iudicatę, & executionis commissæ, uoluit utrique parti consulere, dominæ Leonorę, ꝙ possit habere executionem suam facti à Domino Rõcaleo, Fallatis, ut super appellatione sua procedere possint coram magnifico consilio quod de iustitia, uel non sententiæ domini Roncalei cognoscere posit. Igitur inhibitio facta domino Roncaleo debet reuocari, ut in
13 executione posit ultra procedere. † Et hoc etiam comprobatur optima & concludenti ratione. Nam quicquid sit de iure ciuili decisum per scribentes, an à sententia in causa possessorii detur appellatio. Clarum est de iure canonico eam dari. clem. 1. & ibi Card. & alii de sequest. poss. Abb. qui dicit esse communem in c. cum ad sedem. de restit. spol. Beninten. de
14 cis. 17. col. 1. † Et hinc infertur, ex quo datur appellatio, executionem impediri, ut per Bald. consi. 367. uol. 1. Alex. consi. 99. col. 1. uol. 5. & decis. Sen. Pedem. 25. nu. 18. in fin. ergo si pariter deberet in casu nostro executio impediri, commissio dictæ appellationis facta, citra præiudicium executionis, esset uana nihilq; prorsus operaretur, contra doct. Bal. in rubrica. C. de contrah. empt. q. 9. Dicamus igitur nos esse præter omnem difficultatem, sicque executionem non differri, prout uoluerunt ipsi Domini signaturæ facientes commissionem modo prædicto.
15 † Et hanc partem tenendo non obstant contraria. Namque ad primum respondetur, illud procedere propter prçiuditium irreparabile, quod sequeretur reo, qui mortuus amplius resuscitari non posset per sententiam iudicis ad quem. At hic prçiuditium est reparabile, cum si Fallati obtinebũt corã Consilio, reuocabitur executio, vt dicũt domini de Rota decis. 280.
16 † Quò uerò ad secundum de Ronc. qui detulit appellationi, respondetur, id non simpliciter factum, sed cum clausula, si & inquantũ, quę operatur, quòd si non debebat deferri Iudex à quo perseuerat in sua iurisdictione Bal. in l. edita. colum. 17. uer. item dubitatur. C. de eden. Ang. consil. 207. col. 3. cum simil. quos congerit Rol. à Vall. d. consi. 77. num. 18. uol. 2. & Alciat. responso. 406.
17 † Ad tertium de inhibitione respõdet idem Roland. quòd procederet inhibitio si fuisset canonica alias secus, quia sine causæ cognitione manauit & subreptitiè obtẽta à magnifico Cõsilio, meritò non debet attendi, quominus dominus Roncaleus posset in executionem procedere. Actus enim gesti cóntra inhibitionem non sunt nulli, quando facta fuit contra ius, ut est glo. fi. in c. 2. & ibi not. Abb. not. 4. de restit. spol. & ita de iure concludo.

*Hippol. Riminal. Ferrar.*

## Pro muliere quadam.

### ARGVMENTVM.

De muliere inquisita de pęna relapsi ab ea pulcherrimè defensa.

### *SVMMARIVM.*

1 *Hæreticus cui domus pro carcere destinata fuit sub pœna relapsi si exiret exeundo & fugiendo pro relapso censeri debet vt non implens pœnitentiam sibi iniunctam.* 2.
*Et fictè reuersus iuris præsumptione.* 3.
*Sicq; seruari Bossius tradit.* 4.
*Et Milleus quendam combustum fuisse testatur.* 5.
*At contrariam partem pleriq; tenuerunt.* 8. 11.
*Quibus auctor accedit distinguens.* 13. 18. 19.
3 *Suspectus de relapsu in hæresim præstare debet idoneam securitatem de seruando fidem catolicam.*
6 *Iuramentum seruari quando seruari non posset sine interitu salutis æternæ.*
7 *Pœna voluntariæ quis uidetur se astringere & in eã incidisse.*
8 *Hæreticus non seruando pœnitentiam sibi iniunctã peccare dicitur non tamen de fide malè sentire.*
*Quod per distinctionem declaratur.* 13.
*Quando pœnitentia de directo erat contra hæresim. vt eam detestari aduersus eam prædicare. & cum hæreticis non conseruari.* 14.
*Secus si ieiunare, peregrinari, domum pro carcere assignatam non exire.* 15.
9 *Differunt malè de fide sentire et pœnitentiam iniunctam non implere.*
10 *Diuersa non includunt diuersa.*
12 *Clericus incorrigibilis quando dicatur.*
*De quo distinguit Abbas.* 26. 27.
16 *Relapsus quando quis dicatur.* 23. 24.
17 *Carcer hæretico quare detur.*
20 *Hæres non utitur beneficio inuentarij conuentus ex debito hæreditario de quo conuenit.*
21 *Manere in domo uel non non sapit hæresim.*
22 *Ratio Decij. consi. 137. nu. 3. defenditur.*
25 *Relapsus non dicitur recedens & postea voluntariè rediens & se præsentans.*
26 *Clericus non dicitur incorrigibilis qui pœnitentiam iniunctam*

*iniunctam nō peregit se subijciens alteri pœna per iudicem Imponendæ, Alioquin secus.* 27.
28 *Comparitio rei spontanea est signum innocentiæ.* 29.30.
31 *Natura aborret id quod vitam adimit.*
32 *Opiniones quæ concordant contrarias amplectendæ sunt.*
*Et distinguens est tenenda.* 33.
34 *Opinio quæ æquitate corroboratur est sequenda.*
35 *Iuramentum sub pœna relapsus non obligat.*
36 *Pœna mortis quis se obligare non potest.*
*Quia nemo dicitur dominus membrorum suorum.*

## *Auxilium meum à Domino.*

## CONSILIVM CL.

*MVlier quædam cum nonnullos hæreticales errores abiurasset, & pœnitentiam sibi Reuerēdus inquisitor iniunxisset, videlicet quòd ex quadam domo pro carcere sibi præfixa non exiret sine illius licentia, idq́ iureiurando se seruaturam promisisset, aliàs pro relapsa censeri voluit, ex dicta domo recessit extra ciuitatem se conferens, & cum per aliquot dies abfuisset, & capi vereretur se præsentauit officio Sacræ Inquisitionis. Vnde quæsitum fuit an vti relapsa iudicari deberet, & qua pœna plectenda sit. Et coram Reuerendo Inquisitore propositus, & discussus fuit hic articulus tam per Reuerendos Dominos Theologos quàm per celeberrimos Iureconsultos in quorum numerum ego pariter uocatus fui.*

1 ET † prima consideratione uidebatur aliquibus hàc mulierē ueluti relapsam censeri, pęnisque relapsorum subiici debere, prout uoluerunt Archidiac. & Gemin. in c. ut commissi. de hæret. in 6. ubi dicunt, quòd tales absoluti, & in carcerem detrusi, uel aliis pœnitentiis onerati, si postea sponte carceres exiuerint, & excusationem legitimam non habent, possunt uelut hæretici condemnari, nam que pręsumitur. ficta conuersio, & confessio simulata, cum præcedētia probentur per sequētia. Idemque uoluit quidā Dominus Abb. de Podio inter cōs. Feder. de sen. consi. 57. & Mat.
2 quem citat Imol. in clem. 3. de hæret. † ubi dicit, quòd si hæretici post abiuratam hæresim non implent pœnitentiam iniunctam, debent haberi pro relapsis, & ut tales puniri, per illum tex. in fin. ubi committit Sum. Pontif. quòd inquisitores aduersus culpabiles repertos de hæresi nisi abiuratis spontè prędictis erroribus pęnituerint, & satisfactionem exhibuerint competentem, debitam exerceant ultionem, hoc est pœnam mortis, de qua in c. ad abolendam. eo. tit. & sic ob pœnitentiam non peractam. vult eos morte plectendos esse sicque pœna re
3 lapsorum, † idemque tenet Imol. in c. literas. col. 1. de præsump. ubi dicit, quòd quàdo quis est suspectus de relapsu in hæresim, debet præstare idoneam, & bonam securitatem de seruā do fidem catolicam, & etiam sibi debet iniungi discreta pęnitentia, ex qua perpendatur, an uerè fuerit reuersus, an fictè, & sic an in luce, an in tenebris ambulet: quia si seruet pœnitētiā præsumitur uerè reuersus, secus si non seruet; quia præsumitur fictè reuersus, & potest tamquàm hęreticus cōdemnari, sed & cū prædictis tenet Arelat. in tract. de hæreticis nu. 30. & Reuerendus frater Vbertus in iudiciali inquito-
4 sitorum uer. Hęreticus nu. 38. † ubi relato Francisco Squill. in tract. de fide Catol. cap. 19. in contrarium subdit, quòd licet opinio sua pia sit tamen minus probabilis, & minus secura uidetur, quàm prima. Et præter eum Boss. in tit. de hæreti. nu. 24. post relatos aliquos tenentes relapsum non dici qui pœnitentiam iniunctam non seruauerit, subdit, quòd inquisitor ciuitatis suæ Mediolani sibi dixit seruari contrarium
5 & idem attestatus est etiam esse de iure † quin de uisu Millens in pract. crim. nu. 112. fol. 10. & nu. 55. fol. 148. dicit, se uidisse Parisiis ita praticari contra quendam Berquin, qui nolebat emendam facere, ad quam fuerat condemnatus, ut publicè cum aliquo signo iret pœnitentiæ, nam fuit igne combustus, & ita fuisse usu comprobatū testatur Simancas in tract. de hæret. cap. 47. num. 23. & cum prædictis etiam sentit Franc. Marci. q. 946. in prima par. dum dicit, quòd per pœnitentiam hæreticus eximitur à pœna hæresis c. uergentis. de hęreti. Igitur pęnitentia non peracta dictæ pœnę subiicitur, sed & clarè tenet Fely. in rubrica de hæreti. & alii, quos cumulat Franc. Bursat. consi. 7. nu. 35. quibus addi possunt Zenzelin. Matesi. & Imol. in clemen. 3. Gloss. propagine de hæret. Federic. de Sen. consi. 156. incip. Alex. Episcopus. Et Zanchinus in tract. de hęreti. cap. 10. sub litera. C. verbo detrusus. Quare uidebatur ex prædictis, quòd mulier ista ueluti relapsa
6 censeri deberet; † tantoque magis, quòd ad id consenserat cum iuramento, promittens se seruaturam sibi iniuncta sub pœna relapsi, quod iuramentum, cum seruari posset sine interitu salutis æternæ debuit illud seruare. c. cum contingat. de iureiuran. c. quamuis. de pact. in
7 6. † meritò illud non seruando, uidebatur in dictam pœnam relapsi uoluntariè incidisse. l. imperatores. ff. de iur. fi.

Nihilominus licet ista multum stringerent aduersus istam mulierem, quibus uidebatur brachio seculari tradenda c. ad abolendam, de hęreti. non deerant alii, qui nec eam relapsam existimabant dici posse, nec taliter puniendam
8 † Mouebantur auctoritate Calderini consi. secundo de hæreti. ubi dicit, quòd licet reus iniūctam sibi pœnitentiam non obseruauerit, nec adimpleuerit, non per hoc inquisitor potest aduersus eum uelut hæreticum procedere, quia licet in hoc peccauerit, non sequitur quòd pro
9 pter hoc malè de fide senserit. † Hæc enim

sunt

ſunt diuerſa delicta, malè ſentire de fide,& poe
nitentiam iniunctam non facere nec adimple
re,nam per primum uirtutem ſacramenti quis
reprobat d.c.ad abolendam,in princi.per ſecũ
dum uerò ſacramentum contemnit, non tamẽ
per hoc ſentit aliter de ipſo quàm Romana Ec
cleſia, ſicut & inobediens Papæ licet peccet,nõ
propter hoc malè ſentit de illo articulo.Credo
10 iſtam Catolicam Eccleſiam. † Cum igitur iſta
ſint diuerſa, patet, quòd vnum non includit
aliud.36.q.1.§.cum ergo,ver. ſed non omnes.
c.dilectus.de offic.ordi.c.ſuſceptũ,de reſcript.
in 6.& licet talis negligentia adpriſtinum ſta-
tum reducat, non tamen ad priſtinum pecca-
tum c.eos,de ſent. excõ. in ſexto c.in plurimis
de pœnit.diſtin.4.Ita Calder.ibi quem ſequi-
tur Dec.conſil.137.Vbi dicit, quòd licet Reus
malè ſecerit in hoc non ſeruando pœnitentiã
ſibi iniunctam, non tamen per hoc inquiſi-
tor poteſt aduerſus eum uelut hæreticum pro-
cedere: quia iſta non dicitur ex cauſa hære-
ſis, & de tali cauſa inquiſitor non uidetur ha-
11 bere poteſtatem † Meritò dicebant aliqui, ꝙ
licet iſta mulier receſſiſſet ex illa domo pro car
cere ſibi aſsignata ſicque pœnitentiam iniun-
ctam non obſeruaſſet,non tamen ut relapſa iu
dicari debebat,nec vt relapſa puniri.
12. † Et hanc inſuper opinionem confirmabãt
ex doctri.Butrii in c.cum non ab homine, nu.
22.de iudic.ubi ſumpta occaſione illius tex.lo
quentis de clerico per ſecularem poteſtatem
puniendo, ſi factus fuerit incorrigibilis, &
in profundum malorum uenerit. Quæritur
qualiter deprehendetur incorrigibilitas, &
reſpondet, quòd deprehendetur, quia ſtatim
eo depoſito ſi ſe corrigat, vel dicat, ſe paratum
corrigere, imponetur ei pœnitentia & in
monaſterium detrudetur ad pœnitentiam pe-
ragendam, ſi tamen pœnitentiam ininnctam
non ſeruet,non per hoc dicetur incorrigibilis,
ut poſsit tradi curiæ ſeculari, ſed dicetur in-
corrigibilis, quando reuertitur ad priores er-
rores,& in illis perſeuerat.vult ergo Butr.ꝙ ob
pœnitentiam non ſeruatam reus non poſsit ſe
culari Poteſtati tribui, meritò patet hinc eum
relapſum minimè cenſeri.
13. † His hinc inde propoſitis ego pariter,vt ſen
tentiam meam proferrem ad diſtinctionẽ quã
dam ſingularem Calderini confugiebam, quã
ponit in c. literas. de præſump. qui recitat in
primis quęſtionem de facto cuiuſdam Senẽſis
in hæreſi deprehenſi,& correcti,cui fuit impoſi
tum,ne intraret ciuitatem infra ſex menſes, &
ille non paruit.Quęrebatur,an diceretur relap
ſus,& ut hæreticus puniendus,dicit Calder. ꝙ
ſuper hoc emanarunt multa conſilia, & per
finem d.c.literas, aliqui dicebant,quòd ſic,ta-
14 men ſubdit Calder.hoc eſſe durum † vnde di-
ſtinguit, quòd quandoque imponitur pœni-
tẽtia,quę eſt de directo contra hęreſim, ut ſci-
licet deteſtetur hæreſim, prædicet aduerſus eã,
non conuerſetur cum hæreticis, & ſimilia, &
hoc caſu ſi non obſeruat tale mandatum, iudi-
cabitur tanquam hæreticus,& in his terminis
loquitur abũdè Burſat.in dicto conſi.7.de quo
dam hęretico, cui fuerat impoſita pęnitentia,
ne cum quibuſdam Teutonicis conuerſaretur,
15 quod ille non ſeruauerat.† Quãdoq; verò im-
ponitur pœnitentia,quæ non eſt contraria di-
rectè hæreſi, ut ieiunare, peregrinari,& id ge-
nus,& ſi hęc non obſueruat non dicitur relap
ſus, ſicque fuit conſultum, & in hanc ſenten-
tiam deſcendit Franc.Squill. in tract. de fide.
16 cat. cap. 19. † Dicens, quòd tunc dicitur
quis relapſus,quando facit contra pœnitentiã
illud, quod non ſit dubium feciſſe ex conſe-
quentia approbati erroris prius à ſe commiſsi,
vt eſt in receptandis hæreticis, eis dona mittẽ
do uel eis fauorem dando c. accuſatus. §. illo
quoque,de hæreti.in 6.At hoc non uerificatur
in excũdo de carcere ſibi aſsignato, quia iſtud
facere non eſt contrarium hæreſi directè, ſub-
ditque,quòd doctores hoc dicere uidentur in
17 d.c.ut commiſsi, † dicentes, quòd carcer da-
tur in pœnitentiam, ne reus ille noceat aliis,
uel alios inficiat,& an appareat, an ambulet in
tenebris,uel in luce. Et propterea dicunt do
ctores, quòd poterit damnari pœna pecunia-
ria ſi poſsidet bona,ut quia ſibi fuerint reſerua
ta,& ita tenet in ſpecie Io.ab Imol.in d. clem.
ſecunda, de hæreti. nu. 23. concludens quòd
talis pœna pecuniaria poterit in pauperes er-
rogari,uel in alios pios uſus,uel in magnam ne
18 ceſsitatẽ officii.† Et hanc opinionẽ tenet etiã
Iul.Clar.lib.5.ſententia.§. hæreſis. Ver. idem
etiã,vbi dicit eſſe mitiorẽ, & iudicio ſuo tenẽ
19 dam, † niſi cum tali contumacia concurre-
rent aliæ coniecturæ, per quas appareret illum
adhuc non benè ſentire de eccleſia, hoc enim
caſu fortè diceretur, talem tanquam relapſum
flammis eſſe comburendum, puta (licet non
dicat Clarus) conuerſando cum hæreticis,aut
ipſos comendando,& id genus,& in hanc can-
dem ſententiam Calderi. tranſit ad unguem
frater Vbertus in dicto ſuo iudiciali inquiſito
rum in uer.pœnitentia, ubi tranſcribit illam
doctrinam & diſtinctionem Cald. & illam ſe-
20 quitur † quæ mihi quoque uidetur eſſe ueri-
ſsima per rationem, quam deducit à ſimil.
Dec.In allegato conſ.137.nu.4.poſt.Ang.cõſ.
31.D.Pilippus.col. 3. vbi dicit, quòd benefi-
cium inuentarii,quod datur hæredi per l.fi.C.
de iur.delib.competit, quando agitur contra
hæredem immediatè ex cauſa hęreditaria, ſe-
cus ſi debitum hæreditarium reformatum ſit
ex conuentione facta cum hærede, quia ſi hę-
res poſtea conueniatur, uirtute dictæ conuen-
tionis non habebit beneficium inuentarii: id
enim ſolum datur, quando conuenitur hæres
ex cauſa hæreditaria, ſecus ſi debitum hęredi
tarium reformatum ſit ex conuentione facta
cum hærede,quia ſi hæres poſtea conueniatur
virtute

virtute dictę conuentionis, hęres non habebit beneficium inuentarii: id enim solum datur, quando conuenitur hæres ex causa hæreditaria d.l.fin.& intelligitur quando conuenitur immediatè ex causa hæreditaria, sed talis causa renouata, non dicitur causa hæreditaria, allegat.l.cum hæreditas.ff.ad Treb.idemque repetit ipse Dec.consi.496.nu.12.D.meus Riminal.consi.584.nu.6.& licet Sebastianus Monticulus in tract.de inuentario Decium citans variato & erroneo numero dissentiat in 10. & ultimo membro nu.8.Tamen Fanutius de Fanuc.in eo. tractatu 6. parte.nu.110.Deciũ defendit. Et in simili casu tradit Aret.consi.148. in q.proposita col.pen.ubi pariter ipse dicit, debitum non esse ex causa hæreditaria, nisi sit immediatè, secus si mediatè, ut quia nouatio interuenit, meritò concludit Dec.id alio simili confirmans, quod in gratiam breuitatis ommitto, quòd inquisitor non possit de tali pœnitentia non obseruata, quando non aduer-
21 satur immediate, & directò hæresi, † prout est in casu nostro, non recedere de domo pro carcere assignata, nam in illa manere, uel non, non sapit hęresim, & iniungere pœnitentiam reo, quòd debeat manere in tali domo pro carcere, nec ex illa recedere, non est quid, quod immediatè, uel directò hęresi contrarietur, ut dici potest hęresim detestari, aduersus eam prædicare, cum hæreticis non conuersari, & id genus, quæ benè contrariantur hæresi, meritò si iussus inde non exire, recedit, non ob id hęreticus dici debet, nec subindè relapsus: quia non facit aliquid, quod immediatè sit hæreticum, uel hæresim sapiat.
22 † Et licet (ut refert Bossius loco preallegato) inquisitor ille Mediolani dixisset ei, quòd illa ratio Decii nihil ualebat, tamen (meo inditio) naldè potens est, ne dicam persuasiua, & mirum mihi uidetur, quòd Bossius Iurecõsultus egregius, & senator illam non defenderit, cum potissimè Reuerendus ille inquisitor non adduceret aliquid in oppositum, quoniã
23 facile confirmari potest illa ratio Decii † si cõsideramus nomen relapsi. Is enim propriè dicitur, qui, uel in eundem errorem incidit prius abiuratum, uel in alium quemcunque c. ego Berengarius, de consecrat.distin. secunda, quia necesse est in relapso constare de uno lapsu priori, uel posteriori in aliquod crimen hęreticale, prout concludit ille frater Vbertus in d.suo iuditiali Inquisitorum in ver.relapsi, numero sexto, & præter eum Cald.in d.consilio secundo, ubi dicit, quòd talis, qui pœnitentiam non egit, non potest dici uerè relapsus: quia is dicitur proprie relapsus, qui lapsus con uersus recidauit, uel post abiurationem incidit in hæresim, at iste talis non ponitur, & cum sibi non conueniat diffinitio, ergo nec dif
24 finitum c.cum causa.de raptor. † sicque concludunt alii, qui de relapsis loquuntur, ut illi sint qui in eãdem hęresim reincidunt, uel etiã in alteram diuersæ speciei, ut tradit Abbas in cap.pen.de hæret. Girland. in tract.eod. titul. q.ult.Bossius num.23.Menoch.in tract.de arbitr.iud.lib.2.cent.4.casu 374.sed ista mulier recedendo de domo sibi statuta pro carcere, non dicitur lapsa in aliquem errorem postea abiuratum, nec in aliquem alium hęreticalem de nouo, quia recedere de carcere non est quid hæreticum committere, ergo relapsi nomen non meretur, meritò nec in pœnam relapsorum dicitur incidisse, & ita bene defenditur ratio Decii.
25 † Et in hanc opinionem longè facilius descendebam, quòd in facto proponebatur, hãc mulierem, quando discessit de dicta domo, dixisse patronæ domus, se reuersuram infra triduum, licet postea non ita repente redierit sed præsentiens se quæri per inquisitorem, ut caperetur, se præsentauit sacro officio. Nam uidetur hic adaptari posse notab. Abbatis doctrina in d.c.cum nõ ab homine, de iudic.quã refert & sequitur.And.Sic.col.pen.cum enim Butr. (ibi supra relatus) dixisset, clericum nõ dici incorrigibilem, tametsi pœnitentiam iniũctam non seruauerit, & ob id seculari brachio tradendum non esse, contrarium uerò sentiret Abb. quia præsumptio uideretur aduersus eum, quòd peiora committeret. c. literas.
26 de præsump.c.accedens.l.distin. † tandem distinguit Abb. quòd aut clericus non peregit pœnitentiam sibi destinatam, tamen exhibet, personam suam, ita quòd iudex potest cum aliter punire, & tunc non dicitur incorrigibilis, quò ad hoc, ut per iudicẽ secularem possit puniri, quia Ecclesia habet quid faciat aduersus eum, nec debet excommunicari, nec anathematizari, quia feruntur illæ sententię per sententiam. Exemplum, iudex clericum depositum detrusit in carcerem monasterii, ut ibi pœnitentiã faciat in pane & aqua, & ille exit monasterium, & uagatur in conuiuiis & solaciis, certè Iudex eum non excommunicabit, ex quo sui præsentiam facit, & potest comprimi, sed eum detrudet in arctum carcerem c. ut famæ, de sent.excom. Et hoc modo saluari potest doctrina Butrii licet nimis generali-
27 ter fuisset locutus. † Quandoque uerò clericus pœnitentia non peracta fugam arripuit, & occultat se, uel aliter de facto impedit, & isto casu, cum non possit iudex eum coarctare, nulli dubium est, quòd dicetur incorrigibilis, licet non reperiatur in nouo delicto, quia non vult se corrigere à priore, & uidetur saltem perseuerare animo, & priorem animum interioribus medullis reconditum habere, ut dicit tex.in c. primo, de pœnit. & remiss.quia præsumptio est, quòd illa, uel similia, uel deteriora committet. Ideo debet excomunicari, & anathematizari, & demum cum Ecclesia non habeat quid ultra faciat, cõprimen-

primendus est per iudicem secularem, vt impo nat debitam pœnam pro delicto. Ita signanter dicit Abb. at nos in eius primo casu versamur, nam cum mulier ista foris esset, & lógius abire posset,& manus Reuer.patris inquisitoris effu gere,maluit ad eum redire;& in eiusdem pote statem se recondere, quare nec incorrigibilis, nec relapsa dici debet, vt potestati secu-
28 lari dimittenda sit, † Quinimmo comparitio sua spontanea, & constitutio in manibus & potestate Reuer.Inquisitoris est maximum signum innocentiæ suæ,ꝙ quando recessit ex domo pro carcere sibi assignato, non id fecerit, vt aduersaretur pœnitentiæ sibi destinatæ, nec vt præcepta inquisitoris sperneret, sed ob aliquam necessariam causam inde recesserit sine
29 licẽtia inquisitoris,vt †in alio imputato de malef.commisso comparente, sponteque se in carceribus constituente,qui præsumitur innocẽs, tradit Veron.cons.31.col.4.vers. 10. quem sequitur latius Mars.in pract.crim. §. diligenter.
30 nu.204.†& pulchrè Boss.in titu.de manda. ad homi.nu.25.vbi loquitur de Episcopo Pap.qui non fugiens captus fuit,sed vocatus vltro se obtulit,quæ constitutio voluntaria præstat argumẽ-
31 tum innocentiæ,citat Veronensem, † & confirmat,cum natura abhorreat illud; quod vitâ adimit,vt per Anch.consi.23.& Barb.cons.70. co. 2.vol.4.& in hanc opinionem Calderini & sequacium me firmabam,ꝙ ad concordiam quandam contrarias reduceret,& certo quodam fę-
32 dere reconciliaret. † semper enim tales opiniones;quæ discrepantes componunt, amplecti debemus,vt inquit Sal.in l.filiæ.ff.fam.erci. Grat.resp.101.nu.9.vol.2.Imol.in c. super literis.de rescr.Soc.cons.66.vol.1.D. meus Rimi.
33 cons.50.nu. 2. & ibi in Apost.secutus sum, †& in dubio talis opinio distinguens est tenenda; vt per glo.fi.in c.scientes.de censi.Imol.in c.super literis.nu.2.de rescr. Alex.cons.50. num.7. vol.7.cum infinitis cumulatis per Cora.in trac. commun.opini.lib.1.tit.6.nu. 80. vbi citat D. meum Rimi.cons.50.& me pariter in addit.ad eum,quam sententiam meam Reuerẽdi patres Theologi,duoque Iureconsulti mecum firmarunt & approbarunt.Ita ꝙ vnanimi uoto sic de
34 terminatum fuit in casu memorato, † nec immeritò quia data varietate opinionum in aliquo articulo, si qua earum corroboratur ęquitate,illa in iudicando & consulendo sequenda est,vt voluit Curt.cons.1.Rol.à Valle cons.64.
35 vol.3.nu.16. †Nec iuramentum,quod illa mulier præstiterat de non recedendo de dicta domo sub pœna relapsi,tãti ponderis esse debuit, vt ea recedente incideret in pœnam relapsi, quæ mors est,talis enim forma iuramenti non legitur in c. Bereng. sed quando veniret contra errores abiuratos eos denuo committẽdo,
36 †non enim potuit ad pœnam mortis se obligare & velle mori l.non tantum.ff.de pęn.cum nemo sit dominus membrorum suorum l. liber homo.ff.ad l.aquil.& licet periurium sit graue peccatum,pœnamque mereatur periurus, non tamen inde debet ordinariè puniri sed extraordinariè tantum,vt declarat Ang.in auth.scenicas non solum.Quare non potest huic mulieri periuræ imponi pœna mortis ordinaria relapsorum,sed alio modo venit extra ordinem punienda Reuerendi patris inquisitoris arbitrio. Et ita conclusum fuit per omnes.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

## Pro Reuerendo Archipresbitero Parmensis Ecclesiæ Cathedralis.

*SVMMARIVM.*

1 *Præcedentiæ quæstio inter Archipresbiterum & Archidiaconum non est noua.*
*Et in persona Ioannis de Anania fuit, vt putat Fely.*
2 *Maioritas circa multa consideratur.*
3 *Maior respectu ordinis postponitur minori ordine qui maior est administratione.*
4 *Archipresbiter subest Archidiacono.*
*Sed quomodo.* 21.*&* 22.
5 *Archididiaconus dicitur oculus Episcopi.*
6 *Argumentum valet ex ordine titulorum.*
7 *Archipresbiter facit gradum post Archidiaconum.*
8 *Digniora præferenda sunt.*
9 *Possessio diutina sufficit ad præsumendum titulum.*
*Et est communis opi.* 10.
11 *Archipresbiter in prima sede cornu dextri sedere debet archidiaconus in prima cornu Sinistri.*
12 *Honor consistit etiam in sedendo ante alios.*
13 *Primogenitus regis sedere debet à dextris regis.*
14 *Consuetudines seruari debent in dignitatibus.*
15 *Archipresbitero primus locus conceditur in Ecclesia Parmæ.*
*Et Paduæ.* 16.
*Et de illius cura.* 17.
18 *Archidiaconi cura in quibus.*
19 *Nominatus primò prælatus censetur.*
20 *Discordia sedari debet inter prælatos,vt Dei cultus magis exhibeatur.*
21 *Archipresbiter & Archidiaconus habent se vt excedentes & excessi.*
21 *Archipresbiter in diuinis præfertur Archidiacono.*
*Archidiaconus verò in humanis & administratione.* 22.
*Diuina verò quomodo sint intelligenda.* 23. 24.25.
26 *Exempla non restringunt regulam.*
27 *Archidiaconum præferri Archipresbitero in loco, voce & iurisdictione quomodo sit intelligendum.*

Hippol.Rimi.T.Secundus. Q *Peti*

28 *Petitorium cumulari potest cum possessorio voluntate partium.* 29.
*Et possessorium absorbet.*
*Et de ratione.* 30.
*Sententiaq́; in solo petitorio executionem habet.* 31.

## CONSILIVM CLI.

### *Auxilium meum à Domino.*

EXORITVR controuersia præcedentiæ inter Reuerendos Archipresbyterum & Archidiaconum Catedralis Ecclesiæ Parmẽsis, cũ alter alteri locum cedere nolit, in aliquibus, in qbus concurrunt, & interuenire solent. Quæ quidẽ q̃stio nõ est noua, sed alibi
1 pluries agitata, † cũ Io. de Ana. in c. ad liberãdam. nu. 16. de iude. se bis vidisse de hoc dubitari in Ecclesia Bononiensi, & vt imaginat̃ Fel. in rub. de maio. & obed. dubitatio talis forte te tigit ipsũ Ioãnẽ, cũ esset ibidẽ Archidiaconus.
2 Et vt ab Archidiacono principiũ faciã, †. videtur in primis cũ fouere iustitiã glo. notab. in c. deliberatione ver. electionis. de off. dele. lib. 6. dicens, ꝙ cũ maioritas cõsideretur circa multa, vt circa ordinem, secundũ quem Archipresbiter est maior Archidiacono, & circa administrationem, secundum quam è conuerso maior est Archidiaconus Archipresbitero, de maiori tate loquentes, intelligere debemus de maiori
3 tate prælationis, † in qua licet inspicienda sit consuetudo, dicimus tamen, de iure Archidiaconum precesse, & illam gloss. sequitur Gemini. & Præpos. Card. Alex. in c. concilia. §. episcopos. col. fi. dist. 17. dicentes, quòd quando quis est maior respectu ordinis, postponitur minori ordine, qui est maior administratione, secundũ glos. præallegatam, dum præfert Archidiaconum Archipresbitero, qui tamen maior est ordine. c. 1. de off. Archipresb. Idemq́; tenet Ant. de Pret. in tract. de iurisdict. epi. c. 6. nu. 37.
4 † Secundò videtur in fauorem Archidiaconi concurrere tex. in c. perlectis. §. Archipresbiter. 25. dist. dicens, ꝙ Archipresbiter sciat se esse sub Archidiacono, eiusque præceptis; sicut Episcopi sui se obedire; cuius Episcopi vices gerit Archidiaconus, & repræsentat c. 1. de off. Archid. Vnde obediendum est ei tanquam Episcopo, & reuereri debet tanquam is, cuius vices gerit, secundũ Host. qui ita notat in c. 1. de off. Archipresb. vbi est tex. vniformis d. §. p̃sbiter.
5 † Comprobatur, nam Archidiaconus dicitur oculus Episcopi, & post eum maior c. ad hæc. & c. fi. de of. ord. ergo p̃ferri dẽt Archipresbitero.
6 † Tertiò cõfirmat̃ arguẽdo ex ordine titulorũ, qui debet attendi l. 2. ff. de stat. hom. Imol. & Mod. in l. 1. ff. de ver. ob. nã titulus de offitio Archidiaconi præponitur, & subsequit̃ titulus de
7 off. Archipresb. † vbi gl. quoque continuans dicit; q̃a post Archidiaconũ Archipresbiter facit gradũ, & vt addit Abb. in tex. not. 1. Archidiaconus est principalis dignitas post Episcopũ ĩ Ecclesia, meritò talis ordo titulorũ secundũ quẽ p̃fert̃ Archidiaconus, dẽmõstrat, & in cęteris illũ p̃ferẽdũ esse Archipresbit. prout arguit Boe. in trac. de auc. mag. cõs. nu. 74. hic. n. dicendum vr̃ Archidiaconũ passim Archipresbitero prę-
8 ferendũ esse † Cũ digniora pręferenda sint. l. 1. & 2. ff. de alb. scrib. c. antiqua. de priuil. in 6.
Quartò coadiuuatur intentio Archidiaconi duobus testibus, dicẽtibus, & vidisse, & ab aliis senioribus dici audiuisse, semper Archidiaconum præcessisse Archipresbiterũ extra Ecclesiã in processionibus, & aliis actibus, & Archipresbiterũ Archidiacono primũ locũ cessisse,
9 † quare talis diuturna possessio 10. annorũ, & vltra sufficere debet ad pręsumendum titulum, vt per gl. Bar. & Flor. in l. seruitutis. 2. ff. de seruit. gl. Bar. & Imol. in l. 1. §. fi. ff. de aq. plu. arcẽ. latè Bar. Sal. & alii in l. cum de in rem verso. nu.
10 3. & 4. ff. de vsu. † Ang. Are. ĩ §. ęquè. col. 7. ver. cautela. inst. de act. qui cõem testatur Vero. in trac. de serui. vrb. p̃d. c. 19. nu. 6. latè Balb. ĩ trac. de pręsc. 3. par. q. 10. nu. 7. vnde vr̃ ex p̃dictis, ꝙ Archidiaconus in p̃senti causa dẽat obtinere.
11 † At in oppositum stat in fauorẽ Archipresbiteri constitutio Reuerend. Card. Farnesii tunc Episcopi Parmensis, & qui post modum ob præclaras animi sui dotes & purgatissimos mores fuit ad Summũ Pontificatus apicem deuectus & Paulus III. nuncupatus, vbi clarè dr̃, ꝙ Archipresbiter in prima sede cornu dextri superiori chori sedeat Archidiaconus verò ĩ 1. cornu sinistri. Hic. n. maior dignitas dep̃hẽdit̃ Archipres-
12 biteri, quàm Archidiaconi † vt. n. dicit Bal. in l. decernimus. 2. not. C. de sacr. san. eccl. honor cõsistit ẽt in sedẽdo ante alios; & dignior sede
13 re dẽt à dextris, & ĩferior à sinistris, † & ideo filius primogenitus regis debet semper sedere à dextris regis, vt inquit gl. decreti, & illam decisionẽ Baldi sequitur Præpos. in d. §. Episcopos. quæ pariter confirmatur ex psalmo Profetę regii. Dixit d̃s domino meo sede à dextris meis
14 † Secundò accedit, ꝙ in hac materia debet attendi, ac seruari consuetudines Ecclesiarum, vt inquit Abb. in c. 1. de off. Archipresb. nã in aliqbus Ecclesiis maior est Archidiaconus, in aliquibus verò maior est Archipresbiter, vt idem tradit Abb. in c. 1. de off. Archidiaco. 1. oppo. circa fi. & in hac materia prælationis sic arguit à cõsuetudine loci Dec. in c. auaritiæ. nu. 9. de præb. pòst Spe. §. de officio, de app. nu. 14. quos refert & sequitur Meno. ad fauorem Archipresbiteri contra. Vicariũ Episcopi cõs. 51. nu. 35.
15 † At in Ecclesia Parmensi videmus, priorẽ digniorẽmq́; locũ fuisse tributũ Archipresbitero per dictã constitutionem loco citato, & rursus inferius ibi. si tamen Episcopalem sedem transferri, & aliorum subsellia mutari contigerit Archipresbiter in prima post sedem Episcopalém residcat, Archidiaconus verò in

prima

prima alterius cornu, meritò quicquid In
aliis ecclesiis diti posset, in hac Parmensi
prærogatiua prelationis Archipresbitero con-
16 cessa videtur † simile videmus in Archipresbi
tero Paduano; qui primam post Episcopalem
obtinet,& in quem omnia,quæ de iure spectāt
ad Archidiaconū, tam virtute priuilegiorum
Apostolicorum,quàm Ecclesiæ statutorum trāſ
fusa sunt,vt testatur Alex.cōſ.142.vol.6.& Ar-
chidiaconus secundam posſidet, vt scribit Me
17 noc.conſ.52.num.28.& seq. Item videmus in
statuto de officio Archipresbyteri sibi curam
super omnes presbiteros atributam fuisse,regi
menque concessum,vicis Episcopi absentis ge
rere, sacerdotibus,& sacrario præcipere, cōfeſ
siones audire, & à grauibus delictis absoluere
18 † quæ non tanti ponderis,sed alia leuiora cō-
ceduntur Archidiacono in statuto de off. Ar-
chidiaconi, meritò cum magis priuilegiatus
fuerit Archipresbiter Archidiacono præferri
debet, secundum glo.in c.accusatus.§.ſanè.de
hæreti.in 6.tex.iuncta glo.in uerbo maximo-
rum.in §.quę igitur placuerunt,in auth.de de-
fenſ.ciui.Boer.ī d.tract.de auct.mag.cōſ.n.38.

Quartò non omitto tex.singularē in §. hęc
autem.in auth.de Sanct.Epiſ.ibi dicitur. Hæc
autem,quæ prebere disposuimus,primus pres-
biter ordinantis Episcopi, & Archidiaconus
19 suscipientes diuidant † Patet enim,quòd pri-
mò nominat Archipresbiterum quàm Archi-
diaconum in signum prælationis, eumq; pri-
mum presbiterum appellat, nec immeritò, cū
dicatur Archipresbiter ab Arcos, qđ est Prin-
ceps,quasi maior inter alios presbiteros. Vnde
dēt ex p̄dictis Archidiacono p̄ferri & ex his in
vtranq; partē redditur articulus disputabilis.
20 † Sed quoniā maximè decet inter istos duos
Reuer. aliquo temperamento discordiam na-
tam sopire, vt Deo cultus, summa veneratione,
modestia, honestate, quiete & deuotione per
eos magis in dies exhibeatur, ad quem præci-
puum quoque finem,videmus constitutionem
prædictam sapienter inductam fuisse per tunc
Episcopum,postea non delendæ memoriæ Pō.
maximum. Dico,ꝙ absolutè dici non potest,al
21 terum alteri præferendum, † quoniam, vt in-
quit Abb.in c.1.de offi. Archipresbiteri,isti se
habent,vt excedentes & excessi;quia in aliqui
bus Archidiaconus reueretur Archipresbyte-
rum,in aliquibus etiam Archipresbiter Archi
diaconū. Vnde in diuinis Archipresbiter præ-
22 ferri debet Archidiacono. † in aliis verò,quæ
competunt Aichidiacono ratione dignitatis,
siue maioris administrationis,ille præferri de-
bet Archipresbitero,vt in loco,in voce, iurisdi
ctione,& id genus.ita distinguendo concludit
Archidia.in c.quamquam.q.7.Gemin. & Prę-
positus in d.§.Episcopos.col.2.Host.in summa
de off.Archid.§.1. & Boer. in d. tract. de auct.
magn.Consilii.nu.74.Anton.de Pret.in tract.
de iurisd.Episcopi.c.6.nu.37. & Henric. Bote.
in tract.de Sino.Episcopi.3.par.nu.24.idemq;
tradit Fel.in rub.de maio.& obed.nu.11.Rota
deciſ.4.col.1.de elect. in nouis,Purpur. in l.1.
nu.200.ff.de off.eius,Ripa lib.1. responsorum
c.23.nu.14.Boer.in tract.de auct.magn. Con-
silii.nu.74.Menoc.cōſ.51.nu.56. & Comes Fe
dericus Scottus lib.6.Tomi primi reſ.20.n.39
23 † Nec quod de dininis dicunt restringi de-
bet ad missam,ita ꝙ extra missam maior sit, &
præferri debeat Archidiaconus pasſim,ut sen-
tire videntur Archidia.in c.quamquam,& Ho-
24 sti.in d.§.1. † Nā verbum diuinis, valde gene-
rale non patitur illam restrictionem, cum & in
Vesperis & aliis diuinis,siue nocturnis officiis
in concionibus,Letaniis & procesſionibus tā
in ecclesia,quàm foris per ciuitatem, vel alibi
verificari posſit, si quidem in prædictis omni-
bus & singulis actibus de diuinis agitur.l.2.ff.
de in ius vocan.ibi,nec Pontificem, dum sacra
25 facit † puta missam, vel vesperas,inquit gloſſ.
quod,& latius interpretantur. Doct. qui con-
tra Bar. cōcludunt, nec inter sacra Pontificem
citari posse, vt sacris finitis compareat, ea ra-
tione;quia turbaretur diuinum officiū, vt An-
gel. Fulgo. Iaſ. Zaſ. & alii dicunt,capientes diui
num officium pro quolibet actu oratorio, in
quo personæ religiosæ, vel Ecclesiasticæ con-
26 uenerint, † quòd ergo dicunt de missa per mo
dum exempli procedit,quo casu regula non re
stringitur l.damni infecti.§.Sabinus.ff.de dān.
27 infect. † & quod subiiciunt extra missam in
loco,uoce,iurisdictione & aliis officium suum
concernentibus Archidiaconum præferri, ve-
nit intelligendum de actibus extra diuina,pu-
ta si sedeant Archidiaconus & Archipresbiter
in capitulo pro aliquo negotio temporali, vel
in aliquo,in quo non oretur. Secundum hanc
igitur distinctionem (iudicio meo) sedari de-
bet hæc contentio,& quisquis eorum suum lo-
cum consequetur secundum contigentiam ca-
suum,vel in diuinis,vel extra diuina.
28 † Nec allegata posſesſio de prælatione Ar-
chidiaconi in procesſionibus extra Ecclesiam
sibi proficere debet,tum quia illi duo testes nō
legitimè proponūtur recepti;tum etiam ꝙ hic
cumulatū video petitorium cū possessorio ex
voluntate partiū stante cōstitutione. & statutis
29 prædictis exhibitis † quod fieri posse nō ambi
gitur,vt per Imol.in l.naturaliter. §. nihil cōe.
ff.de acq.poſſ.quem sequitur Iaſ.nu.161. cęte-
rique scribētes,vt refert Bello.nu.29. & Clau.
Marmer. nu. 53. Vnde de allegato possessorio
non est curandum, quoniam petitorium illud
absorbet;licet enim in possessorio alter melius
probet & obtineat,nō tamē dēt sibi reddi pos-
sesſio per alterum qui in petitorio obtinuerit,
30 † cū illi repugnat exceptio,dolo petis,quod re
stiturus es,vt voluit Cy.ī l.incerti q.2. C.de
interdic. Ioan. And.& alii in c.pastoralis.de cā
poſſ.& prop.Bar.in d.§.nihil cōe.q. pen. Alex.
31 conſ.30.& cōſ.159.vol.5. † imo verò sentētia

ſuper ſolo petitorio debet executionem habere, vt eleganter tradit Alex. de Neuo conſi. 36.nume.4.
Et ita reſideo.

*Hippolytus Rimin.Ferrar.*

## Pro Illuſtre Domina Aurelia Scotta.

### ARGVMENTVM.

De exceptione non numeratæ pecuniæ non obſtante. Et quando debitum ex vna cauſa in aliud conuerti poſsit.

### SVMMARIVM.



Baldus

56 *Baldus in l.aduersus.C.de non nume. pecu. consideratur.57.58.*
58 *Testis de negatiua quomodo deponere debet vt concludat.59.*
60 *Salycetus in l.in contractibus.§.sed quoniam vers. sed iuxta C.de non.num.pecu.deducitur. 61.62.*
63 *Confessio quæ fit ex causa antecedenti non fit ex causa futura nume.*
64 *Cautela est quòd instrumenta fiant ex causa depositi licet illud sit creditum.& quare.*
*Modo fraus aut simulatio non accedat.65.*
66 *Fraus non præsumitur.*
67 *Salyc.in l.generaliter C.de non num.pec.declaratur 68.69.70.71.*

## CONSILIVM CLII.

### *Auxilium meum à Domino.*

DVBITANT Clarissimi Domini Senatores Illustrissimi & Excellentissimi Ducis Mantuę, scriptum, in quo Panceria se debitorem verum confessus fuit Illustr. Dominæ Aureliæ Scottæ de scutis 800. auri, quos habuit in contantis in pluribus vicibus ab ea, & eos in depositum tenere dixit cum obligatione eos inuestiendi super monte Farinæ Romano nomine dictæ Dominæ factum fuisse ex causa præcedentis mutui, prout vnus testis ex duobus ibi descriptis deponit,
1 † cui velut ab ipsa Domina producto, & approbato plenè credendum est aduersus eam, vt per Roma. consi.104.in fi.Ias.in rub. ff. de iureiur. Socin. iun.cons.69.nu. 12. vol. 1. Spec.aureum in 6. actu, sextæ partis.num.16.& in 13. actu. nume. 10.vbi dicit, non licere talem testem repulsare quia cum per productionem censeatur approbatus; quis diceretur sibi contrarius. l. si quis testibus, & ibi Bald.C.de testibus.Abb.& Fely. in cap. 1. eod. titul. & cum prædictis adhæret Orati.Mand.in addi.ad Roma.d.cons. 104.ad fi.& ob id sequitur, exceptionem non num.pecu.per Panceriam oppositam infra biennium sibi prodesse non constito de vera numeratione.inst.de liter. oblig.in fi.

Ego verò secus puto. Nam considero, quòd ille testis deponit tempore subscriptionis. Panceriam dixisse, quòd Domina Aurelia sibi mutuauerat bonam quantitatem pecuniarum, & ille pro cautione dictæ Dominæ sibi fecerat il-
2 lud scriptũ, † nõ constat ergo de mutuo allegato, nisi per testem deponentem de auditu ab ipso Panceria, meritò nihil probat in hoc ipse testis; quia sicut ipsi Panceriæ deponenti in causa propria non crederetur l.omnibus. C.de testi.c.nullus.eod.titul.ita credi non debet illi te-
3 sti dicenti se ab eo audiuisse † quia testibus nõ creditur, quorum repelluntur auctores, capitu. licet ex quadam.de testi.capitul. fraternitatis. de hæreti.capitul.nullus 3. quæstio. 4.Oldrad. consi.69. colum.2. Castr.consi. 284. viso quodam.colum.1.cons. 299.visa inquisitione. colum.2.volum.2.Crauet.cons.41.nume. secun-
4 do † subiungens quòd est quàm absurdissimũ, quòd si non creditur originali, idest auctori alicuius famæ, credatur eius copiæ, idest his, qui ab auctore dici audiuerunt.l.1.ff.de fid.instru. capitu. 1.eod.titul.§.& hoc insuper.in auct.vt spons.larg.
5 † Nec isto casu loquuntur Roma. & Ias. allegati, sed de teste deponente de credulitate, & sic qui à semetipso quid deponit, nõ autem de auditu à parte, meritò non sunt ad hunc casum
6 trahendi, quia testimonium de auditu, cũ fundetur in priuilegio, seu in iure speciali, facilè prosternitur si in aliquo deficiat, vt tradit Cuman.cons.77.colum.3. Curt. Iun. cons. 17. in princ. prout in casu nostro, in quo deponit de auditu à parte.
7 † Hęcq; cõclusio pulcra ratione confirmatur, nam cũ talis testis duplici defectu laboret, vno, ꝙ singularis est, altero ꝙ de auditu partis deponit, prorsus prosterni debet eius fides, vt voluit Soc.cons.118.col.antepe.vol.1.Barb.cons.75. col.4.vol.4.Mars.singu.385.cons.102. col. pe. Crau.cons.6.nu.55.Paris.cons. 2.nu.85.vol.4. Gramm.cons.35.nu.34.Menoch.de arbit.iud. lib.2.centu.1.casu 92.nu. 6. qui & alios citat.
8 † sed esto (sine veri præiudicio) quòd dici posset fuisse mutuum, tamen exceptio non nume. pecun.locum habere non potest stante confessione Panceriæ geminata, pluriesque repetita primò quidem in scripto, secundò Mantuæ, vbi obtulit se paratum reddere bonum computum marito Dominæ Aureliæ, deinde & secũda vice, nam si nihil recepisset ab ea non esset opus ei reddere computum, immò nec posset,
9 † quia non entis nullæ sunt qualitates l. eius qui in prouincia.ff.si cert. pet. & qui vult consequens vult necessarium suum antecedens l. illud, de acquir. hæred.l.ad rem mobilem.ff.de
10 proc.cum simil. † Ista est glo. not. in l. in contractibus.§.illis etiam.C.de non nume.pecun. Bal.& Ang.in ea lege.§.sed quoniam, cum sim. per Ias.in l.qui pecuniam.nu.4.ff.si cert.pet.& in l.2.§.fi.col.4.eod.titul.Dec.cons.181.col.2. in fi.post Abb.in c.si cautio. in fin. de fid. instr. Crauet.cons.114.nu.8.& cons.272.nume. 18. Rol.à Val.cons.17.nu.11.vol.1.& inde plures hincinde citans hanc partem sequitur Emanuel Costa.in l.si ex cautione.fallen.14. C. de non num.pecu.
11 † Tantoque magis dici debet hanc exceptionem non nume.pecu.quæ allegatur, Panceriæ non suffragari, quod ille dudum post fecit dictas oblationes de reddẽdo bono computu D. Aurelię.per quas dicitur debitũ, de quo in scripto.approbasse, & dictæ exceptioni renũtiasse, sicut dicitur de priuilegiato vtente iure cõi, ꝙ priuilegio censetur renuntiare.l.fi. C. de pact. Oldra.cons.101.col.1.Crau.cons.96.num.10.

12 † Nec dubium est renunciationem exceptio-
ni non num. pecu. factam ex interuallo post in
strumẽtum, vel aliam scripturam confessionis
mutui valere, & operari, quòd non possit oppo
ni talis exceptio, vt clarè determinat Bar. in l.
si ex cautione. lect. 1. ad fi. C. de non num. pec.
per tex. in l. cum fidem, eo. tit. vbi Bal. & alii no
tant. & hoc etiam pulchrè declarat Cast. in d. l.
13 si ex cautione. col. 2. † dicens, q̃ vbi fuit facta
renuntiatio ex interuallo, transfert onus pro-
bandi in renuntiantem ; quia videtur confes-
sionem approbare, & ei dare vigorem, maximè
si in iudicio facta fuerit; quia tunc dici non po
test facta sub spe futuræ numerationis, sed ad fi
nem sententiæ ferendæ, nec etiam requiritur,
q̃ lapsum sit biennium, vt ille concludit, & latè
prosequitur ibidem Costa in loco citato, at
hic, & in iudicio, & lapso biennio factæ fue-
runt oblationes memoratæ, computando ea-
rum tempora cum scripto, igitur sumus in
fortiori casu.

Quin & aliud ex vltima oblatione colligi po
test ad maiorem corroborationem, quòd in ea
Panceria dixit se soluturum ( prima ch'io vo-
glia valermi dell'ecceptione del Monacato al-
14 legata per me ) † Nam per eius exceptionis in
clusionem, siue reseruationem, videtur exclusis
se dictam exceptionem non num. pecu. eique
tanto magis renunciasse. l. cum prætor. ff. de iu
di. c. non nc. de præsump. cum vulgari. sicut vi
demus in simili, quòd conductor qui quosdam
casus excepit, in quibus voluit petere posse re-
missionem, in aliis non exceptis censetur renũ
tiasse facultati petendi remissionem, vt per Io.
Andr. in addi. Spec. in tit. de loca. §. iam dicen-
dum, in addit. magna, sequitur Rui. cons. 87. co
lum. fi. vol. 1. Calca. cons. 23. col. 3. & cons. 241.
Alex. cons. 3. vol. 1. Grat. resp. 161. nu. 19. vol. 2.
Paris. cons. 38. vol. 1. col. 1.

15 † Nec meo iudicio tollitur hoc fundamentũ
per duas responsiones, quæ dantur in dubiis co
lum. pen. quarum prior est, quòd cum dictæ ob
lationes emanauerint ad finem, vt causa com-
promitteretur, ideo non secuto d. effectu non
16 præiudicant † quoniam cum steterit per Pan-
ceriã, quominus compromissum sequeretur, di
ctus finis & effectus haberi debet pro impleto
& sequuto. l. iure ciuili. & ibi not. Bar. & alii. ff.
de cond. & demons. Ruin. cons. 166. nume. 12.
volum. 3. cons. 46. nume. 9. volum. 5. qui tenent
conditionem haberi pro impleta ad præiudi-
cium illius, per quem fietur quominus imple-
retur, Dec. in l. 1. nume. 5. C. de instit. & substi.
in l. in iure ciuili. ff. de reg. iur. cons. 629. in fin.
Cagnol. in l. quod quis. ff. de reg. iur. Gramma.
decis. 102. nu. 109. Zasi. lib. 2. intellect. cap. 25.
cum similib. quos adducit Menoch. de arbitr.
iud. libr. 1. quæstio. 68. nume. 38. quibus addi
potest Rol. à Val. cons. 73. nu. 35. vol. 1. Borgni.
17 Caualca. in tract. de curator. nu. 270. † tanto-
que magis, quòd maritus D. Aureliæ primam
oblationem acceptauit, offerens se paratam cõ
promittere causam, ex quo cessat responsio du
biorum, qua dicitur, confessionem, quæ surgit
ex dicta oblatione, non fuisse acceptatam ; sed
vlterius quicquid post Cyn. in l. 1. q. 6. dixerit
18 Saly. q. 15. C. de confes. † Confessio facta par
te præsente licet tacente nocet confitẽti, quia
præsumitur acceptata per partem, quatenus tẽ
dit ad eius fauorem, vt tradit Alex. in l. suus. C.
de repud. hæred. Abb. per illum textum in c. cũ
dilectus. de successi. ab intest. Cacial. in repet. l.
admonendi. ff. de iureiu. qui dicit esse de men
te omnium doctorum, Soc. cons. 228. Rui. con
si. 128. nu. 6. vol. 2. latè Alciat. in tracta. de præ-
sump. 3. reg. præsump. 21. nu. 8. cum seq. Catel.
Cotta lib. memotialium in ver. confessio reuo
cari. col. 2. Emilia. cons. 20. nu. 6. scio q̃ aliæ dã
tur responsiones ad hanc exceptionem non nu
meratæ pecuniæ per excellentes dominos Ad-
uocatos, sed ista sufficiat, veluti cæteris effica-
19 cior ex allegatis per eos. † Aliam tamen non
omitto, quam non adducunt, præsupposito, q̃
iste Panceria mercator esset, vt pro notorio di
cit magnificus Suardus, quòd non potest oppo
nere exceptionem non numeratæ pecuniæ pro
pter publicam fidem, vt est glo. not. in auth. de
fideiul. §. agnoscant, in verbo argentariorum.
Ias. in l. qui pecuniam. nu. 6. ff. si cert. pet. cum si
milibus quos congerit Petr. Duen. in suis regu
20 lis regu. 260. limitat. 9. † Rursus addo, quod
malè fuit opposita Ferr. talis exceptio, cum Pa
duæ loco contractus opponi debuit d. l. in cõ-
tractibus. §. in omni. & ibi not. Bar. Bal. Sal. Cas.
& omnes. C. de non num. pecu. licet Stracca in
trac. de mercatu. tit. quomodo in caus. merca.
proced. sit nu. 9. contra sentiat, sed iuditio meo
debiliter, & breuitatis causa non insisto.

21 † Ad secundũ dubiũ accedo super cõuersione
mutui in depositũ, quæ non vr̃ fieri potuisse, nã
cũ depositum sit contractus; qui re tantum cõ-
trahitur, Bal. cons. 256. vol. 1. in nouis, & est tex.
in §. præterea. insti. quib. mod. re contra. oblig.
sola conuentione non potuit fieri talis conuer
sio non existẽte pecunia in promptu, vel solu-
tioni parata, secundum Bar. in l. singularia. nu.
21. ff. si cer. pet. Sal. in l. si ex precio. ver. oppo. q̃
sola conuentione, cum seq. C. si cer. pet. & in de
posito tradit Castr. cons. 170. post princ. vol. 2.
22 q̃ aliàs est cons. 9. in antiquis † at scriptum ha
bet vim pacti, cũ in eo non adsit promissio, nec
stipulatio, igiť cõuersioni locus esse nõ potest.

Sed pro solutione huius dubii cõsiderandũ
est, q̃ si agiť de trãsfusione vnius causæ in causã
23 mutui, tunc obiectũ procedit † secus aũt quã-
do transfusio fieri dẽt in aliã causam, siue con-
tractũ, prout in casu nostro depositi: nã & stipu
latione, & nuda conuentione procedit, & fieri
potest, idque sentit Bar. allegatus in d. l. singu-
laria; qui primò considerat contractum, qui po
test perfici interuentu alicuius rei, & in eo con
cludit conuersionem fieri posse ex alia cau-

sa

sa in talem cótractum nedum stipulatione, sed aliter. Hic enim casus potest exemplificari in deposito, quod interuentu cuiuslibet rei perfici potest, siue pondere, numero, mensurave cóstat, siue quæcunque sit res † postea verò Bart. subdit, quãdo contractus requirit certas res cósistẽtes numero, pondere, vel mẽsura, prout est mutuum, & in eo requirit ad conuersionem, ꝙ pecunia sit solutioni parata, ergo in præcedẽti secus. Idemque clarius explicat Castr. ibi. col. pe. vbi dicit, ꝙ in aliã causam, quàm mutui bene fieri potest conuersio sola conuẽtione, licèt pecunia non sit solutioni parata, per l. si sponsalibus. §. 1. ff. de iur. dot. redditque rationem differentiæ inter mutuum & alios contractus, vt per eum † & in hanc sententiam quoq; descendit Cag. in d. l. singularia. nedum lectura. 1. nu. 216. vbi dicit, ꝙ cum Bart. cęteri transire videntur, sed & in 2. lect. nu. 47. vbi dicit, ꝙ quando versamur in contractu, qui cuiuslibet rei interuentu perficitur, conuersio fieri potest, tam per stipulationem, quàm per alium contractum, nisi in mutuo, vbi requiritur, pecuniam esse saltẽ solutioni paratam, vt per Bar. ibi, cum quo alii transeunt, & clarius declarat Castr. qui bene loquitur, & cum prædictis etiam cócordat Cur. Iun. nu. 34.

24 (at "stat, siue quæcunque"); 25 (at "per eum")

26 † Ex quibus deprehenditur, ꝙ Cast. in d. cós. 170. uol. 2. non bene locutus fuit, quatenus de deposito verba faciens, & sic de alio contractu, quàm mutui, voluit etiam per pactum fieri conuersionem in illud ita demum, si pecunia solutioni parata sit; quia contrarium verius est; quòd etiam si non sit parata, fit conuersio sola conuentione, vt ille concludit in dicta l. singularia, & cæteri sunt in eadem sententia. vnde Castr. in d. cons. contra communẽ

27 loquitur † Quinimmo particulariter in casu nostro dici potest: pecuniam præsumi fuisse solutioni paratam, & ob id sola conuentione, fieri potuisse transfusionẽ causę mutui in causam depositi. probatur hoc ex l. qui negotia. ff. mand. vbi sicut tex. concedit ex sola conuentione pecuniam apud te depositam in causam mu

28 tui conuerti posse, quod est ea ratione † quia in deposito, quod non licet ammouere sine pęna & delicto pecunia præsumitur solutioni parata, vt Castr. & Alex. declarant in d. l. singularia. col. fi. & Cagn. lect. 2. nu. 38. ita pariter è cóuerso in casu nostro, vbi tractatur de conuersione mutui in causam depositi dici debet præsu-

29 mi pecuniam fuisse solutioni paratam † quia contrariorum eadem est disciplina. l. fi. §. contra quoque. ff. de leg. 3. & per omnes in rubr. ff. de acq. poss. & militat eadem ratio depositi, quod non licèt ammouere, quæ pecuniæ existentiam præsupponit. Tantoque magis hæc dici debent accedentibus uerbis scripti prolatis à Panceria, vbi dicit habuisse pecunias à Domina Aurelia in contanti (& li tengo in deposito con obligo d'inuestirli, ouero di pagarli ad ogni sua rechiesta) Si enim tenet pecunias in depositum, & obligat se eas soluere D. Aureliæ ad illius instantiam, ergo habet eas in próptu & solutione paratas.

30 † Accedit, vt pro notorio supponitur, quòd Panceria mercator erat, & pecuniosus in variis locis, vnde præsumitur habuisse pecunias solutioni paratas, vt per Bart. Castr. & Alex. in d. l. singularia. in fi. Cag. 2. lect. nu. 40. & ob id stantibus omnibus prædictis super dicta conuersione mutui in causam depositi, non est vllatenus

31 dubitandum. † atque hinc infertur, exceptionem non numer. pecuniæ opponi non posse aduersus dictum depositum, vt est text. in l. in contractibus. §. sed quoniam. C. de non. nume. pecu. secundum verum intellectum Glo. Bald. Sal. Cast. & aliorum, qui de confessionato deposito illum intelligunt, cum de vero & naturali nulla sit dubitatio. Idemque tenet Ias. in l. 1. C. de eden. & in l. 2. & post eum Cur. Iun. confirmat nu. 15. ff. si cer. petat. Fely. in c. si cautio. col. 8. ver. 3. fallit. de fid. inst. Pract. Papien. in forma libelli in actio. hipo. in gloss. in uer. in deposito. Cur. Iun. in l. bona fides. colum. pen. ff. depos. Roland. à Val. cons. 17. nu. 7. volum. 1. Natta cons. 438. num. 4. post Castr. in d. con. 70. qui de exceptione compensationis non ad-

32 mittenda loquitur, † & est de mente Tiraq. de retract. conuen. glo. 6. num. 15. & 19. dicentis, tale depositum præiudicare confitenti, signum euidens, quòd ille non potest opponere exceptionem non num. pecu. alioquin non præiudicaret, si talem exceptionem opponere posset; quia per eam defenderetur non probata ex aduerso vera numeratione. Inst. de excep. per to-

33 tum † & hanc esse communem testatur Emanuel à Costa in l. si ex cautione. limit. 11. C. de non nume. pecun. quem refert Emanuel Soarez in suo Thesauro receptarum sententiarum litera. D. nu. 56. & cum prædictis etiam cócordat Pet. Duẽ. in suis regulis reg. 260. limita. 5. ideo D. meus Rim. cons. 101. nu. 38. bene dixit

34 † ꝙ depositum licèt cófessionatum retinet sua priuilegia, motus ex tex. & gl. in d. l. in contractibus. §. 1. C. de non num. pecu. & hæc conclusio sicut ea ratione iustificatur, quia sola confessio in deposito probat realem numerationem. l. Publia. §. 1. ff. deposi. Bal. in l. pecunia. C. de solutio. cum sim. per Rol. d. cons. 17. nu. 8. &

35 Nattam d. cons. 438. † ita quoque confirmatur ex alia communi Doctorum sententia, ꝙ exceptio non num. pecuniæ locum habeat duntaxat in contractu mutui, non autem in reliquis cótractibus cum sua prærogatiua & priui

36 legio. † Vnde si forte ex causa mutui in chirographo cófessus sum me tibi cẽtũ debere ex cã emptionis, cóductionis, legati, vel similis tituli prout in casu nr̃o depositi, intra biẽniũ nó potero allegare sub spe futuræ numerationis ita

37 confessum fuisse † & si meæ confessioni aduersari velim, oportebit me exceptionem meam

 probare,

probare, ex regula l. generaliter, & auct. contra qui propriam. C. de non nume. pecu. ita Fely. in d. c. si cautio. nume. 50. de fid. instrum. quam sententiam receptissimam appellat Emanuel. à Costa in d. l. si ex cautione. limit. 2. Aretin. in l. 1. col. 6. & Alex. nu. 35. ff. solut. matrim. Ias. in l. legitima. col. 3. ff. de pact. & in l. 1. col. 4. ff. de cond. ex lege, cum simili. adductis per Fernan. Vasq. de succes. creat. libro. 1. §. 8. nu. 27. vbi te statur hanc esse communem.

38 † Nec huic conclusioni repugnant, nec eam eneruant decisiones multæ, quæ copiosè satis adseruntur in calce dubiorum, ex quibus eo lo co dicitur. magis communiter tenerī, quòd in cōfessione depositi possit opponi exceptio non nume. pec. Quoniam sigillatim eas percur rendo, penitiusque considerando loquūtur in diuersis terminis, & diuersam rationem haben

39 tibus. † Allegatur imprimis Bald. in consil. 384. volumine primo, in nouis, qui vult in deposito confessionato causato ex mutuo cō-pensationem locum habere uelut ex mutuo na to, sequitur Dec. in l. 1. not. 3. C. de eden. in c. significasti. ad fi. de electio. Soc. consi. 143. in fi. uol. primo Cagnol. in l. singularia. nu. 33. ff. si cert. pet. Apostill. ad Abba. in c. bona fides in uer. compensatio, de depo. Cur. Sen. in apo-still. Alex. in l. si cum dotem. §. eo autem tempo re in litera. E. ff. solut. matr. idemque uoluit Cast. conf. 9. in antiquis, aliàs. 170. uol. 2. in no uis, Cur. Iun. in l. 2. in prin. col. 5. ff. si cert. pet. & in l. bona fides. col. pen. ff. depos. Rol. à Val.

40 consi. 17. nu. 18. uol. 1. † at illud tolerari po-test: quia compensans soluit. Cast. consi. 35. Ae-milia. consi. 112. nu. 27. saltem quando proce-ditur sola ueritate inspecta, ut coram senatu præsenti, Grat. responso. 121. nu. 13. uol. primo Senat. Pedemon. decis. 92. nu. 35. & Franc. Bur

41 sat. conf. 123. nu. 20. nec creditor patitur, † at in casu nostro secus, si admittimus exceptionē non numer. pecun. cum suo priuilegio, quòd creditor teneatur veram numerationem pro-bare; quod forte facere non potest, & eo one-re grauatur. Citatur Angel. in l. si fideiussor. ff. de fideiusso. Marsil. singul. 135. Cagno. in l. con tractus. nume. 21. ff. de regul. iur. Boeri. decis.

42 295. nume. 8. † qui loquuntur de statuto dan te executionem paratam instrumento debiti, vel de iure communi, quod eandem dat exe-cutionem deposito. l. penult. & ibi Bartol. Bald. Castr. & alii C. deposi. nam si fiat instru-mentum confessionis depositi, dicunt talem confessionem velut extraiuditialem ad obli-gandum talem executionem paratam non ha-

43 bere † sed & illud à casu nostro differt, nam tractatur ibi de maiori præiudicio confitentis depositum, si demus executionem paratam tali instrumento talis confessionis, cum necesse sit ei soluere, nec admittatur ad probādum ne-gatiuam rei depositæ. At hic secus; quia si op-ponat exceptionem non numeratæ pecuniæ, non per hoc liberatur, si solutio probetur, nimi rum ergo si magis ei succurrit in eo casu, quàm in nostro; quia de maiori præiudicio tractatur ibi quàm in casu nostro.

44 † Adducitur insuper Alexand. conf. 80. co-lum. 1. ver. confirmo, volum. 3. Dec. in l. certi condictio §. deposui, colum. 1. in fin. & conf. 116. colum. 1. loquens de deposito irregulari, quod est ubi pecunia datur ea mente, vt depo-sitarius vtatur & ad tantundem tradendum tē neatur l. Lucius. l. die sponsaliorum. ff. deposi. & tunc dixit Dec. de tali deposito iudicatur idem, quod de mutuo, & ob id ex eo non licet lucrum consequi, sicut nec ex mutuo, vt per Ro ma. conf. 38. & consi. 520. quæ pariter in dubiis

45 citātur. † & ideo licere nō dēt opponere exce-ptionem non numeratæ pecuniæ, per quam lucraretur opponens, quoties solutio non pro-baretur, sed & illud à casu nostro deuiat, quip pe, qui ibi tractatur de consequendis vsuris odio sis, hic verò de vera tantum sorte consequēda.

46 † Non prætereo Plot. in l. si quando. C. un. ui. nu. 431. cum superioribus cumulatum, qui lo-quitur in decreto Mediolani disponente pro deposito uero, ac reali non posse dari bona in solutum, sed depositariū posse detineri, quod locum non habet in confessione depositi. Sed nec id in ea materia mirū est carcerationis, o-diosa valde, quod odium hic cessat, & in simi-libus terminis etiam loquitur Barbat. conf. 7. volum. 2. pariter citatus, & multa concurrebāt ibi, quæ hic cessant, quæ breuitati consulens missa facio. Quare tandem concludo, decisio-nes allegatas numero quidem multa fuisse, sed pondere valde tenues, cum casum nostrum non attingant, qui communiter est receptus, vt supra dixi.

47 † Sed vlterius, vt video, fit difficultas in du-biis super doctrina Baldi in l. aduersus. ad fin. C. de non. nume. pecu. cum aliis quæ deducun tur, ex quibus concluditur attendi debere ori-ginalem naturam mutui cui opponi potest ex-ceptio, non num. pecu. non autem depositi, in quod fuit facta conuersio. Quare necessarium

48 est, & hunc scrupum diuellere. † & in primis dico, quòd satis esset respondere, quòd quæ di cuntur in dubiis sunt contra communem opi-nionem supra relatam, quæ vult in deposito cō fessionato, exceptionem non numeratæ pecu-

49 nię locum non habere † quia in iudicando nō est à communi sententia recedendum, iuxta nota. per omnes in c. 1. ad fi. de constit. ubi latè

50 Fel. Dec. & Bero. † si quidem legi ęquiparatur & eius virtutem, vimque sortitur, vt concludit Galli. in l. centurio. nu. 291. ff. de vul. Bero. cōs.

51 91. nu. 27. vol. 2. † seruarique debet tanquam ius, vt respōdet Grat. resp. 77. nu. 4. vol. 2. adeo quòd venit appellatione legis in statuto de le-ge loquente, vt ponit Bero. loco citato nu. 16. & sequ. pluraque id genus cumulat Corat. in præfa. tract. de com. opi. nu. 30. cum seq.

Sed

52 † Sed ulterius prosequendo dico, quòd cũ motiuum tendat ad id, quòd ex quo depositũ subrogatur loco mutui, sequi debet eius naturam, per re. l. si eum §. qui iniuriarum. ff. si quis
53 cautio. † Ideo considerandum est, quòd illa regula non est perpetua, sed in aliquibus casibus limitatur, quorum duo conueniunt casui nostro. Primus est, quando subrogatio fit iure speciali, ut declarat Gomes. in §. fuerat. nu. 7. & 8. inst. de actio. post Feli. in c. cũ olim. nu. 5. de
54 maio. & obed. † quo loco docet Fely. in potestate cõpetente Episcopo per uiam delegationis, capitulum succedens loco Episcopi non habere eam potestatem, quia illa potestas erat iure speciali. Sic enim dici potest in casu nostro, quando transfusio fit unius contractus in alium, fit enim de iure speciali, cum præcedẽs contractus esset irregulariter irretractabilis. l. sicut. C. de act. & oblig. & ui demus in l. singularia. ff. si cert. per. ubi de hac conuersione tractatur, quòd Iurecõsultus inquit. Singularia quædam præcepta sunt, hoc est specialia, secundũ omnes, ad denotandum quòd hæc conuersio unius causę uel contractus in alium fit de iure speciali, ergo depositum licet subrogatum per conuersionem loco mutui non debet regulari
55 secundum naturam mutui † Secũdus casus est quando natura subrogati repugnat naturæ illius, in cuius locum subrogatur, tunc enim nõ sapit eius naturam, ut uoluit Bald. cons. 142. vol. 2. Bologni. cons. 68. in fin. Cuma. cons. 35. & utrunque casũ commemorat Menoch. lib. primo de arbitr. iud. q. 54. nu. 33. & 34. & natura depositi licet confessati non admittit exceptionem non numeratę pecunię d. l. in contractibus. §. 1. & sic repugnat naturę mutui confessati, quod illam admittit insti. de lite. ob. ergo eius loco subrogatum non debet secundum naturam ipsius mutui regulari. Hæc igitur (meo iudicio) sic eneruant conclusionem, quæ fit in dubiis, ut illa nequaquam subsistere possit.
56 † Nec insuper aduersatur decisio Bald. in d. l. aduersus, sed potius casui nostro famulatur, nam post relatas aliorum sententias concludit quòd ubi uertitur controuersia super numeratione pecunię ex parte actoris proponentis, & rei opponentis: actor enim dicit numerasse, & reus negat, tunc dicit Bald. si reus uelit probare pecuniam non esse numeratam satis est probare, quòd tempore cautionis non fuerit numerata pecunia, & tunc actor habet necesse probare pręcedentem causam mutui, hoc est
57 numerationem, aliàs succumbit, † eum uelit ergo Baldus, actorem debere probare numerationem, quando reus probauit, non esse numeratum, patet à contrario sensu, Baldum uelle, negatiuã non probata per eum, actorem non teneri probare affirmatiuam, & tunc sequitur quod ibidem concludit Glo. dicens, quòd præ
58 sumitur pro actore. † Nec dicatur, quòd uersamur in sensu directo Baldi, quia secundus testis inquit (Et quanto al scritto io credo, che conteghi uerità, che io non uisti danari.) Nã hoc modo negatiua non concludit; testes enim qui fuerunt præsentes tempore confessionis, dicere debent q nulla numeratio interuenit, & quòd non potuisset interuenire, quin uidissent ut in terminis ibidem concludit Castr. ad fin.
59 † & hic est modus regularis probandi concludenter negatiuam, ut not. Bar. in l. 1. §. hoc interdicto, primo, uers. ulterius quæro. ff. de iti. actuque priu. Ang. in l. prima. ff. de his, qui sunt sui, & in §. hinc nobis in Auth. de hered. & Fal. sequitur Dec. consi. 94. col. fin. Ripa in c. cum ecclesia. de cau. poss. & pro. nume. 88. & Crau. consi. 28.
60 † Quod uerò pertinet ad doctrinam Saly. in l. in contractibus §. sed quoniam. uers. sed iuxta hoc posset. C. de non num. pecu. rogo pariter, ut diligentius aduertatur, quia non obstat, loquitur enim quando depositum uerè præcessit, sed terminos suos excessit, quia in accipientem dominium trãsiuit. l. Lucius. l. die sponsa. ff. deposi. & tunc distinguit Saly. quòd si titulum nouum assumpsit, puta mutui, sicque depositum fuit in mutuum transfusum, quia depositarius confessus fuit, se mutuò recepisse, habet locum exceptio non numer. pecunię,
61 † uult ergo Saly. in hoc casu transfusionis prioris cõtractus in aliũ attendi naturã secundi cõtractus, non autem prioris, & originalis si uerò (subdit Sali.) nouum titulum nõ assumpsit, sed titulum depositi retinet, quia quis confitetur nunc in depositum retinere, quod & ante uerè fuerat depositum penes eum, ad uterdum tamen. Et tunc dicit Saly. eam legem locum habere, considerata origine & natura po-
62 tius, quàm accidenti. † Sed nos uersamur in simili casu priori per Saly. considerato, quando facta fuit transfusio prioris contractus in alium, non autem in secundo, quando remãsit idem titulus, unde si primo casu uult Saly. attendi secundum contractum, sequitur, quòd sicut in suo obstat exceptio non numeratæ pecuniæ, quia erat mutuum, ita & in nostro obstare non debet, quia est depositum, in quo illa non admittitur secundum communem, de qua supra.
63 † Et ulterius confirmatur ex doctrina Fulg. in d. l. in contractibus. in princ. quia confessio quæ fit ex causa antecedenti non fit ex causa futurę numerationis, cum non agatur, ut numeratio fiat, idque clarius explicat in d. §. sed quoniam, notans contra instrumentum depositi non posse opponi exceptionem non nu-
64 me. pecu. † & ideo subdit, quòd in ciuitate sua semper instrumenta etiam crediti fiunt de deposito, cui non obiicitur exceptio non nu-
65 meratæ pecuniæ, neque compensatio, † excipit tamen, quando fraus seu simulatio ageretur, quia agebatur, ut numeratio fieret, ut per eum, de qua fraude non apparet in casu nostro,

66 nostro, † nec illa præsumitur l. quoties. §. qui
dolo. ff. de proba. sicut nec simulatio. l. quam-
uis. ubi Bal. C. si quis alt. uel sibi. & in l. & qui.
C. de distr. pign. Dominus meus Rimi. consi.
85. nu. 12. cum similibus ibidem per me cumu
latis in apostil. & ita patet Sali. loco citato
non obstare.
67 † Minus quoque me turbat alibi citatus
idem Salyc. in l. generaliter, col. 2. uers. mihi
uidetur, & uers. aut non transiuit. C. de non
nume. pecu. quoniam uerè non loquitur in ter
minis nostris, nam paulo supra uersi. uno mo-
do ponit casum, quando confesio fit ex causa
antecedentis mutui, dat exemplũ si confiteor
me debere centum ex causa mutui, quæ tu mi-
hi numerasti, & dedisti ex prædicta causa, iam
est mensis, uel annus, seu 10. uel. 20. dies & in
eo casu dubitat, an exceptio non nume. pecu.
possit opponi secundum suam naturam, & sic
opposita infra biennium debeat probari nu-
meratio per actorem, & refert in primis glosam
ibi quæ sentit quòd sic, deinde aliam in d. l. in
contractibus. in princi. secus dicentem, quam
Simon Vincentinus & Dominus suus secuti
sunt, ipse uerò Salyc. tandem distinguit in uer.
68 mihi uidetur, ut per eum. † Dico igitur, quòd
cum loquatur Saly. de confessione, quę fiebat
ex causa mutui, & emanabat ex eadem causa
præcedentis mutui, non facit ad casum nostrũ,
in quo confesio facta fuit per Panceriam ex
causa depositi, & emanauit ex causa præceden-
tis mutui, nam in casu Salic. durat idem titu-
lus, hic uerò mutatur de mutuo in depositum,
& attenditur natura secundi contractus, ut idẽ
Sal. tenet in d. §. sed quoniam, supra per me cõ
69 sideratus. † Sed ulterius plus dico, quòd ubi
Sal. loqueretur in casu nostro, pro nobis face-
ret in d. uers. mihi uidetur, nã distinguit, quòd
aut exceptio non numeratę pecuniæ opponi-
tur: quia tempore confessionis non fuit nu-
merata, & tunc dicit, quòd opponi non potest,
aut opponitur; quia numeratum non fuit tem
pore antecedenti, de quo in cautione & con-
70 fessione continetur & tũc opponi potest. † At
casus noster conuenit primo membro distin-
ctionis relatæ. Nam Panceria respondens po-
sitionibus confessus est dicens, se constituisse
debitorem, sed non habuisse denarios, nec ad
didit antecedenti tempore, de quo in confes-
sione scripti ibi (per altri tanti hauuti in dana-
ri contanti.) meritò dicta exceptio non nu-
meratæ pecuniæ simpliciter opposita pura in-
telligitur, & de tempore confessionis scripti,
uidelicet, quòd quando fecit illud, & confes
sus est, non habuit pecunias. Igitur hoc stan-
te non potest opponere exceptionem non nu-
71 me. pecu. † Prosequitur deinde Salyc. secun-
dum membrum distinctionis suæ, cuius occa-
sione dubitat, an creditor teneatur probare
tunc, id est illo tempore antecedenti, de quo in
cautione, numeratam fuisse pecuniam, an ue-
rò reus illo tempore non fuisse numeratam, & tunc subdit fortè dici posse, quòd aut ab illo tempore in causa antecedenti posito transiuit biennium, & reus debeat & teneatur probare non fuisse numeratum, aut non transiuit, & tunc creditor teneatur probare numerationẽ. sed quia (dicit Saly.) de aliqua confessione facta illo tempore antecedenti non quæritur, sed simpliciter, an causa illa sit uera, uel falsa, & cautio de præsenti facta probat illã causam ueram, donec probetur contra. Ideo concludit Salyc. quòd reus habet probare falsitatem illius causæ per illum tex. & l. aduersus. eo. tit. sequitur ergo, quòd & in secundo membro suæ distinctionis Saly. stat pro nobis, non autẽ contra nos, si benè consideretur, ut ego superius eum deduxi.

Reliqua uerò, quæ proponuntur in dubiis circa exceptionem non nume. pecu. coram iudice competente uel non oppositam, & sententiam subindè latam discusione non indigent, utcunque res fuerit, quia satis ex prædictis soluta remanent necessaria; & hæc Domina debet obtinere coram clarisimis Dominis Senatoribus, sicut coram magnificis Dominis Rotę uictoriam reportauit, quibus me plurimum commendo.

*Hyppol. Riminal. Ferrar.*

## Pro magnifico D. Io. Baptista Magnanino.

### ARGVMENTVM.

De emphiteusi & feudo fœminas excludentibus, nec ad extraneos hæredes transitoriis. Quodque non ueniat in institutione generali. Nec patrem in eis licet nouis, filiis præiudicare posse. Et alia praeclara.

### SVMMARIVM.

1 *Filiorum masculorum mentione facta fœminæ excluduntur.*
2 *Verbum masculis conuenit viris.*
3 *Emphiteusis concessa alicui pro se & filijs ac descendentibus simpliciter non comprehendit fœminas.*
*Maximè stante consuetudine eas non inuestiendi.* 4
*Secus autem si adesset cõsuetudo eas inuestiendi.* 5
6 *Interpretatio uera sumitur à practica.*
*Et sufficit aliquando sic obseruatum fuisse licet non longo tempore.* 7.
*Nec ab ea recedendum est.* 8.
*Et est optima rei dubiæ interpres.* 9.
10 *Inuestitura prima debet attendi nec ab ea recedi debet.* 11.
*Nec in praeiudicium tertij mutari potest.* 12.
13 *Dominium utile usufructui æquiparatur.*
14 *Titulum habens præferri debet alteri non habenti.*

*Emphi-*

15 *Emphiteusis non comprehenditur sub institutione generali.* 19.32.42.
16 *Nec in legato domus respectu partis emphiteutica, Nec in fideicommisso.* 17.43.
*Et est communis opinio.* 18.44.
*At secundum interpretationes ad bullam Bonifacij Noni secus est.* 20.
21 *Possessio continuatur in hæredem uigore statuti Ferrariæ.*
22 *Filia hæres manere debet in possessione feudalium donec agnatus de iuribus suis ostenderit.* 23.
24 *Emphiteusis ecclesiastica non est ad extraneos hæredes transitoria & est communis opi.* 25. *fallit.* 41.
*Et tenenda uelut ecclesiæ fauorabilis.* 26.
27 *Fœmina non succedit in feudo.*
28 *Feudum in dubio masculinum censetur.*
29 *Pater assignare potest filijs in eorum legitimam bona emphiteutica per eum quæsita.*
*Et de ueritate remissiuè.* 35. 36. 37. *ubi contra.*
31 *Filius inequaliter institutus non prohibetur consequi operas æqualiter à liberto.*
33 *Legitima debetur in bonis liberis.*
34 *Ignorantia præsumitur.*
36 *Pater non potest præiudicare filijs alicui prælegãdo emphiteusim.*
*Et est magis communis opi.* 37.
*Quæ procedit in gratis concessa.* 38. 39.
*Et quando in extraneum disponitur.* 40.
40 *Intellectus.c.1.de success.feudi. emphiteusis ecclesiastica concessa pro*
41 *Quibuscunq; hæredibus est ad extraneos hæredes transitoria.*
45 *Actione repellitur qui de euictione tenetur. Et quo modo.* 48.
*Nisi res euincatur ex natura sui.* 47.
46 *Clausula accessoria tollitur sublato instrumento contractus principali.*
49 *Scientia ex quibus arguitur.* 50.
51 *Legata soluẽs præsumitur habere sciẽtiã testamẽti.*
52 *Hæredi factum defuncti præiudicat.*

## CONSILIUM CLIII.

*Auxilium meum à Domino.*

PETIT magnificus Dominus Io. Baptista Magnaninus condemnari dominam Dominicam eius matrem ad relaxandum sibi bona de quibus in lista in calce libelli posita, cuius intentio iuridica reperitur ex instrumentis per eum productis ad dicta bona pertinentibus.

Nã quod attinet imprimis ad bona Finalis Mutinę sita (all'arbore della cella) ea sunt iuris Episcopatus Mutinę, & de illis inuestitus fuit in primis magnificus olim dominus Hieronimus Magnaninus illius pater pro se filiis & ab eis descendentibus masculis legitimis & naturalibus In perpetuum per lineam masculinã, ex instrumento rogato per Ser Ludouicum Carandinum anno 1506. 20. Martii, deinde filii sui (inter quos dominus Io. Baptista nominatur) sub eadem uerborũ forma fuerunt inuestiti, ex instrumento rogato per Ser Annibalem Cauallarinum anno 1556. 20. Nouemb.
1 † quæ uerba sine dubio fœminas excludunt, etiam descendentes ab inuestito, nedum extraneas, qualis est domina Dominica, nam quoties fit mentio de filiis cum adiectione uerbi masculis, nunquã fœminæ continentur, etiam si materia fauorabilis esset, uel ad pias causas, ut uoluit Abb. consi. 36. uidetur primò, uol. 1. motus ex not. per Hostien. Ioan. Andr. & alios in c. Raynaldus. de testa. ubi, quia testator substituit filio, si decederet sine filiis masculis, concludunt fœminas filias nõ excludere substitutum propter illam dictionem masculis, quæ
2 eas excludunt, † & quia uerbum masculis, propriè conuenit uiris, & non fœminis; nam dicitur à mas, maris, addito, culus. Itẽ quia masculus & fœmina sunt correllatiua: quia dicitur masculus respectu fęminę, sicut maritus & vxor pater & filius. Vnde cum sint omninò diuersi, unus non comprehendit alium, sicut si legarem marito non comprehenderetur vxor, nec si patri filius, & ut ibi latius per Abb. idemque tradit Butri. consi. 46. rectè decisum, Ioannes de Ana. consil. 22. ad approban. Ias. in l. si quis id quod, nu. 21. ff. de iur. om. iud. Dec. in l. 2. nu.
3 97. ff. de reg. iur. & consi. 193. in princ. † quin imò si concessa fuisset inuestitura dicto Magnanino pro se & filiis & descẽdẽtibus simpliciter, adhuc fœminę non cõtinerentur, ex quo non fuissent expresse, ut uoluit Guid. de Suza. in l. ueteribus. ff. de pact. Archi. in c. si quis suadẽte 17. q. 4. Imol. in l. si ita scriptum. ff. de leg. 2. in l. cum uir. ff. de condi. & demonst. & in c. potuit. de loca. Rol. à. Val. consil. 57. num. 62. vol. 3. Bal. & Alex. in l. sed si hac. §. liberos. ff. de in ius uoc. Bero. consi. 104. num. 2. uol. 1. Roman. consi. 35. & post eum Mandos. in apostill. Alex. cons. 113. uiso instrumento, vol. 2. & cõs. 203. cõsideratis uerbis. eod. vol. Dec. cõs. 171. num. 4. Ias. in l. maritus. col. 2. C. de procur. D. meus Riminal, consi. 179. nu. 3. consi. 184. nu. 12. consi. 484. num. 24. Alba consi. 19. num. 6. Natta cons. 676. nu. 31. Cur. iun. cons. 321. col. pen. & fin. qui communem testatur.
4 † Tantoque magis hoc est in casu nostro uerissimum stante communi ac diutina obseruantia Episcopatus circa inuestituras factas de bonis sitis in territorio Finalis Mutinæ subiectis ei, de qua deponunt duo testes peritissimi, causidicus & notarius Episcopatus prædicti dicentes in inuestituris cõcessis pro se & filiis masculis tantum nunquam fuisse inuestitas fœminas descendentes, uel extraneas, sed bona fuisse ad Episcopatum deuoluta in defectũ masculorũ, fœminis semper exclusis, prout la-
5 tius ipsi deponunt. † Nam sicut è contra fœminæ continentur appellatione filiorum in emphiteusi,

phiteusi,quando sic esset in Ecclesia consuetudo,nt tenet Bero.cons.97.col.1.uol.primo,pari modo contineri non debent stante consuetudine masculorum duntaxat inclusiua, ut contrariorum eadem sit disciplina. l. fin.§. contra quoque.ff.de leg.3.& multum confert, quòd aliquando casus similis acciderit, & ita fuerit
6 obseruatum † uera enim est interpretatio, quę summitur à practica.Bal. in c.primo in princ. de feu.sine culp.nō amit.nec requiritur in tali obseruantia interpretatiua spacium longi tem-
7 poris, † id est, quòd longo tempore ita fuerit obseruatum,sed sufficit aliquando , ita fuisse obseruatum,Castr.cons.347.col.fi.uol.1.Aret. cons.11.col.3.uer.si tamen,Soc. cons.111. col. fin.uer.sed certè.uol.1.Cor.cons. 188.col. fin. uol.4.Dec.in c.cum M. col. 2. de consti. cons.
8 156.col.fin.Crau.cons.118.nu.20.† nec ab ea recedendum est,ut per illum tex.tradit Bal. in l.illud.ff.de exc.tut. Dec.cons.6. col. fin. cons. 286.col.1.cōs.378.Soc.Iun.cons.2.nu.26.uol. 1.Crau.cons.91.nu.7.Restau.in tracta.de impera.q.24.Rol.à Val.cons.3.nu. 24.uolum. 3.
9 †& est optima rei dubię interpres.l.minimè.ff. de legib.si quidem effectus ac exitus rei solet eam declarare,ut noluit Bal.cons. 136. proponitur , quòd Titius,col.1.vol.2.Ias.cons. 128. col.pen.uol.primo,Menoch.cons.34. num.44. nec ullam uim facere potest Domina Dominica super inuestitura sibi cōcessa de anno.1562. 29.Octob.ex instrumento rogato per Ser An-
10 dream Cellam, † quoniam prima inuestitura debet attendi fœminas excludens, nec illi derogatur ex posterioribus, quæ aliter quàm prima loquantur, nt tradit Bal. cons. 82. proponitur uol.1.& not.Bal.in c.1.§.fin. uers. quæro quis, de feud.guard.dicens, ꝙ si per errorē recognitio feudi facta sit aliter quàm solito more , talis recognitio non nocet posteris, & idē tradit Castr.cons.163.uidetur dicendum col.
11 fin.† ubi dicit, quòd ab antiquis inuestituris non est recedendum, nisi in posterioribus expressè dictum sit, quòd de communi consensu aliter facta sit inuestitura, quàm hactenus esset solitum fieri,vnde bene Bal.in l.1.col. pen.C.
12 quando non pet.par.dicit,† quòd in præiudicium tertii non potest mutari forma inuestituræ antiquitus constituta : quia prima radix & fundamentum attenditur,& nō curamus , quo tramite feudum descendat, sed quid sit principium, sequitur Dec.consi. 185.nu.3.& consil. 193.nu.3.& 4.& latè ponit Cephal.cons. 155. nu.9.sicut & Natta.cons.505.nu.17.& 18.Neuiz.cons.11.nu.6.Cur.Iun.consi.108.nu. 18.& Menoch.consi.1.nu.124. Quinimò mens inuestientis omninò fuisse uidetur nullo modo præiudicandi filiis masculis Domini Hieronimi Magnanimi nominatis, ex eo quòd inuestiuir Dominam Dominicam , ut hæredem proprietariam, sicque uoluit spectare ad filios
13 usumfructum, † seu utile dominium quod habet emphiteuta, & usufructui æquiparatur, ut declarat Castr. in l.ex hoc iure.lect.2. col.7.ff. de iust.& iur.in l.1.in prin. col. 2. ff. ad Treb. Bal.eo prior in l.unica.C.de caduc.tollen.in l. neque.C.de usuf.& Ioan. à Borchen.cons.26. col. 2 . inter consilia diuersorum Germaniæ primo Thomo,& sic Do.Io.Baptista potior esse debet omnino.

Secundò principaliter circa bona Nonantulę sita recognita ab illa Abbatia nullum ius prętendere potest Domina Dominica,quę de illis nullam habet inuestiturā ( quod uiderim ) sed bene Dominus Io.Baptista reperitur inuestitus ex instrumento rogato per Ser.Alex. à Pitta anno 1563. secundo Martii,referendo pariter inuestitum fuisse Dominum Hieronimū illius patrem anno 1533.9.Septēbris ex instrumento rogato per Ser Iulium Camenzarinum
14 † unde præferri debet Dominus Ioannes Baptista titulo nitens matri suę titulū nō habēti.

Nec ( meo iudicio ) illa confugere potest ad titulum institutionis mariti uniuersaliter sibi factum in testamento de omnibus suis bo-
15 nis † quoniam sub ea non intelliguntur comprehensa dicta bona emphiteutica, & iuris Ecclesiæ,ut tradit Aret. cōs.53.col.2.& 3. Soc.in. post eum cons.72.nu.7.uol.primo quod etiā confirmatur ex his,quæ tradit Calca. cons.73. col.4.in fin.post Ricard.Malumb.vbi determi-
16 nat, † quòd si testator legat certam domum, quam ipse habebat partim propriam & liberā, partim emphiteuticam, illud legatum intelligi debet solum de parte propria , quare pariter in casu nostro institutio uniuersalis facta de omnibus bonis per Dominum Hieronimum qui propria quædam & libera possidebat, quædam uerò emphiteutica debet intelligi de primis,non autem secundis,vt concludit
17 Soc.Iun.loco citato col.pen. † Hinc & Alex. consi.11.col.9.& cons. 20. col. 4. uol.3. tenet quòd in fideicommisso facto de bonis hæreditatis alicuius testatoris non ueniant res emphiteuticæ, secundum doctores passim in l. item uidendum. §. fi.ff. de peti. hęred. Cuma. & Alex.in l.si patroni.ff.ad Treb.Bal. in l.cum
18 uirum.C.de fidecom.† Alex.cons.2.col.8.ver. sed præmissis. uol.3. dicens esse communem. Rui.cons.161.col...uol.1.cons.28.nu.5. Rol.à Val.consi.96.nu.11.uol.primo,quin & in terminis nostris idem uoluit Corn.cons.165.col.
19 3.uol.2.† dicens in institutione uniuersali facta de omnibus bonis suis non uenire bona emphiteutica, quę non sunt sua , nisi in uita, ex quo dispositio sua confertur post mortem , & censeatur disponere de bonis suis quatenus sunt sua duratura : prout ibi latius per eum
20 † & licet in terminis bullæ Bonifatii iuncta 7. interpretatione,de quibus ipse loquitur, posset aliqua subesse difficultas per ea, quę ponūt Rui.consi.25.ad fin.vol. 5. & D. meus Rimi. consi.380.col.6.qui dixerunt, talem interpretationem

tationem ualere, tamen nos sumus extra terminos bullæ restrictæ ad districtum Ferrariæ, cum Finale Mutinæ sit extra limites Ferrariæ, sicque uersamur in terminis iuris communis, secundum quod talis institutio uniuersalis nō cōprehēdit dicta bona recognita ab ecclesia.
31 † Et licet ipsa domina Dominica forsā dicere posset, quòd cum fuerit hæres instituta, debet in se continuata fuisse possessio omniū bonorum, quæ uiuens dominus Hieronimus eius uir tenebat & possidebat uiuens, sicque etiam dictorum bonorum emphiteuticorum Nonantulæ uigore statuti. Quòd possessio de functi &c. quod & in rebus emphiteuticis locū habere uoluerunt aliqui doctores, ut Corn. consi. 166. col. fi. uol. primo, Guil. Bened. in c. Raynutius. in uer. mortuo itaque testatore. secundo nu. 71. de testa. & Tiraq. in tract. le mort
32 sais. in 6. decla. 4. partis num. 3. † tamen istud obstare non debet domino Io. Baptistę ostendenti de iuribus suis, quin dicta bona ueniāt sibi relaxanda per ea, quæ de feudalibus dicunt doctores, in quorum possessione filia hæres manere debet & conseruari, donec agnatus de iuribus suis potioribus ostēdat, & super eis iudicetur. c. 1. §. defuncto, si de feud. fuer. contro. Ioann. Andr. in addi. ad specul. in titu. de testa. §. pen. in fin. Alex. in l. fi. uer. aliud notab. dictum. C. de edict. diui. Adr. tollen. Dec. consi. 424. colum. 2. uer. & ista conclusio. consi. 498. col. 1. consi. 588. col. 2. & idem Dec. stante simili statuto consi. 467. col. 2. & latè Tiraquel. loco citato 5. declaratione 4. partis nu. 17. & in sexta declaratione, num. 4. ubi dicit idem tenendum in emphiteusi, quod de feudo dixit,
33 † & cum prædictis etiam concordat Natta consi. 474. nu. 8. dicens non per hoc missa filia in possessionem feudi, uel emphiteusis dici pronunciatum eā esse capacem, & quin debeat & possit in petitorio disceptari secundum eū. At iura domini Ioan. Baptistę patent, in primis considerando naturam emphiteusis Eccle
34 siasticæ, † quæ non est ad hæredes extraneos transitoria, qualis est domina Dominica secundum magis communem opinionem, de qua testatur Alex. in pluribus locis, uidelicet consi. 23. colum. 2. uol. primo consi. 9. uisis. col. 4. & consi. 38. consideratis. volum. 2. consi. 89. vtrum emphiteusis. in princ. uol. 4. consi. 129.
35 in princip. uolum. 5. † Et ab ista communi opinione tanquā canonizata pro communi, dicit non esse recedendum Dec. consi. 171. col. 1. remittens etiam se ad scripta in c. in præsentia. de probat. ubi demonstrat, eam esse magis communem, quibus addendus est Alex. consi. 83. col. 1. uol. 5. ubi dicit, hanc esse ueram & communem, & ab illa in iudicando non esse recedendum, idemque tradit Imol. in l. ex facto. ff. de hæred. instit. decis. Neapol. 100. Barb. consi. 63. col. antepe. uol primo. Cur. Iun. cōs. 130. col. pen. Gozad. consi. 39. col. pen. consi. 75. col. 2. Rui. consi. 117. consi. 158. cons. 174. uol. primo. cons. 109. uol. 3. cons. 121. nu. 18. uol. 4. consi. 23. nu. 34. consi. 68. col. pen. uol. 5. Cur. Iun. consi. 71. col. 2. uol. 1. Bologni. consi.
36 48. col. 2. in prin. Marsi. consi. 49. nu. 53. † & ante ipsos Anch. consi. 133. plenè & subtiliter, ubi dicit, quòd ista opinio approbatur per plures illustres doctores, & quòd est tenenda: quia est fauorabilis Ecclesiæ propter spē reuersionis ad ipsam Ecclesiam, quę spes cessaret, si transiret ad hęredes extraneos, quòd lex abhorret, vt per eum, at ipse dominus Io. Baptista est filius inuestiti, sicque suus hæres, sed & secundò concurrit inuestitura sibi facta de dictis rebus, quā non habet (ut dixi) domina Dominica, tertio quòd in dictis bonis Nonantulæ emphiteuticariis succedunt masculi, non autem fœminæ stantibus masculis, ut testes dicunt ibidē recepti, meritò dominus Io. Baptista potior illa esse debet omni respectu.

Tertiò sibi quoque relaxari debēt bona sita in territorio Castrinoui Parmēsis feudalia, de quibus inuestitus fuit dominus Hieronimus eius pater à Camera ducali pro se & suis filiis & descendentibus legitimis masculis tantum, ex instrumēto rogato per Sarracū anno 1535. 8. Iulii. Nam per expresionem masculorum fœminæ sunt exclusę, ut supra dictum fuit de bonis Finalis Mutinę, ergo tanto magis domi
37 na Dominica fœmina & extranea prorsus † & quia est contra naturam & consuetudinem feudi, quòd in eo fœmina succedat, ut ponit tex. in c. primo. §. fin. quid sit inuestitura, & declarat Iac. de Ardizo. in sum. feud. de succes. feu. col. 2. idemque tradit Alex. consi. 29. uolu. primo, & egregiè Bal. in l. quoties. C. de suis & leg. huius rei quinque rationes allegat, ad quem in gratiam breuitatis cupidos lectores delego. sed addo plures alios, quos citat Soc. Iun. consi. 65. col. 2. uol. 1. Cephal. cōs. 173. nu.
38 18. & consi. 258. nu. 9. † ubi dicit, in dubio feudum censeri masculinum.

Intentione domini Io. Baptista sic fundata, superest uidere, nunquid obiecta dictæ Dominæ Dominicæ repugnent, & eam tollant. Et certè dicendum est, quòd nequaquam, inquit enim dicta Domina, non teneri relaxare dicta bona: sic enim non haberet dimidiam legitimæ d. domini Nicolæ, cui successit dominus Io. Antonius & illa domi. Io. Antonio ex eius
39 testamento, Sed istud nihil releuat. † Nam licet dominus Hieronimus fortè potuisset assignare domino Nicolæ, cęterisque filiis suis dicta bona emphiteutica & feudalia pro legitima sua, & ea sic assignata debuissent in eorū legitimam imputari uelut per eum quæsita per ea, quæ latè post alios deducit Ripa in l. in quartam. num. 177. cum sequen. ff. ad leg.
30 falc. † eos tamen simpliciter in suis bonis instituendo quò ad legitimam, non intelliguntur repulsi petere dicta bona emphiteutica & feudalia

dalia, ut not. Bar. per illum tex. in l. ut iurisiurã
di. §. si liberi. ff. de oper. lib. ponit enim q. de pa
tre, qui recepit emphiteusim pro se & filiis ma
sculis & fœminis, deinde filium masculum hę
redem uniuersalem instituit, filiam uerò in cer
ta quantitate, adiecta clausula, quòd plus pete
re non posit. An filia perdat ius consequendi
partem suam dictæ emphiteusis. Respondet
Bar. quòd non: licet enim pater potuisset eam
priuare sua dispositione ab emphiteusi, tamen
prædicta uerba hoc non important, sed debuit
exprimere, quòd iura emphiteutica solum ad
31 filium remanerent † mouetur per illum tex.
Nam pater potest uni ex filiis asignare liber-
tum, & tamen si unum ex filiis instituit in ma-
gna portione, & alium in modica, non prohi-
betur per hoc institutus in modica, neque re-
pelletur, quin cum aliis admittatur ad conse-
quẽdas operas æquales à liberto. Vnde sic in
emphiteusi dici debet, ut per eum latius
id confirmatur, quem sequitur Alex. cons. 22.
col. pen. uol. 5. & clarius etiam Gozad. cõs. 75.
nu. 14. & 17. ubi propriè ponderat Bartolum
dixisse, quòd licet pater posset pręiudicare &
priuare filiam emphiteusi, tamen per illa uerba
generalia, quòd plus petere nõ posit, non in-
telligitur uenire ius emphiteuticũ, sed debuit
specialiter exprimere, idẽque perpendit Natta
cons. 475. sub. nu. 14. uersus finem & cõs. 501.
32 num. 23. † Sequitur ergo ex prædictis, quòd
si institutio de filiis facta respectu legitimæ in
bonis testatoris non comprehendit dicta bo-
na emphiteutica, neque feudalia, domina
Dominica, quæ se prætendit hæredem do-
mini Nicolæ mediante persona domini Ioan-
nis Antonii in dimidia legitimæ competen-
tis, & debitę domino Nicolæ, nihil dicere po
test in istis bonis: quæ non ueniunt in illa in-
stitutione filiorum de legitima illis debita,
sed aliunde sibi debentur, uidelicet ex in-
uestituris.

33 † Et ad absurdum, quod allegat domina
Dominica de legitima, quam non conseque-
retur, respondetur, illud cessare ex aliis plu-
ribus bonis allodialibus, & profanis & liberis
testatoris existentibus penes eam, de quibus
dominus Nicola debuisset habere legitimam
nam in eis de illa sibi satisfacere potest domi-
na Dominica.

Nec asignatio facta per eam de dictis bo-
nis emphiteuticis & feudalibus filiis prædictis
pro eorum legitima debuit eis præiudicare, li-
cet contentis, assentientibus, matremq́ue
suam absoluentibus, ut latius in instrumento
super hoc confecto per Cananum anno 1542.
34 15. Decembris † stante præsumpta illorũ igno
rantia tunc temporis qualitatis dictorum bo-
norum l. uerius. ff. de prob. l. qui in alterius. cũ
ibi not. ff. de reg. iur. l. eius qui in prouincia.
ad finem, & ibi Bar. Cast. Ale. Ias. Dec. & do-
minus Rimi. ff. si certum. pet. Bar. Alex. & om-
nes in l. q. Romę. §. duo fratres. q. 3. ff. de uerb.
obligat. Non enim uerisimile est, aut unquam
erit, quòd si sciuissent dicta bona ad eos specta
re aliunde quàm ex testamento, & institutio-
ne eorum in legitima, uoluissent ea in legiti-
mam imputare, & pro ea sumere, sed in bonis
liberis sibi pro legitima satisfieri, & emphiteu
tica & feudalia iure suo consequi l. cum de in
debito. ff. de probat. Calidè igitur factũ à ma-
tre in eorum damnum eis nocere non debuit
quæ eos non certiorauit de qualitate dictorũ
bonorũ, prout est optimus tex. in simili casu in
l. tres. fratres. ff. de pactis, & ibi latè doctores.

35 † Minus etiam repugnat, quod inquit domi
na Dominica, stante quòd emphiteusis est no-
ua, feudumq́ue nouum in persona domini Hie
ronimi, tenore inuestiturarum suaq́ue ultima
uoluntate, & quòd tantundem, quantum capit
dicta dimidia legitimæ prędictæ fuit in aliis
bonis domini Hieronimi asignatum domino
Io. Baptistæ, non est ueniendum ad petita per
36 eum † Quoniam primò dico, quantum perti
net ad nouitatem emphiteusis & feudi quæsi-
torum per dominum Hieronimum, quòd sa-
tis controuersus est articulus, & intricata quę-
stio penes doctores, an in eis pater filiis pos-
sit præiudicare, uel uni pręlegando uel aliter
disponendo, eosq́ue seriatim in utramque par-
tem refert Natta cons. 475. & cons. 501. per to-
tum, latissimè uerò Port. Imol. conclu. 22. re-
gularum libro 4. & Antonius Gabrielius con-
clusione. 2. lib. 3. de iur. emphi. totq́ue rationes
hincinde recitantur, ut in eis enarrandis, &
discutiendis. *Ante diem clauso transiret uesper olimpo.* Omnibus igitur ex industria præter-
37 missis, † id tantum dicam, non deesse, qui &
communem & magis communem testátur par
tem negatiuam, ut Rui. cons. 48. col pen. uol. 1.
Ias. cons. 213. col. 4. uolum. 2. Soc. Iun. consil.
32. num. 5. uolum. 1. & cons. 160. num. 44. uo-
38 lum. 2. † Quę communis opinio de plano pro
cedit in aliquibus casibus, in quibus noster ad
unguem uerificatur.

Primus est, quando feudum, uel emphiteu
sis gratis concessa fuerunt: quia pro illis ob-
tinendis inuestitus nihil de suo dedit: tunc
enim filii uidentur habere ex mero beneficio
concedentis, ex quo sequitur quòd cum nihil
habeant à patre, ius, quod habent ex persona
alterius, pater non potest eis auferre. ita Bal.
in l. 1. ad fin. C. per quas perso. nob. acqui. quẽ
sequitur Aret. in l. apud Iulianum. §. si quis ali-
cui. ff. de leg. primò, Cor. cons. 51. col. 2. cons.
282. col. 6. uol. 3. Cur. Iun. in tract. de feud. in
4. par. sub. numer 132. & Soc. Iun. in d. consi.
72. sub. num. 35. uol. primo, demumq́ue Port.
Imol. in d. conclu. 22. col. pen. multos adducẽs
39 ut per eum, † sicut & per Gabrielium num.
47. ubi dicit esse communem post Ruinum
consil. 154. col. fi. & cõs. 213. col. 3. uol. primo.

Secundus est casus, quando disponeret in

personam extraneam de feudo, uel emphiteusi non autem in unum, uel aliquos ex filiis, † pro ut colligitur ex Castrense cons. 179. uol. primo qui tenet partem affirmatiuam, respondens ad tex. in c. 1. de success. feud. ubi dicitur, dispositionem paternam non ualere in feudis, dicit, quòd ille textus procedit quando pater disponeret in personam extranei, secus si in personam unius ex filiis, & hanc distinctionem perpendit Natta in d. cons. 475. nu. 10. cons. 501. nu. 13. & 22. & consi. 504. nu. 4. At in proposito nostro, si dicere uellemus hęc bona emphiteutica & feudalia fuisse relicta dominę Dominicæ sub institutione uniuersali, sicque filiis fuisse præiudicatum, & præiudicari potuisse per dominum Hieronimum, nos diceremus ad uersus distinctiones doctorum, duosque casus supra memoratos, quando feudum, uel emphiteusis gratis quæsita sunt, ut hic per dominum Hieronimum qui de suo nihil dedit pro illis obtinendis, & quando in personam extraneam fuit de illis dispositum, ut hic in dominam Dominicam institutam, ergo quia contrarium tenēt, & concludūt doctores in dictis casibus, fateri oportet dicta bona non uenire sub institutione uniuersali, sicque non fuisse prętudicatū filiis, sed eos præter legitimam sibi relictam in bonis paternis liberis consequi posse, & debere dicta bona ex inuestituris, in quibus uocati sunt siue comprehensi, nec ad illa bona uenire potest iure successionis tanquam mater uelut incapax, & in inuestituris non comprehensa.

Sola superest inuestitura de bonis Nonantulæ concessa domino Hieronimo quam in processu non uideo, sed relatam tantum in cō

41 cessa domino Io. Baptistæ filio suo, † quæ ubi concepta fuisset sub eadem uerborum forma, quibus dominus Io. Baptista fuit inuestitus, uidelicet pro se & filiis suis, & hæredibus, ac successoribus quibuscūq; posset oriri difficultas non mediocris, an emphiteusis sic concessa diceretur ad extraneos hæredes transitoria, quem articulum latissimo folio ponit Rolan. à Vall. cons. 96. uol. primo per totum, & cons. 79. nu. 29. & 35. uolum. 2. etiam de feudo loquens, & partem affirmatiuam secutus, sed nec in illud pellagus ingredi neceessarium puto, cum doctores loquātur, quando pater, uel alius expresse disposuit de bonis emphiteuticis, uel feudalibus extraneo illa relinquens, quod in casu nostro factum non apparet à domino Hieronimo sed relicta filiis tantum legitima in bonis suis, in aliis omnibus hęredem uniuersalem instituit dominam Dominicam

42 uxorem suam, † sub qua quidem institutione uniuersali non uenit emphiteusis, secundum Bar. in d. §. si liberi, quem sequitur Alex. cons. 22. col. pen. uol. 5. Goza. consil. 75. num. 14. & 17. Natta cons. 475. sub. num. ù4. circa. fin. & cons. 501. nu. 23.

43 † Quòd etiam confirmatur. Nam sicut uidemus, quòd emphiteusis non uenit in restitutione fideicommissi fienda extraneo secundū Cuma. & Alex. in l. si patroni. ff. ad Treb. Bal. in l. cum uirum. C. de fideicom. Alex. consi. 2. col.

44 8. ver. sed præmissis. uol. 3. † ubi dicit esse cōmunem Rui. cons. 161. col. 2. uol. 1. consi. 28. nu. 4. uol. 5. Rol. à Val. cons. 96. nu. 11. uol. primo, pari ratione dici debet, quòd nec ueniat emphiteusis in institutione uniuersali facta de persona extranea, qualis est domina Dominica, & quoniam plenius hoc comprobaui post Aret. & alios, quos citaui, ulterius me non extendam super hoc, quia non summus in casu de trāsitu emphiteusis ad extraneos hæredes, postquam de illa dominus Hieronimus expresse non disposuit, non enim sub inuolucro uerborum censetur de illa dispositum.

Postremò uerò, quod dicitur tantumdem in aliis bonis domini Hieronimi fuisse assignatum domino Io. Baptistę manifestè conuincitur ex instrumento diuisionis inter eum & fratres emanatę bonorum, quæ prius eis fuerant assignata per dominam Dominicam pro legitima, nam in partem domini Io. Baptistæ posita fuerunt bona Castrinoui Parmensis, ut appa ret in instrumento Canani rogato anno 1545. 15. Decembris, benè uerum est, quòd in partē domini Francisci marię posita fuit possessio Sabloncelli libera, quā nūc possidet dominus Io. Baptista, sed ea peruenit ad eum alio iure, quàm ratione suę legitimę, uidelicet ex instrumento transactionis & cessionis iurium facto cum Ill. domino Galeatio Gonzagio celebrato de anno 1561. ult. Septembris qui fuerat hęres dicti domini Francisci mariæ ex eius ultimo testamento rogato per Capellinum anno 1558. 17. Octobris, unde uanum redditur obiectum dominæ Dominicæ.

Præterea, uana quoque redditur eius intentio dicentis in euentum, quòd illa teneretur relaxare dicta bona emphiteutica & feudalia domino Io. Baptistæ, cum debere sibi assignare tot de bonis liberis penes ipsum existentibus uidelicet possessionis Sabloncelli. quia nō habuit eam pro legitima, sed aliundè, ut mox dixi. Et ubi quoque quid habuisset liberū pro legitima, modo eam non excedens, non teneretur illud assignare matri pro dimidia legitimæ domini Nicolæ spectantis ad eam ut hæredem domini Ioa. Antonii, cum in bonis liberis penes eam existentibus, sibi eatenus satisfacere possit, ut supra dictum fuit. Quare deueniri debet omnino ad petita per dictum dominum Io. Baptistam, non obstantibus istis leuibus & friuolis subterfugiis partis aduersæ.

Postremò circa Cameras Palacii per ipsam petitas breuiter aduerti debet. quòd ex quo proponitur, tantum partem dicti palatii fuisse filiis assignatam pro eorum legitima, quæ esset librarum sex milium ut in dicto instrumento assignationis, & istæ Cameræ uersus Sanctā

Annam

Annam contigerunt domino Franciscomariç, ut in narratione facti per dominum Renatum patet, & ille dominus Franciscusmaria hæredem instituit Illustres dominum Galeatium Gõzagã, deinde uerò ille cessit omnia iura sua domino Io. Baptistæ, sequitur quòd dictæ Cameræ spectent ad eum pro iuribus ipsius domini Francisci mariç, sicq; sibi pariter ueniūt relaxandæ iuxta petita per eum.

45 † Vnum quoque nõ prætereo, quòd oretenus dicitur non in processu deductum, nempè quòd dominus Io. Baptista malè petit eas, de quibus agitur, cum de euictione earum teneatur, ut in instrumento diuisionis anni 1545. per regu. l. uindicantem. ff. de euic. sed Respondeo, quòd cum dictum instrumentum fuerit 46 annullatum, mater eo niti non potest. † Nam clausula prædicta euictionis uelut accessoria instrumenti diuisionis prædictæ eo cassato & inualido redacto, dicitur cassata & annullata pariter, nec ullo modo ualet, ut de clausula constituti dicit Bal. in l. ex testamento. ad fi. C. de fideicom. & in l. non dubium. oppo. 10. C. de legi. ubi Ias. col. pen. Castr. cons. 10. si uera sunt. col. 1. & consi. 43. uidetur dicendum dictam causam. col. 1. uol. primo cum simil. abundè cumulatis per Tiraquel. in tract. cõsti. 3. par. limit. 7. num. 15.

Et si dicatur, quòd remoto dicto pacto, de natura contractus diuisionis alter alteri de euictione tenetur. l. si familiæ. cũ ibi not. C. fam. ercis. & propterea debet adhuc obstare domi-47 no Ioa. Baptistæ regula d. l. uindicantem, † respondetur, regulam prædictam locum non habere, quando res euincitur ex natura ipsius rei exemplum, prout in terminis nostris, quòd uni fratri contigerunt bona allodialia, alteri uerò feudalia, uel emphiteutica, promiseruntque sibi inuicem de euictione, nam non impeditur quis eorum petere dicta bona feudalia, uel emphiteutica dato casu successionis, licet de euictione promiserit, ut per glo. Bar. Bal. Ang. Sal. & omnes in l. si familiæ. C. fam. erc. Alex. cons. 21. uol. 1. cons. 15. in fin. uolum. 5. Crauet. cõs. 211. col. 2. clariss. D. Paulus Leon. in l. qui Romæ. §. duo fratres, nu. 298. ff. de uerb. ob. Rui. cons. 11. col. fi. cons. 146. nu. 3. uol. primo, cons. 7. col. fin. uol. 3. consi. 72. nu. 5. uol. 5.

48 † Nec me mouet, quòd doctores loquantur data scientia fratris, qui dicta bona in diuisione recepit, quia ut illi dicunt, imputandum est illi, qui ea recepit, ut in specie dicit Leon. loco citato & per Cra. d. consi. 11. ibi modo non ignoraret accipiens qualitatem rei, ꝙ esset emphiteutica. Quoniam talis scientia bene probatur in domino Io. Antonio, cui dicta bona obuenerũt in ultima diuisione facta per peritos de anno 1568. iussu magnif. Signaturç.

49 † Nam quod attinet ad bona Nonantulæ, fit fides ex campiono Abbatiæ de præsentatione instrumenti inuestiturç facta per dominum Nicolã & fratres de Magnaninis, & sic etiam per dominum Io. Antonium, per cuius instrumenti productionem arguitur eius scientia de contentis in eo, & sic quod dicta bona essent emphiteutica dictæ Abbatiæ, ut per Castrens. cõs. 94. clarum est. col. 2. & cons. 382. col. 2. uol. 2. cum simil. per Crauc. cons. 26. col. 2.

50 † Quò verò ad bona feudalia Castrinoui Parmensis apparent plures solutiones pensionum factç per hæredes domini Hieronimi Magnanini, & sic etiam per dominum Ioannem Antonium tum Illustriss. domino Alfonsino, tum post eũ Camerç Ducali successiuis annis, quæ pariter arguunt scientiam dictarum rerum feudalium, pro quibus census annuus fuit solutus,

51 † prout dicitur de soluente legata, qui præsumitur habuisse scientiam testamenti, in quo facta fuerunt dicta legata, ut per Bar. & alios in d. §. duo fratres. 3. q. ubi Leon. num. 389. citat Cur. Iun. cons. 49. col. pen. & D. suum Marianũ reprehendit ut per eum.

Respectu uerò bonorum Finalis Mutinæ recognitorum ab Episcopatu Mutinç, considerandum est, quòd dominus Nicolas Magnaninus, dum uiueret, sciuit ea fuisse iuris prædicti Episcopatus, patet ex instrumento uenditionis partis eorum, quam fecit unà cum domino Franciscomaria fratre suo, quod ad probandũ dictam scientiam producitur, & ex inuestitura sumpta de dictis bonis per procuratorem à dicto Episcopatu de anno 1556. instrumento rogato per ser Annibalem Cauallarinum, ex illis enim instrumentis & actibus apparet, ipsum dominum Nicolam sciuisse, quòd dicta bona erãt iuris & de iure Episcopatus Mutinæ, sicut & de cæteris eadem scientia dicti domini Nicolæ probatur ex dicto campiono & solutioni-52 bus, de quibus supra, † quibus sic stantibus, cum in ultima diuisione post unionem facta, fuerint assignata bona, de quibus in ea domino Ioanni Antonio uti hęredi pro dimidia legitimæ domini Nicolç, & subinde in dictis bonis domino Io. Antonio consignatis uti hæredi domini Nicolç successerit domina Dominica ex testamento d. D. Ioannis Antonii, patet quòd ipse dominus Ioannes Antonius si uiueret & post eum D. Dominica non debet esse melioris conditionis quàm esset dominus Nicola si uiueret, & haberet dicta bona, nam sicut ei præiudicaret dicta consignatio pro legitima sua, stante eius scientia, ita præiudicare debet eius hæredibus, uidelicet domino Io. Antonio & ipsi dominæ Dominicæ, per regulam. l. fin. C. de hęred. institu. & l. hæredem. ff. de regu. iur. Meritò debet domina Dominica omnino condemnari iuxta petita per dominum Io. Baptistam.

*Hippol. Riminal. Ferrar.*

Pro

## Pro Monasterio Reuerendorum Fratrum Carmelitarum.

### ARGVMENTVM.

De monaco licentiato nunquid acquirat monasterio.

### SVMMARIVM.

*1 Monaco licentiato si deferatur hæreditas eam monasterio non acquirit.*
*Quod procedit in licentiato per expulsionem à monasterio. 17.*
*Vel in translato ad Episcopatum. 18.*
*2 Monacus de monasterio expulsus illi non acquirit.*
*3 Monaci licentiati veluti manumissi vel emancipati reputantur.*
*4 Moniales quædam translatæ in aliud monasterium ad illius curam non quærunt primo sed se..ndo manesterio.*
*5 Fiscus in aliorum defectum succedit.*
*6 Monachus indiscrẽter omnia quærit monasterio. 10*
*Tam quæ habet in re quàm in spe. 7.*
*Et si nolit adire potest Abbas cum consensu capituli eam adire. 8.*
*Nec eam monacus potest repudiare in præiudicium monasterij. 9.*
*11 Monacus licentiatus non d.citur absolutus à monasterio.*
*12 Dispensatio stricti iuris est.*
*13 Monacus licentiatus ut sit extra monasterium non desiit esse Monacus sui monastrij & illi quærit. 15*
*14 Ludouicus Siluester Iur. consultus Ferrariensis laudatur.*
*16 Papa potest dare monaco licentiam testandi.*
*18 Monacum translatum esse ad Episcopatum.*
*Vel extra monasterium stare differunt. 19*
*Ratioq́; differentiæ assignatur. 20.*
*21 Monacus quando præsumatur subesse monasterio vnde licentiatus fuit.*
*22 Cephalus consi. 212. reiectus.*
*23 Temporis limitatio non tribuit nec aufert acquisitionem monasterio.*

### CONSILIVM CLIIII.

*Auxilium meum à Domino.*

*REuerendus frater Iulius Saluetus Ferrariensis ordinis Carmelitarum, & ibidem professus dispensatus à Reuerendiss. Vicelegato Bononiæ, sibiq́; data licentia commorandi extra domos & claustra ordinis, tandẽ vita functus fuit relictis quibusdã bonis maternis eidem obuentis post dictam licentiam. Quare fiscus prætendens nullos extare illius successores secculares, nec Reuerendos fratres Carmelitanos ei succedere posse, instetit sibi dicta bona relaxari per dictos fratres, vel alios ea detinentes. Quæritur ergo quid iurit dicendum sit.*

1 ET † prima consideratione videtur dicendum, prædictos fratres excludendos esse, per doctrinã Bal. in l. Deo nobis. ad fi. C. de Episcopis & cleri. vbi loquens de monaco licentiato, dicit, quòd si sibi deferatur hæreditas, eam monasterio non acquirit, nec illam ad ire posset auctoritate Abbatis, sequitur Arc. in l. si quis mihi bona. §. 1. ff. de acq. hęred. loquens de licentiato nec in alio monasterio col
2 locato, prout in casu nostro cõtingit † & idem tenet Bald. in Margarita sua in versicul. monacus expulsus, vbi postquam dixit monacum expulsum de monasterio illi non acquirere, velut ab ipso absolutum, subdit idem, de licentiato, hocq́; præsensit Inno. in c. sicut, de re iud. dicẽs ꝙ monacus post literas absolutionis, nihil habet facere in primo monasterio. Sentit ergo, ꝙ illi nõ acquirit, sicut Bal. in l. liberos. C. de coll.
3 † dicẽs, ꝙ monaci licentiati censentur sicut manumissi, vel emancipati, vel certè tanquam abdicati. Igitur inde sequitur, quòd monaster o non acquirunt.

Accedit, ꝙ dispensatus fuit, & data sibi licen ia cõmorandi pręter clausuras monasterii, pro subueniẽdo necessitatibus matris viduæ, nepotisq́; pupilli pauperũ, q̃ licentia libera fuit, & ꝑ-
4 petua veluti nullo tͤpe limitata, † quare sequit̃, vt sibi postea obuenta monasterio suo non fuerint quæsita, prout in alio simili casu determinat Cephal. cons. 212. vbi translatis quibusdã monialibus de monasterio suo, in quo plures erant, in aliud vbi pauciores erant, concludit legatum illis postea factum secundo monasterio quæri, non autem primo. motus ex allegatis per eum; quia libera fuit translatio, cum nullo tempore fuerit limitata. Quibus ita stantibus, quòd monasterium dictorum fratrum re-
5 pellatur, & alii nõ extẽt successores, † sequitur, f scum admitti, qui venit in aliorum defectũ, v legitur & nota. in l. 1. vbi Ias. post alios. C. vi de vir.

10 Diligentius tamen considerando in contrariam sententiam descendo. Nam de professione dicti Reuerendi D. Iulii ædita in monasterio S. Pauli ordinis Carmelitarũ ciuitatis Ferrariæ, constat in primis ex breui dicti Reuerẽd. Vicelegati, qui sic eum appellat, & ex libris ipsius monasterii, in quibus similes professiones notãtur, & ex pluribus testibus id comprobari
6 posset, si opus esset † igitur per eum sic professum dicta bona monasterio prædicto fuerunt quæsita, quia monacus indiferenter omnia quęrit monasterio suo quæ sibi quærere non potest c. cum ad monasterium. de sta. reg. c. cum olim
7 2. de priu. & ibi not. Abb. 6. loco † dicens ꝙ omnia quærit monasterio, quæ habet intrans tam in re, quam in spe, vt not. in c. si qua mulier. 19. q. vlt. & in auth. ingressi. C. de sacr. san. eccl. vbi Ias. nu. 13. post Alex. cons. 209. colum. 4. vol. 2. idemque ponit Alexand. in l. non amplius. in

princip.nume.5.ff.de legat.primò & in l. 1. §. per seruum,nume.12.ff.de acquirend. possess.
8 † vbi post Cyn. in dicta l. Deo nobis, dicit, quòd si Monaco delata sit hæreditas,quam nolit adire, potest Abbas cum consensu Capituli eam adire nolente Monaco, & sine consensu suo,secutus opinio. Ioan. Andr. in capit. in præsentia.de proba. quam sequuntur cano. sicut & Bartol. in l. 1. ff. de vulgar.& pupil. & tuetur Alexand. ibi nume. 21. Guil. Main. in l. non debet.nume. 16.ff.de regul.iur.& Curt.Iun. consilio 48.numero 8. vbi vult, hoc procedere,licet Monacus mortuus fuerit extra monasteriũ
9 prout contingit in casu nostro, † & hinc prodiit illud, quod dicitur,Monacum hæreditatẽ sibi delatam repudiare non posse in in præiudi tium Monasterii,signum euidẽs, quòd illa per eum Monasterio veniat acquirenda, vt tenet Specul.& Ioan. And.in tit.de statu Monac.versicul.octauo.Io.And. Abbas & alii in capit. in præsentia.de probatio.cum similibus per Franciscum Marci. quæstione 311. prima parte:
10 † est enim regulare, quòd Monacus acquirat Monasterio,vbi professus est, vt idem Francisc. Marc.dicit quæstio. 104. nume. 1. prima par. & quæstio.566.secunda par.& illud facit hęredem,vt ponit Dominus Astor de Guidonibus consi.61.nume.1.libro primo.vltimarum volũtatum. & hanc partem tenendo, non obstat, ꝙ dicitur de licentia sibi data standi extra clau-
11 stra Monasterii,nam non inde dicitur absolutus à monasterio,nec ab eius obedientia, sicut nec ab eius consortio seiunctus, capitulo quod Dei timorem, de statu monac. & quia monacus obligatur ad duo,primò monasterio, secundò,ne illud exeat,capitulo. Ioannes,& ibi tradit Abbas de regular.igitur licentiatus, vel liberatus à secundo remanet adhuc obligatus circa primum,& sic ad seruandum obedientiam
12 monasterio, † quia dispensatio stricti iuris est, & in vno facta non porrigitur ad aliud,capitulo primo & secundo de fil.presbi. in 6. Ita Ias. consi.77.colum.3.versiculo quinto principaliter.uol.1.igitur quęsita per eum interim pertinuerunt ad suum monasterium, prout in terminis decidit Anch. consil. 352. pro clariori
13 repetito in consil.424. † Vbi concludit, talem Monacum licentiatum,ut sit extra monasteriũ non desiisse esse Monacum sui Monasterii, idque retinere iura sua in Monacum, & per eum sibi quęrit, sicut per seruum domino c, non dicatis.12.q.1.

Idque pręter Anch. confirmatur, quia taliter licenciatus non desinit esse sub obedientia sui Abbatis, ut uoluit Abb. antiquus in c.cum illorum,de sent.exco.& Fely. post Abba. in c. ex rescripto.nu.4.de iureiur.& ultra Anch.decidit hoc idem in terminis nostris Bero. consi.
14 76.volum.primo, † subscribendo consilio domini Ludouici Siluestri, aliàs doctoris Ferrariensis egregii,quem & noui,& magnam illius eruditionem admiratus sum. Vult enim Berous, quòd quando Monacus ex licentia superioris,vel sedis Apostolicę manet extra monasterium,absque eo,quòd ad aliud monasterium,vel Ecclesiam secularem, vel prælaturam legitimè translatus fuerit, cum adhuc monacus remaneat,& monasterio, in quo professus est dicatur obligatus,capitulo per tuas,de voto d.c.Ioãnes,& ibi Abb.de regulari.igitur quicquid interim acquirit,nõ sibi, sed monasterio, in quo professus est, acquirit,adducit Anch. in dictis locis,& latius hanc conclusionem confirmat,vt per eum, quare sic & in casu nostro illi penitus conformi determinandum est.
15 † Tantoque magis hęc conclusio de plano procedit stante breui Sanctissimi Domini Nostri Pii V.Carmelitis & aliis concesso; in quo prohibet ordinariis, ne aliquo modo se intromittant in bonis dictorum fratrum extra clausuram suorum monasteriorum pro tempore degentium,siue decedentium, & quamuis in habitu,siue absque habitu moriantur vult, quòd eorum bona mobilia & immobilia ad ordinẽ, quem professi sunt,pertineant, & vt ibi latius, quo breui res ista clarissima redditur, & sincul la difficultate.

Confirmatur insuper. Nam Sum.Pontif.licentiam tantùm dedit dicto fratri commorandi extra monasterium,non autem testandi,nec
16 de bonis disponendi, † prout potuisset, ut uoluit Bald.in l.certum,colum. 7. uersiculo item non est dubium,C. vnde leg.in auth.nisi rogati.colum.penul.uersiculo quęro quid si monacus.C.ad treb.& in l.si quando.in fi.C.de inoff. testam.Castr.in l.& militibus.C.de testa.milit. quas authoritates adducit & sequitur Iaso. in auth.ingressi.col.3.C.de sacrosanc.eccles.Natta consi.508.nu.7. meritò remansit hic monacus sub regula iuris communis in hoc,ꝙ monasterio suo acquisiuerit dicta bona materna sibi delata; quia quod non mutatur stare non prohibetur l.sancimus, C. de testa. l. pręcipimus, in fi.C.de appella.
17 † Nec obstat decisio Bal.in d.l.Deo nobis. ad fi.loquitur enim de licentiato mediante expulsione:dicit enim, aut fuit expulsus & licentiatus à monasterio,& tunc amodo illi monasterio non quærit,& ita eum intelligit Andr. Sicul.consi.65.col. 5.uol.4.de quo expulso planũ est, eum non acquirere illi monasterio à quo fuit expulsus,ut per gl.& Docto.in c. 1. in fi.de infan.langui.
18 † Pręterea Bal.se fundat in c.cum olim secundo de priuileg.ideo debet intelligi secundum illud,ut per Bar.in l.non solum.§. liberationis. ff. de lib. leg. sed ille tex. loquitur de monaco translato ad episcopatum, nimirum ergo si q̃d acquirit,non acquirit monasterio, sed Episcopatui,ut ibi est casus, & Abb. & alii sic decla-
19 rant † Nos uerò loquimur, quando monacus qui de licẽtia superioris,uel Papę è mona-

sterio

sterio exiuit, vt extra illud sub certo habitu religiosorum, vel clericali viueret, aliter non fuit alicui Ecclesię dedicatus, nec ad aliquam pręlaturam, seu rectoriam habentem administrationem translatus, nam si quid huic fuerit acquisitum, non sibi; quia adhuc est monacus, sed monasterio, in quo professus est acquirit. Ita formaliter respondet Bero. in dicto consi. 26. nume. 11. pręcisè decidens hunc casum, ibique pariter respondet Aretin. in dicto §. primo, su-
20 pra citato † & ratio manifesta differentię surgit inter illum casum Baldi & nostrum; quia quando monacus egressus monasterium fit episcopus absoluitur ab obedientia Abbatis sui. Glosa in capitulo statutum. 18. quæstione prima in fin. quam sequitur Francis. Marc. quęstione 834. secunda parte. Vnde nimirum si non quęrit Monasterio sed Episcopatui. At secus in casu nostro, cum remaneat sub obedientia sui monasterii, ex quo
21 non fuit alibi translatus, † & hoc etiam confirmatur ex ipso breui, vbi conceditur sibi morari extra domos & claustra sui ordinis, de licentia tamen superiorum suorum ad id petita, quæ qualitas arguit illis, eum adhuc subiectum remanere, & licet subiiciatur, licet non obtenta, tamen id dicitur, ne sit in facultate superiorum nolendo, reddere concesionem elusoriã, sed in cęteris remanet sub obedientia monasterii & superiorum suorum. Quòd etiam patet, nam conceditur & facultas incedendi religionis habitu dimisso, illo sui secretè retēto, quod etiam denotat ab ordine, vel Monasterio illum non esse penitus absolutum

22 † Postremò non obstat quod inquit Ceph. consil. 212. nam decisio sua conuincitur ex alia Beroi. quęstione 83. quem pro se citat, cum tamen illi repugnet, nam ponit casum, quando professus in vno monasterio cum aliis septem Monacis fuit in alio Monasterio ad curam animarum deputatus ex literis Apostolicis, & ibi decesserat. Vultque bona quæsita per eum deberi monasterio, in quo fuit professus, & tamen illa deputatio non fuit limitata certo tempo-
23 re, sicut nec in casu suo dicit Cephalus † temporis ergo limitatio, vel non, non tribuit, nec aufert acquisitionem monasterio, sed qualitas concesionis Monacho factæ, nam si particularis fuit, eatenus tantum præiudicat Monasterio, non autem pręter eam, per doctrinam Salycet. in l. qui manumittitur. C. de oper. liber. vbi determinat, quòd licentia Abbatis data Monacho ad vnum casum, uel effectum, extra illum non priuat Abbatem vel Monasterium potestate sua; quia limitata causa limitatum producit effectum l. in agris. ff. de acquirend. rer. dom.

Et ita de iure concludo in præsenti articulo.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

## Pro hæredibus D. Serenæ Verratæ.

### ARGVMENTVM.

De muliere intra annum luctus manum secundo viro tangente, literas accipiente, quibus eam consortem uocabat, & ab eo oscula recipiente, nunquid subiiciatur pœnis leg. primę. C. de secund. nup. & quid etiam de nubente pulcherrimè tractat.

### SVMMARIVM.

1 *Intellectus leg. primæ. C. de de secun. nu. 52.*
2 *Viduitas & honestas in quibus versetur.*
2 *Mulier secundò nubens post tempus luctus iustè potius quàm honestè facit.*
*Et in culpa dicitur apud Virgilium, immo dicitur adulterare thorum prioris viri.*
*Et plus simplici mœcha peccat.*
3 *Mulier quando malè morigerata dicatur. 54.*
4 *Manus tactus & oscula dicuntur præparatoria nuptiarum.*
4 *Mulier priuatur dote propter adulterium.*
*Et etiam propter osculum luxuriosum. 57.*
*Quod ibi declaratur quomodo procedat.*
5 *In legato dicitur tractari de lucro.*
6 *Faciendum de proximo habetur pro facto.*
*In fauorabilibus tamen non pœnalibus. 59.*
7 *Mulier de proximo copulanda habetur pro copulata.*
8 *Sponsa de præsenti dicitur destinata sic in domo viri vt eum sequi debeat.*
9 *Lex prima C. de secund. nup. procedit in nuptijs non in sponsalibus tantum.*
10 *Vxoris appellatione non venit sponsa.*
*Et quando 14.*
11 *Mulier tempore luctus potest uiro desponsari.*
*Et matrimonium inchoare non autē consumare. 12*
13 *Statutum puniens matrimonium in certo casu intelligitur de consumato.*
*Nec ad sponsalia porrigitur.*
15 *Statutū vel lex licet quandoq; extendant non tamen quò ad pœnam.*
16 *Pœna ut comittatur delictum debet esse consumatū.*
17 *Matrimonij appellatione intelligitur de consumato.*
*Initiatur enim per sponsalia sed per copulam confirmatur. 18.*
18 *Lex prima. C. de secun. nup. intelligi debet de matrimonio consumato non autem de sponsa.*
19 *Mulier secundò nubens infra annum luctus non propriè dicitur delinquere.*
20 *Pœna vbi imponitur ipso iure requiritur actus consumatus.*
22 *Voluntas testatoris totum facit.*
*Etiam tacita.*
23 *Dos restitui debet mulieri soluto matrimonio.*
24 *Legatum vxori factum plenius venit interpretandum.*
*Licet regulariter strictè, nisi coniunctæ personæ sit factum. 25.*
26 *Repetitio cum suis qualitatibus quando fieri debeat.*

*27 Bona mobilia mulieris quæ peruenerunt ad virum soluto matrimonio pure illi reddi debent.*
*28 Legatum medium recipit interpretationem à præcedenti & sequenti.*
*29 Animus in facto præsumitur ex dictis ante factum.*
*30 Ablatiui absoluti faciunt conditionem.*
*31 Maritus an possit dare licentiam vxori nubendi infra annum luctus. diuersæ sunt opiniones.*
*32 Mulier secundò nubens facit iniuriam primo viro.*
*Quam tamen ille remittere potest. 33.*
*34 Nubere intra annum dicitur contra bonos mores.*
*Et quando sit declaratur.*
*35 Mulier potest secundò nubere intra annum de consensu primi viri.*
*Quæ verior est & communis opi. 36.*
*37 Pœna leg. 1. C. de secun. nup. sublata sunt de iure canonico. 44.*
*Passimq. 46. 47.*
*Et quales declaratur. 38.*
*Et est communis opinio. canonistarum & legistarum. 39.*
*Et magis communis 45.*
*Nec ab ea recedi debet in iudicando & consulendo.*
*Et ratione confirmatur. 40.*
*41 Lex tollere potest iniuriam & facere quòd actus non sit iniuriosus.*
*42 Causa matrimonialis est spiritualis.*
*43 Anima lege diuina regulatur.*
*46 Mulier potest secundò nubere impune de iure cano. infra annum luctus.*
*Tam eo tempore quo subest timor turbationis sanguinis quam post.*
*Reprobata quorundam distinctione. 47.*
*47 Sigismundus Discalcius Iur. consultus Ferrar. apud Imperatorem Maximilianum legatus.*
*48 Mulier secundò nubens infra tempus luctus non cognita tamen a secundo viro non patitur aliquas pœnas.*
*idem si volentibus hæredibus primi viri. 50.*
*49 Scientia præsumitur ex communi habitatione.*
*50 Mater secundò nubens volentibus filiis non incurrit pœnas eorum fauore inductas.*
*Et cautela est facere eos consentire. 51.*
*53 Pœna priuationis locum non habet nisi in casibus de iure expressis.*
*55 Mulier vidua remanens & virgo propter repentinā sponsi mortem iterum nubendo non facit contra bonos mores.*
*Nec perdit legatum sibi factum si non nupserit.*
*56 Intellectus auth. en. cui relictum. C. de indic. vidui. tollen.*
*58 Manus tactus, oscula & amplexus operantur transitum ad matrimonium quando præcesserunt sponsalia.*
*59 Lex pen. ff. de test. mil. declaratur.*
*59 Doctorum appellatione non veniunt licentiati in pœnalibus & odiosis.*
*60 Affectus non punitur in delictis non atrocioribus sicut effectus secutus.*
*Nec vbi ciuiliter agitur. 61.*

## CONSILIVM CLV.

*Auxilium meum à Domino.*

PROPONITVR, honestam dominam Serenam de Veratis amisisse legatum mobilium & scutorum 500. sibi factum per Excellentissimum Dominum Sigismundum Discaltium eius maritum; quia intra annum luctus nupsit in hunc modum, manum viro secundo tangendo, literas ab eo recipiendo, quibus eam consortem vocabat, & ab eo deosculari patiendo, dum infirma lecto
1 iaceret † text. enim in l. prima. C. de secund. nupt. pœnam prædictam imponens loquitur de muliere, quæ nequaquam luctus religionem priori viro præstiterit, quæ religio pro honestate desumitur secundum Ioannem de Garonibus numero sexto, vt probatur in authentic. de nupt. §. sin autem tutelam. ibi, & licet filios non habeat, propter solam honestatem hoc agunt, quod est intelligendum de religione, & honestate non habitus vidualis,
2 † quia viduitas & honestas non consistit in lacrimis & habitu nigro, sed in pudicitia viduali, vt volunt Baldus & Doctores in l. decreto, C. ex quibus cauf. infam. irrog. Hinc Connanus in Commentar. iuris ciuilis. libro octauo, capitulo septimo, columna quarta, scriptum reliquit, quòd cum legibus patriis ex Dei præcepto parendum sit, & præceptum sit, vt annum integrum mulier lugeat maritum, non rectè faciet si antequam eluxerit alii nubat. Et licet matrimonium valebit, tamen legis ciuilis pœnam debebit incurrere. Quinimmo fortius ille subdit, quòd mulier post luctus tempus legitimè secundò nubens, iustè potius quàm honestè facit, & non tam lege prohibente quàm permittente. Itaque Pœta Didonē sic inducit loquētem cum post mortē Sichæi mariti de coniugio Eneæ cogitaret.

*Huic vni forsan potui succumbere culpæ.*

Culpam uocat secundas nuptias, & vt scribit Valerius Maximus libro secundo, olim quę vno matrimonio contentæ fuerant corona pudicitiæ honorabantur, multorum verò matrimoniorum experientia legitimę cuiusdam intemperantię signum esse credebatur. legitimam intemperantiam appellat secundas nuptias, quòd & si legitimè, intemperanter tamen facit, quæ duorum se concubitu quasi prostituit, vt etiam Martialis.

*Quæ nubit toties, non nubit adultera lege est.*
*Offendor mœcha simpliciore minus.*

Adultera dicit eam quæ prioris viri thorum, posterioris mariti adulterio polluit, quod; quia lege facit non prohibente, adulteram esse legitimam, quæ tamen plus peccat ipsa, quàm simplex męcha, hæc enim & lege tolerante facit, quod facit, & fidem suam nō viola-

quam

quam nulli vnquam obstrinxit. Itaque multæ
fuerunt ciuitates Germanorum, vt scribit Ta-
citus, apud quas viduis mulieribus non licuit
iterum nubere. At ista domina ( vt ad eam re-
deamus prædictis annuendo, non videtur pudi
citiam vidualem seruasse, meritò pœnæ prædi-
ctæ locus esse debet.
3 † Secundò cõfirmatur. Nam lex illa inducta
fuit ad corrigendos malos mores, ut in ea di-
citur ibi. Ne in his, in quibus correctionẽ mo
rum induximus, & ibi not. Cyn. Bald. & Saly.
& alibi plures, quos cummulat ille Io. de Ga-
ro. nu. 44. sed ista domina, quæ tactui manus
assensit, sicut & literę eam consortem uocanti,
demumque osculo, uidetur fuisse malè mori-
gerata, meritò ad corrigendos eius malos mo-
res pœnæ dictæ legis primæ locus esse uidetur.
4 † Tertiò sortius accedit, quòd ille tactus ma-
nus & osculum dicuntur præpraratoria nuptia
rum. Vnde sicut propter nuptias legato priua-
retur, ita per dictos actus, ut uidemus, quòd
sicut mulier priuaretur dote propter adulteriũ
cap. plerunque, de donat. int. uir. & uxo. sic &
propter osculum, vt voluit Bald. in cap. tuæ. de
proc. de quo Dec. & alii in rubrica C. de eden.
& in rubric. de iud. Crot. in l. 2. nume. 13. ff.
solut. matrimo. cum similibus & si priuatur do-
5 te sua, in qua tractat de damno † fortius hic
legato priuari debet, in quo tractat de lucro l.
si hæreditatem. ff. mand. glo. in §. si res aliena.
6 instit. de lega. † bene facit regula. l. penultim.
ff. de testam. milit. vbi de proximo faciendum
habetur pro facto, & potentia propinqua actui
habeĩ pro actu, secũdũ Bal. ibi. Vnde Sal. in l. cũ
7 te. C. de don. an. nup. inquit, † q mulier habe-
rur pro coniuncta, & carnaliter copulata viro,
quę de proximo copulanda est, & plura conge-
rit exempla Ioan. Lup. in rubr. de donat. inter
vir. §. 38. at hæc domina Serena de proximo e-
rat vxor futura viro secundo & illi copulanda,
nisi fuisset infirmata, & morte præuenta, meri-
tò pro tali debet haberi, & sic pœnæ dictæ legis
primæ locus esse debet.
8 † Quibus, & aliud addi potest, quòd sponsa
de præsenti dicitur esse destinata in domo viri
sic, vt eum sequi debeat quo vadit honestè, vt
not. Cyn. & Doctor. in l. liberti libertęque. C.
de oper. lib. Bar. in l. Meuia. §. final. ff. de annu.
legat. quoniam qui de proximo cingendus est
habetur pro cĩncto, dicta l. penul. ff. de testam.
milit. sequitur Roland. à Valle in tractat. de lu-
cr. dot. quæstio. 106. nume. 15. & ita videntur
hæredes testatoris in recusando præstare lega-
tum hęredibus dictæ dominæ, quæ postea quo-
que decessit, ius fouere.
9 † Istis tamen non obstantibus contrariam
sententiam veriorem & humaniorem ample-
ctor. & moueor per tex. in dicta l. prima. in ver-
bo nuptiarum, per quem notat ibi Ioann. de
Garo. numero octauo, quòd si nuptiæ factæ
non essent infra annum luctus, sed facta essent
tantum sponsalia, etiam per verba de præsen-
ti, tamen non incurrit sic desponsata infra an-
num luctus pœnas illius legis. Ita vult ille tex.
dum dicit nuptiarum festinatione, sed & pul-
chrior & clarior adduci potest in l. solet. §. pri-
mo ff. de his qui not. infam. vbi dicitur, quæ
virum luget, intra id tempus sponsam fuisse
non nocet. Si enim id non nocet, ergo non a-
10 mittit legatum sibi factum, † & ex illo text.
not. Angel. quòd appellatione vxoris non ve-
nit sponsa; quia matrimonium non est prohi-
bitum perpetuò, sed infra tempus luctus tan-
tùm. Vnde subdit Angel. ad matrem, quæ su-
scepta. tutela, nec dum ratione reddita contra-
xit sponsalia; vt non subiiciatur pœnis, de qui-
bus loquitur auth. iisdem pœnis C. de secund.
nupti. inter quas est amisio legati sibi per
11 virum facti, dicto. §. sin autem tutelam, † &
de hoc est gloss. uotab. in capitulo vir. ad finem
33. quæstione quarta, dicens, quòd secundum
leges mulier potest tempore luctus alii viro de-
sponsari, sed non tamen traduci, citat text. in
dicto §. primo, sequitur Felyn. in capitulo ter-
tio loco. columna quarta, de præsumptio. & in
rubric. de sponsf. columna quarta, dicens, quòd
pœna apposita secundum leges contrahenti
matrimonium tempore luctus, non extendi-
tur ad contrahentem sponsalia de præsenti, &
cum prædictis etiam concordat Odofred. in
12 l. 1. C. si rect. prouin. † dicens, quòd matrimo-
nium potest inchoari, sed prohibetur consuma
ri, vt in muliere; quæ est intra tempus luctus,
quæ conuoluat ad secundas nuptias, quæ no-
tatur infamia, dicta l. prima C. de secund. nup.
& tamen potest sponsalia contrahere, quare
concludendo, si sponsalia non sufficiunt ad in-
currendam pœnam priuationis legati, mul-
to minus in casu nostro, in quo nec etiam spon
salia interuenerunt, pœnæ prædictæ locus es-
se debet.
13 † Secundò confirmatur hæc conclusio de
mente Ancharani consilio 21. pro solutione
dubiorum, columna tertia, versicul. tertiò pon-
derandum, vbi dicit, quòd statutum puniens
contrahentem matrimonium in certo casu, in-
telligitur de matrimonio consumato, nam an-
te iura appellant sponsum & sponsam, non au-
tem vxorem & maritum, vt patet in toto titu-
14 lo de sponsa. † statuta autem pœnalia, quæ
loquuntur de matrimonio, non extenduntur
ad sponsalia tantum, nec statutum quod loqui-
tur de vxore, habet locum in sponsa; cum tra-
ctamus de odio, secus si de fauore, vt not. Cyn.
in l. non sine. C. de bonis quæ liberis. initia-
tur enim matrimonium per sponsalia, & per
carnis copulam consumatur. idemque probat
15 Bald. in l. 2. C. de patri. qui fili. distraxe. † Hinc
licet lex, aut statutum extendantur in dicto, ta-
men non extenduntur quò ad pœnam glossa,
in l. final. ff. de in ius vocando, Ioannes An-
dreas in capitulo dispendia. de rescriptis.

In sexto Roland. de Curt. consilio 75. numero 43. primo Tomo criminalium, vnde subdit Ancharan. quòd licet in casu suo à principio sponsaliorum patris voluntas non interuenit, tamen quia post notitiam ante copulam super uenit, uel saltē non contradixit, pœna priuatio-
16 nis non debet esse commissa, † quia cum ciuiliter agitur, non autem criminaliter ad pęnā committendam, debet delictum esse consumatum. l. uulgaris. §. qui furti. ff. de fur. & hanc decisionem Anch. sequitur & confirmat Fely. in d. c. 3. loco. col 4. de præsump.
17 † Et ulterius comprobari potest: quia appellatione matrimonii, & coniugum intelligitur de matrimonio consumato, & de his, qui matrimonium consumauerunt, ut est tex. in c. ex publico. ubi Abb. col. 2. de cōuers. coniugat. & consil. primo colum. 2. prima par. nam ante talem consumationem iura appellant. sponsum & sponsam, non autem maritum & uxo-
18 rem, ut per Anch. consil. 21. col. 3. † initiatur enim per sponsalia, & per carnis copulam confirmatur c. statutum. §. sed sciendum. 27. q. 2. idemque Dec. in l. nuptias. de regul. iur. & consi. 540. colum. 2. Roland. à Valle de lucr. dot. quæstio. 106. nume. 20. hæc autem decisio Ancharani & sequacium casui nostro famulatur à fortiori, cum in eo non interuenerint etiam sponsalia, & materia sit odiosa velut pœnalis, igitur dicta lex prima, de secund. nupt. loquens de muliere & viro, & sic de vxore & marito hoc est de matrimonio consumato, secundum Ioa. de Garo. num. 6. ad fi. & de matrimonio ibi, per immaturū matrimonium, non debet habere locum in sponsa, minusque in nondum desponsata, tantoque magis; quia si vult Anch. quòd vbi ciuiliter agitur ad pœnam propter delictum,
19 debet illud esse consumatum † fortius in casu nostro, in quo muliere nubente infra annum luctus, non est propriè delictum, secundum Ang. in dicta l. 1. & Ioan. de Garo. nume. 48. factum debet esse consumatum, quod etiam confirmat nume. 8. per doctrinam Andreæ Siculi in c. 2. colum. 3. versiculo nota. ibi, de foro competen.
20 † vbi post Ioan. Andream dicit, quòd quoties lex imponit pœnam ipso iure semper requiritur actus consumatus & perfectus, sed per matrimonium mulier incurrit infamiam ipso iure, dicta l. 1. ibi ex iure quidem notissimo fit infamis, ergo matrimonium debet esse consumatum, quare nec sponsalia sufficiunt, nec multo minus tactus manus, nominatio nuda consortis, aut osculum, quæ præsupponuntur interuenisse.
21 † Tertiò dico fortius, quòd & si dicta Domina accepisset & matrimonium consumasset infra tempus luctus, adhuc dictum legatum consequi debuisset, non autem illud amisisset, ad quod probandum pondero diligenter verba
22 testatoris † cuius voluntas totum facit l. in conditionibus. ff. de conditio. & demonstrat. etiam tacita l. cum proponebatur. cum ibi not. ff. de legat. secundò. Nam primò iure restitutionis dotis reliquit ei scutos mille pro dote habitos, quod legatum sine dubio non recipit conditionem de non nubendo infra tempus
23 luctus; immo totum contrarium, † nam soluto matrimonio dos restitui debet mulieri, vt rursus nubere possit, & in hoc interesse reipublicæ versatur, vt inquit text. in l. 2. ff. de iure dot. videlicet ad sobolem procreandam, replendamque liberis ciuitatem, vt dicitur in l. 1. ff. soluto matrimo. quod arguit nuptias, quanto citius fieri debere, vt & citius mulier prægans reddatur, & pariat, quare si testator legauit ei dotes suas, id fecit vt nubere posset quandocunque vellet intra annum, vel post annum,
24 † Adiuuat hanc interpretationem qualitas legatarii. Nam legatum vxori factum reperitur, & quidem dilectissimæ, prout sic eam testator nominauit, propter quod plenius venit interpretandum. l. cum alienam, & ibi notant omnes. C. de legat. l. Aurelius. §. Titius test. ff. de liber. legat. ibi, præsumptio enim propter naturalem affectum facit omnia patri videri concessa, cum similibus per Dec. consilio 289. columna secunda, versiculo octauo, qui de sorore loquitur, & consi. 601. qui de vxore, idemque Corn. ponit consilio 103. numero quinto, volumine quarto, Natta consilio 186. & consilio 296. in fine, Hieron. Alban. consilio 39. numero quinto, & cum prædictis etiam concordat Socin. in l. 1. versiculo secundus casus, ff. de reb. dub. Crauet. citans alios consilio 297. columna prima, & Roland. à Valle referens eum consilio 16. numero 38. volumine ter-
25 tio, † vbi dicit omittendo contrarietatem, & inconstantiam doctorum, qui pro casus occurrentia dicunt, aliquando legatum largè, quandoque verò strictè interpretandum, regulam esse, quòd strictè sit interpretandum, nisi factum sit coniunctæ personæ; tunc enim latè debet interpretari, per l. si seruus plurium. §. final. ff. de legat. primò. Succedit deinde testator, & prædicto legato subiicit aliud dicens. & id vltra omnes & quascunque vestes &c. Item,
26 & scutos 500. auri, † quod quidem legatum cum contineat identitatem personarum, scilicet testatoris legantis & vxoris legatariæ, & diuersitatem rerum: quia primò legauit dotem habitam, nunc alias res suas, & oratio, quæ reperitur adiecta per copulam, & per dictionem item, sit imperfecta ratione verbi legauit non repetiti, sequitur, vt induci debeat eius repetitio cum suis qualitatibus, vt est doctrina Bartol. in l. in repetendis. columna final. ff. de legat. tertiò. vbi dat exemplum, si dixerim lego Titio fundum sub conditione, item eidem domum, nam fit repetitio lego sub conditione, sequitur Gozadin. consi. 19. nu. 13. meritò & in casu nostro, verba prædicta, & id vltra vestes scutos 500. debet indu-
cere

cere repetitionem verbi legauit, cum qualitatibus suis, videlicet causa nubendi pro libito intra, vel post annum, prout in præcedenti legato
27 de dotibus facto † rursus prosequitur idem testator dicens. Item, & eidem dominæ restitui mandauit ea bona mobilia ipsius dominæ, quæ ad eius testatoris manus peruenerũt &c. quod legatum sine dubio nullam habet annexam cõditionem non nubendi intra annum sed potius permissionem, quòd ei restituantur siue velit nubere, siue non intra, uel post annum,
28 † meritò legatum uestium & scutorum 500. intermedium, tanto magis recipere debet declarationem, & à præcedenti, & à sequenti legato, quòd dictæ dominæ præstandum sit, & ei debeatur nubenti, uel non intra, uel post annum luctus. l. si seruus plurium. in fi. ff. de leg. 1. ubi ad declarandũ legatum numorum factum, earum, quæ præcedunt, uel quæ sequũtur summarum scripta spectãda sunt, dicit tex. & ibi not. doctores, quòd præcedẽtia declarãt sequentia, sicut & sequentia declarant præce-
29 dentia. † Hinc Alex. consi. 1. col. 9. uol. 3. dixit ex his, quæ quis dixit ante factum, præsumi animum suum in facto sequuto, sicut & idem Alex. consi. 2. vol. 4. col. 6. uoluit ex sequẽtibus declarari, qualiter quis intellexerit præcedentem dispositionem, sequitur decis. Neap. 375. col. 2. Tanto magis igitur in casu nostro, ubi legatum dotium præcedens & sequens de mobilibus dictæ dominæ tendit ad faciliorem exitũ nubendi, nec nuptiarum continet prohibitionem, sed permissionem dici debet, quòd legatum interpositum de vestibus, & aliis & scutis 500. pari modo debeat interpretari, quare mirum mihi quidem videtur, ꝙ in hoc puncto aliter dubitetur tam claro & aperto.

Nec alterantur præmissa (meo iudicio) per ea quæ prosequitur testator dicens. Rogans ipsam dominam Serenam eius uxorem, ut ea vidua remanente, & vitam castam, & honestam seruante, velit permanere & habitare cum fi-
30 liabus ipsius testatoris. † Nam per ablatiuos absolutos locutus fuit, qui faciunt conditionem. l. à testatore, ff. de conditio. & demon. & not. omnes in rubr ff. solut. matrim. quæ conditio non disponit l. si quis sub conditione. ff. de cond. instit. Dominus meus Riminal. consi. 289. nume. 46. ad denotandum, quòd circa viduitatem, vitamque castam & honestam tuendam nihil disponebat; sed in sua libera potestate relinquebat, rogans (vbi sic faceret) quòd habitare velit cum filiabus ipsius testatoris. Bene subiunxit aliud, quòd mens sua ut supra declarata magis confirmatur, nam dixit, quòd si fecerit & dotes eius, & alia vt supra sibi legata non petierit; eam ali mandauit, ex his enim verbis colligitur, quòd in eius potestate posuit actum secundò nubendi vel non, quorum neutrum faciendo legauit alimenta, faciendò verò secus, ergo voluit eam dotes & legata con-
31 sequi, licet secundò nuberet. † Et licet aliqui voluerint, maritum non posse dare expressè, vel tacitè licentiam vxori nubendi infra annum luctus, quos refert Ioan. de Garo. in dicta l. 1. nume. 63. tamen vt subdit, nume. 65. multi tenent contrarium, quos ipse recenset & sequitur; quia nubere infra annum luctus, non est propriè delictum sed prohibetur pro-
32 pter honestatem † & iniuriam primi mariti anima namque viri defuncti contristatur de secundis nuptiis vxoris. §. quæ verò. in authen. de nup. & vidua dicitur illa quæ honorat maritum, sed illa quæ secundò nubit honorem non seruat, vt ibidem dicitur, quæ honorat defunctum omnino abstinet à nuptiis. Bald. in auct. ex testamento. C. de secund. nupt. colum. 2. Alexand. consi. 63. volumine quinto, Roland. à Valle consi. 81. numero quarto, volumine ter
33 tio, hanc autem iniuriam † potest ille remittere secundum Bald. in l. 1. C. de his, quæ pœnæ no. at secus esset, si mulier nubendò infra annum verè delinqueret; quia testator expressè, uel tacitè licentiam concedendo super hoc dispensare non posset l. conuenire. ff. de pac. dot. l. pacta, quæ contra. C. de pact. cum similibus.
34 † & licet nubere infra annum dicatur contra bonos mores, dicta l. 1. procedit quando mulier nubit contra, vel præter voluntatem mariti; quia tunc facit sibi iniuriam, secus si de eius voluntate, seu licentia; quia cum tunc non faciat sibi iniuriam, argumento l. cum donationis C. de transactio. non dicitur facere contra bonos mores, sicque respondet etiam Dec. in rubric. C. de secund. nupt. columna fi-
35 nal. quem Ioan. de Garo. non allegat † & hanc opinionem veriorem putat Ioann. de Garo. etiam de iure ciuili, tantoque magis de iure canonico, vt per eum, & cum prædictis etiam concordat Bald. in d. l. 1. C. de secund. nupt. Roman. consilio 219. columna secunda, Ias. consil. 53. columna 1. vol. 1. & idem Bald. in l. filium quem habentem. columna sexta. C. famil. erci. vbi quoque Corras. nume. 63. Dec. consil. 620.
36 columna secunda, † & in rubric. C. de secun. nupt. vbi communem testatur, sicut & alios cumulat Roland. à Valle consilio 81. numero 12. volumine tertio, & abundè Anton. Gabri. libro tertio, de secund. nupt. conclusio. prima, numero 29.

Quartò, superuacaneus mihi videtur to-
37 tus hic labor, attento quòd † de iure canonico pœnæ, de quibus in dicta l. 1. C. de secund. nupt. impositæ mulieri secundò nubenti ratione temporis & festinantiæ in odium suum nubendo infra annum luctus sublatæ sunt, licet secus sit in illis pœnis, quæ imponuntur, non ratione temporis & festinantiæ: sed in fauorem filiorum primi matrimonii, de quibus in l. fœminæ, & in l. hac edictali C. de secun. nup. de quibus hic non agitur, quia ex ista Domina & Discaltio primo viro defuncto non

38 sunt aliqui filii, † sed de primis pœnis tantum agitur, de quibus in d.l.1.ꝙ enim tales sublatæ sint de iure Canonico tenet Host. Inno. Ioan. Andr. Henrich. Boich. Butr. Abb. Card. Alex. &
39 omnes in c.fi. de secund. nupt. qui dicunt, † ꝙ est communis opi. & nedum canonistarum, sed etiam legistarum, vt inquit Abb. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. col. 6. de constit. vbi pariter Aret. Feli. & Dec. adfirmant, dicentes ab ea non esse recedendum in iudicando & consulendo. idemque tenet Bar. Bal. Ricar. Mal. Ioan. Fab. & Saly. in d.l.1. & Bar. in l. liberorum. ff. de his, qui not. infam. dicens, ꝙ ita fuit obseruatum millies à mortalitate citra, & innumerabiles alii, quos cumulat Ioan. de Garo. in d.l.1. nu. 23.
40 vbi per tres col. in quotis dilatat fimbrias, † & ista communis opinio probatur optima ratione, quam ponit Cast. cons. 366. super primo pũcto videretur. vol. 1. quem variato volumine citat Ioa. de Garo. in d.l.1. in 12. not. & inferius sub nu. 66. Nam licet mulier secundò nubat infra annum luctus, & iniuriam inferat primo
41 marito iure ciuili cõsiderato, † tamen de iure canonico, cum liberè nubat in domino c. pen. de secund. nupt. nullam infert iniuriam primo uiro, postquam data est sibi licentia à lege Apostolica & Canonica, quæ potest tollere iniuriam, & facere, quòd aliquis actus non dicatur iniuriosus. l. iniuriarũ. §. his qui ff. de iniur. Vnde licet lex reputet illum actum iniuriosum
42 Canon tamen secus, † qui debet attendi, quia causa matrimonialis est spiritualis cle. dispendiosam, de iud. & in spiritualibus semper Canones uincũt legẽ, ut not. in c. 2. de reg. iur. in 6. & hinc tollitur unum, quod inquit Conna. in comentar. suis. lib. 8. cap. 7. col. 4. talem licẽtiã mulieri datã liberè cui uelit nubẽdi in dño per Paulum prima ad Corinthios, cap. 7. iuris regula metiri, quia nec patri, nec patruo, nec fratri nec iam consobrino aut consobrini filio se collocare potest, ex quo lege prohibetur. id enim procedit ob sanguinis coniunctionem, quę versatur inter prædictos & mulierem, quę cessat in casu nostro. Nam cũ secundo viro ante nuptias nulla est coniunctio si proponatur extraneus & habilis. iux. l. qui testamento. ff. de testa. Dec. in rub. de iud. & alibi sæpe, vt per Cagnol. in l. vinum. in prin. ff. si cert. pet. nec iure canonico propter secundas nuptias anima primi mariti
43 dicitur contristari, † quia anima lege diuina, siue Apostolica & Canonica regulatur & regitur, non autem ciuili, vnde si mulier non facit iniuriam, seu ingratitudinem non committit hodie etiam nubẽdo infra annum luctus; quia canone permittente ita nubit, non debet ei, vt iniuriam & ingratitudinem committenti auferri legatum vel hæreditas, argumento l. Grac
44 cus. C. de adult. † & vltra Doctores, quos allegat Ioann. de Garo. in d.l.1. addo nouiter Rui. consi. 44. nume. 2. volum. 5. qui fatetur pœnas, de quibus in dicta l.1. sublatas esse de iure canonico, licet quò ad alias, de quibus in dicta l. fœminæ, & similes secus esse. Idemque tenet Alexand. consil. 53. nume. 12. volum. 7. Silua nupt. libr. 2. nume. 78. Bertrand. consi. 47. vo-
45 lum. 1. posteriorum, duo quæruntur † vbi dicit, hanc esse magis communem, & ab ea in iudicando & consulendo non esse recedendum, & si non extent filii ex primo matrimonio, nullam pœnam mulierem incurrere, ex eo, quòd infra annum conuolauerit ad secunda vota, demumque confirmat idem Orati. Mandosius post Roman. in additio. ad eum consilio 182. & Berous consilio 32. numero 12. volumine secundo, adeo quòd hæc conclusio penes omnes est approbata.

46 † Et licet aliqui voluerint distinguere, quòd aut mulier nubit eo tempore, quo possit timeri turbatio sanguinis, & causari incertitudo partus, & tunc pœnæ non sint sublatæ per iura canonica, aut nubit eo tempore, quo cessat suspicio, siue timor turbationis sanguinis, quod est post tres menses à morte primi viri, & tunc secus; vt sic voluerunt Rayn. de Forli. Paul. de Leazar. Butrig. & Bald. in lectu. antiqua. in dicta l.1. & alii quos ibi refert Ioan. de Garo. in
47 dicta l. 1. nume. 24. † tamen, vt ille subdit Abb. & alii in dicto cap. fina. & in dicto capitu. Ecclesia Sanctæ Mariæ. reprobant talem distinctionem; passim communem tenentes; quia generalis & libera permissio Apostoli, non patitur illam restrictionem, multosque refert Ioan. de Garon. ita tenentes, & in specie Petrum de monte. in §. si verò altera, in auth. de nupt. qui dicit, quòd opinio prædictorum communiter non tenetur, & quicquid sit sumus extra dictam distinctionem; quia domina Serena dum nupta fuit Discaltio, nunquam reddita fuit ab eo prægans. Item diu fuit legatus apud Maximilianum Serenissimum Imperatorem, & reuersus domum erat infirmus grauiter; ita quòd decessit, & ob id impossibile est, quòd timor turbationis sanguinis esse potuerit nubendo secundo loco, etiam si rem cum se
48 cundo viro habuisset. † Et hoc considerat Vincent. Herculanus in disputa. inci. Perusinus quidam. colum. 82. versic. tertiò facit, quem refert Neuizan. in Silua nupt. libr. 2. titul. viduæ non est nubendum. nume. 48. Quare concludendo, si domina Serena non subiiceretur pœnis dictæ legis primæ, casu quo verè nupsisset, multo minus cum neque nupserit, nec etiam sponsalia contraxerit.

49 † Quintò & vltimò, non omitto dici posse, ꝙ hæredes Discaltii sciuerũt, hanc dominã Serenam uoluisse nubere, fuerũtque præsentes tacitui manus, & successui totius rei notitiam habuerunt, uel expressè, uel iuris præsumptione, ueluti simul habitantes, & communiter uiuentes, cum dicta domina Serena. l. consensu. §. serui. C. de repud. l. ad instruendum. ff. ad administ. tut. Bal. consi. 295. Petrus Lombardi. col. 1, vol.

vol.3.Ancha.consi.170. principaliter. col.fin. Aret.conf.290.col.4.uer.aliquãdo tutor.Soc. conf.264.colum.5.uer.confirmatur hoc,idem Craue.consil.26.col.2. & illa uixit postea per aliquot dies antequam infirmaretur & decederet, & tamen non mouerunt illi controuer
50 siam de priuatione dicti legati, † quibus infertur, quòd de uoluntate eorum dicitur dominam Serenam id fecisse, & propterea pœnas aliquas subire non debet, iuxta glo. notab. quam commendat Ang. ueluti singularem in auth.de non eli.secundò nub.in uer. copulantur.Dicunt enim,quòd mater secundò nubẽs non incurrit pœnas inductas in fauorem filio-
51 rum quando nubit eis uolentibus, † & ideo monet Ang.aduocatum, quòd consulat matri secundò nubenti, quòd faciat filios consentire tali matrimonio, sic enim pęnas omnes euitabit, sequitur Rolan. à Val.in allegato consi.81.num.10. uol. 3. & abundè plures alios cumulat Anton.Gabriel.in dicta conclu. 1.de secund.nupt.nu.33.

52 † Et hanc partem tenendo non obstant contraria.Namque ad primum dico, quòd tex.in d.l.1.nõ loquitur simpliciter de muliere, quæ non præstiterit priori uiro religionem, sed addit festinatione nuptiarum, & sic illa religio non seruata, quæ pro honestate sumitur,intelligitur demum secutis nuptiis, & sic contracto matrimonio, igitur quamdiu sumus ante illud
53 dici non potest honestatem non seruari, † nec pœna priuationis apposita in casu secuti mr̃monii debet habere locum in casu nõ secuti, quia pœna priuationis locum non habet,nisi in casibus expresſis.glo.& Doct.in c.fin. de iure patro.tex.in §.cum igitur.in auth. de non elig. secundò.nu. & per illum tex.Bald.in auth.ex testamento.col.pen.C.de secun.nupt.uer.modo iux.prædicta,Alex.in l.etiam.§. licet. col. 2. ff. solut.matr. Dec.cõs.90.col.2. Dominus meus Rimin.conf.74. nu.10.& conf.94.num.55. Paris.conf.97.nu.88,uol.1.cum simil. meritò de uno casu ad alium non debet fieri extensio.

54 † Ad secundum uerò,quòd d.lex prima fuerit inducta ad corrigendos malos mores, dico id esse uerum, sed nego hic esse malos mores non secuto matrimonio, ꝙ probatur ex not. per Bal.Ang.& Castr.in auth. cui relictum.C. de indic.uid.toll.ubi ponunt quęstionem,quãdo duo contraxerant matrimonium per uerba de pręsenti, sed non fuerat secuta copula, nec mulier traducta, & sponsus præcedens legaue
55 rat quid mulieri, si non nupserit alteri † nunquid talis conditio sibi remittenda erit, ut nubere posſit,& legatum consequi, concludunt, quòd sic: quia dicta mulier, quæ remansit uidua & uirgo propter immaturam mortem spõsi, iterum nubendo non facit contra bonos mores,postquam primũ maritum experta nõ fuit,sequitur Dec.in rubrica.C.de secun. nup. col.1.sic igitur in casu nostro dicamus, quòd ex quo domina Serena uirum secundum non fuit experta,solo tactu manus litera recepta, qua coniunx uocaretur, aut osculo sibi dato,
56 non dicitur contra malos mores uersata † Præterea, mali mores considerantur in dicta lege prima, respectu matrimonii secuti & consumati,non autem aliter,igitur attendi non debent eo non secuto, probatur ex doctrina Ang. & Castr.in d.auth.cui relictum,qui dant exemplum de muliere corrupta, & luxuriosè uiuente, quæ tamen maritum non duxit, cui factum fuit legatum si non nupserit.Volunt enim sibi conditionem remitti, & iuri prisco standum esse non autem illius tex.qui loquitur de secũdis nuptiis,& ideo non debet ad alium casum extendi. Sicut enim mulier illa consequitur legatum, licet contra bonos mores uersata fuerit,ita pariter hic, cum secundum uirum non duxerit, posito, quòd ex his, quæ tantum proponitur fecisse,diceret̃ fuisse malè morigerata.

57 †Ad secundum respondetur, quòd loquitur de osculo luxurioso collato mulieri, nec uxori nec sponsę de præsenti, nec futurę dantis illud,at hic secus. Item dubia redditur illa cõclusio, quando constat, non esse secutum adulterium, prout Dec.& alii plerique tradunt in locis memoratis,& ibi latius dixi. sicque procedit etiam casus noster: quia clarum est hic non interuenisse matrimonium, neque copulam fuisse secutam, meritò casus ille non me-
58 retur adduci.† Vlterius per tactum manus,oscula, amplexus, uocationem coniugis & mariti,tunc demum fit transitus ad matrimonium, quando præcesserunt spõsalia de pręsenti quò ad uerba, de futuro uerò iuris interpretatione,aliàs secus,ut per Abb.in c.fin.de spon.latè Dec. conf. 368. cum pluribus cumulatis per Fanut.de Fanutiis in tract. de lucr.dot.Glo.2. uer.nupta.num.10.At hic nulla sponsalia pro cesserunt, meritò de matrimonio agi non põt.

59 Ad quartum & ultimum respondetur, quòd illa regula legis pen.ff.de testa.mil.procedit in fauorabilibus,nõ autem in pœnalibus & odiosis,in quibus sermones strictè sunt interpretãdi,ut declarat Bal.in l.1.col.pen.ff.solu.matri. Vnde si Episcopus excomunicat Doctores nõ disputantes, non includuntur licentiati. Meritò cum tractetur hic de pœna priuationis,nõ idem iuris esse debet de muliere propinqua nu
60 ptiis,sicut de nupta.† Præterea, si sufficeret ad priuationem dicti legati, quòd dicta mulier habuisset animum effectualiter se copulandi secundo uiro,sequeretur,quòd affectus suus puniretur ac si fuisset effectus sequutus, quòd non admittitur in delictis non atrocioribus,ut per Saly.in l.si quis non dicam. C. de Epis. & cler.Card.in c.1.de eo, qui mitt. in poss. Gemi.in c. gratia, prima q. 1. Vnde tanto minus hic, ubi non dicitur uerè delictum, ut not.
61 in d.l.1.C.de secun. nupt. † item nec quando ciuiliter agitur, ut per gl.& Bal.in l.si institerit.

rit.C.si.regun.Saly.in l.si is quis cum telo.ff. de sicar.Fely.in tract.conat.& Mar.in l.qui falsam,nu.30.& 33.ff.de fals.

Quare tandem sublatis omnibus contrariis apparet hanc mulierem non amisisse dictum legatum,& hæredibus suis illud de iure deberi, prout sic declarari petitur.

*Hippolytus Rimin.Ferrar.*

## Pro Excellente Iur.consulto D. Ruberto Pendalea.

### ARGVMENTVM.

De legitimatione collata per Comitem Palatinum in personam & ad bona non subiecta Summo Pontifici vel Imperatori, in terris tamen eis subiectis ratione feudi, quando & quomodo valida censeri debeat.item de iuribus filii legitimati contra testamentum paternum & eius nimis durã volũtatẽ.

### SVMMARIVM.

1 *Comes palatinus imperialis legitimare potest in terris Ecclesiæ vel Pontificis in terris Imperij viuente patre.*
*Quando legitimandus est subditus alioquin secus.2.4.5.*
*Sed quòd passim possit tenet auctor.19.*
*Et est magis communis conclusio.21.22.*
*Nec ab ea recedendum.23.*
*Maximè quando legitimatio Imperialis iungitur Apostolicæ.24.*
3 *Dux Ferrariæ & Mantuæ sunt in terris suis loco Papæ & Imperatoris.*
6 *Legitimatio sine consensu Principis vbi bona sunt sita non ualet.10.11.*
*Sed contra per auctorem post alios.28.*
*Et maximè stante cosuetudine.26.*
*Et Salycetus & Alexander damnatur.31.*
7 *Legitimatio cum sint iurisdictionis non est prorogabilis ex consensu partium.*
*Et an sit iurisdictionis voluntaria simpliciter aut quo respectu.8.9.*
12 *Papa potestatem habet legitimandi.*
13 *Imperator habet potestatem legitimandi & eam alteri comittere potest sicut & Papa.14.15.*
14 *Legitimatio dicitur donum Principis & nullius inferioris.*
16 *Factum ex concessione Pontificia vel Imperiali factum censetur à Summo Pontifice vel ab Imperatore.*
17 *Instrumentum dicitur probatio probata.*
*Et illud legitimationis habens dicitur habere intentionem fundatam.*
*Adeo quòd opponenti incumbit onus probandi contrarium.18.*
20 *Legitimandi auctoritas non coheret territorio.*
25 *Statutum Ferrariæ quòd legitimati non succedant,declaratur.*
26 *Legitimationes ex consuetudine obseruata debent sustineri.*
27 *Actus exerceri potest in alieno territorio ex consuetudine.*
28 *Priuilegium Imperatoris,quòd descendentes ex fœmina admittantur,non tendit in præiudicium domini feudi & de ratione.29.*
30 *Princeps non potest aliquẽ priuare feudo sine culpa.*
32 *Intellectus.c.per uenerabilem qui filij sint legiti.33.*
34 *Legitimtio facta sine consensu Principis domini immediati valet eo non opponente.*
*Et quando subest alia persona quæ præferreretur ipsi Domino.35.*
36 *Legitima debetur filio legitimato. Eiq; suplementum legitimæ debetur.37.*
*Et in ea non computantur feudalia.38.*
*Sicut nec ex fideicommisso debita 39.*
38 *Feudum non computatur in legitimam.*
39 *Fideicommissum non computatur in legitimam.*
40 *Lex cum auus.ff.de cond.& de.non procedit in collateralibus.*
*Nec quando de filijs fuit cogitatum.41.*
*Et quando hoc uerificetur 42.*
43 *Legitima non admittit aliquod grauamen.*
*Vt quòd computentur in ea bona aliunde debita filio.44.*
*Nec fideicommissum.45.*
*Et pariter ex illa reijcitur prohibitio alienationis.46.*
47 *Clausula quòd filius sit contentus & nihil plus petere possit non obligat eum quò ad legitimam.*
48 *Filius petendo suplementum legitimæ non dicitur impugnare testamentum.*
49 *Legitima filio debetur ex legis dispositione.*
50 *Filius præsumitur gratus.*
51 *Legitimatio non retractatur ex superuenientia aliorum filiorum post eam.52.*
*Et maxime si de illis fuerit cogitatum.53.*
54 *Relictum filio quando non dicatur contemplatione patris relictum.55.*
*Vt quando relinquens non tenebatur præstare.*
*Et quando pater erat diues.56.*
57 *Hæres non conficiens inuentarium nunquid perdat Trebellianicam profundus articulus.*
*In quo distinguit auctor.58.*
*Et ratione probat distinctionem.59.60.*
61 *Fructus annorum 20.ascendunt ad valorem.rei.*
*Et computantur in Trebellianicam præter filios primi gradus 62.*
*Quæ sententia receptior est 63.*
64 *Princeps potest legitimare filium spurium ad feuda in præiudicium agnatorum.*
65 *Legitimatus à Comite Palatino Principis dicitur à principe legitimatus.*
66 *Papa legitimare potest ad bona emphiteuticæ ecclesiæ.*
67 *Beneficium principis est latissimè interpretandum.*
68 *Legitimandi potestas data uidetur ex uerbis generalibus.*
69 *Legitimatus concurrere debet cum legitimis & natur.*

*Pater*

70 *Pater non potest ius in feudo quæsitum vel in alijs bonis auferre.*
*Nec etiam princeps.* 71.
72 *Actus regulatur à voluntate & potestate & ab illis cannonizatur.* 73.

## CONSILIVM CLVI.

*Auxilium meum a Domino.*

LEGITIMATIO, qua nititur magnificus & Excellens dominus Rubertus Pendalca dubitabilis in primis uidetur, licet facta proponatur uiuente domino Bartholameo patre suo, suoque mandato, per nobiles de Campegiis Bononiēses Comites Palatinos Pontificios & Imperiales, quoniam collata fuit in personam ipsius domini Ruberti, nec Romano Pontifici, nec Imperatori subiectam, & ad bona pariter eisdem principibus minimè suposita, nec in eorum ditionibus posi-
1 ta † quod enim dicitur, Comitem Imperialem legitimare posse in terris Ecclesiæ, uel Pontificium in terris Imperii uiuente patre secundũ Bald. in proœmio Cod. col. pen. uers. iuxta hoc quæro. Castr. consi. 220. visa quadam disputatione col. 2. cons. 228. dubitatur primò, Cuma.
2 cons. 168. † procedit & intelligitur, quando Comes Palatinus hoc fecit extra territorium inter subditos, secus si legitimatus sit non subditus, ita not. Bal. in l. 1. C. de iure aure. anul. & tradit Petr. de Pennis in cons. incip. Hieronimus, cum similibus, de quibus prosequitur Corn. cons. primo col. 6. uers. nec obstat quod ultimò. uol. 3. & cons. 9. col. 3. uol. 4. Dec. cons. 150. col. pen. cons. 557. ad finem, latè Paris. consi. 2. col. 2. uol. 2. & Soci. iun. cons. 100. nu. 22. uol. 2. & licet ciuitas Ferrariæ sit infeudata per Summum Pont. Illustrisimo Duci Ferrariæ, sicut & ciuitas Mantuæ per Imperatorē
3 Illustrisimo Duci Mantuæ. † tamen cum utrique sit in suos subditos omnimoda Potestas data, dictique Duces loco Papę, uel Imperatoris sint constituti, ut in terminis scribunt Cur. Iun. consi. 188. nu. 22. & consi. 219. nu. 70. Menochi. cōs. 92. nu. 32. & de aliis perpetuis Vicariis inuestitis, Cast. cons. 34. col. 2. uol. 2. Alex. cons. 1. col. 8. uol. 5. Soc. cons. 3. col. 5. cons. 66. col. 6. vol. 3. Dec. in c. pastoralis. col. 2. de app. cons. 191. col. 2. Cur. Iun. cons. 1. col. 10. uers. Duces enim, Calca. cons. 2. col. 8. cons. 7. col. 16. cons. 67. col. 2. Cra. cons. 135. col. 2. Dec. cons. 403. col. 2. Andr. Sicul. cons. 34. col. pen. vol. 2. Cur. sen. cōs. 48. colum 10. Bertran. cōs. 156. nu. 4. vol. 3. Rip. lib. 2. respō. cap. 3. Ias. cōs. 101. nu. 2. uol. 4. Cur. Iun. cons. 61. nu. 9. cons. 100. nu. 3. Paris. cons. 1. nu. 25. vol. 1. Bru. cons. 3. col. 2. Soc. Iun. cōs. 76. col. 1. vol. 3. Alex. cōs. 2. nu. 25. uol. 1. Rui. consi. 200. nu. 2. vol. 2. & consi. 130. nu. 20. uol. 5. Afflic. in c. 1. uer. & bona comittentiũ. nu. 21. quæ sint rega. Soc. Iun. cōs. 126. col. 2. uol. 3. & consi. 75. col. 2. volu. 4. Rol. à Val. consi. 86. nu. 13. uol. 1. Natta cons. 661. nu. 18. Senat. Pedemon. decis. 155. Hiero.
4 Gabriel. cons. 163. nu. 18. † non potuerunt dicti Comites Palatini legitimare ipsum dominum Rubertum non subditum, & ad bona non subiecti Romano Pontifici, nec Imperatori, licet sita in dominio dictarum ciuitatum ab eis infeudato, ut signanter determinat Cur. in dicto cons. 73. nu. 28. uers. quintò principaliter quem sequitur Soc. Iun. mox allegatus, Ceph. cons. 23. nu. 77. Paris. cons. 1. nu. 97. uol. 1. & Rol. Val. cons. 88. nu. 31. uol. 1. & cum prædictis concordat ante ipsos Anch. cons. 320. col. 2. & Ias. consil. 70. col. 2. uol. 3. Demumque latè Alciat. responso 206. qui loquitur in terminis legitimationis factæ Ferrariæ per Comitem de Campegiis, qualis proponitur ca-
5 sus noster, † & idem ponit in alterius Comitis legitimatione responso. 201. col. 3. nu. 22. uolens Papam in bonis existentibus Ferrariæ, cū sint sub dominio Ducis, non posse disponere de plenitudine potestatis, quia illam nō habet sed transtulit in Ducem reseruato sibi certo censu, ut per eum.
6 † Secundò periculosa uidetur ex alio dicta legitimatio, quia dominus Bartholameus pater dicti domini Ruberti in eius legitimatione non potuit se subiicere iurisdictioni alterius Principis, uel Comitis legitimantis sine consensu Illustrisimorum Ducis Ferrariæ & Mantuæ, sub quorum dominiis bona sunt sita, tex. est ad hoc multum notabilis in c. per uenerabilem, qui fil. sint leg. quem duobus in locis Abb. signanter notat, primò quidem col. 3. nu. 11. dicens, quòd ibi est tex. multum singularis
7 in uerbo iurisdictioni nostræ, † quòd legitimatio, quæ est iurisdictionis, non est prorogabilis ex consensu partium in eo, quod Papa ibi dicit, quòd Rex Franciæ potuit se subiicere iurisdictioni Papæ, quia non recognoscebat superiorem in temporalibus, sed nobilis suplicans in eo textu erat subiectus alteri, ergo manifestè colligitur ex illo textu, & alibi non ita benè probatur, quòd pater non potest in legitimatione filii se subiicere iurisdictioni alterius Principis, uel Comitis legitimātis sine consensu sui Domini, similiter idem Panormitanus inferius col. 5. nu. 23. dicit, se indistinctè tenere, quòd iurisdictio legitimandi non sit prorogabilis per patrem, per tex. apertum ibi. Vers. insuper, ubi pater supplicãdo petebat, quòd Papa legitimaret filios suos, sicut legitimauerat filios Regis Franciæ, & Papa inter cætera respondet, quòd Rex Franciæ nō recognoscit superiorem in temporalibus, ideo potuit sine iuris alterius læsione se in eo subiicere iurisdictioni Papæ, sed ille pater Nobilis suplicans erat alteri subiectus, ergo apertisimè

mè probat ille tex. quòd alteri ſubiectus non
poſsit .in legitimatione prorogare iuriſdictio-
8 nem alterius etiam Principis. † Et ſubdit Abb.
duplicem rationem quatum ſecunda confert
ad rem noſtram, dicit enim, quòd licet legi-
timare uideatur eſſe iuriſdictionis uolunta-
riæ eo reſpectn: quia exercetur in uolentem,
& filius inuitus non poteſt legitimari, ne co-
gatur tranſire in poteſtatem patris. §. genera-
9 liter. in auth. quib.mod. natu. effi. ſui. † Ta-
men alio reſpectu iſta poteſtas, ſeu iuriſdictio
legitimandi, non eſt purè uoluntaria, quate-
nus excludit agnatos, qui ſuccederent ab inte
ſtato. Vnde Imperator, qui non habet iuriſdi
ctionem in terris Eccleſię, nō poſſet hoc pręiu
ditium afferre non ſubiectis ſibi, & tollere ho-
norem reſeruatum Principi. Ita reſsidet Abb.
loco memorato, quem ſecutus Iaſ. conſ. 70. col.
10 3. uol. 3. † inſert ad caſum ſuum de legitima-
tione patris Paduani, qui fecerat legirimare fi
lios ſuos à Comite Palatino Imperiali, & id
facere non potuerit, & ſe ſubmittere iuriſdi
ctioni illius Comitis legitimantis, ſine conſen
ſu Illuſtriſsimi dominii Venetorum, & cum
prædictis etiam tenet Rolan. à Val. conſ. 88.
col. fin. ponderans ad hoc ulterius Alex. conſ.
11. col. 3. uol. 7. ubi dicit, illam eſſe commu-
nem, quòd quando legitimatio eſt facta ad in-
ſtantiam patris uiuentis, & cum licentia do-
mini Loci, ubi fit legitimatio valet, ergo ſecus
ſine licentia, prout arguit Rolan. qui & ad
hoc inducit dictum conſilium Cur. 73. ſupra ci
tatum, idemq́ue uoluit Cuma. conſ. 168. col. 3.
Affli. in tit. ſi de feud. fuer. contro. §. natura-
11 les. nu. 12. Capr. conſ. 2. col. 4. & 5. † Soci. Iun.
conſ. 100. col. 9. uol. 2. qui dicit, hanc eſſe ma-
gis communem, Dec. conſ. 150. nu. 5. & conſ.
557. col. fin. Didac. Couar. in Epitom. par. 2.
cap. 8. §. 8. nu. 74. Meritò concludendo, cum
non interuenerit licentia Illuſtriſsimi Ducis
Ferrariæ, neq́ue Mantuæ, quibus ſubiectus
erat dominus Bartholameus pater dicti domi-
ni Ruberti, ſicut & ipſe dominus Rubertus ori
ginis reſpectu Duci Mantuæ, Domicilii uerò
Duci Ferrarię, ſequitur, ut dicta legitimatio
iuribus nequaquam ſubſiſtat, & ita non proſit
ipſi domino Ruberto.

12 † Iſtis tamen non obſtantibus arbitror eam
ualere ſuffragariq́ue debere domino Ruberto
Nam clarum eſt, ſummum Pontificem legiti-
mandi poteſtatem habere, caſus eſt in d.c. per
uenerabilem, ubi loquitur de ſuplicanre ſum-
mo Pontifici, quòd filios ſuos dignaretur le-
gitimationis titulo decorare, ut ſuccederent,
nec obiectio natalium ſibi noceret, cui reſpon
det Papa, quod ſuper hoc Apoſtolica ſedes plenā
habeat poteſtatem ex illo uideri, quòd diuer-
ſis cauſis inſpectis cum quibuſdam minus le-
girimè genitis non naturalibus tantum, ſed &
adulterinis diſpenſauit, ſic ad actus ſpirituales
illos legitimans, ut poſsint in Epiſcopos pro
moueri, ex quo ueriſsimilins creditur & pro-
babilius reputatur, ut eos ad actus ſeculares
13 ualeat legitimare † idem planè dici debet de
Imperatore. Nam & is habet poteſtatem legi-
timandi, ut in auth. quib. mod. natu. effic. ſui.
& quib. mod. natu. effi. legi. Docto. in l. Gallus.
§. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſth. Pariſ. cōſ.
14 3. uol. 2. † & illam poteſtatem alteri commit-
tere poſſunt, Bal. in l. 1. ff. de tuto. & cura. & in
l. cum filius. ff. de mili. teſt. doctores in d.c. per
uenerabilem. Dec. conſ. 288. col. 2. Iaſ. con. 68.
col. 5. uol. 3. quoniam licet legitimatio ſit de re
ſeruatis Principi. §. fi. in auth. quib. mod. natu.
effi. ſui. c. per uenerabilem, verſ. inſuper. qui fil.
ſint. leg. l. qua in prouincia. §. diuus. ff. de rit.
nup. Bal. in l. 1. C. de iur. aur. anul. ubi dicit, quod
legitimatio eſt donum Principis & nullius in-
ferioris, ſequitur Natta conſil. 606. nume. 40.
15 † tamen poteſt per eum alteri demandari. c.
prudentiam, de offi. deleg. Alex. conſ. 138. col.
1. uol. 1. Rolan. à Vall. conſi. 89. nu. 7. uol. 1. &
conſ. 4. nu. 18. uol. 3. poſt Pariſ. conſ. 2. nu. 7. &
conſ. 12. nu. 131. vol. 2. Vnde cum nobiles de
Campegiis habeant auctoritatem à Papa. &
Imperatore legitimandi, dicendum eſt, quòd
potuerint legitimare dominum Rubertum uir
tute poteſtatis ſibi conceſſę ad inſtantiam pa-
16 tris ſui, † quia quicquid fit ex conceſsione pō
tificia, uel Imperiali, factum cenſentur ab ip-
ſo Summo Pontifice, & Imperatore c. hi qui
auctoritate, de pręb. in 6. Bal. in l. 2. col. 7. q. 18.
C. de ſerui. & aqua. Iaſ. conſ. 117. col. 4. in prin.
uol. 4. & ita in prædictis latè tenet, & conclu-
dit Pariſ. conſ. 10. nu. 114. cum ſequenti. uol. 2.
17 † & cum dominus Rubertus habeat inſtrumē-
tum ſuæ legitimationis, quod dicitur proba-
tio probata, ſecundum Bal. in l. intereſt. ult.
notab. C. de ſolutio. Dec. conſ. 36. col. 2. conſi.
423. col. 2. conſ. 682. col. 1. Cur. iun. conſ. 109.
col. 7. Iaſ. conſi. 124. in princ. uol. 1. conſi. 137.
col. 3. in fin. uol. 3. dicitur habere fundatam in-
tentionem pro legitimationis ſuæ ualiditate,
18 † adeo quòd opponenti in contrarium incum
bit onus probandi, prout in terminis dicit Go
zad. conſ. 98. nu. 11. Dec. conſ. 462. in princ.
facit, quod uoluit Iaſ. conſ. 184. col. 2. uol. 3.
Vbi dicit, quòd quando eſt dubium de ualidi
tate, uel inualiditate legitimationis, in dubio
debet interpretatio fieri ualiditatis, ut actus
ualeat, & nō pereat per regulam l. quoties. ff.
de reb. dub. & cum prædictis etiam concordat
Rol. Val. conſi. 61. nu. 28. col. 1.

Et hanc partem tenendo non obſtant con-
19 traria † Namq́ue ad primum de legirimatio-
ne facta extra territorium Summi Pontificis &
Imperatoris in perſonam non ſubditam, & ad
bona non ſuppoſita dictis principibus, & ob id
inualida, reſpondetur, quòd Immo impe-
rator & Papa ubiq́ue locorum, & in toto orbe
legitimare poſſunt non ſubditos, & ad bona
non ſubiecta, pariq́ue modo Comes Palatinus

ab

ab eis deputatus,ut firmat Bal.consi. 288. re-
20 spondendo ad dubia,col.1.uol. 5.† ea ratione,
quia talis auctoritas non cohæret territorio, ut
tradit Ioan.Andr. relatus à Bar. conf. 75. uiso
in fin. idemque tenet Calder. conf.3. in titu.
qui fil.sint leg. Ioan. de Anan. consi. 29. uisa
col.2. Angel.conf.29.ex themate, & Castr.
consi.130.dubitatur, & omissis pluribus,quę
21 dici possent,† magis communis conclusio se
habet: quòd quando legitimatio fit uiuente
patre & petente, prout facta fuit præsens le
gitimatio, ualida sit & firma, licet facta sit in
nō subditum, & extra territorium; & concer-
nat successionem bonorum minimè subiecto-
rum iurisdictioni legitimantis, ut expressè tra
ditur in decisionibus superius adductis,sicque
testatur Paris.abundè loquens conf.1.col.2.&
conf.10.nu.118.uol.2. post Ant.Rosel.Mart.
Laud.Petrum de Vbal. Præposit.Capram, So-
ci.Castr.& Decium locis per eum cumulatis
demumque citat etiam Crottum in l. Gallus.
22 §.& quid si tantum, col.fi.† qui testatur, hanc
esse magis communem sententiam, & idem
tenet Iacob.Emil.conciuis noster consi. 132.
nu.7.Præposi.in d.c.per uenerabilem. nu. 71.
Rosel.in tract.de legit.per rescriptum nu. 15.
Bal.in 1.constit. Cod.col.fin. Nicol.de Vbal.
in tract.de succes.ab intest.num. 106.&alii,
quos cumulat Hieronimus Gabrielius consi.
29.nu.2.dicens esse magis communem, & te-
nuisse Rotā,ut in manu scriptis testatur Achil.
decis.186.demumque Io.Pau.Lancellot.conf.
176.nu.27.inter consilia diuersorum ad cau-
23 telas ultimarum uoluntatum † concludens ab
hac opinione,quæ tot, at tantorum doctorum
testimoniis probatur communis, non esse re-
cedendum ullo pacto, maximè in casu suo,cui
24 noster ad unguem est conformis,† ubi legiti-
matio Imperialis iungitur legitimationi Apo
stolicæ, ita ut iurisdictio imperialis in perso-
na domini Ruberti dicatur exercitata quodā-
modo uolente Summo Pontifice, parique mo
do uidetur Summus Pontifex contentus fuis-
se, quòd Imperator suam iurisdictionem exer
ceret in terris Ecclesiæ:quo casu concludit Lā
cel.ille,quòd omnes doctores tenent indubi-
tanter legitimationem ualere.
25 † Quò uerò ad secundum de legitimatione
facta sine licentia & consensu Ferrariæ Ducis
& Mantuæ, considerandum est imprimis statu-
tum.Quòd legitimati non succedant, dispo-
nens nullum legitimatum succedere debere,
nisi legitimatus fuerit de uoluntate, aut con-
sensu expresso patris, de cuius hæreditate tra-
ctatur,ex eo nanque quòd requirit consensum
patris ad ualiditatem legitimationis, colligi-
tur consensum Principis non esse neccessariū,
per regulam.l. cum prætor. ff. de iud. Verum
respectu Ducis Mantuæ,ubi forte tale statutū
26 non uiget.† Dico secundo loco, quòd dicta
legitimatio debet reputari ualida stante con-
suetudine perpetuò obseruata, & quæ est in
uiridi obseruantia tam Ferrariæ, quàm Man-
tuæ, quòd nobiles de Campegiis sæpius fece
rint legitimationes personarum & bonorum
in dictis locis existentium; quæ non habuerūt
præambulū consensum,siue licentiam dictorū
Ducum, & tamen pro ualidis obseruatæ fue-
runt, & secundum eas extitit iudicatum &
27 executum, † quo stante potuit in alieno terri-
torio talis actus exerceri,ut habetur in l.3.§.fi.
ff.de testi.Bal.in c.1.de testi.cog. Ias. in l. fin.
col.3.limit.12.ff.de iurisd.omn.iud. Ita respō
det Paris.in allegato consi.1.col.3.& consi.10.
nu.124.uol.2. Tertio posito, quòd dicta con-
28 suetudo non esset probabilis, † addi potest, ꝙ
illa conclusio de licentia Principis immediati
neccessaria, eaque remota legitimationem nō
ualere, quæ fuit opinio quoque Salyceti in
auth.item si quis.col.2.C.de natur.lib.pericu-
losa est: nam contrarium tenet Cur.Iun.conf.
1. nume. 30. & consi.157. num. 24.Soc. inter
consilia Bruni consil.10.& sentit Alex. consi.
2.uol.1.quos omnes refert Alciat.respon.171.
col.2.inquit enim Cur.Iun.loquens de priui-
legio Imperatoris, quo descendentes ex fœ-
mina admittebantur ad successionem feudi,&
opponebatur, quòd hoc facere non poterat in
præiudiciū inferioris domini, qui sub se suos
uassallos habebat, de cuius exclusione tracta-
29 batur in eo priuilegio, † quòd ex tali priuile-
gio non tractatur de priuando dictum inferio-
rem dominum: cum descendentes ex fœmi-
na remaneant uasalli dicti domini inferioris
& sic solum ab eis remouet obstaculum, quod
30 impediebat eos succedere.† vnde subdit Cur.
quòd magna est differentia,an Imperator, qui
semel aliquem de feudo inuestiuit, uelit eum
priuare sine culpa, & dicendum est, quòd ne-
quaquam,an uerò non priuato domino infe-
riore, elit aliquid disponere circa uasallos in-
ferioris domini, præcipuè eos habilitando, &
ab eis obstaculum tollendo & hoc facere pos-
31 sit.† Vnde concludit Curt.sibi nunquam pla-
cuisse dictum Salyceti supra relatū & per Ale.
conf.60.uol.2.qui tenebat, Imperatorem non
posse legitimare filium spurium in præiudiciū
domini inferioris,quam opinionem tenuerūt
aliqui moderni in suis tractatibus legitimatio
num,quia ex prædictis manifestè confunditur
& quoniam prædicti non respondent ad tex.
in allegato c.per uenerabilem, in quo tantam
32 uim constituit Abb.in duobus locis, † dico
breuiter quòd licet Papa dicat ibi, quòd
cum Rex ille superiorem non recognosceret
potuit se subiicere iurisdictioni ipsius Papæ in
legitimandis filiis suis, & inde sequatur,quòd
aliàs recognoscens superiorem, non possit se
33 subiicere iurisdictioni Papæ, † non tamen in-
de sequitur, quòd si id faciat, Papa non possit
filios illius legitimare, immò uerò supra per-
mittit Apostolicam sedem super hoc plenam
pote-

potestatem habere, & ex fine colligitur, ubi dicit Summus Pontifex, petitioni tuæ non duxi mus annuendum, quæ uerba non arguunt potestatis, sed uoluntatis defectum. & sic quia noluit legitimare filios illius petentis non autem
34 quia non potuisset, si uoluisset. † Quartò dato quoque (sine ueri præiuditio) quòd uerior esset opinio contraria supra relata, tamen limitari debet per alias regulas magis speciales in hac materia. Et primò ut non procedat, nisi quando ipse dominus immediatus hoc allegaret: quia facultas de hoc opponendi non debet competere tertio, iuxta glo. in l. his consequenter. in princ. ff. fam. ercis. & quæ not. Andr. Sic. in rub. de succes. ab intest. Alex. cõs.
35 209. uol. 6. cons. 126. uol. 7. † secundò ut non procedat, quando subest alia persona, quæ præfereret ipsi domino immediato: quia tunc non uidetur interesse domini. l. lex uectigali ff. de pigno. & has responsiones affert Alciat. in dicto responso. 171. præter alias, quæ casui nostro non accommodantur, sicut ista, uelutì prima, quòd filius legitimus & naturalis non debet opponere de licentia Ducis Ferrariæ, uel Mantuæ non interuenta: quia hoc est allegare ius tertii, quod dicto filio non licet. Item quòd non interest dictorum Ducum, dominum Rubertum ualidè legitimatum censeri, cum si non esset, non per hoc admitterentur illi, sed dictus filius legitimus & naturalis, qui eis præfertur. Hactenus ergo patet, legitimationem domini Ruberti ualidam esse.

Nunc oportet uidere in quo sibi prodesse posśit, stante testamento paterno multum rigoso, sibique ualdè præiudiciali, & in hoc studendo ueritati, quæ in paucis consistit, dico, quòd cum ei dominus Bartholameus pater reliquerit iure institutionis quędam bona, inter quæ proponitur aliqua esse de bonis propriis ipsius testatoris, licet parui momenti, petere potest suplemẽtum legitimæ sibi debitæ in bo
36 nis paternis, † quoniam legitimato filio debetur legitima secundum Bal. in c. de causis. de offic. deleg. & in addi. Specul. in tit. de succes. ab intest. circa fin. Bened. de Plumb. in disput. sua incip. statuto Pisano. Ias. in auth. nouissima. col. 4. C. de inof. testam. post glo. & Salyce tum in auth. si qua mulier. C. de Sacrosant. eccle. Alciat. responso. 335. in princ. Cephal. consi. 117. nu. 7. & consi. 277. nu. 3. idemque tenet & multis probat Alex. consi. 139. uol. 1. & Bero. consi. 57. nu. 40. cons. 136. in prin. cõs. 172. nu. 37. vol. secũdo, Iacob. de Belui. in §. si quis, in auth. quib. mod. natu. effi. sui. Ange. in §. fi. cod. tit. Ial. cons. 154. col. pen. consi. 184. col. pen. & consi. 202. col. fi. uol. 2. Dec. consil. 257. col. 1. Fabia. de Gioch. in auth. nouissima nu. 26. C. de inoffi. testam. Rui. cons. 84. nu. 5. uol. 3. Tiraq. in l. si unquam. uer. susceperit. nu. 79. C. de reuo. donat. Paris. consi. 7. col. 1. uol. 2. cons. 55. col. 1. uol. 3. Rol. à Val. cons. 98. nu. 50. uol. 3. Paulus Lancellotus cons. 176. nu.
37 41. primo libro vltimarum uoluntatum. † Et in terminis nu. 55. ubi dicit filio legitimato cõ petere remedium pro consequendo suplemento legitimæ post Paris. d. consi. 7. nu. 4. & Bero. consi. 136. in princ. Meritò si non integrè sibi relicta est, debet petere posse eius suplementum, iuxta l. omnimodo. C. de inoffi. testam. & in computatione dicti suplementi diligenter
38 est considerandum, † quòd si quid ex relictis domino Ruberto sit feudale, non debet computari in eius legitimam, nam ius legitimæ non cadit in feudalibus, cum deferantur alio iure, quàm hæreditarario, iuxta not. per glos. Bar. & Alc. in l. si patroni. ff. ad Treb. meritò debet accipi super aliis bonis allodialibus, de quibus quis potest disponere. Ita Franc. Marci. quæst. 335. primæ partis, Dec. cons. 269. nu. 15. Paris. consi. 17. col. pen. uol. 2. & Roland. à Vall. consi. 71. nu. 58. uol. 2. minus in dictam legitimam computari debet domus in contrata Sancti Gregorii posita, nec possessio in loco pallionis, & si quæ sunt bona quondam dominæ Bartholameæ de Pendaleis, quoniam fuit in eis grauatus dominus Bartholameus pater domini Ruberti per eam ad illa restituendum ipsi domino Ruberto post mortem ipsius patris, prout in dicto testamento dictæ dominæ
39 patet. † Vnde cum dicta bona capiat dominus Rubertus ex dicto fideicommisso, non ueniũt imputanda in eius legitima, ut declarat Salyc. per illum tex. in l scimus. §. repletionem. C. de inoffi. testam. quem sequitur Ripa in l. in quartam, nu. 135. ff. ad leg. falcid.

Nec dici debet grauamen iniunctum patri domini Ruberti de restituendo illi, si decesserit, intelligendum fore sub tacita conditione, si dominus Bartholameus decesserit sine filiis per l. cum auus. ff. de condit. & demonstr. & l. cum accutissimi. C. de fideicom. qui casus nõ euenit, cum decesserit cum filiis, uidelicet cũ
40 domino Alexandro, quoniam † lex illa procedit in filiis & nepotibus descendentibus grauatis. & non in aliis, qui sint collaterales, ut ponit Alex. consil. 93. uolum. 3. & dominus meus Riminal. consil. 183. nu. 22. quod etiam tenuit Iacob. de Aret. & Raue. Petr. Alber. Ang. & cæteri passim in l. generaliter. §. cum autem. C. de instit. & subst. Imol. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Treb. Soc. in d. l. cum auus. col. 1. & 2. & Hieronimus Zanch. in l. hæredes mei. §. cum ita, nu. 1072. ff. ad Treb. ut talis erat pater domini Ruberti: qui erat filius fratris dictæ dominæ Bartholameæ, prout patet in testamento dicti patris, qui eam suam amitam appellat, & sic sororem sui patris. §. tertio gradu. inst. de grad. ergo dicta tacita cõ
41 ditio non uenit subintelligenda. † Sed & ex alia ratione cessat dispositio dictarum legum quoniam domina Bartholomea cogitauit in

suo

suo testamento de aliis filiis domini Barthola mei patris domini Ruberti, quem instituit, & grauauit, quo casu non procedunt illa iura, prout latè disseruit & probauit Barbat. in l. cum accutissimi. col. 3. q. 5. C. de fideicom. & post eum Tiraquel. in l. si unquam. in princ. nu.
42 63. C. de reuoca. donat. † intelligitur autem testator de liberis instituti cogitasse, si in aliqua parte testamenti de illis fecerit mentionem. l. qui filiabus, & ibi Bal. ff. de leg. 1. sicq; consuluit Raph. quem refert Barb. in d. l. cum acutissiml, & sequitur Tiraquel. in d. princ. nu. 71. & talis est casus testamenti dominæ Bartholameæ, nam postquam instituit & grauauit dominum Bartholomeum de restituendo domino Ruberto si decesserit, subiunxit. & si dictus dominus Rubertus quandocunque decederet sine filiis, dicta testatrix substituit alios filios prædicti domini Bartholamei, & ut latius in dicto suo testamento.

Nec summoueri potest dominus Rubertus à consequendo dicto suplemento legitimæ, quia dominus Bartholomeus eius pater sibi relique rit dicta bona quondam dominæ Bartholameæ cum nonnullis aliis in causam eius, quod sibi deberetur iure naturæ, & omni alio meliori modo, & sub onere fideicõmissi ab illa iniuncti, & quòd debeat remanere tacitus & contentus, cumque prohibitione alienationis quocũque modo sibi relictorum, & non mouendi litem præter sibi relicta contra filios legitimos & naturales ipsius testatoris, & impetrandi quicquam à quocunque Principe, licet imperatore, uel Apostolica sede, per quod uoluntati suæ derogaretur, demumque sub pœna priuationis omnium sibi relictorum libris 25. duntaxat exceptis in casum contrauentionis ipsius
43 domini Ruberti. † Quoniam triuialis est, & clara conclusio, quòd in legitima non potest aliquod grauamen, uel onus imponi c. Raynaldus. §. dilectus de testa. Bald. in l. filium, quem habentem, uer. sed ulterius. C. fam. ercis. & ubi fuerit appositum reiici debet, & pro non adiecto reputatur l. quoniã in prioribus. ff. de inof. test. Ang. consi. 121. Alex. consi. 68. col. 1. uol. 4. duplicato in cons. 3. uol. 7. Dec. cons. 81. in prin. cõs. 218. col. 1. consi. 243. col. 2. Par. cons. 76. col. 3. uol. 2. cum simil. per Roland. à Val. consi. 78. in prin. uol. 1. ubi latius hoc prosequitur. & Bero. consi. 24. nu. 5. uol. 2. & cum prædictis concordat dominus meus Riminal. consi.
44 157. nu. 10. † & in specie grauari non potuit dominus Rubertus ad computandum in legitimam suam bona dominæ Bartholameæ, quæ ueniebant. & illi debebantur extra patrimonium illius domini Bartholomei secundum Salyc. & Ripam, quos supra citaui, quibus & ac cedit dominus meus Riminal. cons. 339. nu. 5. & tenẽt Bar. & cęteri cõmuniter in d. l. in quar
45 tam, ut ibidem Pic. testatur nu. 59. † sicut nec in cis fideicommisso grauari, ut uoluit Castr. consi. 3. col. 3. quem sequitur Dec. consi. 236. col. 2. consi. 269. col. pen. consi. 299. col. 1. & consi. 688. Ant. Gabriel. Roma. in suis conclusionibus communibus lib. 6. sub titulo de
46 legitima conclusione prima † ubi nu. 15. pariter addit, prohibitionem alienationis reiici de legitima, post Bertran. consi. 197. in fin. uol.
47 1. & consi. 173. col. 3. uol. 3. † parique modo dicit quòd illa clausula non ualeat iniuncta filio quòd tacitus & cõtentus esse debeat, nec plus petere possit, post Bertr. cons. 63. col. 2. uol. 1. Dec. consi. 228. nu. 3. & cons. 688. quod & attingit Ias. Corn. & Fabia. de Giocc. in auth. nouissima. C. de inof. test. & alibi sępè Docto.

Nec pœna priuationis iniuncta domino Ruberto in casu contrauentionis attendi debet, quominus ipse suplementum legitimæ pe
48 tere possit, † quoniam filius petendo suplemẽtum legitimæ non dicitur impugnare testamẽtum patris, nec illi contrauenire, ut declarat Bal. in l. cum lege, per illum tex. C. de epi. & cleri. quem refert & sequitur Rui. consi. 40. nu. 9. in fin. uol. 3. Ioan. de Ana. consi. 67. uiso pun-
49 cto. Ias. in l. omnimodo. C. de inof. test. † quorum omnium ratio esse potest, quòd legitima filio debetur & præstatur ex necessitate legis & eius dispositione. l. cum ratio. ff. de bon. dam na. merito ei non potest grauamen imponi. l. si arrogator. ff. de adoptio. sicque Bar. & Fulg. tradunt in auth. excipitur. C. de bon. quæ lib. & post eos Ceph. consi. 189. nu. 8. cum simil. per Ias. in d. l. omnimodo, nu. 5. Vnde dominus Rubertus impunè potest, & securè petere dictum suplementum, non obstante dispositione patris, qui non potuit dispositioni legum derogare, faciendo, quòd locum non haberet in testamento suo. l. nemo potest. ff. de leg. 1.
50 † Nec à suplemento prędicto remoueri debet eo uelamento, quòd dominus Bartholomeus eius pater eum inobsequentem & ualdè ingratum erga se fuisse dicat, cura filius præsumatur gratus, nisi probetur ingratus per hæredes. §. aliud quoque cap. in auct. ut cum de appel. cogno. Ias. post alios in d. l. omnimodo, non autem patris assertioni tantũ ſtãdũ est.
51 † Nec insuper ea ratione: quia tempore legitimationis dominus Bartholomeus careret filiis legitimis & naturalibus, tempore uerò testamenti haberet filium dominum Alexan-
52 drum. † Quoniam cum recepta sit apud oẽs conclusio, quòd legitimatio semel facta per rescriptum ex superuenientia filii legitimi non retractatur, ut tenent Bal. Bar. Ang. & alii in l. ex facto. ff. de uulg. & pupil. Sali. post. Cyn. in d. l. si unquam, cum simil. per. Alex. in d. l. ex facto, ubi residet in ista opinione, respondens ad ea, quę in contrarium adducuntur, & idem tradit Alex. consi. 138. oportune conside ratis. col. 1. uol. 1. Dec. consi. 258. col. fi. consil. 307. nu. 13. consi. 576. nu. 15. & Antonius Gabrielius Roma. in communi. conclus. lib. 5. titulo

tulo de legitimatione conclus.1. nu. 40. Ripa in d.l.si unquam.q.23. Goza. consi. 6. nu. 65. Soc. iun. cons. 142. nu. 30. vol. 1. Rol.à Vall. consi.89.col. 1.uol.1. sequitur, quòd effectus legitimæ uel eius suplementi iam quæsitus domino Ruberto per ipsam legitimationem, tolli non debet ex superuenientia dicti filii legiti-
53 mi & naturalis, † & tanto magis ista communis opinio procedit in casu nostro, prout & in suo concludit Dec.in di. o cons.307. quia cogitatum fuit de filiis nasciturıs si extarent, in mandato facto per dominum Bartholameum ad petendam legitimationem, quia dictum fuit, si extarent filii legitimi & naturales pariter succederent cum ipso domino Ruberto & æqualiter, & æquis portionibus, & ad idem mandatum se retulit Comes Palatinus in legitimatione sua, & ita cessant obiecta prædicta.
54 † Sicut & aliud quod inquit ipse testator, dominam Bartholameam quicquid reliquit domino Ruberto fecisse cōtēplatione ipsius domini Bartholomei nepotis dictæ dominæ ualdè dilecti & per eam pro filio educati, quoniam totum contrarium dici debet ex duabus potentissimis coniecturis. Prima est: quia domina Bartholomea non tenebatur quicquam relinquere domino Ruberto, uelut eius amita magna, quo stante præsumitur contemplatione ipsius domini Ruberti ei reliquisse, nō au-
55 tem contemplatione patris sui, † ut declarat Alex.in l.qui in aliena.§.interdū.ff. de acquir. hæred.post Ang.cōs.76.quod est in meo libro 78.& incipit Ioannes Philippi, ubi considerat officium seu debitum, quod incumbebat auo dotandi neptem filii, nam uidetur in dubio ab eo relictum animo compensandi in debitū necessarium, & ab illo suum filium, seque per consequens liberandi, sentit ergo secus à cōtrario sensu, quando auus reliquisset nepti quid, ad quod non tenebatur, tunc enim non esset profectitium, sed aduentitium nec contemplatione filii patris nepotis censeretur datum, sed ipsius nepotis sicque aliàs pariter Alexandrum ponderaui cons.31.nu.87.& ita quoque firmant Glo.Bar.& cæteri in l.quęsitum.ff. de leg.1.Alex.cons.199.nu.7.uol.2.cons.8.nu. 7.uol.3.cons.89.nu.6. uol. 4. cons. 138. nu.4. cons.179.nu.5.uol.5.Cra.consi.219.nu.1. Picus in l.in quartam nu.145.& ibi clarius Berengarius in ultima parte nu.66.ff.ad leg.falc. Alciat.in tract. præsump. reg. 1. præsump. 17.
56 † Secunda coniectura est: quia dominus Bartholomeus diues erat, contra uerò dominus Rubertus pauperimus, ne dicam pauper, ueluti filiusfamilias, & nihil habens. Vnde uidetur domina Bartholomea reliquisse contemplatione dicti domi.Ruberti, ut per Alex. & Rip.in d. l. in quartam, nu. 104. Soc. consi. 33.col.6.uer.auus enim.uol.3. Dec. consi. 81. col.pen.Crau.cons.219.nu.3.Alex.cons. 138. nu.3.uol.5. Alciat. de præsump. regu. 1. præsum.17.& quòd subdit idem testator, quòd illa domina Bartholomea prius dotē suā, pecunias & alia consequuta fuerat ab ipso testatore, & eius maioribus (ut cunque sit: quia non constat) non infert, ut relicta domino Ruberto contemplatione patris relicta fuit: satis enim compensauit D. Bartholomeum instituendo eum, dum uiueret antequam bona peruenirēt ad dominum Rubertum, sed eo domino Bartholomeo moriente, uoluit domino Batholomeo relinquere, ut ei consuleret, non autem contemplatione patris sui.

Rursus, quod addit ipse testator, Trebellianicam ad commodum ipsius tanquam hæredis dictę dominæ detrahendam esse duplici ratio-
57 ne confunditur. Prima est, † quia missa disputatione profundi satis articuli, nunquid hæres grauatus ob non confectionem inuentarii perdat Trebellianicam, quam latè ponit Roland. à Vall.consi.27.nu.26.uol.1. & latius in tracta.de confecti. inuent. quæstione incipiente quia in præcedenti quęstione, decis.Pedemōt. 147.& Ant.Gabriel.Roma.in suis communibus conclusionibus libro 4. ad Trebellianum
58 conclus.10. † Dico probabilem mihi uideri distinctionē Cyni in au.sed cum testator.C.ad leg.falcid.quam sequitur Castr.cons. 209. super primo dubio, demunque Iacob.Emil.cons. 14.col. 2. Aut enim hęres incontinenti post mortem testatoris adiit, & restituit hæreditatē & sic non attigit bona hæreditaria, & procedit opinio negatiua. Aut uerò grauatus fuit restituere sub conditione & post temporis cursum, prout in casu nostro dominus Bartholomeus post mortem, sicque adiit & attigit res hæreditarias, & tunc procedit opinio affirma-
59 tiua. † Ratioque differentiæ subest: quia primo casu cessat suspicio subtractionis rerum, postquam illas non attigit, secundo uerò casu subest, & ob id primo casu detrahit hæres Trebellianicam .2.secus, & hanc distinctionē sentiens Bertrand.cōs.75.uol.2.propterea dixit, ęquissimam esse opinionem affirmatiuam, quā do hæres attigit res hęreditarias propter suspitionem fraudis & surreptionis earum, vndecū nos in secundo casu uersemur cessare debet
60 Trebellianica † Secunda ratio est; quia inter mortem dominæ Bartholomeæ; quæ testata fuit & mortua de anno 1543. & mortem domini Bartholomei, qui testatus est post.annos 20.& de anno 1563. & uixit usque ad mensem Septembris anni 1570.& semper possedit bona dictæ dominę per annos 27.tot fructus ille percepit, qui ęquiualent dictæ Trebellianicæ,
61 & illam quoque transcendunt, † cum fructus annorum 20 tantum ad ęstimationem rei ascēdant, ut est glos. singularis in auth. perpetua. C.de sacro.san.eccle. in glo. fin. quam Doct. sequuntur. Vnde tanto magis fructus annorum 27.Ita quòd, si quæ melioramenta fecit, ut allegat dominus Bartholomeus, de illis satis

tis factus fuit in fructibus illorum 7. annorum
debent igitur computari dicti fructus in trebel
62 lianicam, † quoniam cum non fuerit de filiis
primi gradus dictæ dominæ immò nec descen
dens ab ea, sed transuersalis, clarum est, eos in
trebellianicam computari, per text. in l. quod
de bonis. §. quod auus, & ibi gloss. Bartolus &
omnes. ff. ad leg. falcid. & in l. Papin. §. vnde
quæritur. ff. de inofficio. testament. Fulgosius
cons. 24. col. 1. Oldrad. consi. 248. q. 5. Cor. con-
si. 22. col. 10. vers. & licet. vol. 2. consi. 158. col. fi.
vol. 3. cons. 180. col. pen. vol. 4. Paris. cons. 9. co-
lum. 2. cons. 45. col. 3. 2. vol. cum simil. per Rol.
63 à Val. cons. 30. col. 1. vol. 1. † qui receptiorem
opinionem testatur, sicut etiam Bero. consi. 116.
nu. 12. vol. 2. plures accumulans, & idem Rol.
à Val. cons. 39. nu. 21. vol. 3. Vnde patet singu-
lis sublatis allegatis per dominum Bartholo-
meum in suo testamento ad præiudicium Do.
Ruberti eum non impediri, consequi posse di-
ctum supplementum.

Superest, vt videamus, quid de bonis feuda-
libus & emphiteuticis Ecclesiasticis dicẽdum
sit, & de subiectis fideicommissis Domini Bar
tholomei anriqui, & Borsii de Pedalcis. In qua
re dico breuiter, dominum Rubertum admit-
tendum esse stante in hoc potestate concessa
Nobilibus de Campegiis per summum Ponti-
ficem & Imperatorem: Nam de feudis facta
fuit mentio in vtroque priuilegio, de emphy-
teuticis bonis Ecclesiasticis in priuilegio Pon
64 tificio, & † clarum est, quòd Princeps potest le-
gitimare filium spurium ad feuda in præiudi-
tium agnatorum, vt est glo. nota. quam sequun
tur doctores in c. 1. §. naturales. si de feud. fuer.
contro. Dec. cons. 269. nume. 7. Alex. consi. 60.
in princ. volum. 2. Iacob. Emil. consi. 132. nu-
me. 11. tantoque magis, si quæsita sunt in di-
strictu Ferrariæ; quia in eis vnusquisque succe-
dere potest vigore Bullæ Bonifacianæ, vigore
cuius, velut hereditaria reputantur, vt ille di-
cit post Anch. consi. 428. in tertio dubio. Vnde
si potest ad dicta bona feudalia Princeps quem
legitimare, potest & hanc suam potestatem Co
65 miti suo Palatino concedere, † & ab eo postea
legitimatus dicitur ab ipso Principe legitima-
tus, quia omnia nostra facimus; quibus aucto-
ritatem nostram impartimur. l. 2. §. omnia. C.
de vet. iur. enucl. & ita tenet glo. & Bald. in l. 1.
ff. de tuto. & cura. Alexand. consi. 38. in princ.
volum. 1. Paris. consi. 1. nume. 95. & consilio 16.
nume. 69. volum. 1. Matheus Brunus cons. 175.
nume. 57. primo libro vltimarum voluntatum.
idemque quoque dicendum est de bonis em-
66 phiteuticis ecclesiasticis, † quia potest & ad
ea summus Pontifex legitimare, vt tenet Dec.
in l. generaliter. ad si. C. de institutio. & substit.
Quinimò plus inquit Bero. consi. 162. nume. 8.
volum. 2. quòd si comiti fuerit concessa pote-
stas legitimandi naturales, vel spurios ad suc-
cessiones & hæreditates parentum, & quorun-

cunque bonorum, intelligitur data potestas le-
gitimandi etiam ad feuda & emphiteusim ec-
67 clesiasticam: † quia tale priuilegium & bene-
ficium Principis dicitur esse fauorabile, & la-
tissimè est interpretandum & extendendum,
vt Comes, cui data fuit hæc potestas, dicatur
68 habere latissimam auctoritatẽ † Quò vero ad
bona fideicommisso subiecta mihi videtur, au-
ctoritatem legitimandi ad ea concessam fuisse
in priuilegio Imperiali per summum Pontifi-
cem approbato; quatenus in eo datur auctori-
tas legitimandi ad successionem quorumcun-
que bonorum paternorum, & maternorum, co
gnatorum, agnatorum, extraneorum, ex testa-
mento, vel ab intestato, uel contra testamen-
tum. Nam quemadmodum ex generalitate uer
borum dici potest, datam esse facultatem legi-
timandi ad feuda, ut post Soc. tradit Ripa in l.
1. nume. 13. ff. de uulgar. & pupilla. & supra de-
69 monstraui post Beroum, † pariter & ad fidei-
commissa. Confirmatur, nam tanta uis est uer-
borum uniuersalium, ut illorum ad successio-
nem quorumcunque bonorum &c. ut includãt
omnia quæ dici uel excogitari possint. quia
qui totum dicit nihil excludit. l. Iulianus. ff. de
leg. 3. idque pluribus exemplis probat & dila-
tat Craue. cons. 294. colum. 3. & consil. 308. si-
cut & amplè Mandosius in addi. ad Roma. con
sil. 31. meritò sub dictis uerbis uniuersalibus &
amplis censeri debet concessa potestas legiti-
mandi ad fideicommissa. At dominus Ruber-
tus reperitur ad singula legitimatus; ut in sua
legitimatione patet, ergo concurrere debet cũ
domino Alexandro fratre suo: quia sic in man
dato dictum fuit, ut legitimi cum eo succede-
rent æqualibus portionibus. Nec à prædictis re
moueri potest dominus Rubertus ex eo, quòd
dominus Bartholomeus eius pater alium filiũ
suum Alexandrum totaliter in eis instituerit;
70 † quoniam cum longè prius dominum Ru-
bertum ad omnia prædicta legitimauerit, ea-
que uia ius ipsi domino Ruberto quæsitum sue
rit, non potuit dominus Bartholomeus eius
pater eum sine culpæ priuare dictis bonis, &
in eis ius sibi quæsitum auferri, ut de feudo di
citur in capitulo primo. de nat. feudi, & in ca-
pitulo primo. de. feud. sine culp. non amit.
Dec. cons. 151. nume. 11. consi. 286. nume. 5.
consi. 407. nume. 15. consi. 56. nume. 1. Brun.
cons. 12. col. 6. Rube. cons. 50. nu. 7. consi. 138.
col. 1. Paris. consi. 11. nu. 53. uol. 1. Cra. cons. 135
de antiq. temp. 1. par. nume. 17. Clarus in §. feu-
dum. quæstio. 59. Cephal. consi. 241. nu. 38. qui
71 dicunt † quòd nec Princeps id facere potest,
ergo tanto minus priuatus, auct. multò magis.
C. de sacr. sanc. eccles. idem planè de emphiteu
ticis bonis dici potest; quia dominus Bartholo
meus non potuit alium admittere ad ea bona
in præiuditium domini Ruberti iam admissi,
ut per Bal. cons. 82. proponitur quòd inuestitu-
ra. uolum. 1. & in c. 1. §. fina. col. fi. de fue. guar.

Caſt. conſ.61. videtur dicendum.colum. fi.C. quand.non pet.par.Abbas & ſcribentes in ca. quæ in Eccleſiarũ.de conſt.Soc.conſ.39.vol.4. Alex.conſ.15.vol.5.cum ſim.per Goz.conſ.20. nu.10.& eadem ratione idem de bonis ſubiectis fideicommiſſo dici debet ad vnguem.

72 † Et licet dominus Bartholomeus in præfatis diſpoſuerit in teſtamento ſuo modo,quo reperitur ad fauorem domini Alexandri, tamẽ conſiderandum eſt, an potuerit ita diſponere: quia in quocunque actu nedum voluntas, ſed etiam poteſtas requiritur.l.cum te.C.de dona. ant.nup.c.cum ſuper.de off.delega. vbi dicunt Doct.ꝙ duo ſunt,ex quibus omnium humanorum actuum conſtat effectus, ſcilicet voluntas & poteſtas, quorum ſi alterum deſit, nihil eſt, quod explicari queat.& quod agitur,non tenet quod etiam voluit Barb. conſ. 13. col. 7.vol.1. ad idem facit,quod notat Bald.in l. omne verbum.in ver.voluntatem legitimam. C. comm.

73 deleg. † vbi per illum tex.colligit, quòd duo requiruntur, quæ omnem actum canonizant, ſcilicet voluntas & auctoritas, ſequitur Rolan. à Valle conſ.37.nu.20.vol. 1. Cum igitur deſecerit poteſtas Domini Bartholomei circa prædicta,nihil valet,quod fecit,nec pœna priuationis in caſu contrauentionis adiecta, & ita impunè poteſt D.Rubertus reclamare. Et per hæc ſatis de iuribus ſuis diſcuſſum puto.

*Hippol.Rimin.Ferrar.*

## Pro hæredibus dominæ Annę Girlinzonę.

### ARGVMENTVM.

De legato facto quando nupſerit filiæ per ſtatutum excluſæ, nunquid ea moriens antequam nubat,illud ad hæredes ſuos tranſmittat, pulcherrimè diſputatur, ſtatutumque declaratur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Legatum factum filiæ pro dote per ſtatutum excluſæ dicitur conditionale,nec tranſmittitur ea decedente priuſquam nubat.*2.

*Sed Cy.Bal.& ſequaces contra.*3.4.

*Caſtrenſis uerò diſtinguit.*5.6.

*Quem pleriq́ ſequuntur.*7.

*Et author opinionem ſuam ponit.*8.9.

10 *Legata ſi fuerint mille filiæ quas pater habere uoluit cum nupſerit reÿcitur conditio nuptiarũ.*11.

*Idq́ nedum de iure communi ſed etiam ſi ſtatutum eam excludat,dicens quòd ſit contenta eo quod pater ei reliquerit.*12.

12 *Statutum dicens,quòd filia ſit contenta de eo quod pater ei reliquerit in teſtamento, diſponit aduerſus.l.omnimodo,non autem aduerſus. l. quoniam in prioribus.C.de inoff.teſt.*14.

13 *Filia non dicitur infringere teſtamentum quæ petit legitimam.*

15 *Legitima iure inſtitutionis relinqui debet.*

16 *Relictum pro legitima purum eſt & ad hæredes tranſmiſſibile.*

*Et quando ſimpliciter factum ſuccedat loco legitimæ ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarũ.*17.18.22.

19 *Statutum vnum debet cum alio concordari & quomodo declaratur.*20.

21 *Relatum cenſetur eſſe in referente cum omnibus qualitatibus ſuis.*

## CONSILIVM CLVII.

*Auxilium meum à Domino.*

*Dominus Bartholomeus Zirlinzonius Mutinenſis in teſtamento ſuo iure inſtitutionis reliquit Annæ pupillæ eius filiæ libras* 1200. *eidem dãdas & ſoluendas,quando ipſa nupſerit, nepotes verò filÿ prædefuncti hæredes inſtituit, quo defuncto ſubinde perÿt Anna nubilis nondum nupta inſtituta hærede domina Leonora ſorore ſua,quæ petit à dictis hæredibus nepotibus legatum prædictum, at illi negant id deberi. Quæritur quid iuris ſtante ſtatuto Mutinæ fœminarum excluſiuo,de ſucceſſione deſcendentium libro ſecundo.*

1 NON ignoro, doctores in hac concluſione uario modo locutos.Nã Bar.in l.Titio centum.§.Titio genero.ff.de cond.& dem.col. pen. &fi.loquens de ſtatuto. Quòd filia dotata à patre non ſuccedat, nec poſſit aliquid dicere contra teſtamentum patris;quærit ſi pater filiæ pupillæ legauit centum pro dote ſua,nũquid illa ſtatim filia petere poſſit, an ue-

2 rò demum expectato tempore legitimo, † & tãdem determinat legatum conditionale dici,& ſi minori relictum fuit,duo requiri, ſcilicet, ꝙ ad ætatem adultam perueniat, & ꝙ nuptiæ contrahantur,quo fit ea interim decedente tale legatum non tranſmitti per eam ad ſuos hęredes l.unica.§.fin autem ſub conditione.C.de cadu. toll.& idem uoluit ibidem Gardinal. Albanus in ſuis lucubrationibus ad Bartolum. Caſ.in l. quoniam in prioribus C.de inoff. teſ. Cuman. conſi.124.Aret.conſ.43.Roma.conſ.134.Alec. conſ.66.circa præmiſſam,uol.4.Calc. conſ.27. Caſt.in auct.nouiſſima.col.1.C.de inoff. teſt. conſ. 322. uiſo puncto ſupraſcripto. uolu.1.& conſi.222.ſuper primo dubio.uol.2.Corn.conſil. 229. col.1.uol.4.Iaſ.in d.l. quoniam.col.2. Bal.Nouel.in tract.Dotis.6.par.priuil. 17. colum. 3. & latius priuil.76.qui communem teſtatur,ſicut etiam Pariſ. conſ. 110. colum. 1.& 2. uolum.4. Idemque Celſus Vgo conſil. 118. numero ſexto. & ratio doctorum eſt: quia cum ex forma ſtatuti filia non ſuccedat, legitima

tima sibi non debetur, & de illo relicto conditio non remouetur, postquam non succedit loco legitimæ, vnde nec peti potest antequam nu
3 bat, nec interim moriens id transmittit: † Bal. verò in l. sancimus. C. de nuptiis. oppositum voluit post Cyn. ponens pariter quæstionem in statuto dicente, quòd sorores dotatæ cum fratribus non succedant. vtrum si pater quid infanti filiæ reliquit pro dote, dos ista statim peti posSit adita hæreditate non expectata nubili ętate? Et concludit, quòd cum talis dos succedat loco legitimę, statim peti posSit adita hæreditate non expectata nubili ætate: quia omnis dilatio remouetur l. quoniam in prioribus. C. de inoff. testam. & reprehendit Bartolum, de quo supra, concludens legatum transmitti per
4 filiam, si decedat antequam nupserit. † quam posteriorem opinionem tenuit disputando Ricard. Malum. relatus à Cyn. & Bald. in d. l. sancimus, sequitur Ioan. Andr. in addi. ad Specul. in rub. de testam. versic. scire debes, Alber. secũda par. stat. quæst. 104. Ias. in l. si pater. colum. penul. C. de instit. & substitu. Abb. consi. 92. secunda par. Alex. cons. 55. viso titul. quæs. vol. 2. & cons. 211. vol. 7. Calcan. sibi contrarius cons. 50. colum. 2. quos, & alios ad vtranque opinionem concordantes allegat Antonius Gabriellius Romanus in suis communibus opinionibus libr. 6. titul. de legitima. conclus. prima. & per easdem quotas Portius Imolen. in regu. &
5 conclusio. libro primo, conclusione 42. † Vnde Castr. hanc diuersitatem perpendens inter Bartol. & Baldum, ad distinctionem descendit in dict. §. Titio genero, cons. 6. super eo, de quo quæritur, & cons. 16. viso dicto puncto. volum. 2. Aut enim dicit statutum, quòd extante masculo filia non succedat; sed dotari debeat, & tunc procedit opinio Bartoli, quòd relictum sit conditionale, si nupserit, nec ante debeatur nec ipsa moriens illud transmittat; non enim pater cẽsetur sibi relinquere pro legitima, quæ sibi exclusæ non debetur, licet enim statutum dicat, quòd sit dotanda, non tamen disponit, quòd debeat habere titulo institutionis, igitur conditio nuptiarum adiecta valet, & apponi
6 potuit, vt per eum: † Aut verò statutum dicit, quòd filia dotata non succedat, nec vltra subiungit, & tunc procedit opinio Baldi, qui melius loquitur hoc casu, quàm Bartolus. Nam relictum est purum: nec enim excluditur filia nisi tempore delatæ succeSsionis sit dotata: quia cum statutum requirat ad ipsam excludendam istam qualitatem, debet necessariò adesse, aliàs nõ induceretur exclusio igitur monendo trãs-
7 mittit relictum. † & hanc distinctionem dicit esse ipsam veritatem, quem sequitur Dec. consi. 106. sub nume. 3. & in l. si pater. ad finem citans alios. C. de instit. & substitut. Cephalus consilio 145. numero 19. & in primo capite diffusè Grammatic. consilio 145. numero quinto, ciuilium.

Quare pro resolutione conclusionis nostræ videndum est, in quo casu statutum Mutinæ loquatur. Et primò videtur dicendum, quòd loquatur in primo casu. Nam disponit, quòd filiæ dotatæ, vel nõ dotatę nõ succedant ab intestato stãtibus masculis. Vnde simpliciter eas excludit, ex quo non requirit dotationem ad earum exclusionem, dum uerò subdit, dotes earum esse hoc modo, nam si nuptæ sint & dotatæ, dote sibi data, vel promiSsa contentæ sint, si verò non nuptæ sint, nec dotatæ, aut dotatæ minus conuenienter, vult eas petere posse se dotari, vel augeri sibi dotem, ut in statuto de modo dotandi. rubrica 149. videlicet arbitrio duorum proximiorum, vel proborum virorum sentit eas dotandas esse. Igitur loqui uidetur dictum statutum in casu prædicto primo loco, quòd stante masculo filia non succedat, sed dotari debeat, in quo Cas. vult relictum dici conditionale, nec transmitti.
8 † Sed tamen ex aliis arbitror veritatem in cõtrarium versari. Moueor in primis. Nam statutum idem de succeSsione descendentium. versicul. posSint etiam, disponit, quòd mulieres, vt supra exclusæ posSint consequi & petere omne id, quod eis relictum est ab ascendentibus in vltima voluntate, nec eam prætextu alicuius legitimæ sibi debitæ aliquo modo infringere, ita quòd vult eas petere posse sibi re-
9 lictum, eoque contentas esse debere, † quo casu succedit doctrina notabilis Abbatis in simili statuto loquentis consil. 92. colum. 2. volum. 2. versiculo secunda via. Nam statutum Tridentinum disponebat, quòd si pater dispo suit de filia in testamento, debeat filia esse contenta dispositione paterna, & quòd præter illam quantitatem nil petere posSit, ergo videtur velle statutum (dicit Abbas) quòd filia posSit illico petere quantitatem sibi relictam per contrarium sensum, qui sensus est validus, vt per Bal. in l. conuenticulam C. de episcopis & clericis. Sic ergo dicamus in casu nostro clariori quoque illo Tridentino. Nam cum hoc statutum Mutinæ disponat apertè in sensu directo relictum tunc peti posse & consequi per filiam, sequitur relictum purum dici, & transmitti per filiam interim morientem; priusquam nupserit, dicta l. vnica. §. primo. C. de caduc tollen. confirmatur. Nam sicut in casu Abbatis statutum volebat filiam illico petere posse relictum, quòd verbum illico, significat statim. l. 1. §. sed cum adiicit. ff. de verborum obligation. & intelligitur inspecta negocii & personarum qualitate, secudum Alberic. in l. final. C. de erro. aduo. qualitas enim negotii suadet vt filia inde se alat, quod dilationem nõn patitur, cum ab eo pendeat vita hominis. l. de alimentis & ibi Baldus Salycetus Alexander Iason Decius, & Dominus meus Riminaldus. C. de transaction. item qualitas personæ, quæ est fi-

lia ; cui solet legitima deberi sine dilatione dicta l.quoniam in prioribus . Ita pariter in casu dicti statuti Mutinæ volentis , quòd ascendente mortuo filia tunc petere possit . Nam illa dictio tunc , denotat extremitatem temporis, ut in simili statuto ponderat Ruin. consi.200.nu.9.vol.2.& hoc est fundamentum multum reale meo iuditio.

10 † Secundò moueor ex doctrina Iacobi Butrigarii in d.l.quoniam in prioribus, quam latè refert & sequitur Alexan.cons.55.viso titulo quęstionis.uol.2. vbi casum nostrũ proponit in terminis de patre, qui filiæ suæ iure institutionis reliquit libras mille, quas habere voluit,cũ nupserit,arguit enim primò,ꝙ cum dicto relicto dicatur adiecta conditio nuptiarũ non ante debeatur,nec filia decedens transmit
11 tat † postea decidit contrarium,siue considere mus ius commune siue municipale : nam primo casu reiici debet illa dilatio, sicq; conditio nuptiarum d.l.quoniam, & ideo transmitti posse debet illud relictum . secundo verò casu idem dicendum est, nam si statuto ciuitatis caueturquòd filia sit contenta eo,quod sibi relictum est in testamento , & pater reliquit quid filiæ cum onere,filia debet petere posse legitimam sibi purè & simpliciter debitam non ob-
12 stante dicto statuto,id enim bene disponit contra l.omnimodo.C.de inoff.testam. quæ volebat, quòd filia posset habere supplementum, sed non disponit cõtra dictam l.quoniam;quæ addendo ad l.omnimodo.vult, quòd legitima debeatur absque aliquo onere . vnde talis casus tanquam omissus à statuto debet remanere sub dispositione iuris communis l.commodissimè.ff.de lib.& post.& illud dictum Butrigarii sequuntur Bald.& Sal.in d.l. quoniam,& Imol.in l.si.ff.de condit.insti.col.pen. & Alex.
13 loco citato, † qui colnm.3.diligenter considerat statutum,quod dicebat filiam non posse infringere testamentum, nam subdit Alex. filia non dicitur infringere testamentum ; quando petit legitimam purè,& simpliciter,& sine onere sibi debitam,vt not.Bal.in l.cum de lege. C. de epis.& cler.quod dicit esse notabile, & memti tenendum;satisq; colligi ex d.l.quoniam,sic enim & ad vnguem loquitur statutum prædictum Mutinæ de successio.descendentium, ibi nec possit vlla mulier testamentum sui ascendentis prætextu alicuius legitimæ sibi debitæ ali-
14 quo modo infringere . † Hoc enim respicit ad casum l.omnimodo,de quo non agitur,non autem ad casum l. quoniam,in quo petens reiici conditionem non dicitur infringere testamentum . & hoc fundamentum pariter est tutum, & reale.

Tertiò accedit , quòd pater iure institutionis reliquit Annæ filiæ dictam summam , uolens eam stare debere tacitam & contentam de illa pro omni eo & toto, quod ipsa petere, & consequi posset in bonis dicti testatoris occa-
15 sione legitimę † & sic ei reliquit loco legitimę quæ titulo institutionis relinquit debet l.inter cætera.ff.de liber.& posthum. §. est & aliud, in auth. vt cum de appell. & not. omnes in auth. nouissima. C.de inoff.test. & cum de illa spe-
16 cialem mentionem fecerit, † quo stante relictum censetur purum, & transmissibile , vt ex multis determinat Apostillator ad Alex.consi. 77.in ver.nobilis. vol. 5. & in his quoque terminis consuluit & sequitur Bero.cons.155.nu. 44.vol.2.ubi nedum citat Alex. in d. cons. 55. sed & in cons.13.vol.3. & ex prædictis optimè hæc pars comprobatur.

Nec obstat fundamentum pro contraria parte supra desumptum ex dicto statu. de success.
17 descend. † quia pro vera illius resolutione, assumo doctrinam Castren.cons. 322. super primo dubio.ver.verum quicquid.colnm. pen.volum.2.in nonis,postquam enim dixit,relictum censeri conditionale,quando filia maritabitur. nec illud loco legitimæ succedere , quia nulla legitima debetur filiæ per statutum exclusæ à successione.ideoque per eam ante nuptias de-
18 cedentem non transmitti † subdit quòd attento alio statuto disponente , quòd in omnibus testamentis legitima sit & esse debeat salua tã ascendentibus quàm descendentibus, sibi dicendum videtur , quòd relictum factum filię pro dote subrogetur loco legitimæ,& sic quòd
19 reiici debeat conditio, † quoniam cum vnum statutum debeat cum alio concordari , si fieri potest l.prima. C. de inoff. dot.primum statutum exclusiuum filiarum à successione, debet intelligi secundum aliud statutum , quod vult legitimam saluam esse , & sic in eo debet subaudiri,quòd filiæ excludantur, prælerquam à
20 legitima, † è conuerso uerò statutum, quod reseruat legitimam,debet intelligi secundum præcedens,vt filiæ stante masculo pro legitima stare debeant contentæ quantitate relicta eis per patrem. Vnde concludit Castren. matrem hæredem filiarum petere posse relictum filiabus factum pro dote : quia censetur fuisse purum , & sic non deficit per mortem filiarum , sed ad matrem hęredem earum transmissum fuit, at ista conclusio Castrensis potest in terminis ad casum nostrum conuenire. Nam statutum de success.descẽd.dum de dotibus mulierum,quas excludit, loquitur,se remittit ad aliud statutum inferius positum, de modo do-
21 tandi mulieres exclusas † ita quòd illud verbum censetur esse tn referente cum omnibus qualitatibus suis. l. asse toto, & ibi Bald. & Angel. ff. de hæredi. institu. Dominus meus Riminald. & ibi dixi in appostil.consilio 119. numero 21. cum vulgari. sed in statuto sequenti, quod loquitur de dote taxanda per duos proximiores,vel arbitrio boni viri, disponitur,quòd illa computatis donis & iocalibus non sit minus legitima, quàm quæ de iure cõi filiæ deberentur,& istud vult præcedens statutum

tum

tum locum habere etiam in dotata, sed minus conuenienter; vult enim, quòd petere possit sibi augeri dotem secundum formam dicti statuti sequentis, & sic vsque ad legitimam
22 † meritò cum tale statutum considerauerit relictum filię exclusæ factum, debere ascendere ad legitimam, nec minus ea esse debere. Patet, quòd voluit subrogare illud loco legitimæ, sicque purum censeri debet reiecta conditione nuptiarum, & transmitti posse, prout in casu quoque suo considerauit Castr. quo nihil melius adduci potest. Vnde sumus extra distinctionem Castrensis in locis memoratis, qui loquitur in terminis primi statuti tantum, non autem quando aderat aliud, prout in casu nostro, & per eum considerato in dicto suo consil. 322.

*Hippol. Rimin. Ferrar.*

## Pro hæredibus eximij Iurisconsulti Domini Virgilij de Siluestris.

### ARGVMENTVM.

De legato facto fratri, nunquid eius filio debeatur fratre defuncto.

### SVMMARIVM.

1 *Legatum scutorum* 200. *in annos* 10. *præstandorũ factum fratri eo præmortuo testatori filio fratris debetur ex coniecturis.*
*Sed contra tenet auctor.* 10.
2 *Filiæ substituto filio fratris arguitur ei quoque debe ri legatum factum patri suo prædefuncto.*
*Secus si non ipse sed pater eius fuerit substitutus.* 19
3 *Legatum plenius interpretatur ex coniunctione sanguinis.*
*Quod declaratur quomodo sit intelligendum.* 20. 21
4 *Legati declaratio facta extra testamentum quando operetur.*
*Et quando secus.* 24
5 *Grauatus censetur ad legatum vocatus ad quod reperitur nominatus non ad alia.* 27.
6 *Prohibitus detrahere trebellianicam censetur grauatus vt hæres.*
7 *Grauari non potest non honoratus.*
8 *Fideicommissum fratri relictum eo præmoriente testatori pertinet ad filium fratris ex coniectura tacita mente testatoris.*
*Et idem in particulari* 9.
10 *Legatum fit caducum præmoriente legatario testatori.*
11 *Fratris appellatione non continetur nepos.* 17
12 *Causa dotis in vno legato expressa non intelligitur in alio repetita eidem facto:*
13 *Verbum ambiguum legati potest ex coniecturis declarari.*
*Nisi legatum alteretur.* 14
*Quia nouum legatum fit.* 15
16 *Verborum proprietas in legatis attenditur.*
18 *Nepos ex fratre non debet esse melioris conditionis ipso fratre.*
22 *Extensio de persona ad personam de facili non conceditur.*
*Etiam concurrente tacita mente testatoris.* 23
25 *Verba suppositiua probationem non faciunt.*
27 *Mens erronea non attenditur.*
27 *Filius legatarij sicut legatarius grauari potest, quod declaratur.*
29 *Agnationis conseruatio consistit in legato vniuersali non in particulari.*

## CONSILIVM CLVIII.

*Auxilium meum à Domino.*

VISA mihi fuit prima consideratione ualde probabilis opinio do-
1 ctoris Valentii, † quòd legatum scutorum 200. per dominũ Virgilium de Siluestris relictorum domino Antonio eius fratri in annos decem præstandorum, deberetur domino Aloysio illius filio præmortuo testatori fratre suo. Quoniam præter adducta per eum decidit in termi nis hunc casum Soc. Iu. conf. 167. vol. 2. motus ex aliquibus coniecturis, quæ pariter hic adaptari uidentur.
2 † Prima quidem, quia testator filiæ suæ filiũ fratris substituerat, talem sic in eum dilectionem demonstrans, propter quam dicit legatum fratri factum, non censeri caducum factum per eius mortem pręambulam, sed filio quoque fratris debitum. Hæc enim coniectura verificari videtur in hoc casu, vbi testator substituit filium domini Antonii fratris sui in vsufructu relicto vxori suæ, & in possessione Villæ Runcorum hæredibus suis relicta.
3 † Secunda coniectura mouetur Soci. Iun. ex coniunctione sanguinis, qua frater & eius filius testatori coniũgebantur; quæ & hic ad vnguem concurrit, ex qua legatum plenius interpretatur. l. Aurelius § Titius testamento, ff. de liber. legat. Dec. consi. 289. colum. 2. & consil. 601. Corn. consi. 103. nume. quinto, volum. 4. Natta consil. 186. conf. 296. in fine. & consi. 626. nume. 20. Hieron. Alba. consilio 39. nu. 5. Socin. in l. prima, versiculo secundus casus, ff. de reb. dub. Crau. conf. 297. colum. 1. Rolan. à Vall. conf. 16. numero. 38. volum. 3. Hieroni. Albanus consil. 31. numero quarto, qui postea Cardinalis meritissimè factus fuit. Ideo videtur voluisse testator, illud etiam filio fratris deberi.
4 † Tertiam coniecturam seu verius manifestam uoluntatem annectit Socin. Iunio. quia

testator post testamentum præmortuo fratre suo dixerat coram pluribus, quòd legatum in testamento suo factum relinquebat filio fratris sui præmortui. Sic enim dici potest in casu nostro, cum testator in secundis codicillis liberando hæredes in certo casu ab annua prçstatione dicti legati dixerit, scutorum 200. Domino Antonio, & descendentibus suis relictorum in dicto suo testamento. Sic enim declarauit, & palam fecit illud legatum fuisse factum ab eo, sic ut filio fratris etiam deberetur.

5 † Quartam coniecturam non ommitto præter Socin. Iun. quoniam testator in vltimis codicillis, prohibuit dominum Aloysium molestare vxorem, grauando eum ad dandum tantundem de suo. Hinc igitur colligitur, eum cen
6 seri vocatum ad dictum legatum † sicut prohibitus detrahere trebellianicam, necessariò dicitur grauatus vt hæres, vt tradit Socin. iun. cons. 132. nume. 75. volum. 1. & grauamen iniunctum præsupponit in consequentiam, quòd sit vocatus & honoratus, vt per Galliau. in l. centyrio. sub nume. 101. colum. sequent. ff. de vulgar. & pupillar. alioquin illud non valeret,
7 † quoniam qui non honoratur, grauari non potest. l. ab eo. C. de fideicommiss. Bartol. & alii in l. centu. ff. de vulga. Paris. consil. 86. colum. 3. & cons. 87. colum. 2. volum. 2. & pulcrè Bartol. cons. quod incipit Andreas Martini cõdidit testamentum, & est in ordine 214. aliosque plures cumulat Roland. à Valle cons. 56. nu. 16. vol. 3.

Vltimò mouetur Socin. Iun. ex cons. Decii.
8 574. † loquentis in fideicommisso fratri relicto; quòd eo præmoriente testatori vult ad filium fratris pertinere per uiã trãsmissionis ex coniectura tã mente testatoris fundata in ratione conseruandę agnationis. Nam quod in fi-
9 deicõmisso uniuersali determinat Dec. † idẽ iuris esse debet, inquit Soc. Iun. in legato particulari, cum de toto ad partem ualeat argumẽtum. l. quæ de tota. ff. de rei uind. & de minori præiuditio hæredis agatur in eo quàm in uniuersali. Hæc sunt, quę in fauorẽ domini Aloisii præter scripta prius adduci possunt.

Quibus tamen non obstantibus cogor inser-
10 uiendo ueritati cõtrariam partem tueri. † Nã iuris est indubitati. præmoriente legatario testatori legatum quasi caducum fieri, & penes hæredem manere. l. unica. §. & cum triplici, uer. uel uiuo testatore is, qui ex testamento aliquid habuit, post testamentum ab hac luce subtrahebatur, & §. pro secundo C. de cad. tol. Vnde cum de hoc habeamus ibi casum legis, nulla debet amplius esse quęstio l. ancillæ. C. de furt. sicque concludit Emil. noster conciuis consi. 104. in prin. & Capra cons. 69. nume. 7. dicens, quòd in his non cadit dubitatio magna
11 † demumque Soc. iun. in terminis in d. consi. 167. col. 1. motus; quia nullibi reperitur, quòd sub nomine fratris nepos contineatur, & maximè nomine proprio fratris expresso.

Secundò cõfirmatur hæc conclusio, quòd testator in primo codicillo legauit Domino Antonio usumfructum quendam, eoque præmoriente, vel non testatori, vocauit eius filiũ. Hinc enim colligitur coniectura, quòd noluerit legatum scutorum 200. ad filium domini Antonii præmorientis peruenire, postquam id non dixit; quia si voluisset, id facilè sibi fuisset explicare l. vnica. §. sin autem ad deficientis C. de cad. tol. ita determinat in simili casu legati
12 Natta cons. 364 nu. 15. † nam duplex legatum factum fuerat, vnum de vestibus & capsis fulcitis ex causa dotis, aliud de pecuniis quibusdam concludit Natta secũdum non censeri factum ex causa dotis, sicut primum, postquam nõ fuit expressum, prout poterat testator exprimere. Quare sic è contra dicamus in casu nostro, primum legatum scutorum 200. non censeri factum etiam filio domini Antonii præmorientis testatori, sicut secundum, postquam testator id non expresit, prout facilè facere poterat, si voluisset.

13 † Tertiò moueor. Nam quoties agitur de declarando aliquod verbum ambiguum positum in legato, tunc ex coniecturis potest declarari, quia qui declarat, nihil de nouo facit. l. adeo. §. cum quis, ff. de acquirend. rerum do-
14 mi. † sed ubi mutatur substantia legati vel additur qualitas, quæ alterat legatum, opus est quinque testibus deponentibus de voluntate testatoris; quia omnia ex integro faciẽda sunt, ita Natta consilio 364. nume. 16. per gloss. & Bart. in l. cum proponeretur ff. de leg. secundò. Bald. Angel. Castrens. Salyc. & alii in l. errore. C. de testam. At in casu nostro si velimus intelligere legatum factum domino Antonio censeri pariter factum domino Aloysio eius filio, præmoriente patre suo testatori, additur qua-
15 litas, quæ alterat legatum † quia per adiectionem nouæ personæ nouum, vel aliud legatum reputatur, argum. §. præterea. Instit. quib. mod. toll. ob. ergo per quinque testes opus esset probare, testatorem sic voluisse disponere, quod nequaquam probatur.

16 † Quartò non omitto vulgarem textum sed elegantem in l. non aliter. ff. de legat. tertiò, vbi dicit Marcel. quòd non aliter à significatione verborum recedi oportet, quàm cum manifestum est aliud sensisse testatorem, quàm sonare verba videntur, vt suplet Accur. & illam regulam citat Bertrand. in materia legatorum consi. 57. volum. 1. priorum. & Natta consilio 402. numero 60. ubi dicit expeditissimum esse, quòd in legatis proprietas uerborum specta tur, impropria uerò significatio excluditur, dicta l. non aliter. cum similibus per eum ci-
17 tatis. † At propria significatio uerborum non admittit, quòd sub mentione fratris filius eius contineatur, multoque minus expresso

pressso proprio nomine, vt hic Antonio, prout inquit Soc.Iun. in d.consi.167.col.1.vol.1.vbi dicit,quòd nullibi reperitur, ergo ad legatum factum Antonio fratri testatoris non debet D. Aloysius admitti.

Quintò quoque considero; quòd in primo codicillo,casu quo legatum vsufructus factum vxori finitum esset, tunc & eo casu codicillans ademit domino Antonio eius fratri legatum de 20. aureis sibi præstãdis annuatim per hære des suos,de quo in testamento, eoque dictum dominum Antonium priuauit. Hinc enim col ligitur, illi tantum non autem pariter domino Aloysio factum fuisse, cum & illud illi ade-
18 misset, eoque illum priuasset, † ne melioris conditionis esset nepos ex fratre,quàm frater quòd non est credendum l. si viua matre. C. de bon.matern.l.Publius,in fin.ff.de conditio. & demonstratio.cum similibus per Dec. consi. 15.colum.2.& dominum meum Rimin. consilio 223. nume. 22. & 27. Remanet igitur hæc opinio satis ex prædictis firmata, & optimè comprobata.

19 † Quam tenendo non obstant contraria, nã quò ad primum de dilectione testatoris erga dominum Aloysium fratris filium,prout in casu suo perpendit Socin. Iun. in dicto consilio 167.dico;quòd ibi filius fratris solus & immediatè fuerat substitutus filiæ testatoris, non autem frater. Vnde bene dici poterat,quòd te statot in dictum nepotem suum magnam dilectionem habuisset, præferendo illum patri suo, propter quam dilectionem uidebatur admittendus ad legatum factum patri suo eo præmoriente. At hic non idem; quoniam dominus Aloysius nemini solus reperitur substitutus, sed in defectum domini Antonii patris sui substitutus fuit uxori in vsufructu prædicto. Vnde longè minor fuit hæc dilectio testatoris erga nepotem fratris, velut in particulari re & secundaria, cum ibi in vniuersali & principalis fuerit, quæ magis attendi debet, quàm secundaria,l.prima. ff. de aucto.tuto.

20 † Ad secundum verò de coniunctione sanguinis, propter quam legatum plenius interpretatur,fateor illud esse verum respectu legati, puta si relicta est liberatio administrationis patri, contineatur etiam liberatio præstationis reliquorum, licet in extraneo legatario secus esset.dicta l. Aurelius. §. Titius. ff.de lib.
21 legat. † vel quòd in legato facto sorori veniat plenum ius,& dominium,ut in casu Decii consilio 289. & id genus. Sed quòd legatum factum fratri veniat etiam præstandum filio fratris præmortui propter rationem consanguinitatis alio non apparente cautum non repe-
22 ritur, † quia istud est extendere dispositionem de persona ad personam, quæ non æquè faciliter conceditur sicut de casu ad casum, ut per Aretin.in l.Gallus §.& quid si tantum. colum.quinta,ff.de liber.& posthum. Dec. consilio 394. nume. octauo, Iason consil. 228. columna secunda,uolumine secundo. cum similibus abundè per Tiraqu.in l. si unquam. uersiculo libertis,nume.23.de reuocand.donatio. Cephal.consil.210.nume.49. Hieronimus Gabriel. consi. 83. nume. 61.Ias.in l.cum res,not.
23 6. ff.de leg.1. † & pulchrè Dec.consilio 211. nume.5.id amplians etiam concurrente tacita mente testatoris, ex not. per Oldrad. consil. 21.ubi substitutio facta decedenti sine liberis, ipsis extantibus euanescit, licet postea morian tur,& tamen ex uerisimili & tacita mente testatoris idem uoluisset de filiis filiorum, qui decederent sine filiis, & si fuisset interrogatus ita uerisimiliter disposuisset,sed tamen ista tacita mens non attenditur; quia agitur de extensione,quæ fieri debet de persona ad personam;quæ non admittitur, sequitur Roland. à Valle consi.55.nume. 24. uolum. 3. addens inter alios Iasonem consilio 220.colum. 4. uolum. secundo, ubi dicit, hoc procedere, dato quòd militaret identitas rationis, & præsumpta mens testatoris,& ob id malè Soc.Iun. fuit argumentatus in dicto suo consilio. 167.in casu nostro.

24 † Ad tertium considerandum est, quòd illa erat noua dispositio testatoris, dicentis extra testamẽtum coram pluribus testibus, quòd relinquebat ea, de quibus in testamento, tali filio fratris sui præmortui. Vnde legatum, quod ei non debebatur ex testamento, nec ex illo consequi potuisset mortuo testatore.dicto §.& cum triplici,& dicto §. pro secundo,debebatur ex posteriori sua voluntate,& dispositione l.fina.in fin. C. de codil. at in casu nostro in liberando dictos hæredes à legato scutorum 200.relictorum in testamento suo domino Antonio & descendentibus suis, non fecit illud, neque reliquit,aut de illo disposuit, sed sic fa-
25 ctum supposuit, † quę verba suppositiua probationem non faciunt, nec ex illis licet argumentari, vt tenent domini de Rota decisione 346.nota si in procuratorio.in antiquis, vbi di cunt, quòd si dominus procuratorem, aut ab eo substitutum onere cautionis eximere promittit, non inde censetur data facultas substituendi procuratori constituto, licet substitutio præsuponatur,sequitur.Alexan. consi.117. nume.8.volum. secundo, & consi. 126. nume. quinto,volum.5.Felyn.in capitulo licet in cor rigendis.colum.4.versiculo facit quod,de offi. ordi.Cassan.consilio 44.numero octauo. Crauet.consil. 186. numero. 34.tantoque minus, quòd in dictis verbis testator codicillans se refert ad testamentum, dicens scutos 200. Domino Antonio & descendentibus suis in testamento suo relictorum. Quod testamentum cum reperiatur aliter loqui, videlicet, quòd domino Antonio simpliciter relicti sunt nulla de suis descendentibus mentione facta,

ſicet ex dicta relatione conſtare videretur de mente teſtatoris legatum factum fuiſſe quo-
26 que filiis Domini Antonii † tamen talis mẽs non attenditur tamquam erronea, vt notabi. tradit Alexand.conſilio 9.colum. final.volum. 5. Cardinal. conſilio 11. colum.1.Dec. conſil. 63. ſecundo dubio, & conſilio 390. colum. 3. in authentic. ſi quis in aliquo, circa finem. C. de edend. in l. edita, nume.68. eodem titulo, & in l.penultim. nume. 2. C. de inſtitution. & ſubſtitutio.

27 † Ad quartum reſpondetur, dominum Aloyſium fuiſſe prohibitum,& grauatum, vt vocatum ad alia legata, videlicet vſufructus in ptimo codicillo, non autem vt vocatum ad legatum ſcutorum 200. hoc enim in teſtamento, vel codicillis non dixit teſtator, ergo nec nos dicere debemus l. ſi verò §.de viro.ff.ſolu. matrimoni.

Secundò reſpondetur non inconuenire, quòd dominus Aloyſius licet non vocatus nec honoratus, & prohiberi, & grauari potuerit,
28 † cum enim teſtator honorauerit dominum Antonium, & ipſe dominus Aloyſius vti filius ſuus fictione iuris cenſeatur eadem perſona cum patre ſuo. l.penultim.C.de impubet. patre honorato filius grauari potuit, ſicut hæres legatarii poteſt grauari, ſicut & legatarius licet hæredi teſtator nihil reliquerit. l. ſi fuerit cum l. ſequent. ff. de legat. tertiò. Ita declarat Iaſon in l.ab eo. C. de fideicommiſſ. poſt Bartol. Imol. & Modern. in l. cum filio, ff.de legat.1.

Ad ultimum reſpondetur, quòd in caſu Decii tractabatur de ſucceſsione uniuerſali, & in caſu Socini Iun. de iuriſdictione & bonis immobilibus in quibuſdam Villis ſitis, quæ benè tendebant ad conſeruationem agnationis, & propterea uolunt legarum factum fratri, filio qnoque ſuo cenſeri factum propter
29 rationem agnationis conſeruandæ, † ſed in ſcutis 200.relictis fratri, non conſiſtit agnationis conſeruatio, ſed utilitas quædam ſimplex, aliàs eſſet dicendum ſimile legatum factum prorſus extraneo cenſeri factum à teſtatore pro conſeruanda agnatione illius extranei, qnod nequaquam dici poteſt: voluit enim teſtator illi prodeſſe tantum legando, non autem conſiderauit illius agnationem ſibi nihil attinentem.

His ergo mediis tolluntur obiecta ſupra deducta,& concluſio negatiua firma manet.

*Hippol.Riminal.Ferrar.*

## Pro magnifico equite Domino Alexandro Flaſco.

### ARGVMENTVM.

Tractat egregiè de vitio viſibili teſtamenti, qnod illud vitiat.

### SVMMARIVM.

1 *Filiusfam. in poteſtate patris teſtari non poteſt.*
*Nedum de profectitijs ſed etiam de aduentitijs.*
*Dato quòd ad eum pleno iure ſpectarent.3.*
*Rationem Connanus adſert qua non placet auctori.*
*Aliamq́; ſequitur Dominus ſuis Riminaldi.*
3 *Ratio eadem eum dicto non eſt bona.*
4 *Filius de Caſtrenſibus vel quaſi teſtari poteſt.*
5 *Filio non creditur aſſerenti ſe habere bona quaſi caſtrenſia.*
6 *Patri aſſerenti donare filio propter eius benemerita non creditur.*
7 *Confeſſioni propria ſtandum eſt, maiorq́; dicitur quolibet publico inſtrumento.8.*
*Et ubi adeſt confeſſio eſt relaxatio omnis probationis.9.*
*Nec Iudex poteſt eam pronunciare nullam.*
10 *Filius cenſetur habitare cum patre licet abſit.*
*Nec inde liberatur à poteſtate patris licet alibi ſtet.11.*
*Sed eius poteſtati ſubeſſe dicitur. 12.*
13 *Filius teſtari non põt licet reputetur paterſamilias.*
*Etiam quòd ſit communis opi. quòd ſit emancipatus.14.*
15 *Vitium teſtamenti viſibile dicitur quod ex teſtamẽto colligitur.*
*Et vitiat miſsionem in poſſeſsionem.16.*
*Nec teſtibus aduerſus illud teſtamentum poteſt adiuuari.17.*
18 *Vitium in præfatione teſtamenti poſitum non uitiat ſed contra Curtius.*
19 *Ceſſante cauſa finali ceſſat diſpoſitio.*

## CONSILIVM CLIX.

*Auxilium meum à Domino.*

QVAERITVR; an teſtamentum domini Cæſaris Flaſchi, dicatur cõtinere vitium viſibile. Et mihi videtur dicẽdum quod ſic. Nam in eius præfatione dicitur (Il che conſiderando il magnifico Signot Ceſare Fiaſco figliolo del magnifico ſignor Girolamo Fia-
1 ſchi.) † nam clarum eſt, quòd filiusfamilias in poteſtate patris conſtitutus teſtari non poteſt, eiuſque teſtamentum eſt inutile, inſt.quib. nõ eſt permiſſum facere teſtamentum, in princ.l. qui in poteſtate.ff. de teſta. idq́ue nedum procedit de profectitiis, vt determinat Bar. in l.1. q.3.& 4.C. de ſacroſanct. eccl. & poſt eum Iaſ.
2 col.3.2.lect.Ceph.conſ.256.nu.47.† ſed etiam de aduentitiis l.final. C. qui teſt. fac.poſ.& ibi Doct.maximè Iaſ.Dec.& dominus meus Rim. Cald.conſ.10.tit.de teſtam.Durant. de art. te-
3 ſtan.caut.1.titul. 1.col.1. † dato quòd ad eum pleno iure ſpectarent, vt per glo.in l. qui in poteſtate.ff.de teſtam.Alex.in l. ſicut certi. circa fi.C.de teſtam.mili. quæ ſententia communis eſt, vt per Imol.in l.ſi cum filius. §. Titio decẽ,

col.

col.fin.ff.de don.pleniusque confirmat Ascan.
Clemens in tract.de pat.pot. effectu. 9. nu. 4.
Rationē prebet huius rei Iustinianus in l.fi.§.fi
liis.C.de bon.quæ lib.quòd melius est coarcta
re iuueniles calores, ne cupidini dediti tristé
exitum sentiant qui eos post dispersum expe-
ctat patrimonium. Cum enim parentes eos
alere secundum leges & naturam compellan-
tur, quare ad venditionem rerum suarum pro
silire debeant? Quam rationem Connan.in
commenta.suis lib.9.cap.4.colum. 5. putat in
alienationibus tantum valere in testamentis
non item,ex quibus nulla potest inopia ueni-
re,neque ad patrem, quòd eius usufructus in-
de non minuatur, neque ad filium, post cuius
mortem testamenti effectus prorogatur.igitur
existimat Connan. causam dictæ prohibitio-
nis à legum veterum authoritate manasse,quę
filiusfamilias ius testamenti negauerunt, qui-
bus postea ab Augusto & cæteris Imperatori-
bus est eatenus derogatum, ut in castrensi &
quasi castrensi peculio permitteretur, in reli
quis ergo bonis seu profectitiis seu aduētitiis
de quibus nihil est specialiter constitutum,ius
commune debet valere,neque uerò Principes
illi militibus idcircò testandi dederunt licen-
tiam, quòd bona quæ habebant castrensia
non quærebantur eorum patribus,sed militiæ
tantum fauore & respectu. Ante enim Augu-
stum erat filiisfamil. proprium castrense pe-
culium, neque dum tamen obtinebat testan-
di de eo facultatem.Sed licet concedam ratio
nem Iustiniani venditioni dumtaxat conueni
re, cui fuit accomodata non testamento,alteri
tamen Connani consentire non possum,quòd
enim prohibitio Iustiniani filios testari mana
uerit à prohibitione legum veterum fuit eas
confirmare non autem prohibitionis suæ ra-
tionem reddere, vnde sicut quando ratio repe
ritur eadem cum dicto non est sufficiens,puta
scio,quia scio.ut doct.Bar.in l.fi.ff.de offi.pro.
ces.Alex.cons.134.uol.2.Dec. cons. 100. col.
1.D.meus Rimi.con.99.nu.36.pariter nec di
ctum alterius comprobare tantum non placet
etiam ratio Glossæ in d.§. filius,domino meo
Riminaldo in l.pen.C.qui tes.fac.poss.ꝗ testa-
mentum sit publici iuris,ideo filio non conce-
ditur.Nam quæ sunt publici iuris aliàs filiis cō
cedūtur,ut dotes.l.1.ff.sol.ma.& iurisdictiona
lia.l.1.§.huius studii.ff.de iust.& iu.sicut & mi
litia.l.militē.ff.de procu.ideo subdit ipse post
Petr.& Cyn. rationem esse : quia filius non
est integra persona, ideo testari non potest, &
licet in aduentitiis, in quibus non quæritur
vsufructus patri, filius habeat integram per-
sonā.l.fin.§.necessitate. C. de bon.quæ lib.
tamen id quò ad contractus & iudicia locum
habent, non autem quò ad testamenti factio-
nem.l. uerba gesserunt,& ibi Bar. ff.de uer.si.
& integratio facta contra dispositionem iuris
in uno non extenditur ad aliud l. quod uerò.
l.in his.ff.de legib.
4 † Et licet in castrensibus, uel quasi filius te-
stari possit l. fin.C.de ino.test.Corn.consi.85.
col.3.uol.3.Alex.cōs.2.uol.6.& ipse dominus
Cæsar dicat, ꝗ deliberat disponere de suis bo
nis aduentitiis & quasi castrensibus. Tamē cla
rum est respectu aduentitiorum testamentum
5 non ualere,ut mox dixi, † respectu uerò quasi
castrensium sibi non credi, nec assertioni suæ
deferendum. Cum enim filius regulariter te
stari non possit, nisi in castrensibus uel quasi,
non creditur ei,quòd de illis testetur, nisi aliū
dè appareat,per doctrinam Bart. in l. decem.
col.2.ff.de uerb.oblig.Alex.cons. 64. ad fin.
uol.1.& Arct.c.proposuisti. col. 2. de probat.
6 † sicut etiam uidemus, quòd ex quo pater nō
potest donare filio nisi propter benemerita,nō
statur assertioni patris de benemeritis, ut per
Bar.in l.si forte. ff. de castr. pec. Alex.Ias. latè
Dec.& dominus meus Rimi. in l.si donatione
C.de colla.& post eos Craue.in tract.de antiq.
temp.pri.par.nu.63. idemque Dec.in c. cum
sit Roma.not.3.de appel.Rol.Val.cōs.89.ad fi.
uol.1.Natta cōs.352.nu.5.& cōs.393.col. fin.
7 † Accedit, quòd dictus dominus Cęsar fate
tur se non fuisse emancipatum à patre suo, ut
ibi ( Riputando che anchora egli nō sia eman
cipato expressamentè)cui confessioni propriæ
standum est,si quidem nulla maior est proba-
tio,quàm propria oris confessio.l. cum te. C.
de transactio. ubi dicit in specie Iaso. quòd
quantum ad probandum paris est potentiæ cō
fessio & instrumentum, latiusque confirmat
ut ibi per eum, quem sequitur Roland.à Val.
8 consi.54.nu.16.uol.3. † immo uerò confessio
maior est quocunque publico instrumento, &
quibuscunque depositionibus testium, ut in-
quit Bald.cons.192.proponitur. col. 2. uol. 2.
idemque Bal.consi.354.quæritur utrum col.1.
9 uol.3.scriptum reliquit, † quod ubi est confes-
sio,ibi est relaxatio omnis probationis,& adeo
efficax est confessio partis: quòd iudex non po
test eam nullam pronuntiare,secundum Abb.
consi.fin.2.par.sequitur plenius Craue. cons.
61.nu. 3. dominus meus Rimi.consi.300. nu.
88.Hinc enim sequitur,illum uelut in potesta-
te patris non potuisse testari, & licet idem di-
cat(riputando che hauendo habitato separata
mente, & fuori di casa del signor padre de più
anni in qua, non solo dieci, ma 20. & 30. gli
sia lecito fare testamento, & qualonque dispo
sitione) tamen errore lapsus fuit in hac opi-
10 nione sua. † Nam dato quòd filius cum uxore
& familia habitet in loco & terra separata à
patre suo non dicitur abesse, sed habitare cum
patre suo.Nam cum pater & filius sint una idē
titas, & unum domicilium utriusque.l.cum sci
mus.§.sicut.C.de agr.& censi.lib. 11.dicatque
pars corporis eius quodam modo per cogna-
tionem,non dicitur abesse, ita Bal. cons. 234.
col.1.uol.1.Rol.à Val.cōs.54.nu.23.& sequē.
uol.3.

11 uol.3.† nec ſanè reperio, quòd per habitatio
nem ſeparatam à patre filius liberetur à pote-
ſtate patris, & inde teſtari poſsit ſed emanci-
patione. l.fin.C.de emanc.lib.Corn.cõſ. 259.
uol.3.Durant de art.teſt.in allegata caut.1.tit.
12 1.col.1.† immo uerò contrarium determinat
in terminis Aſcanius Clem.in tract.de patr.po
tes.cap.5.nu.72.ubi dicit,quòd licet filius lõ-
gè diſtet à patre, tamen non inde tollitur ius
patriç poteſtatis, ut per eum,quinimmò tan-
tum abeſt, ut opininioni domini Cæſaris ſit
ſtandum, quòd ipſe teſtari poſſet ratione præ
13 dicta non uera de iure, † quòd etiam ſi ipſe,
uel alius filiusfamilias reputaretur ſui iuris,cũ
non eſſet,non poſsit facere teſtamentum, ut
uoluit Bal.in l.2.C.de ſentent.& interl. omni
iud.Alex.in l.1.col.2.C. de teſta. & poſt eum
14 Iaſ. qui loquuntur † quando communis erat
opinio, quòd eſſet emancipatus à patre idem-
que Dec. in l. ſi emancipati. col.3.C. de colla.
Alex.conſi. 147. col. pen.uol. 7. Catel. Cotta
lib.ſuo memor.uer.opi.communis, quos re-
fert & ſequitur Tiraquel.de legib. connub. gl.
8.nu.144.& Fernand.Vas qui.in tractat.de ſuc
ceſ.progre.§.1.col.1.

Prædictis ergo ſic ſtantibus, negari non po
teſt, hoc teſtamentum continere uitium uiſi-
bile, ſi legitur in eo filiumfamilias non eman
cipatum teſtũ feciſſe. Id enim dicitur uitium
uiſibile, qđ ex teſtamento colligitur & legitur
l.1.ff.de his quæ in teſta.delen.& declarat do-
minus meus Zuccar. in l. fin.C. de edict. diui.
15 Adria. tollen. † prout etiam dat exemplum
Caſtr.ibi nu.5. ſi in teſtamento eſſet facta ali-
qua mentio de filio, & tamen nihil ei eſſet reli
ctum iure inſtitutionis, ſed legati, & ſic appa-
ret præteritio, quod eſt uitium teſtamenti,
16 † & hinc infertur,quòd tale uitium uiſibile de-
bet uitiare miſsionem hæredis in poſſeſsionẽ
per d.l. fin.in uer. uitiatum, & ibi doctores,
17 adeo quòd aduerſus illud teſtamentum teſti-
bus coadiuuari nõ poteſt,ut poſt Caſt.& Alex.
tradit ibi dominus meus nu.278.& licet ibidẽ
18 glo.in uer. uitium † dixerit,tale uitium in prę
fatione poſitum non uitiare tanquam factum
in parte non ſubſtantiali, tamen Cur.nu.8. ſe-
cus putat, quia ex prçfatione mens & cauſa fi-
nalis colligitur ad diſpoſitionem.l.fin.ff.de hæ
19 red.inſtit.† & ceſſante cauſa finali ceſſat diſpo
ſitio.l.adigere. §. qnamuis. ff. de iur.patr.er-
go ſi eſt uitium in præfatione, dicitur eſſe in
parte ſubſtantiali à quo Curtio licet Dec.diſ-
ſentiat quando à præfatione non penderet ius
teſtamenti,eum tamen admittit & probat,quã
do in præfatione ius teſtamenti conſiſteret;tũc
enim uitium teſtamentum uitiaret, quod in
caſu noſtro benè iuſtificatur,quia quod domi-
nus Cæſar in præfatione dixerit,ſe filium do-
mini Hieronimi,nec emancipatum ab eo, ta-
mẽ putauerit licere ſibi teſtari, ſine dubio con
ſiſtit in hoc ſubſtantia teſtamenti,meritò tale
uitium in præfatione poſitum debet omnino
teſtamentum uitiare, & immiſsionem in poſ
ſeſsionem impedire.

*Hippolytus Rimin.Ferrar.*

## Pro filijs Domini Riminaldi Lauezolli.

### ARGVMENTVM.

De perſonis admittendis ad emphiteuſim, & quando ſit ad extraneos tranſitoria.

### *SVMMARIVM.*

1 *Emphiteuſis eccleſiaſtica non tranſit ad extraneos.*
*Qua communis eſt & uera concluſio.* 2.
*Nec ab ea in iudicando recedendum eſt.*
*Vt magis communi.*
*Fallit quando penſio eſt magna.* 12.
*Vel quãdo in ea interuenit ſolẽnitas requiſita.* 13.
*Vel admodum ſuit meliorata.* 16.
3 *Verbum hæredibus in emphiteuſi quomodo ſummendum ſit.*
*Et quomodo uerbum ſucceſſoribus.* 4.
5 *Excluſo aliquo à ſucceſsione citra eius delictum, filij quoque ſui cenſentur excluſi.*
6 *Inueſtitura facta pro hæredibus debet intelligi de primis proximis.*
*Immediatis quod quando ſit declaratur.* 21.22.
7 *Diſpoſitio generalis reſtringitur ne tertio fiat præiudicium.*
8 *Propria interpretatio fieri debet in materia ſtricta.*
9 *Verba quando ceſſant, diſpoſitio quoque ceſſat.*
10 *Emphiteuſis dicitur potius locatio quando penſio eſt magna.*
*Et idem quando quaſi fructibus correſpondet.* 11.
14 *Summi Pontificis auctoritas eſt loco ſolennitatum requiſitarum.*
*Idem ſi auctoritas commiſſarij Apoſtolici interuenerit.* 15.
17 *Iudex ſe informare poteſt ad inſtantiam partis in ſummarijs & plenarijs.*
18 *Emphiteuſis dicitur remanere penes hæredem emphiteuſis volente domino cui ſoluta fuerit penſio per hæredem.* 20.
19 *Conſuetudo admittendi fœminas ad emphiteuſim colligitur ex progreſſu.*
23 *Recepti ad munera pro ciuibus reputari debent.*
24 *Admiſſus ſemel excludi non debet.*
25 *Diſtributio fieri debet pro rata precij quod quiſque ſoluit.*

## CONSILIVM CLX.

*Auxilium meum à Domino.*

HOMINES & commune Maſsã zaticę declarari petunt, quòd filii domini Rainaldi Lauezoli nõ comprehendantur, nec compræhenſi intelligantur in inueſtitura dictis

dictis hominibus alias conceſſa per Illuſtriſsi-
mum & Reuerendiſſ. Cardinalem Franzotũ
tunc Abbatem Pópoſiæ, nec admittendos eſ-
ſe ad bona, de quibus in ea, nec de illis partici
pare poſſe. Ea ratione, quia recepta fuit per do
minum Hieronimum Mazegam, & alios homi
nes Maſſanzaticæ pro ſe & eorum hæredibus
& ſucceſſoribus, quę uerba non compræhen-
dunt extraneos, qualis erat domina Conſtan-
tia mater dictorum filiorum, & coniunx dicti
Lauezoli ueluti neptis dicti Mazegę ex ſorore
1 ſua. † Natura enim emphiteuſis eccleſiaſticæ
fuit, & eſt, ut ad hæredes extraneos non tran-
ſeat. §. emphiteuſim, & §. alienationis. in auth.
de non alien. docto. in l. etiam. ff. ſolut. matr.
& in l. quod dicitur. ff. de uerb. oblig. Pariſ. cóſ.
98. col. 2. uol. 2. Imol. qui communem teſtatur
in l. ex facto. ff. de hæred. inſtit. deciſ. Neap.
100. And. Sicul. conſ. 63. col. antep. uol. 1. Cur.
Iun. conſ. 130. col. pen. in prin. Gozad. conſ.
75. col. 2. Rui. conſ. 158. uol. 1. cóſ. 109 nu. 30.
uol. 3. conſ. 23. nu. 34. & conſ. 68. col. pen. uol.
2 5. Soc. Iun. conſ. 71. col. 2. uol. 1. † Alex. cóſ. 83.
col. 1. uol. 7. ubi dicit hanc eſſe ueram & com-
munem & ab illa in iudicando recedendum
non eſſe, ſicut & ut magis communem ſequitur
Alex. conſ. 24. col. 2. uol. 1. & conſi. 9. uol. 3. ubi
reſpondet omnibus contrariis, Dec. conſ. 171.
in prin. Bologni. conſ 48. col. 2. Marſ. conſi. 49.
num. 53. & alii, quos cumulat Rolan. à Vall.
3 conſ. 96. col. 1. & 11. uol. 1. † uerbum enim hæ
redibus, intelligitur de deſcendentibus, & ſic
de hæredibus ſanguinis inueſtiti, qualis non
erat domina Conſtantia, ſed tranſuerſalis, &
alterius familiæ, ueluti nata ex domino Hiero
nimo Bonamico. Et uerificatur id uerbum hæ-
4 redibus, in ueniẽtibus de iure ciuili. † uerbum
uerò ſucceſſoribus, in uenientibus de iure præ
torio, ſeu titulo ſingulari, ut per Imol. in d. l.
quod dicitur, & Alex. poſt eum col. pen. & in
l. quędam. §. nihil. ff. de eden. conſ. 193. ex the-
mate. col. 2. uol. 2. Dec. conſ. 171. col. fin. Rui.
conſi. 161. col. 2. uol. 1. cũ ſimi. per Rolã. à Val.
in d. conſ. 96. col. 2. Vnde ſicut domina Con-
ſtantia non comprehendebatur in dicta inue-
ſtitura, & à bonis in ea contentis ueniebat ex
cludenda, pariter & eius filii non debent com-
5 prehendi in ea, ſed ueniunt excludendi, † per
regulam, quam ponit Ange. in §. reliquum. in
auth. de hæredi. ab inteſt. vbi dicit, quòd vbi-
cunque quis excluditur à ſucceſsione alicuius
non propter delictum ſuum, ſed ex alia cauſa,
ſicut ipſe excluditur, ita & filius eius excludi
debet. Nam videmus ibi, quòd frater ex vno
latere excluditur per fratrem vtrinque coniũ-
ctum, & eadem ratione filius dicti fratris ex
vno latere excluditur; ſicut ipſe frater exclu-
deretur ſi viueret, quem ſequitur Dec. cóſ. 85.
ad fin. & conſi. 634. col. fin.
6 † Secundò mouentur homines prædicti;
quia inueſtitura prædicta facta pro hæredibus
dicti Mazegę debet intelligi de primis proxi-
mis & immediatis. l. hæc verba. §. qui liberis,
& ibi Bart. & alii. ff. de vulg. & pupil. Tantoque
magis, quòd agitur de præiudicio dicti com-
munis, & hominum comprehenſorum in inue-
7 ſtitura, † quo ſtante diſpoſitio licet generalis
reſtringitur, ne tertio fiat præiudicium. l. 1. §.
nunciatio. & ibi Bar. & alii. ff. de ope. non. nũc.
ſequitur Aret. in c. 1. col. 1. de reſcrip. Crot. in
l. 1. col. 3. ff. de leg. 1. Crau. conſi. 3. nu. 6. col. 2.
8 † & in materia ſtricta propria fieri debet inter-
pretatio, l. 3. §. hæc verba, vbi Bart. & alii. ff. de
nego. geſt. At filii domini Raynaldi non fue-
runt primi & immediati hæredes domini Hie-
ronymi Mazegæ, ſed domina Conſtantia ma-
ter eorum ab eo inſtituta, meritò in illis non
poteſt, nec debet verificari inueſtitura in præ-
iudicium dicti communis.
9 † Tertiò accedit, quòd inueſtitura prædi-
cta conceſſa fuit hęredibus habitãtibus in in-
ſula Pompoſiana; quales non ſunt filii prædi-
cti domini Raynaldi, qui non inhabitãt eam.
Vnde cum ceſſent in eis verba conceſsionis,
ceſſare debet diſpoſitio. l. 4. §. toties, & ibi Bar.
& alii. ff. de dam. infect. l. ſi ſeruum. §. non dixit
ff. de acquit. hęred. Corn. cóſi. 146. nu. 4. vol. 1.
ſicq; prætendunt homines, & commune prędi-
ctũ ſententiari debere contra prædictos filios.
Iſtis tamen non obſtantibus arbitror cõtra-
rium iudicari debere, moueor. Nam penſio
annua promiſſa non uidetur eſſe modica, ſed
magna, fructibusque correſpondens, ueluti
librarum 12. parium duorum caponum piu-
guium, ſolutionis collectarum ſancti Martini;
recipiendi cum honore Reuerendiſſ. Domi-
num Abbatem, & expenſas illi ac equis ſuis
miniſtrandi, ſoluendi decimam de quibuſcun
que fructibus, & conducendi ſuis expenſis ad
granarium dicti Abbatis, & quò ad uenditio-
nem lignorum reſtrictio, de quibus ſingulis in
10 inueſtitura legitur. † quo ſtante potius locatio
cẽſeri debet quàm emphiteuſis, ut plenè deter
minat Alex. conſ. 11. uol. 1. Aret. cóſi. 55. col.
2. conſ. 110. col. 2. Bologni. conſ. 54. col. 3. uer.
nihilominus. Gozad. conſi. 83. col. 3. uer. præ-
terea Rui. conſi. 77. col. 3. conſi. 161. colum. 3.
vol. 1. Roland. à Valle conſi. 96. nu. 26. vol. 1.
11 † vbi dicit. Idem ſi quaſi correſpondet, quod
verbum notandum eſt; quia licet penſio ſit mi-
nor aliquanto fructibus, tamen idem iuris eſſe
debet, & cum prædictis etiam concordat Nat-
ta conſi. 49. nu. 9. Senat. Pedemonta. deciſ. 53.
num. 8. plenè Neuizan. conſi. 92. nu. 45. & Ce-
12 phal. conſi. 9. num. 11. † Et tali caſu tranſit ad
hęredes extraneos, ſicut locatio ad longum tẽ-
pus, vt per Bald. in c. literæ. de dilat. Rui. in di-
cto conſi. 161. nu. 22. qui putat id eſſe veriſsi-
mum, nec in his terminis inuenire quempiam
contradicẽtem; ſequitur Rolan. à Valle d. cõ-
ſil. 96. nume. 27. plenè Cephal. alios citans in
d. conſi. 9. num. 12. Et poſito quod nunc vberiores
longè

longè fructus perciperentur, quàm tempore concessionis, nō tamen præsens status rerū debet in hoc attendi, sed qui tunc erat tempore concessionis, & sic considerandi sunt fructus, qui tunc ex ipsis rebus percipi poterant, ut egregiè declarat Ruin. in dicto consi. 161. nu. 25. Vnde satis tutum redditur hoc primum fundamentum.

13 † Secundò nunquid emphiteusis ecclesiastica transeat ad extraneos hæredes, distingui solet. An in eius concessione interuenerit solennitas requisita, uel non, nam primo casu transit etiam ad extraneos, secundo uerò secus. Ita Cuma. cons. 57. Cur. Iun. consi. 4. col. 1. & consi. 130. col. 1. ubi plures alios citat. Gozad. consi. 86. col. 4. Paris. cons. 84. nu. 3. 4. & 5. & expressius cons. sequenti nu. 17. cum sequent. uol. 4. decis. Neap. 100. & Cephal. consi. 9. num. 9.

14 † At quando interuenit authoritas Summi Pontificis, satis dicitur solemnitas interuenisse, cum supleat omnium solemnitatum defectus c. 1. de transact. l. 1. C. quando decre. opus non est, Castr. consi. 229. uisis & ponderatis. uol. 1. cum multis copiosè deductis per Ceph. mox citatum nu. 10. qui propterea subiungit, tali casu solemnitatem iuris non esse necessariam, secundum Abbat. cons. 41. nu. 3. uol. 1.

15 † & idem pari ratione dici debet, quando interuenit auctoritas commissarii Apostolici, qui habet auctoritatem à Summo Pontifice. c. hi qui, de præben. in 6. ad fin. ut concludit. Dec. cons. 174. col. 2. hoc enim uerificatur in casu nostro: ubi inuestitura concessa fuit ab illo Reuerendiss. Cardinale Franzoto commissario Apostolico, hoc est deputato Abbate, & commendatario à Summo Pontifice.

16 † Tertiò supponitur in facto, quòd hęc emphiteusis ualdè fuerit meliorata ab eo tempore citra, quo concessa fuit, quo stante facta fuit ad hæredes extraneos transitoria, ut uoluit Bar. in l. quicunque. C. de omni agro des. lib. 11. Roma. in repe. rub. de arbi. & in sing. 368. fundus sterilis. Ripa in l. 1. col. 3. ff. de priuileg. cred. Gozad. cons. 86. col. 4. Cephal. loco citato nu. 11. & Soci. Iun. cons. 79. nu. 22. uol.

17 4. † & posito quod istud in processu non esset probatū, nihil impedit quominus iudex se informare possit etiam ad instantiam partis, siue simus in summariis, siue in plenariis, ut latè ponit Fely. in c. cum Ioannes. col. 5. de fid. instrū. & in c. ad petitionem. col. 5. de accus. uers. & istis adde, de quo quoque Mars. in l. 1. §. fi. nu. 65. ff. de quæst.

Quartò non omittitur, quòd elapsis 29. annis, de quibus in dicta inuestitura, homines dicti communis Massanzaticæ collectam imposuerunt pro petenda renouatione à Reuerendissimo Abbate Pomposiano, pro qua D. Constantia tūc mortuo D. Hieronimo Mazega soluit suam ratam, & inde facta fuit sibi receputa producta, & per testes iustificata, demumq; se

18 cuta fuit inuestitura renouationis, † quo stāte sequitur etiam, quòd ipsa domina Constantia non debuisset admitti ( quod tamen ex prædictis negatur ) nihilominus bona remanserunt penes eam velut hæredem, & successorem primi inuestiti, sic domino directo volente, vt in terminis declarat Rui. cons. 161. sub num. 32. vol. 1. Parique modo filii sui & D. Rainaldi debent admitti & in inuestitura censeri comprehensi veluti primi hæredes inuestiti Mazegę mediante persona D. Constantiæ matris eorū iux. l. fi. C. de hær. inst. per quam sic etiam con-

19 cludit Crot. cons. 146. nu. 13. † quinimmo ex tali progressu colligi videtur quædam consuetudo in dicto loco admittendi fœminas sicut masculos ad emphiteusim ecclesiasticam, vigore cuius admitti debent, vt tenet Imol. in c. potuit. ad fi. de loca. Fel. in c. cum M. Ferrar. de cō sti. & Bero. eos secutus cons. 47. nu. 14. vol. 1.

20 † Quintò accedunt solutiones pensionum factæ tam per D. Constantiam dum vixit, quàm per eius filios post eius mortem, de quibus in receputis in causa productis, & per testes comprobatis, ex quibus dominus directus videtur confessus fuisse dictam dominam & filios fuisse inuestitos in bonis, de quibus agitur, vt copiosè deducit Cephal. cons. 9. nu. 19. vnde patet ex tot fundamentis, dictos filios admittendos esse ad partem dictorum bonorum de Massanzatica velut comprehensos in dicta inuestitura cum cęteris in ea comprehensis.

Nec obstant cōtraria; quia quò ad primum respondetur, illud regulariter esse verum, at fallit in casibus supra relatis, per quos, & vnumquemque eorum quęstio nostra deciditur ad fauorem dictorum filiorum, & propterea sumus extra regulam prædictam.

21 † Ad secundum pro solutione considerandū est; ꝙ quando disponens facit mentionem de suis hæredibus, videlicet ipsius disponentis, tunc est verum, ꝙ de primis & immediatis intelligendum est, dicto. §. hæc verba, qui hoc ca-

22 su loquitur, † sed vbi disponens mentionem facit de hæredibus alterius, puta recipientis, vt in casu nostro, tunc intelligitur latius verbū hæredibus, etiam de mediatis. l. fi. C. de hęr. in sti. ita Bal. ibi oppo. 4. & sequitur Cuma. & Ias. in d. §. hæc verba. nu. 6. ea ratione moti secūdo casu, quia non est dare rationem; quare disponens intellexerit magis de primis, quàm de aliis, cum non magis illos, quàm istos cognosceret, quod ad vnguem uerificatur in Cardinale Franzoto inuestiente D. Hieronimum Mazegā & alios pro se & suis hæredibus, quia non poterat diuinare, neque cognoscere magis primos & immediatos, quàm secundos & mediatos illorum hęredes ac successores, meritò uerba sua pariter de omnibus sunt intelligenda; & quòd dicebatur hic agi de pręiuditio cęterorū hominum comprehensorū in inuestitura, procederet, si ageretur de auferendis eorum portionibus

tionibus & aplicandis his filiis D.Raynaldi, se cus quòd cum eis concurrant: quia suum non alienum petunt & sequuntur velut comprehensi, rationibus & fundamentis supra deductis.

Ad tertium & vltimum dico, q verba inuestiturę primò dicunt pro se & suis successoribus, & omnibus hominibus, & mulieribus, & omnibus habentibus & posidentibus bona in dicto fundo Villę Massanzaticę, & pro se & suis hęredibus habentibus casales & possessiones in dicta Villa & fundo, quę omnia verba conueniunt sine dubio D.Constantię & eius filiis qui habuerunt & habent, possederunt & posidenr bona in dicta Villa Massanzaticę, videlicet illa, quę fuerunt domini Hieronimi Mazegę, uerbum uerò habitantibus, fuit adiectũ verbis, & aliis suis uicinis, subiiciendo, & pro eorum hæredibus habitantibus in Villa Pomposiana, unde posito q filii D.Raynaldi non ueni rent ex ultimis uerbis inuestiturę, saltem ueniunt ex primis. Vltra q arbitror eos habitasse in Villa Pomposiana, de quo poterit etiam dominus iudex informationẽ recipere ut supra.

Postremò nõ omittitur ex abundanti, quòd D.Constantia, dum uixit, & subinde mortua filii sui soluerunt onera cum cęteris hominibus communis Massanzaticę, nedum in recipienda inuestitura, siue renouatione post annos 29. sed etiam ratione bonorum, quę per ęstimum bonorum & personarum soluuntur in dicto cõ muni, prout deponunt testes dicentes, id sciuisse, tolerasse, nec ullatenus contradixisse dictos

23 homines & commune † meritò tales filii, materque sua prius sic in dicta Villa, siue communi recepti, ut secum munera subirent pro ciuibus, seu de dicto communi reputari debent l.1. ff.ad municip.& ibi Bar.nu.16. uersicul. secundò nota. per illum tex. Aret. in l.2. in prin. ff.de

24 uerb.obl. Rui.consi. 227.col.1. & 2.uol.1. † & ideo nunc non possunt dicti homines & commune reuoluto mantello. excludere dictos filios iam admissos, sed tolerare debent ut cum eis concurrant & participent de bonis diuidẽdis inter eos, positis intra confines descriptos in inuestitura.c.qđ semel placuit.de reg.iu.i 6.

Hanc autem diuisionem puto fieri debere, prout & onera diuidunt in æstimo ratione bo-

25 norũ, & personæ, ut testes dicunt, † sicut enim dicti filii plus onerum ferũt ratione bonorum, quæ habent, sic in istis diuidendis plus consequi debent, per doctrinam Bal. Ang. & Alex. in l.planè. §.si duobus.nu.2.ff.de leg.1.ubi dicũt, quòd si Villa emit locum distribuendum inter rusticos, qui plus distribuit in pretio, plus debet habere de illo terreno, & sic lucrum ab onere regulatur, sequitur Dec. in l. secundum naturam. ff. de regul. iur. Sic ergo dici debet in casu nostro.

*Hippol. Riminal. Ferrar.*

## Pro Pastis.

### ARGVMENTVM.

De appellatione in possessorio uti posidetis admittenda.

### *SVMMARIVM.*

1 *Appellatio datur in possessorio si fuit intentatum remedium iuris canonici.*
*Secus si iuris ciuilis.* 3.
*Sed quòd passim detur tenet auctor.* 12
2 *Vtens aliquo iure debet vti eo cum omnibus qualitatibus suis.*
*Cui datur instantia.* 12
*Et declaratur.* 14
4 *Interdictum vti posidetis est iuris ciuilis.*
5 *Appellatio conceditur in possessorio de iure canonico*
*Sicq; decisum fuit.* 6.
*Et est communis opi.*
*Et in terris subiectis ecclesiæ temporaliter seruatur.*
*Cuius exemplum datur.* 7.
8 *Appellatio in possessorio prohibetur quando agitur de modico præiudicio.* 9.
*Secus si de magno.*
*Cuius exemplum datur.* 10.
11 *Ius canonicum permittit appellationem in causa possessorij.*
12 *Testamentum quò ad solemnitates iuris ciuilis est.*
13 *Et in terris Ecclesiæ subiectis valet coram quatuor testibus, aut cum duobus & parrochiano.*
14 *Intellectus l.fi.§.fin autem præfatam & §.fin autẽ aliquis.C.de iure delib.*
15 *Appellari posse à sententia super interdicto vti posi.non est qualitas eius interdicti.*
16 *Practicus Papi. falsitatem pro veritate desumpsit*
17 *Bald.cons.321.vol.3.declaratur.*
*Et in c.querelam.de elect.* 18.
19 *Appellatio à sententia lata in possessorio, & petitorio debet concedi.*
*Et quando pars aduersa fructus lucraretur.* 20.
21 *Appellationi deferendum est in dubio & in materia prohibitiua appellationis.*

### CONSILIVM CLXI.

*Auxilium meum à Domino.*

IN hoc remedio, siue interdicto, vti posidetis, inter Pastos intentato, † dicitur appellationem ex vna eorum interpositam non

1 deuoluere, per doctrinam practici Papiensis in forma libelli in causa spoli. poss.vers.per vestram; vbi quærens, an in foro laicali detur appellatio à sententia lata in possessorio, dicit, quòd si fuerit intentatum remedium c.reintegranda, quod est remedium iuris canonici, tunc habebit per consequentiam locum, aliud

aliud remedium iuris canonici de appellatio-
ne permissa à sententia lata in eo possessorio
2 † ea ratione. Nam qui vtitur aliquo iure, de-
bet eo vti cum omnibus qualitatibus & circũ-
stantiis suis.l.fi.§.& si præfatam. & §. si autem
3 hoc aliquis. C. de iure delib. † vbi verò fuerit
intentatum remedium iuris ciuilis, puta inter-
dictum, vel condictio ex l. si coloni, vel quid si-
mile, tunc dixit pract. Pap. appellari non posse
per dictam rationem, quòd vtendo dicto iure
pars vti debet eo cum qualitatibus suis, quæ
sunt, vt à possessorio non detur appellatio de
iure ciuili.l.1.cũ ibi not. C.si de moment. pos-
4 ses. † Concluditq; quòd hæc est ipsa veritas,
sicut Deus est, quam semper dicit esse notan-
dam, & firmari dicit per Bald. in quodam suo
consilio, quod in addi. in margine citatur esse.
321.ad euidenriã præmittendum, vol.3.in no-
uis; sequitur Rip. in c.sæpe, ad fi.de resti. spol.
& Menoch.in remed.15.recup.posses.nu.643.
Meritò cum interdictum intentatum per Pa-
stos vti posidetis sit de iure ciuili.l.1.& per to
tum.ff.vti posid.§.retinendæ, insti.de interd.
& in foro laicali fuerit intentatum, debet ap-
pellatio cessare à sententia lata super eo ratio-
ne prædicta.

5 † Ego verò prædictis nõ attentis, dico præ-
dictam appellationem deuoluere, moueor. Nã
fatentur omnes, appellari posse de iure Cano-
nico à sententia lata in possessorio, vt tenent
Abb.& alii in d.c.ad sedem. Specu. in titu. de
appel.§.in quibus.versi.6. Roman. consi. 324.
cum similibus, per Specul. aureum in secundo
6 actu vltimæ part.num.306. † Idemq; tenet am-
plè decis.Neapol.269. vbi concludit, ita fuisse
decisum per totum consilium, hancq; conclu-
sionem communem testatur Salyc. in d.l.1.op-
po.6.quẽ sequitur Dec.in l.1.nu.6. C.de bon.
poss.secun.tabu.Fede. de Sen. consi.76. Guid.
Pap.sing.536.decis.Neap.269.col.1. Cur.iun.
consi.168.num. 39. Beninten. decis.17. pract.
Pap.in for.appel.ab interl.nu.9.Nat.cõsi. 583.
Paris.consi.108.nu.15. vol.1. Ioseph. Ludoui.
decis.20.nu. 19. quos & alios cumulat Cõtar-
dus.in d. l.1. C.si de momenta. poss. limita. 4.
dicẽs talem appellationem procedere quò ad
effectum deuolutiuum & suspẽsiunm, post Di-
dacum Couuar.pract.quæst. cap.23. num.7. &
alios, de quibus per eum, hancq; dicit esse cõ-
munem opinionem Canonistarum. And.Sicu.
consi.82.col.5.vol.3.subdens, quòd si causa ve
niat ventillanda in foro Canonico, vel in ter-
ris subiectis Ecclesiæ temporaliter, seruabitur
7 ius canonicũ, quod benè notandum est, † quia
hic Ferrariæ seruatnr ius canonicũ, vt per Car
d in.consi.2. Fulgo.in l. quid sit fugitiuus.ff.de
ædil. edict. Sicque sentit Benintend. decis.79.
num.1.Dec.consi. 97.in prin. Veronens. con-
sil.17.num.44.criminal. Afflict. in tit.quæ sint
rega.In rubr.num.55. & Contard. loco citato.
num. 11. hancq; partem latissimè quoque te-
net & dicit esse magis communem Bero.q.52.
nu.8.vt per eum, & nouissimè Anton. Gabriel
lib.5.de restit.spol.conclus.5. nu.124. loquens
in remedio recuperandæ posses.tam fauorabi-
li, & nihilominus dicit appellationem concedi
de iure canonico, citans plures, qui communẽ
testantur, vt Salycetum in d.l.1.C.si de momẽ-
ta.posses.Alex.consi. 99.volu.5. & Gratum re-
sponso.16.nu.16.& respon.163.vol.2.

8 † Secundò dico, quod prohibitio appellationis
in possessorio tunc demum procedit, quando
causa est modici præiudicii, & tractatur de pos
sessione momentanea; scilicet quæ momento
est duratura penes vincentem; vt quia sunt in
promptu probationes super petitorio, secus au
tẽ vbi probatio petitorii esset difficilis, & sen-
tentia super possessorio traheret executionem
secum, & effectum perpetuum; quia tunc tra-
ctatur de magno præiudicio, & potest indistin-
ctè appellari ad impediendam executionem,
ita sentit Abb.consi.55.col.1.vol.2. Dec.con-
sil.28.Bar.in l.2.col.2. ff.de appel. recip. Abb.
in d.c.ad sedem.col.pen. Ange. & Doct.in l.1.
C. si de momenta. posses. vbi quoque Contar-
9 dus limita.1. latius insistit, & † quibus in locis
Doctores communiter ponderant modicita-
tem, præiudicii. Item tota scola ciuilistarum
se fundat super d.l.1. quæ loquitur de posses-
sione momentanea, vnde innuit, quòd sit talis
possesio, quæ de facili posit reuocari per pro-
10 bationes in petitorio. † Meritò speculum au-
reum loco citato, num.312. septima limitatio-
ne, quem sequitur Gaspar Caballinus ad con-
stitut.Egidi.lib.6.cap.2.glo.fi.num.9. & refert
Contardus mox citatus nu. 15. nouiter infere
& credit dicere verum, quòd in litibus terra-
rum, herbarum, nemorum, aquarum & id ge-
nus inter vniuersitates; quoniam vt plurimùm
propter temporis antiquitatem non solent ha-
beri instrumenta distinctionis dominiorũ ter-
ritoriorum, vt per illa posit probari petitoriũ,
sed solùm se fundant super possesione; quia
ita antiquitus fuit possessum; quo casu si suc-
cumbit vna pars in possessorio, est sibi impos-
sibile habere probationes in petitorio, & sic sen-
tentia super possessorio haberet effectum pe-
titorii, & esset maximi præiudicii, meritò de-
bet indubitâter appellari posse à tali sententia
& impediri executio, maximè sequendo æqui-
11 tatem iuris canonici, † quod permittit, appel-
lationem indistinctè in possessorio, nã per ius
ciuile debet restringi minus quàm posit, vt
pulchrè dicit Abb.in d.cons.55. sed per ius ci-
uile non reperitur restrictum, nisi in possesio-
ne momentanea, ergo non debet restringi ad
possesionem longiori tempore duraturã. Sic
enim pariter dici potest in casu nostro, vbi de
pascuis, dosibus & vallibus agitur; quas vtrin-
que prętendunt isti Pasti possedisse per plures
& plures annos ab annis 10.20.30. & vltra; &
iura partiũ fundata sunt potius in possessorio,
quàm

quàm in instrumentis & scripturis super dominio certo & limitato à tali confine vsque ad talem. Vnde negari non potest, quin sententia lata maximum præiudicium sit allatura super petitorio, ideo appellatio debet esse præmissa.

Sola difficultas est in respondendo motiuo, quod fundatur in decisione practici Papiensis de remedio iuris ciuilis intentato, videlicet interdicto uti possidetis, quo stante non debet appellatio concedi à possessorio; cum de iure ciuili denegetur. Quia respondetur id con-
12 uinci exemplo pulcro. † Nam nos habemus, testamentum quò ad solemnitates esse de iure ciuili, ut declarat Bar. & alii sequuntur in l. interdum. ff. de condi. indeb. sequitur Dec. cons.
13 403. nu. 14. & consi. 555. nu. 3. † & tamen, si quis illud faceret in terris Ecclesiæ subiectis, ut hic Ferrariæ coram quatuor testibus; uel cū duobus & parochiano ualeret, ut determinat Cor. consi. 161. col. fi. uol. 4. Dec. cons. 284. nu. 8. Dominus meus Rimin. consi. 587. & Ioann. Durant. de art. testan. tit. 2. caute. 2. Patet ergo nō esse veram rationem practici Papien. quòd qui vtitur aliquo iure, debet eo vti cum qualitatibus suis. Nam qui testatur hic vtitur iure introducto de iure ciuili, quò ad solemnitates, & tamen non tenetur eo vti cum suis qualitatibus, quæ sunt adhibendæ solemnitates iuris ciuilis, vt septem testes, si coram tribus, vel
14 quatuor potest validè testari. † Immo verò illa regula de vtente aliquo iure, qui debet eo vti cum qualitatibus suis, non facit ad rem nostram. Nam tex. in allegata. l. fi. §. si autem præfatam, & §. sin autem aliquis. C. de iure delib. loquitur de inuētario, quo quis vtitur ad tuēdum se, ne teneatur vltra vires; eo nanque debet vti cum qualitatibus suis; hoc est, ꝙ illud inceperit & terminauerit infra tempus statutum, & aliis seruatis de iure seruandis, quæ omnia sunt qualitates ad inuentarium requisita, sicq; pariter dici potest de vtente interdicto vti possidetis, ꝙ eo vtens debeat vti cum qualitatibus suis; allegando se possedisse, & probādo possessionem, & ꝙ eam nec vi, nec clam, nec precariò ab aduersario suo fuerit consequutus, vt dicitur in §. retinendæ. instit. de in-
15 terd. † Sed quòd super eo lata sententia non possit ab eo appellari de iure ciuili nō est qualitas illius interdicti; sed est generalis quædā prouisio iuris ciuilis introducta in quocunque possessorio, quòd ab eo non detur appellatio, quæ modò cessare debet de æquitate Canonica in terris Ecclesiæ subiectis mediatè, vel immediatè, siue inter clericos, & foro Ecclesiastico, siue inter laicos, & foro seculari, vt in exem-
16 plo testamenti supra dato videmus. † Et propterea (meo iudicio) pract. Papien. grauiter errauit, dicens illam esse veritatem, sicut est Deus, Deus enim quidem est, & vera veritas, at opinio practici Papiensis est mera falsitas.
17 † Nec Baldus in allegato consil. 321. vol. 3. deseruit eius opinioni, quia benè dicit in remedio cap. sæpe. de restit. spol. & c. reintegranda. dari appellationem, nec contrarium dici posse, per l. 1. C. si de momenta. possess. quæ negat appellationē in possessorio, quia dicta remedia non fuerunt cognita de iure ciuili, ergo nimirum, si de illis non fuit cogitatum per ius ciuile, nec super illis fuit ab eo statutum; sicque loquuntur Ripa & Menoch. locis citatis, sed ꝙ non detur appellatio à remedio possessorio iuris ciuilis, quando sumus in terris Ecclesiæ.
18 Bald. non dicit, nec dicere somniauit. † Bald. etiam in c. querelam, de elec. vers. sed nunquid à sententia, non obstat casui nostro, vbi dixit etiam in possessorio reintegrandę appellari nō posse, quando succedit loco interdicti, quasi ꝙ nec ab interdicto possit appellari. Quoniam id exemplificat, & intelligit singulariter Natta consi. 566. procedere in foro Cæsaris, & sic in terris Imperii, at secus esse debet in terris subiectis Ecclesiæ, quo casu nos versamur. Vnde
19 licita debet esse appellatio, † tantoq; magis, vt concludam, ꝙ sententia, de qua agitur, determinat nedum possessorium, sed etiam dominium & proprietatem, quatenus condemnat clientes meos, non debere molestare partem aduersam; nec aliquid facere sine cōsensu suo: quod ei possit facere prǫiudicium tam ratione possessionis, quàm dominii, & proprietatis dictę vallis, vnde licita debet esse appellatio, tanquam super possessorio mixto lata, vt per Bal. consi. 366. quamquam. vol. 3. in nouis. Specu-
20 lum aureum loco citato num. 314. † & quia si pars mitteretur in possessionem lucraretur interim fructus, vnde licita debet esse appellatio etiam ex isto capite, vt ibidem paulò supra ponit post Ang. consi. 152.

Quare multis nominibus appellatio debet
21 admitti, cum res sit clara, † quæ & si dubia dici posset; tamen esset pronunciādum eam deuoluere, vt per Dec. consi. 28. Alex. Ias. & alios in l. 1. ff. si quis cautio. Neuizan. consi. 54. nu. 9. Et licet non ignorem quosdam secus sentire quando subiecta materia regulariter prohibet appellationem: tunc enim qui negat esse deferendum appellationi, videtur habere intentionem fundatam in dubio, vt concludit Dec. in allegato cons. 28. ad fi. Bero. in c. super eo. 2. nu. 2. de app. Neuiza. in silua nup. verbo in dubio quomodo iudicandum, nu. 47. vbi generaliter tenet, ꝙ non sit in dubio deferendum appellationi, vbicunque appellatio interdicta est. Idemq; tradit Alciat. respon. 44. nu. 10. lib. 6. tamen longè plures nō desunt contrariū tenentes. vt Bar. in l. 1. num. 6. ff. nil nou. Ang. in l. 1. §. interdum. ff. à quibus app. Ias. consi. 187. col. 1. vol. 2. Bal. cons. 141. vol. 1. Grat. respō. fi. nū. 11. & 51. vol. 2. Dec. in c. vt debitus. nu. 23. de app. & alii quos cumulat Cōtardus in d. l. 1. limit. 27. & cōfirmat, vt per eum. Et ita resideo.

*Hippol. Riminal. Ferrar.*

Pro

## Pro filiabus domini Raphaelis Alexandrini.

### ARGVMENTVM.

De substitutione facta filio nato & posthumo nasciturο, si ambo decesserint sine filiis, nũquid nato mortuo pupillo altero non nato substitutioni locus sit, subtiliter & egregiè disputatur affirmatiuè.

### SVMMARIVM.

1 *Substitutio facta filio nato & alteri nascituro de filiabus, si ambo decesserint sine filijs expirat nato mortuo, altero uerò non nato.*
*Sed auctor in occurrēti casu cōtra. 7. cũ sequẽtibus.*
2 *Pluralis locutio non uerificatur in uno solo.*
3 *Verba geminata mentem testatoris magis apertam demonstrant.*
*Copula requirit concursum copulatorum. 3.*
4 *Non natus non moritur.*
5 *Matrẽ excludi à luctuosa hæreditate filij odiosũ est.*
*Soror vtrinq. cõiuncta præfertur cõsanguineæ tãtũ.*
7 *Vulgaris expirat adita hæreditate & locum habet quoties quis non sit hæres vel quia nolit vel quia non possit. 8.*
*Vt moriendo. 9.*
*Vel non nascendo. 10.*
11 *Compendiosa facta Titio & eius descendentibus si decesserint sine liberis verificatur Titio solo sine liberis mortuo. & descendentibus nõn natis.*
*Idem facta vulgari. 12.*
13 *Substitutus aliquando habet electionem veniendi ex qua substitutione velit.*
*Et est communis opi. 14.*
14 *Clausula substitutioni annexa per notarium vulgariter & pupillariter & per fideicommissum quid operetur. 15.*
16 *Mulier tres uno partu filios edere potest.*
17 *Particula imperfecta suppletur.*
18 *Clausula omni meliori modo, operatur, quod quis noluerit se ad specificata restringere.*
*De quo exemplum ponitur. 19.*
20 *Substitutio sub conditione quæ defecit pro non facta habetur.*
21 *Paria sunt nihil fieri. vel sub condõne quæ deficiat.*
22 *Oldradus consi. 142. damnatur. 23. 24.*
*Et postea declaratur. 27.*
26 *Mater excluditur per expressam pupillarem.*
*Et idem respectu tacitæ vulgaris contentæ in compendiosa 26.*

## CONSILIVM CLXII.

*Auxilium meum à Domino.*

*Dominus Raphael Alexandrinus cum duas filias Luciam & Magdalenam prioris vxoris haberet: tres verò posterioris Franciscã, Ioannam & Lucretiam, & insuper Flaminium, eum & posthumum masculum nasciturum instituit: & casu quo dictus Flaminius & posthumus ambo decederent sine filijs, ex nunc, prout ex tunc ipsis ambobus substituit vulgariter, pupillariter & per fideicommissum, & omni alio meliori modo omnes ipsius testatoris filias et posthumam (quæ nata fuit & Laura nuncupata) æqualiter & æquis portionibus: Mortuo testatore nec nato posthumo decessit Flaminius impubes relictis viuis Lucia & Magdalena sororibus consanguineis tantum. Item Francisca, Ioanna, Lucretia & Laura, vtrinque coniunctis: & matre sua. Quæritur ergo quid iuris in themate præmisso dicendum sit.*

AVDIO dubitari contra Luciam & Magdalenam per Excell. dominum Prętorem Carpi olim discipulum meum acutissimũ, nũc verò tanquam mihi fratrem honorandum, substitutionis casum non euenisse,
1 † quoniam cum facta fuerit in casu, quo Flaminius & posthumus extarent, & ambo decederent sine filiis, solusq; Flaminius extiterit & decesserit sine filiis, posthumus autem nequaquam, qui natus non fuit, talis casus dicitur omissus à testatore, & in dispositione iuris cõmunis debet remanere l. commodissimè. ff. de lib. & posthu. ita Oldrad. cons. 142. factum tale, & cons. 177. testator in suo. Castr. consi. 14. in antiquis, aliàs 219. in nouis vol. 1. Ioã. And. in tit. de testam. §. in primis, in addi. magna ad Specul. vers. 4. quæstio. Alber. in l. precibus. C. de impub. col. 21. vers. Item q̃ro de alia. q. Alex. cons. 1. vol. 1. Anch. cons. 357. ex tenore testamenti, demumq; Rui. in pluribus locis, videlicet in cons. 96. col. fi. cons. 104. col. 2. cons. 172. col. 2. vol. 2. & cons. 110. col. 2. vol. 3. & prætercum Soci. iun. consi. 171. nu. 7. vol. 2. Crauet.
2 consi. 506. sub nu. 5. cum similibus † summaq; rationum suarum est, quòd pluralis locutio, si Flaminius & posthumus ambo decederent sine filiis, nõ verificatur in solo Flaminio sic decedente. maximè; quia bis dixit, si ambo decederent, & ipsis ambobus substituit. † Nam ver-
3 ba geminata mentem testatoris magis apertã demõstrant. l. Balista. ff. ad treb. Item quia copula interposita requirit, quòd ambo decesserint. l. si hæredi plures. ff. de cõd. insti. † & quia
4 non natus non moritur, nec mori potest, sed viuens tantum. l. qui duos. ff. de manu. test. † de-
5 mumq;, quia cum mater sit in medio, dicitur tractari de odio, si substitutioni locus sit; excluderetũ enim à luctuosa filii hæreditate, quod
6 fieri non debet. l. fi. C. de insti. & substit. † quare deficiente substitutione, concluditur sorores vtrinque coniunctas ab intestato præferri cõsanguineis tantum, vt habetur in auct. de consangui. & vter. frat. cum vulgar.

Ego verò diligentius cõsiderãdo puto substitutioni locum esse. Nam facta fuit vulgariter, pupillariter & per fideicommissum, quo stante

stante dico, quòd licet respectu Flaminii fue-
7 rit locus pupillari, † quoniam cum adiuerit hæreditatem (vt audio) vulgaris expirauit l. post aditam. C. de impuber. tamen respectu
8 posthumi non nati locus fuit vulgari, † quæ locum habet, quoties quis non fit hæres, vel quia nolit, vel quia non possit. l. tertia. C. de hæredibus instituend. & quia istud non
9 posse, verificatur pluribus modis, † vel propter mortem, vel propter aliud impedimentum iuris, vel facti, vt declarat Bartolus in l. prima, columna secunda. ff. de vulgari & pupillari. & in specie; quia institurus non fit na-
10 tus, † vt idem Bartol. tradit in l. tertia. §. final. ff. de liber. & posthum. per l. final. C. de institutioni. & substitutioni. vbi Iason idem ponit columna secunda, sequitur in casu nostro, quòd dicta vulgaris facta posthumo nasciruro, de omnibus filiabus testatoris, verificatur eo non nato, vt in fortioribus terminis uoluit gloss. & post eam Bartol. in l. ventri. ff. de ventr. inspic. quæ dicit, pupillarem expressam factam posthumo nasciruro continere tacitam vulgarem; quæ locum habet posthumo non nato, sequitur Fulgosius consilio 49. columna secunda. Decius consilio 227. co-
11 lumna tertia. † vbi facta compendiosa Titio & eius descendentibus, si decesserint sine liberis, vult in ea vulgarem contineri, & eam verificari, Titio solo sine liberis defuncto, licet descendentes nulli nati fuerint. sicut (dicit) substitutio facta, si posthumus nascetur & moriatur: habet etiam locum eo non nato. Idemque tenet Corneus consilio 276. numero 16. volumine tertio, Alciatus responso 250. numero octauo, & Socinus iunior consilio 181. sub numero 27. volumine secundo, demumque Cephal. consilio 221.
12 numero vndecimo. † ergo multo magis in casu nostro, in quo facta fuit expressa vulgaris, si posthumus decesserit sine filiis, dici debet, quòd posthumo non nato substitutio verificetur facta de omnibus filiabus testatoris, nedum secundi matrimonii, sed etiam prioris; meritò sic considerando patet, substitutionem factam Flaminio & posthumo, si decesserint ambo sine filiis, uerificari Flaminio mortuo sine filiis, & posthumo non nato, singula singulis referendo, hoc est pupillarem Flami-
13 nio, vulgarem verò posthumo non nato † Nam cum fuerit vtraque substitutio facta, & purificata modo prædicto, potuerunt filiæ substitutæ eligere & venire ex qua uoluerunt, vt ex pupillari respectu Flaminii, & ex vulgari respectu posthumi non nati, prout tradit Bartolus in l. centurio. quæstione quarta, princip. numero 38. ff. de vulgari. & pupilla. vbi sequitur Alexander alios citans colnmna penultima, Aretinus, Iason & alii, quos refert Gallianl. numero 104. Ripaque numero 171.
14 † qui communem testatur; & est textus in l. recusare. §. Titius. ff. ad trebellianum, quem de iure meliorem appellat Angelus pro forma substitutionum, qua vtuntur notarii apponentes illa verba, substituens eum vulgariter, pupillariter & per fideicommissum, quæ ope-
15 ratur multum. † Nam substiturus eligere potest ex qua specie substitutionis velit hæreditatem amplecti; sequitur Castren. & Alexan. ibi. Ioan. de Anan. consilio decimoquinto. Guid. Papæ quæstione 524. Socin. consilio vigesimo. columna quinta, volumine primo. Ioan. Durant. de arte testan. titu. 5. caut. 6. Dominus meus Riminaldus consil. 333. columna prima. Natta consi. 395. num. 3. & ego plenius in l. precibus. num. 508. C. de impub. & aliis subst. Et ita considerando diligenter apparet, substitutioni filiarum locum esse, secundum verba testatoris; & sine vlla impropriatione verborum; quod ex deductis in hac causa per Dominos Aduocatos consideratum vel animaduersum non video.

Nec mirum videatur dari concursum pu-
16 pillaris & vulgaris modo prædicto. † Nam dum mater Flaminii prægãs erat, & antequam pareret Lauram, Flaminius non poterat succedere nisi in tertia parte; cum tres nasci possent in vno partu. l. antiqui. ff. si par. hære. pet. nata verò Laura Flaminius succedebat in dimidia, non autem in toto propter vulgarem; cui locus erat etiam non nato posthumo. ideo eo moriente postea pupillo, quò ad partem suam locus fuit pupillari; & quòad partem posthumi nasciturí fuit locus vulgari, licet eo non nato. & sic darur concursus dictarum substitutionum respectu diuersarum personarum.

Sed vt etiam magis iustificetur intentio dictarum filiarum considero secundo loco, quòd testator in casu, quo Flaminius & posthumus nasciturus ambo decederent sine filiis; nedum eis ambobus substituit vulgariter, pupillariter & per fideicommissum; sed subiun-
17 xit, & omni alio meliori modo, † cui particulæ veluti imperfectæ ratione verbi suppleri debet verbum substituit, iuxta notata per Bartolum in l. in repetendis, ff. de legat. tertiò. & in l. Seiæ. §. Gaio. ff. de fund. instru.
18 † At natura gemina illorum verborum est, quòd disponens noluerit se restringere ad specificata, secundum Baldum in l. vinum. columna septima. ff. si certum petatur, Alexander consilio 123. volumine tertio, Baldus consil. 489. in causa vertente. colum. 1. in fine. volum. 3. Socin. consi. 142. colum. antepen. volum. 1. Rui. consi. 9. colum. fi. volum. 5. & in terminis substitutionis Crane. consi. fi. nu. 15. volum. secundo. meritò meus testatoris non fuit in casu nostro, se velle restringere ad casum specificatum, hoc est substituere omnes filias in casu tantum, quando Flaminius & posthumus nasceretur, & ambo postea decederent

19 sine filiis, ut uerba sonare uidentur, † sed & omni alio meliori modo uoluit eas substituere, hoc est etiam quando Flaminius solus moreretur sine filiis: quia posthumus non nasceretur, & ob id mori non posset. Vnde sic intelligendo de plano procedit hæc substitutio filiarum sine vlla cauillatione secundum verba testatoris, nec ista consideratio fuit in hac causa pariter facta.

Tertiò nec aliud omittendum censeo, quod sicut nouum est; nec cogitatum in hac causa, ita verum puto, quòd substitutio filiarum facta Flaminio & posthumo nascituro, si ambo decesserint sine filiis, dicitur in effectu duplex, seu bipartita, vna respectu Flaminii & partis sibi contingentis, altera respectu posthumi, partisque suæ, si natus fuisset, igitur si velimus dicere, citra veri præiuditium, substitutionem factam posthumo defecisse; quia natus nõ fuit;
20 & ob id decedere non potuit sine filiis, † tunc dico, talem substitutionem sub conditione factam, quæ defecit, haberi perinde ac si facta non fuisset l. pecuniam quam. ff. si certum petat. l. necessario. §. quòd si pendente. ff. de periculo & commod. rei vend. Socin. iun. con sil. quarto, numero 16. consilio 180. numer. 40.
21 volum. secundo. † Et paria sunt nihil fieri, vel sub conditione fieri, quæ non purificetur, Ripa responso. libro primo, capitulo secundo, numero. 23. Crauet. consilio 15, numero 13, Cephal. consil. 183. nume. 50. meritò remanet substitutio facta Flaminio, qui verè decessit; & sine filiis, cuius respectu nihil obstare video, cur dictæ filiæ non debeant admitti, quia res ad eum casum redigitur, si testator substituisset dictas filias soli Flaminio sine liberis decedenti; quo casu sine dubio admitterentur,
22 † & ad hanc considerationem non aduerterunt Oldrad. & sequaces, qui de plurali sermone, & de copula locuti sunt, quoniam per eam cessant illæ suæ rationes cum remaneat substitutio nato tantum facta altera defecta,
23 † Sed vlterius hanc partem tenendo particulariter responderi potest; quòd in casu Oldradi dixerat testator, si omnes posthumos mori contigerit in pupillari ætate, vel aliàs quandocunque sine filiis tunc sorores meas eisdem posthumis æquis portionibus substituo, deinde natus fuerat vnus tantum posthumus, qui patris hæres fuerat, & mortuus in pupillari ætate, vult Oldrad. illas sorores
24 testatoris excludi, † sed malè (meo iuditio) nam licet quò ad posthumum natum uulgaris contenta sub illa compendiosa, vel aliàs quandocunque decessert sine filiis, expirasset propter aditionem factam à posthumo, dicta l. post aditam; & remansisset pupillaris tantum quò ad eum; tamen quò ad alios posthumos non natos non defecerat dicta vulgaris in compendiosa contenta; sed ei locus fuerat, vt supra ostendi post gloss. & Bartol. in l. ventri. ff. de uentre inspic. cum sequent. meritò dictæ sorores poterant venire partim ex pupillari respectu posthumi nati, & partim ex vulgari respectu non natorum. Et ita sermo pluralis & copulatiuus verificabatur.
25 † Nec mater in medio existens esse poterat impedimento. Cum respectu pupillaris expressæ, cui locus fuerat posthumo nato moriente pupillo, mater excludebatur, namque illa admittitur contra matrem; vt notat Bartolus & omnes in l. secunda, ff. de vul-
26 gari & pupillar. † Idemque respectu tacitæ vulgaris contentæ in compendiosa, cui locus fuerat aliis posthumis non natis, cum & illa contra matrem filii testatoris vxoris admittatur; vt tenet Bartol. in l. prima, versiculo ulterius quæro. numero 41. ff. eod. & post eum Ripa, numero 175. qui dicit per omnes approbari.
27 † Præterea considero, quòd in casu Oldradi sorores testatoris fuerant substitutæ, hic autem filiæ, quibus magis debetur hæreditas, siue patris, siue fratris; quàm sororibus testatoris uelut in gradu proximioribus, ut est notissimum.

Postremò non sumus in casu suo stante substitutione facta, & omni alio meliori modo, plusquam esset in casu Oldradi, per quam uocare uoluit filias omnes etiam posthumo nõ nato, & Flaminio solo pupillo moriente, ut superius declaraui. Sicque puto de iure concludendum in præsenti causa.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

## Pro Domino Blanchino de Blanchinis.

### ARGVMENTVM.

De gabella soluta pro emptione facta pro persona nominanda, rursus non soluenda pro nominatione, casus pulcher & nouus.

### *SVMMARIVM.*

1 *Emptio pro persona nominanda dicitur conditionalis.*

1 *Gerundium respiciens futurum tempus resoluitur in conditionem.*

2 *Gabella soluta pro emptione vel donatione, cuius ius tunc non transfertur, non soluitur iterum quando ius transfertur.*

*Soluens*

3 *Soluens quid pro electione sine administratione non tenetur iterum soluere quando sibi conceditur administratio.*
4 *Gabella soluta de deposito vigore statuti, non debet etiam solui de pacto apposito eundi Romam.*
5 *Nominatio personæ non est nouus contractus sed informatio prioris.*
6 *Dictio per, denotat causam finalem.*
7 *Gabellæ duæ non sunt soluendæ pro duobus contractibus, quorum vnus in alium transfunditur:*
8 *Contractus duo tendentes ad vnum pro vno habentur.*
9 *Gabella si solui debet ex contractu, nunquid de cessione solui debebit.*
10 *Factum nouum vbi versatur ibi noua obligatio.*
11 *Emens pro persona nominanda quid intendat.*
12 *Gabellam non deberi debet in dubio fieri interpretatio.*
13 *Contrariorum eadem disciplina.*
14 *Fraus ex indicijs probatur.*
*Quæ debent esse perspicacia, idest perfectè efficacia.* 15.
16 *Notorium probatione non eget.*
17 *Fraus cessat in faciente solitum.*
*Nec præsumitur in factis ex interuallo.* 18.
*Nec in faciente quod debebat facere.* 20
19 *Emens pro persona nominanda tenetur eam nominare.*
21 *Melioramenta ad perpetuam vtilitatem domus refici debent facienti.*
22 *Fructus non pertinent ad aliquem pendente conditione.*
23 *Ratificare non potest quis id quod suo nomine gestum non fuit.*
24 *Ancharanus consi.* 127. *declaratur.*
25 *Illatio non fit de diuersis ad diuersa.*
26 *Nominandi facultas expirat anno.*
*At Bartolus & alij contra.* 27. 28.
*Auctor verò declarat.* 29.
30 *Tempus vbi indeterminatè positum reperitur sufficit quandocunque actum explicare.*

## CONSILIVM CLXIII.

*Auxilium meum à Domino.*

CVM semel soluta fuerit gabella pro emptione domus facta per dominum Blanchinum pro persona per eum nominanda, non puto, quòd iterum solui debeat pro nominatione facta per eum de magistro
1 Piacino in emptorem dictæ domus. † Moueor imprimis: quia emptio prædicta pro persona nominanda fuit conditionalis, illud enim gerundium nominanda, respiciens futurum tempus resoluitur in conditionem, idest si nominabit personam, vt declarat Bartol. in l. si tu ex parte. in fi. ff. de acqui. hæred. vbi scribentes alios cumulant, maximè Alexand. Corn. consilio 90. colum. 3. & cons. 143. colum. 3. volum. 4. Dec. consi. 31. nume. 6. & cons. 433. colum. 2. Paris. consi. 19. colum. 1. volum. 2. igitur ad veniente postmodum conditione, videlicet nominato magistro Piacino non debet iterato
2 solui gabella, † doctr. est Bartoli singularis in l. 1. C. de consuli. lib. 12. ubi dicit, quòd si per formam statuti de quolibet contractu, per quē ius acquiretur, debet solui tantùm pro gabella & aliquis titulo venditionis: vel donationis dedit alicuī aliquod pondus hoc pacto, vt ius non transferatur in eum nisi mortuo donante; vel vendente, si tunc fuit soluta gabella dicti contractus, licet morte donantis, seu vendentis trāsfeat ius in illum, non debet iteratò gabella sol-
3 ui, † sicut dicit Bartol. ille qui fuit electus in consulem absque administratione, si soluit centum libras auri pro tali electione, non soluit postea, si sibi concedatur administratio; & illam decisionem Bartoli sequitur ad vnguem Iulius Ferretus in tract. de Gabel. nu. 373. concludens pro contractu conditionali, pro quo fuit soluta gabella, veniente cōditione iterum gabellam non debere solui.
4 † Secundò moueor ex doctrina Bertachini in tractat. de gabellis in ter. me. octauæ par. q. 18. nume. 30. vbi quærit, stante statuto; quòd de deposito soluatur gabella, an habeat locum in deposito facto, vt quis vadat Romam, & respō det, quòd sic, tamen non debet solui de pacto apposito eundi Romam; quia illud non est nouus contractus, sed informatio prioris, vt determinat Bald. in rubrica. C. deposi. & in l. per
5 diuersas. C. mand † sic enim dici debet in casu nostro, quòd quando Blanchinus emit domum; de qua agitur, pro persona nominanda, & soluit gabellam; non debuit etiam soluere pro nominatione; quia illa non fuit nouus
6 contractus, sed informatio prioris, † Nam persona nominanda fuit causa finalis emptionis factæ per Blanchinum, vt denotat illa dictio, pro, secundum Bald. in l. 1. colum. penult. C. per quas person. & Ruin. cons. 23. nume. 15. volum. 2. quæ causa finalis per nominationem verificatur.
7 † Tertiò moueor ex alia doctrina Baldi in l. cum dotem. C. de iure dot. circa finem. vbi quærit; quando sunt duo contractus, quorum vnus in alium transfunditur, vtrum debeant solui duæ gabellæ stante statuto dicente, quòd de quolibet contractu debeat solui gabella. Et respondet Bal. quòd non, mouetur tribus rationibus, quarum duæ conferunt casui nostro
8 † prima; quia isti duo contractus tendunt ad vnum finem, & quoties duo propter unum, utrobique tantum est unum, secunda, quia statutum debet intelligi de contractibus pluribus separatis, non de antecedenti & consequenti quod est cōsequens ex prima intentione contrahentiū, nec de principali & accessorio; quia totum hoc structum censetur unum. Sic enim

dici debet in casu nostro. emptio enim Blanchi
ni fuit ordinata ad finem, vt alius domum ha-
beret, quem nominaret, & nominatio Piacini
facta fuit ad eundem finem, & fuit consequens
emptionis factæ per Blanchinum, meritò so-
lùs vnus contractus reputari debuit, & vna ga-
bella satis fuit.
9 † Quartò moueor ex doctrina Baldi & Saly-
ceti in l. cum per cos. C. si quis alteri, vel sibi;
quos sequitur Bertach. in tract. de Gabel. in 5.
par. quæst. 12. nume. 19. qui licet in dubiis cita
ti, probant ad fauorem Blanchini. Quærunt. n.
si statutum dicat, q de quolibet contractu sol-
uatur gabella, an de contractu cessionis erit sol
uenda, distingunt, aut cessio est executio, siue
exercitium illius contractus; ut quando procu
rator cedit domino, & non soluitur noua ga-
bella, aut est contractus per se, non oriens ex
10 priori, & tunc noua gabella debetur; † quia
vbi nouum factum, ibi noua obligatio, sed ubi
unum & idem factum, non dicitur noua obli-
gatio, ita Bald. Salyc. & Bertach. quos etiam se
quitur Iul. Ferret. in tract. de Gabel. num. 374.
11 at nos sumus in primo membro: † quia quan
do Blanchinus emit pro persona nominanda,
primeua intentio sua fuit quærere illi personę,
quam nominaret l. si absentis, & ibi Bald. in 2.
oppo. C. si cert. pet. ergo postea nominãdo per-
sonam mag. Piacini, talis nominatio dicitur
fuisse executio contractus per eum facti, & sic
vnum & idem factum, meritò noua gabella nõ
debetur. Ex his enim doctrinis Baldi, qui fuit
Iureconsul. maximus in practica, satis fundatur
12 hæc conclusio. † Non ommitto tamen aliam
Bartoli in l. si pupillus. ad fi. ff. ad l. falcid. quòd
quando res est dubia (cum tamen clara sit) fie
ri deberet interpretatio, gabellam non deberi,
sequitur Corn. cons. 106. volum. 4. Dec. con-
si. 559. nu. 8. Cra. cons. 111. in fi. Rui. cons. 112.
nume. 14. vo. 4.
13 † Quintò non prætereo, quòd dici solet, cõ
trariorum eandem esse disciplinam. l. fi. §. con-
tra quoque. ff. de leg. 3. At nos habemus, quòd
si de contractu debet solui gabella, pro distra-
ctu non debetur, vt not. Bart. & alii in l. ab em-
ptione. ff. de pact. Port. in rub. instit. de obligat.
Tiraquel. abundè de legib. conubial. gloss. con
tracter. & Petrus Rebuf. in tractat. de rescin.
contract. articulo vnico glossa quinta, in prin.
meritò nec pro nominatione emptoris con-
firmatoria contractus deberi debet gabella.
Sola vis est ita tenendo deductis in dubiis
eleganter respondere, quòd ergo primò dici-
tur, emptionem sic fuisse factam nomine per-
sonæ nominandæ, non quia sic Blanchinus in
animo gereret, cum in re fabricauerit, possede-
rit & fructus perceperit, sed vt vnam gabellam
euitaret postea nominando, & eam fraudaret,
14 † quæ fraus sic ex indiciis probatur, vt per A-
lexand. consil. 188. volum. 7. Crauet. cons. 115.
Ego respondeo pręmittendo, quòd cum fraus
dicatur delictum, ideo requiruntur probatio-
nes luce meridiana clariores. Ancharan. con-
sil. 385. licet pridie. colum. 2. versic. item quia
15 fraus, † & fraus probari debet indiciis perspi-
cacibus, idest perfectè efficacibus, Bald. con-
silio. 250. in quæstione. colum. 2. volum. 1. re-
pet. cons. 382. volum. 5. Crauet. consil. 21. nu-
me. 4. at in pręteritum & quotidie consueue-
runt fieri similes contractus emptionum pro
persona nominanda, quæ postmodum, licet ex
16 interuallo, fuit nominata, † vt est notissimũ,
sic vt probatione non egeat, sed sufficiat id al-
legare. Gloss. Bartol. & alii in l. 1. C. qui & ad-
17 uer. quos, Natta consi. 415. ad finem. † meri-
tò in Blanchino sic vt supra contrahente frau-
dis suspitio cessare debet, ex quo fecit, quod so
litum erat fieri. Ita Crauet. consil. 44. ad fi-
nem, & licet steterit per annos septem in octo,
18 in nominando Piacinum, † non ob id fraus ar
guitur. Immo verò cessat; & allegari non po-
test in his, quæ fiunt ex interuallo. Bartol. in l.
pacta nouissima. colum. 1. C. de pact. Abb. con-
sil. 69. colum. 2. uolum. 2. Alex. consil. 28. co-
lum. 2. uers. nec ad hoc. uolum. 5. Corn. consil.
133. consil. 241. colum. 3. consil. 266. colum.
pen. uolum. 1. Crauet. consil. 44. num. 2. & con-
19 sil. 114. nu. 5. † Rursus cum Blanchinus emis-
set pro persona nominanda, tenebatur ad eam
nominandã. l. 1. ff. de pact. l. 1. ff. de consti. pe-
cu. cum similibus, si ergo nominauit Piacinũ
20 † & sic fecit, quod facere debebat, fraude dici
tur caruisse, ut per Anch. consil. 316. colum. 2.
Corn. consil. 106. ad fin. uolum. 1. Crauet. con-
sili. 75. nume. 6. Menoch. consil. 98. nume. 30.
Nec indicia, quæ deducuntur in dubiis mi
hi uidentur luce meridiana clariora, neque
perfectè efficacia ad fraudem inducendam, ut
supra deduxi, namque ad primum de fa-
brica facta per Blanchinum in dicta domo, di-
co simul stare, quòd Blanchinus emerit pro
persona nominanda, ut cantat instrumen-
21 tum emptionis ab eo factæ † & tamen ante-
quã Piacinum nominauerit, in domo empta
fabricauerit, sciens Piacinum uel alium ab
eo nominandum teneri sibi resarcire melio-
ramenta facta in dicta domo ad perpetuam rei
vtilitatem l. intra vtile. §. vendentibus. ff. de
mino. cum similibus per Baldum consilio 167.
Titius vendidit. in fine. volumine primo. &
& consilio 303. ad euidentiam præmittendum
est, volumine primo. Natta consilio 601. co-
lumna prima & latè Rolandus à Valle consi-
lio 28. volumine primo. vbi loquitur de ex-
pensis factis in domibus subiectis restitutio-
ni, quę soluendę sunt, & satisfaciendæ ei, qui
eas fecit.
Similiter quòd Blanchinus fructus percepe
rit ante nominationem non est potens inditiũ
q pro se emerit, non autem pro Piacino, vel a-
22 lio † quoniam cum emptio sua fuerit con-
ditionalis, vt supra dixi, & per consequens
ante

ante purificatam conditionem per nominationem Piacini, fructus ad eum non spectarent, nec de iure spectare possent l. prima & secunda. C. de pericul. & commod. rei vend. l. sicut, & ibi Castr. C. de action. empti. l. necessariò, ver. quòd si pendente. ff. de peri. & commod. rei vend. Alex. consi. 75. viso themate. volum. 2. Paris. cons. 59. col. fi. vol. 1. consentaneũ fuit, quòd interim spectarent ad Blanchinum, vti dominum, & qui prætium soluerat domus, sed non inde fit, quòd pro se dicatur emisse, nõ autem pro alio nominando.

Demùm quòd subiicitur, eum propter nominationem vendidisse etiam, quod erat superfluum, non elicitur ex instrumẽtis, sed simplex nominatio cum refectione precii, Gabellarum Capsoldi & melioramentorum, prout ex discursu instrumentorum colligitur apertè.

Et inquantum dicitur, nominationẽ sequutam & ratificationem Piacini nõ efficere, quin
23 sint duo contractus † quia cum negotium non fuisset gestum nomine Piacini, non potuit per eum ratificari, glo. in l. si pupilli. §. sed si ego. ff. de neg. gest. & in proposito nostro latè Ancha. cõs. 127. Dico rationem desumptam in dubio esse id, de quo disputatur, nec esse veram in facto, vt apparet ex instrumento emptionis Blanchini contrarium dicentis, & ex alio nominanationis sequutæ.

Nec Ancharanum casui nostro repugnare,
24 sed in diuersis terminis loqui, † Nam Celius ille, de quo scribit, emerat quædam bona pro illis, quos nominabit, sed tamen, vt inquit Anchara. animus Celii non fuit illis nominandis quærere, sed sibi, ex potestate, quam sibi reseruauerat in dictis bonis, quòd posset ipsa uendere, alienare & obligare, & omnia facere, prout verus dominus & possessor. Item Celius ille verbis tantùm ennunciatiuis declarauerat tales, & tales nominasse, nec illi fuerant præsentes tempore dictæ declarationis. Item eo iã dudum mortuo illi tales ratificauerant dictam nominationem in preiudicium hæredis Celii, qui iam possessionem dictorum bonorum apprehenderant. At hæc omnia cessant in casu nostro: talis enim reseruatio non fuit facta à Blãchino. Item dispositiuè nominauit Piacinum eo præsente & acceptante, ita quòd de alterius
25 preiudicio non agitur. † Vnde de diuersis ad diuersa rectè non infertur. l. Papinia. exuli. ff. de minor.

Postremò dum subiicitur, data facultate Blãchino nominani incertam personam de incer-
26 tis, † talem facultatem anno expirasse, nec postea fieri potuisse, secundum Bald. & Imol. in l.
27 cum quidam. ff. de legat. secundò. † & quia de substantia contractus, in quo tractatur de acquirendo, persona cui acquiritur, debet esse certa, vt per Bald. consil. 470. volum. 5. Dico breuiter missa opinione Bartoli in dicta l. cum
28 quidam † qui voluit, talem facultatem anno non expirare, sed durare, donec quis fuerit interpellatus per litis contestationem, quem plures sequuti sunt, quos refert Iason in l. fina. §. sed & si quis. C. communi. de legat. & alios eum defendens, citat Ripa. in l. si insulam. numero. 88. ff. de verborum obligationibus.
29 † Quòd non sumus in terminis illius conclusionis, nam ibi data facultate vni eligendi, eo cessante reperitur facta prouisio de alio, qui eligat, vel exequatur, puta de Episcopo in casu Baldi & Bartoli, vel de legatario in casu dicti. §. sed & si quis, at in terminis nr̃is quando quis emit pro persona nominanda, eo non nominãte intra certum tempus non reperitur prouisum de alio, qui nominet, nec interest alicuius quòd nominetur antequam sit nominatus, meritò cum Blanchinus habuerit facultatem in determinatam nominandi personam, pro qua emit, debuit potuisse talem nominationem fa
30 cere quandocunque, licet post annum: † quia quando lex loquitur de tempore, generaliter & indeterminatè, non limitando tempus, sufficit actum quocunque tempore fieri. l. qui fundum. ff. de contrahend. empt. l. 1. §. meminisse. ff. de ventr. inspic. Bartol. in l. 1. in princip. ff. de aleat. cum similibus. per Crau. cons. 14. num. 3. & cons. 84. nume. 13. & ex his remanet dubiis satisfactum.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

## Pro magnificis de Zobolis.

### ARGVMENTVM.

De renunciatione facta sine iuramento per filiam bonis paternis & maternis valida doctè discutitur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Filia tacitè uocata uidetur ab intestato matre defuncta.*
2 *Filius qui renunciauit bonis paternis non prohibetur ex iure nouo succedere.*
3 *Taciti & expreßi idem iudicium.*
*Fallit quando agitur de annullando siue uitiando actu. 18.*
3 *Filius simpliciter renuncians bonis paternis potest ab intestato succedere.*
*Sed contra per auctorem post alios, 13.*
*Et est communis opinio. 14.*
*Et maximè procedit facta mentione succeßionis ab intestato. 14.*
4 *Fidem non seruanti non est fides seruanda,*
5 *Renunciatio generalis non impedit petitionem legitimæ uel eius suplementi, sed contra si facta sit patri uiuenti. 20.*

Renun-

61 *Renunciatio & pactum de non petendo nunquid differant.70*
62 *Renunciari non potest simpliciter iuri prohibitiuo. sed accedente pacto sic.*
63 *Capi. quamuis de pact. in 6. venit ad declarationem legis pactum dotali. C. de colla.*
65 *Filius viuente patre non habet aliquod ius in eius hæreditate.*
*Nec in legitima. 66.*
67 *Donatio dicitur doni datio.*
68 *Baldus in l. fi. C. de pact. in vno taxatur.*
69 *Insinuationis solennitas præsumitur ex cursu 30. annorum.*
*Et potest fieri ex interuallo. 70*
71 *Actus validatur ex reiteratione, sed an impediat reclamari, quidam non. 72.*
*Alij contra, auctor verò distinguit.*
73 *Geminatione dolus non censetur remissus.*
75 *Dolus non præsumitur.*
76 *Periurus in causa in qua agit repelli debet.*
77 *Renuncians cum iuramento & agens postea repellitur vt periurus.*
78 *Admitti quis non debet ad periurandum.*
*Nec contra proprium iuramentum audiri. 79*
84 *Vocati solenniter quando qui dicantur.*
85 *Dictum doctoris intelligitur secundum leges quas allegat.*
86 *Vocatus qui non comparuit censetur non venisse quia fuit impeditus non quia noluerit venire.*
86 *Præsumptio validitatis actus cæteris præponderat. & est validior.*
87 *Vniuersitatis personæ quando non possint actum impugnare.*
88 *Tractatus enuntiatus satis probatur inter partes.*
*Et præsumitur ex antiquitate temporis interuenisse. 89.*

## CONSILIVM CLXIIII.

*Auxilium meum à Domino.*

DVBITATVR, an Reuerendæ Moniales Sancti Thomæ ciuitatis Regii debeant constitui possessores bonorum quondam Dominæ Tobiæ de Zobolis ex persona Dominæ Prudentiæ illius filiæ in eorum monasterio iamdiu professæ non obstante renunciatione per eam & eas facta dictæ D. Tobiæ tunc viuenti.

Et prima consideratione dicendum videtur
1 quòd sic † Nam defuncta Domina Tobia ab intestato, prout decessit, tacitè vocata fuisse videtur à matre sua Domina Prudentia, per regulã legis conficiuntur. ff. de iure codicil. vnde sicut si vocata fuisset ex testamento, posset ad hæreditatem matris venire ex iure no-
2 uo † sicut uidemus quando filia renunciauit hæreditati patris, quòd non prohibetur in ea hæreditate succedere, quæ sibi ex persona fratris deferatur, ut Angel. consi. 32. Dominus Gilius colum. fin. cum similibus, vt tradit Alex. in l. 1. §. veteres, ff. de acquirend. possess. Dec. consi. 318. colum. fina. & Didac. Couarru. in capi. quamuis. §. 3. nume. 2. de pact. in 6. Pariter ab intestato potuit Domina Prudentia matri suæ
3 succedere ex tacita illius voluntate † cum taciti & expressi sit idem iudicium l. cum quid. ff. si certum petatur. ita voluit Zenzellinus in cap. quamuis. de pact. in 6. & insuper Bald. consil. 437. quædam puella. colum. 2. volum. 1. in nouis, id amplians, etiam si sorores extarent, nam cum eis Domina Prudentia venire debuisset ab intestato conferendo dotem suam, vt per eum, meritò tanto magis idem iuris esse debuit, nec eis, nec filiis masculis extantibus Dominæ Tobiæ, prout in casu nostro contingit. Idemque tenet Ludouic. Bologni. consil. 55. colum. penul. uersiculo uel secundò, post Aret. consi. 93. nume. 9. qui sequitur Zenzellinum, de quo supra.

4 † Secundò bene facit: quia Domina Tobia promisit, quòd hæredes sui darent dictis Monialibus scutos 200. superuiuente sibi filia, prout superuixit ipsa Domina Prudentia, & tamẽ hæredes Dominæ Tobiæ non obseruarunt conuenta non soluẽdo dictos scutos 200. ergo nec dictę Moniales tenentur seruare dictam renunciationem, quia non seruanti fidem fides non seruanda l. cum proponas. & ibi Castr. Alex. D. meus Rimi. & alii. C. de pact.

5 † Tertiò saltem respectu legitimæ uel eius supplementi res clara uidetur. Namque renunciatio generalis eius petitionem non impedit, ut uoluerunt Guil. de Cuneo Bald. Angel. Alber. Salyc. Castr. & Ias. in l. si quando. §. & generaliter. C. de inoffi. testam. Cuman. consi. 188. spectab. miles. Fulgos. consil. 84. Bonacursius. colum. 2. Guido Papę quæstio. 93. Alexan. consi. 69. colum. 2. uersiculo nec obstat. uolum. 1. consi. 8. nume. 22. uolum. 3. consi. 89. nume. 13. uolum. 4. Angel. Aretin. in §. tam autem. in fin. inst. de inoff. testam. Barbat. consi. 55. colum. penul. uersicul. præterea facit. uolum. 2. Curt. consi. 76. colum. 5. sic etiam Iason in l. de his. nume. 3. ff. de transact. consil. 162. nume. 3. uolum. 2. Ruin. consi. 97. nume. 2. uolum. 1. consil. 56. nume. 8. uolum. 2. Dec. consi. 392. num. 4. consi. 525. nume. 4. Brun. consi. 82. nume. 14. Paris. consi. 1. nume. 103. consi. 9. consi. 26. nu. 93. & consi. 93. nume. 11. uolum. 3. Boeri. quæstio. 14. nume. 6. Grama. decisio. 102. nume. 88. Tiraquel. in tractat. de iure primi. quæstione 55. nume. 6.

6 † Quartò, respectu quoq; residui bonorum D. Tobiæ dicendum uidetur Do. Prudentiam debuisse admitti: quoniam renunciatio sua cęterarumque monialium facta fuit sine iuramẽto, quo casu nõ ligat eas, velut de iure improbata l. pactũ dotali. C. de col. ubi dĩ, ꝙ pactũ ut fi-

lia contenta dote nullum ad bona paterna re-
gressum haberet iuris auctoritate improbatur,
nec intestato patri filia succedere prohibetur,
igitur idem de bonis paternis dici debet, quo-
ties enim renuntiatio cum iuramento non in-
teruenit,filia non prohibetur ab intestato patri
vel matri succedere,vt declarat Castr. in l.qui
superstitis.ff.de acq.hær. Rol. à Valle cons. 21.
nu.7.vol.1.

7 † Sed & in alio peccat dicta renunciatio:quo
niam non interuenerũt in ea duæ partes ex tri-
bus ipsarum monialium,cum de quadraginta-
nouem,quæ tunc erant in monasterio, haben-
tes vocem in capitulo,vigintinouem duntaxat
interuenerunt,vt clarè dicitur in instrumento,
ergo dicta renunciatio fuit nulla. Nam in acti-
bus vniuersitatis,& in his quæ sunt communia
pluribus vt vniuersis, debent interuenire duæ
partes ex tribus.l.nulli.ff.quod cuius. vni.no.l.
8 nominatorum.C.de decur.lib.10.† & in instru
mento scribi debet,quòd duæ partes interue-
nerunt,Bar.in l.1.ff.de alb.scri.in l.omnes po-
puli.2.q.princ.nu.15.ff.de iust.& iur.& in l.fin.
C.de præd.curi.lib.10.Bal.in d.l. nulli. & in l.
fi.C.de præd.curi.lib.10.Bal.in d.l. nulli. & in
9 l.fi.C.qui bon.ced.poss.† Hinc Alexander con
si.68.col.2.vol.2.& consi.1.col. 2. vol. 4. dixit
syndicatum vniuersitatis non esse legitimum,
nisi dicatur in eo,quòd interuenerunt duæ par
tes ex tribus,& quòd maior pars consensit,vt
etiam per Aret.in §.præterea. col.24. instit. de
exce.sequitur Cagnol.in l.aliud.§.refertur. ff.
de reg.iur.sicque pari modo regulam cõstituit
Dec.in c.cum omnes.nume.21.de constitutio.
10 † quam dicit esse communem. Et quòd sic in-
telligitur lex quod maior.ff.ad munic. dicens,
quod maior pars fecit,omnes fecisse videntur,
videlicet quando duæ partes ex tribus interue
nerunt: tunc enim ratum est factum à maiore
parte illarum duarum partium, at secus si duæ
partes non interuenissent; tunc enim factum à
maiore parte ratum non esset,& cum prædictis
etiam latè concordat Capit.decis.4.& Cardi.
Albanus in suis lucubrationibus ad Bartolum
in d.l.omnes populi.nu.13.

11 † Postremò, nec illud omitti debet, quòd
non fuerunt habiti tractatus circa prædictam
renuntiationem,prout debuerunt interuenire
iuxta not.in c.1.de reb.eccl.non alie.in 6. cap.
tua.& c.cum apostolica.de his quæ fiunt à præ-
la.Feder.cons. 142. Quare multis euitatur di-
cta renunciatio,remanetque intentio Monia-
lium firma.

Nihilominus vlterius cogitãti mihi visa fuit
& verior & probabilior pars dominorum de Zo
bolis,hæredum ab intestato præfatæ dominæ
12 Tobiæ contra memoratas Moniales. † Mo-
ueor in primis ex regula iuris trita, quòd renũ
ciantibus iura sua non datur vlterius ad ea re-
gressus.l.quæritur §.si venditor.ff. de ædil.edi.
Crau.cons.24.nu.4.& consi.74.nu.7. Paris. con-
sil.69.nu.20.vol.3. D.meus Rimin. cons. 349.
col.1.Tiraquel.abundè de retract.§. 1.Gloss.9.
nume.119. Senat. Pedemont. decis. 144. nu-
me. 6. & in specie constitutum est, vt pactum,
quo filia nedum ingressa & professa, vt in casu
nostro,sed etiam volens ingredi & profiteri re
nuntiat bonis paternis aut maternis valeat &
ratum sit,vt Bar.& Bal.tenent in l.fi.C.de pact.
& alii quos cumulat Purp.num.188.Dec.con-
si.31.col.2.& Didac.Couuara.in c.quamuis.de
pact.in 6.§.2.col. 4. qui magis communem te-
statur maximè si de cõsensu monasterii proces-
serit,vt in casu nostro, prout tradunt Purpur.&
Cagnol.in d.l.fi.vterque nu.194. vnde cum do
mina Prudentia Monialesque renunciauerint
bonis maternis, vt in instrumento patet, non
possunt ea petentes ad ea rursus redire, & hoc
satis erit pro dictis Zobolis, cum ex responsio-
nibus ad contraria clarior reddetur conclusio
ad eorum fauorem.

13 † Quatenus ergo pertinet ad primum, dico
quòd opinio Zenzellini & sequacium non est
vera,sed communiter reprobatur. Et in primis
contrarium tenent Domini de Rota. deci.850
vtrum filia dotata,in antiquis,vbi dicunt,quòd
renunciatio simplex & generaliter facta com-
prehendit vtrumque ius ex testamento & ab in
testato,& quia illa præsumptio tacitè relinquendi
propinquioribus ab intestato procedit, quan-
do pater non fecit filiam renunciare alias se-
cus,in casu nostro mater & etiam pater: ex quo
enim voluit semel filiam excludere, voluntas
sua durare præsumitur,licet ab intestato dece-
serit. Sicque tenet in specie Dominicus in d.c.
quamuis.& ibidem Natta nu.25.lim.9. Arc. in
14 l. qui superstites. ff.de acq.hær. † Crot.in l.sti-
pulatio hoc modo.nu.26.ff.de verb.obliga.qui
communem testatur & infinitos idem tenẽs cu
mulat Paris.cons.26.nu.17.vol.3.demumq; Di
dacus Couuar.in d.c.quamuis.§.3.num. 5.vbi
hoc receptissimum appellat. Secundò dico, quia
si verba renũciationis essent simplicia tãtum
vel generalia,posset dubitari,nunquid ab inte-
stato deberent operari, sed in casu nostro fuit
expressè renunciatum successioni ab intestato
per D.Prudentiam & Moniales in bonis pater
nis & maternis, quo stante ne uerba sint super
flua,debent exclusæ remanere, licet non ext ẽt
alii filii,vt per Imol.cons.1.col.penul.ver.item
nõ obstat. 5. ratio.Alex.cons.29. col.2. vol.3.

15 † Et in quantum dicebatur, taciti & expres
si idem iudicium esse, considerandum est, nos
potius versari in terminis textus legis nonnun
quam.in prin.& leg.si in diem. §.si.ff. de cond.
& de.vbi dr,quia sæpenumero effectus rei mutat
ex eo qđ testatur expressir,quàm absq; expres-
sione intelligatur,ad idẽ tex.in l. si quis Sẽpro
niũ.ff.de hær.inst.& i l.actus legitimi.ff.de reg.
iur.& ob id tex.in l.expressa.ff.co.dixit, expres
sa nocent, nõ expressa nõ nocent. Vnde licet fa
cta renuntiatione simpliciter vel ẽt generaliter
dici

dici posset, non esse renunciatum successioni tacitæ, quę contingit ab intestato, tamen secus esse debet ea facta expressè de non succe-
16 dēdo ab intestato: †quia in claris non est opus coniecturis.l.continuus.§.cum ita. ff. de verb. obl.& expressum facit cessare tacitum, nec per tacitum derogatur expresso.Corn.consi. 290. num.20.vol.1.Et pulchrius Craue.sic arguens. consi.123.col.fin. nec immeritò. Nam specialiter expressa minorem habent dubitationē & efficaciora sunt.l.sed & si quis.§.quæsitum. ff.si quis caut.Dec.consi.197.col. fin. Rol. à Valle
17 cons.1.nu.12.vol.3. † Hinc eleganter Bald.in l.cum multæ. C.de don. ante nup. per illū textum notabat,quòd pacta dotalia intelliguntur repetita in donatione propter nuptias,nisi aliqua fuerint expressa in ipsa donatione,quia expressum remouet præsumptionem taciti, cum tacitum veniat suppletiuè,sed expressum suppletionem non recipit, quoniam est expressum determinato modo,sequitur Rol.à Valle
18 consi.62.num.9.vol.1. † Et in summa taciti & expressi non est idem iudicium, quando agitur de annullando actu;quia magis inficitur ex dispositione expressa quàm tacita, vnde tali casu non est par virtus taciti & expressi, vt dicit Bal.in l.eleganter.§.si quis post. col.pen. ff.de cond.indeb.sequitur Dec.in d.l. expressa. Ias. in d.l.cum quid.num.17.meritò licet facta renunciatione simplici dici posset esse locum tacitæ voluntati D. Tobiæ, quòd filia succederet ab intestato, tamen stante renunciatione ad id expressa secus esse debet; quia ad annullandā seu tollendam illam tacitam voluntatem fortius operari debet expressa in contrarium facta,sicq; cessat primum contrarium.

19 † Quò verò ad secundum de non obseruatis conuentis per hæredes D. Tobiæ considerandum est,quòd dominus Procurator eorū Cremonius diligens & cautus,vt semper solet;obtulit eos in iudicio paratos soluere & adimplere pro parte sua omnia & singula contenta in dicto instrumento renunciationis cum Monialibus conuenta ad euitandas expensas & ad agnoscendam bonam fidem, quæ quidem oblatio sufficere debuit velut habēs vim solutionis quò ad effectum, ne dicti hæredes in mora soluendi dici possint.l.si rem.§. fi.ff.de pigno. acti.tradit Bar.in l.interdum.§.fi.& in l.si insulam.in prima oppo. secundę partis. ff. de verb. obl.& in l.sed si alia. ff.de consti. pec. sicut etiā in l.si debitor.ff.de solut.quem sequuntur Cuma.Alex.& Ias.in d.§.fin.Negus.in tract.de pignor. in 3. part. tertii membri quintæ partis, num.6.& Natta consi. 631.col.2.

20 † Ad tertium de renunciatione, quæ saltem respectu legitimæ non debet moniales impedire, respondetur, auctoritate Cumani consil.188.supra citato,vbi dicit,quòd quando filius renunciat bonis paternis viuente patre, vel facit pactum de non succedendo in dictis bonis, cum legitima adhuc ipsi filio nō debeatur,per talem renunciationem siue pactum repellitur à toto & sic etiam à legitima.d.c.quāuis.& est de mente Bar.in l.1.§.filium.ff.de bo. pòss.contra tab.quęst.4.nam vult ibi, ꝙ si filius à successione patris sit exclusus pacto,ꝙ præteritus non possit testamentum rumpere, quod non esset, sed rumperet, si ei deberetur legitima.iux.notata per Bar.& alios in l. Gallus.§.& quid si tantum.ff.de lib.& posthu.

21 † Nec obstat lex si quando. §.& generaliter. C.de inof. testa. cum notatis ibi per Doctores & alibi supra relatos, volentes nō intelligi per renunciationem generalem præiudicatum legitimæ, nisi de illa sit facta specialis mentio: quia procedunt ille tex. & Doctores, quando quis renunciauit vel fecit pactum de non succedendo in bonis patris post eius mortem, & sic postquam ius filio inceperat competere in legitima,ab illa nanq; non excluditur,nisi specialiter dicatur. Sed aliud est, quando generaliter renunciatur patri adhuc viuenti, quia tūc à legitima pariter excluditur, cum illo tempore nullum ius haberet filius in ea l.1.§.si impuberi. ff. de colla. bon. & propterea facilius excluditur à iure quęrendo quàm à iure quæsito. ita notab.respōdet & declarat Cuma.cōs.188. supra citato,quē sequitur Rui.in l. Gallus.§.& quid si tantum. nu.167. vers. & tenendo istam partem.ff.de lib.& posthu. Curt.iun. consi.10. nu.3.Ias.cons.104.col.pen. vol.4. Tiraquel. in tract.de iure primig.quęst.55. Rol.à Valle cō-
22 sil.11.nu.13.vol.1. † & Menoch. cōs.71.nu.5. & 6.qui id confirmat ea ratione. Nam si patre viuente cōsiderari potest aliqua legitima filii, illa dicitur vnita ipsi patrimonio, quo fit, vt filius simpliciter renunciando bonis & hæreditati patris, excludatur etiam ab ipsa legitima, prout egregiè docet Rui.in d.§. & quid si tantum.num. 168. & cons.51.num.13.vers.potest etiam.vol. 3. à quo dicit Menoch. neminē reperiisse qui dissentiat. Cum igitur in proposito nostro domina Prudentia Moniales que renunciauerint bonis maternis viuente domina Tobia, non est cur etiam respectu legitimę de-
23 fendi possint. † Secundò responderi potest, etiā quòd domina Prudentia nimis effuso sermone fuit vsa renunciando quibuscunque iuribus suis, quæ habet, vel in futurum speraret in omnibus & quibuscunq; bonis paternis & maternis,& vt latius in instrumento, quo stante dicitur exclusa pariter à petitione legitimæ vel eius supplementi, nedum à cæteris bonis, prout quando filius renunciauit omnibus bonis paternis integraliter & sine diminutione, secundum Rubeum cons.43.col.fi. vers. replicari potest. Soci.iun.cons.136.num.16. vol.1.
24 & Menoch.in d.cons.71.num. 11. † Tertiò respondetur, quòd domina Prudentia nedū renunciauit bonis maternis in ampla forma, sed etiam fecit pactum perpetuum de non petēdo

quicquam,

quicquam, dicens vnà cum monialibus, quòd nihil à matre vel suis hæredibus vlterius petēt, vel exigent, seu litem de cætero non mouebūt, nec moueri consentient. Vnde cum promiserint nihil plus petere in bonis maternis, sequitur vt à legitima vel eius supplemento dicantur exclusæ, sicut doctè Ruinus respondit consil.97.nu.7.vol.1. ꝙ si filia recepta dote promisit aliquid non petere, excluditur à legitima, cum dictio aliquid, referatur ad totum & quālibet minimam eius partem.cle.1.de for.competen.vel quando promisit aliquid non petere de cuncta substantia patris: quia illa verba vniuersalia idem operātur, ac si specialiter legiti-
25 mæ renunciatum fuisset † igitur à fortiori sic idem dicendum videtur in casu nostro, in quo adest dictio nihil, vniuersalis negatiua, q̃ plus operatur quàm affirmatiua, iuxta gloss. Imol. Cumanum & cæteros in l.hoc genus. ff.de cōdit.& demonst. & ita Menoch. arguit in specie in allegato cons.71.num.18.
26 † Ad quartum, ꝙ renunciatio prædicta facta fuit sine iuramento, meritò nō ligat velut improbata de iure, super quo fit magnum fundamentum, respondeo, per multos testes, Notarios & Procuratores Regii probatam fuisse cōsuetudinem faciendi similes renunciationes filiarum, quæ religionem ingressæ fuerunt, & earum moniales sine iuramento earum, talibusque instrumentis huic similibus non fuisse contradictum. sed ea fuisse obseruata & debitum effectum fuisse sortita. quo stante succedit doctrina Baldi singularis in l. Archimedo-
27 ram.C.vt in poss.leg. † Nam videmus in l. pactum quod dotali. C.de pact. non valere pactū inter patrem & filiam, quòd eo vita functo illa succedere debeat ex æquo cum fratre suo, velut impediens libertatem patris in testando, & tamen inquit Baldus loco citato, consuetudine fieri posse, quòd tale pactum valeat, & seruari debeat, sequitur ibidem Ias. limit.4. Dec. cons. 578. & Natta in c. quamuis.de pact.in 6.
28 fall.6.nu.8. †Confirmatur. Nam ex obseruantia similium instrumentorum, & ꝙ etiam fuerit aliquando pro eis iudicatum, sequitur & huic adhibendam esse fidem, pariq; modo id esse seruandum, vt per Cyn. inter consilia Baldi post consilium 400.vol.4.& idem Bald.consil.402.quæritur, an per solam. vol.5.vbi dicit, ꝙ instrumenta per sententiam & obseruātiam partium transeunt in perpetuam fidem, sequitur Crauet.cons.158.col.1. Tantoq; magis, ꝙ istæ moniales respondendo capitulis fatentur, sic solitum fuisse cum eis similia instrumenta celebrari sine iuramento, nec illis eas vnquam contrauenisse, sed obseruasse & ea rata habuis-
29 se. † Igitur & istud obseruare debent. c. quod semel.de reg.iur.in 6.Idq; magis confirmatur, quia plura instrumenta similia sine iuramento Regii confecta producta fuerunt, demumque stilus Notariorum Regii conformis, ad quem & illi examinati se referunt, ita fuisse consue-
30 tum seruari † quare seruandus est & attendi debet, quia omnia valida reddit, vt inquit Paris.cons.113.num.4.volum.4. Roland.à Valle cōsi.70.nu.14.vol.1. vbi post Bal. & alios quos citat, inquit quòd statutum, stilus & consuetudo derogare possunt solēnitati citationis, quæ de iure requiritur in examine testium, igitur & in proposito solemnitati iuramenti derogare potest consuetudo siue stilus.
31 † Non omitto tamen, ꝙ aduersus doctrinam Baldi in allegata l. cùm Archimedoram. citatur alia eiusdē in c.1.§.moribus.si de feu. fuer. contr.inter domi. & agna. quatenus enim textus ibi dicit: Moribus receptum esse, dominum de feudo militis sui, quod post mortem ipsius ad dominum reuerti speratur, in alium militē inuestituram facere posse, quæ tunc demum capiet effectum, cum feudū domino fuerit apertum, & sic sentire videtur ille textus, quòd per consuetudinem fieri possit, quòd pactū de futura successione valeat. Baldus subdit hoc esse falsum, & sic reprobat illam consuetudinem, per quam agebatur de conualidando dicto pacto, cuius contrarium vult in d. l. cum Archi-
32 medoram. † Sed & Andreas de Isernia pariter illam consuetudinem refellit, & ad Principem duntaxat eam restringit, dicens eam non valere nec habere locum, nisi in Principe, sicut cōcessio vacaturarum soli Papæ conceditur.
33 † Tertiò dicitur, ꝙ ille textus, in quo se fundat Bal. loquitur in materia feudali, quæ nō est allegabilis ad decisionem aliarum causarum secundū Bart.in l.vt iurisiurandi.§.si liberi.ff.de oper.libe.Ias.in l.pactum, nu. 3.C.de colla.saltem quando materia feudalis est contra regulas iuris, vt est in casu nostro textus ille contra regulam dictæ legis pactum . vt declarat Alex. in l.diuortio.§.si fundum.ff.sol.mat. & post eū latè Curt.iun.in tract.de feud. prima par. q.3. prin.nu.8. Quartò subiicitur, quòd ille textus est consimilis alteri in c.1. de filiis natis ex matrimo.ad morga. contracto.qui non ligat & est reprobatus, vt per Ias.in c.1.col.2. vers.hoc nō obstāte, in vsib. feu.post Bal.in c.1. de feu.cog.
34 † Postremò circa cōsuetudinem siue stilum Notariorum Regiensium non omittitur dici posse, quòd ille non potest derogare legi, sed declarationem tantum inducere potest eius, quod est iudicis arbitrio concessū, vt per Alex. consi.36.in fi.vol. 2.Et induci debet à potestatem tantum legis habente, vt per Dec.in rubr. de consue. col.2. versic. Secundò etiam stilus. Sicq; mediis prædictis refricantur in dubium per me dicta circa quartum contrarium. Quæ libēter referre volui, vt illis sigillatim à me reiectis animus lectorum conquiescat, ad verita-
35 tem redactus. † illa nanque quanto magis cōteritur & oppugnatur, tāto clarior expulsis nebulis in lucem progreditur, sicut aromata magis redolent, quanto magis conteruntur, vt inquit

inquit Castr.cons.23.vol.1.Crauet.conf.135. num.18.Rol.à Valle conf.66.in prin.vol.2.

In primis igitur circa Baldum in d.§. moribus,dico,quòd ille bene refert quosdam argumentari ex illo textu, valere pactum de futura successione,quod dicit esse falsum;quia ibi nō est pactum de futura successione, sed est tale quale est in l.in fuga.C.ad leg.Faui.de plagia. At hoc ad rem nostram non facit. Nam per renunciationem, de qua contenditur, agitur de non succedēdo,& sic de pacto successionis negatiuo, non autem de affirmatiuo. Vnde non repugnat Bald. ibi dictis per eum in d.l.cum Archimedoram. vbi de pacto successionis negatiuo loquitur. stant enim simul, quòd illud consuetudine roboretur, affirmatiuum verò
36 nequaquam. † Hæcq; differentia iustificatur & eleganter & doctè,nam quòd pactum successionis negatiuum consuetudine roboretur est text.in c. 1.§.filii. si de feud.fuer. controu.quo fuit in effectu motus Bal.in d.l.cum Archimedoram.Nam dicitur ibi fuisse contractum matrimonium cum vxore tali conditione, ne filii ex ea nati patri ab intestato succedant, deinde subdit textus decidendo, quòd filii nati ex tali vxore non succedunt in feudum. Nam quamuis ratione iuris improbetur talis conditio, ex vsu tamen admittitur. vnde Baldus bene dicit per illum textū. Consuetudine robur dari posse talibus pactis.Idemq; Bal.in eo textu dicit, hoc Imperatorem constituere posse, nec istud negari posse.

37 † Quòd verò pactum successionis affirmatiuum consuetudine roborari non possit, quod & alibi firmat ipse Bald.in l.2. C.quæ sit longa consuet. dicens non valere statutum vel consuetudinem inducens pactum de futura successione, quia si pacto firmari non potest, ita nec statuto vel consuetudine, licet Baldus nō probet,ego demonstro per tex.in l.ex eo.C.de cōtra.stip.vbi dicitur, ex eo instrumento nullam actionem dari,quo contra bonos mores de successione futura interposita fuit stipulatio.Si ergo pactum futuræ successionis bonis moribus aduersatur,datur intelligi,quòd consuetudine
38 roborari non potest, † quia consuetudo illam successionem inducens esset mala,quæ nomen consuetudinis perdit & dicitur vsurpatio. c.fi. de consue.c. consuetudinem. 12. distinct. siue corruptela.vt tradit Card.in d.c.fi.Et post eum Roccus de Curte nu.178. quia mala cōsuetudo corrumpit mores sub velamine consuetudinis,vt inquit Abb.in c.Messana. notab.fi.de
39 elect. † vnde spectat ad officium iudicis celerrimè obuiare, ne mala consuetudo radices faciat. c. mala consuetudo.8. distinct. vbi textus assignat rationem: quia ui priuilegiorum ius assumitur ab impiis.& Petrus Rauennas in di-
40 cto cap.fina.nu.19.pariter inquit † quòd quādo cōsuetudo mala est, ita quòd nutrit peccatum, tunc Episcopus contra quemcunque laicum habet iurisdictionem, vt non seruetur talis consuetudo, secundum Abbatem per illum
41 tex.in c.ad Apostolicam. desimo. † at sine dubio pactum de futura successione alterius inducit peccatum, cum sit plenum tristissimi & periculosi euentus propter insidias, quæ pararentur eius vitæ,super cuius bonis fit.l.fi.iunct. glo.C.de pact.& probatur in l.de fideicommisso.C.de trans.& ibi notāt Doctores, quòd inducit votum captandæ mortis. Sed hominem homini insidiari nefas appellat tex.in l. veluti. ff.de iusti. & iur. meritò (vt ad Baldum redeamus) in dictis locis ille bene locutus fuit,velut in diuersis terminis & differentibus loquens.

42 † Nunc ad Iserniam in d.§. moribus, descendo. Circa quem considerandum est, quòd ille tex.loquitur de moribus receptis,hoc est consuetudine, quòd de feudo possit alius inuestiri,cum feudum fuerit apertum Domino: quia vasallus fuerit mortuus sine filiis & descendentibus masculis. Eos autem mores appellat Isernia prauos & non seruandos, cum mors inducatur & tristissimus soleat euentus pari. & illum sequitur Cagnol.in l.fi.C.de pact.nu.133. concedens illam decisionem duram esse & à bonis moribus alienam,cum prauus euentus
43 inde sequatur. † Sed hęc casui nostro parum deseruiunt, quia in pacto de non succedendo cessat votum captandæ mortis, vt ibi dicit Bal. & Anch.in c.quamuis.de pact.in 6.vbi dicit, ꝙ non inducit votum captandæ mortis, sed magis aufert, postquàm tollit paciscēti spem successionis. Nec per illud impeditur libera testādi facultas, cum quis postea possit eum instituere, qui renunciauerat bonis suis ab intestato,vt per Socin. consi.92. circa primum.col.4. vol.1.sequitur Brun.in tract.ꝙ stan. mas. art.8.
44 nu.18. † Quinimò plus ego dico, quòd errauit Isernia, licet aliàs summus Feudista, circa verum intellectum dicti. §. moribus. Nam iura,quæ reprobant pactum futuræ successionis, loquuntur, quando duo vel plures, qui sperabant alterius successionem, forsan ad eos ex cognatione deuoluendam, fecerunt pactū de ea certo modo inter eos diuidenda, in euentū quòd ille præmoreretur eis:tales enim conuētiones dicuntur contra bonos mores & plenæ tristissimi & periculosi euentus ac odiosæ. di-
45 cta l.fi.C.de pact.& in l.pactum.eo. tit. † Sicut enim fuerunt illi nimis soliciti de hæreditate viuentis,ita lex suspicatur aduersus eos, ne parent insidias ei, de cuius hæreditate conuenerunt,vt perpendit gl. in d.l.fi. verbo Euentus. & præter eam comprobatur, animus enim declaratur ex facto secuto.§. pauonum. instit. de rer. diui. l. sed Iulianus. §. proinde.ff. ad Maced.Dec.consi.421.nu.13.Senat.Pedemonta. decis.71.post Grammat.consi.13.nu.2.& con-
46 sil.22.nu.11. † Neuiza.consi. 50.nu. 51. & 52. dicens, quòd fortiora facta sunt verbis ad animi declarationem.Sed in casu dicti §. moribus (vt

(vt nouum illius intellectum tandem reuellē ab aliis non animaduersum) ille, in quem collatum fuit feudum post mortem primi vasalli, non solicitauit se de illo inuestiri, sed fuit dominus, qui motus ex benemeritis suis, cum inuestiuit, iuxta.l.nec adiecit. ff. pro soc.meritò cessante solicitatione secundò inuestiti, cessat etiam suspicio voti captandę mortis in eo primi inuestiti, seu, si qua subest, non est in iure cō

47 siderabilis. † Nam & uidemus, fideicommissariam substitutionem valere inter liberos à patre factam, ut si quis eorum sine liberis decesserit, alter succedat, licet continere videatur uotum captandæ mortis, & proptera trāsactio superinde facta rata est, cum fratrum concordia remoto captandæ mortis alterius uoto improbabili retineatur. Valet enim dicta substitutio non alia ratione, nisi quia sic disposuit testator sine interuentu filiorū, qui non interuenerunt nec soliciti fuerunt, ut sic instituerentur & substituerentur, ut Ang. & Ias. latius declarant ibidem Lancel. Dec. & Cagnol. in effectu in d.l.fin.nu.33.C.de pac.

Nūc igitur intelligis, optime lector, quare procedat tex. in d.§. moribus. missis inuolucris & uerborum ambagibus, quæ super eo Baldus efundit in c.1.§.1.de feud.dat.in vic.leg. comisso. sicut & Aluaroti demunque Iasonis & Bologneti. in l. stipulatio hoc modo.ff. de uer.obli. quos omnes ibidem redarguo plublicè legem illam interpretando, quę breuitatis causa missa facio, velut ad rem nostram parum accomodata.

48 † Et ad tertium descendo, dum dicitur, ꝙ textus, in quo se fundat Bal. in d.l.cum Archimedoram. loquitur in materia feudali non allegabili ad decisionem aliarum causarum, quādo est contra regulas iuris communis. Et dico notabiliter id procedere, quando materia feudalis prouideret generaliter in omni loco, secus autem quando localis esset, tunc enim valet sed extra locum non extenditur. sicque loquitur tex. in d. §. filii. prout signanter ibi declarat Aluarot. vbi exponendo illum textum loquentem de conditione, quòd filii non succedant patri, quæ ratione iuris improbatur. l. pactum.C.de colla.tamen usu, idest consuetudine speciali, quæ uiget in eo loco, seruatur, non tamen extenderetur ad alia loca, ubi non esset ista specialis consuetudo, & ideo notat Aluarot. quòd licet pactum de non succedendo improbetur de iure, tamen consuetudine speciali admittitur in eo loco, ubi est consuetudo. Quare sic in casu nostro dicendum est ad ungem stante consuetudine Regii locali,

49 vbi facta fuit renunciatio, † & (ut inquit Dec. in d.l.pactum.col.pen.C.de pact.) huiusmodi pactum stante statuto loci, in quo id permittatur, non dicitur esse contra bonos mores illius loci: quia ad iudicandum aliquid esse contra bonos mores inspicitur locus ciuitatis, in qua hoc iudicari debet.l.item apud Labeonem.ibi Aduersus bonos mores ciuitatis.ff.de iniur.

50 † Ad quartum, quo dicitur, textum in dicto. §.filii. fundari in alio de filiis natis ex matrim. ad morga. contracto nō recepto nec approbato, debet diligenter aduerti, illud esse intelligendum respectu omnium personarum, quia illa iura non sunt recepta nec approbata respectu omnium, nec ligant omnes, at secus est in loco, ubi talis consuetudo uiget. ita declarat Aluarot. in d.cap.1.de feud.cogni.col.4.& melius in d.c.1.de fil.nat.ex matr.col.2.ubi dicit quòd determinatio illius capituli continet maximam iniustitiam, & ideo intelligendum est, ut habeat locū duntaxat in ciuitate Mediolani, vbi uigebat talis consuetudo, vel alibi, vbi dicta consuetudo vigeret, non autem alibi porrigi debet. Vnde quicquid de aliis locis dici posset, pariter in casu nostro dici debet, consuetudinē Regii probatam seruandam esse in loco prædicto, quòd renuntiationes similes à Monialibus celebratæ sine iuramento serua

51 ri debeant. † Quinimo Baldus in dict. §. *filii.* dicit, quòd ista consuetudo, quòd filii non succedant patri; ut ibi dicitur, potest habere aliquod motiuum æquitatis propter fauorem & honorem matrimonii, nam sub tali pacto nobiles inueniunt nobiliores, per quas nobilitas crescit. verbi gratia si Marchio, qui tenet feudum ab Imperatore accepit in uxorem quandam filiā Regis, quæ ei non nuberet, nisi cum hoc pacto, quòd filii sui succedant in Marchionatu, & non alii de alio matrimonio, & alii exempla ponunt tam ipse quàm Aluarotus & Afflict. ibi quibus omisis aliud adiungo seruiens proposito nostro, quod nos docet Fulgos. in l. Deo nobis.C. de epis.& cler. & consi.

52 53.col.2.† is enim examinās illam quæstionē de patre, qui filiæ reliquit mille si nupserit, ducenta uerò si monasterium ingrediatur, in qua Tomas de Fornasinis relatus per Io.Andr. in addi.Speculat. in rubr.de stat.monac.dixit, nihilominus ei deberi mille licet ingredienti monasterium, quem plures secuti sunt, de quibus per Aret. in c.in præsentia.de prob.nu.72. Fely. nume. 37. Soc. in l.1. ff. de his quæ pęn. no.Soc.Iun.con.168.nu.68.vol.2.& Rip. in l.

53 1.nu.62.ff.sol.ma.† ipse tamen Fulgosius concludit, filiam 200. duntaxat habituram, quando talis ordinatio patris facta fuit secundum mores ciuitatis & totius Italiæ, ubi seruatur per omnes diligentissimos & prudentissimos patres, ut filiabus monasterium aliquod ingressuris longè minorem quantitatem ex sua substantia dent, quàm nubentibus in seculo. Idque optima ratione custoditur, nam monasterium ingredientibus, & paupertatem uoce solemni profitentibus multo minus secundū laudabiles mores sufficit, quàm viris in seculo nubentibus, quibus & preciosæ uestes & sumptuosa Iocalia secundum mores probatos

patriæ,

patriæ,necessaria iudicantur. Quare patet con
suetudinem prædictã, quòd valeant renuncia
tiones factę per Moniales etiam sine iuramē-
to, non carere probabili æquitate, sicque de-
fendi posse, prout hæc facta proponitur in
casu nostro.
54 † Ad ultimum de stilo notariorum Regii,
qui non potest derrogare legi. dico quòd im-
mo etiam stilus sufficit ad derrogationem le-
gis, ut per Alex. consi. 65. in fi. vol. 1. Rui. cons.
150. col. 2. vol. 5. Rol. à Val. consi. 70. n. 14. vol.
1. qui etiam de iudice loquitur, licet non ha-
beat auctoritatem legis condendæ. Sed quic-
quid in hoc dici possit, aduerti debet, quòd
Alexander in allegato cons. 36. ad fin. vol. 2.
mouetur ex notatis per Petrum & Cynum in
55 l. 2. C. quæ sit long. consu. † qui loquentes de
stilo dicunt, quòd est ius quoddam non scri-
ptum usibus introductum ab uno iudice stila-
tum, & in hoc ultimo differt à consuetudine:
quoniam consuetudo est ius introductum usi-
bus plurium, ut à populo. Sicut enim populus
expressè legem facere potest, sic tacitè consue
tudinem inducendo, quæ est usus communis
stilus uerò licet sit usu introductus ab uno iu-
dice sępius stilatus, non tamen est usus com-
munis, & hanc differentiã quoque ponit Roc.
de Curte in tract. de consue. nu. 31. post Butriũ
in c. fin. eo. tit. & Aretinum consi. 114. in prin.
sicut & Petrus Raue. in eodem tract. nu. 130.
56 † Sed nos loquimur in stilo quàm plurium
notariorum ciuitatis Regii, qui consueuerunt
similes renunciationes in instrumentis suis re
digere sine iuramento Monialium. Vnde quia
nõ agitur hic de pluribus actibus factis ab vna
persona sed à pluribus, sequitur ut non de sti
lo propriè sed uerius de consuetudine tracte-
tur, per quam dubium non est derrogari posse
iuri communi, secundum omnes in l. de qui-
bus. ff. de legib. & in dicta l. 2. C. quæ sit long.
consu. & ex prædictis defenditur optimè re-
sponsio data de consuetudine, secundum quã
ualet renunciatio, sine iuramento.
57 † Sed ulterius ex abundanti placet alias re-
ponsiones adferre. Vnde dico, quòd cum dictę
moniales & D. Prudentia nedum renunciaue-
rint bonis maternis sed etiam fecerint pactum
de non petendo in ampla forma ut ibi, feceitũ
que liberationem & pactum perpetuum de ul
terius quicquam non petendo. Et rursus ibi.
nihil ab eis uel suis hæredibus ulterius petent
vel exigent, seu litem de cætero non mouebũt
nec moueri consentiẽt. sequitur dictam legẽ
pactum dotali. C. de collat. locum non habere
valetque tale pactum licet non iuratum. Ita
Bal. in l. fin. C. de pact. col. pen. ubi loquens de
renunciatione filiæ dicit optimam cautelam
esse, quòd uerba non sint concepta per modũ
simplicis renunciationis sed magis in formã
pacti de non petendo, cumque sequitur Vero-
nens. cautela. 183. tu scis quia si filia

58 † Verum quia & hæc responsio refricatur in
dubium, videamus an ea quæ dicuntur subsi-
stant, Decius in primis in d. l. pactũ. C. de col-
la. reprehendit Baldum in d. l. fin. C. de pact. di
cens illud suum dictum uideri contra illũ tex.
ibi. nullum ad bona paterna regressum habere
& ideo ipse Dec. consi. 86 nu. 5. dicit renuncia
tionem factam patri uiuenti etiam per pactum
sine iuramento non valere per d. l. pactum.
59 † Secundo proponitur, dictum Baldi. in d. l.
fin. procedere, quando pactum habet uim do-
nationis. l. si quis obligatione. ff. de reg. iu. sed
donatio regulariter locum non habet inter pa
trem & filium sine iuramẽto. l. donationes. C.
de don. inter uir. & uxo. & latius ego pono in
§. 1. nu. 98. inst. per quas per sicut & Clarus in
§. donatio. q. 8. qui communem testatur. ergo
tale pactum nullius momenti esse debet.
60 † Tertiò subiicitur, quòd cũ bona materna,
quibus D. Prudentia renunciauit & super eis
fecit pactum de non petendo, longè transcẽ-
dant scutos. 500. requirebatur insinuatio, siue
consideremus ipsam renũciationem, ut voluit
Bal. in l. illud. C. de sacrosanc. eccle. Afflic. in
tract. prothomis. in prin. not. 10. siue pactum
de non petendo in ea positum. Bal. in l. 1. C. de
bon. ma. Alex. in l. si quis pro fundo. C. de trãs.
& consi. 20. col. 3. vol. 5. Ang. in §. idem iuris.
col. 24. inst. de exce. Alex. & Cur. in l. si credito
ri. C. de pact. Calca. cons. 25. nu. 28. Rol. à Val.
cons. 70. nu. 8. vol. 2. igitur ex defectu insinua-
tionis collabi dẽt instrũm dictæ renũciationis.
61 † Quartò dicitur, differentiam renuncia-
tionis & pacti de non petendo factam per Bal-
dum in d. l. fin. periculosam reddi, cum inui-
cem confundantur, sicut dicimus de pacto de
non petendo & non agendo, ut ego dixi in l.
si unus. §. pactus ne peteret. nu. 199. ff. de pact.
& in renunciatione ponit Soc. cons. 91. nu. 5.
vol. 1. dicens pactũ nudũ & renunciationẽ effe
ctu nõ differre. Cagn. in d. l. si qs obligatione,
62 † Sed his omnibus non attentis verior mi-
hi uidetur opi. Baldi. & differentia sua. Quæ
suadetur. Nã & alias dicitur iuri prohibitiuo
simpliciter renunciari non posse. Glo. & docto
res in l. 1. C. ne fideiuss. dot. dentur, & tamen
accedente pacto sic, ut ponit egregiè Lanfrac.
in clemen. sæpè. verbo libellus. de uerb. signi.
& iuri de futuro simpliciter renunciari non po
test. l. si ita scriptum. §. si sub conditione. ff. de
leg. 2. & tamen per pactum sic. l. 1. C. de pact.
63 † Nec obstant motiua superius facta, primò
que Decii, nanque decipitur, si quidem textus
in c. quamuis. de pact. in 6. uenit ad declaratio
nem dictæ legis pactum. C. de colla. eisdem-
que verbis utitur dicens. Quamuis pactum pa
tri factum à filia dum nuptui tradebatur, ut
dote contenta nullum ad bona paterna regres
sum haberet, improbet lex ciuilis. Et tamen
doctores illud capitulum intelligunt de renũ-
ciatione loqui non autem de pacto de nõ pe-
tendo

tendo sicque deducit illum textum ipse Dec.
64 consi. 181.col.1.† nec illa uerba. Nullum ad bona regressum habere, necessario inferunt ad pactum de non petendo, sed ornato quodam modo loquendi significant, renunciare bonis paternis, vel in eis non succedere.

Ad secundum uerò de donatione inualida sine iuramento, de qua Baldus locutus fuit
65 in d.l. fi.† cõsiderandum est, quòd filius uiuẽte patre vel matre non habet aliquod ius in eorum hæreditate.l. post emancipationem. §. 1. & ibi declarat Barto.ff. de liber.leg. & in d.l. fi.in fi. C.de pact. secũdum communem intellectum ubi Curti. Dec. Gozad.Cagnol.& D. meus Riminal. vanam spem appellant, nec à iure considerabilem, lateque tradit Ias.in l. is potest, col.3.ff.de acqui.her.& in l.qui Romæ. §.duo fratres.1.oppo.Bar.ff.de uer. ob. & post eum Claud.Aquens. nu.6. Ripa.10.declarãdo prout ipsi dicunt quò ad actum disponendi, de
66 quo nos agimus, ut de donãdo.† Quinimmo nec in legitima filius uiuente patre vel matre dicitur habere spem de iure probabilem.l.1.§. si impuberi.ff.de coll. bo. & ibi declarat Bart. & infinitos concordantes ego cumulaui inst. quib.alie. licet in prin. nu. 264. quibus nunc addo Cephalum consi. 214.num. 8.& Senat. Pedemont.decis.172.nu.15.quæ cum ita sint, nescio videre quomodo, si filia renunciat cum pacto de non petendo bonis paternis & maternis, induci posset donatio ex parte filiæ, si nullum ius habet in dictis bonis viuentibus
67 parentibus.† Nam donatio dicitur doni datio.l. senatus.§.1.ff.de don.causa mort. & ualet argumentum ab etimologia vocabuli. Si dicamus non est doni datio, ergo non est donatio, ut per Dec.& alios in l.2.§.appellata. ff. si cer.pet.& per omnes. in l.1. in prin.ff.de acqui.poss. immo uerò textus in l. si filius. C. de dona.dicit, filium donando patris bona nihil
68 transferre: quia ius in eis non habet † meritò defecit ingenium Baldi dicentis in dicta l. fina. C. de pact. quòd illa renunciatio filiæ cum pacto non petendo facta patri censeri quædam tacita donatio: Nam nullo modo uerbum donationis accomodari potest & propterea, quæ dicuntur de donatione inter patrem & filium prohibita & de insinuationis defectu, sunt impertinentia, cum supponatur extare donationem, quæ non iuteruenit. Sed ut etiam concederemus in memorato pacto de non petendo donationem cõtineri per dominam Prudentiam D. Tobiæ matri suæ, factam, nihilominus nulla dici non posset neque prohibita. textus enim in d.l.donationes. C.de don. inter uir. & uxor. loquitur de donationibus collatis à parentibus in liberos suos in potestate constitutos, quales non sunt filii respectu matris.§.cæteri.inst. de hær. qua.& diffe.
69 † Quò uero ad tertium de defectu insinuationis dico, quòd cum instrumentum factum fuerit de anno 1535.& lis incepta anno 1569. & sic post per annos.34.ex cursu tãti temporis præsumitur dictam solẽnitatem insinuationis interuenisse: quia ex cursu 30.annorum purgatur omne vitium, quod in contractu Monialium interuenisset, ut tradit Anch.cõsi.135.ex consiliis.Alex.cons.79.2. dubio. vol. 1. Dec. cons.36.col.1.cons.409.in prin. Gozad.cons. 11.nu.11.D.meus Rimi.consi.16.nu.12.cõsi.
70 343.& consi.528.nu.48.† cum potissimè donationis insinuatio post eam fieri possit, etiam ex interuallo, ut ponunt Bart. Roma. & Constant. Roger. in l.Modestinus.ff.de dona.& ita cessat obiectum 3.

Ad quartum dicitur, negari non posse, differentiam extare inter simplicem renunciationem & pactum de non petendo: illa enim nõ valet: quia fit de hęreditate uiuentis, quæ repudiari nõ potest.l.qui superstitis.ff. de acqui. hære.talis enim hęreditas non censetur delata sicut non potest adiri.l.2.ff.de hæred.uel acti. vend.at quando filia quid recepit pro dote & fecit pactum de non petendo, tunc valet pactũ quia promittendo nihil ulterius petere, uidetur totum habuisse, ut dicunt doctores in d.l. pactum.C. de pact. & collati. Remanet igitur ex prædictis defensata satis secunda responsio superius data.

71 † Nunc ad tertiam pertransco, quòd prædictæ Moniales ex interuallo dictum instrumẽtum renunciationis approbarunt anno.1551. ex qua reiteratione ac geminatione multum validitatis adfertur primo instrumento, cum præsumatur inde plena deliberatio, & ideo nihil opponi possit, ut notat Bal. in consilio scismatis. posito in rubr.C.si quis aliquem testari, & ita in renunciatione ètiam minoris geminata concludit Dec.cons.181.col. 2. sequitur Crau.cõs.54.nu.7.& cõs.114.nu.8.Boeri.cõs. 28.nu.15.& Soc.iunior cõsi.67.nu.45. vol. 2.

72 † Verum est quòd obiiciuntur duo. Primũ, quòd geminatio non impedit quominus reclamari possit, Dec.cõsi.60. in fi. Soc.cõs. 85. col.3.vol.1.Cagnol.in l. 2. C. de resci. vend. nu.72.Corn.cons.11. vol. 1. Roma. consi. 54. nec Crauc.locis citatis ausus fuit contrarium
73 firmare.† Alterum est, quòd ex tali geminatione non censetur dolus remissus, ut per Bar. in l.Pomponius.ff.de neg.gest.Senat. Pedemon. decis.58. nu. 37. post eum & Socinum consi. 156. nu. 30. Sed quod attinet ad primũ, super quo doctores fuerunt sibi ipsis contrarii, ut
74 refert Crauc.in allegato consi. 54. nu.7.† replicatur, illud procedere, quando uersamur in simplici geminatione actus: vt quia quis bis renunciauerit, at secus quando quis renunciationem iam factam approbauerit & confirmauerit, ut in casu nostro proponitur ut tradit Bellame. cons.24.col.5.quem sequitur Cra.consi.160.nu.6.respectu uerò secundi

75 di motiui dicitur † quòd hic de dolo non con stat, nec ille præsumitur. l. quoties. §. 1. ff. de prob. maximè inter parentes & filiam, de quibus lex multum confidit. Bald. in d. l. pactum. q. 21. C. de colla. vbi Roma. quoque, Alex. cõs. 29. vo. 3. Barb. in c. causam matrimonii, de of. deleg. quare defenditur & hæc tertia respõsio.

Postremò contrarium superius factum de defectu iuramenti cessat ex alia ratione. Nam Moniales istæ respondendo capitulis cum iuramento suo confessæ fuerunt, dictam renunciationem fecisse animo & intentione eam obseruandi & nullatenus ei contraueniendi.

76 † Nihilominus adhuc post iuramentum suum causam prosecutæ fuerunt & prosequuntur ad uersus renunciationem uenientes, nec eam uo lunt ullatenus obseruare, igitur tanquam per iuræ in causa, in qua agunt, repelli debent, ut per Dec. in c. intelleximus. nu. 18. de iudi. & in c. dilecti. nu. 3. de excep. Bald. consi. 118. præ mittendum est. vol. 4. Craue. consi. 7. nu. 12. & consi. 191. nu. 7. Soc. iu. consi. 125. in prin. vol. 3.

77 † Sicut enim si renunciassent cum iuramento & agerent postea ueniẽtes contra renunciationem dicerentur periuræ, & ob agẽdo repellendæ forent, ut per Dec. in c. intelleximus. nu. me. 18. de iudi. per l. si quis maior. C. de trans. vbi sic tenent Curt. nu. 52. & Parpal. nu. 65. Rom. singul. 391. tu sai. in fi. Alex. consi. 17. col. 2. vol. 3. Craue. consi. 7. nu. 12. & consi. 191. nu. 7. Soc. iu. consil. 125. in prin. vol. 3. Rol. à Val. consi. 26. nu. 28. uol. 3. ita pariter cum renunciauerint simpliciter, postea uerò cum iuramẽto cõfessæ sunt renunciasse animo obseruandi & non contraueniendi, prosequendo litem cõtra renunciationẽ dicuntur periuræ & ab agendo repelli debent. Nec uideo inter hos casus probabilem rationem differentiæ, sed eandẽ potius; quia sic iuramento cõtraueniunt uno casu sicut in alio.

78 † Confirmatur: quia posito quòd ab initio, quo renunciarunt simpliciter Moniales, non fuisset quæsitum ius parentibus & eorum hæredibus, quibus renunciarunt, tamen saltem ab eo tempore citra, cum respondendo capitulis iurarunt, dicentes renunciasse animo seruandi & non contraueniendi, dicitur ius quæsitum fuisse prædictis, ideo non debent ad periurãdum admitti, ut per Bal. in d. l. pactũ q. 18. C. de colla. Grama. consi. 32. nu. 15. ciui-

79 lium † Præterea, si cum iuramento confessę sunt renunciasse animo seruandi & non contraueniendi, sequitur ut nunc allegare non possint, nolle seruare & uelle cõtrauenire: quia cõtra proprium iuramentum non debent audiri auct. sacramenta puberum. C. si aduer. uend. c. quamuis de pact. In 6. clarè Bar. in l. ubi pactũ col. pen. C. de transf. Rui. consi. 59. nu. 18. vol. 4.

Superest, ut aliud contrarium diuellam superius memoratum num. 7. quòd duæ partes ex tribus Monialium non interuenerunt, ideo

80 renunciationem fuisse nullam † & dico, quòd iura, quæ dicũt de duabus partibus ad actum expediendum requisitis, procedunt in vniuersitate, quæ per se congregatur, secus ubi de mandato superioris uocata sit; tunc enim resi det ius vniuersitatis in pręsentibus, & factum à duabus partibus uenientium reputatur factum ab omnibus, licet non fuerint duæ partes omnium de uniuersitate. ita uoluit Abb. in c. cum omnes. col. fi. de const. post Innoc. in c. 1. de maior. & obedi. & in c. 2. de oper. no. nũc. idemque latius tradit Abb. in c. in causis, ulti-

81 mo notab. de electi. † ubi post Ioann. Andre. ponit exemplum in vniuersitate, in qua erant centum homines, qui fuerunt uocati à Superiore, sed tantum. 30. uenerunt, cõcludit enim, quòd illi triginta venientes poterunt actum expedire, adducit textum optimum in c. cum à nobis. de electi. vbi uocati nolentes venire faciunt se alienos, adducit insuper Glo. in Clement. quod circa de electi. quæ dicit, absurdũ esse computari in numero illos, qui uocati ve-

82 nire noluerunt. Et † licet Abbas in dicto cap. in causis. dicat ista communiter esse legistis incognita, tamen Bartolus idem sensit in l. 2. ff. de alb. scri. quatenus inquit, quòd quando uniuersitas rectorem non habet, potest antiquior cõuocare, & omnes tenentur ire, & ipsis non eũtibus, potest eis non expectatis actus expediri. idemq; sensit Bal. in l. unica col. pen. C. quan. non pet. par. vbi loquitur in Rectore vniuersitatis scolarium. Qui, si duæ partes nolint cõgregari, potest expedire facta vniuersitatis, priuando eos proprer contumaciam. c. ex literis. de consti. idem quoque dicit Iacob. de Are. in l. si legatario. §. fi. ff. de fidei. lib. per illum tex. optimè probantem, & per l. nõ tantum, eo. tit. & ibi uoluit idem Oldra. quorum uerba formalia refert & sequitur Bal. consi. 338. ad euidentiam est præmittẽdum. vol. 1. Cacialupi. in l. omnes populi. col. 16. & Crot. num. 31. ff. de iust. & iu. Fely. in c. 1. col. 1. de maior. & obedi. & longè

83 prius Fed. de Senis consi. 65. in 5. dub. † ubi dicit expresè, quod non est necesse duas partes vniuersitatis esse præsentes, immo sufficit quótcunque sint præsentes, dummodo alii sint legitimè uocati, & ita prædictos omnes citans excepto Crotto latè tenet & cõcludit Natta cõs. 1. col. 3. & 4. ubi respondet Decio, qui contrarium solus tenuit in d. c. cum omnes. contra quem tenet etiam Mantua col. pen. & fi. eodẽ loco. At Moniales conuocatæ fuerunt de mãdato Reuerendæ Do. Egidiæ de Girondis tũc Abbatissæ dicti Monasterii & sono campanellæ, ut in instrumento dicitur. Ita quòd patet eo medio omnes quadraginta nonẽ vocem ha

84 bẽtes & alias insuper fuisse uocatas † sic enim uocantur omnes & solemniter, quando superioris auctoritate & sono tubę vel campanellę vocantur, ut inquit Bar. in d. l. omnes populi. nu. 15. Rui. consil. 189. col. 1. uol. 1. & Do. meus Rimin.

Rimin.conſ.209.in prin.meritò licet duæ partes ex tribus non interuenerint, potuit dicta renunciatio fieri per eas quæ interuenerunt
85 & facta debuit & debet haberi rata; † & quicquid ex aduerſo dicatur loquitur Abbas in dicto c.cum omnes,& in aliis locis,nedum quando non uenientes fuerunt occupati & impediti,ſed etiam quando noluerunt venire, dum citat cap.cum nobis.de ele. & Gloſam in cle.qđ circa.de elect.quę de nolēte uenire loquuntur ſiquidem dictum doctoris intelligitur ſecundum leges quas allegat,Bar.in l. non ſolum.§. liberationis.ff.de lib.leg.Cor.cōſ.84. num.11. vol.2.Pariſ.cōſi.128.nu.28.vol.4.Card.Albanus in lucubrationibus ad Bar. in l. admonēdi nu.35.ff.de iureiur.& in l.cum tabernā. ff.
86 de pignor. † & in dubio potius cenſeri debet non comparentes nō ueniſſe propter impedimētum,quàm nolūtatem. cum primum tēdat ad conſeruationem renūciationis, ſecūdum ad deſtructionem illius.Si quidem illa præſumptio capi debet, per quam actus ſuſtinetur.l. quoties.ff.de reb.dub.& ff.de uerb.obli.eaque cæteris eſt potētior & efficacior, ut ponit Dec. in c.quoniam Abbas.nu.16.de offi.deleg.Soc. iun.cōſi.140.vol.2.Bertazolius in addi.ad Burſatum.cōſ.74.num.131.Ceph.cōſ.294.nu.45.
87 Vlterius addi poteſt & pulchrè poſito (ſine præiudicio veritatis) quòd Moniales omnes non fuiſſent vocatę,tamen dicta renunciatio nulla dici non poſſet, ſed ita demum ueniret infirmanda,ſi quæ uocatę nō fuiſſent, agerent, ſi quidem aliæ de illarum contemptu & uocatione non facta agere non poſſent.c.cum in eccleſiis.de præbē.in 6.ita Federic. de ſen. cōſi. 148.caſus talis eſt,ad fi. & cōſi. 288. quem ſequitur D.meus Rimi.cōſ.209.nu. 25. concludēs, quòd non comparentibus illis, qui uocari debuerunt & fuerunt cōtempti, non poſsūt alii cōqueri de inſtrumēto facto.At in mādato ad præſentem cauſam condito longè maior pars eſt illarum Monialium,quæ nō ſunt in inſtrumēto renunciationis nominatæ, nec probatur eas fuiſſe tūc in dicto monaſterio profeſſas igitur conqueri non poſſunt de aliis monialibus, quas prætendūt tunc extitiſſe, nec vocatas fuiſſe ſi quæ uerò ſunt in hoc mādato expreſſę, quę tunc tempore renunciationis etiā fuerint Moniales:quia vocatæ fuerūt & renunciarunt vt in inſtrumēto patet,nō eſt eis dādus regreſſus ad iura renūciata,ut dixi ſupra per. l. quæritur. §.ſi uēditor.ff.de ædil.edic.& ſic omni reſpectu res in tuto portu collocatur.
88 † Ad ultimum,quòd tractatus non interuenerunt, dico quòd ueritas eſt in contrarium, q̄ colligitur ex uerbis inſtrumenti dictis. Quibus qnidem Monialibus ſic ut ſupra capitulariter congregatis,& habitis prius inter eas colloquiis & parlamentis ſuper negociis & rebus dicti conuentus & monaſterii, tādem matura deliberatione & nemine earum diſcrepante fecerunt finem, liberationem, remiſsionem &c. D.Tobiæ & Anſelmo iugalibus. Ex his enim patet tractatus interueniſſe, eoſque licet enunciatos, velut ad actum neceſſarios inter partes
89 probari. l.optimam. C. de contra ſtip. † Quinimmo dato quòd non fuiſſent enunciati, præſumerentur ex antiquitate temporis interueniſſe, ut per Alex.conſi.79.2.dub.vol.1. Anch. conſ.135.Dec.conſ.409.Goz.conſ.11. nu. 10. D.meus Rimin.conſi.16.nu. 12. conſi. 343. & conſ.528.nu.47.& ita ſublatis omnibus cōtrariis remanet firma concluſio pro reis cōuētis.

*Hippol.Rimin.Ferrar.*

## Pro Reuerendis Monacis Pompoſię.

### ARGVMENTVM.

De Bulla Bonifaciana locum non habente extra diſtrictum Ferrariæ. & quę non proſint ad euitandam deuolutionem ob canonem non ſolutum infra biennium.

### SVMMARIVM.

1 *Bulla Bonifacij non bonis ſed perſonis fuit cōceſſa. Rerum tamen cauſa id factum fuit.*
2 *Contractus ubi celebratus fuit & partes habent domicilium bona cenſentur eſſe eiuſdem loci. Niſi diſpoſitio ſecundum veritatem loquatur.35.*
3 *Bullæ partes renunciare non poſſunt.*
4 *Emphiteuta eccleſiæ biennio non ſoluens cadit à iure ſuo. Niſi celeri ſatisfactione ſibi conſulat.17. Iudicis arbitrio num emphiteu.ſit diues aut pauper.18.*
5 *Deus Papæ & Imperatori leges ſubijcit & eorum celſitudini nulla lex imponi poteſt.*
6 *Papa in bonis eccleſiarum liberam habet poteſtatē. Et ei poteſt etiam ſine cauſa dominium auſferre, ergo multo fortius impedire ne acquiratur.*
7 *Emphiteuta non poſſidens excuſatur à non ſolutione canonis. Nec aliquam pœnam pati poteſt.8. Idem ſi fuit impeditus poſsidere propter bellum vel aliter.9. Aut ſi depoſitum fecit.10. Niſi pro præterito tempore factum ſit & poſtea ceſſauerit biennio.47.*
10 *Deponens dicitur adimpleuiſſe.*
11 *Proteſtationi non contradicens videtur aſſentire.*
12 *Oblatio non acceptata ſufficere debet ad euitandam pœnam caducitatis. Niſi facta fuerit poſt caducitatem incurſam & ſic incongrue tempore.49.*
13 *Solutio penſionis ante ſententiam ſufficit ad purgandam moram iudicis arbitrio. Et etiam poſt factam declarationem.14.*
15 *Compenſatio fit ipſo iure licet non fuerit oppoſita.*
16 *Emphiteuſis ubi fructus non reddit niſi quolibet quin-*

## CONSILIVM CLXV.

*Auxilium meum a Domino.*

DICITUR, Bullā Summi Pontificis Bonifacii Noni concessam fuisse Populo Ferrariæ pro bono pacis ad sedandas rixas, rancores & cędes præteritas, quæ contingere potuissent, ut in eius narratione dicitur. col. 1. & secunda & in vers. nos igitur, col. 3. meritò illam locum habere in insula Pōposiana, cum enim non bonis sed personis concessa sit,
1 † & personę posidētes ibi bona sint de populo Ferrariæ; quia incolunt ciuitatem Ferrariæ, & propterea dicunt de populo politico Ferrariæ à polis, quod est ciuitas, ut utar uerbis Baldi in l. etiam colum. 4. in prin. C. de exc. rei iud. sequitur, ut in illa insula Bulla prędicta locum habere debeat.

2 † Secundò confirmatur: quia Ferrariæ fuit celebratus contractus inter Zuccardum & Abbatem Pomposię, ibique partes domicilium habent, meritò bona, de quibus agitur, censentur esse eiusdem loci. l. Titium & Meuium. §. tutores. ff. de admi. tut. Alex. consi. 16. col. 2. post medium. vol. 1. Rube. consi. 136. post prin.

Tertiò non omittitur etiam, quòd colu. fin. uers. adiecto, dicitur in Bulla, quòd deuolutis bonis ad ecclesiam, teneatur prælatus inuestire alium subiectum iurisdictioni ciuitatis Ferrariensis. At insula Pomposiana subiecta reperitur iurisdictioni Ferrariæ, ergo datur intelligi, personas illius loci posse inuestiri, & in bonis ibi sitis Bullam locum habere.
3 † Quæ cū ita sint concluditur pactum biennii, de quo in instrumento inuestituræ defectumq; solutionis canonis per biennium non operari deuolutionem bonorū stante dicta Bulla, quæ col. 4. vult propter canonem non solutū bona in cōmissū non cadere, & in prima, quintaque interpretatione annullantur quæcunque pacta in inuestituris inserta aduersantia Bullæ, cui nec partes possunt renunciare, ut inquit Anch. consilio 171. columna tertia, quare fundamentum fieri non potest super pacto biennii de iure communi præfixo in cap. potuit, ex. de loca
4 † Cum licet eo iure lapso biennio & cessante soluere recognoscente rem ab ecclesia canonem conuentum soleat induci deuolutio, tamen bulla prædicta recedit in hoc à iure cōmuni, neque vult, quòd deuolutioni sit locus. vnde seruanda est uelut ius magis spetiale. c. generi. de reg iur. in 6. potuitque Summus Pontifex ita determinare: qm̄ non ligatur per

52 tione. † Nam cum reus esset emphiteuta nedũ tenebatur soluere pro præterito, sed etiam pro futuro tempore. Ias. in l. 2. quæstio. 13. C. de iure emphi. Bart. in l. litibus. C. de agric. & censi. lib. 11. cum similibus per Cephal. cons. 295. in
53 princip. † Nec vna solutio parit liberationem pro futuris pensionibus, l. cum is. §. 1. ff. de con di. indeb. Paris. consil. 79. nume. 13. volum. 3.
54 † Nec ex receptione pecuniarum facta per sin dicum monasterii potuit ipsi monasterio fieri præiudicium, quod est collegiatum; vt per Alex. consil. 105. nume. 14. volum. 3. maximè si ignorauit ius esse quæsitum Monasterio, ut in dubio præsumitur. l. uerius. ff. de probatio. tradit Alex. dicto consi. & Dec. cons. 452. col. fin. Et posito, quòd quid plus fuisset solutum ratione temporis præteriti, si tamen illud plus non esset satis ad solutionem biennii futuri, in quo cessatum esset (de quo me ad ueritatem facti remitto) non prodesset ad caducitatem euitã
55 dam. † Quoniam licet emphiteuta soluat partem pensionis, cadit à tota emphiteusi, vt voluit Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua. versicul. 29. & ibi Ioan. Andr. in addit. Oldrad. cons. 29. Bald. in rubrica. C. de contrahend. empt. quæstio. 10. Alex. Castr. & Ias. in l. in executione. §.
56 item si ita. ff. de verborum obligatio. † vbi dicunt hoc procedere, licet in vno nummo deficiat; quia delictum non respicit rem, sed personam, cui soluendum erat. Est enim pœna contemptus, non autem pœna succedens loco rei; vt declarat Bal. in c. 1. §. aut si libellario. colum. 1. quibus mod. feud. amit. sequitur Natta consilio 479. numero octauo. & alibi sæpè Doctores.

57 † Ad vltimum negatur assumptum in facto esse verum, cum singulis annis percipiantur fructus vltra ligna, pasculando, piscando, & etiam ligna percipiendo, licet à cespite forsan non incidantur, & ea bona locando. Secundò consideretur, an in instrumento inuestituræ adsit iuramentum; quoniam id non uidi, nam solutione non facta tempore conuento, vt iuratum fuit, cadit emphyteuta non expectato biennio. Ita Baldus in capitulo quærelam. de iureiurand. Alexand. cons. 85. volum. 1. Natta loco citato nu. 12.

58 † Tertiò dico, quod Baldus in dicta l. ędem. quo Roland. mouetur, non loquitur de fructibus, sed quando pro quolibet lustro soluendum erat; tunc enim dicit, quòd duo lustra computabuntur pro uno biennio, at hic quolibet anno soluitur, ergo sumus extra Baldum.

Et ex his tolluntur contraria præter ea, quæ scripta vidi per Dominum coaduocatum.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

## Pro domino Teophilo Eustachio.

### ARGVMENTVM.

De damnis & interesse præstandis uigore sententiæ latæ, & de quibus intelligi debeat.

### *SVMMARIVM.*

1 *Promittens uendere & non uendens, tenetur ad interesse eius cui promisit si sua interest sibi fuisse seruatum.*
*Quod interesse dicitur esse ualor rei licet postea aucti & fructuum.*
*Sicq́; per indirectum rem consequitur.*
*Et potest precium conuentum transcendere.* 2.
3 *Generaliter dictum habetur pro expresso quando in alio quam uno uerificari non potest.* 4.
4 *Fideicommissi ius censetur remissum verbis generalibus quando aliud ius non suberat.*
4 *Renunciatio generalis legitimam non comprehendit, nisi aliud ius præter eã renuncianti cõpetebat.*
5 *Verborum uniuersalitas sua vi omnia complectitur.*
*Et casus non expressos improprios & maiores.* 6.
7 *Verba intelligenda sunt secundum communem & vulgarem vsum loquendi*
8 *Conductor dicitur passus damnum fructus non percipiendo propter bellum, grandinem, vel impetum fluminis.*
9 *Damnum dupliciter considerant doctores.*
9 *Actio personalis ad interesse datur ex promissione de vendendo si non uendatur.*
*Et dicitur esse ius persequendi in iudicio quod sibi debetur.* 10.
11 *Verba specialia sunt expositiua præcedentium magis generalium.*
12 *Interesse proprie dicitur damnum emergens & lucrum cessans ob factum quod fieri vel omitti non debuit.*
13 *Interesse datur exemplum.*
*Et fructus veniunt sub interesse.* 14.
15 *Interesse alterius interesse non admittitur ratione infinitatis.*
*De quo Cagn. à Decio dissentit.* 16.
17 *Interesse lucri cessantis cui debeatur vel non.*
*Et aliud extrinsecum est.* 18.
*Aliud intrinsecum.* 19.
*De quo datur exemplum in lucro fructuum.* 20.
*Debetq́; etiam non solito negociari.* 21.
22 *Mora regularis & irregularis qualis sit.*
23 *Actio ad interesse quæritur per oblationem.*
24 *Oblatio iudicialis producit omnes effectus quos extraiudicialis.*
*Et alium in mora constituit.* 25.
26 *Oblatio verbalis quando in mora constituit.* 27.
27 *Oblatio verbalis sufficit si recusetur.*
*Nec realis est necessaria.* 28

*Et est communis.29.*
*Nec ab ea in iudicando recedendum.30*
31 *Iaſ.conſ.9.nu.9.vol.1.& Rol.à Valle conſi.63.nu.30.volum.1.declarantur quando procedant.*
32 *Intellectus leg.vnica.C.de ſent.quæ pro eo quod inter.33.*
33 *Intereſſe quanti plurimi dicitur commune.*
*Et de ratione.34.*
*Idem de intereſſe fructuum.35.*

## CONSILIVM CLXVI.

### *Auxilium meum à Domino.*

VIDEO Francum fuiſſe condemnatum in ſententia tertio loco lata per clariſsimum dominũ Leonium ad ſoluendum damnum & intereſſe Euſtachio, quod paſſus fuit,ob venditionem rei nõ factam de duabus partibus ex tribus bonorum, de quibus in cauſa,quæ ſententia tranſiuit in iudicatum;& eius uerba nõ poſſunt intelligi niſi de ualore dictorum bonorum aucto ab eo tempore, quo uenditio eorum fieri debebat; & de fructibus dominicis ex eis percipiendis,in quo augumento ualoris & fructibus dicitur Euſtachium fuiſſe paſſum damnum& ntereſſe: quia dicta uenditio ſibi non fuit facta per dictum Francum prout promiſerat.

1 † Probatur imprimis : quia ex promiſsione de uendendo, nec ea poſtmodum ſecuta facto promittentis agi poteſt aduerſus eum per eum cui facta fuit promiſsio prædicta, ſi interſit eius;eam ſibi fuiſſe ſeruatam Iaſ.in l.in bonæ fidei.colum.3.ff.de eo,quod certo loco, & conſ. 117.colum.2.volum.1.Roland.à Val.conſ. 69. nume.23.uolum.3.cum aliis quos citat Burſatus.conſi. 100. nume. 38. igitur in caſu noſtro potuit Euſtachius agere ad intereſſe prædicti ualoris aucti bonorũ,& fructuum ratione promiſsionis ſibi factæ de illis bonis vendendis, cum tantùm eius interſit, dictam promiſsioné ſibi fuiſſe ſeruatam, ea namque ſeruata utrunque conſequutus fuiſset. Sic enim per indirectum quis res conſequi dicitur, conſequendo ualorem earũ,cum tanti dicatur intereſſe quanti res æſtimantur,vt per Oldra.conſi.114.in fine Socin. iun.conſi.118.nume.19.uolum.2.Pariſ.conſ.69.nu.157.uolum.3.Gozad.in l.2.nume.32.C.de pact.inter emp.Burſatus loco cita
2 to num.39. † & de hoc eſt tex.in l. 1. in prin.ff. de actio.empt.ubi dicitur, quòd ſi res uendita non tradatur, in id quod intereſt emptoris agitur, hoc eſt, quòd rem habere interſit emptoris, hoc autem interdum pretium egredietur,ſi pluris intereſt; quàm res ualeat, uel empta eſt.

Secundò confirmatur ex ſententia liquidationis eiuſdem Leonii ſubſecuta,quæ uenit in executionem ſupra relatæ,in qua liquidationé damni & intereſſe reſeruauerat.Nam uidemus quòd in ea liquidat damnum & intereſſe debitum Euſtachio tam ratione fructuum, quàm alia quacunque cauſa,de qua in ſententiis contra Francum latis uſque ad annum 1571.aſcédere ad ſummam librarum 3620.Nam de damno & intereſſe fructuum tam clarè dicit, ut ni-
3 hil clarius, † dum uerò ſubdit, quàm alia quacunque cauſa,de dicto augumento ualoris bonorum uenit intelligendum:quia non intereſt aliunde Euſtachii,meritò debet haberi pro expreſſo,iux.not.per Bartol.in l.qui Romę.§.duo
4 fratres.in 6.q. ff. de uerborum oblig. † ubi dicit,quòd ſi fratres tempore diuiſionis remittũt vnus alteri omne ius, quod habet vel habere ſperat in dictis rebus, ſi tunc non ſuberat alia cauſa ſperandi aliquod ius in dictis bonis, niſi ſolum ius fideicommiſsi, per talia uerba intelligitur remiſsum ius fideicommiſsi;cum id uideatur expreſſum,ex quo non ſuberat aliud ius per tex.in l. 2. ff.de lib. & poſthum. ubi Iaſon colum. 1. refert & ſequitur illam doctrinam Bartoli,quæ pariter caſui noſtro deſeruit ad unguem . ſic etiam uidemus, quòd licet renunciatio generalis non comprehendat ius legitimæ l.ſi quando . §.& generaliter.C. de inoff. teſta. & ibi Guil.de Cun.Bald.Ang. Alberic. Salyc. Caſtr.& Iaſ.Cuma.conſ.188. Fulgoſ. conſ.84. cum ſimilibus per Menochium conſi.71.col.1. & 2.tamen quando nullum aliud ius competebat præter legitimam,comprehenditur legitima,ut tradit Soc.iun. conſ. 136. colum.penul. uolum.1.& Menoch.loco citato.num.23. Con
5 firmatur etiam † quia uniuerſalitas illorum uerborum ( quàm alia quacunque de cauſa ) prædictum caſum ex ui ſua complectitur , l. Iulianus . ff. de legat. tertiò l. à procuratore. C. mandat. cum ſimilibus amplè cumulatis per Crauet.conſilio 294.colum. tertia. & conſilio 308. vbi tractat uirtutem uerborum uni-
6 uerſalium . † Confirmaturq́ue , quoniam illa uerba alia quacunque cauſa,talis & tam potentis uirtutis ſunt, ut caſus non expreſſos & improprios,& maiores comprehendant, clementina prima, iuncta gloſa. de re iudica.l.unius. §. cogniturum,& ibi Marſil.abundè.ff. de quæſtio.ſicut & Tiraquellus de retrac.lignagi.§.primo gloſa ſeptima numero 20. cum duobus ſequentibus,Decius conſilio ſeptuageſimoſeptimo columna final. deciſio . Pedemontan. 102. nume.4.

Tertiò confirmatur hæc concluſio ex uerbis conuentionis & promiſsionis de uendendo poſitis in inſtrumento Siluestri , in quibus fundantur dictæ ſententiæ ; vbi Francus promiſit Euſtachio uendere dicta bona, & curare cum effectu ; quòd mater aſſentiret intra tempora limitata : aliàs ad damna &

nibus ad singulas ciuitates regendas, aliquis Comes mittebatur, vel (vt inquit Otho Phrin-sigensis in Aenobarbi historia) à cominando
21 dictus fuit Comitatus, eadem ratione † quæ & à terrendo territorium, sequitur Alcia. in d. §. territorium; igitur cum verbum districtu, reperiatur positum simul cum dictis verbis, comitatu & territorio, in eadem oratione, & regitur ab eodem verbo, consistentia, qualitas dictorum verborum, comitatu & territorio, debet intelligi repetita in eo verbo districtu, & sic ut intra fines ciuitatis Ferrariæ intelligatur, intra quos fines non reperitur insula Pom
22 posiana. † Ita declarat eleganter Aretin. consil. 77. colum. 2. dicebat enim statutum, quòd quicunque de ciuitate, comitatu, vel districtu Florentiæ deberet seruare certam solemnitatem in emancipando. Quidam Hebræus Aretinus existens Florentiæ volebat emancipare, dubitabatur an ligaretur dicto statuto, videba
23 tur dicendum, quòd sic, † quia districtus dicitur dominium, vel territorium accedens ciuitati in subiectionem vltra fines simul cum ciuitate statutos, vt declarant Paul. de Leaza. & Anchara. in clemen. ne Romani. §. sanè, de electio. talis autem erat ciuitas Aretii; vnde dictus Hebreus tanquam de districtu Florentiæ videbatur astrictus ad obseruantiam dicti statuti in actu emancipationis. Contrarium ta-
24 men determinat Areti. † Nam licet verbum districtus & districtualis latius pateat, quàm ciuis & comitatensis, secundum Baldum in l. 1. §. cum vrbem. ff. de officio præfect. vrb. & Ioan. Andr. in c. fi. §. 1. de offic. delega. in 6. tamen in casu suo dicit Areti. ex quo verbum districtum, positum est in vna oratione cum dictis verbis, & regitur ab eodem verbo, videtur, quòd qualitas præcedentis dictionis sit in
25 eo repetita; † quia in verbis legis narratiuis ista est regula, vt notat Barto. in l. prætor. §. eritque differentia. ff. vi bono. rapto. & probatur in l. Seiæ. §. Gaio, & ibi Barto. ff. de fundo instruct. sicut ergo in illo statuto illa verba, districtu Florentiæ, intelliguntur intra fines illius ciuitatis, propter verbum comitatu, præcedens; sic in proposito nostro, verbum districtu, pariter est intelligendum propter verbum comitatu præcedens, & insuper propter ver-
26 bum territorium subsequens. † Vnde Bulla voluit loqui de bonis infra terminos Ferrariæ sitis, non autem præter eos, qualis est insula Pomposiana. Et hæc interpretatio debet admitti: quia sic semper practicatum & obseruatum fuit, quòd dicta Bulla locum non habeat in bonis extra terminos ciuitatis Ferra-
27 riæ, † Vnde dicitur esse vera interpretatio; quæ sumitur à practica, seu ab eo, quod fieri consuetum est. l. minimè. ff. de legib. c. cum dilectus, de consuetu. Baldus in c. primo, de feud. sine culp. & in l. illud. ff. de excusatio.
28 tuto. † vbi dixit, ab antiqua practica recedendum non esse, sequitur Dec. consil. 6. columna fina. consil. 786. colum. 2. consil. 378. colum. 2. Socinus iunior consil. 2. numero 26. volumine primo. Cra. consil. 91. numero 7. Restau. in tracta. de impe. q. 24. Roland. à Valle consil. 4. numero 28. volumine 3. Natta con
29 silio 406. columna finali, † Tantoque magis, quòd per talem interpretationem minus derogatur iuri communi; quo disponitur, vt propter canonem non solutum intra biennium, res ab ecclesia recognita ad eam deuoluatur. c. potuit, loca. sequenda est enim opinio; & fieri debet interpretatio; per quam minus derogetur dispositioni iuris communis. l. fina. §. in computatione. C. de iur. deliberan. & ibi notant Doctores, maximè Iason
30 post alios. † Abbas in c. cum dilectus. de consuetu. plus addens, etiam si aliqua verborum impropriet as sequatur. Grat. respon. 29. numero 12. volumi. primo. Paris. consil. 111. numero 10. volumine primo. Rolandus à Valle
31 consil. 64. nume. 18. volumine tertio. † Et cum talis Bulla sit localis, non debet trahi ad bona alibi sita, vt de consuetudine locali pariter dixit Baldus in l. cunctos populos, colum na vndecima, versic. subsequenter quæritur. C. de summa trinita. & in l. secunda, columna fina. per illum tex. secundum intellectum Ioan
32 nis. C. quę sit lõg. consuet. † motus ea ratione quia contraria iuris dispositio uigens extra locũ statuti, ubi sunt bona, impeditius accrescendi. l. mulieri & Titio. ff. de condi. & demonst. sequitur Ancha. in rep. c. canonũ statuta, col. 52. uers. quæro iuxta. & Brun. in tractat. ꝙ stãt mas. in 8. art. nu. 121.
33 † Nec me mouet, quòd concessa fuerit personis Ferrariensium pro bono pacis non autem bonis. Quoniam rerum causa id factum fuit, ut ibi, tam huiusmodi, quàm alia bona stabilia in Ciuitate, Comitatu &c. & propterea uis fieri non potest in concessione
34 personis facta. † Nec enim uis fieri debet, an dicta Bulla loquatur in personam, uel in rem. Cum de personis contemplatione rerum disponere dicatur, ut in statuto fœminarũ exclusiuo ponit Brun. loco citato nu. 123. & latissimè in 6. arti. col. 3. & 4. Alex. cõsi. 19. uol. 6. Paris. cõsi. 84. nu. 43. uol. 1. & Soc. Iun. cõs. 25. uol. 3.
35 † Nec insuper obstat celebratio contractus Ferrarię facti, domiciliũque partiũ. Nã ꝙ inde bona, de quibus agit, cẽseãtur ĩ Comitatu Ferrariæ, uenit per fictionẽ, at Bulla nititur ueritati, dũ dicit, bona in Ciuitate, Comitatu, distri-
36 ctu & territorio Ferrarię cõsistẽtia, † quæ ueritas debet fictioni prȩualere. l. filio. quẽ pater. & ibi not. ff. de lib. & posth. tenaciter enim Bulla
37 seruari debet, & eius uerbis est inhærẽdũ † & cum illius determinationẽ habeamus ulterius non est inuestigandum. Bal. in l. Gallus. §. si eius 2. not. ff. de lib. & post. Dec. consi. 488. col. 1. consil. 583. nu. 7. Marf. consi. 131. num. 20.
38 consilio 133. numero 18. † Inanis enim est

 dispu-

7 & interesse dicti Eustachii teneri voluit,† quæ
verba intelligenda sunt secundum communẽ
& vulgarem vsum loquendi l.librorum.§.quod
tamen Cassius. ff. de leg. tertiò. Roman. con-
si.5.in princ.Alexand.consi. 102. colum. final.
volum.6.& consi.76.colum.fina.volum.7.Soc.
Iun.conf.78.colum.2.volum.2.vnde subdit si-
gnanter ibi declarans; & interpretando verba
conuentionis in instrumento locationis posi-
ta;quæ continebant refectionem conductoris;
si fuerit damnificatus vltra talem summam, ex
communi & uulgari modo loquendi intelligen
da esse ratione damni respectu fructuum; qui
in prædiis reperiebantur, non autem respectu
8 pensionis solutæ uel soluendæ: † quia quan-
do propter bellum, tempestatem, vel vim flu-
minis damnum contingit, solet vulgò dici ha-
buit,siue passus est damnum in tanta quantita-
te fructuum, meritò sic & verba conuentionis
intelligenda sunt. Quare sic & in casu nostro
dici debet tam respectu fructuum non perce-
ptorum per Eustachium, sicut & in casu Socini
iunioris,quàm valoris bonorum aucti, cum de
contractu venditionis agatur; qua secuta tale
commodum fuisset dicti Eustachii, sicut & pe-
riculum.§.cum autem emptio. versiculo sed &
& si,instit.de emptio.& vendit. cum similibus.
9 † Nec inconuenit expositio prædicta, post-
quam sic eam quoque faciunt Bartol. Socin.&
Cur.quos allegat,& sequitur Cagnol. in l. vni-
ca. nume.6.C.de sentent. quæ pro eo quod
inter.vbi declarando textum ibi,damnum hoc
reddatur & tamen de interesse loquitur, di-
cunt damnum duplex dici,primum,quod con-
sistit in ablatione eius,quod quis habet,secun-
dum, in impediendo, ne quis habeat & adipi
scatur, vt post Thomam scribit Felynus in ca-
pitulo primo, de officio delegati, quo secun-
do modo damnum desumptum concludunt,e-
ius interesse dici æstimationem damni secun-
dum communem vsum loquendi.

Quartò corroboratur ex aliis verbis dicti in-
strumenti, vbi Francus promisit attendere,ob-
seruare & adimplere promissa pet eum Eusta-
chio, data sibi facultate in casu inobseruantiæ
apprehendendi tenutam bonorum dicti Fran-
ci, & ea vendendi vsque ad integram solutio-
nem & satisfactionem dicti Eustachii totius si-
bi debiti tunc,suique damni & interesse. Nam
cum ex promissione de vendendo, si non ven-
datur,oriatur actio personalis ad interesse, vt
not.Angel.consil.184.Iason in dicta l.in bonæ
fidei,& in dicto consilio 117.volum.primo.A-
lexander consilio 68. volum. primo. cum simi-
libus per Roland.à Valle in allegato consi. 69.
10 nume.19.volum.tertio. † illa verba (totius
tunc sibi debiti) propriè conueniunt actio-
ni personali, quæ est ius persequendi in iudi-
tio,quod sibi debetur institu.de actio. in prin-
cip.vt Eustachius ea mediante consequi posset
totum quod sibi deberetur occasione vendi-

11 tionis sibi non factæ per Francum, † & illa
verba; quæ statim sequuntur (suique dam-
ni & interesse) veluti magis specialia sunt præ
cedentium,veluti magis generalium expositi-
ua. iux. tex. & ibi Bartol. in l. 2. ff. ad l. aquil.
comprehendit enim verbum damni, damnum
emergens, si quod haberet Eustachius, & idem
12 uerbum interesse,sicut & lucrum cessans † cum
interesse propriè dicatur damnum emergens
& lucrum cessans,propter factum, vel omis-
sum; quod fieri, vel omitti non debuit, vt not.
gloss.& Doctores in l. 1. C.de senten. quæ pro
eo quod inter. quam Dec. & Cagnol. sequun-
tur ibi,sicut & Alexander consil. 20. colum.se-
cunda volum.quinto. Idque verbum interesse,
concernit & respicit omnem vtilitatem Eusta-
chii ob res sibi non venditas, neque traditas
per Francum, hoc est, quòd eas habere inter-
fuit ac interest Eustachii, quod interesse in-
terdum precium egreditur, si pluris interest,
13 quàm res valeat, uel empta est, † ut inquit
text. in dicta l.prima.ff. de action. empti, ubi
Castrens.dat exemplum, si res communi æsti-
matione ualebat 10. sed mea interest habere
in 15. uel ratione affectionis, uel singularis
utilitatis; uel quia fuit antecessorum meorum
nam possum petere non solum 10. si solui, sed
ultra illa 5.Sic enim dici potest in præsenti ca-
su propter ualorem rerum auctum à promissio-
ne Franci citra, quod quatenus auctum fuit
ultra conuentum scutorum mille centum, il-
14 lud plus peti possit. † Item & fructus, qui
ueniunt sub interesse, ut notat Angelus in l.
loci corpus. §. in confessoria, per illum text.
ff. si ser. uind. & post eum Flori. Baldus in l. si
quid,uersiculo & nota.ff.de seruitut.cum simi-
libus per Decium. in l. unica; secunda addi-
tio.numero trigesimo octauo. C. de sentent.
quæ pro eo, quod interest, & habetur in l. si
sterilis. §. cum per uenditorem. ff. de actio.
empti, ubi uult præstari æstimationem fru-
menti uenditi non præstiti, & æstumatio-
nem crescere ad damnum uenditoris illud
non dantis. Ex his apparet cessare, quæ di-
cuntur in dubiis de sententiis referendis ad
interesse damni emergentis, non autem lu-
cri cessantis.
15 † Nec obstare consilium citatum Ruini.
56. columna final.uolumine secundo, quia lo-
quitur.de interesse ipsius interesse, quod non
potest peti, sicut nec usura usuræ, quia esset
procedere in infinitum, ut notabiliter decla-
rat Decius in capitulo cum uenerabilis. co-
lum. sexta, de exceptio. & Benuenut. Stracca
in tracta.de mercatura titulo de contrac. mer-
16 car.nume. quarto. † Iam etsi Cagnol.in dict.
l.unica.C.de senten.quæ pro eo,num. 46. De-
cium & Ruinum taxans in locis memoratis uo
luerit,q etiam interesse alterius anteresse peti
possit;dicens non esse bonum eorum argumen
tum de usuris usurarum ad interesse alterius

intereſſe,prout arguunt prędicti, ſed non proſequor,poſtquam non expedit;quia nos verſamur in intereſſe vnico tantùm & intrinſeco; prout ſunt res,quæ vendi debebant Euſtachio, & earum ęſtimatio poſtmodum aucta, & fructus;qui ex illis percepti ſunt: in his enim ſingulis verſatur intereſſe;quod circa rem,vel intrinſecum appellatur,vt declarat Dec. in d.L.vnica.additi.nouiſsima, nu.34.& latius Cag. in rub.dictæ legis col.pen,

27 † Nec iſto caſu confugiendum eſt ad illud refugium de non ſolito negotiari, cui non debetur intereſſe lucri ceſſantis, ſed ſolito negotiari tantùm;vt diſtinguūt Bart.Caſtrenſ. Alexand,Iaſ.& omnes in l 3.§.final.ff. de eo,quod certo loco, & in dicta l. vnica. Nam procedit eorum diſtinctio in intereſſe lucri ceſſantis ex trinſeco quod prouenit ex negotiatione extra
28 rem, † exemplum de lucro, quod ex vino vē dito fieri potuiſſet,de quo in l.ſi ſterilis §. cum per venditorem.ff.de actio.emp. & ponit Dec,
29 in dicta l,vnica,num.35. † At ſecus eſt in intereſſe intrinſeco, prout eſt illud,quod concernit precium rei venditæ,ſi plus valuit poſt moram,ut ad illud plus moroſus teneatur, vt declarat Caſtren.in dicto §.cum per venditorem
30 de quo agitur in caſu noſtro † idemque ponit ipſe Caſtr.in dicto §.final. vbi dat aliud exemplum de lucro fructuum, quod pariter dicitur intrinſecum,velut ex re immediatè prouenięs,
31 de quo pariter tractatur in caſu noſtro, † nam tale intereſſe paſsim debetur,etiam non ſolito negotiari,ut ibi concludit Caſtr.& poſt eum Iaſ.colum.fi.ſicut & Cagn.in dicta l.vnica.nume.52.vnde ſumus in caſu claro; quòd Euſtachio debeatur hoc intereſſe, ſitque in ſententiis cōprehenſum, ſicut & in inſtrumento promiſsionis Franci.

32 † Minusque dici poteſt (vt in dubiis ſubiicitur) lucrum ceſſans non venire,cum mora regularis non fuerit per Francum commiſſa, ſed irregularis tantùm,nō ſeruando promiſſa; quoniam verius eſt, immo illum in mora regulari fuiſſe conſtitutum, Nam Euſtachius infra terminum triennii ſibi ad ſoluēdum ſcutos 1100. comparuit coram dominis factoribus generalibus, eumque citari fecit;& interpellari pro ta li die ad accipiendum dictas pecunias, & ad faciendum ſibi inſtrumentum venditionis, factaque relatione die præfixa ante iuris horam, comparuit Euſtachius coram eiſdem dominis factoribus,& obtulit realiter & cum effectu numerauit coram eis dictos ſcutos 1100. dandos & ſoluendos dicto Franco; & accuſata contumacia illius non comparentis proteſtatus fuit aduerſus ipſum de omnibus ſuis damnis,intereſſe & expenſis,eaque omnia dicto Franco no
33 tificata fuerunt. † Quibus ita ſtantibus primò dico, quòd per talem oblationem iudicialiter factam fuit actio quæſita dicto Euſtachio ad cō ſequendum dictum intereſſe, iuxta glo.Bartol, & Caſtren.in l.ſi in rem.§.fina.ff.de pigno. act. Bartol.& Caſtren.in l.ſi debitor. ff. de ſolutio. Bald.conſi.25.colum.penul.volum.1.Caſtren. in l.ſi à te.C.de pact.inter empt.Boer. deciſio. 124.nume.27.Corn.conſi. 230. vol. 1. Luc.de Pen.in l.1.C.de ſuſcep. libr. 10. Iaſ. in l. interdum §.final.colum.final. ff. de verborum obligat.Roland.à Val.conſi.7.nume.29. volum. 3.
34 † Secundò talis oblatio iuditialiter facta, licet ſine conſignatione & depoſitione producit omnes effectus, quos producit oblatio extraiuditialis,vt concludit Neguſ. in tractat. de pignor, in 3. parte tertii membri quintæ partis principalis,colum.2.quo loco colum. 1. ponit effectum oblationis realis extraiuditialis eſſe,quòd creditorem non recipientem in mora conſtituit l.ſi per emptorem. ſecundum verum intellectum.ff. de actio. empti. & declarat Alexand.in l.ſi ſeruum.§.ſequitur,colum.1.
35 ff.de verborum obligatio. † meritò dico,per talem oblationem Francum fuiſſe in mora regulari conſtitutum, quæ per interpellationem contrahitur l.ſi ex legati cauſa,cum ibi not. ff. de verborum obligation. l. mora. ff. de vſur.
36 cum vulgaribus. † quinimò plus ego dico, quòd quando oblatio Euſtachii fuiſſet tantum uerbalis, nihilominus adhuc fuiſſet Francus in mora conſtitutus duplici ratione. Prima quia tacuit non comparendo illa iuris hora; unde quia cenſetur renuiſſe pecunias recipere, dicitur in mora conſtitutus alio non probato pro parte ſua, doctrina eſt Bartoli in l. prætor,§.ſi quis paratus,in fin.ff. de noui oper. nunciat.quem ſequitur Neguſ.loco citato.co
37 lum.final.nume.9. † Secunda eſt ratio; quia Francus poſt notificationem oblationis ſibi ut ſupra factam, comparendo aperto marte recuſauit,pecunias accipere uelle, & inſtrumentum uenditionis facere, ſed ſpernens & renuens in am pla forma, quo caſu non eſt dubium, ſolam oblationem uerbalem ſufficere, quando credi
38 tor dixit ſe nolle ſolutionem recipere, † nec realem neceſſariam eſſe,deciſio fuit Bald. in l. 1.colum.2. C. ne licc. tertiò prouo. cum aliis concordantibus per Alexand. in l. ſi mora. limitat.quinta. ff. ſolu.matrimo.& in l. qui Romæ.in princip.ff.de uerborum obligation.ubi Socin.& Iaſ.cum defendunt ab Aretin. ſequitur Neguſ.in dicto tractat. de pigno. in ſecunda par.3.membri quintę partis num.7. & Boe. deciſ.124.nume.26.Dominus meus Rim.con-
39 ſi.452.in prin. † & Ruin. conſi. 113. uolum. 1. qui communem teſtatur. Idemque tenet Bertrand.conſi.106.colum.5.uol.2.Cor.conſ.231. col.1 uol.3.Rol.à Valle conſ.53.nume.26.qui
30 pariter communem teſtatur † nec ab ea in iudicando recedendum eſſe, Natta conſ.3.nu.4. ex quibus ceſſant, quæ ſubiiciuntur in dubiis de fructuum ratione non habenda, cum Francus pretium non habuerit, nec in depoſito re-
qui-

quisita interuenerint, de quibus per Ias. cōs. 9. nu. 9. uol. 1. Rollan. à Val. cōsi. 63. nu. 30. uol. 1.
31 † Quoniam loquuntur illi, maximè Ias. creditore parato recipere pecuniam, sed eo reluctante nedum tacitè, sed & expressè secus est, ut ex prædictis patet.

Postremò, quod dicitur, ubi locus esset interesse lucri cessantis, illud in totum duplum pretii promissi transcendere non posse, per ea, quæ ponit in terminis Cagnol. in d. l. unica. nu. 62. C. de senten. quæ pro eo, quod inter. Breuiter resolui potest ex eodem Cagnolo supe-
32 rius nu. 58. † ubi post glo. Bar. Sociorum & communem opinionem declarat illum textum procedere in interesse singulari tantum, id enim bene non potest excedere duplum. At secus est in interesse communi, quod benè totum peti potest, & debetur, licet duplum excedat. d. §. si per uenditorem, in uers. omnis utilitas em-
33 ptoris in æstimationem uenit † ut est interesse quanti plurimi, quod dicitur communis æstimatio rei à tempore moræ: quod facile excedere potest duplum interesse conuenti, & interesse commune appellari debet, quia tempore quo plus ualuit res, cuilibet tantum communiter ualuisset, & quia illud augumentum fuit intrinsecum ad rem ipsam, nec erat quid diuersum, nam totum pretium rei quantumcū que fuerit, rem ipsam uniformiter respiciebat,
34 † unde rectà ratione interesse tale quanti plurimi commune dici debet: quia etiam communi & æquali ratione tantum interfuisset cuiuslibet, cui in soluendo, seu præstando rem mora facta fuisset, quo casu commune dicitur, ut per Cyn. Petr. de Bell. per. & Dec. quos refert Cagn. qui communem tenet, ut ibi per eum.
35 † Idemque de interesse fructuum dici debet; quia & aliorum communiter sic interesset, quibus res data non fuisset.

Remanet ergo (ne sim uerbosior) ut sublatis contrariis iudicetur ad uota Eustachii, prout petiit, confirmando sententiam Leonii, & addendo tempus ab ea postmodum decursum meque magnifico ac Excellenti domino Iudici tanquam fratri meo maiori plurimum commendo.

*Hippol. Riminal. Ferrar.*

## Pro quodam de Giuis Mirandulēse.

### ARGVMENTVM.

De consignatione in dotem nepti facta omnium bonorum præsentium & futurorum, iurium & actionum, nunquid ualeat. & alia quædam scitu digna.

### SVMMARIVM.

1 *Dotem præstans nec sibi stipulans uidetur donasse mulieri quam dotauit. 12.*
2 *Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum non valet.*
*Quæ sententia communis est. 3.*
*Nec ab ea recedendum in iudicando. 4.*
*Et solida, 5. & si iurata sit. 7.*
*Fallit fauore dotis & matrimonij. 29. 30.*
5 *Iura & actiones non ueniunt sub donatione omniū bonorum si non fuerint expressa.*
7 *Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum reseruato usufructu nunquid valeat.*
*Castrensis & alij quòd non.*
*At Abbas & longè plures quòd sic. 14.*
*Quorum uerior & magis recepta est sententia. 15.*
*& Castrensis sibi contrarius. 17.*
8 *Iuramentum non conualidat actum impedientem liberam testandi factionem.*
9 *Dotis constitutio impediens liberam testandi non nulla est, sed contra. 30.*
10 *Causa liberi arbitrij fauorabilior dote.*
11 *Mors probatur ex instrumento in quo dicatur, Talis filius condam talis,*
13 *Vsufructus retentio operatur translationem dominij.*
16 *Natta consi. 146. damnat Decium.*
*Sicut & Craueta Castrensem. 18.*
19 *Quilibet censetur voluisse facere actum validum.*
20 *Actus ut valeat uerba debent impropriari.*
21 *Et largissimo modo intelligi.*
22 *Cedens usufructum intelligitur de eius cōmoditate ut ualeat cessio.*
23 *Gratus respon. 70. nu. 12. vol. 1. à Decio recedit.*
24 *Donans reseruans usumfructum donec vixerit, nō per hoc testari potest.*
*Sed contra tenet auctor post Nattam. 25.*
*Limitando tamen ut per eum. 26.*
27 *Vsufructus reseruatio modici nihil operatur ad validitatem donationis.*
28 *Donationem non infirmat quòd possit auferri ius testandi.*
*Sed oportet quòd sublata fuerit vt per Craue.*
31 *Promissio pluribus facta intelligitur, cuiq; pro uirili.*
32 *Frater utrinque coniunctus præfertur uterino tantum.*
33 *Priuignus non est descendens victrici.*
34 *Scientia præsumitur ex communi habitatione.*
35 *Filij succedunt aqua lance.*

## CONSILIVM CLXVII.

*Auxilium meum à Domino.*

ALBERTINVS Giuus Mirandulensis in dotem dedit Pasquæ nepti suæ ex sorore, & Ioanni Antonio de Lonsagna eius uiro omnia sua bona præsentia & futura, iura, actiones &c. reseruato sibi usufructu, & cum iuramento in fine contractus apposito. Deinde mortuo marito, natis duobus filiis, quorum & unus decessit. Idem Albertinus rursus nupsit dictam Pasquam, cuius secundo uiro

eadem

24 *Confeßio poteſt pro parte acceptari, quando præſumptio eſt contra confitentem.*
*Exemplum in confitente occidiſſe hominem ad ſuam defenſionem.*
25 *Heres facto defuncti contrauenire non poteſt.*
26 *Fideicommiſſarius ſuccedens heredi grauato non poteſt eius alienationes reuocare.*
27 *Alienatio non impeditur per fideicommiſſum ſi fuit neceſſaria.*
28 *Acta inter alias perſonas & in alio iudicio nihil probant.*
*Saltem ceſſante connexitate.*

## CONSILIVM CLXVIII.

*Auxilium meum a Domino.*

DVBITATVR, dominã Marietam non potuiſſe alienare terras
de quibus agitur, quoniam cum
fuerit in uſufructu inſtituta per
maritum, & poſt eius morté fue-
1 rint inſtitutæ filiæ hæredes uniuerſales, † ip-
ſa dici non poteſt fuiſſe hæres grauata, ſed ſim
plex legataria uſufructus, ut per Ange. in l. mi-
les ita. in prin. ff. de milit. teſt. & per Imol. in l.
filius à patre. ff. de lib. & poſthu. qui tenet, dici
non poſſe uxorem inſtitutam eſſe in proprie-
2 tate: † quia iſtud eſſet contra mentem teſtato-
ris, qui uoluit eam habere tantum uſufructũ;
eaque uel eius hæres reſtituendo hæreditatem
retineret Trebellianicam, quod non fuit de-
mente teſtatoris, & cum prædictis concordat
Picus in l. Titia. §. Titia cum nuberet, nu. 79. ff.
de leg. 2. Apoſtillator ad Alex. conſi. 162. circa
primum dubium. uol. 2. & Dida. Couar. ua-
3 riar. reſſol. lib. 2. cap. 2. num. 5. † & quam Tre-
bellianicam non detrahit inſtitutus in re cer-
ta, ut dicta mulier in uſufructu, ſed hæres uni-
uerſalis. l. 1. §. inde Neratius. l. mulier. §. fin. ff.
ad Treb. Bal. in l. filium quem. C. famil. ercıſ.
conſ. 281. viſo teſtamento. ad fin. vol. 1. cum ſi-
milibus. per Crau. conſi. 186. col. 1. Vnde dici
non poteſt alienata per dominam Marietam
in Trebellianicam imputari, ſi ea ſibi non com
4 petebat. † Quinimmò poſito, quòd ſibi compe
tiiſſet, tamen quia proponitur eam pluribus
annis uixiſſe, fructusque æquiualentes Trebel
lianicæ, & ultra percepiſſe, illi debuerunt in
illam imputari. l. in fideicommiſſaria. §. planè.
cum ibi not. ff. ad Treb. & in l. mulier. §. ſi hæ-
5 res. eo tit. † ubi percepti negligentia tantum
fideicommiſſarii non computantur, ſecus au-
tem percepti iudicio teſtatoris, prout ſunt
percepti pendente conditione fideicommiſ-
ſi, quare dici debet, alienationem dictarum
terrarum factam per ipſam dominam Marie-
tam, purificata condizione fideicommiſsi per
eius morté, reſolutã ipſo iure fuiſſe, & ad fidei
cõmiſſarios eas pertinere. l. fi. §. ſin aũt. C. com̃ia
de leg. Dec. conſi. 323. in prin. cum ſimilibus.

6 † Sed his motiuis (meo iudicio) reſponde-
ri poteſt, & bene. Nã quando maritus inſtituit
uxorem in uſufructu omnium bonorũ, & poſt
eius mortem filios, tunc uxor detracta mentio
ne uſufructus per ius accreſcendi fit hæres in-
ſolidum, poſtquam nullum cohæredẽ habet in
uita reſpectu proprietatis. l. 1. §. ſi ex fundo. ff.
7 de hæred. inſtit. † intelligiturque poſt mortem
grauata reſtituere hæreditatem filiis per fidei-
commiſsum, ſicq; uerba directa, quibus uoca-
ta fuit poſt aditam hæreditatem obliquantur,
quia uxor, quæ ſemel facta fuit hæres directò,
non poteſt deſinere eſſe hæres, ut not. in l. in
8 ſubſtitutione. ff. de vulg. & pupil. † ita tenet
Bal. in l. id, quod pauperibus. q. 14. C. de epiſc.
& cleric. Ang. in d. l. filius à patre, Sali. in l. ex-
traneum. ad fin. C. de hæred. inſtit. & ibidem
latius Iaſ. col. fin. poſt Alex. quem citat in di-
9 cto conſi. 162. uol. 2. † qui dicit, hanc eſſe com-
munem opinionem, nec ab ea recedendum
eſſe in iudicando & conſulendo, idemque
tenet Alex. conſi. 45. uiſo Themate ſupraſcri-
pto. vol. 4. & conſi. 4. uol. 7. Decius conſi. 278.
col. 2. conſi. 419. col fin. & in l. certi iuris. ad
fin. C. de teſtam. milit. Aret. in §. hæres. inſtit.
de hæred. inſtit. Rui. conſi. 36. col. 2. uol. 2. Ber
trand. conſi. 314. uol. 3. Card. conſi. 91. uerſi.
10 ad tertium. Bellon. conſi. 7. nu. 5. † qui pariter
dicit eſſe communem, idemque Natta conſi.
459. nu. 12. Barba. conſi. 55. col. 4. uol. 2. Soc.
Iun. conſi. 84. nu. 7. uol. 1. & conſi. 183. nu. 43.
uol. 2. Bero. conſi. 35. nu. 26. uol. 2. Menoch.
11 conſi. 105. nu. 6. † Et ex hac communi conclu
ſione doctores inferunt, uxorem poſſe detra-
here Trebellianicam, uel eius hæredes, ut in
ſpecie dicit Dec. in dicto conſi. 278. col. 2. &
Rui. in dicto conſi. 36. & ad allegata in contra-
rium reſpondet abundè Alex. in dicto conſil.
162. uol. 2. & Rui. in dicto conſi. 36. ad quo-
rum dicta me remitto in gratiam breuitatis.
Meritò ſi domina Marieta dictas terras alie-
nauit, computari debent in ſuam Trebelliani
12 cã, † poteſt enim hæres grauatus eã detrahe-
re de rebus alienatis inuito fideicommiſſario
uniuerſali, quia ipſo inuito vſque ad concur-
rentem quantitatem potuit illas res alienare.
l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Treb. & auct. res
13 quæ. C. commu. de leg. † non enim tenebatur
hæres expectare purificationem fideicommiſ-
ſi: quia ius ſuum non debet eſſe in ſuſpenſo,
quod eſſet, ſi teneretur expectare euentum fi-
14 deicommiſsi, † nec propter incommoditatem
& corruptionem patrimonii tenetur uendere
quartam partem cuiuslibet rei. l. Mæuius. §. 2.
ff. de legat. 2. & l. 2. C. quando & quib. quar.
par. lib. 10. & Bal. cõſi. 184. res alienatæ, & cõſ.
364. ſimplex diuiſio, lib. 4. Alex. conſi. 3. uol. 3.
Aret. conſi. 19. Bertrand. conſi. 92. ponitur in
facto, uol. 1. & conſi. 25. uol. 2.
15 † Nec quę dicuntur de fructibus imputan-
dis in Trebellianicam, & ob id quòd impediri
debet

debet eius detractio quicquam repugnât, quãdoquidem primò nõ constat (quod uiderim) quos, aut quot fructus domina Marieta perce
16 perit. † Secundò, cum domina Mariota uiuente marito iure familiaritatis possideret, licet eo mortuo uelut ab eo hæres instituta potuisset sibi mutare causam possessionis, & fructus
17 ut hæres percipere. † Cum tamen non appareat, quod uoluerit ex noua causa possidere, de quo animo constare debet, ut not. in l. pro hærede, & per Bart. & alios in l. gerit. ff. de
18 acqui. hæredit. † uoluntas enim in mente retenta nihil operatur. l. si repetendi. C. de condic. ob caus. sequitur, quòd dicta domina Marieta uoluerit persistere in detinendo illa bo-
19 na iure familiaritatis, † cum mutatio uoluntatis non præsumatur. c. maiores. de Baptis. l. 3. §. in amittenda. ff. de acquir. poss. Bertran. consi. 34. col. fin. uol. 2. Paris. 67. nu. 25. uol. 3. consi.
20 172. nu. 6. uol. 4. Rui. consi. 2. nu. 2. uol. 2. † animus enim talis præsumitur esse in futurum, qualis fuit de præterito. Bertr. consi. 39. uol. 1. & ita declarat in terminis uxoris loquens Soc. consi. 131. col. 2. quem sequitur Dec. consi. 232. col. 2. cõs. 400. col. 2. & i l. doris. C. de collat. Alciat. in tract. de præsump. 2. reg. præsum. 23. Cur. iun. consi. 168. nu. 36. & consi. 110. nu. 22. Paris. consi. 27. nu. 112. uol. 1. Roland. à Valle consi. 77. nu. 28. uol. 1. meritò dici non potest, dominam Marietã aliquos fructus percepisse uti hæredem, ita quòd ueniant in Trebellianicam imputandi, si iure familiaritatis præsumitur possedisse, nec unquam dicitur se declarasse hæredem, nisi faciendo dictas alienationes, q̃ citra ius & nomen hęredis fieri nõ poterãt, ut in d. l. pro hærede, & d. l. gerit, meritò sic considerando cessat omnis difficultas.
21 † Tertiò per reos capitulatum fuit, quòd aduersariæ mulieres fuerunt hæredes dominæ Marietæ earum matris, illíque respondendo dixerunt, non credunt, nisi eius dotis. Quibus ex uerbis, dicuntur confessæ positionem, quòd
22 fuerint hæredes dictæ matris suæ, † quia quando pręcedit oratio negatiua, ut est illa non credunt, dictio nisi ponit, ut est tex. & ibi Bart. & alii in l. actione. C. de transact. vnde si fuerunt hęredes matris respectu dotis, & etiam respectu residui bonorum fuerunt hæredes. l. 1. §. si ex fundo. ff. de hęr. inst. Et licet adiecerint, si quæ fuit, scilicet dos, tamen non desinit esse
23 fundata reorum intentio. † Quoniam cum à communiter accidentibus, quod argumentum ualet in materia probationum, ut per Bal. in c. fi. de causa pos. & prop. cum simil. per Ias. in l. non hoc. nu. 18. C. unde legi. mulieres soleant nubere cum dote, sequitur, quòd aduersariæ ponentes in dubium si mater sua dotem habuerit per illa uerba. si quæ fuit, dicuntur habere
24 præsumptionem iuris contra se, † meritò non tenentur rei illam partem responsionis acceptare, sed priorem duntaxat acceptare possunt ex qua simplex oritur confessio, iuxta doctrinam Bar. in l. Aurelius. §. idem quæsiuit. ff. de libe. leg. de confitente occidisse hominem pro sua defensione. Nam Curia stare potest confessioni, inquantum dicit ille, se occidisse, non autem cogitur stare, quatenus subiunxit ad defensionem fecisse, cum ius præsumat aduersus eum. l. 1. C. de sicar. sequitur & exornat. Boer. cons. 7. Corn. consi. 94. col. 3. uol. 3. Alex. consi. 87. uol. 1. Cra. consi. 217. col. fin. Angel. Aret. in tract. de malef. uers. comparent inquisiti, Claud. Aquens. in l. ut uim. lect. 3. nu. 103. Ias. nu. 13. ff. de iust. & iur. Ferdi. Vasqui. de successi. creati. lib. 3. §. 23. nu. 23. Bossi. in tit. de cõfessi. nu. 19. & Blanc. in pract. crim. 3. par. defens. nu. 42. quos adduxi consi. 83. col. 2. 2. Tomo criminalium, & latius posui in d. l. ut uim num. 228.
25 † Quare concludendo dico, quòd aduersariæ uelut hęredes matris facto suo contrauenire non possunt, hoc est alienationi prędictæ, sed eam ratam habere debent. l. cum à matre.
26 C. de rei uindic. † quando enim fideicommissarius succedit hęredi grauato, non potest alienationem per eum factam reuocare, sed tenetur factum defuncti approbare, ut ponit Alex. consi. 3. in prin. & cons. 32. in fin. uol. 3. Roma. cons. 18. in fi. & Rui. consi. 1. nu. 13. uol. 1. tantoque magis quòd facta fuit per dominam Marietam causa assignandi quartam partem possessionis Cattinatii Iacobo & Franciscomariæ Rognono ius habentibus in ea, ut patet in
27 instrumentis in causa productis, † ita quòd nõ fuit alienatio uoluntaria, sed planè necessaria quæ per fideicommissum Aldrouandini nõ potuit impediri, quominus prędictis Iacobo & Frãciscomarię creditoribus satisfieret. l. filius familias. §. diui. in fin. ff. de leg. 1. nec fraus præsumi debet, quæ allegatur in dubiis ex quodam scripto postea reperto, & positionibus cõfessatis (ut dicitur in alio processu) per di-
28 ctum Iacobum, † quoniam prędicta acta inter alias personas, & in alio iudicio facta, nihil probant in isto iudicio contra reos conuentos. l. & si possessori. §. fin. uers. nihil. ff. de iureiur. Felyn. in c. causam. de testibus. nu. 19. uers. fallit primò, in fin. & not. Doct. post Bal. in l. 2. C.
29 de eden. † cum cesset in isto casu connexitas iurium considerata per eum ibi, quæ solet inducere qualem qualem pręsumptionem, per l. si duo patroni. in princ. ff. de iureiur. cum similibus.

Et ex his (meo iudicio) cessant omnia, quæ deducuntur in dubiis, reíque remanent sic in tuto, quòd absolui mereantur, ut petitum fuit.

*Hippol. Riminal. Ferrar.*

Pro

gistas ita tenere. Alex.& Ias. in dicta.l.stipulatio hoc modo, Aret.consi.54.col.pen.Soc.cōs. 126.col.fi.uol.3.& ī falentiis suis reg. 108.donatio omnium bonorum, fallen. 3. Bertrand. cons.168.col.2.cons.173.col.2.cōs.175.col.3. uol.1.consi.138.nu.19.consi.fin.col. 2. uol. 2. Ripa resp.14.col.2. Soc.iun.consi.143. col. 3. uol.1.Roland.à Valle sibi contrarius consi.65. nu.5.& 6.uol.1.Ias.consi.211.col.3.uol. 2. cōs. 60.col. 2.uol.3.& consi. 173. col.6.uol.4.Crauet.consi. 222.col.1.& 2.Natta consi.146. nu. 11.Neuiz.consi.25.nu.23.Rui. consil. 51. col.
15 fi.uol.1.Didac.lib.3.uaria.resol.cap.12.† Menoch.consi.92.nu.43. qui post Ias. dicit, hanc esse ueriorem & magis receptam opinionem, sicut & Iulius Clarus lib. 4. sentent. §. donatio.q. 19.in fi.

Nec obstat quod dixerunt Castrens. in dicto consilio & Dec.in dicta l. fin. quòd quando donans sibi reseruauit usufructum fructus ueniunt sub nomine futurorum, quia non dicuntur precisè reseruati, meritò cadunt sub
16 donatione.† Quoniam dicit Natta in allegato consilio 146.quòd talia uerba nullum habent saporem, nā quando reseruo mihi usum fructum, uideor in consequentiam reseruare fructus à me pceptos: qm̄ ex natura usufructus fructus mihi debiti sunt mei.l. defuncta.ff.de usufru.l.vsufructuarius messem. ff. quib. mod. usuf.amitta.merito tales fructus non ueniunt,
17 nec includūtur sub donatione facta, † & istud clarè uoluit Castr.sibi contrarius in d.l.stipulatio hoc modo.in fine,dicens,quòd si quis sibi reseruauerit in donatione usufructum, fructus percepti non cadunt in donatione, quia reseruando usumfructum uidetur reseruasse fructus, qui ex eo percipiuntur, & de illis po
18 terit testari † idemq; latè confirmat Crauc. in allegato consi.222.taxando Castr. in dicto consi.101.nam reseruans usumfructum intellexit de fructibus, & commodo ipsius usufructus,& de illo solo commodo cogitauit, idque probat ea ratione.Nam donator reseruās vsufructum cogitauit facere donationem ualidā
19 † sicut quilibet alius disponens censetur uoluisse facere actū ualidū & efficacē. l.si prætor. in prin.ff.de iud.l.3.ff. de milit. testam. igitur si donatio ualida esse non poterat, nisi fructibus reseruatis, dici debet reseruationem usu-
20 fructus intelligi debere de ipsis fructibus;† qa ut actus ualeat, uerba debent impropriari.c. constitutus, ubi glo.de relig.domi.l.si olei.ubi
21 Bar.C.locat.† immò sunt intelligenda uerba largissimo modo, ut actus ualeat, Abba. consi. 63.col.6.uol.2.& ut plenius Crauet. confirmat,qui demum deducit in terminis Baldum consi.335.quædā mulier.uol.1.in l.1.C.si pig.
22 pign. dat.& in l.rem quam.C.de iur.dot.† ubi dicit,quòd si quis usufructuarius cedit alteri usumfructum, intelligitur cessisse commoditatem ipsius usufructus,& sic fructus ipsos,vt cessio ualeat, ne aliàs cadat à iure suo accipiēdo usumfructum propriè, idèque uoluit Ang. in l.usufructum.ff.solu.matri.& Cur.Iun. cōsi. 142.col.pen.Patet igitur,quòd uerbum usufructus,capi debet pro fructibus:quando aliàs dispositio non ualeret.Vnde sic in casu nostro dici debet, ut concludit Crauet. loco citato
23 † cum prædictis etiam tenet Grat. respon. 70. nu.12.uol.1.ubi recedit ab auctoritate Decii secutus Alex.& Ias.in l.stipulatio hoc modo.ff. de uerb.oblig.tenentes hanc partem uelut Iurisconsultos maioris auctoritatis & ponderis Decio, quibus addo pariter Dida. Couaruu. lib.3.uariar. resol. cap.12. Crauet. consi. 139. & Menochium consi.92.nu.43.
24 † Minus etiam facit in contrarium, quòd Albertinus in reseruatione usufructus dixerit (donec uixerit) quo casu reseruatio non uidetur operari quòd posset testari per ea, quæ dicit Dec.cons. 30.quando donator sibi reseruauit usumfructum toto tempore uitæ suę, nam tali casu non potest testari,sicque impeditur libera testandi facultas, ut per eum latius ibi
25 † Quoniam respondet ad hoc pariter Natta in dicto consi. 146. Decium non fuisse rectè locutum. Nam quando fit reseruatio usufructus pro tempore uitæ suæ,exprimitur quod tacitè in erat: quia usufructus non durat post mortem.l.cum antiquitas. C. de usufruct.§. finitur. instit. de usufr. ideo dicta uerba nihil operantur.l. 3. ff. de leg. primò, poterit enim usufructarius tunc testari de fructibus perceptis, secuti quando simpliciter sibi reseruasset
26 usufructum † aliud benè dici deberet, quando donator dixisset, reseruato sibi usufructu, de quo posit in uita disponere, quo casu loquitur Bar.consi.76.in quo se fundat Dec. nā tali casu non posset de fructibus extantibus testari,sed oportet istos duos casus separare, ut concludit,& bene Natta.

Non repugnat etiam, quòd subiunxerit Albertinus (quòd de usufructu ipse & eius uxor, dominus Ioan.Antonius, Pasqua & eius filii uiuere,uictū & uestitū simul habere deberent)
27 † quo stāte sic tenues fructus superesse potuerunt,deducto uictu & uestitu tot personarum, quòd non superesset Albertino facultas testādi, & per consequens donatio redditur nulla, ut uoluit Boer.decis.304.col.15.& Crauet.dicto cons.222. col.2.in prin.quoniam cum proponatur dictum Ioannem Antonium, Pasquā & filios non fuisse educatos ex dictis fructi-
28 bus, sed alionde, corruit argumentum, † non sequitur enim, si fuissent ex dictis fructibus educati, potuisset auferri ius testandi, ergo donatio non ualet,sed oportet, quòd fuerit sublata,quia fuerint educati,ita reprehendendo Decium in dicto cons.251.respondet Crauet.in dicto cons.222.col.pen. Nam (ut ille dicit) in hac materia Doctores non considerant, an testandi facultas auferri possit, sed

an

## Pro Illustrisimo & Reuerẽdisimo D. Cardinale Vrbini Archiepiscopo Rauennæ meritisimo.

### ARGVMENTVM.

De decimis Noualium ad quos spectẽt, an ad inuestitos, vel ecclesiam Parochialem, Seu ad Reuerendiss. Archiepiscopum, in cuius dioecesi sunt.

### SVMMARIVM.

*1 Decimæ concessæ alicui in terra & aqua videntur etiam noualia complecti.*

*Sed contra per auctorem.2.*

*3 Priuilegium odiosũ strictissimè venit intelligẽdũ.7.*

*4 Capitulum tua.§.1.de decim.duobus modis exemplificatur.*

*5 Quod non est, concessum non uidetur.*

*6 Decimas omnes esse concessas vel in terra & aqua differunt.*

*7 Indefinita in odiosis non æquipollet vniuersali.*

*8 Decimæ concessæ in terra & aqua quid significent.*

*9 Decimis omnibus concessis ueniunt etiam noualia*

*10 Decimæ debentur Parochiano omnium prædiorum quæ sunt sub sua parochia ẽt noualiũ. 11. 12.13.*

*Tantoq́ magis si parochialis ecclesia sit etiam baptismalis. 14.*

*Et etiam si Archiepiscopus consuetudine nitatur percipiendi decimas antiquas.15.*

*Nisi præscriptæ fuerint tanto tempore cuius initij memoria non extat in contrarium.16.29.*

*Quia debentur Archiepiscopo quartesio Parochiano tantum dimisso.*

*18 Ecclesia vna potest præscribere decimas in parochia alterius ecclesiæ.*

*Cum titulo spatio.40.annorum vel sine spatio tanti temporis cuius initij memoria non extat in contrarium.*

*19 Tempus cuius initij memoria non extat in contrarium habet uim priuilegij.*

*Seu vim legis.20.*

*Et pro ueritate habetur.22.*

*Nec quicquam debet innouari eius quod tanto tempore fuit obseruatum.23.*

*Et obstat etiam agenti possessorio ad decimas.24.*

*Nec datur aduersus illud in integrũ restitutio.25.*

*Et habet præsumptionem iuris & de iure adeo quòd non admittitur in contrarium probatio.26.*

*21 Titulus non requiritur etiam contra ecclesiam in præscriptione tanti temporis &c.*

*27 Præscriptio tanti temporis cuius initij memoria nõ extet in contrarium quomodo probetur.*

*28 Glossa in c.1.de præscrip.in 6.communiter recepta.*

*30 Parochiano debetur dimidia decimarum noualiũ.*

*Quod procedit ut auctor declarat.31.*

## CONSILIVM CLXIX.

*Auxilium meum à Domino.*

DOMINVS olim Nicolaus Lauezolus inuestitus fuit ab Archiepiscopatu Rauennæ pro se & filiis masculis de decima Villarũ Ambrosii & Cocanillis in terra & aqua, nulla facta mentione de Noualibus. Quæritur cui de iure spectent noualia dictarũ Villarum, quæ nunc ad culturam redacta sunt an ad Lauezolos inuestitos, an ad ecclesiam Parochialem Plebis Cocanillis, uel ad Reuerendissimum Archiepiscopum Rauennæ. Nã unus quisque ea petit.

Et in primis, qđ attinet ad Lauezolos, prima consideratione dicendum uidetur, quòd
1 ad eos pertineant. † Nam cum fuerit eis concessa decima dictarum uillarum in terra & aqua, perinde uidetur, ac si fuissent eis concessæ omnes & quæcunque decimæ, uel omnis decimatio dictarum Villarum, seu earum territorii, quo casu talis concessio etiam refertur ad Noualia, prout decidunt Archid. & Dominic. in c.cognouimus.12.q.2. Collectan. in c.cum contingat. post glos. de decim. & Petr. Rebuffus in tract.de decim.q.14.nu.31.
2 † Sed tamen in contrarium repugnat ueritas, per tex. in c.tua.§.1.de decim. vbi dicitur, quòd occasione decimationis antiquæ, licet in feudum decimę sint concessæ, non sunt decimæ Noualium usurpandæ, cum in talibus nõ sit extendenda licentia, sed potius restringen-
3 da. † Vnde notat Abb. ibi, quòd priuilegium odiosum debet strictissimè intelligi, ut sic non comprehendat ea, quæ aliàs uenirent in dispositione fauorabili, nam in concessione decimarum facta laico non ueniunt decimę No-
4 ualium, † & Anch. eleganter ibidem dicit, ꝙ Hostiensis duobus modis exemplificat illum textum, primò, si laicus priuilegiatus, ne soluat de terris suis decimas, faciat noualia, de illis decimam soluet secundò, si laicus priuilegium habeat de percipiendis decimis Parochiæ, non percipiet de Noualibus. De Noualibus igitur suis Lauezoli decimas soluent, & de alienis eas non percipient, secundũ Anch. notabiliter loquentem, idemq́ue tradit ad unguem Card.Zab. ibidem dicens, hoc esse constitutum ex natura priuilegii, quod tanquam exorbitans à iure non debet extendi c. sanè. de priuil. & cum prædictis etiam concordat Petr.Rebuff. in allegata q.14.nu.29. per tex. in
5 c.fin.de decim.in 6.in fin. † & ea ratione, quia quod non est, concessum non uidetur, sed noualia non erant tempore priuilegii, ergo non fuerunt concessa, demumq́ue Cassane. consi. 34.nu.17.per d.c.tua, qui tex. secundum eum non fuit factus ob aliud.

Nec

6 † Nec obstat contrarium, si quidem longè
differunt, an laico concessa sit decima in terra
& aqua, prout in casu nostro, uel quòd conces-
sæ sint omnes & quæcunque decimæ, uel om-
nis decimatio in tali loco. Primo namque ca-
7 su verba fuerunt indefinitè prolata, † quo casu
cum priuilegium sit odiosum, & strictè intelli
gendum secundũ Abbatẽ, Anch. Card. & alios
in d. c. tua, talis indefinita locutio non æqui-
pollet uniuersali, ut est doctrina Bar. in l. si plu
ribus. ff. de leg. 2. & in l. 2. ff. de lib. & posth. &
post Dec. consi. 113. ad fin. Dominus meus Ri
mi. consi. 25. nu. 3. & consi. 71. nu. 29. tantoque
magis hoc dici debet: quoniam dicta uerba in
terra & aqua, uerificantur & uerificari possunt
& operari satis absque eo, quòd comprehen-
8 dant noualia. † Nam uerbum terra, uerificatur
quò ad decimas ueteres. Verbum uerò aqua,
quò ad pisces, qui piscando in ea capi possunt,
de quibus decima de iure debetur. c. peruenit
de decim. & tradit Petrus Rebuff. in tract. de
decim. q. 8. nu. 10. ergo noualia contineri non
9 debent sub dictis uerbis. † At quando concessę
fuerunt omnes decimæ talis loci, tunc ueniunt
etiam noualia, quia uerba fuerunt uniuersa-
lia. Nam qui totum dicit, nihil excludit. l. Iu-
lianus. ff. de leg. 3. c. solitæ. de maior. & obedi.
cũ simil. per Rebuf. in dicta q. 14. nu. 31. qui sic
declarat post Soc. consi. 297. col. 2. uol. 2.

Nunc ad secundum deuenio, quod uersatur
inter Parochianum & Archiepiscopum, quo-
rum uterque contendit decimas Noualium
10 ad se petinere. † Et respectu Parochiani res
expedita uidetur, quoniam plebanus de iure
communi fundatam habet intentionem, ut de
cimę sibi debeantur omnium prędiorum, quæ
sunt sub sua parochia. c. si quis laicus, & c. statui
mus 16. q. 1. c. à nobis, & ibi Butr. & Card. &
c. cum in tua, de decim. quibus & aliis mouetur
Petrus Rebuf. in d. tract. q. 7. col. 2. dicens hoc
procedere etiam contra Episcopum, per tex.
in c. fin. de paroch. & in c. 1. in fi. de uer. si. lib.
6. ibi. iure communi parochialibus Ecclesiis
reseruato, & ibidem Imol. sequitur Menoch.
11 consi. 36. nu. 20. † ubi subiungit, quòd priuile-
gium concessum plebano ei contulit ius in re,
tam ratione decimarũ, quàm noualium, de de
cimis non est dubium per tex. in c. ueniens. de
præsc. & ibi not. Abb. Dec. in c. 1. nu. 4. & Rip.
49. de rescri. Roder. Suarez. allega. 28. num. 6.
12 † sed & idem de noualibus est dicendum per
tex. in c. cum contingat. de decim. ibi. Cum per
ceptio decimarũ ad parochiales Ecclesias de
iure communi pertineat, decimę noualium,
quę fiunt in parochiis earundem ad ipsas pro-
culdubio pertinere noscuntur. Ad idem tex.
in c. ex parte. 3. eod. tit. ubi respondens Ab-
13 bati Sum. Pont. † dicit. Cum decimę terræ
Parochiarum tuarum cum integritate perci-
pias, de noualibus eas exigere satis potes. &
in c. quoniam, eod. tit. ubi est casus notabilis se
cundum Abba. quòd redditus spirituales noui
ter superuenientes intra diœcesim Episcopi
spectant ad Ecclesiã parochialem, intra quam
oriuntur, sequitur Roderic. loco citato nu. 7.
14 & Menoch. loco citato. † Tantoque magis ui-
detur hęc conclusio de plano procedere, cum
Ecclesia Cocanilis, nedum Parochialis sit, sed
etiam Baptismalis, quo stante decimę prędictæ
sibi debentur, ut ponit Rebuf. in dicto tract. q.
6. nu. 19. & Cassan. consi. 34. nu. 21. ad fin. post
15 glo. in d. c. cum con ingat. † Quinimo locum
habere debet, dato quod Archiepi copus con
suetudine percipiendi decimas ant[illegible] is nite
retur, adhuc enim noualia sibi non deberen-
tur, ut uoluerunt Host. & alii in d. c. cum cótin-
gat, & Rebuf. in allegata q. 14. nume. 16. & ita
remanere uidetur intentio plebani satis fun-
data contra Reuerendum D. Archiepiscopum.
16 † At in cõtrarium pro Reuerendissima Do-
minatione sua deseruit pręscriptio tanti tem-
poris, cuius initii memoria non existit, quòd
Archiepiscopi Rauennatenses fecerunt inues i
turas de decimis diuersis personis tam [illegible]-
bus quàm noualibus, & quando nou[illegible] ca-
sus euenit, inuestiti decimas eorum percepe-
runt sine controuersia Parochianorum, quar-
tesio tantum eis dimisso, quòd si ueteres tan
tum decimę laicis concessæ fuerunt per dictos
Archiepiscopos, noualia fuerunt ipsorum Ar-
chiepi coporum, quartesio Parochianis tantũ
relaxato, nec aliter unquam seruatum fuit à
tanto tempore, cuius initii memoria non exi-
stit, quo stante dico noualium decimas, de qui
bus agitur, ad ipsum Reuerendum dominum
Archiepiscopum perti ere, postquam ad Lane
zolos inuestitos non pertinent, ut supra fuit
17 conclusum. † Ita probatur in c. 1. de præscrip.
in 6. Bertran. consi. 132. perceptio decimarum
vol. 1. priorum, & latius consi. 184. uiso proces-
su. vol. 2. nu. 4. ubi tenet, ecclesiam nitentem
præscriptione tanti temporis, cuius initii me-
moria non existit in contrarium, uincere deci-
mas noualium contra parochialem Ecclesiam,
& idem post Bertrand. conclud. Petrus Rebuf.
in d. q. 14. nu. 17. & latius Card. Zab. consi. 88.
col. pri. ubi dicit; quòd inter Ecclesias in de
cimis soluendis attenditur consuetudo. c. ab
Apostolicæ. de decim. in fin. ut ibi per Innoc.
18 per c. cum sint. eodem tit. † deinde subdit, q
constat etiam, quòd una ecclesia potest deci-
mas præscribere in parochia alterius ecclesiæ,
uel cum titulo spatio 40. annorum, uel sine spa
tio tanti temporis, cuius initii memoria non
19 sit in contrarium. d. c. 1. de præscr. in 6. † sub-
ditque quòd tantum tempus uim habet priui-
legii, secundum glo. in c. quod per nouale & c.
super quibusdam, de uer. si. seu uim constituti,
idest, ac si de consensu partis tale ius fuisset cõ
stitutum. l. hoc iure. §. ductus aquę. ff. de aqu.
20 quot. † alibi uerò dicitur, quod habet uim le-
gis. l. 1. in fi. ff. de aqu. plu. [illegible] 2. §. idem Labeo.
ff. de

ff.de iti.actuq; priu.sequitur Balb.in tract.de p̄-
21 scrip.in pri.par.quin.par.in 7.q.nu. 12. † Nec
requiritur in pręscriptione talis temporis titu-
lus ēt contra ecclesiam,ut per Cast. cons. 423.
22 col.2.uol.2. † nam pro ueritate habetur. Glo.
in l.1. C. de serui. Bal. cons. 257. quæstio uer-
tens.uol.2.cōs.24. subtiliter.col.2.uol.4.Dec.
cons.85.col.2.Crau.de antiq.tempo.4.par.nu.
247.& cum prædictis ēt cōcordat Cephal. cōs.
23 18.nu.20.& cons.129.col.1.† & ideo quod ab
eo tpe citra fuit obseruatum, non debet quic-
quam innouari.d.c.super quibusdam.§. præte
rea.Port.Imol.cōs.65.nu.46. cum reddat actū
irrefragabilem,& ut idem ponit cons.1.nu.56.
24 † Imò tanti ponderis est tanti temporis præ-
scriptionis exceptio,quòd obstat etiam agenti
possessorio ad decimas,ut in casu nostro, sic.n.
determinant Domini de Rota decis.259. si re-
ctor alicuius.in nouis, ubi propriè de Rectore
Parochialis ecclesiæ loquuntur,prętendente se
spoliatum à quibusdam religiosis decimis cōsi
stentibus intra suam Parochiam.ipsi uerò dant
in articulis, quòd iam per centum annos fue-
runt in possessione dictarum decimarum,nam
talis exceptio est admissibilis ad exclusionem
possessorii per Rectorem intentati. Idemq; tra
dit Gozad.cons.7. colu. 4. Crauet.loco citato
nu.175.& Boer.decis.138.col.3.& 4.
25 † Nec illud etiam debet omitti pro denotā
da ui dicti temporis,quòd aduersus ius quæsi-
tum ex spacio tanti temporis, cuius in contra-
rium memoria non extat, non datur in inte-
grum restitutio,cui aliàs cōpeteret, ex quo ha-
bet uim constituti & priuilegii, ut pulchrè tra-
dit Ias cons.209.col. pen.uol.2.subdens,nemi
nem unquam Doctorum secus sensisse, imò ꝙ
nemo unquam sani capitis auderet hoc atten-
26 tare,quod præter eum comprobat Natta cons.
524.nu. 17. quia tam longinquum tempus ha-
bet præsumptionē iuris & de iure pro se, adeo
quòd non admittitur probatio in contrarium,
ut dicit Butr. in c. peruenit. uers. ad tertium
qualis hæc sit, de censi.quem refert & sequitur
Fely.in c.cum nobis.col.3.de præs.Cephal.di-
cto cons. 129. col. 2. meritò si non admittitur
probatio in contrarium, luculenter apparet,re
stitutionem in integrum non competere, cum
in ea oporteat de lęsione probare; & cum præ-
dictis etiam concordat Boer.decis. 39. num.6.
post Salic.in auth.quas actiones. col. 1. C. de
sacrosanc.eccles.& Paris.in c.placuit.num.20.
& 22.de præscr.licet Crauet.in d.tract. de an-
tiq.tempo.nu.196.4.par.subtilizando contra-
27 rium teneat. † Probabitur autem præscriptio
dicti temporis eo modo, quo docet Glo. post
Host.in d.c.1.de pręscrip.in 6. per testes paro
chianos dicentes, quòd semper audiuerunt,&
uiderunt decimas noualium fuisse Archiepi-
scoporum Rauennæ, uel inuestitorum ab eis,
non autem plebanorum, excepto quartesio
illis præstito, nec unquam uiderunt, uel audi-
uerunt contrarium à Senioribus Parochianis
eorum præcessoribus, & quòd communis est,
& fuit semper opinio, quòd sic fuerit, nec ex-
28 tat contrarii, uel initii memoria † quam glo.
sequuntur ibi Doctores, & communiter rece-
ptam dicit Aret. in c.licet ex quadam.de testi.
& plenius confirmat Balb.in tract. de præscrip.
secunda part. 3. partis q. 6. nume. 24. & ponit
etiam Bursat.cons. 87. num. 31.

Et hanc partem tenendo vno verbo cessant
contraria; quoniam procedunt de iure com-
29 muni cessante tali præscriptione † sicut & il-
lud, quod dicebat Petr. Rebuf. de consuetu-
dine, quæ non proderat Episcopo, nam fallit
in immemorabili, vt ille sub die, in qua uer-
samur.

30 † Nec etiam prodest Parochiano dicere,
quòd saltem dimidiam cōsequi debeat per. c.
statuto.§.1.de deci.in 6.Rebuf. in d. quæs.14.
nume.31.& 36.

31 † Nam id procedit in Archiepiscopo.priui-
legiato per sedem Apostol. nos autem uersa-
mur in priuilegiato præscriptione tanti tem-
poris uel quæ fortior est instrumento, ut pro-
bat Bero. cons.115.num. 31.uolum.1.quę cau-
sa breuitatis uideatur.

Et ita concludo.

*Hippol.Riminal.Ferrar.*

## Pro muliere incerta.

### ARGVMENTVM.

De legato usufructus uxori relicto donec uitā uidualem castam & honestam seruauerit filiis institutis id ea non faciente eisq; pręter legitimam priuatis si eam molestauerint. Quid iuris optime discurritur: Sicut & de intellectu legis hæreditatum.ff.ad leg. falc.

### *SVMMARIVM.*

1 *Vxori legato vsufructu, filÿs institutis si ea vitam castam & honestam non seruabit eisq; priuatis præter legitimam si eam molestauerint quid iuris dicendum sit.*

1 *Filius debet habere legitimam sine aliquo onere.*

*Et adeundo confirmatur legatum vsufructus uxori factum. 2.*

*Consequiturq; proprietatē et vsumfructū legitime.*

*Residuumq; proprietatis præter legitimam iure accrescendi. 3.*

*Residuum vero vsufructus remanet apud vxorē. 5.*

*Licet Piccus contra senserit. 6.*

4 *Ius accrescendi locum habet etiam in legitima.*

6 *Vxor relicta simpliciter vsufructuaria debet alimēta consequi stantibus filÿs. 7.*

*Secus si totus & integer vsufructus fuerit ei relictus. 8.*

*Ideq; ex tacita et coniecturata volūtate defuncti. 9.*

*Vnde tanto magis ex manifesta, 10.*

9 *Voluntas testatoris totum facit.*

11 *Pactum non valet inter patrem & filium per quod impeditur filius à petitione legitimæ.*

12 *Maritus non potest plus relinquere vxori secundæ quam uni ex filijs primi matrimonij minus habēti.*

13 *Ius accrescendi locum habet etiam contra voluntatem testatoris.*

*Et est communis opi.* 14.

15 *Legitima filiorum cum vsufructu secundæ vxori relicto quomodo consideranda sit, ne illa plus habeat quam vnus ex filijs primi matrimonij.* 16.

17 *Rationem reddere legi hæreditatum ff. ad leg. falc. difficile putat Roderic. Suarez.*

18 *Lex hæreditatum. ff. ad l. falc. locum habet tantum in computatione falcidiæ.*

*Sed contra quòd passim locum habeat.* 19.

*Bartolus Bal. & Cumanus tenent.* 20. 21. 24.

*Et Angelus in vsufructu vxori legato.* 22.

23 *Transactio super alimentis consideranda & pro ætate transigentis.*

25 *Vsufructu secundo marito relicto. proprietate verò filijs primi matrimonij quomodo iræ sit exequēdus proprietati, ne vir plus filijs consequatur.*

26 *Afflictus decis.* 34. *declaratur.*

27 *Lex hæreditatum. ff. ad l. fal. iudicis arbitrio remittitur an locum habeat extra casum legis falcidiæ.*

28 *Vnde infert auctor ad vsumfructum vxori relictū iudicis arbitrio redigendum.*

*Et super ea multa scripserunt Moderni Galli præter alios.* 29.

*Quos auctor non sequitur.* 30. 31. 32.

34 *Lex hæreditatum. ff. ad l. falc. fundata est in præsumptione vitæ futuræ legatarij.*

35 *Præsumptio probationem in contrarium admittit. Et illi cedit.*

## CONSILIVM CLXX.

*Auxilium meum à Domino.*

MARITVS vxori iure legati reliquit plenum & integrum usumfructum bonorum suorum, dum vitam uidualem castam & honestam vixerit, qua moriente, seu secundò nubente, aut vitam castam & honestam non seruāte, suos hæredes vniuersales instituit duos filios suos, & si eam molestauerint ī dictis bonis, eorum ꝓprietatem illi reliquit, excepta legitima, quam iure institutionis illis reliquit. Quærit ī pdicto casu qd de iure sit respōdēdū.

Reperio quòd hanc q. ponit Ioann. Andr. in addi. specul. ī tit. de pignor. §. 1. in verbo durat. ad fi. quē sequitur Alex. in l. filius à patre, nu. 4. uers. Hanc tamen. ff. de lib. & post. & in l. extraneum. col. fi. uers. ꝙ tamen, & post eum Ias. col.

1 pen. uers. 1. limita. C. de hæred. inst. † Volunt. n. quòd si maritus instituit filios post mortē uxoris, cui reliquit usumfructum bonorum suorū, ex quo filius debet habere saltem legitimā sine aliquo onere & dilatione temporis. l. qm̄ ī prioribus. C. de inoffi. test. meritò reiicitur illa dilatio temporis, & quò ad legitimam institutio

2 filiorum remanet pura, † sicq; filii statim poterunt adire, & ꝑ eorum aditionem cōfirmabit legatum usufructus relicti uxori. Hūcq; casum magis declarat Castr. cons. 460. Dubiū, de quo q̄ritur, in 2. uol. Dicit. n. ꝙ quātum ad legitimā filii, conditio reiici dēt tam de ꝓprietate q̄ de usufructu bonorum. Ita ꝙ reiecta cōditiōe, nec expectata morte uxoris filius intelligi dēt pure institutus in legitima proprietatis & usufructus, non obstante usufructu oīum bonorū legato uxori, † residuum uerò ꝓprietatis ꝑter legitimam dēt accrescere legitimæ filii, cum in illa nō habeat aliū cohæredē, uel substitutum, & sic omnino est illam ꝓprietatem filius habiturus.

4 † Sed & alia rōne confirmatur, quam Castr. prætermisit: quia sm̄ cōem sententiam ius accrescendi locum habet ēt in legitima, ut concludit Bossius ī tract. suis tit. de bono. publica. uers. & est cōis opi. Ias. in l. re coniuncti. ff. de leg. 3. & post eū Rip. nu. 211. Bello. cons. 83. nu.

5 17. Ceph. cons. 245. nu. 48. † Residuumq; vsufructus dēt apud uxorem remanere. Quia cum pr̄ filium instituerit post mortem uxoris, patet quòd non intellexit sibi relinquere usumfructum in uita uxoris. Ideo vr̄, quòd usumfructū habere non possit, nisi quatenus pr̄ auferre nō potuit, s. usque ad legitimam, meritò reliquum usufructus debet ad uxorem spectare. Et cum Castr. residet Picus in l. Titia. §. Titia cum nuberet, sub nu. 75. ff. de leg. secundò.

6 Et licèt idem Pic. ibi nu. 77. contra Castr. insurgat, uolens quòd respectu residui usufructus ꝑter legitimam, relictum uxori factum restringatur ad alimenta, iuxta consuetudinem Bulgari, de qua ꝑ gl. & Doct. ī auth. hoc locum. C.

7 si secundò nups. † Attamen hæc disputatio non est ī casu nostro necessaria: loquuntur. n. Castr. & Pic. quando maritus simpliciter usumfructū reliquit uxori, aut eam simpliciter usufructuariam noīauit. Vnde qa dubius est casus, locus esse pōt interpretationi, nūquid testator intel-

8 lexerit de usufructu, uel de alimentis. † At casus nr̄ est clarus: qm̄ maritus uxori legauit totum, integrum & plenum usumfructum, reiecta exceptione quod censeatur, aut dici possit alimentaria. Vnde ex quo constat de uoluntate testatoris, qui uoluit etiam extātibus filiis eius vxorem habere plenum ius & integrū usumfructum, meritò ab ista clara uoluntate testatoris

9 non est recedendum: † quia uoluntas testatoris totum facit. l. ex facto. ff. de hęred. inst. l. in conditionibus primū locū. ff. de condi. & demo. & hoc in terminis tradit Castr. cons. 389. quòd uxor condam, in antiquis, ubi sic concludit ex

10 tacita & coniecturata uolūtate defuncti. † Igit̄ à fortiori hoc est dicendū in isto casu, ubi manifesta est uolūtas testatoris, ꝑut arguit præcisè Dec. in cōs. 418. col. 1. & ad hāc opinionē cōfirmādam plura deducit Borgninus Caualcanus in tract. de usufruct. mul. relicto, nu. 49. Nec timere debēt filii se priuari ꝓprietate bonorū

petendo

petendo legitimam: quia testator uxori ꝓprie
11 tatem reliquit, si filii eam molestarent: † quũ si pactum nõ ualet inter patrem & filium, per qđ filius impeditur à petitione legitimæ, & eius supplemento. l. si quando. §. Illud. & ibi Bal. Saly. Castr. & alii. C. de inoffi. testa. & tradit Roderic. Suarez. in d. l. Quũ in prioribus. amplia. 16. nu. 3. multo minus impediri debent ex dispositione tñ testatoris, cui non interuenerunt, nec consenserunt, auth. multo magis. C. de sacro-
12 sanct. eccles. † Et hæc de plano procederent, si hæc mulier esset mater istorum filiorum, sed cum nouerca sit eorum, ficq; uxor mariti ex secundo matrimonio, succedit dispositio legis. Hac edictali. C. de secun. nup. qua cauetur, vt maritus nõ possit ei plus relinquere iure legati, uel alio tit. quàm puenerit ad unum ex filiis æquas partes habentibus, uel cui minus relictũ sit, & si quid plus uxori secundę relictũ sit, tamquam non scriptum, neq; derelictũ ad ꝑsonas filiorum defertur, unde cum filii reperiãtur ha
13 bere tñ legitimã ex testamento † nam qđ attinet ad ꝓprietatem residui bonorum, quã iure accrescendi consequuntur, ut supra dixi post Castren. illa non obuenit ex testamento nec ex uoluntate testatoris: qm̃ ius accrescendi locũ hẽt ẽt contra uoluntatẽ testatoris. Veluti si illud ꝓhibuerit, nã nõ obstãte eius ꝓhibitione, illi locus est, ut ꝑ gl. in l. si cõis seruus. ff. de acqui. hæred. quã sequuntur Ang. Imol. & Castr.
14 ibi, † & cõem appellat Alex. in l. si quis priore. ff. ad trebel. Cur. conf. 75. Rip. in l. re coniũcti. nu. 134. ff. de leg. tertiò, & ego dixi in l. unica.
15 nu. 69. C. quando nõ peten. par. † vtiq; considerandũ est, qđ & quantum referat legitima, cuiq; filiorũ ꝓ dimidia contingens, pariq; modo cõsiderandus est usufructus uxori relictus, & si facta æstimatione dimidiæ ipsius legitimę cũ usufructu relicto uxori ipsa nõ reperietur habere plusquam quilibet filius habeat, defendẽda erit nouerca in suo relicto, sin aũt plus ea reperietur habere. totũ illud plus auferendũ erit
16 ab ea, & filiis applicãdum, † æstimatio aũt dicti usufructus peragẽda erit sñ terminos legis hæreditatum. ff. ad leg. fal. quæ in usufructu alicui relicto æstimando cõsiderat duo tpa legatarii, primum usq; ad ætatẽ 30. annorũ, hoc est ꝙ ĩ quocunq; anno intra. d. ętatẽ sit legatarius, ꝓsumaẽ uiuere, & usufructus durare 30. annis. Sin uerò tempus consideraт ille tex. quãdo legatarius excessit annos 30. hoc est, ꝙ in quocũque anno sit legatarius ultra 30. annos ꝓsumaẽ viuere usque ad annos 60. unde si esset ætatis annorum 58. solum ꝓsumeretur uiuere duobus annis, & hæc fuit mirabilis computatio illius
17 legis, † cuius decisionis rationem reddere difficile esset, sed sufficit ꝙ sic scriptum est, & mirabile ꝓfecto omnibus uisum, ut tradit Roder. Suarez. in l. qm̃ in prioribus. amplia. 3. nu. 8. C. de inoffi. testa. fuit igitur æstimatio dimidiæ partis legitimæ, rursus & usufructus uxoris pro toto tempore, quo præsumitur uictura, siue sit infra triginta annos, siue supra, & si plus ualebit usufructus dimidia legitimæ, plus illud erit
18 filiorũ, sin uerò, nihil auferetur à nouerca. † Verum est ꝙ nonnulli fuerunt eius sententiæ, ꝙ computatio illius legis habeat locum dũtaxat in casu suo, uidelicet in rõne legis falcidiæ hęredi debitæ pro legatis ab eo derelictis, nõ aũt passim in cæteris casibus procedat, & inter eos fuerunt Imol. Castr. & Alex. ibi Ias. in l. cũ qui ita. §. qui Ita stipul. col. 5. ff. de uerb. obl. decis. Neapol. 34. quos citant & sequuntur Moderni
19 Galli in tract. de usur. q. 72. nu. 475. † Sed tamen quòd passim obtineat ille text. ubi ueniat æstimandus usufructus quò ad alios effectus præter casum legis falcidiæ nõ desũt plures, atque imprimis rõ. Nam cũ illa æstimatio, seu uerius uitæ computatio præsumptiuè legislatori iusta uisa fuerit, rectum exemplũ est ad alios casus, cum contrariũ nõ reperiamus, qua rõnẽ deducit Roder. in dicta tertia ampliatione nu.
20 209. col. 2. † Bar. aũt in finalibus uerbis hãc opi. ꝓ̃sensit, adnotans illam legem, qualiter fit ęstimatio usufructus, ex quo infert, ꝙ si uendatur usufructus & gabella solui debeat ex forma statuti, ꝙ debet æstimari sñ computationẽ illius tex. & sic Bar. generaliter intelligit illam legem
21 ultra casum falcidiæ, de quo loquitur, † pariq; modo Cuman. ibidem dicit, ꝙ licèt in legato alimentorum hodie cesset falcidia, tamen illa Inuestigatio bene caderet, si dubitaretur, an esset relictum ultra facultates, & sic extra casum falcidiæ uult Cuman. illam legem procedere, sicut & Bar. quibus accedit Castr. ibidem, atq; Angel. In l. oĩum bonorum. ff. de usufr. dum firmant illud de gabella, quod dixit Bar. licẽt de
22 illo nullam mentionem faciant, † & signanter Ang. loquitur in usufructu uxori legato, qualis est casus noster in indiuiduo. Huius insuper opinionis fuit glo. In l. cum hi. §. modus. ff. de
23 transf. cum textu iuncta, † nam dr̃ ibi, ꝙ quãdo fit transactio super legato alimẽtorum, in quo requiritur decretum Iudicis, modus adhibendus est ꝓ ętate transigentis, nã aliter cum sene, aliter cum iuuene agendum erit, ut addit glo. ętasq; singulorum ęstimabitur, ut in d. l. hęreditatũ. sentit igitur apertè gl. ꝙ Iudex in tali transactione, & decreto ęstimabit uitã legatarii sñ formam cõputationis illius legis, licèt de rõne legis falc. non agatur, & ꝑ illam gl. Bal. & Ang illud repetunt de gabella debita ꝓ legato alimentorũ alicui relicto, ꝙ ęstimari debeat illius
24 ætas sñ d. legẽ hæreditatum † hancq; sententiã clarissimè firmat Bal. in d. l. cũ hi. §. nihil aũt. ad fi. dicẽs ꝙ d. lex hæreditatũ. dẽt generaliter intelligi nõ solũ in rõne l. falc. uerũ ẽt in oĩbus actibus hoĩum, qđ est ualdè notandũ, & cũ ꝓdictis hãc opi. firmat & dicit esse tenẽdã Rod. lo
25 co citato. † Quin fortius in terminis. d. l. hac edictali. qñ qõ uersaẽ inter filios primi matrimonii & nouercã, tenethãc cõclusionẽ Alberi.

 ibi,

ibi,& post eum Bertrand. super vers. ita tamen
nu. 4. vbi quærit, quid si uxor secundò nupta
dedit marito totum vsumfructum, filio uerò to
tam proprietatem, & respondet, quòd si consi-
deremus remedium illius legis exequabitur
vsufructus proprietati æstimato usufructu, secũ
dum quòd dicit lex hæreditatum. ff. ad leg. fal-
ci. patet igitur, plurimos esse nedum plures su-
pra relatis in contrarium qui tenent illã legẽ
26 passim procedere † Nec certè Afflict. in allega
ta decis. 34. contrariũ sentit: loquitur. n. in ha-
bitatione per contractum promissa genero dũ
uiuet, in qua negat legem illam locum habere:
quia procedit in legato & vltima voluntate, ta
lis enim modus loquendi non excludit, quin
habere locum possit illa lex in legato, dato ꝙ
de lege falci. non agatur, sed & illi casui con-
uenit, ut patet, cum solum actũ inter viuos ex-
27 cludant. † Imò verò Didac. Couaru. uariarum
resolu. lib. 3. cap. 9. nu. 8. post relatos contrariũ
tenentes subdit eorum sententiam ita suo iudi
cio probandam, ut nihilominus liberũ sit cuiq;
controuersiam aliquam tractãti discernere ex
negocii qualitate, ãn eadem Iurisconsulti æta-
tum dinumeratio obseruanda sit extra casum
legis falc. Nec. n. omnibus negociis poterit ea
diffinitio conuenire ob disparem quæstionis &
rei contingentis rõnem, quam circumspectissi
mè Iudex examinare debet, ne cuiq; fraus, aut
28 iniuria fiat ex illa cõputatione. † Si ergo secũ-
dum Didac. res ad arbitrium Iudicis est redigẽ
da, certè suæ partes erũt ĩ proposito casu usum
fructũ uxori relictum æstimare iuxta modũ. d.
legis hæreditatum, quoniam res aliter in incer
to uagaretur, cum nouerca sit uxor, cui nõ põt
ultra relinqui, ꝗ̃ filiis, & cũ Alberic. & Bertrãd,
ĩ his terminis hoc uelit, tãto clarior res reddit.
29 † Scio dictos modernos Gallos loco citato
nu. 476. cum sequenti plura scripsisse ad inten
tionẽ. d. legis hæreditatum. enucleandã secus
quàm cæteri senserint, quorum summa est in il
lis legatis incertis æstimationem redactam esse
ad dimidiũ totius incerti, quod est inter inte-
gram uitam hominis, quanta uerisimiliter esse
põt, & solet cõiter, & uitam abruptam, & mor-
tem immaturam, quorum alterutrum, cũ ferè
pariter & æquè frequẽter usu uenire soleat, nõ
possunt melius inuicem compẽsari, (quãdo ad
certam quandam æstimationem ueniendũ est)
quam æqualiter, hoc est ad dimidium, ut sic to-
tum uerisimilius, & cõis uitæ hominis incertũ
tempus æstimetur dimidiato tpe certo, prout ĩ
singulis exemplis illius legis depræhenditur.
30 † Sed certè non uideo suum hunc discursũ
Doctoribus aduersari, sed potius ex eo rõnem
illius computationis adferri, quam Roder. in-
uentu difficilem esse dixit supra citatus. Quod
uerò subdunt iidem Moderni, taxationẽ illius
legis non debere ꝑcisè nec ad uiuum resecari
tanquam Mathematicum quoddã, seu Magicũ
præscriptum, cui nec addi, nec demi possit, qđ
31 nec excedi, nec minui queat, † Idq; duobus ex
casibus ꝓbant. Si. n. legatarius alimentorũ uel
usufructus apparet tam afflictę ualetudinis, ut
uerisimiliter ultra 10. annos non sit uicturus se
cundum crebriorem contingentiam hominũ
taliter affectorum, tunc licèt non sit 10. 15. uel
30. annorum ætatis, tamẽ certum est, ꝙ legatũ
non debet æstimari quantum in 30. uel in duo
bus & 20. annis ascendere possit, sm̃ formã di-
ctæ legis, & hanc nõ fuisse intentionẽ Iuriscõ.
certo certius est omnibus, uel pueris, nisi qui-
bus sensus cõis desit, aut ægrotent ut elleboro
ad purgandum cerebrum indigeãt, quod & ad
ceruicosos, & peruicaces conuincendos ꝓbat,
32 ut per eos. † Contra uerò subdunt, si legatariũ
demus esse. 60. annorum, sed adeo ꝑter cõem
hominum temperaturam uiuacem, ut uerisimi
le sit eum adhuc 20. aut 25. annis uicturũ, tunc
iniquum est, æstimari legatum quantum ascen-
deret in 5. annis sm̃: Considerandum est certã
quidem ac precisam fuisse determinationem
illius legis in cuiusq; legatarii persona sani,
33 uel imbecillis † at in casibus à Modernis præ-
dictis propositis locum nõ habet ex euentu po
stea subsecuto, quod & passim procedit, nam si
minus uiuat legatarius, repetitur ab eo quod
habuit ultra uitam, si uerò uixerit ultra, dabi-
tur ei prout ultra uixit, ut ibi tradit Glo. Castr.
& alii, sequitur Roderic. in d. 3. amplia. nu. 10.
34 † Idq; non immerito; quia cum fundata sit illa
lex in præsumptione uitæ futuræ legatarii per
tempus in ea prefixum, ut eadẽ glo. & Doct. di-
35 cunt † consequens est, ut ex euentu futuro pro
bationem in contrariũ admittat, & illi cedat. l.
si in prin. ff. quod met. causa. l. nuptura in fi. ff.
quod met. causa, cum simil. ꝑ Craue. cons. 35.
nu. 5. & cons. 146. num. 7. Et ita patet ex prædi-
ctis, illos Modernos facundè potius, quàm pro
ueritate locutos fuisse super intelligentia. d. le
gis hæreditatum. remq; ipsam concludendam
esse ut per me supra.

*Hippol. Rimin. Ferrar.*

## Pro D. Angela de Astulfis.

### ARGVMENTVM.

De caducitate usurarii propter annuos usus non solutos, fideicommisso allegato non obstante, & cautione minimè ꝑstanda pulchrè tractatur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Cessio facta contra ciuem Ferraria nulla est ex sta tuto Ferraria.*

*Fallit in facta extra territorium inter forenses.* 32.

*Vel quando subditus contraxit extra territorium cum non subdito ignorante dispositionem statuti.* 33.

*Et quando cessat ratio vexationis & redemptionis litium.* 37.

*Vel quando nomen debitorum fuit in solutum datū creditori cedentis.* 3.38.

2 *Verba ius non reddatur, impediunt processum.*

4 *Assertioni alicuius non est standum in materia prohibitiua.*

*Et vbi quid fieri non potest nisi ex aliqua causa.* 5.

*Fallit in assertione verisimili.* 39.

6 *Debitor excusatur si non soluit creditori absenti tēpore solutionis.*

*Idq́; iuribus probatur.* 7.

*Et licèt ad euitandam pœnam Bartolus requirat oblationem & consignationem.* 8.

*Debitor enim debet facere debitum suum.* 9.

*Non tamen id passim procedit.* 10.

*Et ad cautelam tantum fieri potest.* 11.

12 *Debitor absente creditore die solutionis non tenetur protestari quòd si præsens esset paratus esset soluere.*

*Nec talis protestatio est de substantia.* 13.

*Idq́; iuribus probatur.* 14.

15 *Ablatiui absoluti resoluuntur in conditionem, faciuntq́; conditionem expressam.* 16.

17 *Vsurarius vt cadat constare debet de voluntate domini.*

*Et requiritur sentētia declaratoria priuationis.* 18.

19 *Conditione deficiente perinde est ac si dispositio facta non fuisset.*

20 *Paria sunt nihil fieri vel fieri sub conditione quæ nō purificetur.*

21 *Caducitati locus est si pensionum præteritarū etiam vna non fuerit soluta præfixo tempore.*

22 *Oratio distributiua verificatur in quolibet distributorum.*

*Et committitur pœna in totum si fuerit in vna præstatione cessatum.* 23.

24 *Verba singulis annis, sunt distributiua.*

*Et quid significent.*

25 *Statutum de vsibus & rebus ab alio recognitis ponderatur.* 26.

26 *Dictio nisi, ponit præcedente negatiua oratione.*

27 *Dictio vt supra, est relatiua præcedentium.*

28 *Cessionarius succedit in locum cedentis.*

*Et omnia priuilegia cedentis competunt cessionario.* 29.

30 *Cessionarius potest allegare caducitatem sicut potuisset cedens.*

32 *Statutum quòd vir non possit vxori legare non comprahendit forensem.*

33 *Statutum prohibitorium in personam ratione alicuius solennitatis quando locum habeat vel non.*

*Exemplum ponitur pulcrum.*

34 *Forensis præsumitur ignarus statuti.*

35 *Statutum quòd ius non reddatur alicui acquirenti actionem contra ciuem quomodo sit intelligendum.* 37.

36 *Cessio regulariter prohibetur propter redemptores litium & nè debitores litibus vexentur.*

36 *Ratio finalis colligitur ex proœmio.*

*Et in sequentibus censetur repetita.* 37.

38 *Ratione motiua statuti cessante debet illud cessare.*

39 *Confessio mariti quòd emerit fundum de pecuniā vxoris est suspecta.*

*Nisi sit verisimilis.*

*Idem de confessione patris.* 40.

41 *Argumentum à verisimili ducitur à ratione naturali.*

41 *Verisimilitudo dicitur cognata naturæ.*

*Et qui habet verisimile dicitur habere casum legis.* 42.

*Idq́; ante omnia inspiciendum est.*

43 *Verisimilis videtur esse cessio Iurium. ratione.* 44.

44 *Nemo præsumitur velle iactare suum*

45 *Debitor non excusatur à mora ob difficultatem, quando datio quantitatis est in obligatione & conuentum est de pœna si non soluatur.*

46 *Mitius agitur cum lege quàm cum homine.*

47 *Pœna conuentionalis facilius debetur quàm legalis.*

48 *Iusta causa litigandi excusat à pœna legali non à conuentionali.*

49 *Diligentiam quis probare debet vt excusetur propter impedimentum.* 55.

50 *Intellectus. l. fi. ff. de leg. commisso. contra Areti. & sequaces.* 51. 52.

53 *Intellectus. l. pecuniæ. §. fi. iunct. Glo. ff. de vsur. contra Aret. & sequaces.*

54 *Oblatio sicut requiritur ad euitandas vsuras ita ad euitandam caducitatem.*

56 *Intellectus. l. cum quidam. §. si pupillo. ff. de vsur. quem probat Albe.* 58.

*Et de illius ratione vel causa.* 57.

59 *Intellectus. l. si fundus. §. Marcellus. ff. de lege commisso.*

60 *Intellectus. l. arbiter calendis. ff. de arbitr.*

61 *Impedimētum superueniēs quando excusat à mora.*

*Vel parat restitutionem in integ.*

*Et qua ratione.* 62.

62 *Superioribus pares esse non possumus.*

63 *Ius offerendi quando necessarium est vel non.*

*Et modus euitandi periculum in futurum traditur.* 64.

65 *Castrensis consilium in l. si reus paratus. ff. de procur. laudatur.*

66 *Voluntatem caducitatis sufficit declarari per Dominum hæredes vel habentes causam ab eo.*

67 *Dominus affirmans quem esse suum emphiteutam post caducitatem videtur nolle eum cecidisse à iuribus suis.*

68 *Res vendita simpliciter præsumitur vendita pro libera.*

*Sicut & possessa præsumitur propria non aliena.* 69.

70 *Emptor detecto fideicommisso potest retinere preciū donec liberetur res ab onere fideicommissi.*

*Vel vt sibi caueatur.* 72.

71 *Intellectus. l. ex prædijs. C. de euicti.*

73 *Geminata assertio facta in instrumento probat sic esse.* 74.

75 *Substitutio facta alicui si decesserit sine filijs, expirat eo cum filijs moriente.*

*Fallit quando testator vlterius processit substituendo etiam filijs filiorum.* 76.

*Et probat id autor lege.77.*
78 *Fideicōmiss. primo deficiente res remanet penes hæredem cum onere restituendi secundo vocato.*
*Et est communis opin. 79.*
80 *Res inter alios acta non nocet.*
81 *Non vocatus ad Iudicium nō subiicitur illi nec eius pars dicitur.*
82 *Appropriare quis cogitur adueniente termino præfixo.*
83 *Instrumentum facit rem claram.*
*Et dicitur probatio probata. 84.*
*Nec indiget disceptatione fori. 85.*
*Remq́; clarissimam facit & apertam. 86.*
87 *Substitutionem hoc casu non loqui dici potest in dubio.*
*Etiam si diceretur testatorem tacitè id voluisse. 88*
*Et allegans fideicommissum extare id probare debet. 89.*
*Iudicariq́; debet in dubio id non extare. 90.*
91 *Substitutio secunda sic intelligi debet vt à precedenti differat.*
92 *Superfluitas euitari debet.*
93 *Dictio dictorum, est relatiua precedentium.*
94 *Pluralis numerus non uerificatur in vno.*
95 *Dictio prorsus, significat idem quòd penitus & omnino.*
96 *Substitutiò facta duobus si vterque decesserit sine liberis locum non habet vno cum filijs moriente. 98. 100.*
97 *Conditio voluntaria debet specificè impleri.*
99 *Substitutio facta filijs nascituris expirat eis non natis.*
101 *Bartolus in l. hæredes mei. § cum ita. ff. ad treb. considerans mentem defuncti declaratur.*
102 *Clausula tunc & eo casu, substitutionem restringit ad casum expressum.*
*Nec illa verificatur nisi conditionibus in forma specifica impletis. 103.*
*Saltem quando fuit geminata dicta clausula. 104.*
*Et de casu occurrente testator nihil prouidit. 105.*
*Etiā si maior ratio sit in uno casu quàm in alio. 106*
107 *Cautioni quando locus non sit. 108. 114. 115.*
109 *Alternatiua vna pars declarat aliam. 110.*
111 *Mors probatur dicendo condam talis.*
112 *Præsumitur quem sine filijs decessisse.*
113 *Pluralitas eundem effectum respiciens non resoluitur in singularitates.*
114 *Cautionibus superuacaneis non est vtendum.*
116 *Ignorantia præsumitur in hærede.*
*Et in emptore. 117.*
*Et scientia deduci debet. 118.*
117 *Bona subiecta fideicommisso si per ignorantem ignoranti illud fuerint alienata eo purificato non vindicantur sed agitur ad precium contra alienantem.*
*Si tamen soluendo est. 119.*
*Quod probari debet per fideicommissarium. 120.*
120 *Paupertatem allegans eam probare debet. Et est communis opinio. 121.*
122 *Sententia facit ius contra causam habentem ab eo qui succubuit.*
123 *Vxor præsumitur de bonis mariti quæsiuisse.*
*Idem de vidua. 124.*
124 *Vidua præsumitur de bonis viri defuncti quæsiuisse.*
125 *Filius grauatus potest detrahere legit. & treb. quæ ascendunt ad dimidiam.*
*Nec sibi prohiberi possunt.*
*Et est magis communis opi.*
126 *Alienata cedunt in legitimam & trebellianicam filij.*
127 *Hæres grauatus facit fructus suos dum viuit.*

## CONSILIVM CLXXI.

*Auxilium meum à Domino.*

PROMISIT D. Thomas Mazzarellus appropriare terras, de quibus agitur, infra septem annos, & interim annuum vsum conuentum soluere, pacto apposito, quòd si cessauerit illum soluere singulis annis in terminis conuentis, & perseuerauerit in mora non soluendi per tres annos continuos cadat ipso iure & facto ab omnibus iuribus suis, & res reuertantur in totum ad Dominum Franciscummariam Scifolam, vel suos vt supra, & vt latius in instrumento continetur. Proponitur inde Mazzarellum in quibusdam terminis præfixis, & citra per tres annos in solutione prædicta defecisse. Vnde quæritur, an à iuribus suis ceciderit, seq́; tueri possit à pœna caducitatis aduersus D. Angelam de Astulfis cessionariam D. Iulii Scifolæ filii & hæredis D. Franciscimariæ ad id instantem.

Et primò dicendum videtur, dictum Mazzarellum ab intentione d. Dominæ se defende
1 re posse, †. quoniam illa nititur iuribus cessis sibi per dictum D. Iulium, quare sequitur dictam cessionem sibi factam contra Mazzarellum Ferrariæ ciuem esse nullam, sibiq́; ius reddendum non esse, prout cauetur in statuto. Quòd ius non reddatur. Vbi dicit, quòd quicunque acquisiuerit aliquod ius, uel actionem ab aliquo contra Ferrariensem ei non reddatur ius, sed per Iudicem iurisdictio & omnis
2 audientia denegetur. † Ex illis enim uerbis ius non reddatur, processus impeditur, ut not. Bar. in l. 1. C. bon. vac. lib. 10. saltem ope exceptionis. Barto. in l. 1. §. 1. ff. ad treb. vbi latius Alex. Iason. & Rip.

Et licèt idem statutum excipiat casum, quando nomen debitoris datum fuerit insolutum alteri creditori, volens hoc casu cessionem valere, qualis præsens esse videtur: quia D. Angela prius cessit D. Iulio quædam credita sua in ciuitate Iuuenatii, sicq́; facta fuit creditrix dicti D. Iulii de tanta summa, vnde D. Iulius videtur potuisse cedere illi creditum hoc suum contra Mazzarellum, & ita nomen sui debitoris insolutum dare dictæ D. Angelæ suæ creditrici.

3 creditrici. † Nihilominus aduerti debet, ꝙ hoc cõcedit statutũ cum temperamẽto, si creditor, cui datum fuerit nomen debitoris insolutum fidem fecerit per instrumentum de debito, pro quo nomen est datum in solutum. At D. Angela nullam fidem fecit de debito per aliquod instrumentum, quo D. Iulius appareret debitor
4 suus; † Et licet in instrumento cessionis asseratur per eius Procuratorem, ipsam debere cõsequi & exigere à pluribus debitoribus suis, quos cedit D. Iulio, tamen in hac materia cessionis per statutum prędictum prohibita, nõ est standum illius assertioni, vt declarat Bar. in l. si forte. ff. de castr. pec. nu. 5. Glo. Castr. Alex. Ias. D. meus Rimi. & alii in l. si donatione. C. de col la. & ibi Dec. nu. 18. plura cons. citans; quibus addo decis. Neap. 370. nu. 15. Crauc. in tract. de antiqui. temp. 1. par. nu. 63. Grat. resp. 63. nu.
5 24. vol. 2. Nat. cons. 393. col. fi. † & generaliter, quoties aliquid fieri non potest nisi ex aliqua causa non statur assertioni alterius et Iudicis, vt per Bal. in rub. de offi. del. col. fi. vers. Sed ego statim. Dec. in c. cũ sit Romana. not. 3. de app. Rol. à Val. cons. 89. col. fi. vol. 1. quare remanet ipsa D. Angela in puris terminis dicti statuti prohibentis fieri cessionem cõtra ciuem, & ob id ineptè videtur experiri contra Mazzarellum in præsenti Iudicio.

6 † Secundò posito ꝙ cessio prædicta valeret, tamẽ excusandus est Mazzarellus si nõ soluit in terminis conuentis vsus annuos dicto Scifolæ, cum ille esset diuersi fori, nec probatum fuerit hic eum repertum fuisse temporibus solutioni præfixis, si quidem non tenebatur Mazzarellus ad eius domum accedere, sed potius Scifola debebat ad Mazzarellum venire, vt declarat Bar. in l. Item illa, sub nu. 9. ff. de consti. pec. Bal. in l. Acceptam. q 14. C. de vsur. Bal. & Imol. in l. cũ filius. § fi. ff. de ver. ob. Securus igitur fuisse videtur dictus Mazzarellus à caducitate iurium suorum, si non fuit hic Scifola, cui solueret secundùm prædictos, quod et voluit Host. in tit. de loca. propè fi. vers. quid si hæredi, & latius Alex. cons. 92. col. 4. vol. 2. Roland. à Valle cõs. 92. num. 15. volum. 1. Et Iaso. in l. 2. quæst. 37. C. de iure emphit.

7 † Hæcq; cõclusio præter Doctores probatur in l. si fundus. §. Marcellus. ff. de lege cõmisso. vbi postquam dixit, quòd quis offerre debet, si uult se legis commissoriæ potestate soluere, subdit, ꝙ si non habeat cui offerat, posse eum esse securum, ad idem tex. in l. cum quidã. §. Si pupillus. ff. de vsur. Vbi dicitur, quòd si pupillo non habenti tutorem fideicõmissum solui non potuit, non videri moram per hęredem factam. Quid enim põt imputari ei, qui soluere etiam si uellet non potuit? quasi dixerit nihil. Ex quibus iuribus apparet, in tantum excusari non soluentem; si non adfuit, cui solueret, ut nec teneatur offerre.

8 † Et licet Bart. in l. si Reus paratus. in fin. ff. de Procur. dixerit, quòd debitor ad euitandam pœnam, si non reperit creditorem, cui soluere posit, debet coram Iudice offerre & consignare eius autoritate, quod & Bald. ibidem lec. 1. col. 2. uers. Ex hoc nota, & Castr. in prin. sequuntur, Idemq; tradit Castr. in d. l. ad dic.
9 circa fin. ff. de ver. oblig. † vbi dicit, quòd quando debitor non habet copiam creditoris, vt excusetur à mora & pœna, debet facere debitum suum, hoc est pecuniam offerre coram publicis personis, sequitur Alex. in l. non hoc. nu. 6. C. vnde legi. Crot. consil. 31. nume. 13.
10 † Tamen, ut inquit Alex. in dicto consil. 93. colũ. pen. in prin. illud procedit in casibus tantum, in quibus requiritur consignatio & depositio, prout loquitur dicta lex si reus paratus.
11 † & vt addit Dec. consil. 566. in fi. hoc non est necessarium, licèt ad maiorem cautelam fieri posit, & ex quo in loco deputato nullus comparuit, in pari culpa melior conditio rei esse debet, l. si seruum. §. sequitur. ff. de ver. oblig. sequitur Rolan. à Val. consil. 87. num. 19. volum. 1. & Rui. quem citat consil. 151. nu
12 me. 17. volum. 1. † Et sicut oblatio necessaria non fuit, nec etiam protestatio debitoris Mazzarelli, quòd si Scifola fuisset præsens soluisset, seu paratus fuisset soluere, quam requirit Bart. in d. l. Item illa, & alii, quos citat Alex. consil. 120. in fin. uolum. 5. Gozad. consil. 71. col. 3. cum simil. per Crot. consil. 114.
13 in fin. † quoniam talis protestatio non est de substantia, ut uoluit Alex. in dicto consil. 92. per d. §. Marcellus, & d. §. si pupillo. Ioann. de Ana. consil. 5. Ias. in d. l. ad diem, cum similibus allegatis per Rolan. loco citato nu-
14 me. 18. † quæ pariter etiam comprobatur, Nam cum d. §. Marcellus dicat, eum esse securum, utique hoc falsum esset, si aliud requireretur, videlicet oblatio, vel protestatio, de qua mox dicam. Item, cum d. §. si pupillus dicat, quòd etiam si uellet non posset soluere pupillo, illa implicatiua etiam, manifestè demonstrat, quòd non solum si debitor declaret se esse paratum soluere, quod fieret protestando, sed etiam si hoc non declaret, non incurrit moram, sed ad eam excludendam sufficit solum impedimentum contingens in persona creditoris. & ita prædicta iura considerat ad hoc subtiliter Aret. cons. 161. colum. 2. vnde patet ex prædictis, Mazzarellum excusari à mora & pœna si non soluit, cum hic non adesset. D. Franciscusmaria, nec filius suus, quibus soluere posset.

15 † Tertiò, positò quòd in mora quoque fuisset, non tamen dici posset illum à iuribus suis cecidisse; quoniam pactum instrumenti dicit, quòd cadat à iuribus suis, ipso D. Franciscomaria, uel suis ut supra sic uolente, uel uolentibus, qui quidem ablatiui absoluti in conditionem resoluuntur. l. à testatore. ff. de cond. & dem. not. omnes in rub. ff. sol. matr. Bart in

l. quibus diebus. §. Termilius. ff. de cond. & de-
A. ex. consi. 102. circa primum dub. col. 1. vol.
1. Cror. consi. 49. num. 24. & consi. 138. nu. 2.
Nac. consil. 373. nume. 29. Neniz. consil. 50.
16 num. 13. & consi. 87. num. 5. † post Dec. con-
sil. 89. col. 3. dicentem, quòd faciunt condi-
tionem expressam, & sic resolutio fieri debet
uolente, uel uolentibus, idest si uoluerit, uel
17 uoluerint. † Vnde de uoluntate alicuius eo-
rum constare debuit, ut per illum tex. decla-
rat Bart. in l. 2. col. 2. in prin. C. de iure em-
phi. Ang. In §. si uerò, uers. sed pone. in au-
th. de non alie. Alex. consi. 104. col. 2. uol. 4.
18 † Deci. consi. 341. col. fi. ubi plus addit, quòd
requiritur sententia declaratoria priuationis,
secundum Bald. in c. 1. §. 1. col. fi. uers. quæ-
rit hic Glos. quibus mod. feud. ami. Alexan.
consi. 124. col. 1. uolum. 1. & alios, quos ci-
tat Deci. Idemq; Iaso. in l. 2. col. 5. uersic. ad
idem. C. de iure emphi. & Ceph. consil. 223.
nume. 29. At hic non constat de aliqua de-
claratione uoluntatis eorum, meritò non pu-
rificata dicta conditione, sub qua collata fuit
dicta caducitas, illi locus esse non potest. l. ce-
19 dere diem. cum ibi not. ff. de uer. signi. † Nam
conditione deficiente, perinde est ac si dispo-
sitio facta non fuisset. l. pecuniam quam. ff. si
cer. pe. l. necessario. §. quòd si pendente. ff. de
peric. & commo. rei. uend. Soci. Iuni. consil.
4. nume. 16 consil. 180. nume. 40. uolum. 2.
20 † Et paria sunt nihil fieri, uel sub conditione
fieri, quæ non purificetur. Ripa respon. lib. 1.
cap. 2. nume. 23. cum similibus per Craue.
consi. 15. num. 3. Cepha. consi. 183. num. 50.
51. Idemq; Cur. consil. 8. col. iiii. Rol. à Val.
consi. 7. num. 6. uol. 3. Guid. Pap. consi. 38.
Bursat. consi. 44. nume. 28. Et hæc sunt, quæ
pro Mazzarello deducuntur.

21 † Quibus tamen non obstantibus locus esse
debet omnino caducitati intentatæ per dictā
D. Angelam. Moueor imprimis per text. in l.
si necessarias. §. si annua. ff. de pign. acti. Vbi
si annua, bima, trima die triginta stipulatus
acceperim pignus, pactusq; sim, ut nisi sua
quaq; die pecunia soluta esset, uendere id mi-
hi liceret, placet omnibus pensionibus præ-
teritis etiam si una pensio soluta non sit pignus
uænire: Sed sic est, q lapsi fuerunt omnes ter-
mini septem annorum ad annuos usus soluen-
dos expressorum, & non soluti fuerunt integri
annui usus, sed quibusdam cessatum fuit à Maz
zarello, meritò pęnę prædictę caducitatis locus
esse dēt, sicut & ibi uēditioni pignoris locus est.

Secundò confirmatur hęc opi. per illum tex.
in secundo respōso, ubi dicitur, q si ita scriptū
sit. Si qua pecunia sua die soluta non erit, mihi
licere pignus uendere, statim q in aliquo termi
no defecerit promissor, mihi cōpetit pacti con
22 tentio † idq; propter orationem distributiuā,
seu particularem, quæ uerificatur in quolibet
distributorum, secundùm Bal. Saly. & Castr.
23 meritò Bal. infert, q ille tex. facit ad quæst. † an
si debent fieri plures præstationes, & cessatum
fuerit in una, committatur stipulatio pęnalis:
Si n. dispositio facta fuerit per nomina distri-
butiua, statim cum est cessatum in una tantùm
præstatione, committitur stipulatio pęnalis in
totum; At in proposito nostro dictum fuit, q
si Mazzarellus cessauerit soluere singulis an-
24 nis, cadat à iuribus suis, † quæ uerba singu-
lis annis, sunt distributiua, & significant, q
perinde sit ac si in una quaq; re de per se fuis-
set dispositum. Bar. in l. hoc articulo. ff. de hære
di. insti. Corn. cons. 195. col. 3. uolum. 4. ubi no
tantq; separationem. l. huiusmodi. §. pen. ff. de
leg. 1. Ias. in l. si duobus. §. si Titio. ff. eo. Me-
ritò cum cessauerit Mazzarellus soluere in plu
ribus terminis nedum in uno, pœnę caducita-
tis locus esse debet.

25 † Tertiò stat aduersus eum statutum de usib.
& reb. post prin. Vbi postquàm dixit, cessantem
soluere usum annuum non cadere à iure suo,
subdit, nisi partes aliter expressè conuenerint,
26 † quæ dictio nisi, ponit & affirmat, cum præ-
cedit oratio negatiua. Bar. Bal. Castr. Alex. D.
meus Rimin. & alii in l. actione. C. de transf.
pulcrè Soci. Iun. cons. 163. nume. 36. uol. 1.
Alex. cons. 39. num. 1. uol. 7. Senat. Pede-
mont. decis. 131. nume. 2. Ergo uult, stante
pacto caducitatis, ut extat in casu nostro, per
defectum solutionis ei locum esse. Hoc autem
ius caducitatis competit D. Angelæ duplici ra
tione. Prima, quia in instrumento cum Maz-
zarello facto per D. Franciscummariam Scifo
lum facta est mentio de soluendo sortē & usus,
nedum dicto Scifolę, sed etiam suis hæredibus,
& habituris causam ab eo, uel ab eis, & postea
subiectum fuit, quòd in defectum solutionis
usuum Mazzarellus cadat a iure suo, & res re-
uertatur ad ipsum D. Franciscummariam uel
suos ut supra, quod est dicere ad suos hæredes,
27 uel habituros causam ab eo, uel ab eis, † pro-
pter illam dictionem ut supra, relatiuam præ-
cedētium, Bar. in l. 1. §. hoc edicto. ff. de postul.
Cur. cons. 51. Dec. cons. 172. nu. 3. cons. 182. nu.
5. cons. 287. nu. 10. & cons. 394. nu. 1. Paris. cōs.
19. nu. 68. uol. 2. Craue. cons. 88. nu. 3. Senat. Pe
demont. decis. 164. nu. 13. Rube. cōs. 69. nu. 1. &
cons. 68. nu. 3. Menoch. cons. 73. nu. 24. meritò
cū D. Angela habeat causam à D. Iulio filio &
hærede D. Frāciscimariæ dictæ res deuoluitur
28 ad eam. † Secunda ratio est: quia ipsa est illius
cessionaria, unde in locū & ius illius succedit,
l. emptor, & ibi Bal. C. de hær. uel acti. uen. Et
ius illius allegare ac deducere potest, ut tra-
dit Castr. consil. 369. nume. 3. uol. 1. Dec.
consil. 247. in fi. Craue. consi. 166. in fin. D.
meus Rimin. consi. 14. nume. 22. Bursat. con-
29 sil. 55. nume. 19. † nec immeritò: quia cessio-
ne facta omnia priuilegia concessa cedenti ces
sionario similiter cōceduntur, ut cōmunē testa
tur Dec. & Niger in l. 1. ff. si cert. pet. ille quidē
ad

ad fin. primæ lecturæ, posterior uerò num. 88.
Viuius in suis communibus opi. uerbo cesio
30 narius. Bursat. cõsi. 55. n. 33. † & in specie cõs.
37. nu. 18, ubi dicit, cessionarium caducita-
tem allegare posse, post Paris. cons. 64. nu. 7. cũ
seq. uol. 4.
31 † Nec obstant in contrarium adducta, & in
primis nullitas cessionis stante statuto nostro
prohibente eam fieri contra ciuem: quoniam
respondetur, illud statutum locum non habere
in cessione facta extra territorium inter foren
ses, ut erat. D. Iullus Scifola Neapolitanus, &
D. Angela de Papia. Vnde pater suus erat aut
de terra Vignolę Ducatus Mutinę, probatur
hoc in terminis de mente Ruini consi. 35. col.
pen. uer. ultimò dicitur, uol. 5. nãm cum dicat
tale statutum locum habere in cessione facta
extra territorium inter subditos, sentit apertè
secus esse inter forenses, qui non sunt subditi,
hocq; desumit Rui. ex doctrina Bart. in l. cun-
ctos populos. in 6. q. prin. C. de sum. trini. &
32 fid. catol. † ubi quando loquitur de statuto pro
hibitiuo simpliciter in personam, puta quòd
uir legare non possit vxori, & è contra, con-
cludit, quòd talis prohibitio comprehendit,
ciuem illius ciuitatis ubique existentem, si ci-
uem ergo non forensem, & illud idem tenet
ad unguem Signorol. de Homod. sub num. 17.
33 vers. Aut est prohibitoriũ. † Quinimò fortius
quidã D. Zacharias Triuisanus Venetus, quem
refert Ancha. in c. 1. de constit. Cacialup. in d.
l. cunctos populos. sub nu. 99. uers. limitauit
tamen, & Alex. in addi. Bar. sub litera C, dixe-
runt, quòd quando statuta non simpliciter
sunt prohibitoria in personam, sed ratione ali
cuius solemnitatis, puta quòd mulier non pos
sit contrahere sine duorum proximiorum cõ-
lio, tunc demum locum habent in subdito con
trahente extra territoriũ, quando contraxerit
cum alio subdito ipsi statuto, uel quando con-
traxit cum non subdito, qui notitiam ha-
buerit de dicto statuto, secus si nesciuerit di-
spositionem statuti inhabilitantis personã sim
pliciter, uel respectu solemnitatis: tunc enim
ualet contractus: quia tale statutum non debet
præiudicare non subdito nescienti illud statu-
tum. At nos uersamur in hoc ultimo casu, &
etiam in fortiori: quia uterque contrahens
34 fuit forẽsis † & ignarus huius statuti iuris præ-
sumptione, non probata scientia. l. verius. ff.
de proba. l. fin. ff. pro suo. Corn. consi. 139. nu.
3. uol. 4. cum vulg. & hanc cessionẽ non hic, sed
in Regno Neapolitano fecerunt, meritò uale-
re debet, nec in ea debet statutum nostrum lo-
35 cum habere, † quatenus inquit, quòd si foren-
sis à forense acquisiuerit actionẽ contra ciuẽ
ius ei non reddatur, & cessionem annullat, nã
debet intelligi, uel quando forenses hic fuis-
sent, quando fecerunt cessionem, uel si alibi
consciũ erant huius statuti. secus si ignari, & ita
debet intelligi hoc statutum, ut cum dictis do-
ctorum conueniat, & ab eis discrepet quanto
minus fieri potest. l. 2. C. de noxali.
36 † Secundò considerandum est, quòd mate-
ria cessionis regulariter reperitur prohibita
propter redemptores litium, & ne debitores
litibus uexentur à cessionariis. l. per diuersas
& ibi notant omnes C. mandati, & ista fuit ra-
tio motiua Imperatoris ibi ad prohibendum
cessiones, quæ colligitur ex proœmio illius tex.
iux. not. per Bar. Imol. & alios in l. fi. ff. de hæ-
red. instit. Alex. consi. 36. uol. 5. col. 2. Dec. cõs.
10. col. 2. consi. 410. col. 3. consi. 640. num. 13.
consi. 675. nu. 9. consi. 683. nu. 7. & consi. 696.
nu. 4. Rub. consi. 11. in prin. consi. 89. nu. 5. D.
37 meus Rimi. consi. 33. nu. 19. † talisque causa
finalis, quæ colligit ex proœmio repetita cense-
tur in sequentibus, ut ponit Craue. consi. 192.
nu. 21. Ceph. consi. 246. nu. 39. & in statutis
multũ operatur, vt scribit Bal. in proœ. Cod. §.
quibus. col. 2. Quare statutum nostrum simpli-
citer prohibens cessiones fieri contra ciues
nostros intelligitur fuisse motũ propter ratio-
tionem præfatam. At quando cedens erat fo-
rensis, cui actio sua contra debitorẽ erat que-
dãmodo inutilis, quia non erat aptus ire ad lo
cum debitoris, ibique eum conuenire, & mul-
tas expensas subire tenebatur pro exigendo
creditum suum, ideoque cedit alteri forensi
eiusdem loci. Vtique talis cessio ualet; quia
cessat ratio uexationis & redemptionis litium
ita Bal. in d. l. per diuersas. q. 12. & Castr. col. 3.
Speculat. & Ioan. Andr. ĩ tit. de cessio. acti. §. 1.
col. 1. Demumque latius D. meus Rimi. consil.
155. col. 3. meritò sequitur, quòd hæc cessio fa
cta per. D. Iulium Scifolam forensem & hinc
satis remotum D. Angelæ pariter forensi, non
autem hic ciui ualere debet; non enim potuit
Mazzarellus inde subire periculum, quòd ue-
xaretur in litibus ab ea, cum potius oppositum
secutum fuerit, quòd is eam uexauit, & uexat
iam per multos menses & annos, si principium
huius litis spectemus, nec adhuc ad finem opta
38 tum potuit ea peruenire † meritò cessante in
hoc casu ratione motiua ipsius statuti cessare
debet & eius dispositio. l. adigere. §. quamuis.
ff. de iure patro. & debet intelligi quando fo-
rensis, cui commodum erat litigare cum de-
bitore, cederet forensi potenti & aspero, qui
debitorem vexaturus esset, & ita cessionarius
esset litis redemptor, quæ quàm sint aliena ab
hac D. Angela facile ex successu patent, meri-
tò concludo motiuum hoc cessionis inualide
non obstare quoquo modo.

Tertiò non omitto quoque dici posse, nos
uersari in ultima exceptione dicti statuti. Vbi
uult cessionem ualere, quando nomen debito
ris contingat in solutum dari alteri creditori
aut ex causa transactionis in alium transferri,
dummodo creditor, cui datum fuerit hoc no-
men in solutum fidem fecerit per instrumentũ
de debito, pro quo nomen est datum insolutũ.

Nam

Nam, prout narratur in instrumento celebrato inter D. Angelam & D. Iulium cum D. Franciscusmaria procuratore nomine D. Barnabæ instrumentis dictæ D. Angelę exegisset nonnullas quantitates pecuniarum, & ulterius ipsa D. Angela ut hęres dicti sui partis haberet in illis partibus Regni multos debitores exigendos, ad transactionem, conuentionem & concordiam deuenit cum dicto D. Iulio. nam cessit illi dicta nomina debitorum exigenda, eumque liberauit ab exactis, ille uerò uersa uice ex causa dictæ transactionis cessit D. Angelæ omnia iura sibi competentia in possessione uendita per eius patrem D. Franciscummariam D. Thomę Mazzarello. Quatenus enim ipsa primo loco cessit D. Iulio d. nomina debitorum eumq; liberauit ab exactis per patrem, patet eam fuisse creditricem D. Iulii, & hoc illud instrumentum indicare, & probare, meritò cessio quam fecit ille postea de nomine Mazzarelli sui debitoris ipse D. Angelæ ualida fuit ex dispositione dicti statuti.

39 † Nec obstat, quòd in prohibitis assertioni partium non sit standum per adducta superius in contrarium. Nam limitantur ea non procedere, quando talis assertio uerisimilis esset: tunc enim attenditur & sufficit ex eo, quòd uoluit Salyc. in l. si mater. C. de contr. empt. dicens, quòd licèt confessio mariti, quòd emerit fundum de pecuniis vxoris suspecta sit propter donationem, quæ prohibetur inter uirum & uxorem, tamen si sit uerisimilis, ut quia vxor

40 aliundè bona habuisset, attenditur. † Sic etiã de confessione patris, quòd habuerit pecunias à filio in potestate, licet enim sit multum suspecta, glo. in l. qui testamentum. ff. de prob. si tamen uerisimilis sit, ut quia filius erat in aliquo exercitio, ex quo lucrabatur, illa confessio iustificatur, ut tradit Ang. cons. 341. pater emit fundum. col. 1. sequitur Alex. consi. 18. consideratis his. uol. 3. Dec. consi. 96. col. 2. Soc. cõs. 65. col. 4. uol. 1. Craue. consil. 40. num. 5. & in tract. de antiq. temp. prima par. nu. 64. Capiti. decis. 203. nu. 13. & aliàs ego dixi instit. de do-

41 na. in prin. nu. 88. † Quibus nunc addo, quòd qui arguit à uerosimili, arguit à ratione naturali, cũ uerisimilitudo sit cognata naturæ. Bal. cons. 180. nu. 3. uol. 3. & pro lege habetur. Old. consi. 13. quos refert & sequitur Craue. consi.

42 292. nu. 6. † inferens eum, qui habet uerisimile pro se habere casum legis, argu. l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. glo. in l. tale pactum. §. fi. & post eam doct. ff. de pact. Euerar. in suis locis legalibus cap. 5. Tiraquel. in præfa. l. si vnquam, nu. 37. & sequen. C. de reuo. dona. Neuiz. consi. 65. nu. 55. Senat. Pedemõt. decis. 170. col. fi. Ceph. cõsi. 287. nu. 22. Rol. à Vall. consi. 61. nu. 35. uolu. 3. tantique ponderis est uerisimilitudo, quòd ante omnia inspiciendũ est, quid uerisimiliter actum fuerit. l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. Dyn. in c. inspicimus. eod. tit. lib. 6. Bar. in l. non aliter. ff. de

43 leg. 3. Natta consi. 94. nu. 9. † At multum uerisimile redditur, quòd illa D. Angela haberet illos debitores ibi quos cessit D. Iulio, & quòd pater D. Iulii alios debitores patris D. Angelæ exegisset, pro quibus omnibus ille uersa uice cessit D. Angelæ hoc nomẽ debitoris Mazzarelli. Si enim fuissent cõmeticia iura illa per eam cessa. D. Iulio non cessisset ille iura sua

44 contra Mazzarellum † cum nemo pręsumatur uelle donare & iactare suũ. l. cum de indebito. ff. de probat. sed quia uera erant, & ille conscius erat, ea recepit, & stipulatus est ab ea & è contra cessit hoc nomen debitoris Mazzarelli dictæ D. Angelæ, quare concluditur, instrumentum, de quo agitur, dictam assertionem probare stante uerisimilitudine prællegata, dictamque cessionem ualere etiam stante statuto nostro in fin.

Nunc ad secundum contrarium descendo, quod uersatur super excusatione Mazzarelli, ꝙ usus non soluerit: quia non aderat cui solueret eos, licèt nec protestatus fuerit, nec obtulerit, consignauerit, aut deposuerit pecunias. Et dico considerandum esse, ꝙ ex conuentione partium fuit apposita pęna caducitatis Mazza

45 rello, si non solueret usus annuos, † quo stante sequitur communis cõclusio doctorum ꝙ quãdo in obligatione est datio quantitatis, & conuentum est de pœna si non soluatur, difficultas superueniens nõ excusat debitorẽ à mora nec à pœna cõuentionali, licet secus esset in pœna legali, ita Bar. Bal. Ang. Alex. & alii in l. quod te. ff. si cert. pet. Bar. Ang. & Imol. in l. cõtinuus §. illud. ff. de uerb. oblig. Butr. Abb. & Imol. in c. breui. de iureiur. quos sic declarat Rui. cons.

46 150. nu. 11. uol. 1. † ubi rationem differentiæ reddit: quia mitius agitur cum lege quàm cum homine. l. Celsus. ff. de arbi. subditque hoc de mente Alex. in d. l. quod te. dũ respondet ad l. diuortio. ff. de neg. gest. & vt ibi latius per Rui.

47 quod etiam confirmatur. † Debetur enim facilius pœna conuentionalis legali secundum Anch. Feli. & Dec. in c. 1. de consti. Dec. consi. 298. col. 1. & in l. quod ã quoque. ff. de reg. iur.

48 & post eum Cagn. † qui subdit, ꝙ licet iusta causa litigandi excuset à pœna legali, non tamen à conuentionali, secundum glo. in l. non solũ. ff. de rei uind. Corset. in singulari verbo pœna. Patet igitur, ꝙ debuit Mazzarellus aut protestari de impedimento, aut offerre, consignare & deponere, si uolebat euitare hanc pœnam conuentionalẽ, quod cùm non fecerit difficul

49 tas eum non excusat, † & hoc idem ponit ipse Rui. consi. 15. col. 2. & 3. uol. 4. ubi requirit diligentiam fuisse factam, ut quis excusetur propter impedimentum, per doctri. Bar. in l. 2. §. ꝙ

50 diximus. ff. si quis caut. † Et hęc cõclusio (meo iudicio) probatur efficaciter in l. fi. ff. de leg. cõmisso. ubi mulier fundos Gaio uendidit & acceptis arrę nomine certis pecuniis, statutum fuit

fuit tempus solutioni residui sub pœna amissionis arrarum, si non solueretur. Die statuto emptor protestatus fuit, se paratum fuisse soluere, & sacculum cum pecuniis obsignauit. Venditrix autem defuit. Quæsitum fuit, an pœnæ conuentæ locus fuerit, respondet Scęuola, secundum ea quæ proponerentur, non commisisse in legē uēditionis emptorem, & sic ad pęnam conuentam amissionis arrarum non teneri. Quia igitur agebatur ibi de pœna conuentionali, necessaria fuit protestatio & con-
51 signatio. † Nec admitto, quod aliqui dicunt, ut Aret. consi. 161. col. 2. Alex. consi. 92. uol. 1. & Rui. cons. 151. nu. 7. uol. 1. quòd ibi ponitur, contingentia facti, non quia de iure tot fue-
52 rint necessaria ad euitationem pœnæ. † nam contrarium manifestè sentit Iurisconsf. respondens secundum ea quæ proponerentur, emptorem non incidisse in dictam pœnam, & sic cū se fundet in eo, quod protestatus fuerat, & deposuerat, datur intelligi, quòd si ea non fecisset emptor, pęnę subiecisset, igitur dici non potest hęc simplex contingentia facti, sed ex illa argui potest ad dispositionem, postquam in ea se fundat Iurisconsf. iux. nota. in l. vnica & ibi dixi. C. quando non peten. partes.
53 † Comprobatur insuper hęc conclusio per tex. in l. pecunię. §. fin. iunc. glo. & Sal. ff. de usur. licet Arct. & Rui. in dictis consiliis illum tex. in contrarium citēt. Nam promissio facta fuerat sortis ad diem sub usuris minoribus, & si solutæ non essent sub maioribus, dicit tex. quòd si post mortem creditoris nemo fuit, cui pecunia solueretur, eius temporis inculpatam esse moram, quod intelligit glo. respectu maiorum sed minores debentur, nisi fiat oblatio, consignatio & depositio licet respectu maiorum sufficiat sola oblatio, & illam gl. sequitur Sali. Sicut igitur ibi quis ad usuras conuētas tenetur, nisi sortem obtulerit, consignauerit & deposuerit, nec excusatur ab eis ob impedimentum aut difficultatem creditoris non extantis, ita pariter in casu nostro, circa caducitatem dici
54 debet inter partes conuentam, † & sicut ibi nō obstante odio usurarum, ut euitentur requiritur oblatio &c. Ita hic non obstante odio caducitatis, ut euitetur, requirebatur oblatio, consignatio & depositio, quæ cum facta nō fuerit caducitati locus esse debet.
55 † Tertiò præter superius commemoratos huic conclusioni deseruiunt Moderni Galli in tract. de vsur. q. 40. ubi ponunt casum, quòd debitor usus annui parauit pecuniam, ut reditum redimeret, sed tunc decessit creditor relictis pupillis tutore carentibus, utrum nihilominus interim currat reditus. Respondetur quòd sic nec interrupitur, ex eo quòd creditor reliquit pupillos, uel infantes, uel hæreditatem iacentem, sicut nec ex eo quòd creditor forte furore uel peregre abesse cęperit. Debet ergo debitor curare tutorem dari, uel curatorem hæreditati iacenti, uel bonis absentis, aut furiosi, & tunc illi tutori, uel curatori offerre cum effectu, & ex tunc ipso iure desinet reditus currere. Sicut igitur eo casu requiritur illa diligentia debitoris, ut à reditibus subleuetur, ita & hic debuit interuenire, ut caducitas effugeretur, meritò ea non adhibita, caducitati, sicut & ibi reditibus, locus esse debet.
56 † Nec in contrarium pungit tex. in l. cum quidam. §. si pupillo. ff. de vsur. quem optimum & decidentem quęstionem appellat Aret. in d. consi. 161. col. 2. quoniam respondent eleganter illi Moderni loco citato, quòd loquitur in usuris, quæ non iure actionis, sed solo iudicis officio ueniūt, & in usuris, quę ueniunt & currunt propter moram irregularem non qualibet, sed quæ ex speciali minoris ætatis priuilegio duntaxat inducitur. l. in minorum. C. de in integ. resti. min. Vnde illa specialis & irregularis mora cū suis effectibus meritò restringitur & modificatur in iure, ut procedat, dūmodo pupilli, uel minores habeant tutores uel curatores, quibus solui possit & illis soluendo liberari, alioquin non est quod imputetur
57 debitori † unde illa specialis, & priuilegiata mora satis multum operatur, ut contra debitorem currant usuræ, quandiu sciens, uel scire debens, cui possit, & debeat soluere, differt etiā absque alia hominis interpellatione, absq; eo quòd extendatur non solum contra debitorē non interpellatum sed etiam contra eum, qui non habet cui soluere possit. Vnde non tenetur protestari, nec aliam diligentiam facere uel sumptum, ut de tutore, uel curatore prouideatur ad hanc priuilegiatam moram euitandam, quę non intelligitur à iure introducta nisi quandò minores habent cui soluere possunt. Hinc igitur patet, quod ille tex. non aduersatur casui nostro, ubi caducitas conuenta est, non autem uenit officio iudicis, & ex iuris dispositione, meritò ad eam euitandam debuit adhiberi diligentia protestandi uel offerendi, dato quòd creditor in his partibus non
58 adesset. † & in hanc intelligentiam illius tex. facilè trahor cum & Alberic. ibidem eam breuius ponat, dicens quòd ille tex. procedit in vsura, quæ præstatur ex mora, sed in ea, quę præstatur per stipulationem aliud est, ut quia mutuo. 10. & stipulor certas usuras quolibet mense, hic enim non est dare moram, sicque non ueniunt usuræ propter moram, sed ob lucrum petentium. Volens dicere Alberic. quòd debentur non soluta sorte in termino, licet non fuerit, cui solueretur non facta protestatione, uel oblatione. Quare sic & de caducitate conuenta hic dici debet.
59 † Non obstat insuper tex. in l. si fundus. §. Marcellus. ff. de lege commissso quem & Aret. ponderat in dicto consi. 161. quā loquitur ille tex. in pacto legis commissoriæ, quod licet à partibus exprimatur, ut uendo tibi fundum

pro

(01)

pro centum,& si non solueris hinc ad mensem tes sit inempta, Glo. in l.1.cod.tit.tamen est legale, ut probatur in §. eleganter. ibi. statim atq; commissa lex est.& in l.de lege. 2. respon. ibi.si ex lege commissoria inempti sint fundi. Meritò nimirum si securus est à potestate legis commissoriæ,non habens cui offerat, at secus est in pacto conuentionali,qualis est casus noster,vt superius declaraui.

60 † Ad tex. uerò in l. arbiter calendis. ff. de arbi. in quo se fundat Rui. in dicto consi. 151. col.2.vol.1.vbi si arbiter iusserit adesse calendis Ianuariis, & ante eundem diem decesserit si alter ex litigatoribus non affuit, pœna non committitur,nec tex.protestationem requirit. respondetur,illud procedere quia non intererat, ut ibi tradit Alberic. & ut notat Bald. non committitur pœna, si quis non comparet in termino, in quo non expediebat comparere,sequitur Alex.consi.92.col.pen.uol. 1. cū enim arbiter decessisset, & ob id ius reddi nō posset, superuacanea reddebatur comparitio partis,& sic alterius partis comparentis, non intererat aliam venisse,meritò pœna non committitur. At hic interest usus solutos non fuisse meritoque pœnę caducitatis in defectum solutionis locus esse debet.

61 † Secundò respondetur, quòd ubi difficultas superuenit ex post facto propter impedimētum illatum debitori ab eo,contra quem non potest haberi regressus, tunc excusat à mora, secundum Abba. in c.breui. de iureiur.uel saltem parat restitutionem in integ.ex clausula generali,sequitur Alex.in d.l.quod te.col. fi.&

62 Rul.consi.150.nu.12. uol.1. † reddēs rationē dicti regressus cessantis aduersus iudicē : quia superioribus pares esse non possumus,& de d. l.arbiter meminit nu.15. At hic non uersamur in impedimento iudicis, sed aduersarii contra quē bene regressus haberi potest, & ex his apparet,protestationem, aut oblationem fuisse necessariam in casu nostro, nec doctores,& iura,quæ fuerunt in contrarium deducta quicquam obstare.

63 † Et hæc opinio confirmatur ulterius auctoritate Bal.in c.1. §. licèt. si de feud. fuer.contro.ubi notat, quòd ei, qui non vult aliquod ius consequi, sed quęsitum cōseruare non imminetius offerendi, nisi sit apposita dies:quia ne in pœnam incidat debet offerre,& hoc idē prętet Bal.tradit Castr.in l.si reus paratus.col.

64 2.ff.de procur.† Vbi dicit, quòd si quis uelit se liberare pro euitando aliquod periculum in futurum,poterit seruare modum in ea lege traditum,scilicet adire iudicem, & offerre pecuniam & facere eam consignare & deponi,ut in l.fin.ff.de leg.commiss. ubi est tex. not. iuncta l.obsignatione. C.de soluti. Quod maximè videtur esse necessarium,quando esset obligatus ad certam diem sub aliqua pœna, nam adueniēte die incideret in pœnam,nisi sic obtulisset,licèt non esset qui reciperet, ut clarè patet ex illa lege fin.& per l.ad diem.ff.de uerb.ob.

65 † Demum concludit Castr.cons.esse,quòd nō offerat,nec deponat per se,sed mediante iudice,per illam l.notabilem,cuius uerba notanda sunt. Nam consilium dat in modo deponendi, scilicet mediante iudice,at oblationem & depositum vult esse necessitatis. Cum igitur hic promissi fuerint usus annui ad certam diem, & sub pœna caducitatis, si non soluerentur, utique non solutis illis adueniente die locus fuit, & esse debet caducitati, postquam nec protestatio,nec oblatio, nec consignatio,neq; depositio facta fuit.

66 † Ad tertium de uoluntate super caducitate non declarata dico uerum esse, quòd instrumentum requirit ad caducitatem uoluntatem,sed cum dicat (ipso domino Frācisco maria uel suis utsupra sic uolente, uel uolētibus) datur intelligi, sufficere uoluntatem suorum utsupra,hoc est hæredum illius,uel habiturorū causam ab eo,uel ab eis utsupra in promissione solutionis ueræ sortis dictum fuit, ad quem locum referuntur illa uerba (uel suis utsupra uolētibus) at ista domina Angela causam habens à D. Iulio hærede domini Francisci mattiæ vult indubitanter Mazzarellum cecidisse à iuribus suis : quia non soluit usus,& ita in libello suo ipsa declarauit contra eum producto ut ibi (idem Iac.d.nomine inhęrendo tam dictæ cessioni,quàm instrumento dicti D. Thomæ,& aliis per eum solemniter promissis,non tamen per eum seruatis nec adimpletis dicit, & declarat uelle D.Thomā cecidisse,prout sic uere cecidit ab omnibus iuribus suis, quę habuisset,& prętendere posset in d. possessione in omnibus & per omnia,prout continetur in dicto instrumento, prout & sicut idem Iac.d. nomine pronunciari & declarari petit) quare super hoc dubitare nihil aliud est,quàm in scirpo nodum quærere. Tantoque magis,quòd D. Iulius cessit D. Angelæ,ut possit uti contra d. D.Thomam & eius hæredes omnibus iuribus & pactis in instrumento uenditionis factæ D. Thomę per D.Franciscum mariā & præsertim petere pro deuoluta dictam possessionem ob solutionem non factam tempore promisso per D. Thomam, prout ipse D. Iulius posset uti.

67 † Quo stante uidetur D. Iulius declarasse in antecedentiam D.Thomam cecidisse à d. possessione,sicut è contra,quando dominus affirmat, quem esse suum emphiteutam, uidetur declarasse in antecedentiam,nolle eum cecidisse,ut declarat D. meus Rimin.consi.94. nu. 61.sed (ut dixi) D.Angela uirtute pacti in d. instrumento cum Mazzarello celebrati habuit hanc uim declarandi, & ita declarauit uoluntatē suā super dicta caducitate,& ita etiā per iudicē declarari petiit, & ita super hoc articulo uenit ex prędictis ad eius fauorem iudicandū. Sed ulterius posito (sine ueritatis præiudicio)

cio) q͂ dictæ caducitati locus non esset (prout tamen est secundum prædicta) dubitatur, an Mazzarellus teneatur appropriare dictam possessionem iuxta pactum instrumenti secum facti, & soluere usus decursos, exceptis primis nouem antiatis sibi retētis à D. Iulio in instrumento cessionis. Et imprimis dicitur pro Maz
68 zarello, eum ad neutrum teneri. † Nam dicta possessio simpliciter sibi uendita fuit, ut ex instrumento patet. Vnde pręsumitur fuisse uendita pro libera, & nemini obligata, secundum
69 Bal. & Salic. in l. ex prędiis. C. de euict. † sicut etiam res possessa præsumitur propria non aliena, ut probat Bal. in l. quidam in suo nu. 4. ff. de cond. inst. Boer. decis. 42. nu. 8. Mod. Paris. in consuetu. Paris. tit. 1. §. 1. glo. 1. nu. 58. Menoch. consi. 2. nu. 261. Bursat. consi. 46. nu. 8.
70 † Quare cum postea detectum fuerit quoddā fideicommissum, cui reperitur obnoxia, sequitur quòd Mazzarellus emptor sicut agere posset, ut liberetur, ita & pretium retinere, quod ab eo petitur, donec liberetur à nexu prædicti fideicommissi, prout glo. Bar. & Bal. tradunt in
71 d. l. ex prædiis. † Aut si dubium est, an emptor possit retinere pretium, quantum ad hoc ut res liberetur, quoniam tex. ille locum habet in obligatione pura, non autem in conditionali, secundum Bal. ibi. q. fin. & Alex. in prima apostilla ad eum, & latius consi. 65. uol. 5. & post eum Negusan. in tract. de pignor. in primo mēb. 5.
72 par. nu. 24. cum sequentibus. † illud saltē emptori concedi debet, ut instare possit sibi caueri de cōseruando eum indemnem à dicta obligatione conditionali secundum Bal. & Sal. in l. 2. uers. modo quæro. C. de sent. quæ sine cer. quant. sequitur Alex. in d. consil. 65. col. fin. & Negus. loco citato nu. 27. ad fin. meritò cum petat Mazzarellus dictam cautionem sibi pręstari, licitè potest pretium retinere donec præstetur. Et cum tempore contractus secum facti Mazzarellus soluerit scutos 500. pro parte pretii, uidetur ęquum, quòd usus non solutos retinere possit loco dicti pretii tunc soluti, donec cautus reddatur in euentum euictionis ex cau
73 sa dicti fideicommissi. † Quod autem fideicōmisso res ista subiecta sit probatur ex eo, quòd D. Iulia mater olim domini Francìscimariæ Scifolę eam emit de suis propriis pecuniis, ut in instrumento emptionis per eam factæ dicitur, idemque repetit in instrumento uendi-
74 tionis factæ de illa re Mazzarello, † quare geminata hæc assertio cum interuallo, & in diuersis instrumentis facta probat sic esse Bar. in l. cum scimus. ad fi. C. de agri. & cens. lib. 11. Roma. consil. 65. uiso them. col. 2. cum simil. cumulatis per Dec. in l. ex his. col. 2. C. de test. mil. Hæc autem domina postea filios suos instituit Vincentium Franciscummariam & Herculem & facta prouisione particulari circa Vincentium, qui erat frater, subiūxit, altero ex ipsis D. Franciscomaria & D. Hercule quandocunque sine liberis & descendentibus decedēte, alterum substituit siue eius filios & descendentes per fideicommissum. Deinde subiunxit quòd ubi contingeret dictos eius filios, aut filios & descendentes decedere prorsus nullis relictis filiis masculis, tunc & eo casu substituit
75 montem pietatis Mirandulæ, † quæ ultima substitutio adnotanda est. Nam licèt respectu primæ factæ filiis, si decederent sine filiis & descendentibus, dici posset eam cessasse in persona D. Franciscimariæ, quoniam decessit cum D. Iulio eius filio. l. ex facto. §. pen. & ibi Castr. Alex. Ias. & Rip. not. 1. ff. ad Treb. Oldr. consi. 21. Ioan. Andr. in addi. Specul. in tit. de testa. §. imprimis, in addi. magna. q. fin. Dec. consi. 95. col. fin. consi. 218. col. 3. consi. 269. nu. 13. cum simil. Paris. consi. 18. nu. 4. uol. 2. Nat. cōs. 551. nu. 23. Ceph. consi. 13. nu. 4. consi. 269. nu. 20. Rol. à Val. consi. 56. nu. 9. uol. 3. Bursa. cōs. 75. nu. 13. Federic. de Vigon. consi. 101. lib. 1. diuersorum ad ultimas uoluntates pertinentium. Soc. Iun. consi. 4. nu. 8. uol. 3. & alibi sę-
76 pe doctores. † Attamen ex quo testatrix ulterius processit uocando montem Pietatis Mirādulæ, in euentum quòd linea filiorum & descēdentiū omnino deficeret, vtique locus esse debet fideicommisso nedum casu quo D. Franciscusmaria uel alii filii testatricis decederēt sine filiis, sed etiam si cum filiis morerentur, & illi postea sine filiis obirent, & isto casu cessat cōs. Oldradis & sequacium, ut tradit Soc. cōs. 250. col. 4. uer. 2. venit discutiēdū. uol. 2. Dec. consi. 477. ad fin. Rui. consi. 153. nu. 6. uol. 2. Cur. Sen. consi. 51. col. 1. & Iun. consi. 121. col.
77 4. & 5. † præter quos est tex. id sentiens in l. 1. C. de cond. inser. ad fin. ubi dicitur, quòd si est factum fideicommissum si filius sine liberis decederet, eo cum filiis uno, uel pluribus moriente defecisse conditionem fideicommissi, nisi aliam fuisse testatoris mentem probetur. Si ergo de mente testatoris secus apparet, vult Imperator fideicommisso locum esse, dato quòd filius cum filiis decesserit, ut in casu nostro proponitur sic adesse uoluntas testatricis ex ulte-
78 riori progressu supra narrato † & cùm de fideicommissaria substitutione agatur hic, decisio Oldra. locum non habet sed altera, Bar. in l. quandiu, tertia in fi. ff. de acqui. hęre. qui tenet fideicommisso primo deficiente, remanere illud penes hæredem cum onere restituendi 2. uocato. l. vnica. §. pro 2. C. de cad. tollen. quem Bal. Ang. Castr. Imol. & Aret. sequuntur. Soc.
79 consi. 52. col. pen. & fin. vol. 1. † qui communem testatur contra Oldrad. Dec. consi. 427. Ias. in l. 1. nu. 29. ff. de vulg. & pup. consil. 132. uol. 1. Bertran. consi. 365. nu. 5. uol. 2. Rui. cōs. 94. uol. 2. qui pariter dicit, opin. Oldra. communiter esse damnatam, Goz. consil. 67. col. pen. Nec istud fideicommissum collabi posse uidetur ex sentētia lata Bononiæ, in qua dicitur, immo dictas res emptas fuisse per D. Iuliam

liam

liam ex pecuniis D.Sergii mariti sui, & ob id eã de dictis rebus ut alienis nõ potuisse testari, eoq; ueluti nullo & non obstãte D. Franciscummariam potuisse dictas res alienare pro
80 libito. † quoniam d.sententia ueluti res inter alios acta Mazzarello nocere nõ potest, ut cod. res inter alios acta in Rub. & nigro. l.fi. ff. de re. iud. & l.si cui. §.iisdem. ff. de accus. cuius rationem reddit Bald. in l.2. not. 3. C. de fid. instr. & Tiraqu. in tract. suo res inter al. act. in prin.
81 † quoniam qui non fuit uocatus ad iudicium non erat illi subiectus, nec tanquam pars, nec tamque adhęrens, uel instrués causam, & ideo non uidetur ratificare causam; quoniam uigor pronunciationis nascitur ex iudicio, in quo quis erat inclusus. Et ita concluditur Mazzarellum defendi posse, quominus pretium, quod deest ad totum conuentum & usus decursos soluere teneatur.
82 † Istis tamen non obstantibus, dico quòd ad utrumque teneri debet. nam clarum est ex instrumento secum celebrato, quòd promisit appropriare dictas res pro scutis 575. infra terminum septem annorũ, qui iam diu præteriit, meritò cum cesserit, & uenerit dies cogi põt ad illud. l. cedere dic. cũ ibi not. ff. de uerb. sig. pariq; modo cũ usus decursi fuerint, & nõ soluti obstringi potest tã uigore contractus quàm
83 ex forma statuti de vsib. & reb. † Et cum de his adsit instrumentum, quod rem claram facit, ut
84 per omnes in Rub. ff. de oper. no. nũ. † & quod dicitur probatio probata, Bal. in l. Imperator. ff. de sta. ho. Paris. cons. 88. nu. 19. uol. 3. Cardi. Alba. in suis lucubrationibus ad Bar. in l.1. ff. de oper. no. nunc. nu. 6. & in l. cum precibus. C. de prob. nu. 2. decis. Perusina. 50. num. 5. &
85 decis. 26. nu. 13. † ubi quòd nõ indiget disceptatione fori uimq; diffinitionis habet, ut inquit Bald. consi. 233. si per instrumenta, uol. 1. Crauc. consi. 31. nu. 7. Lauren. Kirchof. consi. 17. nu. 22. primo Tomo diuersorũ Germaniæ
86 † facit enim rem clarissimam & apertam Ias. in d.l.1. nu. 10. Tiraquel. de retra. consangui. §.1. glo. 1. nu. 20. Crau. consi. 10. nu. 7. & cons. 56. nu. 6. Menoch. consi. 7. nu. 4. utique non est super hoc latius laborandum seu uagandum solaque remanere debet difficultas in tollendis adductis in contrarium.

Non obstat igitur allegatum fideicommissum, in quo potissimum fit fundamẽtum; quia
87 negatur illud extare in casu nostro, † pro cuius conclusionis fundamento præmitto regulam illam & teoricam generalem quæ habet, quòd semper dici potest, hoc casu non loquitur substitutio, & qui vult dicere substitutionem includere aliquem casum uel personam, hoc ostẽdere debet, ita Ioan. Andr. in addi. Specul. in tit. de testa. §.1. vers. occurrit. in fin. cum aliis per Soc. consi. 62. nu. 6. uol. 3. quem sequitur Soc. Iun. consi. 102. nu. 23. uol. 1. Craue. consi. 161. nu. 16. pulchrè lateque Rol. à Vall. consil.
88 56. col. 2. uol. 3. † proceditque dicta regula tamersi diceretur, quòd testator tacitè uolerit illum casum, uel personam includere, uel mente hoc cogitauerit. Quoniam non sufficit testatorem aliquod uelle, aut in mente cogitare, nisi id aliquo modo disponat. l. quidam cum filium ubi Bal. & Imol. ff. de hęred. insti. cum simil. per Soc. Iun. consi. 111. nu. 28. uol. 1. plenèq; Rol.
89 à Val. d. consi. 56. nu. 8. uol. 3. † Et ideo benè dixit D. Virgilius de Siluestris Iurisconf. noster Ferrarien. inter consi. D. mei Rimi. consi. 224. nu. 53. quòd qui allegat fideicõmissum debet illud concludenter probare, & idem Ias. in l. ex tribus. C. de inoffi. test. Dec. consi. 465. nu. 14.
90 Ceph. consi. 67. nu. 27. † immo uerò iudicandum est in dubio illud non extare. Crau. cõsi. 180. Cepha. consi. 45. nu. 12. fieriq; debet interpretatio quæ magis remoueatur quàm inducatur Paris. cons. 41. nu. 31. uol. 3. Ceph. cõs. 46. nu. 15. At hæc testatrix post institutionem filiorum & substitutionem inter eos factam, si quis eorum decederet sine filiis, subiunxit, & ubi contingeret vtrumque dictorum eius filiorum decedere, prorsus nullis relictis filiis, tunc & eo casu substituit montem pietatis Mirandulæ, considero, quòd testatrix duas substitutiones fecit, unam quò ad alterum filiorum suorum, nam altero ex filiis moriente sine filiis substituit alterum & in hac Mons nõ uocatur.
91 † Secundam uerò substitutionem fecit quo ad ambos filios suos. quia ubi contingeret vtrũque eorum decedere prorsus nullis relictis filiis montẽ substituit & ita dẽt intelligi hæc secũda substitutio triplici ratione, Prima quidẽ ut à præcedenti differat, quæ loquitur quando
92 alter tantum decederet sine filiis, † dẽt enim superfluitas euitari. §. quibus. prima const. cod. l. si quando. ff. de leg. 1. c. si Papa. de priuileg. in 6. c. si Romanorum. 19. distin. Rui. cõsi. 67. nu. 8. & 9. uol. 4. Ceph. consi. 249. nu. 3. Secunda quia supra mentionem fecit de Franciscomaria & Hercule filiis suis in prima substitutione, in 2. uerò dixit, & ubi contingeret utrumque dictorum eius filiorum decedere prorsus nul-
93 lis relictis filiis. † Vnde locuta fuit de vtroq; simul ita decedente, quia illa dictio dictorum est relatiua præcedentium filiorum, de quibus dixit, Alex. consi. 140. uol. 6. Dec. consi. 465. nu. 8. & 9. Cur. Iun. cons. 58. col. 1. in fi. Paris. consi. 86. nu. 36. uol. 2. consi. 74. num. 44. uol. 3. Craue. consi. 98. nu. 8. Ceph. consi. 170. nu.
94 30. † & cum loquuta fuerit in plurali non põt
95 ĩ vno uerificari l. ubi numerus. ff. de test. † Tertia ratio est, nam illa dictio prorsus, idẽ quod penitus significat. l. prætor ait. §. sed si quis. ff. de iureiur. & omnino. c. dilecto. de sent. excõ. in 6. ubi per Archid. & dictio nullis est uniuersalis negatiua, quæ in totum negat. l. is qui 200. §. vtrum. ff. de reb. dub. vnde uoluit testatrix ita demum uocare Montẽ, ubi omnes illi filii sui nominati decederent penitus & omnino

96 nino sine filiis. † At iste casus non euenit.
quia D. Franciscusmaria decessit cum filiis
quicquid de Hercule contigerit, ergo Mons
admitti non potest, quia hic est casus omissus,
qui pro omisso haberi debet. l. commodissime.
ff. de lib. & post. & quia conditio non fuit
impleta in forma specifica, l. qui hæredi, l. Mæ-
97 uius. ff. de cond. & demon. † cũ potissimè fue-
rit uoluntaria, iux. not. per Bar. Cast. Alex. Ias.
& alios in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de
lib. & post. nec enim tenebatur ita disponere
prout fecit, & hęc conclusio probatur ex docto-
98 ribus in simili casu loquentibus. † Nam si te-
stator plures posthumos nascituros instituat, &
si omnes quandocunque sine liberis decesse-
rint substituit sorores, uno tantum nato, & sine
filiis mortuo sorores excluduntur, ita Ioan.
Andr. in addi. Specul. in tit. de testa. §. inpri-
mis in vltima addi. uers. 4. quæro. Oldra. consi.
142. factum tale. Alberi. in l. precibus. col. 21.
vers. itẽ quæro de alia q. Castr. consi. 14. visis
& consid. col. 1. in antiquis, Rui. consi. 96. col.
99 pen. & fin. uol. 2. Nat. consi. 667. nu. 6. † Simi-
liter si testator filiis nascituris, & quandocunq;
decedentibus sine filiis vxorem substituit, eis
non natis vxor excluditur, ut tradit Anch. cõs.
357. ex tenore testamenti, sequitur Soc. in l. 1.
2. q. prin. limit. 8. ff. de vul. & pup. Rui. cõs. 104.
col. 1. & 2. uol. 2. cons. 4. nu. 5. & consi. 110. uol.
100 3. Natta in d. cons. 667. nu. 9. † sed magis in
terminis nostris adduco doctrinam Bar. in l.
Hęredes mei. §. cum ita, col. fi. ff. ad Treb. quem
Alex. & Soc. nu. 28. sequuntur & communiter
tenent omnes in l. pen. C. de impub. & Alex. in
l. pater filiam. §. fi. ff. ad leg. Fal. demumque Pa-
ris. consi. 14. nu. 9. uol. 2. qui uolunt, quòd si
substitutio, seu fideicommissum est factum si
vterque, omnes uel ambo moriantur sine filiis,
utique talis substitutus non admittitur, vno ita
moriente, sed necesse est, quòd omnes morian
tur sine filiis, & cum prædictis etiam concor-
dat Baldassar Quintius cons. 177. nu. 3. uol. 1.
diuersorum inter ultimas uoluntates. At hic
eisdem uerbis usa fuit testatrix: quia nomina-
tis Franciscomaria & Hercule suis filiis dixit,
ubi contingeret vtrumque dictorum eius filio
rum, & sic ambos prorsus nullis filiis relictis
decedere, & pęnitus & omnino eos mori sine
filiis, ergo Mõs uno ita moriente admitti non
debet, sed opus erat omnes sine filiis decede-
101 re. † Nec quod Bart. subdit in dicto §. cum
ita, secundũ mentẽ defuncti Monti suffragari
potest, nam loquitur in substituto testatoris
nepote, & sic de agnatione, in quo bene ca-
dere potest illa consideratio, an extet aliquis
qui ex pręsumpta uoluntate defuncti substitu-
tũ excludat: ut quia sit in potiori gradu, si ue-
rò in pari, uel ulteriori secus, ut in casu nostro
cum Mõs sit penitus extraneus, nec de familia
Scifolorum & ita remanemus in proprietate
uerborum, quam primo Bartolus considerat,
& decidit ut supra contra substitutum.
102 † Quod tanto magis in casu nostro nos face
re debemus, ubi testatrix uocando Montem
dixit, tunc & eo casu substituit Montem restri
ctiuè ad illum casum, quãdo ambo filii sui de-
cederẽt sine filiis, meritò non debet eius sub-
stitutio ad alium casum porrigi, quando unus
decessit cum filiis & alius sine, prout tradit
Anch. cons. 356. col. 2. uers. 3. hoc probat, Dec.
consi. 314. col. 2. consi 332. Roma. consi. 131.
consi. 138. Ioann. de Ana. cons. 66. col. 3. Bal.
cons. 57. col. 2. uol. 2. in nouis. Crau. consi. 98.
nu. 5. Paris. consi. 92. nu. 10. uol. 2. Ceph. consi.
88. col. fin. qui omnes substitutionem restrin-
103 gunt ad casum expressum, † & ad alium extẽ-
di negant uirtute dictorum uerborum, tunc &
eo casu. Immo uerò Boer. decis. 28. col. fin. di-
xit, substitutionem factam cum dictis uerbis,
tunc & eo casu, non uerificari, nisi conditioni-
bus in forma specifica impletis, & insuper cla-
ra redditur dicta cõclusio stantibus dictis uer-
104 bis geminatis, tunc & eo casu, † cum soleat
geminatio potentius operari. Bar. in l. cum sci
mus C. de agri. & cens. lib. 11. & ita perpendit
hanc geminationem Dec. consil. 315. nu. 5. &
consi. 332. Grat. responso. 124. nu. 39. uolum. 1.
& cum præfatis etiam latè concordat Rol. à
Val. d. consi. 56. nu. 19. cum sequentibus. vol. 3.
105 † De planoque procedit dicta conclusio quã-
do sumus in casu, de quo testator nihil proui-
dit, ut in casu quoque suo perpendit Anch.
in d. cons. 356. sequitur Dec. consi. 218. nu. 11.
consi. 291. nu. 7. & Bellon. consi. 41. nu. 4. & 5.
106 † quando enim (vt illi dicunt) casus euenit
præter ordinationem testatoris, non compren
ditur, etiam quod maior ratio esset in uno ca-
su, quàm in alio, citant omnes Cyn. in l. quod
fauore. C. de legib. sic enim contingit hic, ubi
Mons fuit uocatus, ubi omnes filii testatricis
decederent sine filiis, quando uerò pars eorũ
107 cum filiis, & pars sine, non prouidit, † nec di-
ci potest quòd ex quo testatrix Montem sub-
stituit, nedum filiis suis, sed etiam filiis & de-
scendentibus eorum, ut colligitur ibi (& ubi
contingeret dictos eius filios, aut filios & de-
scendentes eorum decedere prorsus nullis re-
lictis filiis) contingere posse D. Iulium filium
D. Franciscimarię decedere sine filiis, ideo
Mazzarello cauendum esse de molestia, quam
108 Mons in talem casum sibi inferre posset, † nã
nec illud dici potest, nec est uerum de iure,
quoniam illa uerba (aut filios & descenden-
tes eorum) debent intelligi, quando ambo
filii testatricis haberent filios, qui postea sine
109 filiis decederent † duplici ratione, quia una
pars alternatiuę declaratur & intelligitur se-
cundum aliam, Bar. Imol. Soc. & alii in l. 1. ff.
de cond. & demon. Bar. in l. 1. col. 3. uers. sed
respondeo. ff. de offi. pro. cos. Cor. cons. 96. col.
2. uol. 1. consi. 13. nu. 9. uol. 3. Rui. cons. 173. nu.
20. uol. 2. Ceph. consi. 249. nu. 12. At illa prima
pars

pars alternatiuæ, Aut quæ dicit (& ubi contingeret utrumque dictorum eius filiorum decederent) † loquitur, quando ambo filii testatricis decessissēt sine filiis, nec uerificatur substitutio uno sic moriente, & alio non, ut supra satis ostendi. Ergo altera pars dictæ alternatiuæ debet intelligi, quando ambo dicti filii testatricis filios habuissent, qui postea sine filiis morerentur. At iste casus non euenit: solus enim. D. Franciscusmaria filios habuit, ut D. Iulium, & non apparet D. Herculem iam defunctum, ut colligitur ex instrumento cesSionis
111 D. Iulii ibi, † (Quæ sententia fuit etiam acceptata per condam magnificum Herculem Scifolam) quibus uerbis mors probatur. Alex. in l. 1. §. hoc autem. ff. de oper. no. nunc. post. Iacob. Butr. & Imol. quos citat Ioan. Bap. Ferret. consi. 47. nu. 22. decessisse cū filiis † Imo
112 contrarium de iure præsumitur, uidelicet quē sine filiis decessisse. Bar. & alii in l. ex facto. §. si quis autem. ff. ad Treb. Alex. consi. 20. in fin. uol. 1. Dec. cōsi. 86. col. 3. Capit. decis. 159. nu. 12. Bellon. consi. 19. nu. 3. ergo in hunc casum
113 Mons non dicitur uocatus. † Secunda est ratio: quia illa pluralitas filiorum, ex quibus filii nascantur, ueluti respiciens vnum & eundem effectum, hoc est unam hæreditatem & fideicommissum, non resoluitur in singularitates, ut declarat Bar. in l. falsa. §. fi. ff. de cond. & demon. sequitur Alex. in l. pater. filiam. §. fin. col. pen. ff. ad leg. Falcid. Bar. & pasSim scribentes in l. Hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. Vt igitur Mons uenire posSit ad hæreditatem testatricis, in casu quo filii filiorum testatricis decedant sine filiis, oportet eos omnes in plurali, non autem unum tantum filiū habuisse, & cū eis decessisse, qui casus non euenit (ut dixi) respectu D. Herculis, & ita patet verificari, qđ supra dixi, non extare fideicommissum in casu
114 nostro, † meritò non esse cauendum Mazzarello, quia superuacaneis cautionibus non est utendum. l. hæc stipulatio. §. Diuus. ff. ut lega. nomi. caueatur.

Sed ulterius, posito quòd uigeret adhuc, uel extaret fideicommissum, illique in futurū locus esse potest, attamen non ob id caueri debet Mazzarello, stante eo quòd in instrumento uenditionis sibi factę cum hyp. bonorum promissa sibi fuit refectio damnorum & inter-
115 esse, † id enim satis est absque noua cautione præstanda aliàs orirentur super uenditionibus quotidie infinitæ lites, quia uix potest reperiri uenditor, qui in aliquo contractu non obligauerit sua bona, & nimis durum esset, quòd ex hoc uenditor deberet impediri in exactione sui pretii, uel cogi diminuere de pretio propter dubium euentum dictæ obligationis conditionalis, ita declarat in terminis Negus. in tract. de pignor. in primo mēbro 5. par. sub nu. 28. ubi sic cōcludit in hac materia cautionis.
116 † Non omitto pariter, & aliud probabiliter dici posse, per quod hæc cautio petita locū habere non debet. Nam bona hæc alienata per Do. Franciscummariam Mazzarello fuerunt alienata per eum ignorantē dictum fideicommissum maternum, idque pręsumitur, cum filius esset, & in ius alterius succederet, iux. plenè not. per Bar. Bar. Ang. & alios in l. qui Romæ. §. duo fratres. ubi D. meus Leonius abun-
117 dè. ff. de uerb. ob. † parique modo Mazzarellus emptor illud ignorauit, quod etiam de iure pręsumitur. l. verius. ff. de prob. quibus ita stantibus ualuit, & ualet alienatio prædicta nec in casu quo fideicommissum purificari posset ad fauorem Montis uēl alterius cuiuscunque posset res vindicari à Mazzarello, sed agendū esset ad pretium contra hæredes D. Franciscimariæ alienantis, casus est notab. in l. fin. §. fin. ff. de leg. 2. ubi Dy. Cyn. Bar. & alii sic concludunt. Bar. & Saly. in l. fi. §. fin autem sub conditione, aliàs in §. sed quia. C. communia de leg.
118 † Vnde Ang. ibi docet, quòd Aduocatus actoris cautus esse debeat, ut semper deducat scię̄tiam alienantis, aliàs succumberet, sequitur Alex. consi. 284. col. fin. uol. 2. & consi. 3. col. 2. uol. 3. Crau. consi. 77. nume. 18. deberet igitur Mons experiri contra cætera bona D. Franciscimarię ad pretium, quare cū securus sit Maz-
119 zarellus, sibi caueri non debet. † At si dicat istud esse uerum, si alienans soluendo sit, uerū quia posset non esse soluendo, & in tali casu posset Mons molestare Mazzarellum emptorē, quia conuenientius est, quòd emptor habeat damnum quàm fideicommissarius, cuius causa pręcedit, ut declarat Castr. consi. 10. clarum est in antiquis, Ias. in l. filiusfam. §. Diui. col. 1. in fi. ff. de leg. 1. & in aut. res quæ. col. 1. in fin. col. 10. com. de leg. Soc. consi. 49. col. fi. uol. 1. ideo
120 uidetur adhuc sibi cauendum esse. † Respondeo, quòd nunc quo tempore petitur cautio, constare deberet alienantem uel eius hæredes soluendo non esse, prout Doctores allegati loquuntur, qui enim fundat intentionem suā super paupertate illam probare debet, glo. in l. si uerò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satis. cogan. Rui. consi. 81. nu. 4. uol. 4. dictamque glo. meliorem de iure dicit Bal. in l. 4. C. quando fis. uel pri. & singularem decis. Neapolit. 377. sicque tenet etiam Bal. in l. paupertas. ff. de excu. tut. Castr. in l. si decesserit. §. si uerò. ff. qui satis. cog. Alex. in l. ex diuerso. §. si in iudicio. in fi. ff. sol. mat. & cōsi. 37. uol. 7. Dec. cōs. 120.
121 colum. 1. † Alci. de præsump. reg. 2. præsum. 27. nu. 4. ubi testatur hanc esse communem, & post eum ita in iudiciis seruandum esse testatur Cornel. Benincasius in tract. de paupertate q. 6. nu. 2. At Mazzarellus nec probauit, nec etiam deduxit inopiam alienantis, meritò nō potest hoc prætextu cautionē petere, & ita patet quocūq; se uertat, cū in laqueos incidere.
122 † Vltimo præfatis accedit sentētia lata Bononiæ contra dictum Montem pietatis, quòd dicta

dicta res non sit subiecta dicto fideicommisso, velut empta de bonis & pecuniis hæreditatis D. Sergii Scifolæ, non autem propriis D. Iuliç, quæ sententia debet facere ius etiam contra Mazzarellum causam habentem à D. Francisco maria, iux. not. per Bald. & alios in l. a. C. de
123 eden. & Fely. in c. causam q. 1. de testi. † Tantoque magis: quia sic præsumitur, illam Dominam de bonis mariti quæsiuisse propter euitandum turpem quæstum. l. quintus. ff. de iur. dot.
124 † quæ procedit etiam in uidua. Capra consil. 13. Ang. consil. 141. Alber. in l. etiam. C. de dona. inter uir. Dec. consil. 137. num. 9. Nec illud omittendum censeo respectu vsuum decursorum, Mazzarellum se tueri non posse: quia uelit eos retinere loco partis præcii aliàs soluti D. Franciscomariæ ut supra dicebam: quoniam illud non transcendit dimidiam: fuit enim de scutis 500. qđ verò restabat fuit de scutis 575.
125 ut in instrumento uenditionis patet, † unde dato quòd milies extaret fideicommissum, clarum est, quòd D. Franciscusmaria potuit alienare usque ad dimidiam respectu legitimæ & trebellianicæ, quæ ascendunt ad dimidiam, & quæ filiis primi gradus prohiberi non possunt, ut magis communem testatur Ias. in l. Marcellus. ff. ad treb. nume. 53. consil. 99. & cons. 146. uol. 4. Soc. Iun. amplissimè cons. 131. num. 58. uol. 1. cons. 28. uol. 2. cons. 112. uol. 3. Dec. cōs. 269. colum. fin. Rui. consil. 163. num. 15. uolum. 2. Cattel. Cotta. lib. suo memor. in uer. trebellianica, Ripa in l. nemo potest. nu. 52. ff. de leg. 1. Goz. consil. 92. in prin. Cur. Iun. consil. 70. colum. fi. Cagnol. in l. Papin. §. meminisse. ff. de inoffi. test. Bero. in c. in præsentia. num. 445. de probat. Bertran. consil. 21. nume. 10. uol. 1. nouissimorum & consil. 300. uol. 3. priorum.
126 † Meritò quia pars tunc alienata cedere deberet in dictas quartas, iuxt. not. per omnes ubi Rip. & Rui. in l. in quartam. ff. ad leg. falc. non esset cur Mazzarellus loco illius præcii tunc soluti, uellet hos usus retinere, nec minus alio colore, cum sint decursi partim uiuente D. Franciscomaria partim post eius mortem uiuente
127 D. Iulio filio suo † qui licèt milies essent grauati fideicommisso, fecerunt suos fructus in eorum uita decursos, & ante diem fideicommissi, ut per omnes in l. in fideicommissariam. ff. ad treb. sed (ut dixi) uanum est hoe præsidium fideicommissi. Meritò concludendo dico, Mazzarellum cecidisse à iuribus suis, resq; relaxandas esse D. Angelæ, ut in primo artic. & ubi non esset locus caducitati, Mazzarellum teneri appropriare residuum earum, soluereq; præcium, & usus decursos non solutos, exceptis primis nouem annatis, iuxta tenorem instrumenti cessionis, absque eo quòd D. Angela teneatur illi cautionem aliquam præstare.

Et ita de iure iudicandum est per Magnificū consilium Iustitiæ, quod ueniam dabit, si longior fui: quia res sic exigebat, ut omnes difficultates tollerentur, & eis, qui mecum plurimum possunt, pro uiribus meis satisfacerem.

*Hippol. Riminal. Ferrar.*

## Pro D. Magdalena Canana.

### ARGVMENTVM.

De annuis affictibus domus, quibus sola mulier usufructuaria non tenetur de usufructu satisfacere, sed cum hæredibus concurrere uendita aliqua re hæreditaria.

### SVMMARIVM.

1 *Vsufructu mulieri relicto, ea non tenetur satisfacere debita defuncti de suo vsufructu.*
2 *Sed vendi debent tot de bonis per hæredem proprietarium & de illis solui debita.*
*Si verò legata facta sint, ab usufructuario pendi debent.* 21.
*Et si annua sint legata.* 15.
*Et de ratione.* 16.
*Nisi vsumfructum absorbeant.* 17. 18.
3 *Hæres proprietarius & vsufructuarius concurrunt in solutione æris alieni.* 14.
4 *Et ad hæredem pertinet venditio bonorum vt æri alieno satisfiat.* 4.
*Et de ratione.* 5. *Est q; communis opi.* 9. 10.
5 *Creditores cum legatarijs non contrahunt sed cum hæredibus.*
6 *Actio personalis datur solum contra debitorem vel alium qui eius personam repræsentat.*
7 *Hæres semel non potest desinere esse hæres.*
8 *Vsufructus debetur de eo quod superest ære alieno deducto.*
11 *Hæres tenetur satisfacere creditoribus non autem vsufructuarius.*
*Et de ratione subijcitur.*
12 *Vsufructuarius dicitur successor particularis.*
13 *Legis fin. §. fin. ff. de contr. emp. casus dubitabilior auctoris.*
17 *Testator non præsumitur voluisse pluries hæredem grauare.*
19 *Bartolus in l. fin. ff. de vsufr. lega. communiter est reiectus.*
20 *Vsufructuarius tenetur ad onera ratione fructuum. Si rei immineat secus si personæ.* 22.
21 *Vsura pretij non soluti velut interesse damni emergentis peti possunt loco fructuum per emptorem perceptorum.*
23 *Onera quando dicantur imminere rei vel personæ.* 24.
25 *Vsufructuarius an teneatur solus ad affictus domus defuncto locata quam habitauit ipse vsufructuarius.*
26 *Pluribus vocatis in certis rebus nullo dato vniuersaliter instituto quilibet censetur prælegatarius in*

*re sibi assignata.*
*In residuo censetur hæredes æqualiter non attenta distinctione partium rerum prælegatarum.*
27 *Domus vbi communis est plurium vnus habitando in ea cæteris absentibus non tenetur ad pensionem pro rata cæterorum.*
*Quia vsus est indiuiduus.*
*Et vbi vacua mansisset.*

## CONSILIVM CLXXII.

*Auxilium meum à Domino.*

PROMISIT D.Ludouicus Marighella in instrumento celebrato cum Tristano pro scutis ducentũ loco affictuum soluere quolibet anno scutos duodecim, & pro residuo domus sibi ad usum concessæ scutos quatuor cum dimidio, pro quolibet centenario. Nunc dicto Marighella defuncto, quæritur, an D.Magdalena Canana eius uxor & usufructuaria relicta teneatur dictos affictus & usus sola soluere, uel unà cum aliis substituta pupillariter filio Marighellæ infanti defuncto ad id concurrere.

1 † Vt aliàs dixi in posteriorem partem descẽdo, per doctrinam Castr. & Cor. in l. fin. §. fin autem æs alienum. C. de bon. q. lib. ubi Castr. ponit in terminis casum in muliere, cui relictus est usufructus omnium bonorum alio extraneo instituto; si enim debita sint, ad quę tenebatur defunctus, non teneatur mulier usufructuaria de reditibus, & suo usufructu ea soluere, sed uendi debent bona pro eorum satisfactione, mobilia primùm, & in defectum immo-
2 bilia. † Si uerò legata sint à testatore disposita, tunc ex reditibus, & sic ab usufructuario dependi debent, nisi tamen usumfructum absorbeant, ut Cast. tradit; hæcque distinctio inter debita & legata probatur ad vnguem in illo tex. idemque latius tenet Castr. consil. 294.
3 col. 2. & 3. uolum. 2. † Concludens, ꝙ tam hæres proprietarius, quàm legatarius usufructus participabunt in solutione æris alieni, nam tãto minorem usumfructum habebit usufructuarius, citatque tex. in l. usufructu bonorum legato. ff. ad leg. falc. vbi relicto vsufructu omnium bonorum dicitur ęs alienum fore deducendũ ex omnibus bonis, & sic ex uenditione rerum hæreditariarum, non autem ex fructibus tan-
4 tum, † quo loco Alex. idem tenens notat, ꝙ ad hæredem pertinet vendere bona, ut satisfiat æri alieno, licèt usufructus omnium bonorum sit alteri legatus: quia hęres est ille, qui tenetur creditoribus hęreditariis, & ante prędictos idẽ
5 tenet Bald. consi. 87. uol. 5. † motus ea ratione: quia creditores cum legatariis non contrahũt, sed cum hæredibus: hæres enim est ille, qui adiit hæreditatem non legatarius, & ad debita creditores non agunt, nisi contra eum qui adeundo hæreditatem se obligat. l. ex maleficiis. §. hæres. ff. de acti. & ob. idemque tenet Picus in l. Titia cum testamento. §. Titia cũ nub.
6 q. 59. nume. 130. ff. de leg. 2. † ubi dicit, quòd hæc est mera ueritas, idemque Bal. in l. 1. C. de fruct. & lit. expen. col. penult. Rui. consil. 41. col. fin. uol. 2. & consil. 306. nume. 30. eod. uol. & cum prædictis tenet insuper Matesil. notab. 4. motus ea ratione. Nam actio personalis datur solum contra debitorem, uel alium, qui eius personam repræsentat. l. 1. §. si hæres. ff. ad treb. Sed usufructuarius non repræsentat perso-
7 nam hæredis defuncti: † quia si semel esset hæres non posset desinere esse hęres. l. qui soluendo. ff. de hęredi. instit. meritò contra eum talis actio dari non potest, sequitur ad unguem Soc. consil. 131. colum. penult. uolum. 1. Goza. consil. 94. num. 24. & Andr. Sicul. consil. 63.
8 colum. 2. uolum. 3. ubi sic argumentatur. † Vbicunque alicui debetur usufructus, tunc debetur de eo, quod superest ęre alieno deducto, ergo sequitur necessariò: quòd usufructuarius non tenetur ęs alienum soluere; quia respectu sui non est dare ęs alienum, cum usumfructum habeat deducto ære alieno. d. l. fin. §. sin autem ęs alienum. vbi probatur hoc assumptum, subditque Andr. Sicu. quòd istud est subtile motiuum per alios non tactum, ibique latius insistit, & hanc conclusionem confirmat prout & eam latè tenet Paris. consil. 94. num. 20. uol. 2. Iacob. Nig. in l. 1. num. 94. ff. de leg. 1. Soc. in l. 1. in prin. ff. ad treb. Soc. Iun. consil. 109. nu-
9 me. 13. uol. 1. † Et hanc esse communem testatur Alex. in l. si filio. §. si vir in quinquennium. ff. sol. matr. col. 3. Dec. consil. 485. in fin. consil. 536. colum. penul. & consi. 591. col. pen. consil. 620. in fi. Ias. in d. l. 1. ff. ad treb. Crauc. consil. 187. col. pen. & Rol. à Val. consil. 8. nu. 13. uol.
10 2. Tobias Nonius cons. 65. nume. 6. † hanque dicit esse communem Cardin. Albanus in suis lucubrationibus ad Bart. in Rub. ff. de usufru. Quę cum ita sint & D. Magdalenę iure legati relictus sit usufructus omnium bonorum, Tristanusque sit creditor Marighellę de istis affictibus & usibus: quia Marighella eos illi ex contractu promisit, ut hęc omnia patent ex instrumento, nescio uidere quomodo petantur ab ipsa sola ut usufructuaria, sed ut hęres cum aliis bene contenta est concurrere, & participare simul soluendo, licèt sic minor erit usufructus suus.

11 † Secundò comprobatur hæc conclusio auctoritate Alberici (vt aliàs dicebam) in terminis nostris in l. hactenus. ff. de usufruct. Nam maritus legauerat uxori usumfructum omnium bonorum suorum, & habebat multos creditores, qui steterunt per annum, ꝙ non petierunt credita sua, deinde in fine anni petebãt ab hæredibus sortem & interesse, dicebant

hæredes

hæredes vxori vsufructuariç, q debebat soluere dictum interesse, quod excurrerat pro tempore, quo perceperat usumfructum, quçrebatur, an teneretur, determinatum fuit q non: istæ erant obligationes personales, quæ non sequebantur fundum, citat tex. in l. fi. ff. de con tr. emp. §. fin. ubi Lucius Ticius promisit de fundo suo præstari centum milia modiorum frumenti annua prædiis Seii Gaii, postea Lucius Ticius vendidit fundum quo iure, quaque conditione tunc erat. Quæsitum fuit, an emptor Gaio Seio ad solutionem annuam dicti frumenti obnoxius esset. Respondit tex. obligatum non esse, si quidem obligatio personalis non sequitur possessorem fundi, prout Bal. & Saly. notant illum tex. quod ergo deciditur ibi ad fauorem emptoris, sic ad fauorem vxoris determinat Alberic. † & rectè: quia in usufructu dicitur esse successio particularis, ut per Castr. in dicto consil. 294. col. 2. uolum. 2. & certè casus noster præcisè conuenit cum proposito per Alberic. Nam utrobique maritus legauerat uxori usumfructum omnium bonorū. Rursus Marighella multos creditores habebat, sicut & ibi, ut Tristanum rationem dictorum affictuum & usuum, parique modo Pistoias, & alios ratione aliorum usuum, qui soluuntur eis pro hac domo. Et mortuo Marighella dicti creditores steterunt per annum usque in eius finem (ut moris est) quòd non petierunt credita sua. Volebantque in casu Alber. hæredes, quòd uxor solueret ea: quia currerant pro tempore, quo illa percepit usumfructum, sicut & isti hæredes dicunt D. Magdalenæ, quòd soluat hos affictus & usus decursos post mortē mariti, dum ipsa consequuta fuit usumfructū. Sed ipsa cum Alber. respondere potest, ut ego facio suo nomine, quòd ista fuit obligatio personalis, qua Marighella tenebatur, quç non sequitur ipsam usufructuariam, & sic possessorem prçdiorum naturalem. l. naturaliter. in

13 princ. ff. de acquir. possess. † immo uerò casus. d. §. finalis. dubitabilior erat nostro, quaniam frumentum illud promissum erat præstari de tali fundo, & sic quòd immediatè in eo perciperetur: quia dictio de, denotat causam proximam & immediatam. l. 1. §. nunc uideamus, & ibi Bart. ff. de coniun. cum ema. lib. cū simil: per Dec. & alios in Rub. ff. si cert. petat. lec. 2. & 3. unde uidebatur ad quemcunque transiret fundus ille, teneri deberet propter fundum sic affectum, tamen secus est, cum obligatio fuerit personalis. Tanto minus igitur D. Magdalena teneri debet, cum affictus & usus conuenti nō fuerint præstati, magis ex ista domo, quàm aliunde, licèt eius occasione promissio facta fuerit, & sic casus noster est clarior.

14 † Et ita tenendo dubia resoluuntur. Nam quod dicitur, usufructuarium teneri soluere debita, verum est unà cum hæredibus per uenditionem rerum, & sic per diminutionem usufructus: quia participat cū eis usufructuarius, at solus non tenetur usufructuarius ex fructibus soluere, & ita Bal. in d. cons. 87. uol. 5. citatus in dubiis, cçterique passim per me cumu-

15 lati supra loquuntur, & non aliter. † Quod uerò subiicitur, usufructuarium teneri soluere legata & debita annua, quale est hoc, ut per Castr. & Corn. in d. §. sin autem æs alienum, & Rui. cons. fi. col. antep. uol. 2. uers. 6. quæritur. considerandum est, quòd respectu legatorum annuorum loquuntur Corn. & Rui. clarè, quos etiam sequitur Ias. in d. l. 1. in prin. ff. ad treb. Picus in d. §. Titia cum nuberet. q. 60. nu. 132. & Roland. à Valle in d. cons. 8. nu.. uolum. 2.

16 † Et rationem particularem allegat Pic. quia ex quo testator uoluit dicta legata solui annuatim, esset inconueniens, quòd omni anno deberet hæres uendere bona hæreditaria, ut sa-

17 tisfaceret legatariis, † quod non est præsumendum, scilicet testatorem uoluisse toties grauare hæredem. l. unum ex fam. §. si rem. ff. de leg. secūdò, meritò tali casu tenetur usufructuarius de suo usufructu satisfacere dictis legatis annuis, nisi tamen tot essent, ac tanti ponderis, q

18 ex illis usufructus exhauriretur: † quia tunc hçres de proprietate teneretur illis satisfacere, ut concludit Pic. post Castr. in dicto §. sin autem, quò uerò ad legata semel præstanda maior est difficultas, ut per Pic. loco citato, sed non prosequor eam: quia non agitur in casu nostro de legatis annuis, uel semel tantum prçstandis factis à Marighella quantum sit respe-

19 ctu huius domus, de qua contenditur, † sed agitur in ea de debitis ex cōtractu, ut sunt usus & affictus prædicti, in quibus omnes passim cō sentiunt, excepto Barto. in l. fin. ff. de usuf. leg. communiter reiecto, hæredes teneri prout supra conclusi, sicque firmat etiam Ruin. allegatus in dicto cons. fin. immo uerò citat ipse Albericum in d. l. hactenus, & concludit eum procedere quò ad interesse, quales sunt usus & affictus huiusmodi, qui ueniunt & debentur ratione sortis non solutç.

20 † Tertiò quatenus subiicitur, usufructuarium teneri ad onera ratione fructuum. l. neque. ff. de impens. in reb. dot. l. quçro. ff. de usufr. leg. l. hactenus. ff. de usufr. Bald. consil. 237. uer. 3. quæritur. uolum. 1. ergo teneri debet ad has pecunias debitas ratione fructuum perceptorum ex hac domo, non soluto prçcio, nec translato dominio in emptorem, iuxta declarationem Soc. consil. 176. colum. fin. uol. 2. & consil. 103. in fin. uolum. 4. Cagnol. in l.

21 curabit. colum. 3. & 4. C. de act. emp. † qui cōcludunt, usuras prætii non soluti, uelut interesse damni emergentis peti posse loco fructuum per emptorem perceptorum, & quo venditor uerisimiliter percepisset si rem non tradi-

22 disset. † Considerandum est, differētiam esse, vtrum onus immineat rei, & tunc obtinent leges citatç, quòd spectet ad usufructuarium, an

verò non immineat rei sed personæ: quia obligauit se ex contractu propter rem, & tunc hæres tenetur ad illud onus, ita distinguit Alberic. aliàs à me citatus in l. qui concubinam. §.
23 qui ortos. ff. de leg. 3. † onera autem dicuntur iminere rei, quando sunt expensę occurrentes, ut sic appellat Rui. in dicto consil. fin. col. pen. num. 31. exemplum, sarcire tecta, cloacas reficere, collectæ, stipendium, tributum, & id genus, de quibus in dictis iuribus, & de
24 istis non agitur in casu nostro, † sed de usibus & affictibus, qui nō imponuntur ex contingentia, sed per contractum & obligationem partium, meritò non tenetur ad hæc onera vsufructuarius, sed hæres, secundum Alberic. licet enim propter rem debeantur: quia tamen debentur à persona, debet hæres teneri, qui repræsentat personam obligati, non autem
25 vsufructuarius. † Nec negatur, Tristanum venditorem consequi debere pecunias istas loco fructuum, sed uis est, quis eas soluere debeat, & dicitur quòd hæredes, inter quos est etiam D. Magdalena. At quòd ipsa tantum velut usufructuaria soluat, benè negatur, nec ei repugnat honestas & æquitas totum soluendi: quia sola domum inhabitauerit, non autem cæteri hæredes. l. secundum naturam. ff. de
26 reg. iur. † Quoniam responuetur, quòd cum ipsa ac cæteri uocati fuerint in certis rebus nullo dato uniuersaliter instituto, quilibet intelligitur fuisse prælegatarius respectu rei sibi assignatæ, & in residuo intelliguntur hęredes pro æqualibus partibus non attenta distinctione partium rerum prælegatarū. l. quoties. §. si duo. & l. si alterius. ff. de hæredib. instituen. declarat Imol. in repet. l. primæ. §. si ex fundo. num. 29. eo. tit. unde cum Marighella de hac domo nullam mentionem fecerit in testamento suo, ista Domina & alii hæredes intelliguntur ex æquo respectu dictæ domus, & ita uelut socii
27 in ea communionem habere. † At quando duo, uel plures habent domum communem, & vnus altero, vel aliis absente, uel absentibus solus habitauit, non tenetur ad partem pensionis pro rata socii, uel sociorum: quia usus est indiuiduus, nec diuidi potest usus dictę domus, nisi diuidatur ipsa domus. Ita tradit Ricard. Malum. quem refert Cyn. in l. si quis putans. ff. commu. di. Ang. Bald. & Imol. in l. duo fratres. ff. de acquir. hæred. meritò quòd Domina Magdalena sola inhabitauerit, non tenetur insolidum ad usus & affictus prædictos, ex quo sociis in nihilum tenetur, tantoque magis quòd Marighella decesit post festum Sancti Michaelis, & sic incongruo tempore ad locandum dictam domum, unde uacua remansisset, licèt non habitasset in ea, quamprimum potuit inde recesit, & negligentia aliorum hæredum, in eam appropriando, uel locando, ei nocere non debet, ut insolidum teneatur.

*Hippol. Riminal. Ferrar.*

## Pro quibusdam hæredibus contra neptes testatoris.

### ARGVMENTVM.

Quando appellatione filiorum nepotes non ueniant, pulcherrimè doctéq; tractatur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Filijs alicuius vocatis nepotes quoque sui vocati censentur.*

*Et prouisio facta filijs eos instituendo vel aliter eis relinquendo porrigitur ad nepotes.* 2. 4. 41.

3 *Filiorum mentione facta per modum conditionis veniunt nepotes.*

5 *Filiorum appellatione veniunt nepotes quando de mente disponentis apparet.*

*Vt quando nulli nati erant tempore testamenti.* 6.

*Et quando filij naturales excluderent nepotes legitimos & naturales.*

7 *Filiorum appellatione veniunt nepotes quando testater voluit omnibus ex eodem genere prouidere secus si certis & certi gradus.*

8 *Filiorum appellatione non veniunt nepotes quando testator vocauit filios quos quis haberet ex vxore sua. vel ad filios primi gradus.* 9.

*Idem quando se restrinxit ad certos filios expressos nomine proprio.* 10.

*Vel de filijs qui sibi nascentur infra decem menses locutus fuit.* 12.

11 *Nepotes non dicuntur filij talis & vxoris suæ si nati sint ex eorum filijs.*

12 *Filiorum mentio natorum ex vxore facta dicitur ad differentiam natorum ex concubina.*

14 *Filiorum appellatione non veniunt nepotes quando est expressa qualitas in filijs quæ non reperitur in nepotibus.*

15 *Extensio non fit de persona ad personam.*

*Etiam ex tacita & verisimili mente disponētis.* 16.

*Maximè quando non agitur de trahendo verbum ad sensum quem comprahendere potest.* 17.

18 *Dictio Si, conditionem importat.*

19 *Conditio debet impleri in forma specifica.*

*Non sufficit per æquipollens quando est voluntaria non autem necessaria ad essentiam actus.*

20 *Verba tunc & eo casu, restrictiua sunt & impediunt extensionem fieri in substitutionibus.*

*Talisq; casu dispositio non verificatur nisi conditionibus in forma specifica impletis.* 21.

*Et potissimè procedit verbis geminatis, vt tunc & eo casu.* 22.

22 *Geminatio solet potentius operari.*

23 *Dictio dicti est repetitiua præcedentium.*

*Et operatur ac si nomine proprio sit facta mentio.* 24.

25 *Verba restrictiua restringunt dispositionem etiam fauorabilem filiorum appellatione ex se natorum vel ex suo corpore veniunt nepotes.*

Quod

*Quod declaratur quomodo procedat.* 27. 28.

28 *Testator non uidetur uoluisse alios praeponere suae Soboli.*

29 *Filiorum appellatione nepotes non ueniunt vt haeredes instituti minus intelligantur grauati.*

*Nec quando dispositio facta de filijs habuit locum in filijs primi gradus.* 30.

*Et in hoc omnes concordant.* 31.

32 *Filiorum appellatione an nepotes veniant distinguitur inter dispositionem legis & hominis: & de ratione.* 33.

32 *Filioru appellatione continentur nepotes quando sequeretur dura separatio.*

34 *Filiorum appellatione an contineantur nepotes Baldus distinguit.*

34 *Mens disponentis debet attandi.*

35 *Filiorum appellatione veniunt nepotes ex significatione verbi.*

*Secus ex appellatione.* 36.

37 *Filiorum appellatione non veniunt nepotes in fideicommissis & legatis.* 38.

*Et in hoc omnes conueniunt.*

*Nec adsunt contradicentes.*.39.

*Et est verior & communior opi.* 40.

41 *Filiorum appellatione veniunt nepotes in materia merè fauorabili filijs & nepotibus nec alteri praeiudiciali.*

42 *Filiorum appellatione continentur nepotes in l. Lucius.* 2. *ff. de haer. inst. & quare.*

43 *Coniectura de pari affectione ad nepotes debilis est.*

*Et summi ea debet per quam grauamen & onus haeredis excludatur.* 44.

*Huiusq. rei dat exemplum.* 45.

45 *Substitutio facta filio si decesserit sine filijs intelligitur de masculis & foeminis. Et quare.*

46 *In claris non est opus coniecturis.*

47 *Coniectura summi debent ex expressis à testatore.*

48 *Testator quod non loquitur velle non praesumitur.*

49 *Coniectura non sufficit ad remouendum quòd testator voluerit minus haeredem grauare quàm sit possibile.*

50 *Legitimi praeferuntur naturalibus tantum.*

51 *Testator uidetur uoluisse disponere secundum quòd successio deferebatur inter haeredes.*

52 *Illatio non fit de diuersis ad diuersa.*

## CONSILIVM CLXXIII.

*Auxilium meum à Domino.*

TESTATOR Iacobo fratri suo legauit annuas libras quadraginta dũ viueret, & casu quo dictus Iacobus vxorem acciperet, & ex ea haberet filios masculos, siue foeminas, tunc & eo casu voluit, quòd dicti filii tam masculi, quàm foeminae succedant in praesenti legato, & casu quo dictus Iacobus haberet aliquos filios naturales tantum, non extantibus legitimis & naturalibus, tunc & eo casu voluit, quòd dicti filii naturales tantum succedant in dicto legato, & casu quo dictus Iacobus decederet absq; dictis filiis haeredes ipsius testatoris liberati sint à praesenti legato.

Iacobus dum vixit habuit legatum, & eo mortuo filius suus, qui demum decessit pluribus filiabus derelictis quae pariter petunt di-
1 ctum legatum. † Quaeritur, an ad illud admittendae sint. Et ad earum fauorem concluditur ea ratione. Nam vocatis ad hoc legatum tam filiis masculis quàm foeminis dicti Iacobi, censentur quoque vocati nepotes eiusdem mediante filio suo, quales sunt istae puel-
2 lae. † Quoniam quando testator prouidet de filiis, eos instituendo vel aliter eis relinquendo, talis prouisio facta de filiis extenditur ad nepotes, vt declarat Bartol. in l. liberorum numero 5. ff. de uerb. signi. per l. Lucius secunda. ff. de haered. instit. vbi testator fratri suo instituto substituit libertos, si decesserit sine filiis, & tamen deciditur ibi, quòd appellatione filiorum continentur nepotes, & sic filii filiorum fratris: quia dicit non solum fratrem, sed eius quoque liberos praeferri substitutis, sequitur Ang. in l. Gallus. §. instituens. ff. de lib. & post. & ibi Soc. nume. 4. Ias. nume. 21. Claud. Aquens. numero 10. Corn. latè consi.
3 207. colum. 5. uolum. secundo † & Alexan. consil. 37. nume. 12. uolum. 6. ubi motus per d. l. Lucius. arguit, quòd si quando à testatore fit mentio de filiis per modum conditionis, quę debet in forma specifica impleri. l. Maeuius. ff. de condit. & demonst. appellatione filiorum veniũt nepotes, multo magis si per modũ dispositionis filii fuerint vocati, prout erat in casu suo, & nostro contingit: quia testator dixit, si Iacobus haberet filios succedant &c. & sicut ibi transuersalis erat testator, sic & hic,
4 & in dicta l. Lucius. † idemq; tenet Soc. consil. 17. uol. 4. Dec. cons. 391. qui communẽ testatur, sicut & Soc. Iun. cõs. 1. nu. 36. uol. 3. plures allegans Alex. cons. 9. uol. 1. Roma. consi. 148. Cur. Iun. cons. 161. col. 2. Paris. cons. 78. nu. 10. uol. 2. Gozad. cons. 4. & cons. 59. col. 3. Rui. cõs. 101. col. 4. uol. 2. & cum praedictis etiam cõcordat Petr. Ant. Anguissol. cons. 41. lib. 6. vltimarũ uoluntatum, secutus Bartolum in d. l. liberorum, & alios ut per eũ. Menoch. cõs. 95. nu. 107.
5 † Secundò praesertim procedit haec conclusio, quando ex coniecturata mẽte disponentis apparet, quòd etiam de nepotibus senserit, ita Bal. in l. vnica. ad fi. C. de his qui ante aper. tab. Aret. consil. 145. Cur. Iun. consil. 164. nume. 5. & consil. 116. num. 12. per d. l. liberorum. uers. sed & Papinianus. ibi. Nisi uoluntas testatoris aliter se habeat, Paris. in d. consil. 78. num. 12.
6 † Sed hic extat coniectura, quòd ad hoc legatum uoluerit etiam nepotes uocare: quia non maiorem habebat affectionẽ ad filios Iacobi q̃ ad nepotes, cum nulli nati essent tpe testamẽ-

 ti

ti quam coniecturam perpendit Parif. loco citato,sed & alia subest,nam deficientibus filiis legitimis Iacobi vocauit naturales tantum,merito, ne sequatur absurdum, quod stantibus nepotibus Iacobi legitimis & filiis eius naturalibus, filii naturales nepotes legitimos excluderent, dici debet appellatione filiorum nepotes uenire, prout in hac q. considerat Alex. cons.5.col.2.uol.3.Et ex his supponitur intentionem dictarum neptum Iacobi fundari.

7 †Quibus tamen non obstantibus arbitror intrepide eam esse uanam, sicque eas nullatenus ad dictum legatum admittendas esse. Moueor ex d. l. liberorum.de uerb. sign. vbi postquam dixit liberorum appellatione nepotes, pronepotes, cæterosque descendentes ex eis contineri, subdit, quod toties leges necessarium dicunt singulorum nominibus uti, ueluti filii, nepotis, pronepotis, cæterorum ue, qui ex his descendunt, quoties non omnibus, qui post eos sunt præstitum uoluerint, sed his solis succurrere, quos nominatim eanumerent. At vbi non personis certis, non quibusdam gradibus præstantur, sed omnibus, qui ex eodem genere orti sunt, liberorum appellatione comprehenduntur. At in casu nostro testator post Iacobum præstari uoluit ejus filiis legitimis, & in eorum defectum naturalibus tantum,subiecitque quod eo decedente absque dictis filiis hæredes sui sint liberati à præsenti legato, ex quo patet, quod non omnibus, qui essent de eodem genere, præstari voluit, ergo necessaria fuit nominatio nepotum,& sic eorum,qui post filios Iacobi essent, sed eos non nominauit,sed filios tantum, & clarum est, quod non omnibus descendentibus Iacobi, & qui essent de genere suo præstari uoluit legatum: quia de liberis dixisset,& dictam liberationem hęredum non apposuisset in defectum filiorum Iacobi, ergo dici debet omnino nepotes, aut neptes dicti Iacobi in dicto legato non uenire.

8 † Secundo confirmatur. Nam testator vocauit filios. quos Iacobus haberet ex ea uxore, quam acciperet, ergo patet, quod se restrinxit ad filios Iacobi primi gradus; illi.n. tantum esse poterant tales, quod Iacobus eos haberet ex uxore, quam acciperet, non autem dicta uerba possũt uerificari in nepotibus Iacobi,& sic in filiis filiorum suorum, nam eos Iacobus non haberet ex vxore sua, sed filius Iacobi, puta Petrus

9 ex alia muliere, † & ubi testator ad filios primi gradus se restrinxit,nepotes nõ continẽtur appellatione filiorum, ut in notab. casu tradit Corn.cons.47.col.3.uol.4.& ad hoc benè facit quod dicebam, quãdo testator certos filios nominauit,nepotes non comprehendi secundum Bar.in d.l.liberorum.col.3. & in d.§.institutẽs.

10 Goz. cons.4.nu.4.† quod procedit nedũ quando testator se retulit ad certos filios expressos nomine proprio,ut Petrum & Ioannem, sed et quando arctatiuè locutus fuit,& de filiis definitẽ:ut quia dixit, filium qui mihi nascetur infra 10.menses.d. l. Gallus.in prin. ut tradit Bald. cons. 200. non continetur.uol. 4. in antiquis, Craue. cons. 98. num. 9. Cum enim uocauerit filios, quos Iacobus haberet ex ea uxore, quam acciperet, apparet, quod intellexit de certis filiis, & de illis arctatiuè locutus fuit,sic

11 ut excluserit nepotes Iacobi, † & in similibus uerbis his nostris hoc decidit Alex. cons. 56. uolum. 5. testator enim Camillam filiam in libr.800. instituerat, Guidonem ucrò filium uniuersaliter, & si d. Guido decederet nullis extantibus filiis masculis ex ipso & uxore,uocauerat piã causam. Mortuo testatore decesserat Guido relicta d. Camilla sorore, & nepotibus masculis ex ea. concludit Alex. locum esse piæ causę: dicitur enim Guido decessisse nullis relictis filiis masculis ex eo & uxore sua: quia filii Camillæ sui nepotes non sunt filii immediate ex d. Guidone & uxore sua, sed mediante Camilla & marito suo, & sic ex aliis personis, ideo tales nepotes non ueniunt appellatione filiorum. Sic ergo & in casu nostro dici debet.

12 † Nec quicquam releuat responsio, qua dicitur de filio, qui mihi nascetur infra decem menses, quod ibi testator se restrinxit ad illum tantum filium,qui infra illud tempus nasceretur; vnde nimirum si talis dispositio non extenditur ad nepotem, qui extra illud tempus nasceretur, nam & hic se restrinxit ad filios, quos Iacobus habebit ex uxore,quam accipiet. Vnde sicut in casu Bar. uerba restricta sunt ad filium certi temporis, ita hic ad filium certæ

13 personę, † & licet de vxore dictum sit ad differentiam natorum ex concubina, tamen negari non potest; quin restrictio facta sit ad personam qualificatam, sicut de filiis alterius persone non ita qualificatę uerificari non possint, & sic si de filiis uxoris Iacobi dixit, non potest intelligi de filiis uxoris alterius personę, & sic nurus Iacobi, qui nec ex uxore, nec ex concubina Iacobi nati sunt, & sic non habent illam

14 qualitatem, quam filii Iacobi † meritò appellatione filiorum nepotes hoc casu uenire non debent, ex quo in filiis expressa est qualitas, quæ in nepotibus non reperitur, ut tradit Alexan. consil. 4. colum. 3. uolum. 4. & Hie-

15 ro. Alban. consil. 4. numero 12. † Et quia de persona ad personam non fit extensio.Aret. in dicta l.Gallus.§.& quid si tantum.colum. 4. ff. de lib. & post. Dec. consil. 394. nume. 8. Ias. consil.228. uolum. 2. Alba consil. 74. num. 2. Ceph abundè consil. 210. nume. 49. Anguffolus cons.75. num. 9. lib.6. vlti.uolunt. Bursat. consil. 13.num. 17. & ita arguit in terminis hu

16 ius.q.Craue.in d.cons.98.num. 13. † ubi plus addit post Rube. consil. 31. colum. 2. ad fi. quod extensio non fit de persona ad personam etiam ex tacita & uerisimili mente disponentis, quod & amplè ponit Roland. à Val. consil. 56. nu-

17 me.24. uolum.3. † Et ista conclusio sine dubio

bio procedit quando non agitur de trahendo verbum ad sensum, quem compræhendere potest, ut per Car. Iuni. consil. 113. colum. 4. quod hic optimè dici potest, nam ista uerba de filiis habitis per Iacobum ex vxore sua compræhendere non possunt filios habitos per filios Iacobi ex eorum uxore, cum omni ex par-
18 te mutentur, & uarientur personæ, † & quòd testator in casu nostro multum restrictiuè locutus sit.

Vlterius confirmatur. Nam dixit, & casu quo dictus Iacobus acciperet vxorem, & ex ea haberet filios, pondero dictionem illam, si, quæ conditionem importat. l. qui promisit. ff. de cond. inde. l. 1. & ibi Bart. ff. de cond. & demonst. D. M. Riminal. consil. 100. nume. 34.
19 † at conditio debet impleri in forma specifica. l. qui hæredi. l. Meuius. ff. de condit. & demo. nec sufficit quòd per æquipollens impleatur, quando est uoluntaria, non autem necessaria ad essentiam actus, ut declarat Bart. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & post. Dec. consil. 63. colum. 2. consil. 89. nume. 3. consil. 290. colum. 3. Rolan. à Val. consil. 56. numer. 23. uolum. 3. Ceph. consil. 284. nume. 2. Cardin. Albanus in d. §. & quid si tantum, & in l. 1. nume. 13. ff. de uul. in lucubrationibus ad Bartol. prout fuit hæc substitutio facta Iacobo in præsenti legato, si haberet filios ex uxore: quia potuit aliter substitui, & hæc omitti, ut in simili substitutione declarat D. M. Riminal. consil. 376. colum. 2. ergo qui uolunt ad hoc legatum uenire, debent esse præcisè filii immediati ex D. Iacobo & uxore sua geniti, non autem nepotes sui.

20 Secundò accedit. Nam subiunxit testator, tunc & eo casu, quæ uerba sunt restrictiua, & impediunt extensionem fieri in substitutionibus, ut per Anch. consil. 336. ex serie testamenti, Roma. consil. 131. consil. 138. Bald. consil. 57. item instituo. uolum. 2. cum similibus, ex quibus sic arguit in q. nostra Craue. in d. consil. 98. numero 6. idemque tradit Dec. consil. 314. & consil. 332. Ioannes de Anan. consil. 66. colum. 3. & pulchrè Boer. decis.
21 28. colum. fin. † qui uult, substitutionem factã cum dictis uerbis, tunc & eo casu, dispositionem testatoris non verificari nisi conditionibus in forma specifica adimpletis. Idemque Rolan. à Val. consil. 58. numero 12. uo-
22 lum. 3. † hocque de plano procedit uerbis ita geminatis expresis, tunc & eo casu, nam geminatio solet potentius operari, Bartol. in l. cum scimus. C. de agri. & cens. lib. 11. meritò fortius impedire debet extensionem, quàm si simpliciter dictum fuisset, tunc, uel eo casu, prout ita perpendit & concludit Dec. consil. 315. num. 5. consil. 332. & Grat. resp. 124. nume. 39. uolum. 1. sicut & Rolan. à Val. consil. 56. nume. 20. uolum. 3. Bero. consil. 99. nume. 9. uolum. 2.

23 Tertiò dictus testator subiunxit (dicti filii tam masculi, quàm fœminæ succedant in præsenti Legato) considero illam dictionem, dicti, quæ est repetitiua præcedentium cum qualitatibus suis. Bart. in l. 1. §. hoc edicto. ff. de postul. Paris. consil. 74. nume. 34. uolum. 3. Soc. consil. 62. nume. 1. uolum. 4. cons. 112. nume. 13. eo. uolum. Paris. consil. 86. num. 36. uolum. 2. cum simil. per Roland. à Val. cons. 56. num. 27. uolum. 3. Ceph. cons. 171. nume. 3. Angussol. cons. 65. num. 16. lib. 6. ultima. uo-
24 lunt. † vbi dicit, quòd operatur perinde ac si nomine proprio sit facta mentio. Meritò uoluit dicere quòd dicti filii, scilicet quos Iacobus haberet ex uxore, quam acciperet, succedant in hoc legato, non autem alii aliundè nati, & ex aliis personis, prout & in simili casu arguit Paris. cons. 86. num. 36. uol. 2.

25 † Minus me monet, quod ex aduerso dicitur, mentione facta de filiis arctatiuè nepotes non contineri, quando agitur de odio & grauamine nepotum secundum Craue. in d. cons. 98. namque tantum abest, ut id Crauetta dicat, quòd immo contrarium dicit nu. 14. nempe, quòd ubi in aliqua dispositione sunt uerba restrictiua, illa restringunt dispositionem etiã fauorabilem. l. penul. C. de leg. Bald. consil. 162. in fin. uolum. 2. repetito consil. 456. uolum. 5.

26 † At quod postremò dicitur, communem Doctorum sententiam esse, mentione facta de filiis ex se natis, uel ex suo corpore, & sic arctatiuè, nihilominus nepotes contineri. Bald. in l. 2. uers. quæro quid. C. de cond. inser. & in c. 1. §. filia. de suc. feu. Ang. & Imol. in d. l. Lucius. per illum text. Ias. in d. §. instituens, nu-
27 me. 22. Cur. Iun. cons. 113. colum. 2. † Considerandum est, Bald. & sequaces loqui in terminis dictæ legis Lucius. quando substitutio facta fuerit alicui, si decesserit sine filiis ex suo corpore natis, tunc enim licèt dictio ex, denotet causam immediatam. l. ex hoc iure. ubi Bar. & alii. ff. de iust. & iur. tamen id uerum est, nisi aliud apparet de mente disponentis, ut per Imol. in l. si finita. §. deinde. ff. de dam. infec.
28 † At in dicto casu dici potest, de mente testatoris fuisse, quòd largè summatur dictio ex, & denotet causam remotam, ut ueniant etiam nepotes ad exclusionem substituti, cum non uideatur noluisse præponere alios suæ soboli. l. cum acutissimi. C. de fideic. ita tradit Capra consil. 22. colum. 3. & ante eum fuit declaratio Bald. in l. maximum uitium. C. de lib. præt. & alibi, quem refert Roma. consil. 438. in ultimo dubio, & amplè Soc. Iun. consil. 30. numero 20. uolum. 3. qui dicit hanc esse com-
29 munem responsionem. † At in casu nostro non agitur de excludẽdo aliquo substituto, sed post admissionem filiorum Iacobi ad legatum, de admittẽdis quoq; nepotibus ex filiis suis ad illud, quo casu stricta fieri debet interpretatio,

quominus admittantur, ut hæredes instituti minus intelligantur grauati. l. unum ex familia. §. si rem. ff. de leg. secundò, & ut inferius dicam latius in ultimo fundamento.

30 † Tertiò igitur, comprobatur hæc conclusio contra nepotes, seu neptes istas, de quibus agitur. Nam appellatione filiorum non ueniunt, quando dispositio facta de filiis habuit locum in filiis primi gradus, & in eis effectum sortita fuit, prout in casu nostro supponitur, ꝗ mortuo Iacobo filius suus, donec uixit, habuit hoc legatum, meritò non debet ulterius ad nepotes dicti Iacobi porrigi, ut notab. concludit Bar. in d. l. liberorum. col. pen. uers. quæro quid si in aliqua dispositione ubi concludit, quòd commissa, & semel impleta dispositione, quæ loquitur de filiis in eorum persona non porrigitur ad nepotes, allegat. l. Gallus. §. idem credendum. ff. de lib. & post. & quia uerba de primo actu intelliguntur. l. boues. §. hoc sermone. ff. de uer. sig. sed quando dispositio non fuit in filiis uerificata: ueluti quia patri prædecesserunt relictis filiis nepotibus patri, tunc dispositio locum haberet in nepotibus. d. l. Lu-

31 cius, † & istam doctrinam Bar. sequitur Alex. cons. 91. colum. 5. & cons. 105. perspectis. col. 2. uolum. 1. & cons. 11. col. 6. uolum. 3. Dec. cons. 95. col. pen. in fi. D. M. Rimi. cons. 184. nume. 40. & abundè Paris. cons. 20. num. 56. uolum. 3. ubi dicit, quòd tali casu nunquam includitur nepos appellatione filii, & cum prædictis etiam concordant Imol. Alex. Soc. & Ias. in d. l. Gallus. §. instituens. Soc. cons. 104. col. 2. uol. 3. Goz. cons. 36. col. 2. cum simil. per Ceph. cons. 16. num. 26. & hoc est etiam tutissimum fundamentum ad excludendum has neptes Iacobi à præsenti legato.

Quartò non omitto duas decis. Bal. quas in hac q. citat Alex. cons. 1. colum. pen. uolum. 1. licet in lecturis meis non reperiam, ꝗ Bald. eas ponat. Prima est in repe. legis in suis. ad fi. ff. de lib. & post. ubi distinguit inter disposi-

32 tionem legis & hominis, † & omisso primo membro, de quo non agimus, dicit in secundo nepotes appellatione filiorum non contineri, nisi sequeretur dura separatio, ut in casu. l. si uxorem. §. concubinæ ff. de leg. tertiò, & d. legis liberorum. uer. sed & Papirius, uel (ut hoc addam) nisi in casu. d. leg. Lucius. in fi. propter suadentem naturalem æquitatem, uel rationem, quæ agnatos ad hæreditatem agnatorum inuitat, ut Ang. & Imol. tradunt ibi, uel ut excludatur substitutus extraneus, nec præferatur coniuncto testatori, ut per Capr. d. cons. 22. & Roma. cons. 438. post Bald. & Alexan. cons. 1. colum. antepen. uolum. primo, Dec. cons. 95. col. fin. & Soc. Iun. in d. consil. 30.

33 nume. 20. uolum. 3. † Et ratio differentiæ uersatur inter dispositionem legis & hominis: quia primo casu consideratur significatio, seu modus significandi, secundo uerò communis modus loquendi, qualis est, quòd aliter filii, aliter nepotes appellantur, ut per glo. in §. fi.

34 insti. qui testamento tut. dar. possunt. † Secunda est decisio eiusdem Bal. in d. §. fin. distinguentis, quòd aut constat de mente disponentis, & illa debet attendi. l. 3. C. de lib. præt.

35 † aut non constat de mente, & tunc aut quærimus de significatione, aut de appellatione, primo casu per filium nepotes significantur: quia filius dicitur à philos, quod est amor, ut

36 not. in d. §. fi. † secundo casu nepos non comprehenditur: quia aliter filii, & aliter nepotes appellantur, ut ibi dicitur, & in l. quid si nepotes. ff. de test. tut. & si quæratur quod magis debeat attendi, an appellatio, uel significatio, tunc concludit Bal. ut refert Alexan. ꝗ aut uerbum filius profertur à perito uel lege, aut ab imperito, uel inter imperitos, ut ab aliquo contrahente, uel testatore, & omisso primo casu, de quo non agimus, concludit in secundo quòd attenditur potius appellatio, quàm significatio, secundum quam appellationem nepos non continetur.

37 † Quintò & ultimò confirmatur hæc conclusio quoniam in fideicommissis & legatis, quæ hæredi scripto soluenda iniunguntur, filiorum appellatione non ueniunt nepotes: quamuis enim respectu filiorum agatur de eorum utilitate, & sic uideatur hoc eis fauorabile, tamen respectu hæredis grauati est onus, & ideo potest hæres dicere non sum grauatus in hoc casu, probatur hæc conclusio per d. l. ꝗ si nepotes, & in §. fi. insti. qui testamento tut. ubi tutor filiis datus, non censetur datus nepoti; quia licèt hoc sit fauorabile nepoti, tamen est onus respectu tutoris, idque declarat Barto. in d. l.

38 liberorum, † & ꝗ tali casu, uidelicet in fideicommissis nepotes non ueniant appellatione filiorum, latè tenet Alex. consil. 1. col. 6. uol. 1. Corn. cons. 199. uolum. 2. Dicens multos Doctores Italiæ consuluisse, & secundum hanc opi. fuisse iudicatum, idemq; latè pro-

39 bat Dec. consil. 95. colum. 3. & 4. † Dicens, quòd in ista conclusione omnes conueniunt, nec ea uidetur habere contradicentes. Soc. Iun. abundè consil. 30. uolum. 3. Nat. consil. 191. nume. 10. Alba consil. 29. numero 12. Tobias Nonius latè consil. 33. nume. 22. & nouissimè tenet hoc in terminis legati Alciat.

40 resp. 479. nume. 34. † dicens quòd uidetur uerior & communior opi. & quòd licèt Alex. consil. 9. uolum. 1. consil. 26. uol. 3. & cons. 37. uol. 6. cōtradixerit, tamen loquitur in aliis terminis, uidelicet ī substitutione directa, quæ nemini onerosa est, non in fideicōmisso, quod est onus. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de uulg. & pup. sicq; declarat etiā Nonius mox allegatus.

41 † Et tenendo hanc partem nō obstant contrariam, nanque ad primum, quod fundatur in d. l. Lucius. iam patet supra responsio, quòd procedit in dispositione merè fauorabili filiis

&ne-

& nepotibus,nec alteri præiudiciali, prout est institutio,uel substitutio directa de filiis facta, puta vulgaris, de qua loquitur text. ille, at secus in obliqua,uel in legatis,quæ de manu hæredis præstantur,ut inquit Alciat.supra citatus
42 † Rursus ibi concurrebat absurdum, quòd extranei & serui substituti præferentur descẽdentibus fratris sui instituti, eo enim casu sub nomine filiorum cęteri liberi continentur ad exclusionem substitutorum,quia non est uerisimile,testatorem uoluisse præferre seruos illos suæ agnationi,arg.l.cum acutissimi. C. de fideic.ut Capra,Roma.Alex.Dec.& Soc.Iun. dicunt in locis supra citatis.
43 † Ad secundum uerò, quod in conjecturis fundatur, & circa primam de pari affectione ad nepotes sicut ad filios Iac.dico quòd illa debilis est,& non concludens coniectura in q. nostra. Nam si attenderetur, semper appellatione filiorum uenirent nepotes, & tamen hoc est falsum in plerisque casibus.Ideo Paris. citatus in dicto consi.78.signanter & cautè non illam solam coniecturam adduxit de pari affectione,sed quia de commodo puro ipsorum filiorum tractabatur,& de casu fauorabili.
44 † Secundò respondetur,quòd aut sumus in casu dubio aut claro,primo casu sumi debet cõiectura per quam grauamen & onus hæredis excludatur per doctrinam Bar. in l. cum auus. in fi.de cond.& demon.ubi dicit, quòd si testator hæredem grauauerit fideicommisso alteri dando,si decesserit sine filiis masculis & fœminis;cessabit fideicommissum,inspecto quòd habuit masculos,non autem debebitur inspecto quòd habuit fœminas,& sic reiicitur coniectura,per quam fideicommissum induceretur,& fit illa per quam cessat & excluditur fideicommissum,ut tollatur onus hæredis, sequitur D.
45 meus Rimin.consi.223.nu.56.† ubi citat etiã Cur.consi.44. nu. 22. sic arguentem. Si enim testator filiis suis substituerit aliquem,si decesserint sine filiis,non addito uerbo,masculis, sumitur coniectura, quòd uoluerit filios minus grauare.l. si ita scriptum. l. qui filiabus, & ibi Castr.ff.de leg. 1.quia substitutio fideicõmissaria dicitur onus & grauamen,meritò censetur intellexisse,si decesserint sine filiis masculis,uel fœminis,& sic quòd appellatione filiorum contineantur filiæ quoque. §.fin. inst. qui test.tutor.dar.poss.ut fideicommissum excludatur,idemque tradit præfatos non allegans Bellon.consi.7.nu.10.sed Decium consi. 465. col.3.quare sic & in casu nostro dici debet, si cum pro dubio capimus,quod uoluerit intelligere de filiis primi gradus, & immediatis Iac.non autem de ulterioribus quales sunt nepotes ex eius filiis, ut sic onus legati tollatur
46 & hæredes ab eo subleuetur. † Si uerò dicere uolumus ( ut uerius mihi quidẽ uidetur ) nos in casu claro uersari per fundamẽta huius partis,tunc cessare debet allegata cõiectura, quia in claris & certis non est locus coniecturis.l.ille aut ille.§.cum in uerbis.ff.de leg.3.D. meus Rimin.consi.203.nu.18.
47 † Tertiò coniecturę colligi debent ex eo,qđ fuit expressum à testatore, & non aliter, ut firmat Bal.in l.1. C.de his, q ante aper.tab.Soci. in l.hęredes mei.§.cum ita.col.4.uers.ex dictis tamen Baldi.Dec.consi.397.nu.6.Paris. in addi.Soc.Iun.consi.117.nu.33.uol.1.at cum nullibi testator quicquam de nepotibus dixerit, immo nec quidẽ somniauerit, quomodo dici potest ex imaginaria coniectura paris affectionis eos app.filiorum contineri,certè nullo modo.Quare cum de nepotibus non appareat de uolunte testatoris, hoc grauamen ad nepotes referri non potest,quia non sufficit testatorem sic uoluisse, nisi disposuerit.l.quidã cum filiũ,
48 & ibi Bal. & Imol.ff. de hæred.insti. † & quod testator non loquitur, uelle non præsumitur. l.1.§.sin autem ad deficientis. ubi Bald.C. de cadu.toll.& ita concludit in q.nostra. Dec. in d.consi.95.ad fin.

Quartò considerandum est, quòd cum præsumptio iuris sit, quòd testator uelit minus hæredem grauare, quàm sit posibile.l.vnum ex
49 familia.§.si rẽ.ff.de leg.2.† certè ad remouendum obstaculum istius pręsumptionis requiritur apertior probatio, ita quod coniectura nõ sufficit,tex.est quem ponderat ibi Ias.in l.si plu ribus.ff.de leg.1.uers.ex scriptura manifestissimus est,ubi quod res duobus insolidum præstetur,testator debet esse manifestissimus ex scriptura, ea ratione secundum Ias.quia uersatur grauamen hæredis,si utrique legatario cogatur solidum præstare.At hoc idem conuenit casui nostro, si uelimus legatum pręstãdum esse nedum filiis Iacobi sed etiã nepotibus suis contra præsumptionem d.§. si rem , meritò ad tollendam d.præsumptionem dicta coniectura sufficere non debet.
50 † Quõ uerò ad aliam de nepotibus legitimis Iac.& eius filiis naturalibus qui dictos nepotes excluderent si appellatione filiorum non uenirent nepotes,quod esset absurdum, & inhumanum, meritò sumitur coniectura, quòd uoluerit testator nepotes appellatione filiorũ uenire,ut sic dispositio sua conformis reddatur iuri cõmuni, secundum quòd legitimi præferuntur naturalibus tantum.l.licęt.C.de nat. lib.Aduerti debet,quòd si talis casus contigisset,videlicet quòd Iacobus decessisset relictis nepotibus legitimis & filiis naturalibus,disputari posset super dicta coniectura,nunquid esset probabilis & admittenda, prout uidemus in terminis Alex.consi. 5. uol.3. supra citato. Nam testator ibi substituerat Bartolum & Petrum,& eorum filios, de nepotibus nil dicens decesserat Petrus relictis nepotibus ex filio præmortuo,volebant filii Bartholomei pręferri,& Petri nepotes excludere,quia uocati fuerant filii non autem nepotes.Concludit Alex,

pro

pro nepotibus: quia Iniquum esset per inter-
pretationem, quod appellatione filiorum ne-
pores non uenient, auferri eis successionem,
quam lex naturæ talibus deferre consueuit.
31 † Vnde testator uidetur in dubio voluisse te-
stari secundum q successio de iure deferebā-
tur inter heredes, ut per Bar. & alios in d.S.cū
ita, at dicti nepores Petri una cum filiis Bart.
adinittebantur de iure; quia in locum patris
sui succedebant ergo. &c. sic igirur Alex. ibi
sumir coniecturam super illo casu, qui conti-
git. Ar casus supra propositus de nepotibus le-
gitimis & filiis naturalibus Iac. non euenit, me
ritò nō licer ab eo sumere coniecturam super
eo casu, qui proponitur euenisse, videlicet, q
mortuo Iacobo decesserit etiam filius suus re
32 lictis istis puellis nepotibus Iac. † quia de di-
uersis ad diuersa non fit illario. l. Papi. exuli.
ff. de minor. sed in isto casu sequirur, quod su-
pra dixi in rertia responsione primæ coniectu-
ræ, quòd ab eo quod testator non expressir nō
licer sumere coniecturam. Er ita remotis om-
nibus remanet fundata conclusio contra di-
ctas nepres, q legatū nullatenus eis debeatur.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

## Pro Eximio artium & medicinæ Doctore D. Camillo Girlinzono Carpense.

### ARGVMENTVM.

De marito petente uxorem sibi restitui, quæ aufugir ab eo, ea uerò separationem thori petente, pulchrè discutitur.

### SVMMARIVM.

1 *Vxori leges repudia concedunt ob sæuitiam viri. Canones uerò separationem thori.* 2.
3 *Vxor non est uiro restituenda si non potest cum eo tutè morari.*
*Et iudex potest eos separare.* 4.
5 *Coniunx læsus alterum pōt cohabitationē priuare.*
6 *Vxor non est restituenda uiro cautionem offerenti.*
*Non enim debet illa se committere fragilitati cautionis si odium est capitale.* 7.
*Fallit quando extant plures filij & id genus.* 41.
8 *Vxor præcisè compelli potest in unum redire cum uiro suo.*
9 *Maritus vindicare potest uxorem cum qua per plures annos habitauit.*
*Et ad id officium iudicis secularis inuocare.* 10.
11 *Vxor temere recedens à marito dicitur eū spoliare.*
12 *Maritus cauere debet uxori si timetur eius sæuitia.*
13 *Separatio thori fieri debet ex causa licita & iusta.*
14 *Vxoris iniuria grauis verborum in maritum.*
15 *Mariti sæuitia probanda.*
16 *Causa separationis thori grauis.*
*Et causa status reputatur.* 17.
*Nec nisi per doctos uiros tractanda.*
17 *Requiruntur q; testes in ea omni exceptione maiores.*
*Et ut in criminalibus.*
18 *Testes non dicuntur omni excep. maiores qui plures defectus patiuntur.*
*Et talis qualitas probari debet & articulari.* 19.
20 *Testes plures defectus anihilant & defectus enumerantur.* 21.
22 *Testibus dignioribus credendum.*
*Et deponentibus de bona fama magis quàm de mala.* 23. 27.
*Et illis qui uerisimiliora deponunt.* 24.
25 *Testes qui deponunt non uerisimile habent imaginem falsitatis.*
26 *Testes qui deponunt pro non delicto præferuntur.*
28 *Iniuria remissa censetur postea cohabitando.*
*Et dissimulatione.* 29.
30 *Marito licet uxorē verberare dicitur q; correctio.* 31.
*Cum sit in potestate uiri constituta & eius legibus alligata.*
32 *Semel malus semper præsumitur malus in eodem genere mali.*
33 *Bona uitæ & fama probatio facit cessare præsumptionem delicti.*
34 *Iniuria repellitur mentiendo iniuriantem.*
35 *Prouocatus excusatur etiam occidendo.*
36 *Honor non minus uita curandus.*
*Et infamia periculum morti comparandum.* 37.
38 *Honor est cunctis rebus præferendus.*
39 *Crudelis est qui famam suam spernit.*
40 *Vasallus feudum perdit qui uitam domini non defendit nec eius famam.*

## CONSILIVM CLXXIIII.

*Auxilium meum à Domino.*

EXIMIVS artium & medicinæ Doctor D. Camillus Girlinzonus coram Reuerendo D. Vic. Episcopatus Murinæ petiit D. Magdalenam eius vxorem sibi stitui, quæ tempore noctis aufugir ab eo sine causa, seque in quasi possessione vxoratus manuteneri, ea uero separationem thori fieri petiit ob sœuitiam uiri uerberibus & vulneribus eam ferè usque ad necem afficiendo, & in carceribus detrudendo, sic ut coacta fuerit è domo discedere, quam separarionem maritus fieri negauit, cum in eam non sœuierit, eius restitutionem petendo. Super quibus pluribus testibus hinc inde receptis, petitum fuit, ut quid sentiam scriberem. Quod onus licet arduum mihi uideretur ob testium prolixitatem, qui uelur idra plura capita, sic infinitos articulos pareret, tamen id libenter subire uolui, quod cernerem ex seriosa Clari Iur. periti D. Ioannis Silingardi narratione, doctissimique Iur. cons. domini Thomæ Plumbiui scriptis, illud ex parte leuari.

Et

1 † Et prima quidem consideratione dicen-
dum uidebatur, eam nequaquam uiro restituē
dam esse, sed potius thori separationi locum
esse debere. Si quidem de illius sæuicia, uerbe
ribus ac fractura capitis in eam per illum col-
latis, & incarceratione plures testes deponunt
ob quæ leges Imperatoriæ repudia concedunt
§. mitiores. in auth. de nup. ibi. aut gladio, aut
etiam si flagellis super ea utatur, licentiam ei
dat lex uti repudio, cui conformis est tex. in l.
consensu. C. de repud. in fin. prin. ibi si suæ ui-
tę veneno, aut gladio, aut simili modo, insi-
diantem, si se uerberibus afficientem proba-
2 uerit, tūc repudii auxilio uti &c. † quod diuor-
tiū licèt canones non concedant, tamen bene
thorum separatur ex causis, ut ibidem Cyn. &
3 Sal. dicunt. † Et de hoc est tex. quem non alle-
gant in c. literas, ad fin. de resti. spol. per quem
not. Abb. in ultimo not. quòd vxor non est ma
rito restituenda si non potest tutè cum eo mo-
rari absque periculo personæ quinimo hæc est
sufficiens causa eam remouendi ab illo, & sepa
randi matrimonium quò ad thorum, idemque
4 tradit Ioan. Andr. in c. 1. de diuort. † dicēs q
si magnum est odium inter coniuges, & time-
tur mors, & præsertim si tentauit aliqudi alter
contra alterum in necem ipsius, iudex poterit
5 eos ab inuicem separare. † immo potest pro-
pria auctoritate coniunx læsus alterum vxorio
amplexu, & mutuo seruitio, ac simultanea co-
habitatione priuare, sequitur D. Dionysius de
Franciscis consi. 58. col. 3. uol. 1. Matrimonia-
lium, & latius Paris. consi. 54. col. 2. uol. 4. & cū
prædictis etiam concordat Menochius libr. 2.
de arbitra. iud. Centuria 2. casu. 139. ubi dicit.
uirum agentem contra uxorem ad recuperan-
dam illam repelli posse opposita exceptione
sœuitię secundum Ripam, quem citat in. l. na-
turaliter. §. nihil commune. nu. 84. ff. de acqui.
poss. Corset. in tract. Regulę, quòd spoliatus.
fall. 26. seque remittit idem Menoch. ad dicta
per eum in tract. de recup. poss. remedio 1. nu.
6 320. † Et licèt ipse D. Camillus cautionem ob
tulerit vxori suæ, non tamen inde uidetur ei re
stituenda, prout tradit Bal. consi. 240. uol. 3. in
nouis dicens, quòd quādo timetur de sœuicia
mariti, non tenetur vxor ad eum redire, licèt
maritus caueat, & iuret de eam non offenden-
7 do, sequitur Crau. consi. 31. † dicens quòd ubi
odium est capitale, non tenetur, nec debet
quis se committere fragilitati cautionis, nam
hoc casu cautio sufficiens considerari non pōt.
Istis tamen non obstantibus restitutioni pe-
titę per hunc maritum vxoris suæ locus esse
debet, maritus enim fundatam habet intentio
8 nem, si petat vxorem † compelliq; debet vxor
præcisè in unum redire. Nam cum ista obliga-
tio descendat ex lege diuina & humana, pōt
quis præcisè cogi ad factum, ita tradit Abb. in
c. 1. col. 2. de spons. & in d. c. literas. col. fin. post
Card. sequitur Fely. in d. c. 1. Brun. in tract. de
spons. col. 3. & Cuman. abundè consi. 1. quos
omnes aliàs citaui latius extendens, ut uideri
potest, consi. 81. col. 3. uol. 1. matrimonialium.
9 † Quibus nunc addo, cum dubium non sit hāc
vxorem simul per plures annos cohabitasse cū
marito suo, ille potest eam uindicare adiecta
causa iuris diuini, quod ei tribuit hoc ipsum
ius agendi, ut notat Abb. & Præpos. in c. non
est. de spons. & idem notat. Abb. in c. illud, de
præsum. vbi glo. sic exponit in vers. vindicans.
10 idest petens eam in vxorem † immo etiam po-
terit ad id officium iudicis secularis inuocare,
secundum glo. quam sic intelligunt Abb. &
Docto. in d. c. non est, sequitur Didac. Coua-
ruui. in epitome 2. parte cap. 7. nu. 19. uel in-
terdictum de libero homine exhibendo intē-
tare, ut ponit Franc. Marci. q. 70. col. 2. par. 2.
11 † Confirmaturque hæc conclusio, quoniam
hæc vxor auctoritate propria ac temerariè di-
scessit è domo mariti, prout etiam sæpius ante
fecerat ipsum spoliādo, meritò ante omnia co
genda est, ut reuertatur ad ipsum c. accedens
secundo, ut lit. non cont. c. porrò. c. significasti.
de diuort. maximè cum maritus hic istud pe-
tat in processu, secundum Abb. & alios in c. ex
literis. de diuort. cum simil. per Paris. cons. 54.
12 nu. 52. & 53. uol. 4. † Idque tanto facilius locū
habere debet præstita cautione huic uxori per
hunc Maritum, quam se pręstiturum obtulit,
quando iusta subesset in ea causa timoris, ut
tradit Bal. consi. 161. Cecilia. uol. 3. quem la-
tius retuli in d. consi. 81. nu. 52. idemque tra-
dit Paris. consi. 54. nu. 35. uol. 4. dicens, quòd
si aliqua sęuitia tenetur, illi consulitur. per præ
stationem satisdationis à marito, sequitur Af-
flict. in consti. regni, legum asperitatem. Car-
rer. in pract. cri. §. circa. nu. 241. Franc. Her-
cula. ī tract. de caut. de nō offend. c. 51. nu. 31.
13 † Nec separationi thori petitæ per hanc vxo
rem locus esse debet, quia separatio thori fieri
debet, & procedere ex causa licita & iusta, ut
traditur in c. 1. & 2. de don. inter mari. & vxo.
Nec honestati conuenit, q maritus iniuria-
tus & offensus priuetur vxore simulante sœui-
ciam uiri, prout tradit Paris. loco citato num.
37. & 38. quod casui nostro bene conuenit, cū
per plures admodum testes egregios & fide di
gnos hæc vxor uerbis iniuriosis prouocauerit
hunc suum maritum, dicens ei (traditor assas-
14 sino, sbirazzo) & id genus, † Quinimo, ut de-
ponit etiam D. Ioānes Andreas Bertolaia. 11.
testis Mariti, cum hortaretur eam, ut ad mari-
tum rediret, qui ad hunc effectum se contule-
rat Mirandulam, illa dixit (sia il mal venuto, &
possilo esser amazzato) & inferius refert eam
dixisse (io non vi voglio tornare, & per non li
tornare sarò sforzata un giorno andar à tro-
uare li banditi, & farlo amazzare.) Quare ma-
xima offensa & iniuria in maritum detegitur
ex dictis testibus per hanc vxorem collata, sic
ut tanto minus ea priuandus sit, si vult ille secū
coha-

cohabitare, & ob id separationi thori per eam petitæ nullatenus locus esse debet.

15 † Et tenendo hanc partem non obstat allegata sæuitia uiri per actus superius à testibus vxoris relatos, quoniam minus formiter nec concludenter probata reperitur, ut exigunt iu
16 ra. † Causa namque separationis thori grauis est & ardua secundum Specul. in tit. de rescr. §. ratione formæ. vers. nunc ad instructionem, Butr. & Abb. in c. si pro debilitate, & in c. cau
17 sam matrimonii. de offi. deleg. † immo uerò reputatur causa status, Glo. in c. mulieri, de iureiur. Iacob. Leonissa consi. 49. num. 25. & 92. uol. 1. matrimo. & in ea requiruntur testes omni exceptione maiores, secundum glo. & Abb. in c. 1. de consan. & affi. glo. fin. in c. in literis. de testib. Andr. Sicul. consi. 45. col. 1. & consi. 54. col. 3. uol. 1. Paris. d. consi. 54. nu. 16. uol. 4. Iacob. Leonissa consi. 48. nu. 18. Io. Maria. Bucellus cons. 70. nu. 4. Laurentius de Pinu cõs. 72. nu. 5. Rube. cons. 73. nu. 12. Sigismund. Brunel. consi. 74. nu. 10. Grat. consi. 75. num. 3. Nicol. Ant. Graua. consi. 82. nu. 21. & Paul. Merenda cons. 86. nu. 4. lib. 1. matrimonialium, & cum prædictis etiam concordat Corras. lib. 3. miscellaneorum. cap. 4. qui subiungit has causas matrimonii non nisi per doctos & prudentes iudices esse tractandas. c. 1. de consan. & affi. quapropter probationes sic efficaces ad causam matrimoni probandam requiruntur, ut in causis criminalibus, ut affirmat Dec. cons. 311. col. 1. Paris. cons. 15. nu. 13. uol. 2. Soc. Iun. cõs. 86. nu. 6. uol. 2. Menoch. libr. 2. de arbitra. iud. Centu. 3. casu. 205. ad fin.

18 † At testes huius vxoris non sunt tales, sed plures defectus patiunt̃ sic, ut omni exceptiõe maiores nequaquam dici possint, iux. gl. nota. in vers. idoneos. in §. item uerborum. insti. de inut. stip. Dec. consi. 163. Abb. & doctores post Glo. in c. 1. de consang. & affi. in c. 1. post glo. de testib. & in c. at si clerici. de iud. Io. Maria Bucellus consi. 70. nu. 5. Laurentius de Pinu consi. 72. nu. 5. & latè Io. Bap. Zilletus in addi. ad eum, Nicolaus Anton. Grauatius cons. 82.
19 num. 21. uol. primo matrimonialium † tantoque magis quòd dicta qualitas non fuit per hanc vxorẽ probata, nec etiam articulata quæ fieri debebant, ut tradit Bar. in l. 1. §. si quis neget. col. fin. ff. quemadm. testa. aper. & ibi clarius per Ang. sequitur Alex. cons. 82. nu. 7. uol. 1. Dec. consi. 37. col. 4. Veronen. consi. 57. col. 4. And. Sicul. consi. 47. nu. 9. uol. 1. Soci. consi. 274. col. 12. uol. 2. D. meus Rimin. cõs. 17. nu. 16. & Soc. Iun. consi. 39. nu. 62. uol. 2. D. meus Vbert. Zucc. in l. fi. nu. 83. C. de edic. diu. Adr.
20 tol. † Atq; hinc infert, ꝙ testibus pręfatis huius vxoris nullatenus sit deferendũ, sicut. n. plura adminicula ampliant probationem, ita plures defectus eam anihilant & destruunt, ut tradit Soc. cons. 118. col. antepe. vers. postremò. uol. 1. Grat. respon. 59. nu. 49. uol. 2. Grãmat. consi. 45. nu. 22. Roland. à Val. cons. 24. nu. 61. vol. 1. & in terminis nostris cons. 27. uol. 3. ubi signanter loquitur de vxore & marito medico
21 prout in casu nostro † defectus autem rusticitatis, paupertatis, corruptionis, variationis, cõtrarietatis, correctionis, (quod execrabilius cæteris mihi uisum fuit) filiationis contra patrẽ & si quæ alia sunt, ita distinctè notant, ac referunt doctissimi duo causæ patroni Sillingardus & Plombinus, ut eandem cantillenam nõ sit operæpretium referre.

22 † Sed illud tantum addam, quòd concurrẽtibus ex aduerso testibus mariti dignioribus, magis eis credendum sit, quàm minus dignis vxoris c. in nostra, & ibi glo. Hosti. Abb. Imol. & Feli. de testi. glo. in l. ob carmen. §. si testes eod. tit. Mars. consi. 51. nu. 22. Ioann. de Amic. cons. 25. Goz. cons. 13. col. pen. Corset. in vers. testis. singul. 5. cum simil.

23 † Secundò cum deponant de bona uita & fama mariti testes sui item de pacifico & quieto illius statu, nec soliti cum aliquibus rixari, magis utique credendum est illis deponentibus illum esse bonum, quàm testibus vxoris asserentibus illum esse malum, quatenus audent dicere, quòd vxorem uerberauit, Fely. in c. fin. de præscr. col. 3. Craue. consi. 8. col. 2. cons. 75. col. 5. Grat. respon. 6. col. 4. uol. 2. & nouissimè Portius Imol. conclu. 20. lib. 2.

Tertio, cum deponant testes mariti bene & amanter vxorem tractasse, eamque sæpe fugiẽtem medio amicorum & ipsorum testium rogasse, ut ad eam redire uellet, non uidetur usquequaque uerisimile, quòd eam uerberibus, vulnere & id genus eam sic malè tractauerit, ut impudenter filius cæterique testes vxoris conãtur asserere, maximè uerò nulla causa præuia,
24 prout dicunt, † testibus enim deponentibus uerisimilia magis credi debet, quàm non deponentibus uerisimilia, Glo. Ioan. And. Abb. Imol. & Fely. in d. c. in nostra, Imol. & Fely. in c. Auditis, de præscr. Rui. cõsi. 67. col. 1. uol. 1. consi. 71. col. pen. uol. 2. cũ simil. ab illo Portio conclu. 23. col. 2. lib. 2. Ang. de Vbald. Iunior consi. 44. nu. 53. & Iaco. Leonissa consi. 51. nu. 12. sicut è contra deponentibus non uerisimilia non creditur, Iacob. Leonissa cons. 49. nu. 57. Alex. à Scala consi. 56. nu. 10. Grat. cons. 75. nu. 14. Nicol. Anto. Grauatius consi. 82. nu. 47. & Paul. Meren. consi. 86. nume. 25. addens quòd sunt de falso suspecti, & omnes habentur
25 in primo libro matrimonialium † immo quod asserunt aduersarii testes, utpotè non uerisimile, habet imaginem falsitatis. Bal. in l. 1. col. 3. C. de ser. fug. Dec. cõsi. 100. col. 4. in fi. Boer. cons. 40. nu. 48.

26 Rursus & quartò. † cum deponant pro nõ delicto testes Mariti deponentes ut supra, & etiam quòd non uerberauit vxorẽ, inter quos est unus filius & uicini, qui uerisimiliter nota solent habere facta uicinorum, iux. not. in l. 1.

ff. si

ff.si cert. pet. vtique præferendi sunt testibus vxoris stantibus pro delicto, ut per Veronen. consi.60.col.3.Ciuilium & cons.1.crimi. Portius loco citato,conclu.17.

27 † Tantoque magis,& quinto loco ruere debet dicti testes,quos in aliquibus ex dictis defectibus impugnat Paris.in d.consi.54.nu.25. cum sequentibus, quòd ut in casu suo testes mariti probant bonam uitam & famam illius, bonamque societatem erga ipsam,quandiu stetit in eius domo,& antequam inde aufugisset, quibus testibus ut domesticis, & de gestis in domo credi debet,ut latius ibi deducit Paris. nu.30.cum sequentibus.

Sed ulterius concedamus (sine tamen ueri, iurisque preiudicio) quòd uera dicerent testes aduersæ partis,& illi fidem facerent, tamen aduerti debet,hãc vxorem non posse obtinere.Volunt enim aliqui testes,quòd ipsa iã quinq; annis,tribus,uel quatuor fuerit à marito uerberata; primus enim de quinq; annis deponit, sextus de tribus aut quatuor, Octauus de longè pluribus, Io. de Guanzis de quinq;, & id genus,nec tamen statim quòd passa fuit hanc iniuriam,eam ad animum suum reuocauit

28 † meritò remissam iniuriam simul habitando cum marito, postea penitendo recolere nõ potuit & inde ad separationem agere. l. non solum.§.1.ff.de iniur.Specul.eod.tit.§.1. in fi. idem planè dici potest, si consideramus alios testes de duobus annis,aut vno transacto, quibus dicunt eam fuisse percussam, debuit enim statim agere,non autem in annum & ultra differre.

29 † Iniuria enim dissimulatione aboletur ut in d.§.1.dicitur.

Et tenendo hanc partem non obstant contraria,namque ad primum,quòd ob sœuitiam uiri,licita sit separatio thori per uxorem petita primò respondetur,quòd legitimè non probatur,secundò quòd iniuria fuit remissa, nec ulterius reuiuiscere põt agendo ad separationẽ

30 prout ex prædictis apparet † tertiò quod licitum fuit ipsi marito vxorem uerberare,ut eam (si fieri posset) corrigeret.c. quemadmodum. & ibi tradit Abb.de iureiur. Ias. in l. miles. §. qui iudicati.ad fi.ff. de re iud.& Paris.in dicto

31 cõs.54.nu.33.qui alios citat,ut per eũ.† immo ex uerberibus mariti collatis in vxorem non dicitur probata sœuitia, sed correctio, ut tradit Bal.consi.176.col.2.uol.1. quam correctionem competentem maritus vxoris facere potest.l.1.§.si quis autem. C. de emend.propin. Rol.à Val.consi.27. nu.13.uol. 3. & prior eo ponit Signor.de Homod.consi.63. nu. 1. ex l. si adulterium.§. Imperator. ff. de adult. Alex. consi.115.nu.2.vol.4.Alciat.in tract. de præsum.reg.1.præsum.3.Dec.in l. ut uim. nu. 22. ff.de iust.& iur.nam mulier in sui uiri potestate constituta est & eius legibus alligata, ut multorum auctoritatibus probat Tiraquell.de legib.Connub.leg.1.nu.8.& 12.Menoch.de arbitra.iud.dub.2.Centur.4.casu.364. num. 8, & 9. quartò, quia quemadmodum uidemus ut inquit Franciscus de Guidonibus secundo loco examinatus,maritus iste semel ualde patiens fuit & modestus priusquam percuteret vxorem hanc,nam salutauit eam,& illa murmurando ad rem non respondit, sed ei cepit impropria dicere,quòd meretrices domi teneret quòd esset traditor & assassinus, & ulterius se ad faciem uiri cum manibus traxit.Vnde coactus nec potens aliud facere, postquam uerba pacifica per eum prolata non iuuarunt quicquam,eam uerberauit,ita pariter aliis uicibus ante uel post,quibus testes dicunt eam fuisse verberatam, præsumi debet ob contumelias & iniuriosa uerba sępius in eum prolata per eam ut dicunt testes ipsius uiri, eum compulsum

32 fuisse ad eam uerberandam, † sic enim semel malus semper præsumitur malus in eodem genere mali.c.semel malus.& ibi Dyn. & alii de reg.iur. in sextò, pariter semel bonus semper præsumitur bonus in eodem genere boni, ut contrariorum sit eadem disciplina.l.fin. §. con

33 tra quoq;. ff.de leg.3.cum uulgari.† Idque tãto magis procedere debet facta probatione bonæ uitæ, conditionis & famæ dicti mariti, quoniam per eam cessat præsumptio delicti,ut tradit Bal.in l.1.C.locat.Crauc.consi.31.nu. 9.& consi.65.col.fi.cum simil.à me latius cumulatis in d.consi.81.uol.primo matrimonia-

34 lium † Et posito quòd dici posset dominum quidem Camillum dicere potuisse vxori suæ iniuriam improperanti,quòd mentiretur & sic dictam iniuriam tollere, & purgare, ut per Bar. in l.quæ omnia.ff.de procur.Castr.Alex.& alii in l.si.ff.quod quisque iur.Butr.cons.4.nu. 29. Soc.Iun.consi.122.uol.2.Fely.in c. dilecti, nu. 2.de excep.& Dec.consi.487.nu.5.non autem

35 eam percutere,† tamen saltem uerum esset, cum uerbis & cõtumeliis prouocatum saltem ex parte excusatum,quamuis vxorem occidisset,nedum uerberasset, quod minus est, ut per Angel.Aret.& Augusti.de Arimin.in tract. de malefic.in glo. & uerba contumeliosa. Gram. consi.29. uoto 23.Carer.in pract.crimin.§.circa nu.102. & Marsil. practi. crimin.§. quando

36 nu.62.† non minus enim honorem curare debemus, quàm uitam, secundum Alexan. in l.si uictum.col.2.de re iudic.& in l.sæpe.num. 10. eod.tit.ubi post Bal. quem citat, inquit idem esse iudicandum de infamia quòd de pœna

37 corporali, † & periculum infamiæ periculo mortis æquiparandum esse. Et sicut honestum est defendere uitam propriam sic & honorem per ea quæ tradit Iacob. Nouell. in reg.12.suæ

38 praxis crimin.Cephal.consi.295.nu. 20. † honos enim est cunctis rebus præferendus. Grãmat.decis.98. nu.3.nedum diuitijs.Corn.cõs.

39 162.nu.22.uol.1.† Vnde crudelis ille dicitur, qui famam suam spernit. c. nolo.12.q.2. Grã-

40 matic.consi.19.nume.32.† Et ex his illud est constitu-

constitutum,quòd sicut Vasallus feudū amittit,qui non defendit uitam domini, pariter illud perdit:quia non defenderit eius famam. And.Sicul.in addi.Bal.in c.1.quib.mod.feud. amit.Cephal.consi.39.nu.40.

Quare non potest esse locus ordinario remedio separationis thori,sed mitius agendum quàm quòd vxore penitus priuetur, maximè præstita cautione per eū oblata,cum potissimè nō constet de tanta eius sœuitia, ut per cautionem vxor tuta esse non possit.d.c.literas,ad fi. nec enim gladio aut veneno eā prosequutus, est,bonamque uitam & famam suam probauit,
41 † pluresque filios habet, qui mēdici remanerent,si delinqueret,& ob id bona sua publicarentur,& eos ac agnatos in angustias bonorū & honoris poneret, quibus stantibus præsumi non debet, quòd vxori sit nociturus, ut alibi tradit Alba consi. 46.col.2.& in terminis nostris dixi in d.consi.81.col.pen.Ex quibus concludo hanc vxorem uiro restituendam.

*Hippolytus Rimin.Ferrar.*

## Pro Curia contra Reum execrabilē.

### ARGVMENTVM.

Conuictus probationibus negans in tormentis,an & quando condemnari possit.

### SVMMARIVM.

1 *Reus si negat in tormentis condemnari non potest ex probationibus quibus conuictus erat.*
*Sed contra si plenè fuerat probatum crimen. 13.*
*Maximè si Curia protestata fuerit super probatis se non inquirere. 19.20.*
*Idem si crimen plenè probatum non fuit sed plures præsumptiones concurrunt aduersus reum. 23.*
*Ac saltem ad triremes condemnari debet omissa pœna mortis ordinaria. 36.*
2 *Testes duo de uisu sufficiunt ad condemnationem.*
*Et in quocunque actu grauis præiudicij.*
3 *Mulieres admittuntur in criminalibus ad offensam quando ueritas aliter probari non potest.*
4 *Consanguinei non admittuntur in criminalibus ad offensam.*
*Sed ad defensam sic.*
5 *Inimicitia cōtrahitur ex offensa facta cōsanguineo.*
*Iniuria facta uni de familia facta censetur toti familiæ.*
7 *Testes qui plures defectus patiuntur non admittuntur etiam in subsidium & quando admittuntur testes inhabiles tantum qualemqualem faciunt probationem. 8.*
9 *Indicia plura delicti recitantur.*
0 *Condemnari quis non debet ex indicijs licet indubitatis. & est communis. 11.*
*Nisi tamen plura sint. 35.*
12 *Probationes imperfectæ non coniunguntur in criminalibus.*
13 *Delictum plenè probatum nō purgatur per torturā.*
*Veronensisq; in hoc damnatur. 14.*
14 *Grammaticus in intelligentia legis qui sententiam C.de pen.hallucinatus. 15.16.19.*
17 *Baldus in c.ad nostram,de proba.declaratur. 18.*
20 *Cautela quòd Curia protestetur se super probatis nō inquirere nec torquere, & ita seruatur. 21.*
22 *Confessio maior est quolibet publico instrumento.*
23 *Præsumptiones plures coniunguntur ad plenam probationem etiam in criminalibus. 26.*
24 *Fama cum uno teste non coniungitur ad plenam probationem in criminalibus. 29.*
*Secus si subsint alia coniectura. 25.26.*
27 *Præsumitur reatus ex pluribus præsumptionibus.*
28 *Leges exclamant contra solitum.*
30 *Tullius reprehensus relatus in Glo.in l.edictum.ff. de quæst. 31.*
31 *Confessio in tormentis non nocet, unde requiritur ratificatio. 32.*
33 *Testis consanguineus admittitur si non opponatur in personam.*
34 *Tacens in iudicio cōsentit etiam in præiudiciū suū.*
35 *Testes inhabiles admittuntur eo consentiēte de cuius præiudicio tractatur.*

### CONSILIVM CLXXV.

*Auxilium meum à Domino.*

HIC Reus per Curiā inquisitus de homicidio mulieris per eum cōmisso in domo non uidetur condemnari posse, posito quòd esset conuictus,ut supponit Curia,
1 † cum enim sępius tortus in negatiua perseuerauerit,& constans fuerit,probatio licet plena sublata uidetur uelut nō uera, ut tradit Alber. & Mars.in l.edictum. ff. de quæstio. Veronens. consi.32.col. pen.Marsi. in pract.crimin.§.nūc uidendum. nu.26.& §. quoniam, num. 40. & sing.262.Gramm. consi.64. col. pen. & uoto secundo col. 2. Ioann.de Arnono sing. 98. & Bossius tit.de confess.num.28.Carer.in pract. crimi.super l.obseruare curabis. C. quor. app. sub nu.188.col.fin.

Secundò,quia plenè conuictus non uidetur licet aduersus eum deponant duo testes de ui-
2 su † qui solent sufficere. l. ubi numerus. ff. de testi.etiam in quocunque actu grauis præiudicii. c. quoties. ubi Abb. & Felyn. de testib. & in terminis nostris Gramm.consi.67.nu.13.& Carer.loco citato nu. 162. quoniam dicti testes sunt duæ mulieres soror & neptis occisæ, quarum prima qualitas licet non uideatur
3 impedire testimonium suum † quoniam mulieres admittuntur in criminalibus ad offensam, quando ueritas aliter haberi non potest nec de facto seruatur, quòd repellantur : quia habet æquitatem,ut tradit Io. Andr. in addit. Specul.de teste. §.1. sequitur Alex. consil. 23.
4 col.4.uol.2.Grām.cōsi.12.col.2.ad fi. † tamen

secunda

secunda qualitas dupliciter impedit, primò quoniam consanguinei non admittuntur in criminalibus ad offensam rei, licet ad eius defensionem sic. Bal. & Salyc. in l. parentes. C. de testi. Alex. consi. 5. uolum. 1. Dec. consi. 133. & Gramm. d. consi. 12. nu. 19. Marsf. consi. 31. nu.
5 13. † secundò quia cum affirment hunc reum vulnerasse dictam mulierem sororem, & matertera earum respectiuè præsumitur inimicitia contracta cum eis ex dictis vulneribus, naturalis enim ratio suadet, ut inter offendentem affinem meum & me oriatur odium & inimicitia. Et ista patet ad oculum apud quemcunque prudentem, & cũ sint naturalia non egent probatione.
6 † Comprobatur tamen, nam iniuria facta uni de familia censetur facta toti familiæ Bar. in l. cum scimus. C. de agri. & censi. libro 11. Bart. & Alexan. in addit. in l. lex Cornelia. in prin. ff. de iniur. meritò dictæ mulieres uelut inimicæ præsumptæ dicti rei sunt reiiciendæ, iuxta Alex. in c. repellãtur in c. cũ P. & G. c. cum oporteat, de accusatio. sicque Marsf. concludit in terminis in d. consi. 31. nu. 14.
7 † Hinc que descendit aliud, quòd cum plures defectus patiantur, ut quòd mulieres sunt consanguineæ & inimicæ non admittuntur etiam in subsidium. Barb. consi. 65. col. 4. uol. 4. Marsil. consi. 102. col. fin. Grammat. consi. 45. nu. 23. D. meus Cattus consi. 99. nu. 26. uol. primo crimi. & ego dixi. consi. 106. nu. 18. eod. uol.
8 † Prçterea quando sumus in casibus in quibus testes aliàs inhabiles admittuntur, ut quia ueritas aliter haberi non posit tamen non admittuntur ut plenè probent sed ut qualemqualem probationem faciant, glos. est in l. etiam matris. ff. de probatio. Butr. consil. 24. Gramm. consil. 59. col. fin. Alex. consil. 64. col. pen. uol. primo cum simil. per Carer. loco citato sub nu. 165. col. 4. & aliàs ego dixi in dicto consi. 106. nu. 18. uol. 1. crimin. & nunc addo Rolan. Vallen. cõs. 3. nu. 50. vol. 3. qui me benignè citat in allegato meo consi. 106. nu. 18.
9 † Nec insuper ei nocere uidentur indicia plura, de quibus alii testes deponũt, ut quòd alios requisiuerit ad interessendum cum eo pro occidendo d. mulierem, sæpius ante domum dictæ mulieris ab uno angulo ad alium uiæ pertransiret ante illius occisionem nec post eius mortem uisus unquam fuerit; quòd quando fuit occisa, puella paruula eius filia dixit, quòd eius mater occisa fuerat à quodam unam dumtaxat manum habentem (qualis hic reus est) quòd die secutæ occisionis dixit nonnullis mulieribus si uellet emere ligna quędam ab igne, quare uolebat abire. Quòd alteri cui suadebat, ut esset cum eo ad occidendum mulierem præfatam, ostendit hic reus domum, in qua illa stabat, dicendo quòd erat facillimum eam occidere. Quòd eius concubina dixit hunc reum cum difficultate Birruarios euasisse, quòd eum fuerant insecuti: quia occiderat quandam mulierem, & quòd eius uestis erat aspersa sanguine, & id genus, de quibus in processu con-
10 stat. † Quoniam proditũ est, quem condemnari non posse ex indiciis licet indubitatis, ut uoluit Albert. Gandi. in tract. malef. rub. de pręsumpt. & indic. indubi. concludens circa fi. quòd omnes doctores, qui erant Bononiæ suo tempore, & etiam alibi dixerunt & conclu serunt pro hac parte, & se ita uidisse practicari, sequitur Castr. consi. 197. uisa inquisitione in antiqu. dicens se quędam defendisse à poena capitali, contra quẽ erant indicia ita fortia & indubitata, quòd animus & intellectus non poterat credere, ꝗ alius fecisset illud homicidium, quàm ipse, idemque tradit Veronens. consi. 6. col 3. & plures alii quos citat Marsf. in l. repeti. nu. 20. ff. de quæstio. qui idem tenet in rubrica de probat. nu. 227. & pręter eum plures allegat Boer. decis. 164. Ias. consi. 111. nu. 4. uol. 1. & consi. 177. uol. 4. Dec. consi. 615. nu. 10. Grammat. consi. 13. nu. 37. Lancell. Corad.
11 in breuiario suo tit. de falsa. nu. 38. † Anch. iuni. q. sua familiari 71. nu. 18. ubi communem testatur, sicut & D. Iulius Scarlatinus cõsi. 120. Tomo primo crimi. Nec coniungi possunt ad unam plenam probationem faciendam dictæ mulieres consanguineæ de uisu cum cæteris
12 indiciis, de quibus alii testes deponunt. † quoniam in criminalibus probationes imperfectæ non coniunguntur, ut fama cum uno teste, & id genus gl. in c. ueniẽs. primo de testi. Bald. in l. si quis ex argentariis. §. 1. & ibi cæteri. ff. de iden. Alex. consi. 142. quoniam abundè. col. 1. uol. 2. Dec. consi. 133. nu. 3. & consi. 429. nu. 9. D. meus Rimin. consi. 6. num. 19. & Marsf. in l. de minore. §. plurimũm. nu. 6. ff. de quæstio.

Istis tamen non obstantibus cogor ob immanitatẽ sceleris huius rei, qui mulierẽ prægnantem, & à qua nullam iniuriam, uel offensam receperat, interemit pręter morem meum insurgere, ne tantum crimen impunitum rema
13 neat. Moueor. † nã aut tenemus delictum plenè probatum esse, illumque conuictum esse & nihil opitulari sibi potest torturã, in qua negando perseuerauit. Nam per eam delictum non fuit purgatũ, ita Castr. in l. si quis in hoc genus. C. de epis. & cleric. Alberic. in rubrica. C. de quęstio. col. 2. Bal. in c. ad nostram. ad fin. & post eum Fely. de proba. Marsi. sing. 108. Paris. de Put. de Syndic. in vers. quidam latro. Carer. in d. l. obseruare. nu. 160. & Gramma. consi. 12. num. 24. qui pasim mouentur per l. qui sententiam. C. de pęn. ubi conuictus testi-
14 bus licet negans condemnatur † & non dicit Gramma. Verorensem in dicto consil. 31. malè consuluisse, & contra casum d. legis, qui sententiam, & licet idem Gramm. decis. 8. colum. 2. taxet Marsf. in d. sing. 108. dum uoluit conuictum per testes, & tortum perseuerantem in negando posse condemnari ad mortẽ, quia (salua reuerẽtia) nec tex. in d. l. qui sententiã

nec

nec Bal.nec Paris de Put. id dicunt, sed tantũ
15 quòd poterit damnari † non tamen aliquis eo
rum dicit,quòd ordinaria pœna mortis, & sic
seruari debet opinio Alber. & sequacium, ꝙ
eneruatæ sint uires probationis per torturam.
16 † Attamen errat Gramm. (meo iudicio) quia
tex.in d.l.qui sententiam,loquitur de capitali
sententia,per quam mors infertur, ut per Glo.
quam ferri negat,nisi in sponte confessum,aut
conuictum, sic ut uix ea quæ commisit nega-
17 re sufficiat.† Item Bal. in d.c.ad nostram,dicit
quòd licet reus perseueret semper in negando
si tamen est probatum crimen per testes,debet
condemnari,dum tamen sit plenè probatum.
Considero primùm quòd loquitur de negan-
te etiam in tormentis, cum simpliciter loqua-
18 tur † secundò quòd intelligit de condemna-
tione ordinaria delicti, patet ex sequentibus,
nam dicit,aliàs esset opus, quòd confiteretur
saltem per tormenta, perseuerando in confes-
sione,sed hoc casu sine dubio condemnaretur
ordinaria pœna, ergo & in præcedenti, & ita
pariter Paris de Put. intelligi debet per d. l. q.
19 sententiam, qua mouetur. † Vnde declaratio
Grám.corruit in d.sua decis.8.à quo quoq; re
cedit Iul.Clar.in pract.crimi.§.fi.q.64.col. 14.
Hęcque conclusio de plano procedit in hoc
casu stante protestatione Curiæ, ꝙ super pro-
batis non intendebat eum torquere, sed ad
20 cuius instantiam id fecerit,& de sociis † nam
tali casu negatiua & perseuerantia in ea nihil
opitulatur, Alber.in dicta rubrica. C. de quæ-
stio.col. 2. Veronens.d.consi.32.col.pen. Boss.
21 in tit.de senten.nu.70.† ubi testatur quòd ita
uidit seruari. Carer.loco citato, dicens quòd
malitiosi iudices protestari solent, quod po-
nunt reum ad torturam propter socios & man
datores, & non propter se, & hæc conclusio cõ
firmatur optimè,nã uidemus, quòd licet aliàs
quis non sit tradendus quæstioni quoties cri-
men oppositum liberè fatetur,& agnoscit,aut
profiteri promittit citra cruciatum, tamen
si intentati criminis alii cum ipso participes
& socii fuissent, tunc ad eos prodendos quæ-
stione adigẽdus est,si aliàs ꝓdere nolit.l.si cu-
ti.C.de quæstio. iuncta glo.in uers. conscien-
tia. Fran.Brun.in tract.de indic. & tortur.q.3.
primæ partis. uers. quæro an mendacium, &
Iodoch.in Enchiridio suo rerum crimin. cap.
22 35.nu.8.† quod sic seruatur & licet in propria
confessione rei de crimine patrato, quę maior
est quolibet publico instrumẽto, & quibuscun
que depositionibus testium, Bal.cons.192.pro
ponitur, quòd in qualibet ciuitate.col.2. uol.
2. Crauet.consi.61.nu.3. pariter & stante pro-
batione testium dę delicto seruari debet.
23 † Aut uerò tenemus delictum non esse
plenè probatum, nec istum reum plenè con-
uictum, nihilominus cum proponatur hic con
currere plures pręsumptiones & coniectu-
ras manifestas præter illos duos testes de ui-
su, quas supra retuli, si non omnes saltem pro
parte, certè coniungi debent ad plenam pro-
bationem cõficiendam, licet in criminalibus
simus, ut tradit Domini. in c. 1. §.& quia, in
24 glo. manifestos. de usur. in sexto. † ubi dicit, ꝙ
licet fama cum uno teste non coniungatur ad
faciendum plenam probationem in crimina-
libus, per glo. in d. c. ueniens primo, de testi.
25 † tamen si aliæ subsint coniecturæ, per unum
testem etiam in criminalibus plena probatio
habebitur, quo fit, ut tanto magis per duos
in casu nostro,& hoc idẽ expressè tenet Bal.in
d.l.si quis ex argentariis.§.primo,ubi dicit, ꝙ
in causa criminali sufficeret unus testis de ue-
ritate, duo de fama & duo de iudicio, idemq;
tradit Aret.in d.c.ueniens,col.7.& consi. 13.
col.6.quos omnes sequitur Dec.cons.163.col.
pen.quibus addo Ang.Aret. consi. 71. col. 6.
26 Tomo primo crimin.† ubi concludit, ex plu-
ribus præsumptionibus simul in eo casu con-
currentibus unam integram probationẽ fieri
licet in criminalibus simus, citat Bart. in l.pri-
ma §.idem Cornelio.ff.de quæstio. ubi per il-
lum tex.id notat. & plenius post eum confir-
27 mat Mars.† quando enim tot præsumptiones
concurrunt etiam si criminaliter agendum sit,
Reatus præsumitur, ut tradit Bal. consi. 364.
quia quæstio.col.2. uol.3. Craue. consil. 134.
nu.39.& dixi consi.128.ad fi. Tomo primo cri
min. tantoque magis iustificatur hæc conclu-
sio quòd inquiritur hic contra hunc Reum si-
nistra manu carentem medio iustitiæ, quia uo
luit cum aliis quibusdam in pręteritum quen-
dam occidere, prout in suis constitutis confes-
28 sus fuit.† Vnde cum solitus fuerit similia cri-
mina committere,& in solitum canones & le-
ges exclamãt, & pœnæ semper aggrauãtur, &
29 faciunt magnum indicium † igitur ex pluri-
bus indiciis,& præsumptionibus simul iunctis
etiam diuersę speciei fieri debet plena proba-
tio, ita singulariter determinat Ludouicus de
Alferiis cons.143.col.2.1.Tomo crimin.quod
multũ hic ad rẽ deseruit ex qbus apparet homi
cidii pœnã cõtra hũc Reum iure infligi posse.
30 † Et tenendo hanc parte non obstant con-
traria, namque ad primum responderur, quòd
illa doctrina Alberi.in d.l. edictum, fundata re
peritur in quadam glo. ibi posita mota aucto-
ritate Tullii dicentis in Topicis, quòd tormen
tis, uerberibus, seu igne fatigati quæ dicunt
ueritas ipsa dicere uidetur, qui tamen nihil al-
legat, ut perpendit Veronens. in d. consi. 32.
31 col.pen.in prin.† Quinimò manifestè conuin
citur, quoniam secundum eã sequeretur, quòd
confessio facta in tormentis, uel metu tormẽ
torum noceret confitenti, & ex ea confessus
posset condemnari, si quæ dicuntur in tormen
tis ueritas ipsa dicere uidetur, cuius tamen op
positum tenent omnes, & imprimis Gand. in
rub. de quæst.col.3. Bonifac.in rub. quę debe.
præced.tortu.col.2.Bart.in l. 1. §. diuus.ff. de
quæstio.

quæstio. & infiniti propemodum cumulati per Carer. in d.l. obseruare, nu.172. Marsi. cōs.88.
32 num.18. cum simil. † Et ideo requiritur ratificatio per vnam saltem diem & noctem post tormenta, vt per Gand. loco citato Bonifac. in tit. de perseuerantia. Ang. de malefic. in ver. fama publica. Carer. loco citato, nu.173. col.3. Alex. cons.99. vol.3. & Ioan. Claud. cons.101. col. fin. vol.1. crimin. Et quemadmodum dubitari potest reum in tormentis confiteri, ne rursus crucietur, non autem pro veritate, sic dubitari potest reum in tormentis negare, ne decapitetur aut suspendatur, & ita quòd velit potius tormenta pati negando veritatem, quàm eam confitendo pati supplicium mortis, quæ est vltimum terribilium, meritò patet Tullium sine lege, & ex capite locutum fuisse.
33 † Ad secundum circa duos testes de visu, qui sunt mulieres consanguineæ, & inimicæ præsumptæ, & ob id nec in subsidium admittuntur, responderi potest quò ad sororem mulieris occisæ, quòd quādo reum recognouit pro eo, qui suam sororem occidit, ille non impugnauit eius personam, sed dictum, dicens (*questo non si trouerà mai*) præterea non caret ille scrupulo præsumptæ malitiæ, quia bis interrogatus, vbi erat tunc temporis, quando mulier illa fuit occisa, respondit, (*io non sò oue mi fusse*) cum bene verisimiliter id scire credendum sit. Quò verò ad neptem, quæ pariter eum recognouit pro eo, qui dictam mulierem vulnerauit, nil ille dixit, & ita tacitè dicto suo acquie-
34 uit nedum personæ suę, † & quia præsens & tacēs in iudicio præsumitur consentire in his, quę tendunt in præiudicium suum, si non expressè contradicit, vt tradit Guliel. de Suzar. in l. licet. C. de procurat. Bald. in l.1. ff. de nego. gest. sequitur Alexand. in l. sæpe. ff. de re iud. & post eum Ruin. in l.1. colum.1. ff. de verbo. obligat. meritò sequitur, quòd ex quo reus hic consensit, dictas mulieres examinari, vel receptas esse contra ipsum, debent admit-
35 ti: † quia testes inhabiles & crimine notati, quando veritas aliter haberi non potest, admittuntur consentiente illo, de cuius prędiudicio tractatur, vt notat Felyn. in c. fin. post med. de testib. cogend. quem pro singu. refert & sequitur Boss. de indiciis & consid. ante tortur. nume.169. Vnde remanet, quòd illi duo testes saltem faciant illam qualem qualem probationem, & iuncti cum pluribus aliis indiciis, plenam, quę ad condemnationem sufficiat.

Atque hinc respondetur ad vltimum, neminem damnandum esse ex indiciis licet indubitatis, id enim procedit, nisi plura sint præter testes de visu, vt supra dixi post Dyn. Aretin. & Dec. quod hic verificatur, & ideo pœna ordinaria locum habere potest. Et licet hæc de iure vera sint, si tamen curia velit in mitiorem
36 partem inclinare, † poterit hūc reū per quoddam tempus ad remigādum in triremibus cōdemnare, prout sic in conuicto testibus & indiciis indubitatis & in tormentis negante cōcludit Grammat. decis.8.42. & 96. licet priore loco dicat magnam Curiam de triremibus ad vitam iudicasse. sequitur Fab. Monteleoneus in sua praxi arbitrali, parte 4. nu.29. & ita concludit in Curia sua Senatum seruare solitum Iulius Clarus in allega. quæst.64. col.13. sic & Boss. in tit. de inquisit. num.30.

*Hippol. Riminal. Ferrar.*

## Pro nobilibus fratribus de Riminaldis.

### ARGVMENTVM.

De filia vasalli non admittenda, cui data fuerat licentia disponendi ex vltima voluntate pro libito, posteaquam decesit intestatus.

### SVMMARIVM.

1 *Disponendi facultas si cui data sit. Satis dicitur disposuisse moriens intestatus.*
*Cuius rei dantur exempla.* 2. 3. 4.
*Secus dicēdo de dispositione ex vltima volūtate.* 25.
*Non autem simpliciter.* 29.
4 *Succedere dicitur quis ex voluntate alterius qui ab intestato venit.*
*Quod in dubio procedit secus dicto, quòd quis succedat ex vltima voluntate.* 39.
5 *Intestatus decedens tacitè dicitur testari.*
6 *Disponere valens de feudo potest de illo disponere in fœminam agnatam.*
7 *Voluntatis mentione non solum sufficit vera, sed etiam tacita & præsumpta.*
*Sed contra per auctorem.* 41. 42.
8 *Alienandi facultate concessa continetur alienatio ex vltima voluntate.*
*Fallit expressa venditione.* 43.
9 *Alienatio ex vltima voluntate dicitur necessaria.*
10 *Alienatio per successionem intestati dicitur præsumpta.*
*Quod in dubio procedit aliàs secus.* 48.
11 *Dispositum in casu vero locum habet in tacito & præsumpto.*
11 *Statutum quòd vxore præmortua maritus lucretur dotem habet locum etiam in dote præsumpta, nedum verè data.*
12 *Extensio fit in contractibus de casu vero ad fictum quando est eadem ratio.*
*Et quando non sit eadem.* 49.
13 *Filia petens inuestiri, si negetur potest appellare.*
*Quod procedit si dominus alteri sit feudum concessurus. Secus si velit id pro se retinere.* 50.

14 *Filiorum masculorum appellatione filia non continetur, nec eius filius.* 17.
15 *Verbum masculis, conuenit viris.*
16 *Filiorum masculorum appellatio facta dicitur ad conseruandam agnationem.*
18 *Agnatio per fœminas non conseruatur.*
19 *Filia dicitur agnata.*
20 *Inuestitus de feudo pro se & filijs simpliciter intelligitur de masculis.*
21 *Feudum concessum pro se & hæredibus ad masculos restringitur.*
*Sicut concessum generi.* 22.
23 *Emphyteusis concessa pro se & filijs de masculis intelligitur.*
24 *Dispositio loquens in genere masculino non comprehendit fœminas stante statuto fœminarum exclusiuo.*
25 *Intestatus decedens non dicitur expressè testari, sed tacitè.*
*Quod est impropriè scilicet permissiuè, non autem dispositiuè.* 26.
*Et permittere & disponere differunt.*
27 *Disponere ex, vltima voluntate quomodo verificatur.* 31.
28 *Dictio ex denotat causam proximam & immediatam.*
30 *Verba pro libito suo denotant liberam voluntatem.*
32 *Alienandi feudum potestas data intelligitur requisito Domino.* 33.
*Et licet aliqui contradicant.* 34.
*Auctor tamen priorem sententiam sequitur, vt magis communem.* 35.
36 *Verba aliquid operari debent.*
*Et quomodo.*
37 *Capituli.* 1. *de feud. non hab. prop. naturam declaratio per Calcan. consil.* 50. *col.* 3. 38.
40 *Taciti & expressi quando idem iudicium & quando non.*
41 *Statutum quòd mulier non possit contrahere sine voluntate duorum propinquorum, non verificatur si præsentes sint & non contradicant.*
42 *Tacendo quis non dicitur propriè velle.*
42 *Statutum debet intelligi in casu vero, non autem in ficto.*
43 *Alternatiua vna pars dubia recipit declarationem ab alia.*
44 *Alienationis appellatione cur vsusfructus & pignus comprehenditur in casu. l. fin. C. de reb. alien. non alienan.*
45 *Negatiua potentius negat quam affirmatiua affirmat.*
46 *Vsusfructus & pignus sunt alienationis preludia.*
47 *Ei non succurritur, qui se in necessitatem coniecit.*
48 *Præsumptio cadit super dubio.*
49 *Masculinum non concipit fœmininum quando subest diuersa ratio.*
51 *Abbas in c. bona. secundo de postul. præl. à Decio taxatus.*
*Sed à Ripa defensus.* 52.
53 *Fraus de tempore ad tempus non est tolerabilis.*

## CONSILIVM CLXXVI.

*Auxilium meum à Domino.*

ANDREAS de Aldigeriis aliàs inuestitus fuit iure feudi. A. Nobilium de Riminaldis, de nonnullis rebus pro se & suis filiis legitimis & naturalibus masculis tãtùm, pacto apposito, quòd ei liceat dictas res vendere, vel alienare, & quocunque titulo de eis disponere ex vltima voluntate pro libito eius. postea decessit intestatus relicta Iacomina eius filia, quare dicunt Riminaldi res ad eos esse deuolutas ob lineam masculinam finitã di cti Andreæ, at dicta mulier excipit ex pacto pr̨dicto.
1 † Cum enim data fuerit facultas patri suo disponendi de dictis rebus, moriens ab intestato satis dicitur disposuisse de dictis rebus in eius filiam hæredem suam ab intestato, prout in simili valde casu tradit Bal. Nouell. in l. cũ filio. ff. de leg. 1. maritus. n. instituta eius vxore mandauit, quòd post mortem totam hæreditatem restitueret consanguineo suo.
2 † & 9 de illa posset ad libitum suum disponere vsque ad mille, decessit postea mulier ab intestato, & sic nulla facta dispositione expressa de dictis mille. Quærebatur, an hæredes ab intestato d. mulieris posset illa mille consequi; dicit Bal. Nouell. se consuluisse, quòd sic: quia satis videtur in eos disposuisse per l. conficinntur. ff. de iure codicill. vbi dicitur, quòd ideo fideicommissa dari possunt ab intestato succedentibus: quoniam creditur paterfamilias sponte sua his relinquere legitimam hæreditatem, & illam decisionem Bald. Nouel. sequitur Curt. Iun. cons. 4. num. 4. Crau. cons. 70. num. 13. & in alio notab. casu Natta cons. 123. num. 10.
3 † Quidam enim fecerat donationẽ causa mortis cum hac conditione, quòd ipso aliter de bonis suis disponente, nulla esset, & pro non facta, deinde pœnitentia ductus illam reuocauerat, non tamen aliter de bonis suis disposuerat, nihilominus concludit euenisse conditionem: quia reuocando dictam donationem videtur disposuisse saltem tacitè de bonis suis in succedentes ab intestato. d. l. conficiun-
4 tur. † Confirmatque pariter id Natta per doctrinam Ias. in rubr. ff. de lib. & posthu. col. 3. nam in quadam legitimatione fuerat inserta clausula, quòd filia legitimata posset venire ad successionem patris ex testamẽto, vel ab intestato, dummodo de eius processerit voluntate, deinde mortuus fuerat pater nullo condito testamento, nec aliter expresè declarato, quòd vellet filiam legitimatam sibi succedere ab intestato, refert Ias. se consuluisse vltra montes, quòd dicta filia legitimata succedere debeat, ex quo dicebatur habere voluntatem patris tacitam.

tacitam. d.l. conficiuntur, & illud consilium ha
5 betur in ordine sub nu. 202. vol. 2. † Demumque citat Natta, Bald. in l. 1. C. de sum. Trinit. col. mihi 10. ad fin. versic. Venio ad secundum vbi dicit, quòd qui non testatur expressè, videtur tacitè testari. l. secunda. ff. de iure codicil. cum simil. meritò cum Andreas decesserit intestatus, satis dicitur disposuisse ex vltima voluntate saltem tacitè, si non expressè, in per-
6 sonam filiæ suæ. † Et habens facultatem disponendi de feudo potest de illo disponere in fœminam agnatam qualis est filia. Rui. consi. 16. num. 5. consi. 39. num. 10. vol. 1. Cagnol. in l. fin. num. 12. ff. de reg. iur. Rubeus in l. Gallus. §. quidam rectè. nu. 199. cum duobus sequen. ff. de libe. & posthu. Roland. à Valle consi. 57. num. 30. vol. 3.

7 † Tertiò accedit, quòd vbi fit mentio de voluntate non solum sufficit vera & expressa, sed etiam tacita & præsumpta. l. 2. §. volũtate, iuncto vers. Denique. qui præcedit, & ibi not. Bal. & alii. ff. solu. matri. At licentia data fuit Andreę disponendi ex vltima voluntate, ergo sufficit, quòd ab intestato decesserit: quia qui debet ab intestato succedere, dicitur habere voluntatem defuncti saltem tacitã. d. l. conficiuntur, & ita in simili casu Ias. arguit in d. cõs. 202. colum. 6. & 7. volum. 2.

8 † Quartò considero, quòd dictum fuit, quòd liceat Andreę alienare dictas res, quo stante cõtineri debet alienatio, quæ resultat ex vltima voluntate, dato quòd esset impropria alienatio. l. fin. C. de reb. alien. non alien. vbi sub termino alienationis comprehenditur vsufructus, vel pignoris constitutio, quas constat esse improprias alienationes, cum dominium remaneat penes concedentem, meritò quoque contineri debet alienatio per causam intestati,
9 † tantoque magis, quòd est necessaria, vt per Bartolum in l. 1. ff. de fund. dotal. ergo facilius concedi debet ea, quæ est voluntaria, vt probatur ibi, nam fundus dotalis, qui non potest alienari, transmittitur tamen ad hæredes ab intestato, & ita Curt. Iun. argumentatur in d. consi. 4. colum. 4.

Sed & quintò subiungi põt (vt ille facit) alia
10 ratio, † nam alienatio resultans ex successione intestati, dicitur præsumpta: quoniam, vt dicunt Doct. in l. cum filio. ff. de leg. primo, succedentes ab intestato venire dicuntur ex ta-
11 cita & præsumpta voluntate defuncti. † At in quacunque materia licet stricta, puta statuti, dispositum in casu vero & expresso, locum habet in tacito & præsumpto, vt tradit Cuman. consilio 109. Domina Ioanna, vbi consuluit, quòd stante statuto, quòd vxore decedente in matrimonio, maritus lucretur dotem, non solum habebit locum in dote vera, sed etiam in præsumpta, vt in data primo viro, quæ præsumitur data secundo, iuxt. l. dotem, quæ in prius ff. de iure dot. sequitur Ruin. consi. 224. col. 2. vol. 1. & consi. 151. col. 1. vol. 5. Moder. in Burdegalẽ. consuet. tit. de dote. §. 6. Castr. cõs. 283. col. 2. & fin. Soci. consi. 80. col. fin. vol. 4. Abbas consi. 46. volu. 1. Soci. Iun. consi. 129. col. fin. vol. 1. consi. 8. col. 1. volu. 2. Paris. consil. 34. in princ. volu. 3. & Rolan. à Valle in tract. de Lucro dot. quæst. 75. nu. 15. cum sequent. Quinimò subdit Curt. Iun. in d. consi. 4. col. 4. dato quòd alienatio quæ resultat per successionem intestati diceretur ficta, tamẽ adhuc venire de-
12 beret appellatione alienationis: † quia in cõtractibus fit extensio de casu vero ad casum fictum, quando est eadem ratio in casu ficto, quæ est in vero, l. stipulatio ista, in princ. & ibi Alex. ff. de verbo. oblig. cum simil. vt per eum, prout hic esse videtur, si Andreas alienet inter viuos in filiam, vel decedens intestatus.

13 † Postremò omnium, posito quòd omnia prædicta cessarent, tamen dicta filia comparens & petens inuestiri, debet audiri, & si denegetur datur ei materia appellandi, veluti quòd sibi fiat iniuria si denegetur inuestitura, vt in emphyteusi tradũt Bar. & alii in l. si mihi & Titio, in fin. ff. de verb. obli. in l. 1. §. permittitur, de aqua quoti. & æsti. & in l. 1. ff. de priuileg. credit. Imol. consi. 38. & consi. 68. colum. 2. Anch. consi. 171. colum. 2. Ioan. de Anan. consil. 84. colum. 2. Alexand. consil. 80. secundo dubio, colum. 6. volum. 1. Roma. consi. 22. vltimo dubio. Barb. in c. 1. loca. col. 6. Deci. consi. 131. col. 2. in feudo loquens, & consi. 328. colum. 1. Mars. sing. 419. Gozad. cons. 86. num. 23. Ruin. cons. 51. nu. 16. vol. 1. & cons. 161. nu. 36. eodem vol. Vnde quocunq; casu debet obtinere.

Istis tamen non obstantibus fundata reperitur intentio dictorum de Riminaldis, stante stipulatione cõcepta per dictum Andream pro se & suis filiis masculis tantum, per quæ verba
14 filia sua remanet indubitanter exclusa, † quoniam quando mentio fit de filiis cũ adiectione dictionis masculis, nunquam fœminę cõtinetur, etiam si materia sit fauorabilis, vel ad pias causas, ita voluit Abb. consi. 36. videtur primo. vol. 1. motus ex not. per Hostiens. Ioan. Andr. & alios in c. Raynaldus, de testam. vbi, quia testator substituit filio, si decederet sine filiis masculis, concludunt filias non excludere substitutum propter illam dictionem masculis, quæ
15 eas excludit, † & quia verbum, masculus, propriè conuenit viris, & non fœminis, nam dicitur à mas maris addito culus. Item quia masculus & fœmina sunt correlatiui: quia dicitur masculus respectu fœminæ, sicut maritus & vxor, pater & filius. Vnde cum sint omnino diuersa, vnum non comprehendit aliud, sicut si legarem marito non comprehenderetur vxor, nec si patri filius, & vt ibi latius per Abb. ideq; tradit Butr. cons. 46. rectè decisum, pleniusque confirmat Iaso. in l. si quis id, quod. num. 21. ff. de iurisd. omn. iudic. Deci. in l. 2. nu. 47. ff. de regu. iur.

16 † Secundò cõfirmatur: quia dictus Andreas
stipulando & recipiẽdo dictas res pro se & suis
filiis legitimis & naturalibus masculis tantũ,
& sic reiiciendo fœminas, dicitur id fecisse fa-
uore suæ agnationis conseruandæ, sicut quãdo
testator disponendo vocat masculos, & in effe-
ctu fœminas excludit, dicitur id facere gratia
conseruandæ agnationis, quæ per masculos cõ
seruatur, & nõ per fœminas, vt tradit Iacob. de
Aretio in sua disputatione relata per Io. And.
in addit. Specu. in rubrica, de success. ab intest.
Curt. cons. 40. nu. 3. D. meus Rimin. cons. 184.
17 nu. 19. † nam tali casu nedum fęminæ censen-
tur exclusæ, sed etiam masculi descendẽtes ex
fœminis, vt per Alex. in l. ex facto. §. fi. ff. ad Tre
bell. vers. sed bene est dubium, & in l. Gallus.
§. etiam si parẽte, col. 2. vers. Ad hoc facit. Soc.
in §. nunc de lege, col. fin. Mathes. notab. 131.
Nota vnum dictum singulare. Bertrand. con-
sil. 244. viso testamento, vol. 3. In nou. & Socin.
18 Iun. consi. 116. col. 1. vol. 3. † Quare cum per
hanc filiam Andreæ non conseruetur agnatio
familiæ suæ, vt not. Iacob. de Aret. in sua dispu-
tatione, quem refert Io. And. in addi. Specul.
in rubr. de success. ab intest. Cur. cõsi. 40. nu. 3.
D. meus Rimin. consi. 184. nu. 19. Soci. cõs. 63.
nu. 17. vol. 3. Dec. consi. 15. col. 2. Menoch. cõ-
sil. 85. nu. 8. Patet eam nõ esse comprehensam
19 in dicta stipulatione, † & posito, quòd illa di-
ceretur agnata. Tamen cum filii sint vocati sub
nomine masculorum requiritur vtraque quali
tas, quòd sint agnati, & etiam masculi. Vnde fę
mina non comprehenditur, nec filius fœminæ,
vt tradit Castr. consi. 190. vol. 2. in nouis. meri-
toque Andrea sine filiis masculis defuncto se-
quitur finitam dici debere inuestituram illi cõ
cessam per lineam masculinam finitam.

20 † Tertiò considerandum est, quòd Andreas
fuit inuestitus iure feudi de rebus, de quibus
agitur, quo stante licet etiam recepisset pro se
& filiis suis simpliciter, in dubio debuisset intel
ligi de masculis ex qualitate rei, quæ sui natu-
ra non transit ad fœminas, vt tradunt Castr. &
Alex. in l. sed si hac. §. liberos. ff. de in ius voc.
21 sequitur Rui. consi. 16. in prin. volu. 1. † Hinc
& videmus feudum concessum pro se & hære-
dibus ad masculos restringi. Rui. cõs. 104. n. 3.
vol. 3. Gozad. consi. 74. num. 15. Bertrand. con-
22 sil. 74. nu. 15. vol. 3. † sicut & concessum alicui,
& generi suo ac posteris in dubio ad fœminam
non transit, Zas. consi. 11. num. 10. vol. 1. & cum
prædictis etiam concordat Soc. Iun. consi. 168.
nu. 80. volu. 1. Gabriel. Roma. in suis conclus.
lib. 6. de verb. sign. conclus. 6. num. 52.

23 † Ideq; in emphyteusi latè subiungit nu. 87.
cum sequen. & Rol. à Valle quem non citat cõ-
sil. 76. col. 1. vol. 3. meritò tanto minus hoc feu
dum debet ad hanc filiam transire, cũ receptũ
fuerit pro se & filiis masculis tñ, & sic facta mẽ
tione masculinitatis, & adiecta taxatiua tantũ,
q̃ solet alias personas pręter expressas exclude-
re secundũ suã propriam naturã, vt latè tradit
Dec. in l. 1. C. de bon. pos. cõtratab. col. 2. & 3.

24 † Vltimò non omittitur, quòd vbi per statu-
tum fœminæ excluduntur stantibus masculis,
vt Ferrariæ, dispositio loquẽs in genere mascu
lino, in materia successionis fœminas non cõ-
prehendit, ita Alex. cons. 127. vol. 1. & in l. Gal
lus. §. 1. ff. de lib. & posth. Castr. cõs. 410. col. 2.
lib. 2. Soc. in regu. 225. limit. 2. & cõs. 51. col. 8.
vol. 4. Ias. in l. tres fratres, limitat. 6. ff. de pact.
cons. 545. cum simil. cumulatis à Gabriel. Ro-
man. loco citato, nu. 78. & Francisco Bursato
conf. 75. nu. 19. Et quoniam satis ex prædictis
fundata reperiẽ intẽtio dictorũ de Riminaldis,
ideo super tollendis contrariis tñ versabor.

25 † Non obstat igitur imprimis licentia data
Andreæ disponendi de dictis rebus satis veri-
ficata per mortem suam ab intestato: qm̃ dictũ
fuit, quòd ei liceat quocunque tit. de eis dispo
nere ex vltima volũtate pro libito eius in per-
sonas idoneas &c. quæ omnia tendunt ad ex-
pressam dispositionem, non autem ad tacitam,
vt enim declarat egregiè Bal. in l. si emãcipati.
in 8. oppositione. C. de collatio. licet ille q non
testatur expressè dicatur testari scilicet tacitè,
26 d. l. conficiuntur. † tamen illud dicitur impro-
priè testari, scilicet permissiuè, non autem di-
spositiuè, nam aliud est permittere, in quo sola
causa efficiens apparet, & aliud est disponere,
in quo apparet causa efficiens, formalis & etiã
materialis, & ideo succedens ab intestato non
habet formalẽ titulũ ab hoïe, sed à lege, vt not.
per gl. & oẽs in l. Lucius. ad fi. ff. de hæred. insti.
at in casu nostro partes locutę sunt, & intellexe
runt de dispositione ex vltima volũtate, in qua
adest causa formalis & materialis, meritò non
potest habere locum dictum pactum in causa
intestati, vbi cessat forma & materia, nec titu-
lus ab homine prouenit, sed à lege.

27 † Secundò considerandum est, datam fuisse
licentiam D. Andreæ disponendi de dictis re-
bus ex vltima voluntate, quæ vltima verba pro
testamento capiuntur, vt si dicatur, vltimũ te-
stamentum, vltima voluntas, vltima dispositio,
nam idem important. Castr. in l. testamentum.
C. de testam. Bellon. cons. 53. col. 3. At decedẽs
ab intestato, licet videatur testari, tamen hæc
est quædam fictio, quæ non confert titulũ testa
ti, vt inquit Bald. in d. l. 1. col. 11. in princ. C. de
sum. Trinit. meritò non verificantur verba pa-
28 cti de dispositione ex vltima voluntate, † strin-
go magis argumentum per illam dictionem, ex
quę denotat causam proximam & immedia-
tam. Bart. in l. 1. §. ex incendio. ff. de incend.
ruin. & naufra. & in l. ex hoc iure, in princ. ff. de
iustit. & iure. Crott. in l. frater à fratre. ff. de
condic. indebit. nume. 5. & ibi Corasius nu-
mero 106. Roland. à Valle consi. 54. num. 11.
vol. 3. Alexan. Tertius, consi. 462. nu. 23. 1. lib.
vltimarũ voluntatum. Menoch. consi. 40. nu. 3.
Voluerunt enim partes; q dispositio dictorum

bonorū descenderet immediatè ex vltima voluntate,& sic à testamento, vel si latius etiā sumere velimus à Codicillis, quorum neutrum
29 verificatur per mortem ab intestato, † & hinc cessat decisio Bal. Nouelli, Curt. Iun. Crau. ac Natt͡q;, nam loquuntur quando facultas erat data disponendi simpliciter, nō autē fuerat additum ex vltima voluntate, prout in casu nostro.

Tertiò perpendo diligenter datam fuisse licentiam dicto Andreæ disponendi pro libito
30 suo in personas &c. † quæ verba pro libito suo, denotant liberam & meram voluntatem. l. fideicommissaria, libertas secunda, in prin. ff. de fidei. liber. Bar. in Lalio, col. 4. de adim. & eib. leg Ias. in l. si sic legatum. col. pen. ff. de leg. 1. Et sic, ꝙ Andreas potuerit eligere magis vnum, quàm alium in dictis rebus successorē. At ista libera, meraq; voluntas cessat in causa intestati, quę potius à necessitate causatur, vt per Bar. in l. 1. ff. de fund. dotal. nec in ea datur electio, meritò patet, quòd verba, de quibus agitur, repugnant causæ intestati.

31 † Quartò dictum fuit vltra prædicta, ꝙ Andreæ liceat disponere, quocunque titulo ex vltima voluntate, quæ verba denotant, quòd per institutionem, legatum, fideicommissum, & id genus possit disponere, cum per ea titulus bene verificetur. l. filium. §. sed si portio. ff. de leg. præstand. at per causam intestati nequaquam causatur titulus ab homine datus, vt per Bal. in d. l. si emancipati, meritò patet, hæc verba ad eam nequaquam adaptari posse, quocunque ea consideremus.

32 Quintò cōsiderandum est, & aliud bene notandum, ac memoria dignum: quoniam licet licentia fuerit data dictæ Andreæ, vendendi, vel alienandi, & de dictis rebus disponendi. Tamen dictus Andreas, non potuisset quicquā ex prædictis facere sine consensu ipsorum Do-
33 minorum de Riminaldis, † quia cū istud alienare, & disponere de feudo non sit de natura contractus feudalis, nō videtur Dominus dedisse huiusmodi licentiam, nisi secundùm formam legis, vt eo requisito valeat alienare, argumento. l. si quando. C. de inoffi. testa. ita tradit Specul in tit. de locato. §. nunc aliqua, vers. 94. Et post eum Ioan. And. qui præter Iac. & Ber. citatos à speculatione citat Vbert. de Bobio. idemque tradit Alexan. consi. 104. volum. 4. & consi. 128. volum. 5. ibi repetito. Calcan. consil. 50. Gozad. consi. 4. nu. 29. decis. Neap. 307. num. 21. at ista requisitio & consensus Dominorum sine dubio cessat in causa intestati, meritò per eam non debet admitti filia dicti Andreæ, posito quòd talis dispositio per mortem ab intestato, comprehenderetur sub verbis, de quibus agitur, quod tamen ex aliis fundamentis supra factis negatur.

34 † Non omitto tamen, quòd pleriq; tenent aduersus Specula. loco citato, volentes ꝙ data licentia emphyteutæ vel vasallo alienandi rē, seu feudū cuicunq; voluerit, eum posse postea alienare sine nouo consensu Domini, nec eo requisito, vt voluit Saly. in l. fi. col. 1. C. de iure emphyt. & ibidem Ias. col. 2. Imol. in c. potuit, col. pe. locat. Roma. sing. 469. Emphyteuta nō potest alienare. Alex. sibi contrarius. consi. 162. vol. 2. & Rui. cons. 81. nu. 6. vol. 1. qui mouētur ratione & lege. Ratio est: quia verba debēt aliquid operari. c. si Papa, de priuile. in 6. at absq; dicto pacto & licentia potuisset Vasallus alienare, cuicunq; voluisset cū cōsensu Domini, ergo si stante dicto pacto necessarius est consensus Domini, pactum nihil operabitur. Lex autē est. tex. in c. 1. de feud. non haben. pro. nat. vbi si feudū fuerit alicui concessum, vt ipse & cui ipse dederit, habeant, poterit accipiens illud vendere, donare, vel aliter si sibi placuerit alienare, etiam sine voluntate Domini.

35 † Sed tamen priorem sententiam velut magis cōem amplector, cū plurium numero confirmetur iuxt. doctr. Bal. in l. 1. vers. & sanè crebrior. ff. de offi. quæstor. Ias. in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acq. hæred. nu. 14. Sed & eam verissimā dicit Calcan. loco citato. Nā quātūcunq; licentia latissima data sit, nihilominus restringi debet ad ius & naturā contractus: ne detur materia machinandi fraudē contra quid nos, & vt possint afferre pretiū, & rem sibi reti-
36 nere, prout hanc & alias rationes perpēdit, † & ad illā rationē de verbis, ꝙ debēt aliquid operari, respondet Alex. d. cōs. 104. vol. 4. repetito consi. 127. in 5. vol. vt per eum, præter quem particulariter in casu nostro dici potest, ꝙ ex quo data fuit licentia Andreæ disponendi pro eius libito in personas idoneas & sufficientes, suppositas districtui Ferr. Solutis cap soldis, vt 20. parte veri pretii rerū iure liuelli, decima verò rerum iure feudi per non comprehensos in dicta inuestitura, detur intelligi, quòd verba operantur, ex quo de iure cōi facta alienatione cū consensu aliter fuisset cap soldus soluendus, vt quinquagesima rerū iure liuelli vel emphyteusis. l. fi. C. de iure emph. vel sexta pars rerū iure feudi, vel aliter, iux. consuetum. Alex. consil. 5. vol. 5. & Afflic. in c. 1. §. similiter. de capi. Corrad. Sed & respectu personarū verba dicuntur operari, quia eis non dictis omnibus cum consensu Dominorū potuisset alienari, at illis ad-
37 iectis expssis tm̄ psonis † ad tex. verò in d. c. 1. respondet Calcan. in d. cōs. 50. col. 3. quòd ibi constat expssè feudū illud, de cuius natura est, quòd nullus id possit alienare, pp pacta & cōuētiones suā naturā amisisse, cū Dominus voluerit, ꝙ vasallus id alienare possit, cui velit, nā pp illā alienationem non desinit esse vasallus, cui fuit data licentia alienandi, nec ille in quem fit alienatio efficit vasallus, nec obligat Dñs, & ideo nimirū si sine licētia Dñi pōt alienare: qa in hoc sibi nullū fit pͥiudicium, cū ipse primum vasallum alienāte habeat obligatum, & omnia eius bona pro vasallagio, talisq; fun-

dus non dicitur feudalis, cũ possit alienari sine
38 recognitione acquirẽtis, † at secus inquit Calcaneus in re data cum conditione, ꝙ alienari possit, sed cũ onere, ꝙ remaneat obligata domino: quia retinet propriã naturã, & in eius alienatione dominus requiri debet, & hoc ad vnguẽ verificatur in casu nostro: quia licẽtia data alienãdi & disponẽdi de dictis rebus fuit cum hoc, ꝙ nõ cõprehẽsi in quos alienarẽt soluerẽt capisoldos, & ita eas recognoscerẽt à dominis de Riminaldis, & sic dictæ res retinuerunt propriã naturã rerũ feudalium, meritò requirebatur eorum consensus, ꝙ nullatenus interuenit.
39 † Ad secundũ & tertiũ simul, ꝙ dicatur quis habere voluntatẽ alicuius, qui succedit ab intestato, & vbi fit mentio de volũtate, sufficit ẽt tacita vel pꝛsumpta, respondetur, illud in dubio procedere, sed secus est, quãdo dictũ fuit de vltima volũtate, q̃ verba denotant expressam dispositionẽ, meritò non possunt in tacita verifi-
40 cari. † tuncq; demũ taciti & expressi idem est iudiciũ, quãdo tacitũ procedit secũdũ regulas iuris, non autẽ cõtra, vt per Imo. & Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus. nu. 12. ff. ad Treb. Ias. in l. cũ quid, lect. 2. nu. 20. ff. si cer. per. in quorum secundo casu sumus. nã relinquere ab intestato rẽ feudalẽ non cõprehensis est contra regulas iuris, q̃ non cõsentiunt alienationi feudi, & ad
41 Bal. in l. 2. § voluntate. ff. solu. matr. dicitur, † ꝙ imò Bal. Imol. Rom. & Alex. contrarium tenẽt in statuto, de quo loquuntur, dicente, ꝙ mulier non possit contrahere sine voluntate propinquorũ, vt non sufficiat eos esse pꝛsentes, & non contradicentes, põderansq; illũ tex. in vers. videri consentire, quod verbũ vr̃, fictionẽ deno-
42 tat. l. 1. §. deiecisse. ff. de vi & vi arma. † Nec tacẽdo quis dr̃ pꝛprie velle. c. is qui tacet, de reg. iur. in 6. & in feudo peculiariter est cõstitutũ, ꝙ nõ expressum à Domino vtili vel directo nõ nocet in eo. c. in generali. si de feu. fuer. contr. Isernia in c. 1. qui success. feu. Beneuẽt. in c. Imperialẽ. de prohib. feud. alie. fol. 15. in fine, quẽ citat Bursat. cons. 44. nu. 2. meritò statutũ in tali locũ habere nõ debet: q̃a debet intelligi in casu vero, nõ autẽ in ficto. l. 3. §. hęc verba. & ibi gl. Bar. & alii. ff. de neg. gest. Vnde sic ẽt dici debet in isto cõtractu stipulatione vallato, qui stricti iuris est. l. quicquid. astringẽdę. ff. de verb. ob. vt verba ex vltima voluntate debeãt de vera & expressa capi, non autẽ de ficta & tacita, & ita cessat secundũ & tertiũ obiectũ, de quo supra.
43 † Ad quartũ pro eius solutione perpẽdi debent verba pacti dicentis, ꝙ liceat Andreæ vẽdere, vel alienare. Nã vna pars alternatiuæ dubia recipit declarationẽ ab alia clara. l. 1. & ibi Bar. & Soc. ff. de reb. dub. at verbũ vendere, clarè denotat expressum & nominatũ contractũ. l. iurisgentiũ. in prin. ff. de pact. ergo & verbum alienare, per alternatiuã vel, subiectum debet intelligi de expressa alienatione. Meritò siue successio intestati pariat alienationẽ propriã, vel impropriã non curo: quia mihi satis est, ꝙ non est expressa alienatio, de qua senserũt par-
44 tes † & in l. fi. C. de reb. alie. non alie. sub verbo alienationis, cõprehenditur vsusfructus vel pignus, quia sunt actus expressi, non autẽ taciti, licet impropriè sapiat alienationẽ, pꝛterea loquitur ibi de alienatione prohibita & sic negatiuè concepta, hic de permissa & concessa lo-
45 quimur, † at negatiua potentius negat q̃ affirmatiua affirmet. l. hoc genus, & ibi Bar. & alii. ff. de cond. & demon. Oldr. cons. 16. Thema tale est, Signor. cõs. 68. q̃dam mulier. col. 2. Rom. cons. 504. cũ simil. latè cumulatis in hãc rẽ per Tiraquel. in l. boues. §. hoc sermone, limitat. 7. ff. de verb. signif. & Bursat. cons. 13. nu. 7. Meritò sub illa prohibitione alienationis oĩa continentur, q̃ vel sapiant immediatè alienationẽ,
46 vel q̃ illius sint pꝛludia, vt vsusfructus & pignoris obligatio, sicut ẽt tacita, vt latè ponit Ceph. cõs. 296. nu. 33. cũ sequẽtib. At nõ idẽ pꝛmissa alienatione cõtineri dẽt oĩs spẽs alienationis: quare expꝛssa tm̃ nõ aũt tacita dẽt cõtineri: ex quo dispõ affirmatiua nõ tam põt q̃ negatiua.

Nec insuper contineri debet: quia necessaria sit talis alienatio, q̃ per causam intestati cõ-
47 tingit † quia non succurritur ei, qui se in necessitatẽ coniecit. Bar. in l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisd. cog. Cagnol. in l. qui cum alio. num. 18. ff. de reg. iur. qualis fuit hic Andreas ꝙ potuisset pluries, diuersisq; modis ex pacto dictas res alienare dũ vixit, vel inter viuos vel per vltimã voluntatem, nec tamẽ id fecit. Quod de marito nequaquam dici potest in casu d. l. primæ. ff. de fund. dotal. qui non potuit alienare viuens fundum dotalem propter prohibitionem legis Iuliæ, vt ibi, & instit. quibus alie. licet, in prin. meritò toleratur illa alienatio per vniuersitatem velut necessaria.

Ad quintum non disputando nunc an hæc alienatio, q̃ fit per causam intestati pꝛsumpta sit,
48 vel ficta, sed esto, ꝙ esset pꝛsumpta † tamẽ dico, ꝙ cũ pꝛsumptio cadat super dubio, gl. in l. vnica. §. accedit, in ver. pꝛsumatur. C. de rei vxo. actio. non debet habere locũ in casu nostro, vbi verba sic clarè concepta sunt, vt non nisi ad alienationẽ expressã referri possint. Vnde sequitur, ꝙ in claris non est opus coniecturis, vel pꝛsumptionibus. l. continuus. §. cũ ita. ff. de verb. obl.
49 † Postremò verò negatur hic esse eandẽ rationẽ in casu ficto, quę in vero est, & ob id extensioni locũ esse, stante ꝙ de masculis dictũ fuit, & agnationi prouisum fuit, & natura feudi repugnat id ad fœminas transire, & vbi subest diuersa ratio inter masculum & fœminam, tunc masculinum fœminam non cõprehendit, Bart. in l. 1. ff. de verb. signif. & in l. 1. col. fi. ff. de pecul. Bal. in l. seruus. C. cõmunia de success. consil. 202. col. fi. vol. 1. Salyc. in l. quicũque. col. 1. C. de ser. fugi. Ang. cõs. 67. & alii pleriq; quos cumulat Gabriel. Roma. in suis conclus. lib. 6. de verbo. signific. conclus. 6. num. 49.

Ad

50 †Ad ultimum respondetur, illud procedere, quando dominus directus esset feudum alteri concessurus, secus si pro se vellet retinere; quia non tenetur agnatum inuestire, ita Abb. in c. bonæ. 2. de postul. prælat. quem sequitur Euetard. in loco à feudo ad emphiteusim. colum. 4.
51 † & licet Dec. cõs. 131. col. pen. taxet. Abb. q2 de facili communis opi. de qua supra redderetur elusoria: quia Dominus requisitus de noua inuestitura semper diceret, ꝙ pro se uellet retinere, & ita semper agnati uasalli excluderen-
52 tur † attamen Rip. in d. l. 1. ff. de priuile. credit. num. 10. tuetur Abb. à Decio uelut in illo tex. fundata eius limitatione. Et quia falsum uidetur, quòd communis opi. reddatur elusoria, nam si dominus, qui dicit velle pro se retinere, postea alterum inuestiar, poterit agnatus petere rescisionem illius alienationis tanquã
53 retẽtio sit in fraudem facta, nam fraus de tempore ad tempus non est tolerabilis. l. 3. §. 1. in fi. ff. de minor. Et ita resoluris obiectis remanet intentio Dominorum de Riminaldis verissima.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

## Pro D Bernardino Gisino Centensi.

### ARGVMENTVM.

De capitali plurium mercium posita in apotheca sita in foro alteri uendito pro certa summa soluenda infra sex annos, quolibet anno rata, & interim quinque pro quolibet centenario & anno, nunquid sit contractus usurarius vel de iure licitus.

### *SVMMARIVM.*

1 *Vsura est quicquid promittitur præter sortem ex vẽditione rerum mobilium, ex quibus nullus fructus percipi potest.*
*Fallit si res in apocheca posita sint.* 20.
*Et in rebus mercalibus.* 21.
2 *Vsura facit germinare rem sui natura non germinabilem.*
*Et eius arte nequissima ex auro aurum nascitur.* 3.
4 *Vsuram facit intentio lucri, sed contra.* 24. 25.
5 *Lex curabit. C. de acti. emp. quando quis nullos fructus percepit neque percipere potuisset.*
*Et est communis opinio.* 6.
7 *Pactum illicitum videtur quòd saluum maneat capitale & sit alterius periculo.*
*Nisi data fuerit ei recompensatio.* 26.
8 *Pactum non est licitum de certo lucro ab initio, cuius exemplum dat Bal.* 9.
*Et tale lucrum dicitur vsurarium.* 10.
*Libellusq́; de hoc reijci debet.* 11.
*Fallit quando ex verisimilibus coniecturis tantum interesse possit & deberi.* 27.
12 *Interesse peti non potest pro dilatione facta ad soluendum.*
*In quo tamen auctor distinguit post Bar.* 29. 30.
13 *vendens carius ob dilationem datam ad soluendum quam faceret præsenti pecuni, an vsuram cõmittat, Salyc. & auctor quòd non, si tunc emptorẽ non inuenisset qui præsenti pecunia emeret.*
*Vel si rem mercalem vendidit alteri mercatori, & negocietur.* 14.
15 *Maritus conuenire potest de percipiendo quid annuatim donec dos sibi soluatur si sit solitus negociari vel ponere pecuniam ad mercationem.*
16 *Conuentio valet iuxta secundum terminos legis curabit C. de acti. emp.*
17 *Interesse circa rem sine intrinsecum quale.*
18 *Contractus in dubio licitus non autem vsurarius censeri debet.*
19 *Vsuram allegans tenetur probare.*
20 *Merces in apotheca consistentes rediguntur ad instar immobilium.*
*Et in eis quæstus bene cadit.* 21.
22 *Mercatura quid sit.*
23 *Quæstus ex arte proueniens natura non obuiat.*
25 *In materia usurarum potius est standum Doctoribus Iuris Cano. quàm Theologis.*
28 *Mercatores lucrari solent ex suis mercibus sexdecim pro quolibet centenario.*
31 *Contractus qui cõmuniter frequentatur non debet vsurarius reputari.* 33.
32 *Actum faciens qui communiter reputatur licitus licet non sit, dicitur vsuram comittere.*
34 *Consuetudo communis excusat à pœna.*

## CONSILIVM CLXXVII.

*Auxilium meum à Domino.*

DOMINVS Bernardinus Gisinus anno 1563. vendidit D. Ioseph & Hieronimo de Rubeis vnũ capitale plurium mercium positũ in apotheca sita in plateis Centi pro lib. 900. sibi soluendis infra sex annos, videlicet quolibet anno libras 150. & in recompensationẽ lucrorum percipiẽdorum ex dictis rebus uenditis emptores promiserunt illi dare singulis annis lib. 45. defalcãdo tamen earũ solutionem, prout dictum pretium soluetur, & ut latius in instrumento iurato continetur. Nunc verò quòd elapsis tribus annis, & nihilo consequuto, Gisinus sortem decursam cum lucris petit. Opponunt Rubei contractum usurarium esse, petendo eum & alios culpabiles cõdemnari in pęnam statuti Ferrariæ, de pœna contra vsurarios, vnde quæritur cuius partis intentio debeat præualere.

1 † Et prima cõsideratione dicẽdum videt, Rubeos obtinere debere, nã cum ex venditione rerũ mobiliũ promissus fuerit fructus annuus pecuniæ, ex quibus naturaliter nullus fructus percipi põt, usura est quicquid sorti fuit adiectũ, probatur ex rõne 2. quã ponit super usura

Laurent. de Rodulph. in tract. de usur. in prin.
2 num. 15. † ubi dicit, quòd usura facit germina re contra naturam rem de sui natura ingerminabilem; cum enim res numerabiles, ponderabiles, uel mensurabiles habeant certum & determinatum ualorem à natura constitutum. meritò vltra germinare non possunt, cuius cõtrarium cum faciat usurarius, ergo contra na-
3 turam facit, & usuram committit, † unde canõ dicit, quòd usuræ arte nequissima ex auro aurum nascitur. c. sicut hi 47. distinct. & melius in c. plerisque 14 q. 3. vbi dicitur, neque usurant escarum accipies, neque omnium rerum. Item esca usura est, & uestis usura est, & quodcunque accedit sorti usura est. Quare cum pro rebus mobilibus in illo capitali extantibus, vt ferramentis, follindentis, oleo & aliis diuersi generis promissæ fuerant libræ 900. uelut earum ualor, non potuerunt aliud germinare uidelicet illas lib. 45. annuas, cuius oppositum cum Gisinus conuenit contra naturam fecit, & usuram commisit.

Secundò confirmatur, nam supponitur, dictum capitale consistere in nominibus debitorum, quorum exactio sit impossibilis, uel saltẽ difficilis, quippè quòd maxima pars eorum nõ sit soluendo. Quare Gisinus id uendens pro lib. 900. & ultra pro lib. 45. annuis ad solum lucrum uidetur intentionem suam direxisse, res inutiles pro tanta pecunia uendens, meri
4 tò usuram commisisse: † quoniam intentio lucri quem usurarium facit, vt quidam mag. Gregorius uoluit, quem refert Laurent. de Rodulph. in d. trac. de usur. in 3. q. prin. num. 21. sed melius eo iustificari potest, nam uidemus, tunc demum emptor tenetur ad usuras pretii retenti, quando fructus percepit ex re sibi uen
5 dita. l. curabit. C. de actio. empt. † & ideo si nullos fructus percepit, neque percipere potuisset, cessat dispositio illius legis, & sic usuræ pretii retenti peti non possunt, ut tradit Cyn. Bal. & Castr. in l. in minorum. C. in quib. cas. in integr. resti. Alex. in l. de diuisione. col. pen. ad fin. solu. matri. & in appostil. Bar. in d. l. cura-
6 bit. † ubi latius Cagnol. idem sequitur, & dicit esse communem. nume. 29. Idq; duabus rationibus comprobare conatur, nam hodie regulariter usuræ sunt prohibitæ præter illius legis casum ex summa æquitate, quæ cessat, quã do emptor non percepit fructus, nec uenditor per traditionem rei illos perdidit. non solum igitur eo casu cessat æquitas illius. l. uerum etiam refragantur eius uerba, quominus vsuræ, uel interesse pretii præstentur. Secunda est ratio, nam tales usuræ præstentur hodie uelut interesse damni emergentis, at si res tradita sit sterilis, nec aliquis ex illa percipitur fructus, quomodo potest uenditor prætendere ullum interesse damni emergentis? certè nullum, quã doquidem etiam si rem non tradidisset, nullos ex illa fructus percepisset, meritò non debet dictas usuras petere posse.

7 † Tertiò prædictis accedit; quòd Gisinus vendidit d. capitale pro dicta quantitate & lucris annuis, periculo dicti capitalis apud emptores illud recipientes remanente, quod sanè pactum uidetur illicitum, ut tradit glo. in d. c. plerique. in uer. negociatoribus. de mercatore, qui dedit alteri pecuniam ad partem lucri, periculo remanente apud recipientem, quod pactum non est licitum, sequitur Castr. q. 330. uiso instrumento, Anch. in reg. peccati. de reg. iur. in 6. car. 6. uers. 5. quæro, Roma. q. 238. col. 2. & q. 402. col. 3. Abb. q. 114. uolum. 2. cum simil. adductis per Dec. q. 116. col. 2. in prin. & in l. si pascenda pecora. nume. 8. C. de pac. Ias. q. 174. col. 2. lib. 1.

8 † Quartò reiiciendus est hic contractus ob pactum factum ab initio de certo lucro, uidelicet de libris 45. pro lib. 900. & sic in ratione quinque pro centenario, nam etiam in casibus, in quibus usura peti potest, ut in c. conquestus. de usur. & in d. l. curabit. non tamen certa quantitas pro interesse promissa peti potast, ut notabiliter uoluit Ioan. And. in c. salubriter. in prin. de usur. ubi dicitur, quòd si maritus, cui sub certa die dos fuit promissa conuenit ut percipiat certos denarios pro cẽtenario, conuentio talis illicita dicitur, sequitur Anch. q. 148. in quæstione. colum. 3. Lauren. Rod. in c. consuluit. de usur. q. 53. circa fin. Alexand. q. 221. super tit. quæstionis. colum. 3. uolum. 2.
9 † & pulchrè tradit Bald. in l. rogasti. §. si sibi. colum. 2. ff. si cert. petat. ubi dicit, quòd si mutuaui tibi decem, quę promittis mihi reddere in nundinis, & si non reddes, promittis mihi 15. pro meo interesse, quod ex nunc tantum esse fateris, talis conuentio non est licita; quia uidetur promissio facta in fraudem usurarum, nec statur assertioni instrumenti de tali interesse conuento, sequitur prædictos referens Dec. cõs. 39. nu. 5. cõs. 116. col. 2. & latius cons. 119.
10 colum. 3. & 4. cons. 322. col. fi. † Moder. Galli in tract. de usur. q. 74. nu. 506. ubi tale lucrum vsurarium appellant, idemque latè tenet Cagnol. in d. l. curabit. nume. 54. & Benuenut. Stracc. in trac. de mercatura, in tit. de contrac. mercat. num. 2. ubi de mercatoribus loquitur,
11 de quibus agitur in casu nostro. † Vnde Dec. cons. 322. col. 2. consuluit, libellum reiici debere, in quo petitur interesse ad rationem nouẽ, seu decem pro centenario: quia certa quantitas ab initio taxati non potest, nec si fuerit taxata peti. sequitur Cagnol. loco memorato, & cum prædictis etiam concordat Alex. consi. 90. uolum. 3. & cons. 27. uiso themate. col. fin. uol. 4. & consi. 74. uiso. uol. 9. Soc. consi. 179. colum. 2. uolum. 2. demumque Petr. Rebuf. in l. unica. C. de sentent. quæ pro eo quod inter. in ultima glo. num. 34. & seq. ubi rationes adducit, ad quem lectores delego, si eos scire desiderant, non omittens quoque Neuiz.

cosi.

consi.74. colum.1.qui latè hoc affirmat in dote procedere, in qua tot sunt onera. Quare multo magis id esse debet in venditione, ut per eum, de qua nos agimus.

12 † Vltimò non omitto, quod inquit Butr. in d.c.salubriter. col.2. de pecunia promissa solui sub dilatione conuenta, pro qua non potest pacisci de aliquo interesse soluendo: id enim debetur ex mora, quæ cessat eo casu ob temporis dilationem, meritò peti non potest: uidetur enim talis creditor assumere pretium charitatis differendæ, & dilationem dandi, unde dici non potest, nisi usura, & propter dilationẽ temporis usuras dari. Quare sic in casu nostro dicendum uidetur, & ob id ualdè dubia remanere uidetur intentio Gisini.

Istis tamen non obstantibus arbitror eum bonam ac iustam causam fouere, & quę dicturus sum protestator non animo fauendi usurariis, quos sęper odio prosequutus sum, sed pro ueritate scripturum. Moueor, quia uerisimile multum uidetur, quòd Gisinus non inuenisset emptores dicti sui capitalis præsenti ac parata pecunia, cum essent merces uariæ in quibus uẽdendis, & ad pecuniam redigendis requiritur

13 temporis progressus, ut est notissimum, † meritò succedit decisio Salyc. in aut. ad hæc. q.9. C. de usur. quam sequitur & clarius explicat Soc. consi.276. col.3. uers.6. uol.2. de illo qui carius uendit propter tempus ad soluendum datum, quàm si pretium de pręsenti solueretur an in illo pluri sit usura, si enim uerisimiliter emptorem non inuenisset, qui pręsenti pecunia emeret, non est usura, quia si ipse uenditor pretium tunc habuisset, potuisset in alias res inuestire, ex quibus potuisset lucrari, sic igitur in casu nostro dicendum est ratione lucri conuenti de quinque pro centenario, ꝙ non sit usura, sicut in eo pluri sortis dicunt Saly. & Soc.

14 † Secundò moueor ex eodem Salyc. in d. q.9. quem refert & sequitur Dec. consi. 111. col.3. Dicunt enim, quòd quando quis uendit rem ementi, ut illam mercalem habeat, & per hunc modum negocietur, ut uidemus quotidie facere istos mercatores, non uidetur usura, tum quia quotidie in talibus pretium crescit & decrescit: tum quia ille qui dilationem recipit eam petit causa sui lucri faciendi, & interim commodi habendi, & ditioris apparendi, & is qui considerat etiam uerisimiliter, si rem teneret in futurum, carius esset eam uenditurus, sequitur Io. de Ana. in c. in ciuitate. col. 2. de usur. sic enim in casu nostro dici debet, ꝙ Gisinus uendens ad tempus collata solutione pretii merces per Rubeos ut merces tenendas in apotheca non commiserit usuram facta conuentione de lucro in rationem quinque pro centenario, quia uerisimiliter hoc cesit incõmodum emptorum, quòd haberent tempus ad soluendum, & ut ditiores apparerent, & Gisinus uenditor cogitare potuit, quòd si rem tenuisset, in futurum carius eam fuisset uenditurus, & tantundem aut certo plus consequuturus lucro promisso, meritò dici non potest, ꝙ præter eius intentionem usuram commiserit. l. non omnis. ff. si cert. pet.

15 † Tertiò confirmatur hæc conclusio per id quod ponit Abb. in d.c.salubriter. col.1. & 2. quem refert & sequitur Alex. consil.221. col. pen. uol.2. ubi dicit, ꝙ maritus potest à principio conuenire cum socero de percipiẽdo aliquid annuatim, donec dos sibi soluetur, si sit solitus mercari, uel ponere pecuniam apud mercatorem, cum iste non capiat pro mutuo nec pro dilatione data, sed ut sustineat onera matrimonii, & sic potius capit pro interesse, nec uidetur hoc contra bonum charitatis. Sic enim dici debet in casu nostro, nam cum Gisinus mercator sit, conuenisse uidetur de quinque pro centenario sibi dandis, non ratione dilationis, sed pro interesse sui quæstus, quem fecisset merces illas retinendo & uendendo pecunia sui soluta.

16 † Quartò considero, ꝙ ista cõuentio fuit inita secundum terminos d. l. curabit, nam dictũ fuit, quòd quia non est conueniens, quòd dicti emptores uno & eodem tempore penes se habeant dictum capitale & pretium, ideò in recompensatione lucrorum percipiendorum ex dictis rebus uenditis promiserunt soluere libras 45. annuas &c. sic enim fundata reperitur d. lex curabit, ut emptor teneatur ad usuras pretii in recompensantionem frnctuum, quos ex re percepit, ne rem & pretium habeat uno & eodem tempore, ut ibi tenent omnes, potissimè uerò Cagnol. post prin. motus ex l. Iul. §. ex uendito. ff. de act. empt. ubi dicitur, cum emptor re fruatur ęquissimum est eum usuras pretii impendere, essetque iniquissimum, ꝙ emptor lucraretur fructus rei emptæ, & pretium penes se retineret, quo casu licitus est contractus, ut uenditori quid soluatur ratione pretii non soluti donec soluatur, ut per Abb. consi.66. 1. dub. uol.1. Soc. consi.88. col. 3. uol.4. latè Soc. Iun. cons.66. nu. 7. uol. 2. & alii quàm plures cumulati per Bursatum cons. 11. col.4. & 5. Vnde sic & in ꝓposito dici debet, quòd ex quo emptores merces consecuti sunt, ex quibus uenditis & uendendis fructum & commodum consequuti sunt, aut consequuturi sunt, debeant usuras, hoc est interesse

17 pretii retenti soluere; † hoc enim dicitur interesse circa rem, siue intrinsecum, quod debetur. l. uinum. ff. si cert. pet. l. si sterilis. §. cum per uenditorem. ff. de act. empt. l. fin. in princ. & §. planè. ff. de eo per quem fact. erit. Innoc. & Card. in c. sacro. de senten. excõ. Specul. eo. tit. §. commune. cum seq. Petr. Iacob. in sua praxi rub. de actio. in fact. col.4. Prat. Pap. in forma libell. in act. reali. vers. Viden. itaque Bar. & doct. in d. l. unica. C. de sentẽt. quę pro eo. & latius ibi Petr. Rebuf. glo. dupli. nu.47.

Quintò

18 † Quintò & vltimò, quando res non esset clara pro Gisino, saltem dubia dici deberet ex istis fundamentis pro eo factis, meritò succedere debet, ut hic contractus cēseri debeat ut licitus non autem usurarius, ut tradit Bald. in d.§.si tibi.ad fi.per l.si ea pactione. C. de usur. Alex.cons.221.col.2.uol.2. Dec.cōs.119.col. 3.Paris.cons.54.in prin.uol.1.Crot.cōsi. 141.
19 nu.6.† & usuram allegans tenetur eam probare, quia illa non pręsumitur, Bal.consi.39.proponitur, in fi.& cons.210.quæritur.uol. 3. ubi dicit, quòd cōtractus quòd potest interpretari in bonam partem, in malam iudicari non debet, sequitur Crau.consi.48.ad fin.Soc.Iun. cons.83.col.1.uol.2.Mars.consi.2.num.11. & Gabriel. Roman.in suis conclus. lib.7.de criminal. conclusione secunda, ubi tenet hanc opinionem procedere in foro contentioso, de quo nos agimus, & cum prædictis etiam concordat Bursat. consil.117.nu.4.post allegatos per eum. Sed ex responsionibus contrariis adferendis clarior reddetur hæc conclusio.

20 † Ad primum igitur ueniens dico, quòd licet capitale uenditum sit rerum mobilium quia tamen in apotheca sita in plateis erat tēpore uenditionis, censeri debet ad instar immobilium, ut ex nota.per Barto. in l.sciendum col.1.ff.qui satisd.cog.ubi pariter Alex. & Ias. col.2. Benuenutus Stracha in trac.de mercatura 2.parte nu.24.ubi dicunt, quòd quemadmodum possessor immobilium non tenetur satisdare, pari modo nec habens apothecam in platea, meritò potest ex dicto capitali fructus aliquis considerari.

21 † Secundò & melius, non sequitur, uenditio rerū mobilium facta fuit, ergo nullū quæstum inde potuit germinare, cum non simpliciter sint res mobiles, sed mercales, in quibus bene quæstus cadit, nam mercatores à mercibus dicti sunt, qui res emunt, quas in eadem specie carius uendunt, ut tradit Alci.in l.mercis.1.ff. de uerb.signifi.post Roma.in l.si Publicanus.§.
22 1.ff.de public. † & Signorol.cōsi.95.col.7.nu. 26.diffiniens mercaturam dicit, quòd est officium, quod ratione quęstus exercetur in rebus mobilibus comparandis, illisque distrahēdis atq; idem tradit Strach.in d. trac.in prin. num.4. alios citans ut per eum. Quibus apparet Gisinum usuram non commisisse, si ut mercator de aliquo quæstu sibi prouidit ex uenditione dictarum mercium, quas si uendidis-
23 set, eundem fecisset. † Et licet hic quæstus ex arte potius quàm ex natura proueniat naturę tamen non obuiat, cum ars naturam imitetur.§.minorem.insti.de adoptio.quod in casu nostro fuit obseruatum, ut sicut ex rebus immobilibus fructus naturaliter in rationem quinque pro quolibet centenario fuissent cōiecturati, sic de hoc capitali factum uidemus Nec tex.in d.c.sicut hi. & in d.c.plerique, repugnant, quia loquuntur in pecunia, quæ pecuniam, uel aliud lucrum non germinat, ut si daretur esca, uestis, uel alia res præter sortem. At nos de mercibus loquimur, ut prædixi.

24 † Ad secundum respondetur id in facto uerum non esse, cum multæ res sint uenales in dicto capitali, quæ lucrum notabile adferre possunt, nec debitores, si qui sunt, tales sunt, ut dicitur sed exigibiles, & soluendo. Nec insuper attendi debet illa cōsequētia magistri Gre-
25 gorii relata per Lauren. de Rodulf.† quoniam in hac usurarū materia potius standū est doctoribus iuris canonici, quàm Sacræ Theologię magistris, ut latè concludit Anch. in disputatione incip.antiquis & modernis temporibus quem sequitur Io.de Ana.in c.in ciuitate.car. 4.Alex.consi.1.col.5.uol.2.& Dec. consi.111. nu.5. & secūdùm illum Magistum omnes mercatores essent usurarii propter eorum intentionem ad lucrum, quod est absurdū dicere, & quæ tradunt Cyn. Bal. & Castr. in d.l.in minorūm, cæterique supra citati procedunt re data sterili, & ex qua nullus fructus percipi potest, quòd præsuppositum hic cessat, immo uerò totum contrarium supponitur, multas merces dicti capitalis longè fructuosas & proficuas esse ad beneficium dictorum emptorum.

26 † Ad tertiū respondetur id esse uerū, quando nulla recompēsatio facta fuit pro periculo quod ad solum recipientem pertinet, aliàs secus, ut tradit Dec.in dicto consi. 116.col.2.sic alios declarans supra citatos, at in secundo casu uersamur: quia capitale dictæ apothecæ factum fuit de pecuniis Gisini, quando cū Rubeis societatem cōtraxit, ut in instrumento fatētur. Vnde cum mediāte societate facti fuerint Domini d.capitalis pro duobus tertiis est magna recompensatio profecto periculi remanētis penes eos. Præterea, nescio uidere periculum subesse in mercibus exīstentibus in illa apotheca uenalibus, contraria nanque loquūtur in pecunia data mercatori trasicanda in uariis rebus emendis, & quòd de lucro dans debeat habere partem, saluo remanente capitali suo dictę pecuniæ, nam bene ibi possunt cōsiderari pericula, itinera, expensæ in conducendis rebus emendis, & id genus, sed in casu nostro ubi merces emptę erant, & in apotheca collocatę, nullum adest periculum, nullum iter, nec expensa.

27 † Ad quartum respondetur, illud non habere locum, quando certa quantitas deducta fuit in pactum, quę uerisimilibus coniecturis conueniat quantitati quæ uerè intersit, tunc enim ualet conuentio in uim probationis deductæ ex uerisimilibus coniecturis, ita Bal. in d.§.si tibi.col.2.& post eum Purpur. Dec. in c. cum uenerabilis.nu.14.ad fin.de exceptio. & in d.consi.111.col.fin.Cagnol.in d.l. curabit. nu.57.Moder.Galli in d. trac. de usur. prima parte.nu.35. Ioan. à Medina de cōtrac.quæst. 38. Didac.Couuaru. variarum resolut.libr.3.

cap.

cap.4.num. 5. & Cacialup. in l. cunctos populos.col.44.vers. insuper.C.d.sum. Trini.quem sequitur Petr.Rebuf. in d.l.vnica. C.de senté.
28 quæ pro eo quod interest,glo.vlti. nu.45. † At notius est, quàm vt dicam, mercatores ex suis mercibus à communiter accidentibus lucrari in rationem sexdecim saltem pro quolibet cẽtenario, sed plerunque longè plus, & Ferrariæ si dantur pecuniæ ad mercationem traficandę ad dimidiam lucri & damni, in fine anni, qui pecunias receperunt sine vlla difficultate respondent danti pecunias octo pro quolibet cẽtenario pro dimidia lucri dictarum pecuniarum, propterea si D. Bernardus conuenit de quinque sibi dandis à Rubeis, qui erant duo, & suas partes lucri retinere debebant, patet ꝙ non vltra ratam suam stipulatus est, sed quid minus: quia ter quinque faciunt 15.& sic tantum in pactum deduxit quantum à communiter accidentibus,& verisimiliter fit lucrum, meritò valuit talis conuentio, & iusta non autem vsuraria censeri debet.
29 † Ad vltimum pro responsione recurri debet ad distinctionem Barto. in l. qui Romę. in princ. ff.de verb. oblig. quæ bona est & plena & cum quo transeunt alii communiter, vt refert Ias.nu.33. Quando enim dicit Bar. apponitur tempus solutioni sortis, & cursui vsurarum,vt mutuo centum libras ad 10. denarios per libra in mense, & tunc quandoque apponitur per verba,infra,ante, vel similia,puta mutuo centum soluenda Infra annum, & tunc ante debitor potest soluere semper quando vult.
30 l.si ita fuerit.§. fi.ff.de manu. testa. † quandoque verò apponitur per verbum ad, vel simile, vt mutuo vsque ad annum, & tunc non potest soluere ante l.qui pecuniam.ff.si cert.pet. Vnde motus Alexan. hac distinctione in d. consil. 221. col. fi. respondens doctrinæ Butrii in d.c.salubriter.dicit eam nõ obstare casui suo; quia loquitur vbi concessa fuerat dilatio certa debitori,nam gener fecerat pactum de recipiẽda dote ad certum terminum, vultq; Butr. ꝙ si interim reciperet aliquos fructus, teneretur eos in sortem computare,at in casu suo nõ poterat dici cõcessa dilatio debitori, cum actum esset de soluendo quid annuatim, donec sors solueretur, ita quòd videbatur promissum pro cessatione solutionis, tamen poterat debitor quandocunque & statim soluere sortem, & vsuras euitare, meritò hoc casu percipi possunt. Hoc etiam est pariter in casu nostro, vbi promiserunt Rubei soluere libras 900. infra terminũ 6.annorũ, videlicet libras 150. quolibet anno.& libras 45.in recompensationem lucrorum &c. potuerunt ergo statim & quandocunque soluere, & in defectum solutionis sortis illę libræ 45.sunt appositę,meritò nõ soluta sorte peti possunt,vt & in casu suo cõcludit Alex. in d.consi.221.col.fin.vol.2.
31 † Postremò nolo vnũ omittere, quod nedũ seruiet pro generali quadam responsione omnium,quæ supra dicta sunt in oppositũ, quam pro fundamento pręcipuo Gisini,& defensionis suæ. Illud enim est,ꝙ tales contractus, vt est hic,communiter frequentãtur inter mercatores, qui vendunt merces suas data dilatione emptoribus soluendi pretium conuentum sub quodam interesse interim decurrendo ipsis veluti negociari solitis, nec tenere suas pecunias otiosas, & istud etiam in terra Centi frequentari consueuit, sicut Bononię, & alibi passim inter mercatores, quo stante talis contractus non debet usurarius censeri. l. quis sit fugitiuus. §.apud Labeonẽ. ff. de ędil.edic.ibi qui id facit quod publicè facere licere arbitra
32 tur † per quem tex.notat ibi signanter Bar.ꝙ si quis facit aliquẽ actum, qui cõiter ęstimatur licitus,cõtrariũ tñ est in veritate: quia sapit vsurariã prauitatem,per hoc non dicitur vsurarius ideóq; sequitur Salyc.& reputat esse notandum
33 propter leges imponentes pęnas vsurariis, † & cum prædictis etiam concordat Veronens.ibi. nu.4.id pro mercatoribus notans,qui quotidie faciunt multos contractus vsurarios in veritate, & ipsi cõmuniter credunt, ꝙ non sit usura, quòd tales non sint vsurarii, nec fortè peccent, idemque tradit ipse Veronen.consi.13.col.pe. Ias. in l.singularia.col.pe.ff.si cer. pet. & in l.1. C. de sum.Trinit.lect.prima col.14.& lect.secũda col.10.& in consi. 153. col.4. vers. 7. uol.4. Neuiza. consi.87. nu.39. Abb. cons.15. col.1. vol.1.Bal.in l.vnica.quęst.3.C.de his. quę pęn. nomi.Dec. consi.170.colum.3. Crau. consi.6. num.103. & consi. 145. nu.12. D.meus Rimi. consi.164.nu.42.& Plot.consi. 108.num.122. vol.1.crimin. quibus addi potest insuper Nat-
34 ta consi.586.nu.9.vsque in fi. † talis enim cõmunis consuetudo debet à pœna excusare, nedum ordinaria,sed etiam extraordinaria, vt ille dicit post Alex.consi.107. pro inuestigatione.vol.2.& Plotus mox citatus post Dec. consil.170. col.fin. Quare contractus hic licitus & non vsurarius reputari debet,& ab omni pœna iuris,aut statuti,quod allegatur ex aduerso, Gisinus & eius Procurator excusari debent. Et hæc mihi pro veritate dici posse visa sunt, non quòd vsuras souere velim, aut eis fomentum præbere.

*Hippol.Riminal.Ferrar.*

## Pro Illust. Comite Ioanne Paulo Malchiauello.

### ARGVMENTVM.

De reductione ad arbitrium boni viri non admittenda, sed repellenda.

### *SVMMARIVM.*

1 *Reductio peti potest non obstante quacunque cautela verborum propter enormem læsionem.*

*Sicq;*

*Sicq; communis est obseruantia.2,*
*Et communis opinio.3.*
*Et practicant aduocati. 4.*
*Fallit vbi data fuit arbitro potestas de iure vnius dandi, alteri in magna maxima & parua quantitate. 16.*
*Et vbi inuicem cessio Iurium facta fuit in ampla forma.22.*
*Et quando statutum eam tollit.25.26.*
*Modo sordes vel euidens gratia arbitrorum non interuenerint.40.*
5 *Reductionem promittens non petere propter enormem læsionem, non impeditur eam petere propter enormiorem vel enormissimam.*
6 *Renũciatio stricti iuris est, strictè venit intelligẽda.*
*Etiam si iuramento firmata sit.7.*
7 *Enormissima læsio censetur à iuramento excepta,*
*Nec eo casu ligat iuramentum.*
8 *Læsionem sufficit allegare licèt, non probetur quantum ad effectum deuolutionis, reductionis.*
*Sed contra per auctorem.50.*
9 *Absolutio a iuramento peti potest.*
*Licet, quis iurauerit eam non petere, & impetrata non vti.*
*Et de ratione per Grammaticum.*
10 *Reductio peti non potest coram ordinario, quando per partes commissa fuit ipsimet arbitro.*
*Et nulliter interposita non deuoluit.11. Nec amplius peti potest.13.*
12 *Reductio est species appellationis.*
14 *Iudex in causa principali non potest esse in causa appellationis.*
15 *Reductio quomodo peti, & in ea procedi debeat.*
17 *Arbitro dari potest amplissima potestas lædendi in quantitate etiam enormissima.*
18 *Procurator constitui potest etiam ad donandum.*
*Non tamen id intelligitur ex libera potestate concessa.*
19 *Arbitri potestas dependet ex compromisso.*
20 *Reductio peti non potest, si promissum fuit eam nõ petere, etiam propter enormissimam læsionem.*
*Licet arbiter fuerit factus.*
*Iudex à partibus super ea.21.*
23 *Iudex non debet facere actum frustratorium.*
*Et ob id lacerat libellũ ne faciat actum frustra.24.*
25 *Finis non est expectandus, qui non est profuturus.*
26 *Dictio iuxta idem significat, quod secundum.*
27 *Dictio relatiua refert actum principalem cũ qualitatibus suis.*
28 *Reductio tollitur stante prohibitione specifica statuti.*
28 *Statutum potest ordinare partibus, quòd non petant reductionem.32.*
*Sicut quòd stetur dicto alicuius officialis vel saltuarij.29.*
*Sed cõtra quidã si quis enormiter fuerit læsus. 30.*
*Quos autem refellit & declarat.31.*
31 *Statutum prohibens laudum de iniquitate redargui non posse, non excludit querelam enormis iniquitatis.*
31 *Reductio si pacto tolli potest.*
*Pariter & statuto 33.*
34 *Statutum de laudo exequendo nulla contradictione obstante non impedit reductionem ratione nimiæ iniquitatis.*
35 *In claris non est opus coniecturis.*
36 *Statuti determinationem cum nos habemus non est vlterius inuestigandum.*
*Et illud tenaciter est obseruandum.37.*
*Inanisq; est disputatio, vbi stat decisio statuti.*
38 *Statutum prohibens exceptionem nullitatis de notoria non intelligitur.*
39 *Statutum prohibens quem dicere se læsum ex laudo non impedit, peti resti. in integ. per minorem prætextu læsionis enormis.*
41 *Baldus in l.cum antea.C.de recep. arbi. declaratur.*
42 *Læsio magna arguit dolum præsumptum vel saltem latam culpam.*
43 *Laudum potest esse iniquum, sine tamen dolo iudicantis.*
44 *Statutum tollens reductionem non dicitur inuitare arbitrum ad delinquendum.*
*Et quare declaratur.45.48.*
45 *Lex si vnus.§.illud.ff.de pact. declaratur.*
46 *Dolus ex læsione præsumptus appellatur.*
47 *Testator non potest remittere confectionem libri tutori in præiudicium pupilli.*
*At statutum secus.*
49 *Statutum licet inualidum pro valido haberi debet, quando sic præcipitur.*
49 *Actum valere vel opponi non posse de nullitate pacificantur.*

## CONSILIVM CLXXVIII.

*Auxilium meum à Domino.*

PETITA fuit reductio corã D. Vicario, Magnifici D. Potestatis Ferrariç, per Pendasium à laudo lato per arbitrum, & arbitratorẽ electum inter eum, & Malchiauellum, de cuius viribus agendum est: quoniã per dictum Malchiauellum oppositum fuit eã non deuoluisse, neque deuoluere.

1 † Et prima fronte videtur admittenda, non obstantibus quibuscunque clausulis insertis in instrumento compromissi, stante læsione enormissima, quam prætendit Pendasius, nam nulla renunciatio reperitur, quæ impediat reductionem data enormi læsione, vt concludit Bal. in l.cum antea, col.3. C.de arbitr. vbi dicit, quod communiter obseruatur, quòd non obstante quacunque cautela verborum possit propter enormem læsionem peti reductio ad arbitriũ boni viri: quia non est verisimile, quòd cõpromittens hoc senserit, quòd arbitrator possit eũ enormiter lædere, sed videntur partes hęc verba adiecisse spe futuræ æquitatis arbitrii. Vnde si arbitramentum est multum enorme, reduci debet ad æquitatem, & vt latius ibi per eum, & in

2 † & in consi.329.præmitto, vol.3. in antiquis, vbi testatur hanc esse communem obseruantiam, & eius opinionem iuridicam & æquam dicit Castr.consi.72.pri. & ante omnia, col.fi. in antiqu. & tandem sequitur Butr. & Abb. in c. Quintauallis. de iureiur. sicq; consuluit idē Butr.consi.24.Ang.consi.172.laudum arbitratoris,& in sua disput.incip. duo ad inulcem litigantes,atque idem Castr. consi.74. quia frustra,pariter in antiq. † dicens, quòd ita se habet communis opinio & obseruātia, quòd per nullam cautelam verborū appositorum in cōpromisso fieri potest, quominus reductio petatur data magna iniquitate, † & ita practicāt aduocati,vt inquit Bal.in l.si vnus.§.illud.ff.de pact.sequitur prędictos referens Dec.consi.11. nu.6.consi.39.nu.6.consi.60.col.2.& cōs.533. col.1. Soci.consil.24.col.2. & consil.85.col.2. vol.1.Rni.cōsi.22.nu.9.vol.4.Soc.Iun.cōs.16. col.3.vol.3.Grat.respons.24 in prin.30. nu.6. & 118.num.25.vol.2. Curt.Iun.cōsi.50.nu.7. Specul.aure.in secundo actu princ. vltimæ partis,num.115.Ceph.consi. 208.nu.3. Ferratius cautela 8.Bursatus consi.99. nu. 11. Menoch.

3

4

5 de arbitra.iudi.lib.2.Cētu.1.casu 73. † Hocq; tanto magis procedere debet : quia partes in compromisso promiserunt reductionem non petere,quantumcunque enorme pręiudicium eis inferreretur ex laudo futuro, cum enim de enormi lęsione dictum fuerit,non comprehenditur enormior,vel enormissima, vt signanter in terminis ponit Imol. in d. c. Quintauallis, sub nu.60.vers.quartus casus, vbi propriè format quæstionem, quando renunciatio est latissimè concepta : quia renunciatur reductioni ad arbitrium boni viri,quantumcunque cōtingat enorme præiudicium inferri, demumq; relatis diuersorum sententiis concludit, quòd si dictum fuit de enormi læsione non comprehēdetur enormior & enormissima, quantumcunque enorme præiudicium inferatur : ergo stat ibi clara decisio in terminis nostris, quòd prætextu læsionis enormissimæ, quæ hic prætenditur, peti possit reductio, licet verba modo prædicto concepta sint.

6 † Quod insuper confirmatur, nam renūciationes strictè sunt intelligendę.Dec.consi.452. num.11.Alba consi.74.Senat. Pedemonta.de-

7 cis.112.num.5.cum simil. † & etiam si iuramēto firmatæ fint, ab eo tamen enormissima læsio censetur excepta, nec eo casu ligat iuramentum,vt ex infinitis refert Alex.consi. 41.nu.4. & 6.vol.1.Ias.latè consi.133. vol.4. Deci.consil.31.nu.2.consi. 38.139.176.180. 183. 203. 216.479.col.fin.consi.551.col.2. post Anch.in c.1.11.art.de cōsti.cum aliis quos abundè ponit Senat.Pedemont.decis.41.col.2. & Ceph.

8 consi.207.nu.13. † Et licet hanc lęsionem tantum alleget, non autem probauerit, sufficere debet,quantum ad effectum deuolutionis reductionis, sic dicitur in appellatione, quòd vt deuoluat, sufficit quid deducere, quod si probaretur,releuaret appellantem,vt declarat Do

9 minus meus Rimin.consi.356. † cum potissimè absolutionem petierit ac impetrauerit à iuramento,quod facere potuit,licet iurasset eam non petere,& impetrata non vti: vt per Bal. in l.iusiurandum,in rep. col.42. ff.de iureiur. vbi dicit,quòd licet huiusmodi iuramētum de nō petendo absolutionem teneat, tamen agi potest,vt relaxetur & absoluatur, quo relaxato petetur absolutio alterius iuramenti de soluendo appositi in contractu:quia tot sunt necessariæ relaxationes,quot & iuramenta, & ex fine vnius relaxationis, alterius petitionis origo proficiscitur. ita magistraliter Bal. & idē tenet Imola in l.hæc scriptura.ff.de condi.& demon. Felin.in c.debitores.col.6.de iureiur.cum multis aliis quos cumulat Grammatic.consi. 25.in ciuil. ea ratione confirmans. Nam ea facilitate, qua quis inducitur ad iurandum, eadem inducitur ad renunciandum, sicut in simili dicitur de illo qui confitetur spe futurę numerationis pecuniam recepisse, & insuper renūciauit exceptioni non numeratæ pecuniæ, qui nō ex hoc sibi pręiudicauit: quia ea facilitate qua inducitur ad cōfitendum, eadem inducitur ad renunciandum.l.fi.C.de non num.pec.& ita videtur intentio Pendasii bene iustificari.

Istis tamen non obstantibus hanc reductionem puto nequaquā admitti debere, velut interpositam coram D. Vicario cum reuerentia ad eam interponendam incompetente. Moueor:nam in compromisso partes renunciarūt omni recursui cuiuscunq; Iudicis, & casu quo aliqua reductio peteretur, & esset necessaria, ex nunc, prout ex tunc, & è contra ipsę partes communi consensu & voluntate elegerunt ipsum D. Arbitrum & Arbitratorem in bonum virum, cuius reductioni stare promiserunt.

10 † Vnde cum in indiuiduo commissio fuerit ei facta reductionis laudi sui,& respectu causę inter ipsas partes, dicitur fuisse derogatum iurisdictioni vniuersali D. Vicarii, quam habet in reductionibus,c.studuisti.de offi.deleg.& tradit Aret consi.102.vol.2. post Ange.in l. testamenta.C.de testamen.& aliàs dixi in §.1.Insti. de donat.nu.182. meritò talis reductio debuit interpretari coram ipso domino Arbitratore,

11 non autem coram D. Vicario, † & interposita coram eo nulliter non deuoluit, vt de appellatione tradunt Domini de Rota decis. 385. si appelletur, in nouis,quos sequitur Vantius in tract.de nullit.sentent.titu. quot & infra quod

12 temp.nu. 50. † cuius appellationis species est reductio,vt tradit Antonius Nicell. in tract.de concord.glo.nu.23.& Cur.in tract. de sequest. quæst. 2. nu. 66. & ita reductionem impugnat Grat. respons. 30.vol.1.quia coram Iudice incompetenti fuerit interposita, num.41.& 51.

13 † vbi vult amplius peti non posse : quia semel petita functus est quis officio suo, & de primo actu

actu debet intelligi. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. sign. & vltra Gratum, quòd non deuoluat ex isto capite reductio, tenet in termi-
14 nis Veronens. caut. 199. ad fin. † vbi remouet vnum dubiũ, quòd qui fuit Iudex in causa principali, non possit esse in causa appellationis, secundùm glo. in l. eos, in ver. prouocatum. C. de appel. Nam locum non habet, quando vtraque
15 pars consentit. c. accepta, de appell. † Nec defendi potest hæc reductio sub eo prętextu forsitan, quòd abesset D. Arbitrator, quando fuit interposita, meritò coram ordinario valuit: quoniam præterquam quòd id non constat, aliter procedi debuit, vt in statuto, quanto temp. daret inst. col. pen. vbi dicit, quòd si Iudicis, arbitri, vel arbitratoris absentia duratura sit vltra mensem, tunc eligatur alius Iudex de numero confidentium, & arbiter vel arbitrator secũdùm formam statuti de compromis. quod mandat dari confidentes numero 12. pro qualibet parte, & si non conuenerint per D. Iudicem 12. Sapientum Ferrariæ extrahi debeat vnus ex sex viris grauibus &c. quæ quidem seruata non fuerunt. Quare patet, dictã reductionem non rectè fuisse interpositam, nec in ea processum.

16 † Secundò non deuoluit alio respectu præsens reductio: quoniam partes in compromisso voluerunt, quòd D. Arbitrator possit decidere, condemnare, adiudicare, appropriare, attribuere, cedere, in solutũ dare, & de iure vnius dare alteri in magna, maxima, & parua quantitate, per quæ verba dicitur esse sublata reductio, vt notabiliter tradit Io. Baptista Perusi. in
17 tract. de arbitr. cap. 16. col. fin. lib. 7. † vbi dicit: in compromisso dari posse arbitratori amplissimam potestatem lædendi in quantitate etiã enormissima, quæ cautela optima est, & modus practicandi talis est secundùm Ang. in dicta sua disputatione, quarto artic. Quòd partes concedant arbitratori liberam & absolutam potestatem ius vnius partis in totum, vel in partem alteri concedendi, & donationis ti-
18 tulo conferendi: † quoniam sicut potest constitui procurator ad donandum & dilapidandum bona constituentis in totum, vel in partẽ, cum rei suæ quilibet sit moderator, & arbiter l. in re mandata. C. mand. quod tamen concessum non intelligitur ex libera potestate, Bal. & Alex. in l. si procurator. C. de procu. Ias. in l. contra iuris. §. fin. ff. de pact. Natta consi. 25. nu. 4.
19 & consi. 45. nu. 7. † Sic eadem potestas arbitratori concedi potest, nec est qui repugnet, cum omnis eius potentia dependeat ex compromisso. l. non distinguemus. §. de officio. ff. de recep. arbitr. & ita concipiendo pactum, ex læsione etiam enormissima circunscripto dolo arbitratoris nullo modo poterit peti reductio; nec enim hoc casu lęduntur partes præter eorum
20 voluntatẽ. d. c. scienti. de reg. iur. in 6. † ita cõcludit Perusi. & dicit esse notandum perpetuò: quia est de intentione communi doctorum, idemque tenuerunt Io. Calder. Rayn. de Forli. & Io. And. quos refert Bald. in d. l. cum antea, col. 2. C. de arbitr. Roma. in rubr. de arbitr. Hostiens. & Butr. quos refert & sequitur Veronẽs. in d. caut. 199. ad fin.
21 † Nec dicatur, ex illis verbis non esse sublatã reductionem propter sequentia, vbi D. Arbitrator factus est Iudex super ea; quia dictum est, casu quo interponeretur: habuerunt enim pro comperto, quòd nõ interponi posset, quod patet. Nam ei renunciarunt expresse, & omni recursui cuiuscunque Iudicis, sed casu quo interponeretur, (de facto tamen) voluerunt ipsum Arbitratorem esse cognitorem; non ergo concessa fuit dicta reductio.

Tertiò nõ deuoluit hæc reductio: quoniam partes in compromisso sponte & ex certa scientia, & ex sua mera, pura, simplici, & spontanea voluntate sibi inuicem cesserunt omnia & singula iura, quæ habituræ essent, seu sibi competere possent occasione d. reductionis ad arbitrium boni viri petendæ, & eius totius quod ipsis partibus vel alteri earum adiudicatum foret per ipsum D. Arbitrum & Arbitratorem in parua, magna, & maxima quantitate: casu quo aliqua sententia, seu laudum aliquod super ipsa reductione ferretur per ipsum D. Arbitrũ
22 & Arbitratorem, † quibus ita stantibus non debet admitti reductio, prout in terminis dicit Veronens. in d. caut. 199. colum. 3. vers. Posset etiam, idq; præter eum pulchre confirmatur.
23 † Nam Iudex non debet facere actum frustratorium. l. si prætor, in princ. ff. de iudic. & non debet quis admitti ad actum iudiciarium, qui factus non releuat. l. ad probationem. C. de
24 probat. † Hinc descendit, quòd Iudex lacerat libellum, gloss. in l. 1. ff. de offic. asses. ne faciat
25 acta frustra, † nec est expectandus euentus & finis, qui non est profuturus. l. aliquando. §. fin. ff. ad Velleia. l. cum hæres. §. fin. ff. de acq. hære. Corn. consi. 87. in fin. vol. 1. Marsi. cons. 21. nume. 57. consi. 51. nu. 16. Neuiz. consi. 51. nu. 18. At si ferretur sententia fauorabilis Pendasio super reductione nihil prodesset, cum iam cessit & adiudicauerit Malchiauello, quicquid ex ea consequeretur, meritò reductio non debet admitti.

Quartò non deuoluit hæc reductio vigore statuti nostri de compromissis, id enim formã tradit faciendi compromissum in vnũ, seu plures de iure & de facto, & tam in procedendo, quàm in terminando de omnibus & singulis petitis, deductis, & exceptis, ac dependentibus & connexis, emergentibus, incidentibus, seu occasionalis ab eisdem cum potestate cognoscendi, videndi, examinandi, procedendi, laudandi & decidendi de iure & de facto, & de iure tantùm, & de facto tantùm, vel mixtim lite contestata, vel non contestata, cum scripturis, vel sine scripturis, summariè, simpliciter, & de

plano,

plano, sine strepitu, & figura iudicii, sola rei veritate inspecta &c. quæ sequuntur, hocq; compromissum reperitur factum inter partes in arbitrum & arbitratorem, vnum modo prædicto, quia post eadem ferè verba sigillatim expressa, dictum fuit in omnibus & per omnia vt supra, & iuxta formã statuti Ferrariæ de hoc loquentis; quod est dicere secundùm formã di-
26 cti statuti, † nam dictio iuxta, idem significat, quod secundum c. maiores: de baptis. & ponit Alberi. in dictionario suo in ver. iuxta, & sic intelligitur, quòd partes fecerint hoc compromissum secundum dictum statutum & omnes
27 illius qualitates: † quia hęc est natura dictionis relatiuæ, vt referat principale factum cum omnibus suis qualitatibus. Bar. in l. 1. ff. de recepta. Ruin. consi. 13. num. 10. vol. 2. At facto comptomisso secundùm illud statutum succedit, vt inquit in ver. statuentes. col. 6. quòd id quod solus electus, in quem factum fuerit cõpromissum, laudauerit, plenissimam obtineat roboris firmitatem, ita quòd à tali laudo non possit appellari, querelari, supplicari, de nullitate dici, nec restitutio in integrum peti, etiam ex capite minoris ætatis, nec reductio ad arbitrium boni viri peti ex aliquo capite læsionis enormis, enormioris, vel enormissimæ cum cæ-
28 teris, quæ sequuntur, † meritò vana redditur omnino præsens reductio stante prohibitione specifica & expressa dicti statuti, vt in terminis dicit Cuma. consi. 136. col. 3. dicens quòd licet communiter teneatur non posse partes renunciare reductioni, tamẽ illis potest statui, quòd non possit peti reductio, & quòd omninò ste-
29 tur dicto arbitratoris, † quemadmodum quòd stetur dicto alicuius officialis, vel saltuarii vel similium, secundùm Iacob. de Aret. & Cyn. in l. 1. C. si aduers. liber. & prout statutum nostrũ disponit, subiungẽs. Imò ipsum laudum sit firmum, & perinde ac si esset sententia, quæ transiuisset in rem iudicatam, contra cuius executionẽ nulla exceptio possit opponi, quin sen-
30 tentia fortiatur debitam executionem. † Nec ab ista conclusione me retrahunt aliqui, volentes etiam stante statuto reductionis prohibitiuo nihilominus enormiter lęsum eam petere posse, vt Ancharanus consi. 207. col. fin. Ang. consi. 172. Abb. consi. 44. vol. 1. Roma. consi. 90. quos citat & sequitur Dec. in d. consil. 11. 39.
31 & alibi. Grat. respons. 30. col. 2. vol. 1. † quoniam si diligentius singuli discurrantur, nõ obstant casui nostro. Anch. enim col. pen. loquitur in statuto, quo cauebatur laudum non posse de iniquitate redargui, meritò nimirum si non excludit querelam enormis iniquitatis, sicut nec pactum partium super obseruantia laudi, vt concludit Anch. quia de iniquitate simpliciter loquendo non excludebat enormem. At statutum nostrum specificè excludit læsionem nedum enormem, sed enormiorẽ & enor-
32 missimam, † quo stante omnino reductio reiicienda est, vt facit statutum, quod vtique facere potest, nam si pacto reductio tolli potest facta mẽtione in pacto de enormissima læsione, secũdùm Imol. in d. c. Quintauallis. nu. 61.
33 & Cephal. consi. 121. nu. 8. † pari modo & per statutum. l. fin. vbi Batt. C. de fideiussori. Alex.
34 consi. 50. vol. 5. † Ang. verò loquitur de statuto dicente, quòd laudum exequeretur nulla cõtradictione obstante, meritò poterat reductio peti ratione nimiæ iniquitatis, & insupportabilis damni, de quibus non præsumebatur sta-
35 tutum voluisse loqui, † sed in casu nostro statutum est clarissimum, & in claris non est opus coniecturis. l. continuus. ff. de verbo. obligat.
36 & vbi nos habemus statuti determinationem vlterius non est inuestigandum. Bal. in l. Gallus. §. si eius. secundo notab. ff. de lib. & posthu. Dec. consi. 488. col. 1. & consi. 503. nu. 7. Marsi. consi. 131. nu. 20. & consi. 133. nu. 18. Moder. in repe. l. quid ergo. §. pœna grauior. col. 5. ff. de
37 his, qui not. infa. † vbi dicũt, tenaciter esse obseruandum statutum & eius verbis inhærendũ, inanis enim est disputatio, vbi est statuti decisio. Corn. consi. 109. in fin. vol. 1. Cephal. consil. 138. nu. 20. Rol. à Valle cõs. 72. nu. 6. vol. 3.
38 † Quatenus verò pertinet ad Abbatem, parum de ipso curandum est, velut extra rem loquente, videlicet de statuto, quo omnino nullitatis exceptio, ac defensio prohibita erat, vt de notoria non sit intelligendum, quę ex actis apparebat; de hoc enim casu non agimus, & illud statutum pati poterat illam interpretationem restrictiuam, quam non potest hoc in casu nostro, velut pręcisè & specificè loquens.
39 † Simili modo dicit potest Romano, loquitur enim de constitutione, seu statuto prohibente quem dicere se læsum, aut grauatum ex laudo, vultq; Romanus, quòd eo non attento possit peti restitutio in integrum per minorẽ prætextu læsionis enormis: quia verba dictæ constitutionis ciuiliter nõ autem iudaicè sunt intelligenda, & sic interpretanda, vt quanto minus fieri potest ius commune lædant, sed statutum nostrum præcisum est de quacunque læsione loquens enormi, enormiori, ac enormissima, & in qualibet reductionem tollente, igitur non potest interpretari ac restringi.
40 † Quinimò dico plus, vbi statutum non esset ita pręcisum ac specificum, prout est istud: quia simpliciter tolleret, peti posse reductionem ad arbitrium boni viri, certè valeret, nec reductio peti posset, nisi dolus, aut lata culpa arbitratoris intercessisset, ita Bal. in d. l. cũ antea, col. 3. vers. sed quid si per statutum. & cum infra, quæ citat Bald. loquantur quando sordes, vel euidens gratia arbitrorum intercesserit, non sufficit argui dolum, vel latam culpam ex simplici allegatione doli, vel latę culpę, vel enormis læsionis, sed tunc demum diceretur dolus aut lata culpa deduci, quando interuenisset euidens
41 gratia arbitrorum, aut eorundẽ sordes. † Alioquin

quin si vellemus intelligere Baldum de dolo,
vel lata culpa arbitratoris mediante enormi lę
sione, statutum parum operaretur, cũ reductio
petatur solummodo ex magna læsione, quæ ar-
guit dolum præsumptum, vel saltem latam cul-
pam, secundùm communem opinionẽ, de qua
per Dec.cõs.180.col.4. Rolan. à Valle cons.7.
num.44.vol.3.latè Senat.Pedemont.decis.41.
42 nu.3. † ita signanter Bald. declarat Cuma. in
d.cons. 136. col. 3. quem sequitur ad vnguem
Soci.Iun.cons.16.nu.14.vol.1.meritò cum mi
sterio statutum nostrum tollens reductionem,
locutum fuit de lęsione enormi, enormiori, vel
enormissima per quam nõ inducuntur sordes
43 vel euidens gratia arbitratoris, † cum laudum
possit esse iniquum sine dolo iudicantis. c.hoc
etiam prima quæst.6. c. cum olim. secundo de
priuileg.in 6.& tradit Butr.cons.125. col.fin.&
solum reductionem concessit, quando consta-
ret euidenter de dolo ex proposito arbitrato-
44 rũ, vt in eo subiicitur † Nec inde dicitur in-
ualidum hoc statutum, quòd inuitare videa-
tur arbitratorem ad delinquendum mediante
enormissima læsione partis. l.si vnus. §.illud.
ff.de pact.vbi nulla pactione effici potest, ne do
45 lus malus præstetur: †quoniam tollitur hoc ex
dictis per Feder.de Sen.in d. cons.125. ad fin.
qui loquitur in pacto. Dicit enim, quòd in di-
cto §.illud. inuitabatur ex tali pacto alter con-
trahentium ex lucro, quod ex dolo iudicantis,
vel fraude poterit consequi ad dolum vel frau
dem committendam. At Iudex vel arbiter aut
arbitrator ex sua sententia vel laudo nil lucra-
rur; quia commodum, vel incommodum cau-
sæ ad eum non pertinet. Vnde cessat causa do-
46 li committendi. † Præterea dolus hic, qui cau
satur ex læsione præsumptus appellatur, & re
ipsa, vt per Dec.in d. cons.39. in quo quicquid
sit quò ad contrahentes, an remitti possit, pla-
num est id per statutũ fieri posse, vt tradit Rui.
47 cons.97.nu.8. vol.5. † vbi dicit, ꝙ licèt testa-
tor non possit remittere confectionem libri ra
tionis Tutori in præiudicium pupilli; quia cõ-
tineret remissionem doli pręsumpti, & daret
materiam delinquendi, tamen bene statutum
posset illam remittere, licet in dubio non prę-
48 sumatur voluisse. † Posito igitur, ꝙ ex læsione
enormissima dolus præsumptus argueretur, &
videretur dari materia delinquendi, cum sta-
tutum eam tollat, nec ob eam velit reductio-
nem concedere, non est vlterius elaborandũ,
nec de validitate statuti dubitandum, tantoq;
magis non debet huius statuti validitas in du-
bium refricari: quoniam per aliud statutum de
obseruantia statutorum mandatur, ꝙ omnia &
singula statuta inserta in eorum volumine va-
leant, & validam roboris obtineant firmitatẽ,
nec Iudices aduersus ea debent audiri sub pœ
49 na, prout in nouissima reformatione. † Qua-
re quando etiam non valeret (quod negatur)
pro valido censeri debet. Cum paria sint, quòd
actus valeat vel quòd de nullitate opponi non
possit, vt per glo.in l. qui habebat. §.1. de ma-
num.testa.cũ simil. per Alex.cons.106. col.pe.
volum.2.& in decreto Senatus & statuto tradit
Dec.cons.456. in princ. & Vantius in tract.de
nullit.sentent.tit.qui pos.dic.de nullit. nu.42.
50 † Et tenendo hanc partem cõtraria cessant,
nam verum est regulariter, per cautelas verbo-
rum reductionem non tolli, sed fallit in casibus
supra narratis, qui concurrunt in casu nostro,
nec D. meus Rimin. in allegato cons. 356. lo-
quitur de allegatione tantum læsionis, sed de
probatione, quæ bene consideratur. Et licet in
pactis non esset expressa mentio facta de enor-
missima lęsione, tamen satis est, quòd facto cõ-
promisso secundùm formam statuti succedat
eius dispositio tollentis reductionem, licet ex
capite læsionis enormissimæ, vt dixi supra. Et
ita remanet, vt declaretur, hanc reductionem
non deuoluere.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

## Pro Domina Magdalena Cannana.

### ARGVMENTVM.

De sententia lata infra tempus luctus defuncti ipso iure nulla.

### SVMMARIVM.

1 *Multa impediuntur fieri quæ iam facta tenent.*
*Fallit vbi lex prohibet & procedit annullando.* 26.
2 *Processus factus tempore feriato valet si factus parte non opponente.*
*Si tamen fuit præsens & consensit.* 32.
*Secus si absens.*
3 *Sententia ferri non potest cõtra grauiter infirmũ.*
*Si missus fuerit excusator.*
*Quod est ad cautelam non autem necessarium.* 34.
4 *Sententia valet lata per Iudicem ignorantem infirmitatem.*
5 *Sententia lata infra nouẽ dies luctus defuncti nulla est, licet non fuerit oppositum de dicto tempore luctus.*
6 *Dictio penitus, denotat ipso iure.* 12. 13.
*Et in totum vel ex toto.* 7.
8 *Penitus prohibere est in totum potestatem auferre.*
9 *Negatiua fortior est ad negandum quàm affirmatiuà ad affirmandum.*
10 *Negatiua vniuersalis falsificatur quando remanet aliquid affirmatiuum.*
*Et importat totalem nullitatem.*
*Et ipso iure.* 11.
13 *Penitus illæsum seruari denotat, quòd ipso iure & totaliter seruetur illæsus.*
14 *Dictio prorsus, facit dispositionem statim ipso iure operari, vbi aliàs quid extrinsecum expectaretur.*
15 *Dictio penitus, est præcisa nec limitationem recipit aut modificationem.*
16 *Verba cadat ab omni iure suo, requirunt sententiã.*

*Secus si dicatur penitus priuetur.*
*Seu prorsus priuetur.*
*Et de ratione differentiæ.* 17.
18 *Sententia lata contra prohibitionem legis habetur pro non lata.*
*Et est nulla.* 19.
20 *Actus redditur nullus quoties causa efficiens redditur inhabilis.*
*Et vbi deficit potestas.* 21.
22 *Geminata nullitas operatur etiam parte non opponente.*
23 *Verba geminata censentur prolata cum maiori deliberatione.*
*Et inde apparet de magis enixa voluntate disponentis.* 24.
25 *Actus geminatus non potest dici superfluus.*
27 *Allegatio partis non requiritur quando Iudex est certus.* 29.
28 *Citatio est nulla quando certum est Iudici quem nõ debuisse vocari*
30 *Mors probatur si dicatur Petrum olim talis.*
31 *Scientia præsumitur ex vicinitate temporis.*
33 *Dictum doctoris debet intelligi secundum legem & Doctores quos allegat.*
34 *Infirmitas allegari debet quando Iudex eã ignorat.*
35 *Vidua non tenetur exire domum & ad Iudicem ire intra 9. dies luctus viri.*
36 *Iudex pro veritate laborare debet.*

## CONSILIVM CLXXIX.

*Auxilium meum à Domino.*

DVBITATVR, sententiam latam pro Alleotis infra tempus luctus mortis D. Ludouici Marigellæ nihilominus valere, cum non fuerit oppositũ per D. Procuratorem Lugentium tunc citatum ad eã audiendam, clientes suos infra tempus luctus reperiri, sed eam ferri permisit, † siquidem multa impediuntur fieri, quæ iam facta tenent. l. patre furioso. de his qui sunt sui vel alie. iur. cum aliis per Ias. ibi, sicut & per Fely. in c. super his. col. 2. de accusatio. & Marf. sing. 194.

2 † Secundò, quia videmus, ꝙ licet tempore feriarum in causa procedi non possit, valet tamen processus tempore feriato factus parte nõ opponente. l. 1. §. 1. de feriis tradit Imol. consil. 88. & Crau. consi. 272. num. 9.

3 † Tertiò, nam licet sententia ferri non possit contra grauiter infirmum. l. quæsitũ. ff. de re iudic. id tamen procedit, si missus fuerit excusator ad docendum de tali infirmitate, aliàs valet, vt per Alex. ibi & Specul. aur. in 3. par. sextæ partis, nu. 107. † Ignorantia namq; Iudicis
4 de infirmitate operatur, vt sententia per eum lata valeat, vt notat in d. l. quæsitũ. & Hier. Gabriel. consi. 50. nu. 1. Quare sic & in casu nostro fieri debuit, vt aliquis tunc mitteretur, quòd de tempore luctus doceret, quod quidem cum factũ non fuerit, sententia lata videtur valere.

5 † Ego verò non obstantibus prædictis subtiliter excogitatis contrariũ verius puto, sicq; sententiã prædictã nullã fuisse tẽpore luctus latam, tametsi non fuerit tunc oppositũ dictum tẽpus luctus obstare. Moueor ex tex. in §. sancimus. col. fi. posito in auct. vt cum de app. cognos. vbi dicit Imperator nulli penitus esse licentiã hæredes, parẽtes, liberos, coniugẽ, agnatos, cognatos, aut alios affines eius aut fideiussores ante nouẽ dierũ spatiũ, quibus videntur lugere, conueniendi, aut quocunque modo inquietandi, aut aliquã admonitionẽ eis offerẽdi, aut in iudicio eos vocãdi. Si verò intra nouem dierũ spatiũ aliquis ausus fuerit quãlibet de prædictis personis cõuenire, aut aliquã cautionẽ, seu promissionẽ, vel fideiussionẽ exigere ab ea, hæc oĩa inualida esse decernimus. & illi constitutioni accedit alia in auct. sed nec. C. de sepul. viol. vbi dicitur, sed nec ante nouẽ dies ab obitu numerãdos vlla fiat prorsus molestia aduersus quẽlibet ex defuncti persona. Si qua enim cautio, vel q̃d simile fiat, inutile erit. Quibus planè iuribus hæc conclusio compro-
6 batur, si diligenter considerentur. † Nam verbum illud penitus, priore loco positum est canon latæ sententiæ, cum denotet ipso iure. l. si qui Aduocatorum. iuncta gloss. C. de postula. Ioan. And. Domi. & Perusinus in c. 1. de postul. prælat. in 6. Domin. & Perusin. in c. Romana. §. fin. de senten. excom. in 6. vbi & hoc sentiunt Hostiens. Ioan. Monach. & Archid. Perusin. in c. ex tenore. & post eũ Dec. col. 5. de app. Corn. consil. 312. col. 3. vol. 1. Mathes. sing. 112. cum simil. à Tiraq. cumulatis in l. si vnquam. in ver.
7 reuertatur. nu. 87. C. de reuoc. donat. vbi subiungit, ꝙ idem significat quod in totum, vel ex toto, quæ est significatio dictionis omninò, quæ haud dubiè est latæ sententiæ secundum Tiraq. Vnde dicunt Hostiens. Ioan. Monach. & Perus. in c. Romana. § fin. de senten. excom.
8 in 6. † penitus prohibere est in totum potestatẽ auferre, iunctumq; cum illa dictione vniuersali negatiua, nulli, excludit vniuersaliter. l. is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. l. fin. ff. de lib. & posthu. c. Deus omnipotens. 2. quæst. 1.
9 Dec. consi. 365. col. 3. † cum sit fortior negatiua ad negandum, quàm affirmatiua ad affirmãdum, glo. notat in l. hoc genus. ff. de condit. & demon. & in c. cum dilectus. de consuet. Dec. in c. ex parte, colum. 2. de consti. consi. 3. col. 3. Crau. consi. 146. nu. 4. Rube. consi. 51. Angus-
10 sol. consi. 45. nu. 7. † & ideo vniuersalis negatiua falsificaretur, quando remaneret aliquid affirmatum, vt in proposito dicit Andr. Sicul.
11 consi. 37. col. 8. vers. 3. põdero. vol. 1. † Quodq; magis rem nostrã attingit, vniuersalis negatiua importat talem nullitatẽ, & ipso iure, vt per Ias. consi. 122. col. 3. sequitur Rol. à Valle con-
12 sil. 57. nu. 50. vol. 3. † idemq; dictio penitus significat, vt per illum text. notat Areti. in l. fin.

13 notab. 5. C. de pact. † & vbi dicitur ꝙ quis penitus seruetur illesus, denotat, ꝙ ipso iure, & totaliter seruetur illesus, vt tradit idem Aret. in l. si colonus. ff. de acq. possess. demumque operatur sine ope exceptionis, vt post Io. And. scri
14 bit Perusi. in c. 1. de postul. prælat. in 6. † & illi dictioni penitus, accedit dictio prorsus, secundo loco posita, quæ facit dispositionem statim ipso iure operari, etiam vbi aliàs expectaretur quid extrinsecum, puta sententia, vt voluit But. in c. ad aures, de præscrip. & in c. si diligenti. de for. compet. Corn. cons. 312. col. 3. vol. 1.
15 † Nec (vt ad priorem dictionem reuertar) illud omittendum censeo, ꝙ dictio penitus, præcisa est, nec limitationem recipit, aut modificationem, vt tradit Ang. consi. 31. viso laudo. col. fin. Alex. in l. qui vsumfructum. ff. de verbo. oblig. Dec. in auth. qui rem. col. fin. C. de sacr. eccl. cons. 137. col. 1. & cons. 401. col. 2. Ange. cons. 31. col. fin. cum similibus per Tiraq. loco citato, quæ cum ita sint illa verba (nulli penitus esse licentiam conueniendi) cum cæteris supra relatis, significare debent, quòd ipso iure & vniuersaliter quis excludatur, & quòd sententia nulla sit indifferenter, & is contra quem lata sit ipso iure & totaliter seruetur illesus, & sine ope exceptionis, hoc est oppositionis, ꝙ sit intra tempora luctus, aliàs si eo non opponente sententia lata eo tempore valeret, destrueretur significatus genuinus illius dictionis penitus, & prorsus, nec esset præcisa, limitationemq; ac modificationem reciperet con-
16 tra eius naturam, † & ad horum corroborationem adduco Mathes. notab. 112. qui dicit vnu notabile verbum de hac dictione penitus, prorsus, & id genus. nã si dicatur, quis cadat ab omni iure suo, requiritur sententia, secus si dicatur penitus, seu prorsus priuetur, vel omnibus
17 modis priuetur. † Et est ratio diuersitatis: quia primo casu signum vniuersale omne, qualificat, nō verbum sed res, vel iura, quibus quis est priuandus mediante sententia, sed vltimo casu dictio penitus, prorsus, & id genus qualificat ipsum verbum, idest ipsum actum priuandi, & ideo sententia non requiritur, quod dicit esse notandum velut à paucis tactum. Sic enim dici debet in casu nostro, quòd per illa verba. Nulli penitus licentiam esse conueniendi &c. qualificetur ipsum verbum, hoc est actus conueniendi, vt de se corruat absque ministerio oppositionis vel sententiæ declaratoriæ postea latæ.
18 † Secundò principaliter confirmatur ista conclusio. Nam clarum est, quòd iura prædicta, prohibent sententiam ferri, vel quid aliud in iudicio contra alium tempore luctus, vt denotant illa verba. Nulli penitus licentiam esse conueniendi, & illa. Sed nec ante nouem dies vlla prorsus fiat molestia. Vnde sequitur, quòd dicta sententia pro Alliotis tunc temporis lata cōtra prohibitionem dictorum iurium fictione iuris perinde habeatur ac si nunquam fuisset lata. l. non dubium. & ibi not. Bal. Castr. & Ias. nu. 9. C. de legi. meritò siue fuerit oppositum de tempore luctus priusquam ferreretur, siue non, successoribus Marighellæ præiudicare nō potest, cum pro non lata reputetur.

Tertiò considero, quòd dicta iura prohibēt ferri sententiam, vel quid aliud fieri tempore luctus, vt probatur ibi. Nulli penitus esse licentiam hæredes conueniendi &c. & ibi. Sed nec ante nouem dies ab obitu numerādos vlla fiat
19 prorsus molestia, † ex quo sequitur, eam sic latam contra prohibitionem legis esse nullam. d. l. non dubium. in ver. inutile, & nullius momenti. & ibi notant Doctores, vt Ias. refert notab. 7. & sequitur Natta consi. 237. sub num. 6.
20 † Quoties enim causa efficiens redditur inhabilis, actus redditur nullus. l. si quæramus. & ibi Bart. ff. de testamen. Alberic. in l. conficiuntur. §. quoties. ff. de iure codicill. Portius Imolens. consi. 16. num. 47. vt ex prohibitione contin-
21 git, † cum enim deficiat potestas, actus nullus redditur. c. si diligenti. de for. compe. gl. Card. & Imol. in clem. 1. de sequestr. poss. idem Portius consi. 92. nu. 65. Rursus addo, quòd vtrobique ponitur clausula decreti annullatiua, vt ibi. Si verò intra nouem dierum spatium aliquis ausus fuerit quamlibet de prædictis personis conuenire &c. hæc omnia inualida esse decernimus; & ibi. Si qua enim cautio, vel
22 quid simile fiat, inutile erit, † vnde cum geminata nullitas insurgat ex sententia lata tempore luctus. Prima, quia lata fuit contra prohibitionem legis. Altera, quia lex eam expreßè annullat, debet esse nulla etiam si pars non opposuerit de tempore luctus antequam ferreretur; quia geminatio multo magis operatur. l. balista. ff. ad Trebel. Barto. in l. cum scimus. C. de agric. & censit. lib. 11. Dominus meus Riminaldus consi. 225. num. 12. Iacob. Nouell. in supplemento regularum Petri Duenas in verbo geminatio actus. Corn. consi. 76. nume. 8.
23 vol. 4. † & verba geminata prolata censentur cum maiori deliberatione, glo. fin. in c. si quis, iratus. secūda quæstionē tertia. Paris. cons. 89.
24 num. 23. volu. 3. † & vbi verba geminata sunt magis enixa, dicitur apparere de voluntate disponentis, ne verba superfluò censeantur apposita, Castren. consi. 115. colum. 2. volum. 1.
25 Crau. consi. 105. num. 4. † Imò non potest dici superfluò fieri, si actus geminetur, vt tradit Natta cōsi. 398. col. fi. Et ex his hæc opinio remanet optimè fundata, quæ clarior etiam reddetur sublatis adductis in contrarium per excellentißimum Dominum Vicarium.
26 † Non obstat igitur primum de regula l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui, quòd multa impediuntur fieri, quę iam facta tenent: quia respondet Alberic. ibi uno modo præ cæteris, qui rei nostrę pulcherrimè deseruit. Aut enim (dicit) ea quæ facta sunt, facta fuerunt legitimè,

time,& tunc obtinet illa regula. Aut verò facta fuerunt legitimè,& lex prohibet, & vltra procedit annullando,& tunc cessat illa regula: qa ita facta nō valent, sic vt impediretur heri per d.l.non dubium,quam citat Albert. At in proposito nostro sumus in lege prohibitiua & vlterius procedente annullādo. Ergo quéadmodum si opponeretur antequam ferreretur sententia tempore luctus, impediretur ferri, pari modo si lata fuit oppositione non facta valere non debet,ex quo lata fuit non legitimè pendente tempore luctus contra prohibitionem legis & actum annullantis.

27 † Nec valere debet ex eo, q procurator lugētium tunc citatus non opposuit se esse intra tempora luctus, sed sententiam ferri permisit, quoniam certum erat iudici, Marigellam esse mortuum,& tempus luctus pendere, quo stante non tenebatur procurator,aut alius venire, & allegare priuilegium suum,prout tradit glo. singularis in l.1.§.1.in vers.nullius momenti.

28 ff.de feri.quam sequitur Bar.† & commendat Ang.notans ex ea nu.6. quòd vbicunque est certum iudici vocatum non debere vocari, vocatio est nulla ipso iure. Nam & nemine opponente debet iudex defensionem sibi patentem allegare,& hoc idem tradit Ang.in l. si enim;in

29 prin.ff.si quis cautio.† dicens quòd ubi quis in ius vocari non potest,& iudici hoc liquet, non est necesse opponere defensionem, debuit ergo iudex abstinere, & non ferre sententiam tunc temporis, quam lex ferri prohibebat, & latam annullabat. Quod autem iudex prædicta sciret tempore sententiæ, patet ex ipsa.ibi.Contra olim D.Ludouicum Marigellam,& rursus ibi.contra Cananum interueniē

30 te pro dicto olim D.Ludouico † Ex his enim verbis scientia mortis in iudice ea proferente probatur; quoniã si probatur ex eis mors dicti Marigellæ,vt tradit Alex.in l.1.§.hoc aūt.ff.de ope.no.nun.post Imol. & Iacob. Butrig. quos citat,& tradit Ioan.Baptista Ferret. consi. 47. num.22.& Iudex dicta uerba protulit, fateri oportet, ipsum sciuisse dictam mortem,cumq; pateat ex collatione temporis latæ sententiæ & sepulturæ dicti Marigellæ mediante fide Notarii & fratrum sancti Francisci in actis producta quòd dicta sententia lata fuit infra nouem dies à morte dicti Marigellę,dici debet ipsum iudicem sciuisse,quòd penderet tēpus luctus & sic mortem illius fuisse recentem:

31 † quia scientia præsumitur ex vicinitate temporis.Crau.consi.74.nu.2. Paris.consi.76. nu.7.nu.4.sicut ex vicinitate loci. l. si vicinis. C. de secū. nupt. Bar. Bal. Castr. Dec. Do.meus Riminaldus & alii in l.1.ff. si cert. pet. Port. Imol.latè cōs.147 nu.78.meritò nō tenebatur procurator quicquã de hoc opponere, sed imputari debet parti & iudici q noluit procedere, & ille iudicare tēpore prohibito illis certo.

32 † Ad secundum respondetur,tex.in l.1.§.1. ff.de feriis procedere quando tempore feriato processum fuit partibus pręsentibus & consentiētibus, quia fauori suo priuato potuerūt renunciare,vt doctores dicunt, & probatur in l.pen.C.de pact.secus si illis absentibus, vt sub dit tex. quia nulla est sententia, sicq; loquitur

33 etiam clarè Imol.in d.consi. 88. † & ita quoq; debet intelligi Crau.in d.consi.272.nu.9. secūdum legē & Doctores quos citat, ut per Bart. in l.non solum.§. liberationis uerba.ff. de lib. leg.Io.Campeg.consi.156.nu.8.vol.1.ultimarum voluntatum,Ceph.consi.186.nu. 60. Roma.consi.76.col.fin. Soc. Iun.consi.68.nu.27. vol.1.Menoch. consi.35.nu.30.consi.52.num. 165.& consi.90.nu.55.

34 † Ad tertium uerò respondetur, illud de excusatore mittendo ad docendum de infirmitate procedere, quando iudex eam ignoraret, ut etiam glo.tangit in d.l.quæsitum. Rursus illud fit ad cautelam, prout loquitur Alex.non autem dicit esse necessarium,imò verò supra notat ex illo tex. impeditum non teneri mittere procuratorem, quod per longam distinctionē prosequitur Imol. & inter cætera tenet, quòd ubi impedimentum non est uoluntarium & paruo tempore duraturum,quis non teneatur mittere procuratorē, qualis erat casus noster de impedimēto luctus necessario & modici tē

35 poris nouem dierum tantum, † & certè cum viduę intra d.nouem dies non teneātur exire domum,& ire ad iudicem, vt dicit Ias. in l. 2. col.2.ff.de in ius uoc. nec vllo modo debeant inquietari,nullaque prorsus eis fieri molestia, prout in d.iuribus dicitur, sequitur quòd nec excusatorem,nec procuratorem,vel alium mittere teneantur, & potissimè quando iudex id sciebat,ut in casu nostro probatur ex supra deductis. Quare concluditur, hanc sententiam fuisse, & esse nullam omnino, sicque de iure declarandum esse. Cum potissimè in alio iudicio iura multa deducentur,quę in lucem venerunt, ex quibus apparebit, quàm iniustè Al

36 lioti litem fecerint. † Vnde pro veritate iudex etiam laborare debet. l. non est nouum. cum ibi notat. C. de eden.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

## Pro D.Bartholomea Meia.

### ARGVMENTVM.

Quando confessio dotis facta per maritum pręiudicet creditoribus,& q alienatio non dicatur in fraudem fisci celebrata.

### SVMMARIVM.

1 *Confessio mariti de dote recepta praeiudicat etiam creditoribus quādo mulier agit hypothecaria lapso tempore opponendi excep.non num.pecu.*

2 *Et est communis opinio.*

3 *Tempus opponendi dotem non numeratā est annus vel tres menses sunt, vt in iure distinguitur.*



Solutio

4 *Solutio vera & confessio solutionis post 30. dies aequiparantur.*
5 *Iuramentũ assertiuũ veritatis probat cõtra iurãtẽ.*
6 *Confessio dotis praeiudicat cuilibet successori etiam fisco quando emanauit antequàm res in eum fuerint translata.* 11.
7 *Lex si quis post hac. C. de bon. proscr. quando procedat.* 8.
9 *Actio de dote quando detur contra fiscum.*
10 *Fiscus non debet esse melioris conditionis marito.*
12 *Tertius opponens excep. non num. dot. non auditur nisi infra tempus quod viro daretur.*
13 *Romani opin. consi. 445. in fi. falsa.*
*Et contra eam plures versantur.* 14.
15 *Confessio dotis praeiudicat quando concurrunt alia indicia ex quibus coadiuuatur.*
*Et est communis opin.* 16.
17 *Statutum Mutinae de alie. bonor. facta per malefac. lib. 3. rubr.* 40.
*Tria requirit ad alienationem in fraudem fisci dicendam.* 18.
19 *Verba nõ aliter nec alio modo praecisã habẽt naturã.*
*Et taxatiua sunt.* 20.
21 *Verba quoquo modo praecedente negatiua significans nullo modo & in nihilum.*
22 *Statutum non tollitur per non vsum, sed per vsum contrarium.*

## CONSILIVM CLXXX.

*Auxilium meum a Domino.*

PVBLICATIS bonis Philippi de Rocca anno 1566. propter homicidium ab eo commissum cõparuit Bartholomaea Meia eius mater cum instrumento securitatis dotis suae lib. 300. sibi factę per dictum Philippum de anno 1563. quam dotem dixit habuisse Blasiũ eius patrem tẽpore contracti matrimonii, petiitq; reuocari tenutam sumptam per Sindicum Camerae Fiscalis Sauignani cuiusdam terrae castaneatiuae, super qua dicta dos fuit specialiter assecurata eamque sibi liberè relaxari pro dicta dote.

Rursus comparuit Bernardus de Rocca dicens de anno 1565. dictum Philippum sibi vẽdidisse bona, de quibus in instrumento producto, petiitq; dictam tenutam reuocari, sibique dicta bona liberè relaxari, nec in eis molestari, & super his instructo processu mihi transmisso petitur quid de iure sit decidendum.

Et imprimis circa dotẽ D. Bartholomeę videtur habere fundatam intentionem ex doctrina Bart. in l. assiduis. col. 2. C. qui pot. in pign.
1 hab. † vbi dicit, ꝙ confessio mariti de dote recepta praeiudicat etiam creditoribus, quando mulier agit hypothecaria cõtra tertios possessores lapso tempore opponendi exceptionem non numeratae dotis, sequitur Alex. consi. 24. viso instrumento contractus. col. 2. vol. 2. quod est repetitũ. cons. 90. vol. 3. & idem tenet Alex.
2 cõs. 123. col. 1. vol. 6. † & cõem testatur Rube. cõs. 78. col. 3. vers. Tertiò stringit. Soc. cõs. 82. col. 1. vol. 3. Gozad. cons. 42. colum. 3. & Crau. cons. 40. num. 7. vbi concludit in casu suo, ꝙ ex quo dicebatur esse lapsum tempus opponendi exceptionem non numeratae dotis, meritò cõfessio debebat ꝑiudicare creditoribus. Quod
3 hic ad vnguem contingit, † nã tempus opponendi dictã exceptionẽ est annus, vel tres mẽses sunt, vt distinguit text. in l. fin. iuncta auct. quod locum. C. de dot. caut. non numerat. haec autem confessio iam quatuor annis emanauit, ergo lapsum est dictum tempus.
4 † Secundò comprobatur ex doctrina Bart. cons. 160. Titius promisit Sempronio, vbi tenet, ꝙ vera solutio ac confessio solutionis post 30. dies aequiparantur. l. in contractibus. §. qũ. C. de non num. pecu. saltẽ interpretatiuè. Vnde confessio creditoris de recepto probat veram numerationem, vt fideiussor contra debitorem agere possit, sicq; consuluit Franc. Tigri. prout refert & sequitur Castr. in l. duobus. §. 1. ff. de iureiur. & in l. qui debitorem. ff. de fideiuss. & cons. 396. quęritur vtrũ, in antiq. atq; idem tradit Alex. in d. cons. 24. col. 2. & d. consil. 123. col. 1. Dec. cons. 499. col. 1. Vnde pariter hic post lapsum tẽpus opponendi dictã exceptionẽ non numeratę dotis, confessio dicti Philippi, ꝙ sciret in veritate patrem suum habuisse, & recepisse à patre dictae Bartholameae lib. 300. pro eius dote, debet veram solutionẽ probare, sicq; alteri praeiudicare, vt hic fisco.
5 † Tertiò, quoniam iurauit omnia & singula in dicto instrumento contenta fuisse & esse vera, quod iuramentũ assertiuũ veritatis probat cõtra iurantẽ. Bar. Bal. Saly. & alii in l. fi. C. de non num. pecu. Soc. cons. 82. col. 1. vol. 3. Alex. cons. 18. vol. 3. qui loquitur in confessione patris de quid recepto à filio cũ iuramento, quare dicamus idem ecõtra in confessione filii de receptis à matre per patrẽ suũ, & eum sequitur Crau. d. cons. 40. sub nu. 7. & per Dec. cõs. 536.
6 sub nu. 9. † Et sicut cõfessio praedicta cũ iuramẽto praeiudicat d. Philippo, pariter praeiudicare debet cuilibet successori & sic fisco, ex quo emanauit antequam res in eum fuerint translatae, vt not. Ioan. And. in addit. Specul. de teste. §. nunc tractemus. in addit. magna. tradit Bart. in l. si mater. §. fi. ff. de excep. rei iud. & in l. si superatus. ff. de pign. Aret. cõs. 13. col. 2. cõs. 112. circa fi. & cons. 36. Soci. cons. 11. vol. 1. cõs. 13. col. 2. & cons. 82. col. 2. vol. 3. latè Crau. in tract. de antiq. temp. prima parte. num. 78. Rui. consil. 76. num. 14. vol. 5. Cephal. cons. 90. num. 52.
7 † Nec ab ista conclusione nos mouere debet tex. in l. si quis posthac. C. de bon. proscri. vbi publicatis bonis mariti, vxor repetit dotẽ tantũ, quã se corporaliter tradidisse docuerit, non ergo cõfessionatã: quia procedit ille tex. quãdo sumus infra tẽpus opponendi exceptionem

non

non numeratæ dotis. Secus si post, tunc enim
mulier admittitur etiã contra fiscũ, licet actua-
liter non probet numerationem, secundùm gl.
ibi in ver. dotalium, dum dicit, fiscũ sicut & cæ-
ros creditores, quorum interest posse excipere
de non numerata pecunia, per l. si cui. C. de nõ
8 nume. pecu. † & sic glo. intelligit illam l. si quis
posthac, secundum d. l. si cui, videlicet intra tẽ-
pus, non autem post, & hoc idem clarè tradit
9 Castr. in l. si marito. in princ. ff. solu. matr. † vbi
vult actionem de dote dari contra fiscum si fuit
renunciatum exceptioni non numeratæ dotis,
vel erat transactum tempus opponendi exce-
10 ptionem, nõ numeratæ dotis: † quia fiscus nõ
debet esse in hoc melioris conditionis ipso ma
rito. sed maritus compelleretur soluere in di-
ctis casibus, ergo & fiscus, & idem tenet Fulgo.
consi. 133. cons. 205. & cons. 217. Tiraquell. de
vtroq; retract. in tit. de retrac. ligna. §. 1. gl. 18.
nu. 91. & decis. Neap. 402. nu. 11. post And. de
11 Isern. & alios quos citat, † & hanc esse cõmu-
nem opin. & cõmunem practicam testatur Bul-
ga. in l. 1. sub nu. 26. col. 3. ff. sol. matr. Vnde se-
quit ex prædictis conclusio fauorabilis D. Bar-
tholameæ, tantoq; magis quoniam fiscus pos-
sessor bonorum d. Philippi non habet aliquam
hypothecam in eis. Vnde mulier in dote cõfes
sata retinet priuilegia sua contra tertium cre-
ditorem, vel possessorem nõ habentem aliquã
12 hypothecã, † nec auditur tertius possessor op-
ponens exceptionem non numeratæ dotis, ni-
si infra tempus quod viro datetur, vt latè con-
cludit Bal. Nouel. in d. l. 1. num. 145. ff. de solu.
13 matr. & post eum Bulg. nu. 27. † Ex quibus fal-
sa redditur opinio Rom. consi. 445. in fi. & Fe-
ly. in d. c. si cautio. de fid. instr. vers. Fallit vlti-
mò. num. 77. ad fin. & Parisii consi. 52. col. fin.
14 vol. 2. qui contrarium tenet, † nam longè plu-
res supra relati tenẽt pro muliere, sicut etiam
tenet decis. Neap. 402. reiecta Fely. sententia
& num. 10. dicit esse communem opinionem.
15 † Quartò, confessio dotis præiudicat, quan-
do concurrunt alia indicia seu coniecturę, ex
quibus veritas cõfessionis coadiuuatur, puta,
quando maritus vxorem retinuit, & alimenta
sibi præstitit tanquam dotatę. Bal. in rubr. C. de
priuile. dot. col. 3. vers. vnde quæritur, Dec. cõ-
sil. 536. colum. 3. vers. & ad hoc. Socl. cons. 122.
16 col. 4. † & eõem testatur consi. 82. col. 2. vol. 3.
sequitur Crau. cons. 40. nu. 4. Sed hæc Meia &
à marito, & à filio eo mortuo sẽper fuit alimẽ-
tata, ergo d. cõfessio psumit vera: quia non est
verisimile, q maritus eã tantò tpe voluisset te-
nere sine dote. Et hæc de primo qsito dici pñt.
17 † Nunc ad secundum descendo de vẽditio-
ne facta Bernardino, pro quo deducitur statu-
tum Mutinæ sub rubrica de alienat. bon. facta
per malefac. lib. 3. rubr. 40. disponens; q si quis
fecerit alienationem de omnibus suis bonis,
vel eorum maiori parte; si dicta alienatio facta
fuerit intra 60. dies proximè præcedẽtes tem-
pus maleficij commissi, & tempore dicti male-
ficii, idem malefactor ipsa bona alienata quo-
quomodo tenuerit, alienatio prædicta pro si-
mulata & irrita respectu fisci habeatur ipso iu-
18 re & facto. † Tria igitur concurrere debent ad
irritandam alienationem velut in fraudẽ fisci
factam, q de omnibus bonis, aut maiori parte
sit facta, q intra 60. dies præcedentes maleficiũ
facta fuerit, & maleficii tẽpore malefactor pos-
sideret, deinde subdit statutũ. Et aliter nec alio
modo simulata & irrita quoquomodo intelli-
gatur, nec sit alienatio prædicta, nisi quæ facta
19 fuerit intra dictum tẽpus. † Quæ verba & ali-
ter nec alio modo, pręcisam habent naturã, ita
q aliqua modificatio non admittitur, nec alia
interpretatio separatã à verbis, vt inquit glo.
Bal. & alii in l. & si quidem. C. de except. & idẽ
Bal. in c. 1. §. deniq;. col. fi. quæ fuer. prima cau-
sa benefic. Dec. consi. 61. nu. 2. cons. 281. nu. 4.
20 † & taxatiua sunt, & præcisa, vt tradit D. meus
Rimin. & Ias. in l. 2. in princ. in ver. non aliter.
ff. de offic. eius, sequitur Paris. cons. 19. nu. 13.
21 vol. 2. † quibus accedũt & illa, quoquomodo,
negatiuè prolata propter dictionem nec, præ-
ambulam à qua reguntur, nam significant, q in
nihilum, seu nullo modo sit irrita alienatio.
l. gręcè. §. illud. & ibi gl. Bar. & alii. ff. de fideius.
Dato igitur, q hæc alienatio facta sit Bernardi
no coniuncto clam: quia extra iurisdictionem
Sauignani, q in ea cõprehensum fuerit Casta-
netum matri prius hypothecatum, non vr irri-
ta respectu fisci, postquã nõ cõcurrunt illa tria,
quę statutũ requirit. Deficit enim illud, q intra
60. dies præcedentes maleficium facta fuerit,
22 † nec fisco prodesse videtur abnegare, q dictũ
statutũ fuit in obseruantia Sauignani, non iusti
ficando q similis casus pluries euenerit de alie
natione facta vltra dictum tempus, & q cõtra-
rium fuerit obseruatum: quia bona fuerunt pu
blicata, nam per simplicẽ non vsum lex non tol
litur, nisi contrarius vsus interuenerit, vt per
Cyn. in l. rẽ non nouã. §. patroni. C. de iudi. in
l. fi. C. de iure domi. impetr. & in l. 2. C. quæ sit
long. consue. latè Aret. in proœ. Instit. §. igitur.
col. fi. Bal. in l. de quibus. vers. Modo quæritur.
ff. de legi. Io. And. Butr. & Abb. in c. cum Ioan-
nes. de cleri. coniug. Abb. cõs. 57. secunda par-
te. Cald. cõs. 4. de consue. Natta consi. 56. nu. 4.
Quare super his motiuis aduersus fiscum dili-
genter est considerandum.

*Hippol. Riminal. Ferrar.*

## Pro magnif. D. Anto. Malchiauello.

### ARGVMENTVM.

Materia substitutionis an & quando extenda-
tur. Et alia pulchra pertractantur.

### SVMMARIVM.

1 *Substitutio de casu ad casum non expressum non ex-
tenditur.*

## CONSILIVM CLXXXI.

*Auxilium meum à Domino.*

CIRCA testamentum D. Antonii de Malchiauellis adeo copiosè scriptū fuit per Clarissimos Dominos Consulentes ad fauorem D. Antonii Iunioris de Malchiauellis eius pronepotis, vt opera mea verè non sit necessaria, ne tamen honesto desiderio petentis, qui mecum plurimum potest, deesse videar, paucula quaedam, quae mihi succurrunt in medium proponam.

1 † Et imprimis aduersus D. Antonium modernum facit illa regula satis trita, quòd substitutio de casu ad casum non expressum non extenditur, vt scribit Soci. cons. 63. col. 7. nu. 14. vol. 3. cons. 104. col. 5. num. 8. eod. lib. Rubeus cons. 120. col. 3. Gozad. 21. nu. 8. & 59. in prin. Ceph. cons. 292. nu. 4. sed semper dici potest, hoc casu non loquitur substitutio, & qui vult dicere substitutionem aliquem casum includere id ostendere debet, vt tradit Io. And. in addit. Specul. tit. de testa. §. 1. vers. occurrit. in fi. Old. consi. 21. Soci. cons. 62. num. 3. cons. 63. col. 7. nu. 14. vol. 3. Abb. cons. 140. vol. 1. Gozad. cōsil. 21. nu. 8. consil. 59. in princ. Rube. cons. 28. num. 1. consi. 120. col. 3. Soci. Iun. consil. 102. nu. 23. vol. 1. & cons. 176. nu. 8. vol. 2. Crau. cōsil. 161. nu. 16. Cephal. cons. 269. num. 11.
2 † vt enim dicit Ioan. And. loco citato casus omissus habetur pro omisso, licet eadem aequitas versetur in omisso, quae in expresso versat̄, vtq; dicit Anch. cōs. 356. ex serie testamenti: col. fi.
3 licet testator interrogatus in casu omisso idem respondisset, postquam tamē in eo expressè nō prouidit, legalis interpretatio ad eū omissum porrigi non debet, sequitur Natta consil. 678. nu. 30. Rolan. à Valle cōs. 58. cuius rei ratio facilis in promptu esse potest; quoniam si testator voluisset aliquem casum includi, facilè sibi fuisset eum exprimere, quod cum non fecerit non intelligitur disposuisse. l. vnica. §. sin autē ad deficientis. C. de caduc. tollend. ita Natta
4 cōs. 186. nu. 9. † longeq; minus substitutio trahi debet de persona ad personā, vt tradit Aret. in l. Gallus. §. & quid si tantum. col. 4. versic. 2. adde. ff. de libe. & posth. & post eum Ias. col. 5. in l.

in l.cum res. ff.de lega. primò, & in consi.220. columna quarta,versi. Imprimis. volumine secundo.Dec.in l.illam, numero 11.C.de collatio.consi. 218.numero 9.consi.291. colum.penultima,consi.377.nume. 11.;consil.384.consilio 465. nume.16. & consi.697. num.13. Tiraquell. in l.si vnquam, in ver. libertis, numero 23.C.de reuoc. donat.Soci.Iun. consi.185. num. 11.volum.2.Neuiz. consi.31. nume. 21.
5 Natta in allegato consi. 678.num. 28. † Crot. qui communem testatur in d. §. & quid si tantum,num.53. Menoch. consi.97. nu.91.latius confirmans vt per eum Paris. consi.11.num. 5. volum.3. & Berous consi. 63. nn.25. volum.2.
6 † Quod procedit etiam, quando testator interrogatus idem respondisset. Nam non sufficit testatorem aliquid voluisse, aut in mente cogitasse,nisi id aliquo modo disposuerit,lege quidam cum filium. & ibi Bald. & Imol. ff. de hæred.instit. Alexand.in l.3. in fin. C. de libe. præterit. Dec. consil.89. col.5. cum similibus. per Socin.Iunio. consi.111.num.28.volum.1. vbi sic ampliat regulam prædictam, sicque ob id substitutio nõ extenditur de persona ad per sonam secundum eum,quod etiam voluit Cuma.in l.commodissimè.ff.de liber.& posthum. & Tiraquell. loco citato & præter eos Hieronymus Gabrielius consilio 95. nume. 14. post
7 allegatos per eum. † firmaque remanet omnino dicta regula, quando persona substituti variaretur, vt hic de Ioanne vocato ad Antoniũ eius filium, nam extensio substitutionis non conceditur, vt tradit Bart. in l. Gallus.in prin. columna penultima, nume. 9. Imol. per illum textum in l. si pater filium impuberẽ. ff.de vulga. & pupilla. Ange. in d. §. & quid si tantum. columna tertia. Cuman. secunda. Alexand.in l.nam hoc iure. columna tertia. ff. de vulga. & pupill. & in l.1.eodem titulo,num.11.Socin. num.22. limitatione secunda. Ripa nume.92. Socin.consi.77.colum.penult. volum.3. Dec. consi.394.num.7. Gulielm. Bened. in c. Raynutius.versic. si absque liberis, num.26. de te-
8 stam. † quę fuit etiam mens Saly.in l.fin. C.de posthum.hæred.instit.quatenus dixit, dispositionem factam erga vnam personam ad aliam non extendi, & sic loquitur de persona substituta & honorata, at duæ sunt in effectu substitutiones in hoc testamento, quę non videntur huic D.Antonio deseruire, meritò per eas admitti non debet. Probatur (primam sumendo) nam instituta domina Vincentia vxore sua in certis bonis testator disposuit ea mortua dicta bona deuenire ad infrascriptos eiusdem testatoris nepotes & hæredes infrascriptos,posteaquam instituit Raphaelem,Ioannem Benedictum, & Bartholomæum fratres & Ioannem de Malchiauellis eius nepotes, & de filiis eorum nullam fecit mentionem. Vnde sequitur dictos filios nepotum testatoris præcedentium vxori, prout de Ioanne contigit, non admitti, sicque dominum Antonium dicti Ioannis
9 filium remanere exclusum. † Nam cum vocauerit testator eius nepotes & hæredes infrascriptos, illi duntaxat hęredes venire debent, quorum nomina in testamento legi possunt, non autem alii hæredes, quorum nomina in eo legi non possunt, vt declarat Barto. in l.qui liberis. §. hæc verba. in fin. ff. de vulga. & pupilla. de testatore qui substituit Titio, si decesserit, suos hęredes infrascriptos, postea instituit pauperes Christi nominandos, vel eligendos per talem. Nam si præter illos, alios quoque nominauit, illi tantum veniunt, non autem pauperes postea electi: quia non sunt in testamento scripti, sequuntur Aretinus &
10 Iaso. ibidem † & melius etiam probatur per Imol. in l.si quis filium. §.fina. ff. de acquiren. hæredit. vbi tenet relictis 300. filiæ, si testator voluit, quòd si decederet ante nuptias deueniret legatum ad hæredes suos infrascriptos, filiis institutis, & filiæ præmortuis fideicommissum cessare, nec ad nepotes ex filiis pertinere: quia debet intelligi de hæredibus nominatis tantum, non autem de hæredibus hæredũ, sequitur latè Alexan. in terminis loquens consil.178. volum.5. & Ruin. consil. 29. colum.2. volum.2. Socinus Iunior consilio 131. numero 74. volumine primo, cum similib. per alios
11 consulentes allegatis, † quibus addo pariter Alexan. consilio 69. columna 3. volum. 3. qui substitutionem restringit; quia testator dixerat,velle bona permanere in superius nominatos per modum suprascriptum. Vnde ad alios extendi non poterat ex restrictione facta per testatorem,sicque ponderat eum Rubeus consilio primo,colum. 3. & Ruinus consi. 150. co-
12 lum. penult. num. 18. volum. 2. † Vnde idem dici debet, quando testator loquutus fuit de infrascriptis hæredibus: quia perinde haberur,ac si nominati fuissent proprio nomine, secundùm Bart.consi.7. factum est tale. Iaf.consil. 15.num.2.volum.1. Curt.Iunior consi.115. num.21.& Ruinus in dicto consilio 29. numero quinto post Alexand. in l.fina. C. de hære-
13 di. instituen. vt ibi per eum. † horumque Doctorum sententia confirmatur. Nam dictio infrascriptos, velut infra, restrictiua est, & ostendit in substitutione non venire, neque contineri, nisi expressè enumerata, vt tradit Alexand. consilio 176. in fin.volumine secundo. Decius consilio 190. nume. 8. Paris.consilio 93. numero 24. volum. 1. Menoch. consilio 86. numero 71.

Altera verò substitutio ponitur in Institutione dictorum nepotum in omnibus aliis bonis facta, vbi testator eis institutis eos inuicem substituit vulgariter & per fideicommissum, & ita quòd aliquo vel aliquibus ex supradictis eius hæredibus decedente,seu decedentibus, portio hęreditatis ipsius testatoris talis seu talium decedentium peruenire debeat ad

Aa 4 supersti-

superstitem, seu superstites ipsorum hęredum, hęc enim substitutio facta fuit in portione decedentis, in qua fuit institutus, & de superstitibus ipsorum hæredum. Quare non videtur cōplecti posse bona relicta vxori, cum in eis dicti
14 nepotes non fuerint instituti hæredes, † nam cui non conueniunt verba dispositionis, non conuenit dispositio. l. 4. §. toties. ff. de dam. infect. & in substitutione tradit Hiero. Albanus cons. 22. nu. 7. Item cum vocati sint superstites ipsorum hæredum, non videntur venire posse
15 eorum filii: † quoniam vox ipsorum, non potest nisi ad supra memoratos referri, velut personalissima, vt verbis vtar Baldi, quem refert Ias. in l. filiusfamilias. §. diui. num. 151. ff. de lega. 1. sicq; ponderat in terminis substitutionis. Soc. Iun. consi. 111. num. 24. vol. 1. & Hiero. Albanus consi. 4. num. 13.

Confirmatur: quia dicendo, quòd aliquo ex supradictis eius hæredibus decedente, portio talis sic decedentis deuenire debeat ad superstitem, seu superstites ipsorum hęredum, voluit testator denotare personas substitutas, quę essent eiusdem qualitatis, cuius erat ille, cui substituebat, & sic quòd vno nepote moriente
16 alii nepotes succederent, † meritò Ioanne nepote præmoriente vxori dici non potest vocatus D. Antonius eius filius: quia nō est eiusdē qualitatis, cuius erat pater suus, cui facta fuit substitutio, & ita cōsiderat in simili casu Alex. cons. 104. consideratis verbis, vol. 2. & in materia substitutionis Rui. cons. 181. col. 2. vol. 2. & sicut D. Antonius ex nullo capite substitutionum, de quibus in testamento, videtur admittēdus, ita nec ex persona patris sui præmor
17 tui, siue ex iure transmisionis, † tum quia pater fideicommissarius mortuus est conditione fideicommissi pēdente, quo casu transmissioni locus non est. l. vnica. §. sinautem sub conditione. C. de cad. tollen. l. in personam. C. de fi-
18 deicom. † Quod etiam procedit in descendentibus, vt not. gloss. communiter recepta. in l. vnica. C. de his qui ante aper. tabul. & probatur in l. cum ex filio. in prin. ff. de vulg. & pup. & ibi Bal. & Imol. reiecta glo. in l. is cui. ff. de actio. & oblig. sequitur Rube. consi. 8. nu. 3. cōsil. 35. col. 2. & cons. 104. col. 2. D. meus Rimin. cons. 183. num. 12. Castr. Alexan. Ias. & Rip. in l. cum filio. ff. de leg. 1. Bal. cons. 146. cons. 254. vol. 1. cons. 115. vol. 5. Soc. cōs. 74. col. 1. vol. 4. Dec. cons. 465. col... cōs. 515. in prin. cōs. 574. Rui. cons. 181. vol. 2. cons. 183. nu. 3. eod. vol. cons. 122. nu. 3. cons. 136. nu. 55. & cons. 152. vol. 3. Paris cons. 3. nu. 38. vol. 1. cons. 70. nu. 7. cons. 75. nu. 21. cons. 77. num. 1. vol. 2. Cephal. cons. 32. nu. 3. Roland. à Valle cons. 46. num. 5. vol. 3. Natta cons. 551. nu. 15. Bursat. cons. 71. num. 7. post Vasquium, quem citat vt per eum Bero. cons. 74. num. 17. & 20. vol. 2. vbi testatur hanc esse communem, & Glossam in d. l. is cui
19 esse ab omnibus ferè damnatam. † Tum quia voluntas testatoris, quæ ex verbis prolatis colligitur, repugnat, ꝙ transmissio locum habere possit. Voluit enim, quòd D. Vincentia mortua supradicta bona stabilia, nec nō credita, in quibus vt supra fuit instituta, quibusdam exceptis, peruenire debeant ad eius nepotes hæredes infrascriptos, & sic quòd vno præmoriente D. Vincentiæ cæteri tota dicta bona consequātur, ergo non potest habere locum transmissio alicuius partis in hūc D. Antonium, quia aliàs alius, vel alii non haberent totum, sed cum diminutione partis transmissæ, ita Rui. arguit in dicto cons. 181. num. 4.

Nec istud ius transmisionis coadiuuari posse videtur ad beneficium D. Antonii, quòd in secunda substitutione nepotum dixerit testator, quòd aliquo ex illis quandocunque sine filiis decedente portio talis decedentis sine filiis deueniat ad superstitem.

20 † Vnde propter factam mētionem filiorum dictorum nepotum videtur summi coniectura transmisionis fideicommissi cōditionalis ad eos, & sic ad D. Antonium præmoriente Ioanne patre suo nepote Testatoris, secundum Bal. in l. 1. C. de his qui ante aper. tabul. in l. si pater. quæst. 4. C. de instit. & substit. & in l. 1. C. vt act. ab hæred. Cuma. consi. 13. Fulgo. cons. 15. Ias. cons. 153. primo dubio, vol. 2. Soci. in l. hęredes mei. §. cum ita. nu. 10. ff. ad Trebel. consil. 141. nu. 26. vers. & alia, vol. 2. cons. 6. col. 3. vol. 3. Dec. cons. 397. num. 6. cons. 515. & consil. 574. Natta cons. 688. nu. 3. Celsus Hugo cōsil. 20. nu. 56. Bero. consi. 108. consi. 74. cōsi. 18. & consi. 84. num. 24. vol. 2. & Cepha. consi. 16.
21 num. 42. † dicens istud procedere, quando de filiis est facta mentio conditionaliter: quia fuerunt positi in conditione, non autem quando dispositiuè: tunc enim non admitterentur iure transmisionis ex tacita atque coniecturata voluntate testatoris, sed iure proprio tanquam vocati & substituti, sicque declarat Dec. in dicto consi. 515. col. 1. vers. & ista conclusio. idemque Ceph. cons. 283. nu. 24. Bellon. consil. 60. cum similibus per Bursatum consil. 71.
22 num. 8. † Quoniam considerandum est, quòd testator in illa secunda substitutione loquutus fuit de aliis bonis præter relicta D. Vincentiæ vxori suæ, in quibus aliis bonis instituit dictos nepotes, & eos inuicem substituit vulgariter & per fideicommissum, subdens quòd aliquo ex eis decedente quandocunque sine filiis portio talis decedentis deueniat ad superstitem. Fateor enim, quòd respectu dictorum aliorum bonorum ius transmisionis locum haberet, & ita pars dictorum bonorum, quam fuisset consequuturus Ioannes, si prędecessisset, iure trāsmisionis in D. Antonium eius filium fuisset deuoluta, sed quòd istud porrigatur ad bona relicta dominæ Vincentiæ, & in eis ius transmisionis locū habere debeat, non video quomodo dici possit, aut attentari, ex quo de illis

nullum

23 nullum verbum facit eo loco testator, † & interpretatio facienda sit, vt fideicommissum velut odiosum euitetur. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pupil. Ias. post alios in l. ex tribus. C. de inoffi. testamen. Dec. consi. 465. num. 14.
24 Crau. consi. 180. nn. 1. & in fin. † vbi etiam cõcludit in dubio contra fideicommissum iudicandum esse, sequitur Castr. cons. 45. num. 12. & consi. 46. nu. 15. Et ex his repellendus videtur à dictis bonis dictus D. Antonius.

Nihilominus diligentius cogitauti mihi cũ cæteris, qui scripserunt ad eius fauorem contrarium verius visum fuit. Moueor: quoniam testator voluit bona relicta vxori suæ deuenire ad eius nepotes hæredes infrascriptos, & vt infra institutos ac vocatos, pondero, quòd testator nedum fecit mentionem de nepotibus infrascriptis, sed addidit & vt infra institutos ac
25 vocatos, † quæ dictio, vt, dicitur consecutiuè posita. c. si autem. 2. quæst. 6. Corn. consil. 117. num. 13. vol. 1. & sic prosequendo per ea verba
26 voluit eos qualificare magis, & limitare, † sicut quando quis confitetur, vt in instrumento cõtinetur, nam limitata videtur confessio secundum Bal. in l. 2. col. 1. vers. vlterius nota. C. de erro. calcu. Roma. consi. 194. Alex. consil. 3. in causa & lite, in princ. vol. 2. & cons. 8. videtur
27 fortasse in fin. vol. 4. † & cũ misterio dixit institutos ac vocatos, vt comprehenderet eorum substitutionem factam in aliis bonis, nam per verbum institutos satis erat expressa institutio, vnde per illa verba ac vocatos, venit substitu-
28 tio, † cũ alioquin essent superflua, & nihil operarentur, quod esse non debet. Bald. in rubr. C. de contrahen. empt. quæst. 9. at ibi modo reperiuntur dicti nepotes instituti & substituti, ita quòd aliquo eorũ decedente sine filiis portio talis decedentis deueniat ad superstites, & sic de nepotibus & eorum filijs facta fuit mentio, quo casu transmissioni locus esse debet in persona D. Antonii præmoriente patre suo secundum supra citatos, & alios copiosè per Do-
29 minos Consulentes. † Meritò sic & in ista substitutione facta in bonis relictis D. Vincentiæ dici debet: quoniam cum hæc substitutio fuerit per testatorẽ exæquata illi posteriori, quicquid plus reperitur in illa, ad quam fuit facta exæquatio, debet attribui huic exæquatæ. lege Princeps. ff. de legi. tradit Bart. in l. 1. colum. 1. ff. de leg. 1. & post eum cæteri, Rui. consi. 163. colum. 1. volum. 5.
30 † Confirmatur hæc intentio testatoris substituendo vxori dictos nepotes, respectiuè ordine successiuo, nam respectiuè significat quẽlibet proportionabiliter, & pro rata vocare. l. pen. cum ibi not. C. de ser. fugit. & tradit Bero. in suo consi. seu subscriptione facta ad aliud
31 consulentis, in hac causa, † ordine verò successiuo denotat, vt in priore gradu quopiam sublato sequens admittatur, vt tradit Ioan. Durant. tit. 4. caut. 6. ergo hinc tacita mens nedũ transmissionis, immo verò vocationis colligi-
32 tur, † quæ mens ex verbis prolatis sufficit ad inducendum fideicommissum. l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de libe. & posth. ibi. Vt eo casu valeat, qui ex verbis concipi potest, quem tex. ad hoc notat Bal. in c. 2. requiris. de appell. sequitur Dec. consi. 465. col. 2. Baldassar Quintius consi. 177. nu. 63. primo Tomo vltimarum vo-
33 luntatum, † & quibuscunque verbis mens testatoris colligitur, sufficit, vt fideicommissum inducatur, etiam si essent enunciatiua. l. etiam hoc modo. l. & eo modo. ff. de lega. 1. Bart. in l. Pamphilo. in prin. ff. de leg. 3. Dec. consil. 23. num. 4. consi. 38, nu. 2. consi. 637. nu. 9. Soci. inter consilia Curt. Sen. consi. 40. num. 19. cuius conclusionis est ratio: quia in fideicommissis voluntas potius quàm verba inspicitur. l. cum virum. C. de fideicom. l. 3. §. conditio. ff. de adi.
34 leg. † etiam si voluntas ex coniecturis colligatur. l. cũ proponebatur. l. qui solidũ. ff. de leg. 2. Soci. consi. 12. vol. 1. Paris. consi. 52. nu. 7. vol. 2. Soci. Iun. consi. 42. nu. 27. vol. 1. Bero. consi. 78. num. 13. vol. 2. Angussol. consi. 14. nu. 10. Tobias Nonius consi. 32. nu. 7. cum similibus per Ceph. consi. 136. num. 28. & Menoch. consi. 85. num. 85. At si voluit testator vnumquenq; nepotum suorum ratam consequi bonorum relictorum vxori, & ordine successiuo, hoc est vno præmortuo sequentem in gradu succedere in portionem deficientis, mens aperta colligitur fideicommissi dispositi ad beneficium D. Antonii præmoriente patre suo, cum alioquin, vt & bene dictum fuit per Clarissimum D. Bertazzolum mihi fratrem honorandum, superuacanea redderentur illa verba.
35 † Non prætereo, quòd testator in substitutione dictorum nepotum vxori suæ subiunxit, iuxta dispositionem per dictum testatorem in præsenti suo testamento, quæ clausula posita fuit ad ampliandam substitutionem dictorum nepotum ibidem factam in bonis vxori relictis, vt non solũ procederet eo modo quo fuerat ibi concepta, sed etiam secundum formam testamenti inferius positam. Vnde si in eo aliqua forma substitutionis dictorum nepotum reperiretur, illa esset implenda, vt in simili casu considerat Cephal. consi. 245. nu. 66 At inferius in aliis bonis in quibus dicti nepotes instituuntur, substituuntur inuicem vulgariter & per fideicommissum, facta mentione filiorum suorum, si quis eorum decederet, signum trãsmissionis apertum, vt supra dictum fuit, ergo id etiam seruandum est in prima substitutione de illis facta respectu bonorũ vxori relictorũ.
36 † Addo quoque, quòd testator dictæ D. Vincentiæ dictos nepotes substituit per fideicommissum, & omni meliori modo, via, iure & causa, quibus magis, validius fieri põt, cuius clausulæ magna vis est, & inter cętera denotat, ꝙ disponens non censeatur se voluisse restringere ad modum & casum specificatum, vt tradit Bal.

Bal.in l.vinum, col.antepen. ff.si cert.pet. Rui. consi.9.nu.9.vol.5. Alex.consi.t t 3.vol.3. Bald. consi.489.col.1.vol.3. Soci. consi.142.col.an-
37 tepen. volum.1. † & in terminis substitutionis Crau. consi.fin. num.15. sed si actus non valet vt agitur, valeat eo modo, quo valere potest, de quo per Bar. in l.1. §.si quis ita. ff.de verb.obl. notatur in l.non codicillū.C.de testam. Baptista à S.Blasio consi.146.col.t.primo Tomo vltimatum volnntatum.Bero.consi.t 35. num.4. volum. t. voluit ergo testator vocare nepotes nedum per fideicommissum, sed etiam vulgariter,& reciprocè, & in eorum defectum filios suos, nā hic est melior modus, via & causa, quibus magis, validius id fieri posset, tū vt æqualitas seruaretur, tum vt mortua vxore bona ad familiam testatoris omnino redirent.

38 † Et tenendo hanc partem non obstant contraria. Namque ad primum caput substitutionis primæ, quod dicebatur esse restrictum ad nepotes infrascriptos, vnde filios eorum non complectebatur, cum in testamento legi non possent velut ibi non nominati, & ideo videbatur habere locū illa regula vulgata, quòd substitutio nō loquitur in hoc casu, nec eum com-
39 prehendit † respondetur, quòd illud procedere posset alio non apparente, at secus ex quo se retulit testator ad disposita inferius in suo testamento in alia substitutione, vbi plenius & latius fuit locutus, etiam de filiis nepotum lo-
40 quendo, prout superius ego perpendi. † Vnde succedit vnum notabile, quòd quando ponuntur in dispositione duæ dictiones, vel orationes, quarum significatio dissimilem producit effectum, attenditur illa, ex qua dispositio redditur plenior, & quæ pinguiorem producit effectum.l. non solum. §.fin. ff.de vsucap. declarando illum text.vt per Barto. in l.si quis ante. ff.de acquir.poss. & tradit Crot.consi.14.nume.49. At per inferius dicta in secunda substitutione surgit & producitur plenior effectus; quia cōtinentur etiam filii nepotum prædecedentium, meritò debent attendi, & præualere verbis illis infrascriptos, magis restrictiuis, & secundnm ea substitutio prima plenior debet remanere.

41 † Ad aliam verò substitutionem, quę loquitur dē aliis bonis, in quibus nepotes fuerunt instituti, non autem de bonis relictis vxori, in quibus dicti nepotes non fuerunt instituti, meritò verba dictæ secundæ substitutionis non conueniunt bonis, de quibus in prima substitutione, respondetur, istud esse falsum, stante ꝙ in prima substitutione bonorum relictorum vxori vocauit nepotes vt infra institutos ac vocatos respectiuè ordine successiuo, & iuxta dispositionem inferius positam in suo testamen-
42 to, † nam per tot verba relatiua eorum, quæ postea dixit in secunda substitutione, intelligitur in prima facta relatio cum omnibus suis qualitatibus. Bar. in l.si quis seruum. §.fin. ff.de lega.2.& in l.sanctio legum.ff.de pęn. Aretin.in l.si pluribus.in princ.ff.de verb. oblig. Castr.in l.si cui.§.à filio. ff.de leg.t. Rui. consi.t 50. nume.t 7.vol.3. & in consi.t 34. num.20. volu.2.

43 † vbi vult, quòd virtute relationis personę vno loco nominatæ habeantur pro nominatis in loco referente, sicut & Cephal.consi.t 6.num.23. Vnde licet in secūda substitutione non loquatur testator de bonis vxori relictis, nec in eis fuerint nepotes instituti, satis est, quòd ipsi nepotes fuerunt substituti dictis bonis vxori relictis, quemadmodum fuerunt substituti in aliis bonis, in quibus etiam fuerant instituti: videlicet nominando etiam illorum filios, casu quo quis eorum decederet. Vnde pariter in prima substitutione idem repetitum & dictum censetur. Et ideo quemadmodum in secūda trāsmissioni locus fuisset in d. Antonium, si Ioannes pater prędecessisset, sic & in prima idem iuris esse debet, vt etiam supra deduxi.

44 † Nec insuper repugnat verbum ipsorum, personale innātum verbo superstitē, quod excludit filios nepotum. Nam quantum ad hoc vt iure proprio veniant filii nepotū in ea substitutione, bene id negari posset, sed quantum ad id quòd iure transmissionis veniant, negari non potest, ex quo de illis mentio facta fuit saltem conditionaliter, & dictio ipsorum, non est adeo personalis, quin alios includat, saltem quando constat de contraria mente disponentis, vt post Aretin. tradit Ias. in l.t. §.adipisci-
45 mur.col.2. ff.de acquir.poss. † & in terminis Alex.consi.104.vol.2.& Rui. consi..18t. col.t. & 2.vol.2. accedat dictio alius, relatiua & repetitiua eiusdē qualitatis, cuius erat illę, de quo facta fuit mentio.c.fi.de pac.in 6. cum ibi not. per Archid.& per glo.& alios in c.sedes. de rescript.cum similib.adductis per Rui. Vnde filii filiorum non includuntur, vt prosequitur Rui. quæ dictio hic non concurrit, & ideo casus noster ab illo diuersus est.

Ad aliud verò, quod dicebatur D. Antoniū nec etiam iure transmissionis venire posse: quoniam substitutio nepotum facta fuit in omnibus bonis relictis vxori quibusdam exceptis, vt perpendit in alio casu Ruin. in d.consi.t 8t.
46 col.2. † respondetur, illum à nostro differre, quoniam dixerat ibi testator se velle, quòd alii superstites succederēt in totum, propter quod verbum, in totum, impediebatur transmissio ratione supra relata, quam ponit Rui. ibi. At hic non dixit testator omnia bona relicta dominæ, seu in totum pertinere ad nepotes, sed
47 simpliciter supradicta bona. † Vnde expressio facta in casu Rui. nocet, quæ in nostro non facta nocere nō debet.l.expressa. & ibi Dec. Cagnol.& alii. ff.de reg.iur. nam sæpenumero effectus rei mutatur ex eo quod testator expressit, quod absque expressione intelligitur l.non nunquam. in princ.l.in diem.§.fin. ff.de cond. & demonstrat.

Confir-

48 † Confirmatur, nam ſicut verba ſubſtitutionis ſactæ D. Vincentiæ nou impedirent detractionem Trebellianicæ, non obſtante quòd illa dicitur detrahi contra voluntatem teſtatoris. c. Raynaldus. in fin. de teſtamen. l. Titia, in fin.
49 ff. ad leg. Falcid. & l. 1, C. eod. tit. † quæ ſententia communior eſt etiam hodie, vt inquit Cephal. conſi. 154. nu. 74. ita multo minus impedire debent ius tranſmiſsionis, quæ fit ex voluntate teſtatoris, ſecundum Bal. in d. l. 1. C. de his qui ante aper. tab. cum aliis ſupra deductis & ponit Dec. conſ. 397. Durantes de arte teſtã. titu. 5. caute. 23. col. fin.
50 † Ad vltimum verò de ſecunda ſubſtitutione, vbi tranſmiſsio inde collecta nõ debet operari reſpectu bonorum, de quibus in prima ſubſtitutione, poſtquã de illis in ſecunda nil dicitũ, reſpondetur, ꝗ illud procederet, niſi in prima ſubſtitutione facta fuiſſet relatio ad dicta in ſecunda, nam virtute dictæ relationis, ſecus eſſe debet, vt ſupra deduxi. Et ita ſublatis contrariis in ſentẽtiam cæterorũ conſulentiũ trãſeo.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

## Pro D. Io. Baptiſta de Hiſpania.

### ARGVMENTVM.

De curatore bonis dato nunquid nõ confecto inuentario comparere poſsit pro abſente & ante lit. conteſt. pro curatorem conſtituere, demumq; nunquid teneatur probare vitam abſentis pro quo comparet. Et poſt publicationem bonorum lapſis. 30. diebus comparere, & quando ſtatutum minores non comprehendat.

### SVMMARIVM.

1 *Curator datus bonis tenetur facere inuẽtarium. 5.*
*Sicut & tutor. 2.*
*Etiam agnatus. 3.*
*Et ponere res in inuentario per ſigna latera et confinia. 4.*
*Aliàs comparere non poſſunt in iudicio. 5.*
*Fallit bonis occupatis ab alio. 6.*
*Et in vtilibus tantum abſentis. 7.*
*Et de ſtilo Curiarum vbi tales tolerantur comparentes licet nondum facto inuentario. 8.*
2 *Tutor tenetur facere inuentarium.*
*Et res in eo ponere per ſigna latera & confinia. 4.*
*Aliàs non poteſt in iudicio comparere. 5.*
*Fallit in vtilibus pupillo. 7.*
*Et de ſtilo Curiarum in quibus toleratur. 8.*
9 *Doctori atteſtanti de conſuetudine credendum eſt, quò ad præſumptionem, ſed alij contra, qui communem teſtatur. 10.*
*At prior opi. procedit in Curia Doctoris ſic atteſtantis non in alia. 2.*
12 *Curator ante litem conteſtatam procuratorem conſtituere non poteſt.*
*Fallit in curatore bonis dato.*
13 *Comparens pro viuente probare debet eum vixiſſe tempore moti iudicij.*
*Sed contra poſt Baldum. 17.*
14 *Præſumitur quis viuere vſque ad centum annos.*
*Et eſt communis. 15.*
*Sed plerique contra, quòd non ſit vera. 16.*
18 *Teſtis vnus de viſu mortis tollit præſumptionẽ vitæ.*
19 *Teſtes de auditu auditus non probant.*
*Faciunt tamen præſumptionem quæ transfert onus probandi contrarium in aduerſarium. 20.*
*Sed alij quòd tantum coadiuuent. 21.*
*Proſuntq; data paritate probationum. 22.*
*Seu faciunt præſumptionem prædictam quando mortui ſunt auctores illorum teſtium de auditu. 23.*
24 *Statutum infra quantum tempus loquens de bonis publicatis contra minores non procedit. 25.*
25 *Statutum loquens in perſonam non comprehendit minorem.*
*Secus ſi in rem loquatur. 26.*
27 *Præſcriptio iuris communis currit minoribus.*
*Sed eis competit in integ. reſtit. 28.*

## CONSILIVM CLXXXII.

*Auxilium meum à Domino.*

1 DVBIVM primum, quod proponitur, † quòd D. Iulius de Hiſpania tanquam curator datus bonis Ioannis Baptiſtæ fratris ſui. Inuentarium non confecerit, vt tenebatur ſecundùm Bar. in l. 1. §. fi. ff. de vẽtr. in poſſ. mitt. glo. & Bart. in l. 1. ff. de cura. bon.
2 dan. Angel. in auth. vt lic. matri. † hoc enim eſt in quocunque tutore peculiare, vt inuentariũ conficere teneatur antequã adminiſtret. l. tutores. C. de adminiſtr. tut. l. 3. §. tutores. ff. de excuſ. tut. l. fi. C. arbitr. tut. & in agnato, qualis eſt frater, ponit Ange. conſi. 108. iſta quæſtio.
3 † volens, quòd agnatus qui tutelam aſſumpſit, & inuentarium non fecit excludatur ab hereditate pupilli. ideoq; lex requirit in tutore cõfectionem inuentarii, ne detur ei materia ſurripiendi, prędandiq; res pupillares, vtq; tempore rationis reddendæ pupillus habeat probationes paratas & inconuincibiles contra tu-
4 torem d. l. fin. C. arbi. tut. † tenetur enim ponere res in inuentario per ſigna, latera & cõfinia. Caſtr. conſi. 124. in fin. vol. 1. Natta conſi. 663. col. pen. ſubiiciens pœnas, quas incurrit Tutor
5 inuentario non confecto, † igitur infertur, ꝙ Tutor non poteſt conuenire, nec experiri in iudicio, nec extra inuentario nondum cæpto & perfecto. d. l. fin. in fi. & ibi Docto. C. arbit. tut. Boer. deciſ. 53. nu. 5. Soci. Iun. conſi. 49. nu. 10. vol. 3. quæ cũ ita ſint, nẽc D. Iulius curator datus bonis potuit experiri non confecto inuentario. Cum ſicut Tutor ita curator datus bonis ad illud conficiendum teneatur ſecundũ Doctores

ctores supra citatos,& pręter eos Specul.in tit.
de instru. edi. §. nunc verò aliqua. vers. sed an
tenetur.& in tit. de tuto. §. generaliter. col.1.
Bar.in l.fi.ff.de auth. iud. Bal.in auct. sed cum
testator, in fi.prin. C.ad l.Falc.Porcelli.in trac.
de inuen.cap.2.nu.19.Bertach.in trac.de epis.
4.par.nu.38. vbi dicit post Bal. quòd aduersus
eum potest obiici exceptio inuentarii nõ cõ-
fecti,Natta consi.574.col.1. Bero. consil. 171.
nu.39.vol.2.Plot.in l.si quando.nu.194.C.vn-
de vi. vbi dicit contra eum in litem iurari si nõ
confecit inuentarium. Franc.Paul.in tracta.de
offi.& potes.sed. vacan.8. quæst.2. part. princ.
nu.13.Vitali.in tract. clausul. verbo nil nouari
inuenta.confect.pend.col.25.vers.item aliud.
Bald.consi.172.col.fi.vol.2. vbi dicit hanc esse
cõmunem,& ita practicari. Idem Bal. cõs.146.
col.2.vers.sed posito.vol.2.

Huic motiuo tripliciter ego respondeo,pri-
mò quidem, ꝙ tempore quo D. Iulius fuit de-
cretus curator dictis bonis, ea reperiebantur
occupata per fiscũ,seu Franchos habentes cau-
sam ab eo, nam cum bonis D. Iulii confiscatis
6 occupata quoq; fuerant bona fraterna, † qua-
re cum nihil vnquam D. Iulius administraue-
rit de dictis bonis fraternis ex quo penes alios
erant,& abindè citra fuerunt,nihil ei obiici po
test à quocunque si tardus fuit in conficiendo
inuentarium, nec illud hucusque fecerit, do-
ctrina est Bart.in l.tutor,qui repertorium, col.
2.ff.de administ.tut.qui loquitur in tutore.

7 Secundò respondeo,quòd cũ D.Iulius ege-
rit remedio reintegrandæ,quod est in euiden-
tem vtilitatem fratris & bonorum, nulloq; mo
do sibi nocere potest,sed prodesse tantum, po-
tuit id facere licet inuentario non confecto,ca
sus est in l. fina. C. de tutor. & curat. qui satis.
non ded. & ibi Bart.Bald. & alii.Bartol.in d.l.
tutor. in fin.& in l.legitimos. in fin.ff.de legi.
tutor.Guid.Pap.quæst.330.quinque sunt. quę
corrupto nu.citat Bero.q.68.colum.2.vbi ple-
nius insistit,denique tradit Phynutius de Pha-
nuclis in tract.de inuenta.2.par.nu.38.

8 † Tertiò dico, quòd de stilo curiarum tole-
rantur gesta talium tutorum, seu curatorum in
iudiciis & extra pro minoribus, & contra mi-
nores, posito quòd non constet de confectio-
ne Inuentarii, sic attestatur Guid.Pap. loco
præallegato, vt enim dicit Ioannes Andr.in
addi.Specul. de instrum. edi.§.fin. sicut con-
suetudo quasdam formulas inuentarii confi-
ciendi potest immutare, pariter & totum in-
uentarium, sequitur latius Monticulus in tra-
cta.de inuenta.hęred.cap.3.num.11.Idemque
latius ponit Rol.à Valle in tracta. de inuenta.
versic. quæ autem dicta sunt cart.91. in parua
impressione.vtque dicit Bart.qui semper alle-
9 gatur in l.de quibus.ff.de legi. † doctori atte-
stanti de consuetudine credendum est, vt ex
multis dicit esse magis communem Dec.con-
sil.420.in fin.consi.340.col.2.Crau.cons.166.
num.9.& consi.penul.num.1.Grat.respon,12.
nu.59.vol.1.Rolan.à Valle consi.71.nu.22.&
consi.87.nu.12.vol.1.Menoch.consi.1.nu.164.
qui quò ad præsumptionem faciendam loquũ
10 tur, donec probetur cõtrarium, † verum quia
non desunt contrarium tenentes,quos enume-
rat Bursar.consil.16. nu.37.communem asse-
rens,& latè ponit Gabriel.Roman. in suis con
clusionibus lib.1.tit.de probatio. conclusio.4.
11 † tandem dicens opinionem primam proce-
dere in curia,in qua Doctor versatus est non
in alia post Ioan.Lup.in c.per vestras.§.21.de
dona.inter vir.& vxo.quod etiam voluit Ioan.
Durant.de arte testan.tit.quinto,caut. 3.ideò
in prioribus respõsionibus potius resideo, sic-
que processus sustineri debet.

12 † Secundum dubium est,quòd cum D.Mar-
cus Brunus Anguiseus intercesserit in hac cau
sa tanquam procurator constitutus à D.Iulio
curatore iudicium fuit nullum; quia curator
ante litem contestatam procuratorem non po
test constituere l.neque tutores.C.de procura
tori.Sed hoc dubium facilè dissoluitur. Nam
quicquid sit in alio curatore, secus est in isto
bonis dato, cum enim habeat vtiles actiones,
meritò etiam ante litem cõtestatam facit pro-
curatorem, tex.est in l.2.& ibi tradit in termi
nis Albericus magnus practicus. ff. de cur.
bon.dand.

13 † Tertium dubium circa merita proponi-
tur,quòd D. Iulius agit vti curator datus bo-
nis Io.Baptistæ viuentis,nec tamen constat de
illius vita, meritò succũbere debet, nam cum
fundamentum Do.Iulii sit vita fratris sui, de-
buit eam probare, nec sufficit probare, quòd
olim vixerit,non probando quòd viueret tem
pore moti iudicii præsentis,vt per Barto. in l.
siquidem. C.solu.matri.in l.2.col.2.ff.Iud.sol.
Alex.consi.175.col.5.in fi.volu.5. & consi.27.
col.fi.vol.7.latè Gozad. consi.68. col. 2. & Al-
ciat.de pręsump.regu.1.præsump.44.col.fina.
14 Corn.consi.119.col.1.volu.1. † & licet dici
soleat,quem pręsumi viuere vsque ad centum
annos.l.fi.C.de sacr.sanct.eccles.ibi. longissi-
mum hominis vitę tempus.l.an vsufructus.in
fi.ff.de vsufru.§.1.in auth.vt eccl.Roman.glo.
Barto.& scribentes in l.2.§.sed si dubitetur. ff.
quemad.testa.aper.& in l.sed si de sua. ff.de ac
15 qui.hære.Dec.consi.204.nu.4. † & consi.575.
nume.10.vbi communem testatur: Vnde An-
gel.in d.l. sed si de sua.tenet non esse necessa-
rium vitam probare; quia satis probatur ex iu-
ris præsumptione,quòd quilibet viuere pręsu-
mitur,sequitur Roma.Arct.& Alex.ibi, Corn.
consi.251.vol.1.consi.195.col.1. & consi.204.
vol.3.Alex.consi.175.col.pen.volu.5.& consi.
27.col.fi.vol.7.Soc.in l.si inter virum.col.fina.
ff.de reb.dub.Gozad. consi.68. Grat. respons.
66.col.pen.volu.2.Bertrand.consil.175.col.2.
vol.2.Soc.Iun.consi.26.vol.2.Alci.de pręsum.
16 reg.1.præsump.44. † Tamen hanc opinionem

dicit

dicit non esse veram Gabriel. Roma. in suis cō
clusionibus. lib. 1. de præsumptio. conclu. 16.
dicens, quòd iura prędicta eam non probant,
sed tantum quòd longissimæ vitæ hominis
terminus est meta centum annorum, & quòd
non est præsumptio quem diutius viuere, non
autem probant ea iura, quem præsumi viuere
vsque ad illud tempus annorum centum. citat
Corn. sic declarantem consi. 119. vol. 1. & cōs.
340. eod. vol. cons. 181. col. 7. vol. 2. & consi.
208. col. pen. vol. 3. sicut & cons. 243. eod. uol.
Dec. in l. si emancipati. col. 2. C. de collatio. &
in l. fin. col. 9. C. de edi. diu. ad. tollen. & in c.
cum dilecta. col. 4. de confir. vtil. vel inutil. Ias.
in d. l. fin. col. fi. Paris. cons. 86. in fi. vol. 4. Rui.
consi. 189. nu. 14. vol. 1. Hiero. Gabriel. consi.
22. col. 1. debuit ergo D. Iulius probare vitam
fratris sui tempore moti iudicii.

17 † Sed & huic obiecto responderi potest, &
imprimis ex decisione Bal. consi. 33. ad euidē
tiam præmittendum est, vol. 1. in antiq. vbi si-
gnanter & in terminis quorūdam fratrum ab-
sentium & de quorum morte dubium erat, cō-
cludit, dandum esse curatorem bonis, nec illos
pręsumi mortuos, nisi probarentur mortui sal-
tem per plura indicia, & sic Bal. vult eorum vi-
18 tam pręsumi. † Secundò dico, sicut ad tollen-
dam præsumptionem vitæ sufficit vnus testis
de visu mortis. Fely. in c. quoniam frequenter.
§. porrò. col. fi. vt lit. non contest. Gabriel. Ro-
ma. loco citato in fin. ita ad tollendam pręsum
ptionem mortis sufficere debet vnus testis de
uita. Sed in casu nostro probatur, quòd licet
iuerit ad bellum Alemaniæ Io. Baptista tamē
post illud visus fuit Romę, & in pollicino Rho
digii vt testes dicunt, & in super Discaltius, cū
quo iuit ad Bellum Io. Baptista, clarè dicit se
pro certo scire, ꝙ in eo bello non periit, quia
se non intromittebat in rebus belli, nec in il-
lius periculis fuit, igitur satis de illius vita con
stare dicitur, cum nedum vnus sed plures te-
stes ad eam alludant.

19 † Nec duo priores illorum testium negligē
di sunt, quia de auditu auditus deponāt; & ita
non probēt. l. 2. §. idem Labeo. ff. de aq. plu. ar-
cen. Corn. consi. 340. vol. 1. prout in dubiis di
citur, si iungamus eos cū vltimo qui vidit eū,
& quem alloquutus fuit in hospitio Anguilla-
riæ, sic. n bene probāt, vt tradit in specie Soci.
20 Iun. cons. 135. vol. 3. † Præterea circa dictos
duos testes de auditu considero, quod dixit
Roma. sing. 341. citans Archid. in c. hoc vide-
tur 22. q. 5. quòd testes de auditu licet nō pro-
bent, faciunt tamen præsumptionem quę trās-
fert onus probandi contrarium in aduersariū;
sequitur Dec. cons. 272. col. 2. cons. 595. col. 1.
Fely. in c. tam literis. col. fin. de testi. & alibi
21 sępe Doct. † & licet non ignorem Nattā cons.
170. col. 2. & Benintend. decis. 67. nu. 8. hoc
impugnare: quia Arch. non ita loquitur, sed
vtitur his verbis, ꝙ testimonium de auditu re-
lationis non valet, nisi ad faciendum præ-
sumptionem, nec probant talia testimonia, sed
adminiculantur intentionem producentis.
Vnde concludunt tale testimonium de auditu
solum nil operari, sed iunctum cum aliis te-
stibus adiuuare eorū dicta, & hęc est illa præ-
sumptio, quam faciunt scilicet adminiculati-
ua, non autem, quæ transferat onus probandi
in aduersarium, tamen hoc D. Iulio sufficere
debet concurrente vltimo teste de visu loquen-
te, & illum dicti testes de auditu simul vniti
coadiuuent & adminiculentur.

22 † Tantoque magis id dici debet: quoniam
Marsil. sing. 371. rectius referens Archid. ꝙ te-
stis de auditu licet non probet, facit tamen
qualem præsumptionem, subdit, prodesse ha-
bere pro se istam qualem præsumptionem:
quia si probationes essent pares ab vtraq; par-
te, ille obtineret, qui haberet istam qualem
pręsumptionem pro se, vt per glo. communi-
ter receptam in l. si duo patroni. in prin. ff. de
iureiur. cum simil. per eum. Fortius ergo dici
debet in casu nostro, vbi de vita Io. Bap. stant
dicti testes & ille, sed de morte nullus.

23 † Non omitto quoque vnum aliud circa
duos illos testes de auditu, quod eleganter tra
dit Crau. in trac. de antiq. temp. 1. parte num.
308. qui mordendo referentes Archid. in d. c.
hoc videtur, ꝙ testes de auditu transferant
onus probandi in aduersarium: quia tale di-
ctum continet iniquitatem, si sic simpliciter
intelligatur, quia si personæ à quibus audiue-
runt, viuunt, & possunt examinari, præsumptio
& suspitio oritur contra partem, quę produxit
tales testes de auditu, cur non eos produxerit,
qui verisimiliter facti veritatem magis intelle
xerant, tandem concludit istud dictū Archid.
sic ab aliis relatum debere intelligi mortuis
auctoribus testium, idest personis à quibus te-
stes audiuerunt. Hoc enim casui nostro deser-
uit, nam testes prædicti dicunt audiuisse de vi-
ta Io. Bap. & visu illius Romę ab olim Alex. &
magistro Andrea patruo primi testis, de cuius
morte producta est fides monasterii fratrum
sancti Nicolai, vbi sepultus fuit, cui standum
est ex reformatione vigesima, ideo cum non
possint, neque potuerint examinari dicti Ale-
xander & Andreas à quibus sic dici dicti testes
audiuerunt, vtique per eos debet transferri
dictum onus probandi contrarium in aduer-
sarium, videlicet quòd Io. Baptista decesserit,
quod factum non fuit.

24 † Vltimò dubitatur, ex quo Io. Baptista nō
comparuit, nec aliquis pro eo infra triginta
dies post condemnationem factam de fratre
suo, nunc amplius audiri non posse contra
Franchos, vt habetur in statuto. Infra quantū
tempus &c. in prin. iuncto vers. Elapso verò
dicto termino. Cui motiuo faciliter respōde-
25 tur, † quòd cum tempore confiscationis bo-
norum D. Iulii minor esset dictus Io. Baptista,
dictum

dictum statutum in personam loquẽs ibi. quilibet qui diceret &c.& ibi.nullumque regressum dicti actores &c.non compræhendit eum nec illi nocet.ut tradit D. Ziliolus de Crema inter consi.Bal.consi.135.articulus siue casus col.3.nu.6.uol.3.in nouis,cui D.Philippus de Cassolis & Bal.se subscripserunt,sic limitantes tex.in l.fine hęrede.§.Lucius.ff. de admi. tut.

26 † de mente Bar. in suo summario, quatenus dicit,ꝙ consuetudo,quæ respicit rem, sicut ligat maiores,ita & minores,sensit enim secus, si personam respiciat,ut postmodum clarè dixerunt præfati Doctores, quos refert & sequitur etiam Soc.cons.124.nu.3. uol.3.quòd autem minor esset d.Io.Baptista tempore dictæ publicationis bonorum deprehendi potest cõferendo:simul,tempora contractuũ,quos fecit cũ D.Iulio antequam hinc abiret,quibus erat minor annis 14.maior tamẽ 12.ut in eis dicitur discurrendo usque ad publicationem,quæ post per septem annos,uel circa sequuta est, & de hoc clarior fides fiet à D. Iulio per scripturas.Secundò respondetur,dato ꝙ etiam dictũ statutũ comprehenderet minores,uelut inducens illam præscriptionem 30.dierum contra non comparentes loco præscriptionis 30. an-

27 norum, † quę de iure communi currit minoribus.l.sicut.C.de prę̨scrip. 30.ann. ut declarat optimè Bal.in c.1.§.porrò qualiter feud. poter.alien. & Bal.in trac. de pręscrip. in 6. &

28 ultima parte sub nu. 43.† saltem negari non posset ipsi Io. Baptistæ restitutionem in integrum competere aduersus d. præscriptionem decursam, iuxta not.per glo.in c.2.§.prætereà si quis.de prohi.feud.alie.per Feder.quam sequuntur ibi Beluis.Aluar. & Petr.de Ceruia. Dec. in consil.556.col.fin. & latè Paris.cons. 66.nu.114.uol.3.prout quòd petita fuit quatenus,opus sit,& ad omnem bonum finem.

Et ex his remanent (meo iudicio) satis sufficienter soluta singula dubia subtiliter more solito per excellen. Do. meum proposita, sic ut ad fauorem dicti Io. Baptistę sit iudicandũ.

*Hippolytus Rimin.Ferrar.*

## Pro D.Petro de Ciuitalibus.

### ARGVMENTVM.

De materia testium quando non probent egregiè ponuntur plura.

### *SVMMARIVM.*

1 *Testes duo quòd plenè probant.*
2 *Testes domestici admittuntur si sunt honestæ vitæ & famæ.*
*Nisi indicia specialiter sint aduersus eos.* 17.
4 *Nobilitas & bona fama inducentis auget fidem testium.*
*Alio in contrarium non apparente.* 18.
5 *Falsitas colligitur ex coniecturis.*
6 *Præsumptiones duæ sufficiunt ad plenam probationem in crimine falsi.*
7 *Suspicio falsi habetur pro falsitate quando ciuiliter agitur.*
*Et ex tempore colligitur.* 8.
9 *Beroarius testis ad defensam admittitur.*
10 *Distans à verisimili dicitur falsitatis imago.*
11 *Testis probat contra producentem.*
12 *Promittens alium conseruare tenetur eũ defendere.*
*Et ad omne damnum & interesse.* 13.
14 *Verba cum effectu sumi debent.*
15 *Voluntatis mutatio non præsumitur.*
16 *Testibus suspectis de falso fides non est adhibenda.*
19 *Præsumptiones plures vnam superant.*
20 *Testes inhabiles non admittuntur vbi potuerunt alij interuenire.*
*Immo probari debet deficientia aliorum vt admittantur.* 21.
*Nec sine tortura admittuntur.* 22.
*Solumq; qualemqualem faciunt probationem vbi admittuntur.* 23.
24 *Iuramentum suppletorium non defertur in causa magna.*
25 *Testes blasfematores & lusores non admittuntur.*
26 *Testes qui patiuntur plures defectus non admittuntur etiam in subsidium.*
27 *Testis conuictus de falso in vno in totum reputatur falsus propter iuramentum quod est indiuiduum.*

## CONSILIVM CLXXXIII.

*Auxilium meum à Domino.*

DOMINVS Bartholomeus Prosper agit aduersus D. Petrum de Ciuitalibus de Massa Lombardorum ad certam summam pecuniarum sibi promissam per eũ pro tenendo D.Cæsarem filium suum occultũ post proclama, in qua fuit condemnatus d. Prosper. Et videtur prima consideratione Prosperũ intentionem suam probare per duos testes,Paiollum scilicet & Bragallinum, qui concordes dicunt mane sequenti diem rixæ, quæ fuit inter Ciuitales & Fabros D. Petrum in arce & cameris Prosperi post secretum sermonem inter eos se testes vocasse, dixisseque *figlioli siate testimonij che io prometto qui al S. Bartholomeo Prospero de starli dinanzi de ogni suo danno, interesso,& de tutto quello che'l potesse patire per conto de saluare mio figliolo* ipsumque Prosperum testibus eisdem dixisse *io accetto tutto quello che*

1 *dice*,& promisit filium saluare, † hæc enim promissio per duos testes dr̃ plenè probata. l. ubi numerus. ff. de testi. & licet ꝓponat eos fuisse domesticos & familiares Prosperi, ꝗbus fides adhi-

2 adhibenda non esset.l. 2.C.de testi. † tamen quia probata fuit honesta vita, & fama eorum videntur admittendi.c.in literis.& ibi glo. Innocen.& alii de testi.Bal.in d.l.2.Roma. cons. 7.post nu.4.& consi.420. And.Sicul.consi.54. col.9.vers.& si quispiam vol.1.consi.3. col.12. vers.quo casu.uol.2.Ruin.consi. 92.nu.3. uol. 1.Marsil.sing.5.& in practi.crim.§.principium nu.10.in l.1.§.ad quæstionem.nu.7.ff.de quæstioni.& cōs.68.nu.23.Steph.Aufre.in trac.de reprobatio.testi.in uers.famulus.Orat.Mādos. in apostil.Rom.d.consi. 420. Crot. in trac. de testi.nu.125.& in addit. ad eum Petr.de Mon
3 cada, Orian.in eod.tract.nu.64. cum simi.† & quia probata fuit nobilitas,& bona vita, & fama Prosperi tàm in non petendo indebitum quàm in non inducendo testes ad dicendum quid,cui præsentes non fuissent,quæ qualitas inducentis auget fidem testis domestici, vt in
4 nobili domino concludit Bal.in d.l.2. † Item quia verisimile videtur alios testes admitti nō debuisse dictis uerbis prçter illos duos amicos partiū, ne reuelaretur occultatio D.Cæsaris, vt dicunt plures testes, demumque quia dicta promisio facta fuit intus domi in illis cameris, vbi verisimiliter alij non potuerunt interuenire,meritò debent admitti.l. consensu. cū ibi nota.C.de repud. & in c.3.loco de proba.

At in oppositum pro Do. Petro plures præsumptiones ac suspitiones urgent contra dictos testes, ex quibus nullam fidem facere
5 debent,† nam falsitas prçsumitur & colligitur ex coniecturis,cum sit difficilis probationis,vt inquit Mars.cōs.27.nu.8.Ias.consi.168.nu.11. uol.4.Crau.consi.135.nu.39.Ceph.cons.287. nu.5.Ferrantes Gargiareus cons.122.nu. 11.
6 primo Tomo crimina. † Imò dico quòd etiam duæ solum præsumptiones sufficiunt ad plenā probationem in crimine falsitatis, vt tradit Ioan.de Anan. cons.49. Crau. consi.133. nu. 39.quos sequor in consi.128. in princ. Tomo primo secundæ editionis criminalium, & nūc
7 addo Ceph.in d.cons.287.nu. 40. † Et cū ciuiliter agatur in prçsenti causa suspitio falsi debet pro falsitate reputari,ut notat Archidia. & Domin.in c.in memoria. 19. distinct. Alex. cons.77.uol.1. Dec.cons. 189. col.1.cū simil. à me cumulatis loco citato,quibus nunc addo Rui.cons.35.nu.9.uol.4. Henric.Boic.in c. ad falsariorum,de crimi.fals.Ferrant.Gargiareus consi. 126. nu. 13. in dicto primo Tomo. & Nattam cons.633.nu.9.& copiosè decis.117. col.3.Senatus Pedemontani.

8 † Prima est suspitio: quoniam dicti testes deponunt illam promisionem fuisse factam de mane ante prandium per unam horam cum dimidia, prout signanter Paiollus dicit, & Bragallinus confirmat,dicens *che Paiolo tornò à finire de vestirsi* quod arguit ante prandiū id fuisse,& tamen quartus testis D.Petri deponit die rixæ in vesperis fuisse factum præceptum D. Petro,ne domum exiret,cumque mane sequēti conduxisse in carcerem nec aliquem potuisse loqui cum eo,cum clauem teneret,nec inde fuisse liberatum, nisi tandem quòd pransus fuerat ipse testis,ergo quomodo fieri potest, quod Do. Petrus loquutus fuerit cum Prospero, si
9 fuit in carcere,certè nullo modo,† & licet berroarius sit,tamen ad defensam debet admitti, sicut & pro Potestate in sindicatu à quo priùs recesserat,admmittit,ut dicūt Bal.Salyc.& alii in l.2.C.de testi Oria.ī trac.de testi.sub n.64.

Secunda suboritur inde suspitio, nam clarum est, quòd dicta uerba non fuerunt ante carcerē, sed nec verisimile uidetur ea post exitum carceris contigisse, quòd D.Petrus nondum plenè liberatus, sed habens totam arcem pro carcere sub fideiussore scutorum mille de non discedendo, fuisset ausus quid moliri cōtra proclama,prout erat in occultando filio, nā de reo leuiter suspecto; quia tanquam pater forte sciret, vbi filius esset,fecisset se clarum, & manifestum,qui sciret illum esse in cameris Prosperi,& in arce Illustrisimi D.Marchionis & cum non modo non reuelaret, sed occultare conaretur contra tenorem proclamatis. Vnde dicti testes de dicta promisione non verisimili ex causa prędicta non carent suspitione fal
10 sitatis,† imò uerò quod longe à uerisimili distat dicitur esse quædam falsitatis imago,vt tradit Bal.in l.1.col.3. C. de ser. fug. Dec.consi. 100.col.4.in fin.Boer.consi.40.nu.48.Marsil. cons.78. nume.28.cons.85.nu.6. Natta consi. 443.in fin.

11 † Tertia præsumptio falsitatis est, quæ desumitur ex dicto D.Hier.Ferrini, qui uelut examinatus productus,& ob id approbatus à Prospero plenè probat aduersus illum, ut tradit Roma.cons.104.ad fin.Ias.in rub.col.fin. ff. de iureiur.Ias.consi.57.col.4.uol. 1. Crauet. cōs. 201.nu.7.Soc.Iun. cons.69.nu.12.vol.1.Paris. consi.50.nu.60.uol.1.inquit enim quòd equitante Prospero cum D.Cęsare dissuadebat ei Prosper, ne se præsentaret Ferrariæ, dicens *se io hò fato questo vtile,& apiacere,non vogliate da-*
12 *re questo danno à me.* † Si enim D. Petrus dum filius erat in cameris Prosperi promisisset eum conseruare ab omni damno, non poterat ipse filius se præsentans dare damnum Prospero, cum pater teneretur eum defendere.Bal.in l. si pro eo.quæst.12.C.mand.Bar. & Alex. in ad-
13 ditio.in l.pater.ff.de dot.pręleg.† & ad omne damnum,& interesse quod pateretur Prosper, cui promissa fuisset indemnitas, vt tradit Bar. & Alex.in addit.in l.quæro. in prin. ff. locat. cum simil.per Paris.consi.109.col.fin.volum.1.
14 † Vnde si uerba recipienda sunt cum effectu l.1.§.hæc autem verba.ff.quod quisque iur. & ideò capere non uidetur quis id quod aliis est restituturus.l.nō uidetur.ff.de reg.iur.ita pariter Prosper in effectu non dicebatur pati dānū,quod à D.Petro sibi veniebat resarciēdū,

aut pro eo soluendum colligitur ergo per illa verba Prosperi, quòd D.Petrus nihil sibi promiserat,& ideò verebatur damnum pati, si D. Cæsar se præsentaret,& diceret se à Prospero fuisse celatum,sicque testes prædicti, qui contrarium deponunt maximè suspecti sunt de falsitate circa promissionem, de qua deponunt.

Quarta quoque succedit suspicio, quæ colligitur ex dicto D.Oliuantis Falameschiæ pariter testis Prosperi deponentis eum dixisse domino Cæsari.*voi volete andare à præsentarui alla Massa & doue io v'hò fatto piacere, farmi patire,& che all'hora detto misser Cesare gli rispose, non voglio patiate, se fossero ben per mille scudi* tuncque D. Petrus respondit,& dixit *non l'intendo già cosi io, perche io son patrone, & son pouero, & hò due figliole da maritare, & non voglio pagare per nessuno*, & illi testi concordat D. Petrus de Fuschinis alius testis ciuitalium quintus in ordine.Hinc enim deprænditur falsitas allegatę promis-
15 sionis prius factæ per eum Prospero;† quia mutatio voluntatis non præsumitur.l.cum tacitū. ff.de proba.Bar.in l. cum hic status.ff. de don. inter uir. & vxor.Alex.consi.113.nu.19. vol.6. & si promisisset Prospero,pariter assensisset filio idem promittenti,sicque verisimile est credendum cum sit mercator fidelis & lealis,non solitus litigare, veridicus,& qui quando debet satisfacit nec deficit, vt probant plures testes, ex quibus qualitatibus D. Petri coadiuuatur ista præsumptio, iuxta nota. per glo. & Bald. in l.si pręsidi.C.de don.ante nupt. decis.Neap. 13.Crau.cons.129.nu.6.

Quinta succedit suspitio falsitatis dictorum testium propter literam Prosperi scriptam D. Petro,de qua in processu, scribit.n.hæc verba: *misser Pietro carissimo hò addimandato al mio Auocato parere,il quale dice per cosa certa, che ogni volta che si confessasse che fosse stato quella notte in casa mia misser Cesaro, io cascarei nella pena della grida, oltra che io perderei la gratia del Prencipe, si che vi voglio pregare di volere con qualche altro modo vedere, che venghi à praticare senza di nominare me, hauend'io à patire cosi fatto danno* demonstrant enim planè dicta verba, ꝙ D. Petrus nullam promissionem sibi fecerat,si tantum timebat, & in specie in pœnam proclamatis incidere; quoniam stante promissione D.Petri ipse,non Prosper eam soluisset in effectu; sed quia verè D.Petrus eam non fecerat,tamen dolebat,rogabat & instabat Prosper,ne D.Cæsar eum nominaret,qui eum occultum tenuisset.

Et ex prædictis ita tenendo cessant contraria.Primoque quòd duo testes memorati pro-
16 bent dictam promissionem, † nam verum esset, si falsi non essent, aut de falso suspecti: quia eo stante fides eis non est adhibēda,ut tradit Io.de Ana.consi.49.& Cra.cōs.133.nu.39.
17 † Secundò nil releuat bona vita & fama eorum in genere probata,quia non tollit inditia specialiter ex aduerso probata super eorum falsitate circa promissionem D.Petri per eo depositam,prout singulariter voluit Innocent in c.auditis. de præscriptio.Bal.in l. siue possidetis.col.2.C.de probatio. Alex.cons.77. vol. 1.colum.4.Roman. consil.167. in fine.Marsil. consi.3.nu.22.
18 † Sed & tertiò parum facit nobilitas, aut bona vita & fama Prosperi;quia procederet in dubio, nec alio in contrarium apparente; vt enim dicit Bal. in d. l. 2. C. de testi. Episcopi, Abbates & nobiles domini non tenent secum nisi familiares discretos & bonæ opinionis. sed vbi detecta est eorum nequitia, saltem per coniecturas & suspitiones, vt in casu nostro,
19 secus esse debet,† quia plures præsumptiones vnam superant, auth.itaque. C. communia de succesio.Crau.consi.145.nu.11.

Ad quartum,quòd verisimile videatur,illos duos tantum vt amicos adhibitos fuisse, respōdetur,illud prodesse posse,si nihil aliud in contrarium militaret,vt quòd essent falsi;quia fortè id dici posset, sed constita falsitate corruit illa verisimilitudo; quia verè non fuerunt adhibiti,nec illud dictum fuit,quod deponunt.

Ad vltimum, quòd verisimiliter alii nō potuerunt interuenire,dicitur contrarium patere ex propria confessione Prosperi,qui in constitutis suis dixit inter cætera. *quando gli parlai* (intelligendo de D.Petro) *giù nella Camera vi erano quelli dui che vi hò detto* (scilicet Paiollus
20 & Bragallinus) † *& delli altri che non mi racordo*, ergo patet,nedum alios potuisse interuenire, imò verò interuenisse, quo stante testes aliàs inhabiles non admittuntur, ut per Butr. Fely. & alios in c. tertio loco. de probatio. Ias. in l. cūctos populos.ad fin.C.de sum. Trinit.Paris.
21 consi.55.col.pen.vol.4.† Imò verò ad hoc vt testes tales admittantur prius probari debet deficiētia aliorum testium, aliàs semper pars dicere posset non habere aliam probationem, nec posse alias probationes habere, vt tradit Butr.cons.24.Quæstio ista dubia.col.fin.Alex. consi.64.col.fin.vol.1.Marsil.consi.80. nu.62. Gram. consi.59. nu.14. quod hic factum non fuit,imò pars confessa fuit contrarium,videlicet Prosper,quòd aderant alii, non dicitur ergo culpa carcere, qui potuit alios habiles adhibere,& negocium istud honorificè,& secundum veritatem tractare, & per personas ad id conuenientes, vt in casu suo concludit Paris. loco citato.
22 † Plus addo,quòd in casibus, in quibus testes inhabiles admittuntur, quando veritas aliter probari non potest,tales testes non admittuntur absque tortura, prout dixit glo.& Bal. in l.3.§.lex Iulia.in vers.palā.ff. de testi. Mars. consi.109.nu.15. Grammat. consi.45. nu. 22.
23 † Insuper admittuntur, non vt plenè probent, sed vt solum faciant talem qualem probationem,vt notat glo.in l.etiam matris.C.de probatio.Butr.cons.24.Alex.cōs.64.uol.1.Marsil. consi.

24 consi.31.41.& 80.Grammat.d.consi. 45.† sic
vt Prospero non sit dandum iuramentum, cũ
magna sit causa, vbi non defertur, vt per omnes
in l.admonendi.ff.de iureiur.

25 † Postremò, dicti duo testes nedum sunt do
mestici Prosperi, sed etiam blasphematores,
& lusores, qui repelluntur à testimonio, ut per
Alex.consi.152.col.4.uol.5. Dec. consil. 163.
versiculo 13. opponitur. Grammat. voto 22.
col.2.& alter ex illis bannitus sentẽtia capitali
& licet absolutus, tamen in exilium missus
sub pœna reincidentiæ, quibus ita stantibus
admitti non debent, dato quòd essemus in
casu quo veritas aliter haberi non potest;
26 † quia non admittuntur eo casu testes, qui pa-
tiuntur plures defectus, vt voluit Socin. con-
sil. 118.col.5.uolum.1.Barb.consil.75. uolum.
4.Marsil.consi.102.nume.12.Grammati. con-
sil.45.nume.23.

Quare patet multis respectibus dictos te-
stes non probare, tantoque magis quòd ex alio
conuincuntur de falso; quia uerbis (vt di-
cunt) prolatis inter D. Petrum & Prosperum
super allegata promissione dicunt, nullos alios
fuisse præsentes preter ipsos duos testes, & ta-
men Prosper fatetur alios fuisse præsentes in
dictis cameris tempore dictorum uerborum,
27 † quo fit; ut in hoc conuicti de falso dicantur
in totum falsi propter iuramentum, quod est
indiuiduum. Bart. Bald.& Salyc. in l. si ex fal-
sis, C. de transact. Bald. in l. certi condictio. §.
quoniam. colum.penul. ff. si cert. pet. Craue.
consilio 31.nume.35.& consil.70. nume.8.&
ita dominus Petrus omnino de iure absol-
uendus venit.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

## Pro magnifico Equite Do. Alexandro Flascho.

### ARGVMENTVM.

De capitulis dolum verum concernentibus non admittendis. Et qualis ille sit. qualis præsumptus, quoue modo cognoscantur & differant optime declaratur.

### SVMMARIVM.

1 *Dolus manifestus declaratur ex indicijs manifestis, & latius. 9.*
*Præsumptus verò ex indicijs omnino non concludentibus nec manifestis. 3.*
3 *Doli veri exemplum, dare vinum album mixtum rubeo pro aqua ad potandum vt quis inebrietur.*
*Et qui consistit in faciendo. 22.*
4 *Doli præsumpti exemplum, non restituere nec soluere quod quis scit se debere & potest, vel iudicis præcepto non parere. 5.*
*Et omittere quod sine causa quod fieri debebat. 6.*
*Vt in tutore inuentarium omittente. 19.*
*Non administrans non impeditus. 20.*
*Depositarius in deposito negligens.*
7 *Minor omittens quod debet in dolo videtur.*
*Tamen restituitur in integrum. 8.*
*Secus si vocatus dixit nolo venire 9.*
10 *Dolus præsumptus indirectè probatur.*
11 *Persuadẽs alteri vt donet alicui de dolo tenetur. 12.*
*Vel vt filiam desponset sub promissione quòd eam heredem faciet. 12.*
13 *Dolus ex proposito dicitur verus.*
14 *Dolus re ipsa causatur ex enormissima læsione. Et dolo ex proposito æquiparatur. 15.*
*Vnde dolus ex proposito appellatur stante dicta læsione. 16.*
17 *Capitula quæ respectu doli veri non sunt admittenda nec respectu doli re ipsa debent admitti.*
18 *Dolus arguitur nedum re ipsa sed etiam ex proposito ex excessiua & immoderata læsione.*
19 *Dolus præsumptus consistit in omittendo, verus in faciendo. 22.*
*Primus secundo leuior est. 23.*
14 *Donatio reuocatur ipso iure propter natiuitatem filiorum.*
25 *Faciens scienter contra legem dicitur in dolo vero. 26.*
27 *Dolus verus arguitur ex tractatibus, colloquijs & consilijs præambulis. 30.*
*Cuius exemplum datur. 28.*
28 *Gabella fraus euitanda causa quomodo probetur.*
29 *Præsumptiones ex dictis ante a iure sibi approbata.*
*Dolusq; verus ex illis inducitur. 30.*

## CONSILIVM CLXXXIIII.

*Auxilium meum à Domino.*

POSTQVAM relatum fuit do-
nationi ac compositioni inter
dominum Hieronymum Salam
& Magnificum Equitem domi-
num Alexandrum Flaschum ema
natam obstare exceptionem rei iudicatæ re-
spectu fraudis, & veri doli, produxit domina
Blanca asserta filia dicti domini Herculis ca-
pitula quædam, quæ tendunt ad probandum
uerum dolum & ob id admitti non debent
stante dicta relatione, cuius contrarium ipsa
1 prætendit, † & pro ea deseruire uidetur doctri
na Bar. in l. quod Nerua. 4. quæst. ff. depos.
ubi declarando dolum verum & præsumptum
dicit, quòd quædam sunt indicia manifesta,
& illa probata inducunt dolum manifestum,
& sic verum. l. dolum. C. de dol. iuncta glos.
nam cum dicat ibi text. dolum ex indiciis
2 perspicuis probari conuenit, † dat exem-
plum glos. in Hispanis, qui secum ad pran-
dium quendam inuitarunt, vt fideiuberet
pro eis, uel rationes suas accommodaret, &
dabant ei vinum album quasi aquam rubeo

3 mixtum, vt sic inebriaretur, † Quædam verò sunt indicia, seu præsumptiones non ita manifestę, nec omnino dolum concludentes, & ista non inducunt de necessitate dolum, sed præ-
4 sumptiuè, † exemplum, si quis non vult restituere, vel soluere illud quod potest, & etiam scit, vel scire debet se restituere, vel soluere debere, hic est dolus præsumptus. l. si procurator. §.
5 dolo. l. dolus. ff. mand. † vel si iudicis præcepto non paret. l. non potest dolo. ff. de reg. iur. quæ quidem exempla ponit Alex. consi. 103. col. 6. uol. 1. sequutus Bar. de quo supra, & cum prædictis etiam concordat pulcherimè Natta cōs.
6 17. col. 2. † vbi declarant, quòd dolus præsumptus dicitur vbi quid quod fieri debuit omittitur sine iusta causa. d. l. dolus. & d. §. dolo. citatque Bartolum, Angelum & Castrensem. in l. ubi. in prin. ff. de eden. & in d. l. quod Nerua. 4. quæst. Baldum in l. quæ fortuitis. col. 2. C. de pign. acti. & Salyc. in l. si cum nulla. eo.
7 tit. † Vnde subdit Natta, dato quòd minor habeat scientiam eius quod facere debet & id omittat, tamen restituitur, quia versari dicitur in dolo præsumpto non autem manifesto.
8 † hincque si minor citatur personaliter vt comparéat coram iudice & non compareet, licet id dolosè facere videatur. l. nō videtur. ff. de reg. iur. tamen contra talem dolum præsumptum restituitur; quia non dicitur esse in vera contu
9 macia. l. minor etiam si quasi. ff. de minor. † secus autem si responderet vocatus à iudice nolo venire; quia diceretur esse in vera contumacia seu vero dolo, ita dicunt Ang. & Castr. in l. 1. §. fin. ff. de eden. Bart. in d. l. minor. & est communis opi. & per Alex. in d. l. ubi. vnde patet quantum differat dolus præsumptus à vero, prout pariter eos differre ponit D. meus Rimi. consi. 258. nu. 15. vbi dicit, dolum euidentem & manifestum differre à præsumpto, licet etiam dolus manifestus ex indiciis probetur. l. dolum. C. de dol. vnde in dolo uero & manifesto requiruntur indicia manifesta, ex quibus de necessitate causetur dolus, vbi verò quoquomodo posset interpretari in bonum, licet etiam in malū possent capi, tunc ex eis nō causaretur dolus euidens & manifestus sed præsumptus. idemque dicit strictius Menoch. de arbitra. iud. libr. 2. Centur. 2. casu 194. nume. 35. At quòd Flaschus experimento sui indicare possit quales sint secum negociantes, quòd teneret dominum Herculem pro persona minus boni iudicii, & qui se suaque regere nesciret, aut accōmodare, nec emere, uendere, aut aliter contrahere tanquam prudens, ꝙ cum eo Do. Hercules non haberet amicitiā seu talem, ꝙ ei donare deberet, vt fecit, & id genus, non concludunt de necessitate dolum verum Flaschi: quia potuerunt hęc occurrere sine dolo vero, licet ex illis præsumi possit, qui per relationem non excluditur, ergo capitula
10 sunt admittenda, † & hoc est, quod voluit dicere Bal. in l. si constante. §. si maritus. in fin. ff. solu. matri. quòd interdum dolus præsumptus præsumptiuè probetur per coniecturas, & indicia, quæ non sunt probationes directæ, sed inflexę, & referentes per modum, nam probationes quę fiunt ex capitulis erunt indirectę, & inflexæ, meritò nascetur indè dolus pręsumptus pręsumptiuè probatus.

In cōtrarium verò pro magnifico Flascho fa
11 cit in primis † tex. in l. cum quis persuaserit. ff. de dol. vbi dicitur, ꝙ si quis persuaserit familię meæ, vt de possessione recedat, actio de dolo malo in eum competit. eumque tex. not. Bart. ibi quòd contra persuadentē fugā datur actio de dolo ad interesse, isque dolus dicitur esse dolus ex proposito, sicque verus, vt in terminis
12 nostris tradit Crau. consi. 192. nu. 12. † ubi dicit ex persuasionibus alicuius, nomine partis aduersæ factis minori, vt ei donaret, induci dolū ex proposito, at in capitulis cōtinetur, ꝙ Flaschus adhibuit fratrem Io. Baptistam à Pōte pro mediatore ad tractandum donationem, eamque concludendum nomine suo cum domino Hercule, ergo tendunt ad probandum dolū ex proposito dicti Flaschi, qui persuasionibus dicti fratris usus est, ut induceret D.
13 Herculem ad sibi donandum. † Et hoc idem probatur auctoritate Decii in l. pactum quod dotali. col. 3. C. de pact. quē sequitur Craue. d. consi. 192. sub. nu. 14. qui dicūt, ꝙ si gener inductus est ad desponsandū filiā soceri suadētis & promittentis, ꝙ eam hæredem faceret, pót gener agere de dolo, si fides ei non seruetur, si filiam duxit minori dote, quàm cū alia fuisset cōtracturus. Vnde patet ex talibus suasionibus argui dolum ex proposito, aliàs non cōpeteret
14 actio de dolo, prout ponderat Crau. † hic autē dolus ex proposito sine dubio dicitur esse proprius & verus dolus, si diffinitionē Labeonis inspiciamus in l. 1. §. dolum. ff. de dolo. ubi dolum malum diffinit, esse omnem caliditatem, faliaciā machinationem ad circumueniendū fallendum, decipiendum alterum adhibitam.

Secundò continent dicta capitula valorem bonorum de quibus agitur, non excedentem lib. decem seu vigniti mille, prout asserebat dominus Flaschus. cum tamen soluerit domino Herculi tantum scutos ducentum, & quasdam pecunias soluere promiserit non excedentes scutos mille; vt ex instrumento dona-
15 tionis & compositionis patet, † Quare continent dicta capitula dolum re ipsa dicti Flaschi, qui causatur ex enormissima lęsione domini Herculis, & qui æquiparatur dolo ex proposito. l. si quis cum aliter. & ibi nota. ff. de uerb. oblig. l. 1. in fin. ff. de excep. dol. Calder. consil. 8. de iureiuran. Abb. in c. cum contingat. eod. titul. Roman. consil. 54. & consil. 90. Corn. consil. 258. column. 5. uolum. 4. cum simil. per Crottum consil. 120. numero 22. latè Dec. consil. 108. numero 7. Bero. consil. 37.

num m.

num.30.conf.49.num.10.vol.1. Rolan.à Valle conf.7.nu.44.vol.3. D. meus Rimin. conf.39.
16 num.14. † Vnde quidam dolum ex proposito appellant, quando læsio causatur excessiua vltra dimidiam, & sic quando dolus contingit re ipsa, vt Corn.conf.236. col.fi. conf.258.col.5. & conf.283.col.4.vol.4.Crau conf.29.num.5.
17 & conf. 242. num. 22. † Quare cum capitula non sint admittēda respectu doli veri, nec admitti debēt respectu doli re ipsa, qui illi æquiparatur. l.si quis seruo.in fin.vbi glo.Bar.& alii C.de seruis fug.& in l.Marcellus.ff.ad Trebel.
18 † tantoque magis quia per excessiuam & immoderatam læsionem nedum arguitur dolus re ipsa, sed etiam dolus ex proposito.l.si superstite. in fin. C.de dol. Barto.in l.si societatem. §. arbitrorum. columna 7. versiculo sed potest probari. ff. pro soc. Bald.in cap. primo. §. item sacramenta. de pace iur. firm.Corn.conf.111. numero quinto, volumine tertio. Calcan.consil. 24. colum.16.Ruin.conf. 135. numero 13. consil. 170.num.19. volum. primo, consil. 60. num.19.& 22.volum.3. Socin. consi.263. numero 2.& 7. volum. secundo. Socin.-Iun. consil. 48. nu. 48. volumine primo. Crau. conf.7. num.5.consil.142.num.21.consil.192.num.3. Alba. consilio 81. numero 49. Cephal. consilio 210.numero 81. Portius Imolens. in communibus opinio. libro 4. conclus. 8. ver. aduertendum.
19 † Tertiò cōsiderandum est, quòd dolus præsumptus consistit in omittendo, vt de tutore, qui non facit inuentarium, nam præsumitur in dolo. l. tutor qui repertorium. & ibi Barto.
20 columna secunda.ff.de administ. tut. † vel qui scit de decretum, nec impeditus non admini-
21 strat, † vel depositarius, qui in deposito non præstat eam diligentiam, quam in suis rebus, vt tradit Castr.in l.dolum.C.de dolo. sicque dat exempla Natta conf.17. col.2. quæ consistūt in omittendo, loquens de dolo præsumpto, & de primo exemplo Rolan.à Valle in tract.de confect.inuenta.quæst.38.num.5. iuncto summa-
22 rio. † Dolus verò verus consistit in faciendo, vt ibi patet exemplum relatum ab Hispanis, qui dabant vinum album rubeo mixtum, velut
23 aquam. † Primusque secundo leuior est, iuxta glo.in l.si mora.ff.solut.matrim. declarat Dec. consilio 178. columna tertia, consilio 192.columna secunda & tertia, consi.414. colum.fin. At ista capitula, quæ de Flascho loquuntur, cōtinēt multa, quæ in faciendo cōsistunt, vt quòd sciret facere iudicium eorum, cum quibus negociabatur, quòd teneret dominū Herculem pro persona minus recti iudicii, qui nesciret se, suaque regere, emere, vendere, & aliter cōtrahere tanquam prudens, ꝙ consultauit donationem cum Siluestro, de ista sæpius loquutus fuit cum fratre Ioan. Baptista à Ponte, eum adhibuit pro mediatore ad tractandum & concludendum donationem cum D. Hercule, meritò patet, quòd tendunt dicta capitula ad probandum verum dolum dicti Flaschi.

Quartò cōtinēt etiam dicta capitula, quòd Flaschus dubitans D.Annam vxorem D. Herculis esse prægnantem, sicq; natiuitate filii donationem sibi factam reuocari posse, ob id fecit compositionem cum D.Hercule, quæ capitula pariter tendunt ad arguendum dolum ve-
24 rum, † nam cum ipso iure per natiuitatem filiorum reuocetur donatio.l. si vnquam.in ver. reuertatur. C.de reuoc.dona.vbi glo. Bar. Bal. Faber Ang.Saly. & alii plerique quos cumulat
25 Tiraq.ibi nu.1. † si Flaschus sciuisset aut dubitasset de dicta cōceptione fecisset rem prohibitam, volens impedire reuocationem donationis ex legis dispositione mediante noua cōpositione. l.non dubium.cum ibi not. C.de le-
26 gi. † sicq; fuisset in dolo vero faciendo scienter rem prohibitā. Alex.conf.103.col.1. vol.1. Crau.conf 193.nu.2.meritò dicta capitula, quę ad id tendunt, admitti non debent.

Quintò proponitur in dictis capitulis, ꝙ ante donationem non aderat amicitia talis inter Flaschum & D.Herculem, vt ille donaret Flascho, prout fecit. Item quòd Flaschus de donatione prædicta cum pluribus loquutus fuit, priusquam D.Hercules ei donaret, eamq; cōsultauit cum Doctore Siluestro, sæpiusq; cum fratre Io. Baptista à Ponte, quem adhibuit ad eam tractandam, demumq; ꝙ Flaschus consultus fuit ad faciendum cōpositionem cum domino Hercule propter dubium partus cōcepti,
27 cuius natiuitate donatiò reuocaretur, † ex his enim capitulis in quibus proponuntur tractatus, colloquia, & consilia emanata ante donationem, & pariter ante cōpositionem dolus verus arguitur, & ꝙ dolosè deuentū fuerit ex parte Flaschi ad donationem & compositionem prædictam sequendo tractatus præambulos, vt est glo.notab.in l.2.in prin.quam Bart. Ang.&
28 omnes commendant.ff.de dol.except. † Vnde Crau.conf.115. num.6. dicit, quòd si qui verba fecerint de solutione gabellæ in aliquo loco priusquam ad eum venirent, tractaueruntq; de modo eam euitandi, ex dicto tractatu arguitur dolus, quòd dolosè pedagium non soluerint, sequendo tractatum prædictum. Nec dici debet hunc esse dolum præsumptum tantū, nō autem verum, quoniā glo.in d. l.2. se fundat in l.si seruus plurium. in fin. ff.de leg.1. vbi lex inducit pręsumptionem ex præcedentibus, quid testator senserit in sequentibus, & ex l. Titia. §.1.ff.de verb.oblig.vbi ex præfationibus contrahentium lex inducit præsumptionem, quid
29 partes egerint in contractu. † Cum enim tales pręsumptiones, quę sumuntur ex tractatib. colloquiis & consiliis præambulis sint à iure approbatæ, dicuntur manifestæ.l. cum proponebatur, & ibi Bal.ff.de leg.secūdò. l.licet Imperator, & ibi Bald. Castrens. Flor.Alexand.&
30 Ias.ff.de leg.primò, † meritò dolus manifestus

& sic uerus ex illis inducitur, ut per Bar. in d. l. quod Nerua. 4. quæst. dum dicit, quòd quædã sunt indicia manifesta, & ista probata inducũt dolum manifestum. l. dolum. C. de dol. Quare patet dicta capitula nullatenus esse admittenda.

Et ita ten endo non obstant contraria, quia non versamur in secund o capite doctrinę Bar. eo loco sed in primo propter præsumptiones manifestas deductas nedum latentes commixtas in prædictis capitulis.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

## Pro D. Io. Baptista Dondino.

### ARGVMENTVM.

De notario confesso quosdam errores hæreticales & ad S. Romanam ecclesiam reuerso, nunquid officium tabellionatus ad Banchum iuris exercere posit.

### *SVMMARIVM.*

1 *Hæreticus est infamis.*
*Nec absolutus videtur ad famam restitutus.* 5.
*In quo tamen auctor distinguit.* 8. 9.
2 *Infamis non potest officium tabellionatus exercere, deelarando quando.* 19.
3 *Spurius est infamis.*
*Et processus ab eo notario factus irritatur.* 4.
*Quod Marsilius reputat singulare verbum.*
6 *Iudæus in casibus in quibus non potest esse testis contra Christianũ, nec factus Christianus admittitur*
*Et Carrerius aliter sentiens.* 7.
*Confutatur ex distinctione Bartoli.* 8. 9.
8 *Restitutio Imperatoris ad famam restituit.*
*Statuti verò secus quando infamia fuerat irrogata de iure communi.* 9.
*Idemq; multo minus de Iudice.* 10.
11 *Notarius condemnatus de falso si abolitionem impetrauit non per hoc dicitur habilitatus ad officium tabellionatus.*
12 *Hæreticus ad fidem reuersus & absolutus ammodò dici non potest hæreticus.*
13 *Hæreticus damnabilis est qui pertinaciter defendit quæ sunt contra fidem.*
*Secus si paratus est corrigi.*
14 *Bannitus ex crimine famoso deinde cancellatus ex banno non remanet infamis & testis esse potest.*
15 *Hæretico correcto & ad fidem reuerso tollitur infamia per legem.* 18.
16 *Hæretico absoluto in foro pœnitentiali tollitur vt accusari non posit etiam in foro contentioso.*
17 *Notarius infamis ex delicto præter officium suum commisso non remouetur à conficiendis instrumentis.*

## CONSILIVM CLXXXV.

*Auxilium meum à Domino.*

EXORTA fuit difficultas, an ser Io. Baptista Dondinus, qui proponitur aliquando tenuisse quosdam errores hæreticales, postea ad S. Roma. Ecclesiam reuersus & absolutus, posit officiũ Tabellionatus exer-
1 cere ad banchum iuris in terra Centi, † & aduersus eum facere videbatur, quòd hæretici sunt infames. auth. gazaros. C. de hæretic. ibi omnes hęreticos perpetua damnamus infamia. tradit Alberic. in trac. de testi. §. conse-
2 quenter. num. 3. † sed infamis non potest officium Tabellionatus exercere ad banchum iuris, cum tale officium iniũgatur ex publico, vt tradit Bar. in l. eadem, nume. 4. ff. ad leg. Iul. repetund. sequitur Imol. in l. infamẽ. nu. 9. ff. de pub. iud. Bal. in l. Casius. ff. de Senat. Alex. cõs. 179. examinato processu. col. 2. volu. 2. & Mar-
3 sil. sing. 273. col. pen. † ubi per hoc inferunt, quòd ex quo spurius est infamis, vt not. Azo in sum. C. ex quib. caus. infam. irrog. col. pen. quẽ refert Bal. in l. 1. C. de iure aur. anu. Rocc. de Curt. in tract. de consue. num. 27. & Bonus de Curti. in tract. de nobili. par. 4. num. 8. Bal. & Alex. in l. generaliter. §. cum autem. C. de insti. & sub. Card. Alex. in c. 1. §. naturales. si de feud. fuer. contro. Bal. cons. 373. pręmittendũ est uol. 1. & consi. 207. quæstio talis est. volum. 2. cum similibus copiosè deductis per Tiraquell. in tracta. de nobili. cap. 15. numer. 14.
4 † meritò si notarius spurius fuerit notarius alicuius causæ, scripsit processum & fuit rogatus de gestis in causa à partibus & à iudice, & ista fecit ad banchum iuris tamquam notarius banci pulblici talis processus non valet, sed corruit, & non facit probationem, quod est profectò singulare uerbum secundum Marsil. quia sic poteris facere corruere infinitos processus factos per notarios spurios ad bãchum, iuris licet ( subdit Marsil. ) in multis officiis Italiæ plerunq; habuerit vnum, & quandoque duos notarios spurios, qui rogabantur de processibus, sed cum partibus tacuit, ne repellendo eos faceret eis iniuriam, dicendo quòd essent spurii.
5 † Nec sibi quicquam videtur absolutio prodesse, quasi quòd inde dicatur restitutus ad famam, nam cessante causa infamiæ non tollitur infamia. glo. iuncto text. in c. constituit. 17. q. 4. quam singularem appellat Roma. singulari. 672. nunc veniamus ad lucrum panis. eumq; variato nume. citat Marsil. singulari
6 107. colum. 1. † Vnde dicunt, quòd iudęus in casibus in quibus non potest esse testis contra christianũ, pariter factus christianus testis esse non poterit, quia extincta causa infamiæ,

non

7 non extinguitur infamia, † & licet Careri. in tract.de hæretic. num. 161. in contrarium inclinauerit de hæretico loquens redeunte ad fidem, & absoluto, nam ad honores, dignitates & famam dicitur restitutus.l.1.& l.fi. C.de sen
8 ten.pas.vbi Bart. & Bal. † attamen non aduertit ad distinctionem ipsius Bar. in d.l.fi. col.fi. quòd si quidem restitutio contingat ab Imperatore, vel Senatu,& tũc fama restituitur, licet infamia esset irrogata de iure communi, vt in
9 dictis iuribus, † aut per statutum quis restituitur ad famam, quando fuerat irrogata infamia de iure communi:quia statutum id facere non potest, sed solus Imperator & Senatus.l.prima, §.penul. ff.de postul. vbi pariter Bart. eandem ponit doctrinam.

10 † Quare si per statutum quis ad famam non restituitur, multo minus per sententiam solius Iudicis, vt in casu nostro, in quo infamia fuerat irrogata de iure communi,& sic Carrer. errasse videtur, ad Bart. dicta non aduertens in locis memoratis.

11 † Postremò, videtur ad hoc decisio Francisci Marci quæstione 303.secunda parte, loquẽtis de notario condemnato de falso, qui impetrauit abolitionem, vt restituatur ad bonam famam; non enim per hoc censetur habilitatus ad officium tabellionatus, nec iterum potest creari tabellio, vt ibi latius per eum.

12 † At in oppositum pro Dondino prædicto facit, quoniam cum se correxerit, & ad fidem reuersus fuerit absolutus, hæreticus ammodo dici non potuit, nec de præsenti potest, glo.est notab.in c.secundo. glo.fin. de sum. Trinit. & in c.hæc est fides.24.quæst.1.& est text.in c.dixit Apostolus.24.quæstione tertia, dicẽs, quòd qui quęrunt cauta solicitudine veritatem, corrigi parati, cum inuenerint, nequaquam sunt
13 inter hæreticos deputandi, † idemque tradit Ioan. de Anan. in c.excommunicamus.primo de hæretic.numero primo, vbi dicit, quòd hæreticus damnabilis est ille qui pertinaciter defendit ea, quæ sunt contra fidem, secus si sit paratus corrigi, per glo.in d.c.2.& plures alios citat Paris. consi.11. num.199. vol.4. Portius Imolens. post Theologos quos citat cons. 110. nu. 12. Quare si hæreticus dici non potest, nec inter hæreticos est numerãdus, pari modo nec infamis est, aut inter infames cõnumerandus, ergo sequitur, quòd officium tabellionatus ad banchum iuris, & vbique exercere potest.

14 † Secundò comprobatur hæc conclusio per doctrinam Iacob. Butrig. quam refert Alberi. in l.iurisiurandi.num.11. C.de testi.& plenius confirmat Alex.cons.111.omissis. vol.2. in ea quæstione de bãnito ex crimine famoso,& deinde cancellato ex bãno, an infamis remaneat, nec possit esse testis, inquit enim Butrig. cum infamem nõ remanere, & ad testimonium admitti posse, nam tollitur infamia per legem nouam, quæ de abolitione, vel cancellatione loquitur, nam lex quæ mandat bannum cancella-
15 ri, videtur etiam infamiam tollere, † sic enim dici potest in proposito nostro, quòd quàm primum qui fuerat hæreticus paratus est corrigi, & se corrigit, & ad fidem reuertitur, tollitur infamia per legem nouam, quæ de tali correctione loquitur, volens, quòd inter hæreticos non sit numerandus. d. cap. dixit Apostolus, meritò lex, quæ tollit nomen hæretici, videtur & infamiam tollere,& ideo dici non potest amplius hæreticus, nec infamis beneficio legis ita disponentis.

16 † Tertiò non prætereo, quòd fuit absolutus per inquisitionẽ ab hoc hæresis delicto, in quo cum Deus principaliter offendatur, absolutio facta in foro pœnitentiali etiam tollit, vt accusari non possit in foro contentioso, vt voluit Bar.in cons. incip. minister fratrum, quem refert Io.de Ana.in c.fi.de maledi. sub nu.8.versic. vlt. dicit. Dec.cons.137. col.2. & Paris. in d.cons.11. num.191. vol.4. meritò non debet nunc de infamia accusari.

17 † Vltimò non eundo per mendicata suffragia considero, quòd licet etiam remãsisset infamis; tamen quia non contraxit eam ex delicto commisso in officio, sed præter illud, ideo repelli non debet ab instrumentis conficiẽdis, & officio suo exercendo, probat in l.si aliquid. C.de susce.& Archa. lib.10.vbi expresse dicitur, quòd non potest exercere officium, in quo deliquit, igitur aliud officium, in quo non deliquit, exercere non prohibetur, & ita per illũ tex.declarat in simili casu Barto. in consi.174. ser Ioannes loquens in notario condemnato de falso testificando, qui non impeditur instrumenta cõficere, quia non deliquit vt notarius, sed vt testis,& sic præter officium suum, sequitur Nellus à S.Gemin.in trac.de Bannit.in prima parte secundi temp.quęst.51.& Ias.in l.Barbarius.nu.58.limit.4. ff.de offic.prętor. Quare sic & in casu nostro dicamus, quòd iste notarius cum fuerit hæreticus non dicitur in officio deliquisse, sed extra illud.

18 † Et hanc partem tenendo non obstant cõtraria, fateor enim infamem non posse exercere officium tabellionis ad banchum iuris, sed nego Dondinum infamem esse stantibus prædictis,& quæ dicebantur de restitutione ad famam inualida per absolutoriã iudicis, non officiunt casui nostro. Nam famæ restitutio aliũde profecta est, videlicet à lege, statim ꝙ ipse se correxit,& ad fidem rediit. d.c.dixit Apostolus. & absolutoria saltem operatur, vt amplius de infamia molestari non possit, vt postremò
19 dixi. † & ad doctrinam Francisci Marci dici debet, quòd loquitur de notario condemnato de delicto commisso in officio, nos autem secus, vnde non obstat. Quare sublatis cõtrariis admittendus est ad officium banci iuris.

*Hippolytus Rimin.Ferrar.*

## Pro D. Lucretia à Salle.

### ARGVMENTVM.

De muliere dotanda in bonis antecessorum suorum vigore cuiusdam substitutionis licet proponatur eam in corpus suum peccasse. Et quãdo pluralitas in singularitates resoluatur per pulchrè ponitur.

### SVMMARIVM.

1 *Causa vna deducta & alia probata sententia ferri non potest.*
*Fallit vbi proceditur sola facti veritate ĩspecta.22.*
*Siue Iudex sit ordinarius siue delegatus.23.*
2 *Causa delegata restringitur ad petita.*
3 *Argumentum de personis ad res validum.*
4 *Filius in sacris constituti dicitur spurius.6.*
5 *Spurius vnde dicatur.*
7 *Identitas bonorum probari debet.*
8 *Filiæ iussæ dotari si omnes filij & eorum descendentes decesserint sine filijs. an quibusdam sic decedentibus quibusdam non dotari debeant.*
*Auctor pulchrè tenet & probat quòd sic.24.39.*
9 *Verba si nõ cõueniũt nec dispositio debet conuenire.*
10 *Conditione deficiente sub qua dos relicta fuit cessat relictum.*
11 *Excussio requiritur quando agitur contra tertios possessores.*
*Nisi reus habuerit causam à debitoribus.39.*
*Aut si non fuit opposita ante litem contestatam.40.*
12 *Filia quæ in corpus suũ peccauit exhæredari potest.*
*Alimentis & dote priuari.*
*Fallit si postea patrem aluerit.55.*
*Vel pœnitentiam egerit nubendo.56.*
*Licet Felinus & Ruinus contra senserint.57.58.*
13 *Nominatio filiationis repetita constituit in quasi possessione filiationis.*
14 *Institutio vniuersalis facta de aliquo tanquam filio facit præsumi eum fuisse talem.*
15 *Enunciatiua verba iam centum annis probant enunciatum.*
16 *Vestutas pro lege habetur.*
*Etiam contra tertium in his quæ sunt difficilis probationis, vt est filiatio.18.*
19 *Nominatio in actu soli filio congruens constituit eũ in quasi possessione filiationis.*
*Et de ratione.20.*
21 *Nominatio & tractatus cõstituit quem in possessione filiationis.22.*
23 *Descẽdentiũ appellatione veniũt omnes in infinitũ.*
24 *Fideicommissarius probare debet bona fuisse in dominio testatoris quando agit contra tertios possessores.*
25 *Genitiuus propriè significat dominium.*
26 *Instrumenta antiqua probant dominium.*
27 *Consiliũ Iustitiæ in causis delegatis procedit sola facti veritate inspecta.*
30 *Parti debet imputari si non petijt dilationes super nouo articulo.*
31 *Filius dicitur legitimus et naturalis natus ex duobus coniugibus.*
32 *Legitimatus efficitur legitimus.*
*Et venit appellatione filiorum legitimorum & naturalium.*
*Quæ sententia communis est.33.*
34 *Legitimatus excludit substitutum decedenti sine filijs legitimis & naturalibus.*
*Nec ei dici potest tu es spurius, licet fuisti spurius dici possit.*
35 *Filia spuria de æquitate Canonica ali dèt & dotari.*
*Etiam si pater id prohiberet.36.*
37 *Pluralitas resoluit in singularitates quoties respicit diuersos & separatos effectus. Cuius exemplum ponitur.38.*
*Et quando militat eadem ratio in singulari.46.*
*Vel aliàs resultaret absurdum.44.49.*
*Vel æquitas id suadet.50.*
38 *Tutor datus à testatore filijs suis debet habere locum in vno tantum filio.*
41 *Ratio quæ sola potest allegari pro expressa reputatur*
*Et de casu ad casum porrigitur et ĩ eo procedit.42.*
43 *Pluralitas resoluitur in singularitates etiam in conditionibus.*
45 *Statutũ puniẽs producẽs falsos testes verificatur in producẽte vnũ tantũ. Cuius rei ratio ponitur.46.*
46 *Delictum non debet impunitum remanere.*
47 *Substitutio facta si Angelus & omnes eius descendentes instituti decesserint verificatur eis non natis Angelo moriente.*
48 *Argumentum ab absurdo bonum est.*
51 *Dotandi onus quibus iniunctum.*
54 *Hypotheca tacita competit pro dote.*
*Et retrotrahitur.55.*
56 *Testimonium de auditu fundatur in priuilegio seu iure speciali.*
*Idemq; dici debet in teste de fama.57.*
58 *Testes de auditu nominare debent saltem duos à quibus audiuerint.*
59 *Testes dicentes quòd publicè dicebatur non probant famam.*
*Sed deponere debent quòd à maiore parte populi dicebatur.*
*Et est communis opinio.60.*
*Nec sufficit dicere quòd communiter dicebatur non nominando à quibus diceretur.61.*
*Ratioq; subijcitur.62.*
63 *Testis solus & singularis non probat.*
64 *Testis socius criminis esse non potest.*
65 *Filia vt exhæredari possit debuit peccasse in corpus suum ante 25. annos.*
66 *Alimentis & dote filia potest priuari ex illis causis ex quibus potest exhæredari.*
67 *Tempus præcisè probari debet quando est fundamentum intentionis.*
68 *Gratitudine secuta ingratitudo præcedens remissa videtur.*
72 *Filius si patrem percusserit licet egerit pœnitentiam tamen exhæredari potest.*
73 *Aduocatis contrarijs gratiæ sunt agendæ qui citãt decisiones contrarias clientibus suis.*

CON-

## CONSILIVM CLXXXVI.

*Auxilium meum a Domino.*

DOMINA Lucretia à Salle petit se dotari in quibusdã bonis possessis per dominos de Vincentiis, vt antecessorum suorum à Salle, cuius intentio periculosa videtur ex pluribus reddi.

Primò, quia nititur quibusdam codicillis D. Ioannis à Salle, veluti ꝙ bona sua fuerint, & tamẽ in precibus loco petitionis productis de hoc ne verbum quidem, sed de domino Baldassare tantum, cuius fideicommisso dicit bo-
1 na fuisse subiecta. † Vnde deducta vna causa, & alia probata sententia pro ea ferri non potest. l. habebat. ff. de institor. l. nõ possumus. ff. si pars hæred. pet. l. Bebius Marcellus. ff. de pact.
2 dotal. c. Abbate. de re iudic. lib. 6. † & cũ causa delegata restricta sit ad petita in precibus, non videtur extendi posse ad hanc nouam petitionem. c. P. & G. de offi. deleg. vbi sicut de persona ad personam non fit prorogatio, pari-
3 ter nec de re ad rem fieri posse debet † sumpto argumento de personis ad res. l. qui furere. & ibi Alberi. & Bal. ff. de stat. hóm. Cast. cõs. 224. circa primum quæsitum. in antiq. Bal. in l. vnica. col. 8. C. de confes. cum vulgari. de quibus per Euerard. in suis locis legalibus, in loco de persona ad res. & è contra.

Secundò repugnat huic Dominę, ꝙ d. Ioannes in codicillis disposuit, ꝙ si omnes sui filii, aut eorum liberi masculi, legitimi & naturales decederent absque filiis masculis legitimis & naturalibus relictis filiabus iussit eas honorificè dotari. At nullibi probatur hanc Dominã fuisse filiam alicuius liberorum dicti testatoris
4 ꝙ fuerit legitimus & naturalis, † immo contrarium probatur in breui Apostolico, dicente, ꝙ Baldassar erat in sacris constitutus. Vnde Albertus eius filius non potuit esse legitimus & naturalis, sed fuit spurius, tanquã natus ex coitu reprobato. iux. not. per glo. Abb. & alios in c. tanta. qui fil. sint legit. Azo in summa de his
5 qui not. in fam. † spurius enim dicitur à duabus primis literis S, & P, idest quasi sine patre scilicet certo vel approbato natus. vt tradit Plutarchus in problematis, & Bermondus Couerroneus in tit. de public. concub. in materia
6 spuriorum. col. 1. † Quare nec Philippus filius Alberti, & huius Dominæ pater potuit dici legitimus & naturalis velut ex radice infecta proueniẽs, iux. not. per Odofr. Cyn. & alios in l. fi. C. de natur. liber. Bal. in l. fin. in fi. C. de verbo. signif. Alex. cons. 174. vol. 5. Capra cons. 136. col. fin. Dec. cons. 85. col. fin.
7 † Tertiò videtur aduersari, quòd non probatur, bona fuisse dicti Ioannis tantũ, sed aliorum plurium, velut Alberti & Nicolai, prout in tenuta colligitur, nec illa, de quibus agitur, esse illa, de quibus in tenuta, & tamen clarum est, quòd identitas probari debet. Bar. in l. demonstratio. ad fin. ff. de condit. & demonstrat.

Quartò fortius obstare videntur huic dominæ verba dictorum codicillorum, quibus dicitur. Si verò omnes filii dicti codicillantis, aut eorum liberi masculi, legitimi & naturales descendentes decesserint absque filiis masculis relictis filiabus iussit ipsas dotari
8 honorificè &c. † quibus ex verbis apparet, ꝙ filiæ liberorum demum dotari debent in defectu omnium filiorum, & liberorum masculorũ, secus verò si extẽt, vt supponitur plures extare ex Borsio fratre D. Philippi, quia in hũc casum non fuit iussum dotari. l. cum prætor. ff. de iud.
9 † & cum verba non conueniant, nec dispositio conuenire debet. l. 4. §. toties. vbi Bart. & alii.
10 ff. de dam. infect. † & deficiente conditione, sub qua dos relicta fuit, deficere quoque debet ipsum relictum. l. pecuniam. quam. ff. si cer. pet. l. hæc venditio. ff. de contrahen. empt. cum similibus. per Crau. cons. 93. num. 3.
11 † Quintò non potest hæc Domina experiri contra tertios possessores excusione nõ facta. auct. hoc si debitor. C. de pignor. Immo nec hypothecaria sibi competit, sed obligatio rantũ personalis, quę contra tertios possessores exerceri non potest. l. fin. §. fin. ff. de contrah. empt. Barto. & alii in l. 2. ff. de alim. & cib. leg. & in l. Lucius. eodem titu.
12 † Vltimò supponitur, hanc D. Lucretiam in corpus suum peccasse, quare sicut exhæredari potuisset. §. causas. in auct. vt cum de appel. cognosc. & in auct. sed si post. C. de inoff. testam. multo fortius & alimenta & dos sibi possunt denegari, secundũ Spec. in tit. qui fil. sint legit. §. pen. vers. Quid si filia peccauit. Bal. in l. fi. C. de dot. promis. Alex. in l. 1. ff. solu. matri. Ruin. cons. 131. vol. 4. & ex illis non videtur hæc mulier obtinere posse in præsenti causa.

Quibus tamen non obstantibus veritas est in contrarium, prout inferius apparebit, videlicet ꝙ ista D. Lucretia velut descendẽs à filiis, seu liberis masculis D. Ioannis dotari debeat in eius bonis iuxta per eum disposita in suis codicillis, probatur hæc cõclusio. Nam videmus, quòd in testamento suo instituit Albertum, Baldassarem & Nicolaum filios suos legitimos & naturales appellando, parique modo in codicillis appellauit filios suos, quos in testamento instituit, & sic dictos Albertum, Baldassa-
13 rem & Nicolaum, † quæ repetita nominatio filiationis constituit eos in quasi possessione filiationis, vt de repetita nominatione cõsanguinitatis declarat Castren. in l. non epistolis. C. de probat. Paleot. nunc Cardinalis amplissimus, Episcopus Bononiæ, & de Sãcta Romana Ecclesia benemeritus in tract. de nothis & spur. c. 23. nume. 2. Menoch. de arbitra. iudic. libro secundo, cent. prima. casu 89. nume. 71.
14 † & quia eos vniuersales hæredes instituit

 in te-

in testaméto suo, sicut filios suos, per quòd præsumũtur fuisse tales, nisi probetur contrarium, vt per Butr. in c. per tuas. de proba. & in c. trãsmissæ. qui fil. sint legit. Alex. consi. 88. num. 8. vol. 7. idemque tradit Aret. consi. 37. sequendo ordinem. col. 2. Bald. in c. ex transmissa. colum. 2. de restit. spoliat. Natta plenius consilio 235. colum. 2.

15 † Concurrit insuper, quatenus ad Baldassarem pertinet, quòd in breui Apostolico appellatur natus quondam D. Ioannis à Salle, quæ verba ennnciatiua iam pręter annos centum prolata probant enunciatum, & disponunt Butr. in c. fin. de succesio. ab intest. Alex. conf. 71. visis & ponderatis. vol. 4. cũ simil. per Ias. Dec. & Dominum meum Riminaldum in l. ex his, C. de testamen. milit. & Cephal. consi. 152. nume. 33. Card. Alban. in lucubrationibus suis ad Bart. in rubr. primæ constit. digestorum. nú-
16 me. 44. & in l. ex facto. ff. de hæred. instit. † Nec immeritò, quia vetustas pro lege habetur. l. 2. in princ. ff. de aq. plu. arcen. l. qui luminibus. in princ. ff. de ser. vrb. præd. & est text. solennis in l. fin. ff. de aq. plu. arcen. vbi respondet Scæuola, solere eos qui iuri dicendo pręsunt tueri aquæ ductus, quibus auctoritatem vetustas daret, etiamsi ius non probaretur, quẽ citat Laurent. Kirchof. consi. 5. nu. 16. primo Tomo di-
17 uersorum Germaniæ, † & licet ista conclusio contra tertium dubitabilis reddi videatur, ex nota. per Crau. in trac. de antiq. temp. prima parte nu. 70. Tamen in casu nostro redditur clara, nam quando sumus in antiquis, quorum probatio difficilis est non solum propter ipsam antiquitatem, & lapsum temporis, sed etiam
18 propter qualitatem ipsius facti, † puta in filiatione, cuius probatio difficilis est l. filium. ff. de his qui sunt sui tunc verba enunciatiua plenè probant in antiquis etiam contra tertium, ita tradit in terminis Alex. consi. 10. col. 3. in fin. ver. ex his vol. 3. Petr. Rebuff. in tract. suo nomina. vers. Primò fallit. Cra. loco citato nu. 73.

19 † Secundò Albertus inter alios fuit filius Baldassaris, prout sic eum appellat, & ab eo legitimatum per sedem Apostolicam, in testamẽto suo, quæ nominatio in actu solis filiis congruente non autem extraneis constituit eum in quasi possessione filiationis, vt tradit Bar. in l. 2. §. idem per cõtrarium. de liber. agnos. Anchar. in c. si Episcopus. de sentent. excommun. cum simil. per tex. in c. per tuas. nu. 9. de probatio. Alex. in d. consi. 88. col. 3. in fin. Paris. latè consi. 10. nu. 50. & 53. & cõsi. 13. col. 2. vol. 2. Gozad. consi. 12. nume. 13. Paleot. in d. tracta.
20 cap. 23. † ea ratione secundum Doct. quia in tali nominatione quædam concurrunt, ex quibus paternam charitatem elicimus, non enim verbis, sed re ipsa se pater ostendit. Vnde prouenit hęc probatio à re ipsa potius quam à nominatione, sequit Menoch. loco citato. nu. 78.

21 † Tertiò animaduerto, quòd ex Alberto geniti fuerunt Borsius & Philippus, & ex Philippo D. Lucretia, de qua nunc agitur, & hæc deponunt abundè testes dicentes vidisse dictum Borsium & Philippũ simul habitantes in domo cũ dicto Alberto, & eos se inuicẽ tractare, & nominare in parentes & filios, idemque repetunt
22 de Philippo & D. Lucretia, † ex quibus prædicti constituti dicuntur in quasi possessione filiationis, & fundatam intẽtionem habere cõtrario non probato, vt cõcludit Bar. in l. 1. §. ad quæstionem. in fi. de quæstio. in l. non nudis. in fi. C. de probat. & in d. §. idem per contrariũ latius Alex. consi. 51. viso & discusso. vol. 1. cũ simil. per Dec. consi. 54. col. 1. & in d. c. per tuas col. fin. Alex. consi. 88. num. 7. volu. 7. Gozad. consi. 12. nu. 17. consi. 13. nu. 34. Paris. consi. 29. num. 9. vol. 2. Paleot. in d. trac. cap. 22. num. 4. Rube. consi. 16. nu. 16. Alba. cõs. 83. nu. 21. Menoch. loco citato nu. 69. Quibus ita stantibus apparet verificari verba codicillorũ in hac Domina Lucretia, quòd sit filia relicta ex descen-
23 dentibus liberis masculis d. Ioannis, † quoniam descendentium appellatione veniũt omnes in infinitũ. §. 1. in auth. de hæred. ab intest. Iacob. de Beluis. in auth. de restit. fideicom. in fin. Alex. consi. 118. in fin. volu. 6. Plenè Natta consi. 531. num. 24. & ob id in eius bonis dotanda sit honorificè iuxta per eum disposita.

Superest vt videamus, quæ nam fuerint ista bona, de quibus venit dotanda, pro quo considero primo loco breue Apostolicum vsque de anno 1447. vbi concessum fuit Do. Baldassari sibi assignari actualem possessionem omnium, & quorumcunque bonorum quondam Ioannis à Salle sui patris rationib. & causis, de quibus in dicto breui, & inter cætera bona nominantur tres possessiones positę in Villis hospitalis monacarum Bozzolleti & Consandali tãquã de bonis, quæ fuerunt d. Ioannis, & licet subiiciatur & Alberti & Nicolai, illud dicitur: quia fuerunt filii d. Ioannis & ab eo peruenerunt ad eos, itẽ videmus in diuisione facta inter Albertum, Scipionem & Ioannem filios Baldassaris de anno 1453. contigisse Alberto inter alia possessionem *della Croce de S. Pelegrino*, de qua prius meminit Baldassar eorum pater in testamento suo de anno 1451. & ista sunt eadem bona, quę ponuntur in lista, in quibus dotari petit hęc Domina Lucretia, & quæ tenta & possessa fuerunt per d. Albertum, & subinde per Borsium & Philippum eius filios, demumq; per Vincentios cõuentos, in quos fuerunt alienata, prout inter alios deponunt secundus tertius & sextus testes, adeo quòd ita discurrendo probatur idẽtitas bonorum, de quibus agitur, quòd fuerunt quondam Ioannis antiqui.

24 † Et licet agatur contra tertios possessores cum titulo, quo casu probari debet bona fuisse in dominio testatoris, qui fideicõmissum fecit, vt per Bald. consil. 4. in causa Basilii. volum. 4. Castr. cõsi. 94. clarũ est. in vltimo dubio. vol. 2.

quos

quos sic intelligit Natta consi.400. col.fi. Tamen huic requisito satis dicitur satisfecisse D. Lucretia per illud breue tam antiquum vltra centum annos,in quo dicitur,dicta bona fuisse quondã d.Ioãnis, & ad Baldassarem & alios eius filios peruenisse virtute fideicommisi per eum dispositi in suo testamento, & codicillis,
25 † nam ille genitiuus D.Ioannis,propriè & strictè significat dominium, secũdum Bar.& alios vbi Ias.in rub.ff.de oper.no.nunciat.& per dicta verba licet enunciatiua cum simus in antiquis,& probatio dominii sit valdè difficilis,vt per glo.& doctor.in l.cum res.C. de probatio. Ias.in l.rem,quæ nobis nu.28.ff.de acquir.poss. dicitur probatum dominium, & contra tertiũ per ea quæ supra dixi de filiatione post Crau. in trac.de antiq.temp.prima parte.nu.73. post
26 Alex.& Petrum Rebuf.per eum citatos.† & hoc insuper est regulare,quòd in antiquis per instrumenta probetur dominium.Aret.consi. 164.col.pen.Crau.consi.54.nu.10.Ruin.consi. 14.nu.7.uol.4.

Sola vis est ita tenendo contrariis respondere.Ad primum igitur,de petitione dotis in bonis Baldassaris non autem Ioannis,qui Baldassar dotes non reliquit, sed Ioannes breuis
27 est, & clara responsio, † quòd cum hæc causa delegata sit Magnifico Consilio Iustitiæ, quod in causis delegatis procedit sola facti veritate inspecta, ex decretis Ducalibus, vt notũ est,& testatur eruditus Leonius vnus ex Consiliariis Iustitiæ,nunc verò suis meritis secretus excellentißimi Ducis Ferrariæ in l.1. §. si quis ita.
28 num.188.ff.de verbo. oblig. † sequitur, quòd vna causa intentata,& alia probata,iudicari potest,& ferri sententia fauorabilis secundũ causam probatam,vt per Alex. in l.si ita stipulatus. §.Grisogonus.ff.de verbo.obliga.& consi.114. col.2.vol.6.Soc.cons.146.col.6. vers.sed quid plura, & cons.160.col.pen. Corn.cons.80. colum.2.volu.3. Dec.in c.dilecti.col.3. de iudic. Crau.cons.210.col.fin.Marsil. singul.272. Paris.cõs.131.nu.14. vol.1. D.meus Riminaldus consi.571.num.15.Gram. decis.103. nu. 141. cũ sequent. latius quàm Ioan.Baptista Asinius in sua praxi iudiciorum.§.3.cap.16.
29 † Nec est vera replicatio D.Aduocati partis aduersæ,quòd Doctores intelligendi sint de iudice,qui sui natura sic procedit, secus in delegato, quia immo Doctores loquũtur in eo, cui causa sic est commissa,& sic in delegato,vt propriè loquitur Alexan.in d. §.Grisogonus. post Butr.& Deci.in d.c.dilecti. dicens,quòd talis commissarius iudicat vt Princeps, vel Deus, si enim commissarius est,ergo delegatus, & quãdo loquuntur de vna causa deducta,& alia probata,præsupponunt probatam nullo modo fuisse deductã, nec in petitione, nec in capitulis, nec imputandum est huic Dominæ, si non ab initio produxit codicillos dicti Ioannis, quos ignorabat,& quando sciuit,eos produxit.& iuridicè, cum iura semper vsque ad sententiam produci posßint vigore statuti, quòd non pos-
30 sit statui. Sed bene † debet imputari parti, si non fecit suas defensiones, & non petiit dilationes super hoc nouo articulo,vt poterat, per doctrinam Specul. in titu. de actore. §.1. vers. Quid si postquã.Marsil.in l. si quis nec quæstio. nu.55.ff.de quæstio.Crau.consi.74.num.4.
31 † Ad secundum dicitur, quòd immo D. Lucretia fuit filia D. Philippi filii legitimi & naturalis D.Alberti, velut ex eo & D. Benedicta coniugibus nati,vt testes deponunt.l. filiũ diffinimus. ff.de his qui sunt sui vel alien.iur. nec inde desiit esse talis,quia natus fuerit ex Alberto Spurio,veluti nato ex Baldassare in sacris cõstituto, & sic ex infecta radice, quia dictus Albertus fuit legitimatus per sedem Apostolicã,
32 ut testatur Baldassar in testamento suo, † sicq; sublato vitio spurietatis remansit naturalis, & factus fuit etiam legitimus per legitimationem,vt per Alex.consi.2.nu.8.vol.1. & appellatione filiorum legitimorum,& naturalium ve-
33 niunt legitimati ex vi verborum, † & secundũ communem opinionem vt notat in l. generaliter.§.cum autem.C. de instit. & subst. Rui. in l.Gallus.§.& quid si tantum. col. pen. ff. de
34 lib.& posthu.† & probatur in ea quæstione,de substituto si quis decesserit sine filiis legitimis & naturalibus,qui per legitimatum excluditur veluti per filium legitimum & naturalẽ, ut per Imol.qui communem testatur,in l.ex facto.§.si quis rogatus.ff.ad Treb.vbi etiam Rip. nu.44. & latè Alex.in d.§. cum autem.Dec. cõsi.425. col.2.Rui. consi.98.nu.21.vol.2. Brun.consil. 15.nu.16.Cephal.consi.117.nu.20. Accedit, quod inquit Natta consi.624.nu.25.quod legitimatus per Imperatorem caret nomine spurii,& ei sine controuersia dici non potest,tu es spurius,licet dici posßit,tu fuisti spurius antequam legitimareris quare cum D.Philippus fuerit natus ex D.Alberto iam legitimato,non potest dici natus ex spurio nec ex radice infecta. meritò cessat obiectum de infecta radice stante legitimatione.
35 † Secundò posito ꝙ Philippus pater huius dominæ non esset qualificatus vt in testamento dicitur ratione prædicta radicis infectæ,sicque, hic esset casus omissus à testatore, non tamen inde priuari deberet dote condecenti saltem vsque ad alimenta. Nam clarum est de çquitate canonica,filias etiam spurias alendas esse.c. cum haberet. de eo qui dux. in matri. quam pollu. per adulter.parique modo dotandas,vt per Bar.in auth.ex complexu. C.de incest.nupt.Mathesil.sing. 147. Bermond.in tit. de publi.concubi.in trac.spuriorum num. 50.
36 † Imò fortius,si pater in testamento prohiberet suis hæredibus,ne darent alimenta filio suo spurio, nihilominus tenerentur hæredes ad ea,prout voluit singulariter Bal. in l. id quod pauperibus.in vltima col. C. de epis. & cleric.

sequi-

ſequltur & valdè commendat Marſil.ſing.353.
ad fin. fortius ergo in caſu omiſſo filia dotari
debet ſicut & alimentari.

Ad tertium reſponſio patet ex deductis pro
hac parte in verſ.ſupereſt, ad quę me remitto.
37 † Circa verò quartum diligentius eſt per-
ſcrutadum, ſi quidem incidit in illud, an plura
litas reſoluatur in ſuas ſingularitates. In qua
quidem quæſtione tenetur pars affirmatiua,
quoties reſpicit diuerſos & ſeparatos effe-
ctus.l.falſa.§.fin.& ibi Bar. Caſtr. & alii.ff. de
cond.& demonſtrat.& tradit Ang. conſ. 165.
dictum legatum.vbi dicit quòd in d.§.fin.plu-
ralis ſermo relatus erat ad plures,& in perſona
cuiuſque ſuum diſtinctum & conſumatum ſor
tiebatur effectum, meritò ille ſermo pluralis in
ſingularitates reſoluitur, idemque tradũt Bar.
& alii in l.hæredes mei.§.cum ita.vbi latiſsimè
Zăch.ff.ad trebel.& ibi legendo ſequutus ſum.
38 Cephal.conſ.158.nu.42. † Hinc Dec. conſi.
50.col.2.dicit, quòd datio tutoris à teſtatore
facta filiis ſuis debet habere locum in uno tã-
tum filio, quia facta fuit ad prouiſionem filio-
rum & reſpicit diuerſos effectus, vt ſinguli filii
bene gubernentur, meritò reſoluitur in ſuas
ſingularitates,& ſic vno tantum extante filio.
At in propoſito noſtro codicillãs reliquit do-
tes filiabus ad earum prouiſionem, hocque re-
ſpicit diuerſos effectus, vt ſingulæ dotentur, &
à ſingulis hæredibus & ſucceſſoribus filiorum
& liberorum, meritò pluralitas reſolui debet
in ſuas ſingularitates, vt nędum ſi plures extẽt
filię dotẽtur, ſed & ſi vna, nedumq; ſi omnes fi-
lii, liberiq; deceſſerint, ſed etiã ſi qdã ſic, qui-
dã verò nõ, nã eorũ, qui deceſſerint filię dotari
39 debent, † idque cõfirmat in caſu noſtro ſimi-
li D. meus Riminald. conſ.42.nu. 13. uolens
quòd illa pluralitas, poſt mortem omnium, reſ
ſoluatur in plures ſingularitates, per d.§. fin.
meritò ſic & in noſtro vbi dictum fuit, ſi om-
nes filii & eorum liberi deceſſerint ſine filiis
maſculis relictis filiabus eas dotari iuſsit, ut
quibuſdam ex eis ita decedentibus aliis uerò
non, eorũ qui ſic vita functi ſunt, ut Philippus
fuit, filiæ dotẽtur, vt hæc D. Lucretia ſua filia.
40 † Secundò comprobatur iſta concluſio ex
illa vera reſolutione,& concordia, quæ datur
in ea q.videlicet quòd ubi illa ratio quæ mo-
uit diſponẽtem in plurali militat etiam in ſin-
gulari, tunc pluralitas reſoluitur in ſingulari-
tates, ſecus autem vbi eſſet diuerſa ratio, ita
Fely.in c.omnes, prima diſtinct.de quo memi-
nit,& eum ſequitur Cur.Iun.conſ.128.col. 3.
in prin.& in l.pen.C.de impub.& in l. hęredes
mei. §.cum ita.vbi pariter Zanch.nu.883. poſt
Fab.ff.ad Trebel. & Soc. Iun. conſ. 150. col.
pen.vol.2. At teſtator iubẽs filias dotari, ſi om-
nes filii & liberi morerentur ſine filiis maſcu-
lis, motus fuit ea ratione, ne illæ excluſæ ab
hæreditate fame perirent, remanentes indo-
tatæ, quod inde probatur, nam iuſsit eas dota-
ri, ſi dotatæ non eſſent, ſi uerò dotatę reperiren
tur dote conſtituta voluit eas fore contentas;
quia ſecundo caſu habuiſſent, vnde ſe alerent,
41 at in primo ſecus, † & iſta ratio quę ſola poteſt
allegari pro expreſſa reputatur iuxta nota. per
glo.& omnes ubi Iaſ.in l. quamuis.C.de fidei-
com.& in auth.quas actiones. nu. 22. C.de ſa-
croſanct.eccleſ.& in l. ſi conſtante.ubi quoque
Rip. Crot.& Soc.Iun.ff.ſolut.matri.Hiero.Ga
briel.conſi.14.nu.12.copioſè Federic.Scottus
quem Ferrarię ſtudente uidi ſub D. Alciato
tunc ibidem legẽte reſponſ.16. nu.20. Tomo
primo lib. 3.& reſponſ.34.nu.10.Senat.Pede-
mont.deciſio.21.nu.3.Soc.Iun.conſ.1.nu.43.
uol.1.& Menoch.conſ.85.nu.9. Card. Alban.
in ſuis lucubratio. ad Bar.in l.quod te.& in l.
non omnis. ff.ſi cert.pet.Alba conſ.71. nu.4.
42 † militatque pariter hæc ratio in filia alicuius
ex liberis morientis ſine maſculis, licet alii
mortui fuerint cũ maſculis vt de Borſio pręſup
ponitur, meritò pluralitas illa, & ſi omnes filii
uel eorum liberi, debet reſolui in ſuas ſingula-
ritates, dicendo, uel ſi aliquis eorum deceſſe-
rit ſine filiis maſculis relictis filiabus eas dota-
ri iuſsit, ne ita vnius filia indotata fame perire
poterit ſicut vltimi morientis. Et licet iſta plu
ralitas poſita fuerit per modum conditionis,
dicendo ſi omnes filii vel eorum liberi deceſſe
rint ſine filiis maſculis, ſed relictis filiabus eas
43 dotari iuſsit, † tamen etiam in conditionibus
adimplendis bene pluralitas reſoluitur in ſuas
ſingularitates, dato quòd etiam tractaretur de
lucro quærendo.l.2.§. fin.ff. de condit. inſti.l.
ſtichum, qui meus erit.& ibi Iaſ.& Alex.ac alii
paſsim poſt Bar. ff.de leg.1.Fernan. Vaſquius
lib.3.controuer.illuſtr.cap.92.col.fin.
44 † Tertiò confirmatur adhuc dicta concluſio
quia tunc pluralitas reſoluitur in ſuas ſingula
ritates, quando ſi non reſolueretur reſultaret
abſurditas.c.accepta.de appellat. Bal.in c.1.§.
aut ſi libellario.quib.mod.feud.amit.Soc.cõſ.
45 43.col.2.uol.1.† exemplũ adferri poteſt, quod
tradit Bar.in l.ait prætor.§.negocia. per illum
tex. ff. de neg.geſt. & in l. 2. ff. de procur.de
ſtatuto puniente producentes falſos teſtes cer
ta pęna, quod verificatur in producente vnum
tantum, ſequitur alios citans Iaſ.in l. ſingula-
ria.col.3.ff.ſi cert.pet.& in l. Gallus. §.quod ſi
is.poſt Alex.ff.de lib.& poſthu.Alex. conſ.84.
vol.4. conſ.136. vol. 5. Soc. in d.l. falſa.§.fin.
46 † Nam ſequeretur abſurdum, quòd virtute
illius pluralitatis, ſi ꝓduxerit teſtes falſos, quis
vnum producens non puniretur, & delictum
ſuum remaneret impunitum, contra.l. ita vul-
neratus.ff.ad l. Aquil. ſicq; declarat Caſſanus
in cõſuet.Burgund. rub.1.nu.26.at ſi filiæ de-
berent expectare mortem omnium maſculo-
rum, priuſquam dotarentur, remanerẽt indota
tę, fameque perirent, cum tandiu viuere non
poſſent, ergo pluralitas reſolui debet in ſuas
47 ſingularitates. † Et ad hoc adduco Soc. Iun.
conſ.

cons. 181. nu. 52. vol. 2. qui multũ deseruit ad propositum, nam testator substituerat filios & descendentes Alberti de Bardis, casu quo Angelus & omnes eius descendentes instituti decederent, dicebaturque quòd ex quo nulli descendentes ex Angelo nati fuerant, decedere non potuerunt, iuxta illud. Viuens moritur, vt per glo. & doct. in l. qui duos. §. 1. ff. de manu. testa. meritò non erat locus substitutioni per mortem solius Angeli conceptæ, ut supra, in plurali. Tamen contrarium determinat plurib9

48 bus rationibus, † & obiecto respondet ex absurdo quòd est optimus modus argumentandi, l. nam absurdum. ff. de oper. liber. Ias. in l. diuortio in prin. notab. 5. ff. solu. matri. Abb. in c. inustum de rer. permut. nam si natiuitas & mors descendentium Angeli requireretur, substitutio de filiis & descendẽtibus Alberti procederet sic in infinitum, quòd nunquam locũ haberet: quia semper dici posset, aliqui non sunt nati, vt abnepotes, atnepotes, trinepotes, & alii descendentes Angeli, quod esset absurdum. Vnde talis substitutio facta, si Angelus & omnes eius descendentes decesserint resoluitur in singularitates ratione absurdi vitandi, & intelligitur gradatim, & disiunctiuè casu quo Angelus decesserit sine filiis, vel si eos habuerit, illi sine filiis mortui fuerint.

49 † Quare sic & in casu nostro dici debet, si omnes filii, aut eorum liberi decesserint sine filiis masculis dotandas esse fœminas, non esse expectandam vltimi mortem sine filiis, ratione absurdi, quod nunquam dotationi fœminarũ locus esset, sed in singularitates uerba resolui debere, vt singulis morientibus sine filiis masculis fœminis relictis locus esset eãrum dotationi, tametsi quidã ex eis cũ filiis masculis decessi sẽt, vt in casu nostro supponitur euenisse.

50 † Quartò & vltimò non omitto; quòd licet nullum sequatur absurdum, si pluralitas nõ resoluatur in singularitates, si tamen iustum & æquum eam fieri suadet illi locus esse debet, vt per Bal. in d. l. pen. col. fin. C. de impub. At extante fœmina cuiuscunq; morientis sine filiis masculis iustum est & æquum eam dotari de bonis fideicommisso subiectis, auth. res quæ. C. communia de leg. nec æquitas patitur, quòd ad filios aliorum masculorum bona deuoluantur, & illa remaneat indotata, contra fauorem publicum. l. 1. ff. solut. matr. ergo pluralitas debet in singularitates resolui, sicque pluribus modis remanet dubium resolutum, quoniam quæ dicebantur de conditione deficiente, sub qua dos relicta fuit, cessant ex hac resolutione pluralitatis in suas singularitates, cum verum sit Philippum sine filiis masculis decessisse relicta hac Do. Lucretia filia sua dotanda, licet Borsius secus, ex quo non requiritur omnes ita sine filiis masculis decessisse, priusquã fœminæ dotentur ratione absurdi, quod sequeretur, vt

51 supra deduxi. † Nec uerum est, quòd hoc onus dotandi filias particulariter iniunxerit Antonio & Nicolao substitutis, confisus quòd descẽdentes essent eas dotaturi, quoniam priusquã venerit ad substitutionem prædictorum, iussit eas dotari, si dotatæ non essent, euidens signũ, quòd non ita confidebat de descendentibus, quin prouidere voluerit, q aliquo eorum cessante dotare, alii dotare deberent, nec ratio- nes de pluralitate, quæ resoluitur in singularitates per me factę tollũtur, si bene cõsiderentur.

52 † Ad quintum dicitur, non fuisse necessariã excussionem, cum aduersarii causam habuerint a debitoribus dictę dotis, vt in statuto de hypotheca & pacto exequutiuo, debitores autem erant descendentes omnes d. Ioannis, & sic Philippus, Borsius & alii vigore codicillo-

53 rum, vbi hoc onus eis repertur iniunctũ. † Secundò posito q fuisset necessaria, tamen cum non fuerit opposita hæc exceptio ante litem contestatam, vt patet ex scriptura oppositiua, vbi non adest hęc exceptio, nunc amplius opponi non potest, velut dilatoria, & iudicium procedit, & ferri potest sententia, licet ea non facta, vt per Alex. late post Bal. & alios cõs. 31. col. 2. vol. 4. & abunde Neguf. in trac. de pign.

54 in primo memb. 8. partis, nu. 34. † Et ad aliud q non competit hypotheca, respondetur id esse falsum, cum agatur de relicto dotis, pro quo ex speciali priuilegio lex inducit tacitam hypothecam, vt est tex. in l. vnica. §. & ut plenius. C. de rei uxo. act. & firmat Neguf. i d. trac. de pignori. in 4. memb. 2. partis nu. 24. quę hypotheca incipit a die relicti facti, sicut & promissionis secundum communem, de qua te-

55 statur Neguf. in d. loco nu. 80. & 81. † ubi concludit, q retrotrahitur, ut in uoce dicebam per l. qui balneũ. ff. qui por. in pigno. hab. ideo res affectæ transfuerunt cum suo onere in Vincentios. d. l. 2. ff. de alim. & cib. leg. & ibi Bart. qui pro nobis inferunt non autem sunt contra.

56 † Ad vltimum uerò de mala uita huius dominæ considerandũ est, q testes super hoc de auditu & fama tantum deponunt, quorum neutrum sufficit in casu nostro, ad quod assummo notabile dictũ Cuma. conf. 77. uisis. lib. col. 2. dicentis, quòd quia testimonium de auditu fundatum est in priuilegio, siue iure speciali facilius prosternitur, si in aliquo deficiat, ad quod facit tex. vulgaris in l. cius militis. §. mi-

57 litia missus. ff. de testa. milit. † & licet Cuma. uideatur loqui tantum in testimonio de auditu, tamen idem est in testimonio de fama pari ratione, quia etiam nititur priuilegio siue iure speciali attento, quod regulariter nonprobat, iuxta not. in l. at qui natura. §. cum me absente. ff. de neg. gest. cum simil. per Curt. Iun. qui

58 sic arguit conf. 17. in prin. † Vnde subiungit, q ad hoc ut testes de auditu concludant, oportet, quòd saltem nominent duos, à quibus dici audiuerint, ut uideatur, an dictũ suum habeat auctores nec ne, ut est text. singularis in c. licet

cet ex quadã.& ibi not.And. Sicul.& Moder. de testi.ideóq; tradit Aret.cõs.73.col. pen.& in in c.tam literis.col. fi. de testi. Natta cõs.170. col.2.Mars.cõs.20.nu.11.& latè Io.Bapti.Ferret.cõs.80.nu.9.at testes non nominant à quibus audiuerint,ergo non probãt,vt cõcludunt
59 doctores in dictis locis. † minus etiã probant per famã,de qua deponũt, dicentes, ꝙ publicè dicebatur D.Lucretiã esse amasiã,vel concubinã Trotti,non enim sic fama probatur, cũ potuerit sic ab vno dici,sed deponere debent,ꝙ à maiori parte populi sic diceretur,vt per Bar.in l.de minore.§. plurimum. ff. de quæstioni.nu. 21.Dec.cons.57.col.2.plenius cons.133.nu.4.
60 in fi.† vbi communem testatur, sicut & Rol. à Valle cons.54.num.17.vol.1.idemque tenet Crau.cons.41.nu.5.in fi.D.meus Rimin.& ibi
61 in apostil.dixi.cons.300.nu.44. † ubi plus addit idem esse,si testes dixerint,ꝙ ita communiter dicebatur, nec nominent à quibus ita di-
62 ceretur,vt ibi per eum † horumque doctorum ratio esse potest;quia testes dicere debent audiuisse à maiori parte.Bar.in d.l.de minore.§. plurimũ.vbi latè Marsi.Dec.in c.1. sub nu.13. de appellatio.& cons.329.nu.18. Alex. consi. 155.col.2.uol.5.Paris.consi.104.nu.161. uol.
63 1.Cephal.cons.225.num.41.† Nec sufficit, ꝙ primus dicat audiuisse D. Hippolytum Trottum dicentem, quòd ex eo conceperat filiam nomine Isabellam, quia præter id quòd solus est,& in eo singularis,ideóq; non probat.c.bonæ.de elect.c.licet causam.& ibi Doct.de probat.Mars.cõs.1.nu.25.cõs.12.nu.13.cũ vulga-
64 ri.† Confessio ipsius Trotti socii criminis nõ nocet d.D.Lucretiæ sociæ eiusdem criminis allegati dato (quod est fortius) ꝙ ipse Trottus hoc testificatus esset,vt per Sal.in l.fi.in fi.C.de accusatio.Imol.in c.1.de confess. cũ simil. per Mars.cõs.22.nu.21.& latius singulari suo 209.
65 † Secundò posito,sine præiudicio veri, ꝙ testes prædicti probarent huius mulieris malam vitã.Tamen animaduerti debet, ꝙ vt filia possit exhæredari peccasse debuit ante 25. annũ. §.causas.in auth.vt cum de app. cognos.ideóq; dici debet,vt alimentis,vel dote priuari possit
66 † cum regula sit cautũ,quẽ alimentis,seu dote priuari posse illis de causis,quibus põt exhæredari.Bart. in l. si quis à liberis.vers.idem si iudex.ff.de liber.agnoscen.in l.fi.C.de alen.lib. in l.diuus.ff.de paric. in trac.de alimen.col.2. vers. Quæro an ex causis.Abb.in c. cum haberet.col.fi.de eo qui dux.in matri. ubi & Anch. firmat.nu.7.& in c. ex literis nu. 9.de conuer. infidel.Guil.May.in l. non est singulis.§.infinita.nu.5.ff.de reg. iur. post Ang. Aret.insti. de iure natural.in prin.Alex.in l.1.nu.32.ff. solu.
67 matri.† at non probãt testes,cuius ætatis esset hæc domina, quãdo peccare cępit in corpus suũ potuit.n.maior esse 25.ann.nõ autẽ iunior meritò probatio dictorũ testium nõ concludit quia quãdo tempus est fundamẽtũ intentionis alicuius pręcisè probari debet, gl.Bart.& alii in l.cum actum.ff.de neg.gest.& in l. non solũ. §.sed ut probari.ff.de nou.ope.nunc.Dec.cõs. 210.col.pen.Crau.consi.6. nu. 106. Rui.cons. 92.nu.8.vol.3.Andr. Sicul.& Moder.in rubri. C.qui admit.& ibi dixi.quibus addo nũc Ang. consi.1. Alex.consi. 198.uolu.7. Senat. Pedemont.decis.79.num.53.Vnde deficit & ex isto capite talis probatio.
68 † Tertiò considerandũ est, ꝙ cum pater suus ad inopiam redactus esset, eum recepit hæc filia in domo sua, eiq; præstitit alimenta, vt testes aliqui dicunt ex aduersariis,quare propter talẽ gratitudinẽ remissa videtur ingratitudo,si quã incurreret hæc filia.Bald.in l. libera. C.de inof.test. Ias.in l.ex hoc iure,nu.69. ff. de iust. & iure. Quare sicut nõ posset pater excipere de dicto crimine, si filia sibi dotẽ peteret, pari modo nec aduersarii causam ab illo habentes, velut in eius locum surrogati. l. si eum. §. qui iniuriarum.ff.si quis caut.
69 †Quartò & vltimò,cũ hęc filia pęnitẽtiã egerit reuertẽdo ad mrĩmoniũ missa mala vita, q̃ allegatur vtiq; dotẽ peterę põt,sicut nec exhæredari posset,vt per Specul.in tit.qui fil.sint legit.§.pen.vers.Quid si filia peccauit,& vers.qd si pęnitẽtiã egerit.Bal.in l.si filia. C. de inoffi. testa.Butr. & alii in c. Quintauallis. de iureiu. Alex.in l.1.ff.sol.matr.num.33. Ias.in l.in arenam.C.de inoffi.testa.& in auth. non licet.C.
70 de liber. præter. col.1. † ubi pariter Picu. respondens his, quæ in cõtrariũ dixit Fely. in c. Rodulphus.col. 4. de rescript.cõtra quẽ Fely. tenet etiã Cattelianus Cotta lib.suorũ memorialiũ,in vers. filiusfamilias. Rip. in l.fi. quæst. 67.C.de reuoc.donatio.& Bermõd.in titu.de
71 publi.concubi.in rub.de stupro nu.73. † quicquid solus tentauerit Rui. contra communem consi.131. vol. 4. & in hac sententia quoque residet Fernand.Vasqui.lib.1.de success. creatio.§.10.nu.612.dum considerat causas, quę respiciunt princicipaliter personam filii, vel patris,primo casu,vt quòd filius sit arenarius,uel filia turpiter uixerit, & in suum corpus peccauerit, & tunc peracta pœnitentia turpitudo purgatur, ita quòd non nocet, & ita procedit opinio Alex. & cæterorum supra relatorum,
72 † secũdo uerò casu,vt ꝙ patrẽ percusserit,& in his licet filius pœnitentiã egerit, nihilominus põt exhęredari,& sibi alimẽta denegari & procedit opinio cõtraria.Nos.n.versamur ĩ primo
73 casu † vnde gratiæ sunt agendæ. D. Aduocato cõtrario,qui Vasquiũ pro nobis adduxit,addo quoq; pariter huius sententiæ Roland.à Valle in trac.de lucro dotis quæst.70.nu.6.& 7.

Et ita pluribus modis hoc 5. fundamentum resoluitur,& remanet fundata cõclusio pro hac domina Lucretia ad eius victoriam.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

Pro

Pro filia quadam olim D. Herculis Sauanæ.

## ARGVMENTVM.

Egregiè tractat, an filius grauatus omittens facere inuentarium perdat Trebellianicã. Et quanta sit legitima filii quatuor sorores habentis per statutum exclusas stantibus masculis. Item quis nam dicatur filius naturalis iure ciuile, vel secundum communem vsum loquendi, aut ius canonicum. Et an Doctoribus sit standum de vsu communi loquendi asserentibus.

## SVMMARIVM.

1 *Trebellianica nunquid propter omissionem inuentarij perdatur, quæstio est ardua.*
*Indigens declaratione Principis, doctoresq́; in ea nedum alijs sed sibi ipsis extiterunt contrarij.* 2.
3 *Nec quæ sit magis communis facile discerni potest.*
*Cacheranus in ea connumerauit* 48. *doctores pro parte negatiua & 60. pro affirmatiua.* 4.
*Et alios addit auctor.* 5. *cum seque͂. pro affirmatiua.*
*Quæ uerior & communior appellatur.* 6.
*Et æquissima quando hæres attigit res hæreditarias.* 7.
*Et secundum eam Bart. & Oldrad. consulerunt* 8.
*Estq́; pars crebrior & fundatior.* 9.
*Et in iure practicatur.* 10.
*Et secundum eam Ferrariæ fuit iudicatum.* 11.
*Forsan in extraneo non in filio.* 31.
*Magisq́; nostris temporibus seruatur.* 13.
*Ampliaturq́; vt procedat etiam inuentario dolosè facto.* 12.
*Et insuper in filijs secundum aliquos.* 14. 16.
*Maioriq́; ratione vt per Corneum.* 15.
*Sed quòd Trebellianica non perdatur propter omissũ inuentarium longè plures tenuerunt.* 17. 19.
*Et pro ea consuluit Ang. Aret.* 18.
*Sicq́; de consuetudine magis communiter obseruatur.* 20. 21.
*Et in practica in curia Parlamenti.* 22.
*Et est opinio magis pia & securior.* 26.
*Nec tutum est ab ea recedere in consulendo & iudicando.*
*Et frequentiori calamo recepta est.*
*Sicq́; solitum fuit Senis in Rota iudicari sæpius.* 27.
*Maleq́; Cacheranus enumerauit doctores pro hac negatiua tum longè plures enumeret Phanuc. de Phanucijs.* 28.
*Et in filijs signanter procedit.* 29.
*Quæ sententia est æquior, benignior & magis communis. & per totum mundum seruatur in liberis primi gradus.* 30.
*Quia in eis est continuatio dominij.* 32. 37.
*Et saltem de æquitate Canonica quæ fauet liberis procedit.* 33.
*Et sanis rationibus comprobatur.* 35.
18 *Doctori consulenti quàm contrarium aduocanti magis credendum*
19 *Bartolus & Ioannes Andreæ in iure primum locum obtinent.*
23 *Doctori attestanti de consuetudine non credendum.* 90. 99.
*Fallit quo ad præsumptionem inducendam non probato contrario ex aduerso.* 88.
*Et est magis communis opinio.* 89.
*Et vbi plures testantur.* 91.
*Et in consuetudine generali.* 94.
*Et cuius certitudo facilis est.* 95.
*Et in conflictu opinionum præualet illa quæ habet similem attestationem.* 24.
25 *In pari causa vincit qui pro se testem habet de auditu vel quamlibet aliam leuem præsumptione͂.*
34 *Ferrariæ ius canonicum seruari.* 92.
39 *Filius agit de damno vitando in consequenda Trebellianica.*
38 *Trebellianica filijs prohiberi non potest.* 39.
*Et est æqua & magis communis opi.*
40 *Fideicommissarius vniuersalis compellere potest hæredem ad faciendum inuentarium.*
41 *Culpa hæredis & fideicommissarij compensatur.*
42 *Bartoli & Ioannis Andreæ laudes relatæ.*
43 *Hæres non conficiens inuentarium perdit falcidiã propter præsumptionem subtractionis.*
*Quæ præsumptio non debet extendi ad trebellianicam.*
44 *Lex procedens per præsumptiones non extenditur.*
45 *Hæres tenetur habere ratum factum defuncti.*
46 *Legitima filij quatuor sorores habentis quæ per statutum excluduntur quanta sit.*
*Varia sunt in hac quæst. scripta doctorum.* 47.
*Quidã tene͂t esse semissem hæreditatis paternæ.* 48.
*Legitimamq́; considerandam esse ut si essent quinque filij.* 51.
*Et filias connumerari ad augendum legitimam de triente ad semissem.* 52. 53.
54 *At alij tenent filias non esse connumerandas sed deductis dotibus earum velut ære alieno de toto patrimonio filium trientem habiturum.* 60.
*Exemplumq́; subijcit auctor.* 55.
56 *Filia prohibita per statutum agere ad supplementum legitimæ illud petere non potest.*
57 *Statutum minuere potest & ex causa tollere legitimam & est communis opi.*
58 *Filia non cõnumeratur in taxanda legitima, quando per statutũ prohibetur agere ad suppleme͂tum.*
*Et est communis opinio.* 59. 61. 62.
*Et vsu recepta.* 62.
*Et pluribus auctoritatibus munita* 63.
64 *Statutum exclusiuum fœminarum dicitur emanasse ad fauorem masculorum.*
65 *Dos competens dicitur quæ secundum legitimam mensuratur.*
66 *Onus in consequentiam fauoris veniens non consideratur & toleratur.*
67 *Statutum exclude͂s filias ab intestato mandans eas dotari. differt ab excludente pariter eas à legitima vel eius supplemento.* 68.
*Quæ fuit sententia Cornei ante Rui. vt auctor perpendit.* 69.

*Filius*

70 *Filius naturalis in totum patri succedit legitimā prolem non habenti.*
*Et in totum institui potest.* 71.
72 *Filius vt naturalis dicatur requiritur vt ex soluto & soluta natus sit.*
*Et ex vnica concubina domi affectu maritali retēta cum qua matrimonium fieri potuerit.*
73 *Concubina non dicitur extra domum habitans nec filij nati ex ea legitimantur sed contra.* 90.
*Et Spurij dicuntur.* 74.
*Sicut & nati ex familiari ignobili.* 75.
*Sed contra per auctorem.* 82. *cum sequent.*
74 *Spurius dicitur natus ex concubina cum quis plures haberet.* 77.
76 *Concubina .... affinis est vxori vnde protestatio requiritur quòd sit concubina.*
78 *Filius vt naturalis agens quid probare debeat.* 79.
*Et in dubio præsumitur spurius.* 80.
*Sed contra tenet auctor post Craue.* 109.
*Nattamq; damnat post Baldum.* 110. 111.
81 *Assertioni patris de filia naturali non standum. secundum Alciatum.*
*Sed contra per auctorem.* 93.
82 *Filius naturalis duobus modis dicitur.*
*Legaliter & secundum vulgarem consuetudinem loquendi.* 83.
83 *Filius natus ex furtiuo coitu si constat vterque parentum dicitur naturalis secundum æquitatem Canonicam & communem vsum loquendi.* 84.
85 *Communis vsus loquendi præfertur proprio significatui nisi sit reprobatus.* 106.
86 *Verbum naturalis secundum communem vsum loquendi dicitur habere latiorem significationem.*
87 *Filij nati ex fanticellis quæ vadunt ad nundinas seu per forum nunquid naturalis aut spurij dicantur.*
88 *Naturalis dicitur de iure Canonico quilibet natus ex soluto & soluta.* 90.
*Et capax dicitur institutionis.* 89. 105.
91 *Canonistis magis quàm legistis standum.*
94 *Filij fauorabiliores sunt nati ex soluto & soluta quàm ex excubina.* 95.
96 *Communis vsus probandus.*
*Fallit vbi plures Illustres Doctores de illo testantur.* 100. 102.
*Vel vbi doctor versatus est in eius loco.* 101.
*Vel est vniformis in varijs locis.* 103.
107 *Reus conuentus ad bona relaxanda probare debet se legitimum.* 108.
*Sed contra per auctorem.* 109.
110 *Baldi auctoritas non parua in causis decidendis.*
*Natta consi.* 421. *nu.* 10. *reprehensus.* 111.
112 *Legitimatio pendet à matrimonio.*
111 *Filia quæ dubitatur num spuria vel naturalis sit. debet naturalis censeri largo modo secundum communem vsum loquendi.*
113 *Naturalis secundum Iustinianum dicitur omnis natus ex concubitu impunito nec reprobato.*
*Ex Hieronymi Gabrielij sententia.* 115.
116 *Legata defalcari debent & quomodo.*

## CONSILIVM CLXXXVII.

*Auxilium meum a Domino.*

CIRCA primum dubium, cuius
1 veritas à me petitur, † an D. Her
cules Sauana grauatus in testamē
to patris, si decesserit sine filiis le
gitimis & naturalibus, hęreditatē sororibus restituere, perdiderit trebelliani-
2 cam propter nō confectionem inuentarii, † sic ardua reperitur, & apud Doctores controuersa quæstio, quòd indigeret declaratione principis, vt concludit Cassador. decis. 3. de testamē. in fin. non solum enim aliis, sed sibimet ipsis contradicunt, quos enumerat Craue. consi. 17. col. 1. & Moder. Galli in additio. Alex consi. 67. col. 2. uol. 4. Sicque pręfatur Monticulus in
3 tract. de inuenta. hæred. par. 7. nu. 186. † cūque de facili perscrutari non possit quæ sit magis communis opinio, vt refert Dec. consi. 236. 5. dubio. Bero. consi. 108. nu. 4. vol. 2. dixit quæstionem esse pro amico, cum vtraque opinio asseratur communis, tantaque reperitur in vtramque partem doctorum copia, q illos recēsere laboriosum potius, quàm subtile foret,
4 † quod onus Octauiano Cacherano Iureconsprestantissimo & auctori decisionum Senatus Pedemontani missum facio, qui decisione sua 147. diligenter & doctè nedum enumerauit Doctores. 48. pro parte negatiua, & pro affirmatiua 60. sed in vtramque partem rationes adduxit, atque discussit, quare post opitimi messoris terga spicas aliquas, quę in agro tam
5 fertili remanserunt, colligens addo, † quòd partem pariter affirmatiuam tenuit Alex. de Neuo. cons. 28. num. 6. & consi. 76. nu. 7. putās esse uerissimam, Bertrand. cons. 23. nu. 71.
6 vol. 1. priorum † dicens hanc esse veriorem, & communiorem, nisi consuetudo, de qua cō stet, contrarium seruet, & consi. 75. uolum. 2.
7 † ubi æquissimam appellat, quando hæres attigit res hæreditarias propter suspitionem fraudis & surreptionis earum. Corset. in trac. de Trebellia. §. 4. in fin. ubi concludit, quòd hæc
8 uidetur magis communis, † adeo quòd Bart. & Oldrad. mutauerunt sententiam, & tenuerunt hanc partem consulendo Mod. Galli lo-
9 co citato † qui dicunt, q hęc pars est crebrior & fundatior, & quòd idem tenet Mathesil. notab. 158. Soc. in l. Marcellus. §. 1. in fin. ubi concludit, q secundum hanc partem consuleret & iudicaret, cui Bellon. accedit consi. 64. col. 2.
10 † dicens quòd est magis communis opinio, & q in iudicando practicatur, & Ang. Aret. in §. extraneis. instit. de hæred. qualit. & different.
11 † dicens secundum hanc opinionem fuisse Ferrarię iudicatum se aduocāte, quem perpen dit ad hoc Iacob. Emilian. Conciuis noster, &
12 idem tenens consi. 127. nu. 7. † Anto. Gabriel.
Roma.

Roma. in suis conclusio.lib.4.ad Trebel. con-
clus.10.ubi ampliat etiam si factum fuerit in-
uentarium,dolosè tamen aliquid omittendo,
post Gratum respons. 12.col. 2. & 25.col. 1.
uol.2.Tobias Nonius consi. 39.nu. 25.qui &
alios citat,sicut & Franc. Bursat.consi. 35. nu.
13 35. † ubi dicit hanc opinionem communio-
rem, veriorem ac magis seruatam esse nostris
temporibus & Hierony. Gabriel. consil.132.
quæst.8.dicens, quòd nihil consequitur ratio-
ne fideicommissi, ergo neque trebellianicam
cōsequitur hæres inuentario non confecto, &
usque ad numerum 60. Doctorum,qui tenent
hanc partem, recenset Rolan. à Valle in trac.
de confectione inuentarii cap. quod incipit,
quia in præcedenti quęstione. Et ultra prędi-
ctos non prætereo Phanucium de Phanuciis in
tract.suo de inuenta.par.7.num.25.qui pręter
enumeratos ab aliis & per eum addit Alcia-
tum respon. 19.lib. 9. Didacum Couuar. in c.
Raynutius. §.11.uers.his verò.nu.10.de testa.
Corse.in tract.de pot.reg. fol. 75. Durant. de
arte test.in rub.de substi.caut.37.& Fernandū
Vasquium de successi.creati.lib.1.§.8. nu. 14.
idemque concludit Monticulus in d. tracta.de
inuēt.hæred.cap.9.princip.nu.186.& nu.188.
14 † Quinimò non desunt, qui particulariter
hanc conclusionem probant in filiis volentes,
quòd & illi propter inuentarium non confe-
ctum trebellianicam perdant considerātes mē
tem doctorum, qui generaliter loquuntur, &
rationes quas adducunt, quę pariter in filiis
15 militant,† immo verò maior ratio subesse vi-
detur in filiis,ut priuari debeant trebellianica,
quia detrahunt duas quartas,ut in terminis di
cit Corn.consi.168.col.4.uol.3. quem sequi
tur Dec.cons.236. uol.4. consi. 480. nu.17. &
consi.495.nu.26.sicut & Dydac.Couuarru. in
16 c.Raynutius. §.11.nu. 10.de testament.† & in
filio loquitur Corn.consi.22.col.pen.& fi.vol.
2.Paris.cons.1.nu.88.uol.3.consi.18.nu.107.
uol.2.Vasqui.de successi.creatio.lib.1.§.8. nu.
13. Alex.de Neuo in d.consi.76. num.7. sicut
& Viuius in suis communibus opinionibus in
uers. hęres extraneus, ubi sic ampliat opinio-
nem prædictam; quòd procedat, licet hæres
sit filius testatoris, citans Bald. consil. mihi
403.in substitutione.uol.2. in nou. & Andreā
Siculum consi.46.col.pen.& fin.vol. 3. quibus
addo quoque Federic.Scottum respons.13.nu.
2. Tomo primo lib. 5.rationes huius opinio-
nis affirmatiuę non adduco, quia nimis esset
in infinitum procedere; & penes doctores
memoratos, vel eorum maiorem partem ui-
deri possunt.
17 † Sed ad contrariam partem negatiuam
transitum facio,quam tenuerunt quamplures
cumulati per Rol. à Valle consi.27.uol.1.qui
eos sequitur, & repetit decis.Senatus Pede-
mont.147.col.1.& 2.sicut & Anto.Gabriel.Ro
ma.in allegata conclus.10. col. 1. qui cumulat
infinitos quibus addendi sunt & alii videlicet
Capr.consi.143.col.fi.dicens,ꝙ ita communi
ter tenetur,latè Bologni. cons. 29. per totum
18 † Angelus Arer.in trac.de testa.glo. 89. dicēs
ꝙ ita semel consuluit apud Triuilium, tūcque
plura consilia uidit de Padua,eique sic consu-
lendo tenenti credendum est,quàm contrariū
adnotanti in d. §.extraneis. Craue.cons.119.
col. pen.qui se remittit ad dicta per eum cōs.
17.Franc. de Porcellin. in trac.de inuentario
cap.6.ubi pluribus rationibus & argumentis
in oppositum respondet.demumque col.fin.te
net hanc partem, quam confirmat,ut per eum,
19 sicut & pulchrè Natta cons. 220.† ubi relatis
pluribus dicit,quòd pro ista parte non solum
militant plures numero doctores, sed etiam
auctoritate & sciētia præstātiones, inter quos
sunt Bar.& Io.Andr. quorum alter in iure ci-
uili, alter in canonum interpretatione pri-
mum obtinet locum; tum etiam quia cōtrarii
doctores, qui priuant hæredem trebellianica
propter non confectionem inuentarii, non ha
bent pro se legem hoc probantem, prout la-
tius demonstrat, illis quæ citātur respondens,
demumque citat Corn.cons.80.& dubio, vol.
4.qui post Bald. consi. 385. in substitutione.
20 uol.1.in nou.† dicit quòd ita communiter de
consuetudine magis obseruatur hæc opinio
negatiua. Vnde ab hac interpretatione, quam
cōsuetudo tradit,discedi non potest.l.minimè.
ff.de legi.nec id tantum Bal.& Corn.dixerunt
sed & Bart.in auth.sed cum testator. C.ad leg.
21 Falcid.& in d.l.Marcellus, † dicens quòd ita
communiter obseruatur, & in hoc vim facit
Soc.Iun.consi.137.col. pen.vol.primo,dicens
hanc opinionem seruandam esse: quia eam ad
misit consuetudo, quæ est optima legum in-
terpres,nec ibi tantum id firmat, sed & latius
ac luculentius in consi. 88.uol.4. ubi post mul
tos nouiter adductos meminit de Steph. Au-
frer.qui fecit additiones ad decisiones Capel
læ Tholosanæ,ubi concludit hanc opinionem
22 propter auctoritatem Bart.† in practica serua
ri debere,& ita [illegible]iàs in curia parlamenti serua
ta fuit,& in prouincia sua sic seruari de con-
suetudine testatur Bertrand. consi. 209. præ-
supposito tenore nu. 10. uol. 3. posteriorum,
quem citat ipse Soci.Iun. & præter eum Ne-
uizan.cons.1.in fin. pariter inquit, quòd ob-
seruatur in patria sua, vnde bene concludit
Soc. Iun. quòd communis obseruantia illam
23 approbauit, † hincque sequitur illud, quod
inquit Natta loco citato, ꝙ licet dicatur non
esse standum dicto Illustrium doctorum atte-
stantium de consuetudine; quia testibus & nō
testimoniis fides est adhibenda. l. 3. §. item
24 diuus. ff.de testi.† tamen in huiusmodi con-
flictu opinionum illa præferri debet, quę huius
25 modi pro se habet attestationes † sicut in pari
causa is uincit, qui pro se testes habet de audi-
tu,vel quamlibet aliam leuem præsumptionē,
vt

vt per glo.Bar.& alios in l.si duo.patroni.ff. de
26 iureiur. † Nec illud postremò prætermittendum censeo,quod concludit Cassador. in prędicta decis.3.quòd hæc opinio magis est pia, & securior.quare bene dixit Castr. consi. 198. uol.2.in nouis ad fin. tutum non esse recedere ab hac communi opinione in consulendo & iudicando,& ulterius Roland.à Valle in d. trac. loco superius in contrarium citato, centum si non vltra sequentes hanc partem citat, quam ueriorē & frequentiori calamo receptā testatur, demumque Phanutius de Phanuc.in d.tract.de inuenta hæred.par.7. num. 31. post
27 infinitos ab eo cumulatos † concludit ita solitum fuisse Senis iudicari,sicque cum suis magn.& excell.collegis in Rota sic in duabus grauibus causis iudicasse,hicque subiungit videri
28 posse † quòd Cacheran. in allegata sua decis. 147.non bene doctores enumerasse,dum plures esse dixit pro affirmatiua quàm pro negatiua cum plures ipse Phanucius & plurimos citet Roland.loco citato pro negatiua, qui cōtrariorum numerum transcendunt,& partem negatiuam sentit Cardin.Alba.in suis lucubrationibus ad Bar.in l.in ratione.§. quod vulgò. ff.ad.l. fal.& in l.1.§.denique. ff. ad Treb.quatenus se remittit ad Crau. consi. 17. vbi eam
29 tenet & probat vt per eum.† & hæc opinio signanter admitti debet in filiis saltem, prout uoluit Guid.Pap. quæstione 53. & Io.de Castelliono Episcopus Vincentius inter consilia Bald.& ab eo approbatus consil.229.in primo articul.uolum.3.in nou. Bologni. in additio. Ana.consi.61.Rube,consi.43.col.3. Crauc.d. consilio 17.ad fin. latè Bero.consilio 138. uolumine secundo, demumque Socin.Iun. in d. consil.88.uolum.4. post Cagnol.in l. Papinianus.§.meminisse.ff. de inoffi. testa. nume. 15.
30 † ubi dicit, quòd hæc opinio est ęquior,benignior & magis communis & tenenda, & ita uidit semper seruari, & seruatur per totum mundum in liberis primi gradus, concludens quòd ab ista opinione non recederet in iudicando & consulendo, idemque tenet Tobias
31 Nonius consil. 39. colum. fina. † & quod inquit Ang.Aret.in d.§.extraneis.secundum affirmatiuam opinionem fuisse iudicatum Ferrarię,potuit esse in extraneo,non in filio, meritò non obstat. Vltra quod dici potest exemplis iudicandum non esse sed legibus, vt ponit Speculat.de disputa. §.4.& l. nemo.C.de sent.
32 † Sed & illud non omitto, quod inquit egregiè Bald.consilio 97.super primo quæsito.col. secunda,uolum.secundo in antiq. quem,licet non expresso numero,nec uolumine, refert & sequitur Corn.consil.180.in 5.dubio, uolum. quarto, nume. 11.ubi concludit,quòd in filiis & similibus satis est æqua opinio, quòd non amittatur Trebellianica; quia in eis continuatio dominii potius est,quàm noua hæredi-
33 tas.l.in suis.ff.de lib.& posthum. † ergo saltem tem de æquitate canonica quæ maximè fauet liberis,debet ab eis etiam detrahi trebellianica non facto ab eis inuentario, sicut eo facto subditque sępè ita indistinctè consuluisse, & ita tenere de æquitate canonica,vsu approbata, super hac enim decisione maxima vis est
34 facienda meo iudicio † nam in hac ciuitate ius canonicum seruari debet,ut per Card.cōs. secundo Fulgos.in l.quid sit fugitiuus. §. idem Celsus.ff.de ędil.edic.meritò iudicandum est attenta æquitate canonica, quæ præponderat in terris ecclesiæ, trebellianicam non amitti, sicque in hac ciuitate iudicandum esse, quicquid in terris Imperii forsitan esset aliter iudicandum.

35 † Et hæc opinio sanis insuper rationibus comprobari potest prę̄ter vulgatas à doctoribus adductas, & imprimis illa, quam ponit Guid.Pap. in d.quæstione 53.ubi constituens rationem differentiæ inter filium & extraneū hæredem dicit, quòd filius non debet amittere trebellianicam per non confectionem in-
36 uentarii sed extraneus sic, † nam filius agit quodammodo de damno uitando: quia si filius,ergo hæres.c.fin.17.quęst.8.extraneus verò tractat de lucro captando. Vnde nimirum si per non confectionem inuentarii perdere debet ille trebellianicam, & hanc rationem non vidisse dissimulauit Dec. in consiliis suis supra citatis,aliam ingressus parum tutam, & hanc fortiorem omittens, quam bene perpendit Bero.in d. consil. 138. volumine secundo propterea dicens absque dubio veriorem esse hanc opinionem in filio latius id confirmans,
37 vt per eum, † & hanc rationem quoque pręsentit Bald.in d.consilio 97. dum dixit in filiis non amitti trebellianicam: quia in eis est potius continuatio dominii, quàm noua hęreditas,& sic tractatur de damno, non de lucro, vt dixit Guid.Pap.
38 † Secunda ratio est, quę colligitur ex dictis d.mei Rimin.consi.231.in fin.vbi tangens hūc articulum & opinionem affirmatiuam dicit in eis fortè non procedere dictam opinionem; quia in eis cessat prohibitio trebellianicæ per testatorem, quæ in aliis locum habet, iuxta notata per Bald.Salyc. & alios. in l. iubemus. C.ad trebellia. Voluit enim dicere, quòd extraneis cum testator prohibere possit trebellianicam, meritò facilè toleratur, quòd per omisionem inuentarii trebellianicam perdant, cum pariter eam perdidissent, si testator eam prohibuisset, at in filiis non idem iuris esse debet; quia sicut testator non potuisset illis prohibere trebellianicam, pari modo nec ex omisione inuentarii eam perdere de-
39 bent, Et quòd filiis † prohiberi non possit frequentius à Doctoribus comprobari demonstrat Soci. Iun. consil. 131.volum.1. vbi hanc opi.appellat æquam & magis communem & in puncto iuris veriorē ac pro ea citat Baldū.

Fulgo.

Fulgo.Salyc.Corn.& alios in d.l.iubemus.Roma. Iaf.& Rui.in l.Marcellus.ff.ad Treb. Dec, consil.81.& consi.269.col. fin.Soc.Iun.consil. 137.colum.2.volum.1.vbi refert ita fuisse iudicatum Veronę.& consil.50.nu.18. volum.4. vbi præter alios citat Rolandum à Valle consilio 12. vol.1.Porti. Imol. libr.6. conclus.25. Viuius in suis commu.opi.vers. hęres grauatus, nume.4.Suarez verbo Trebellianica. nume.12.& ita Senis iudicatur, vt testatur Phanuc. de Phanuc. in tract. de inuent. hæredis. par.7.num.124.

40 † Accedit & tertia,non modo filiis, sed & extraneis conueniens, quam ponit Bal.in dicto consilio 403.in fin.volumine secundo, dicens, quòd fideicommissarius vniuersalis compellere potest hęredem ad faciendum inuentarium cum specificatione rerum. l. cum Archimedoram. C. vt in possess. leg. si ergo
41 hoc non fecit, imputet sibi, † nam culpa hæredis & culpa fideicommissarii vniuersalis cōpensantur,immo maior est culpa eius, qui obtinet instar petitoris. Quare cum sorores ad fideicommissum vocatæ non institerint,quòd dominus Hercules inuentarium faceret,sequitur vt ex hoc quoque capite Trebellianicam perdere non possit,licet inuentarium non fecerit.Igitur ex his concludi debet, hanc partē negatiuam esse multum æquam, in iudiciis securiorem, magis communiter receptam & consuetudine approbatam,& ob idtam in cōsulendo, quàm in iudicando omnino esse amplectendam,cum potissimè illam teneant tot luminaria iuris, & præsertim Ioan. Andr. & Bar.vt refert Cassador.in d.sua decis.3. de te-
42 stamen. & Natta consi.220. † quorum laudes refert,& pulchrè Roland.à Valle in d. trac. de confectio.inuent.loco citato,col.fin.ad quem lectores in gratiam breuitatis delego.

Nec opinio contraria sapit æquitatem propter suspitionem fraudis & surreptionis bonorum, vt dixit Bertrand. in dicto consilio 75.
43 quoniam responsio † patet ex his,quæ ponit Ruin.consilio 122.colum.penul. uolum. secundo,dicens,ꝙ hęres perdit Falcidiam,si non confecit inuētarium propter præsumptionem subtractionis.§.si verò non fecerit.in auth.de hæred.& Falcid. talis ergo præsumptio inducta vno casu,scilicet quando agitur de detractione Falcidiæ,non debet extendi ad aliū casum, videlicet, quando agitur de detractione Tre-
44 bellianicæ; † quia lex procedens per præsumptiones non extenditur etiā in casibus in quibus aliàs extenderetur secundum Abb. in c.fi. de sponsal. Vnde cessat æquitas prædicta, sed benè subest æquitas ex parte filii, ne damnum sentiat,vt Guid.Pap.dicebat;& quia Trebellianica non potuisset sibi expressè prohiberi, vt
45 dixit dominus meus Riminaldus. † Sed & alia particulari ratione, quia Do. Hercules instituit has sorores,quæ nolunt detrahi posse Trebellianicam,& alia legata fecit, quibus satisfieri non potest ex legitima tantum,meritò si volunt illius hæredes esse, debent illius factum ratum habere, quod esse non potest, nisi Trebellianica quoq; detrahatur.l.cum à matre.& ibi Bar.Bal.& Salyc.C.de rei vindic.

46 † Superest,vt ad secundum dubium descendam, in quo quæritur quanta debeat esse legitima D.Herculis, stāte ꝙ D.Nicola pater eius habuit quinque filios,vnum masculum videlicet ipsum dominum Herculem, & quatuor fœminas,quæ per statutum excluduntur, in quo dubio varias opiniones refert Brun. in trac. quòd stantibus masculis in 13. articulo,quæ-
47 stione 3. † & propterea bene uerificatur illud quod exorditur Butr.consilio 39.dicens, quòd in hac quæstione varia sunt scripta scriben-
48 tium. † Et in primis dicendum videtur, quòd legitima domini Herculis debeat esse semis totius hęreditatis paternæ, attento numero quinque filiorum, in quo filiæ considerari debent, in qua dimidia computari debent dotes filiabus datę,uel promissę: demumque illis detractis,residuum,quod supererit,debet assignari domino Herculi pro sua legitima: moueor ad hanc conclusionem ratione, & aucto-
49 ritate.† Ratio est, quam deducit Castr. consilio 252.super primo puncto quanta sit legitima.in antiquis, vbi considerat statutum excludens filiam dotatam stantibus masculis, vt facit nostrū de successio.ab intestato, factū fuisse in fauorem masculorum filiorum, non autē patris,vnde sic debet interpretari, ꝙ non redūdet in eorū damnum & odium.l.quod fauore. C.de legi. sed si filiæ non connumerarentur in numero filiorum, pater non cogeretur relinquere filio, nisi tertiam partem pro legitima, cum tamen de iure communi cogeretur relinquere dimidiam, meritò ne sequatur hoc inconueniens, filię connumerari debent in numero filiorum,& cum D. Hercule in casu nostro concurrere ad augendum legitimam de triente ad semissem, veluti magis fauorabile
50 ipsi D.Herculi,† cum in eius fauorem & prouisionem conditum sit dictum statutum, & nō patris sui. & cum hac consideratione Castr. in dicto consilio transit Corn. consilio 197. columna tertia,uolumine primo,& Cephal.consil.245.nu.25.

51 † Auctoritas verò multorū est, & in primis Ange.in l.vnica.§.in primo. C. de caduc. toll. ubi ponendo casum de quatuor filiis masculis & una filia,concludit legitimam filiorum considerandam esse, sicut si essent quinque, & sic in dimidiam, quæ impinguatur ad eorum fauorē ex quo filia per statutū excluditur,dicitq;
52 pluries ita de facto consuluisse,† & huius quoque sententię fuisse videtur in l.Papinianus.§. quoniam autem quarta.ff.de inoffi. testamen. licet ad aliam opinionem citetur,& malè,quatenus dixit filiæ considerationem haberi;

quia non est omnino exclusa, cum dotem habeat hinc enim patet, eam connumerari debere in numero filiorum ad augendum legitimam de triente ad semissem, bene subdit per eam impinguari legitimam ad eorum fauorem: quia de toto residuo, quod inuenitur extra dotem, est eorum legitima detrahenda,
53 † idemque clarius explicat Castr. in l. huiusmodi. §. si Titio. ff. de leg. primò, vbi vult in dicto casu, filiam numerum filiorum augere, sicque legitimam esse dimidiam omnium bonorum, quæ tota pertinebat ad masculos deducta dote, sed si non augeret numerum, legitima esset tertia, idemque tenet ipse Castr. consil. 253. quoniam fundamentum col. pen. vers. prędicta in antiq. aliàs consi. 286. vol. 1. in nouis. Corn. in d. consilio 197. Alciat. respons. 476. numero 11. versic. Tertia opinio, & abundè Cephal. in dicto consilio 345. qui de communi testantur.
54 † Istis tamen non obstantibus in casu nostro puto melius esse dicendum, quòd in consideranda legitima D. Herculis filiæ non sint con numerādæ in numero, sed deductis dotibus filiarum, velut ære alieno de toto patrimonio D. Herculis debeat habere trientem, perinde ac si solus esset in rerum natura relictus post
55 mortem patris, † Exempli gratia, quòd in bonis paternis essent 30. filiabus verò tria relicta pro dote, prius detrahentur illa tria velut æs alienum, & de 27. tertia detrahetur pro legitima filii, sicque nouem. Moueor, nam statutū de successio. ab intestato nedum filias dotandas excludit ab intestato, sed vult etiam, quòd non possint molestare masculos occasione legitimæ, quod secundum clarius etiam disponit aliud statutum sub rubrica. Quòd fœmina descendens, volens quòd filia debeat esse con tenta eo quod pater ei dederit in dotē, vel dare promiserit, aut reliquerit, nec vltra illud occasione legitimæ possit fratres suos etiā mor-
56 tuo patre molestare. † His ergo stātibus, quia filiæ per dicta statuta prohibētur expressè agere ad supplemētum legitimæ, certissimū est, ꝙ illud non possunt petere, quādo eis reliquitur dos minor legitima; quia nō solum potest per statutum legitima minui, sed etiam ex causa in totum tolli, secundū Cy. in l. sancimus. C. de nupt. Bar. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff.
57 de cond. & demon. † & est communis opinio, secundum Imol. & Alex. in l. quod de bonis. §. fin. ff. ad leg. Falcid. & latè ponit Dec. in l. iura sanguinis. ff. de reg. iur. & quādo statutum dicto modo disponit, concedunt omnes, quòd ad supplementum agi non possit, & cum prędictis etiam tenet Salyc. in d. l. sancimus. ad fin. C. de nupt. Ias. consi. 221. colum. fin. volum. 2. Dec. consi. 505. col. 2. vbi dicit, ꝙ nec supplementum congruæ dotis petere potest, sicut & Bal. in l. fin. C. de dot. promiss. sequitur amplè Roland. à Valle consil. 95. nume. 19. uolum. 3.
58 † igitur in casu nostro, in quo per statuta filiæ prohibentur agere ad supplementum legitimę concludendum est, ꝙ filiæ non cōnumerentur in numero filiorum in taxanda legitima D. Herculis, & sic ꝙ illa sit tertia totius patrimonii paterni, perinde ac si solus in rerum natura fuisset, ita tenent Bal. Ang. & Fulg. in l. Papinianus. §. vnde si quis. ff. de inoff. testam. Angel. & Imol. in l. plauè. §. si duobus. ff. de leg. primò, Ang. consi. 300. punctus talis est, statuto ciuitatis Cortonæ, Corn. cōsi. 199. uol. 3.
59 † qui communem testatur. & latè Ruin. consi. 52. num. 10. volum. 2. consi. 12. num. 35. consi. 84. nu. 6. uol. 3. consi. 152. num. 5. uol. 5. Soc. Iun. consi. 25. col. 4. & 5 uol. primo, ubi dicit hanc opinionem in puncto iuris esse veriorē, & infinitis eam quotis exornat Port. Imolens. in regulis siue conclusionibus libr. tertio conclusione quinta, colum. 2. & Antoni. Gabriel. Roman. pariter in suis conclusioni. libro 6. de legitima, conclus. secunda vbi quàm plures enumerat hanc partem tenentes, & in ea quoque consentit hoc casu Cephal. in d. cōsi.
60 245. nume. 29. † & amplè Soc. consil. 150. col. 11. vers. Postremò. vol. secundo, ubi dicit, stante statuto exclusiuo filiarum dotatarum, si contingit patrem mori tribus filiabus dotatis institutis in dote, & duobus masculis vno instituto hęrede vniuersali & alio in re certa, si dubitatur quanta sit illius legitima, concluditur, quòd sit triens totius patrimonii deductis dotibus sororum: quia filiæ exclusæ habentur pro non entibus, & non connumerantur in numero filiorum, vt legitimam consequi possint, adducit Bal. Ang. & Fulg. in d. §. unde si quis,
61 & alios multos, † demumque dicit pro hac opinione consuluisse totum collegium Patauinum, sicque pari modo determinat idem Socin. consi. 288. colum. 12. uersi. Hanc etiam partem. volum. 2. & consil. 82. colum. fi. volum. 4 Alex. consilio 30. in fin. volum. quarto, cons. 36. numer. 6. volum. 7. Dec. consil. 296. colum. fin. consil. 299. nume. 2. consilio 303. in fin. & consilio. 383. nume. 5. Crot. in l. re coniuncti. num. 131. ff. de leg. 3. Rube. consil. 156. colum. 2. & 3. demumque Roland. à Valle consilio 25.
62 num. 7. volum. 1. vbi citat infinitos, † sed præcipuè Paris. consil. 55. colum. 3. uolum. 3. qui testatur hanc sententiam esse vsu receptam, & Brun. in d. trac. 13. articulo quæstione. 3. dicentem ita fuisse iudicatum in ciuitate Astensi ex consilio domini Ioannis Campegii per dominum Ioannem Iacobum Triuulcium, & quòd vidit secundùm istam partem pluries iudicari, & eam seruari in practica. Nec est ommittendus Bossi. in suis trac. crimin. in titulo de bono. publica. nume. 4. ubi post relatas varias opiniones residet in ista, referens Socin. in suo consilio post titulum. ff. de exceptio.
63 † dicentem, quòd hæc opinio est pluribus auctoritatibus munita, & quòd ita fuit obser-

uatum

uatum in Senatu Mediolani, cum qua meo Iudicio residet etiam Franciscus Bursatus cōsi. 112. col. fin. licet titubando procedat, & amplè tenet eandem Hierony. Gabriel. consil. 11. nu. 11. referens omnes opiniones in hac quęstione, & istam tenens.

Et hanc partem tenendo non obstant con-
64 traria. † Namque ad primū respondetur, verū esse, ꝙ dictum statutum emanauit ad fauorem masculorum, quantū ad hoc, vt fœminæ repellātur à successione vniuersali, & insuper respectu legitimæ de iure cōmuni cōpetentis filiæ statutum voluit fauere masculis; quia si filia tā tam dotē nō habuerit, quanta deberet esse legitima sua, statutum noluit, quòd illa conqueri possit, nec eius supplementū petere, sed quòd debeat esse contenta dote sibi data, promissa,
65 vel relicta per patrem, † licet aliàs quando sumus in dubio dos illa dicatur competens, quæ secundum legitimam mensuratur, & ad eam ascendit, vt not. Sal. in l. sancimus. C. de nupt. in fin. & in auth. res quę. 2. notab. C. communia de legat. Alex. consil. 69. col. 1. uol. primo, consil. 7. volum. secundo, cum simil. per Dec. consi. 181. nu. 5. D. meus Riminal. consil. 332. nu. 8. amplè Crau. cons. 236. col. 2. At respectu legitimæ de iure competentis filio masculo statutum non disposuit, nec fuit aliquo modo
66 loquutū † & licet ex dispositis circa legitimā filiarum vel eius supplementum eis denegatū (quod & in fauorem filiorum statutū induxit) sequi videatur onus quoddā, vel odium eorū, ꝙ legitima eorum non augetur de triēte ad semissem. Tamē hoc tolerari debet, velut in cōsequentiam fauoris filiis masculis concessi. Nā si vult statutum, quòd filia à legitima & eius supplemento excludatur, vt si minus habet cedat commodo filii, venit in consequentiam quòd ipsa filia non sit in cōsideratione, nec in numero filiorum computanda sit in taxanda legitima filii. Vnde toleratur hoc casu, quòd inductū in fauorē retorqueatur in odiū, vt per Bal. in l. quod fauore 7. opposi. C. de leg. quē sequitur Soc. in l. cum filio. 2. notab. ff. de leg. 1.
67 † Ad secundum verò de auctoritatibus supra relatis, vereor ne potius sint diuersę quàm aduersæ velut in casu diuerso loquentes, videlicet quando statutum excludit filias ab intestato, & mandat eas dotari, non tamen eas excludit à legitima, vel eius supplemento, tunc filiæ connumerantur in numero filiorum
68 in consideranda eorum legitima, † secus autem quando statutum etiam excludit à legitima, vel eius supplemento, prout in casu nostrò, ita distinguit Ruin. in dicto cōsilio 52. numero 10. volumine secundo, & latius consilio. 60. colum. tertia, volumine tertio, idemq; tradit Tobias Nonius consilio 44. columna
69 fin. nulla de Ruino mentione facta, † & fuit de mente Corn. cons. 197. colum. 3. volum. 1. vbi postquam dixit, filiam computādam in numero filiorum, subdit hoc maximè dicendū esse, si statutum non disponit, quòd sit contenta dote, sed solum disponit, quòd filia dotata non succedat, sentit enim, quòd vbi statutum pariter adderet, & quòd sit contenta dote, nec occasione legitimæ possit filios molestare, ꝙ secus esset, sicque quòd in numero filiorum non computaretur ad taxandam legitimam filiorum, in quo secūdo casu versamur, & ita remanet solutum secundum dubium satis apud doctores controuersum.

70 † Succedit tertium, quod longè facilius & breuibus explicandum videtur. An filia Do. Herculis sit capax legati, & hæreditatis sibi relictæ per eum, cum sit naturalis tantum, videlicet ex soluto & soluta genita, prout in facto mihi supponitur, quod breuiter resoluit tex. in authen. licet. C. de natural. liber. dicens. Licet patri sine prole legitima, seu parente, cui relinqui necesse est decedenti naturalibus liberis suam totam substantiam, vel inter viuos largiri, vel in testamento relinquere. At dominus Hercules prolem legitimam non habebat, nec patrem viuentem, quando decessit, sed hanc filiam tantum naturalem, igitur & legatum quod ei fecit de scutis mille centum, & institutio pro rata cum sororibus valuit; quia & totum relinquere potuisset, sicque determinat insuper Azo in summa. C.
71 de natural. liber. columna secunda, † & clarius Cardin. Alba. in lucubrationibus suis ad Bart. dicens ex illo tex. colligendum esse, patrē posse ex testamento suam hæreditatem relinquere filio naturali, quod & ex aliis cōfirmat & præter eum est tex. in §. ne igitur. & ibi Bar. & Ang. in auth. quib. mod. natural. effi. sui. ponit Paris. consi. primo, num. 29. volum. 2. & Io. Paul. Lancellott. consi. 176. nume. 51. vol. primo vltimarum voluntatum.
72 † Sed tamen ista conclusio non ita ruditer intelligenda videtur, nam ad hoc vt filius naturalis dicatur, non sufficit, quòd natus fuerit ex soluto & soluta, sed etiam ꝙ ex vnica cōcubina in domo affectu maritali retenta, cum qua matrimonium potuerit esse legitimum, ita tradit Azo loco citato colum. 1. per tex. in auct. quib. mod. natur. effi. sui. §. legitimi, ubi de naturalibus loquens dicit, aut etiam absque his scilicet nuptiis sic ad fœminas masculis conuenientibus, vt ab initio habeant ad eas legitimarum nuptiarum affectum, idemque clarius probat text. in aucto. quib. mod. natural. effi. legit. in princ. ubi naturales appellat, si quis habens mulierem puro sibi affectu consternatam, filios ex ea procreauerit, & est text. in l. penultima, ff. de concubi. ubi concubina ex sola animi destinatio-
73 ne consideratur. † Vnde Barto. post gloss. tenet, mulierem extra domum habitam non dici concubinam, nec ex ea nati filii dicuntur ex concubina nati; quia requiritur

cohabitatio, & indubitatus affectus, sicut in vxore, qui præsumitur ex cohabitatione, meritò nec ex famula nati legitimantur, vt ille concludit, & illam doctrinam Bart. sequitur Ang. Aret. in §. tam autem. in prin. instit. de inoffi. testa. & latius alios citans D. meus Rimin. consil. 220. in princ. sicut & Alciat. & Apostillator post eum in trac. de præsumpt. secunda regula, præsumpt. 5. num. 4. Oldra. cons. 196. factum.
74 Signor. consil. 219. num. 12. † Vnde natus ex concubina, cum quis plures habebat, vel non retenta vt supra spurius dicitur, & incapax successionis paternæ. Bar. in l. fin. col. 1. ff. de his quib. vt indign. Ruin. cons. 88. num. 6. volu. 3. Gozad. consil. 21. num. 23. Alci. loco citato, sed longè melius cæteris Alberi. in d. rubri. C. de
75 natur. liber. vbi dicit, † quòd pro declaratione, qui filii sint naturales, est aduertendū, quòd magna quæstio fuit in prouincia de quodā nobili, qui se conuertit ad quandam suam familiarem ignobilem, ex qua habuit filium, & istā tractabat sicut famulam in cibo, potu & indumentis, & ducebat aquam de fonte, ac alia ministeria, & seruitia faciebat in domo. Quærebatur, an talis filius esset naturalis, vt sibi posset relinqui secundùm formam auth. licet eod. titu. & respondet Alberic. determinatum fuisse, quòd non: quia oportet, quòd mater sit in scemate concubinæ retenta. §. si quis autē defunctus. in auth. quibus mod. natur. effi. sui. & §. præsens. in auth. de trient. & semis. ibi. in habitu concubinæ cum eo degens. At illa mulier nō erat talis, ergo nec filius erat naturalis, nec
76 capax relicti, † nam scema cōcubinæ adeò affinis est vxori, quòd lex propter discretionem vnius ab altera requirit protestationem, quòd sit concubina, & hoc vltimum quoque de protestatione dicit D. meus Riminaldus in allegato consi. 220. post Ioan. And. & Bal. quos citat, considerans etiam quòd mulier in casu suo nō indubitato affectu, sed vti pedissequa retenta fuerat, vt ibi latius per eum: cui conformis est ad vnguem Oldr. cons. 196. factum tale est, & latè ponit etiam Bermon. in tit. de publi. con-
77 cubi. ver. Papa hic, † & vltra prædictos est doctrina Bart. in l. fin. colum. 1. ff. de his quib. vt indign. vbi dicit primò quòd spurius accipi potest omnis natus ex coitu non approbato à lege, seu ꝙ à lege nomen non sumit, vt natus ex coitu adulterino, vel meretricali, vel ex concubina, cum plures haberet, vel ex aliqua quam non haberet ex indubitato affectu, & id genus deinde quærit, an istis spuriis relinqui posit à patre, & respondet esse tex. quòd non. in §. pen. in auct. quib. mod. natur. effi. sui. & in d. auct. licet. in fi. & cum prædictis etiam concordat Alciat. & Apostillator ad eum in d. tract. secunda regula, præsumpt. 5. num. 4. & 5. Ruin. cons. 88. num. 60. volum. 3. Alciat. respons. 268. & seq. per totum, & Gozad. consi. 21. num. 23.
78 † In proposito igitur nostro cū non constet quo modo D. Hercules mulierē illam tenuerit ex qua filiam procreauit, an domi solā, an indubitato vxoris affectu, vel cum protestatione, ꝙ esset concubina vel vti famulam, & extra domum, videtur ꝙ relicta sibi per eum facta obtinere non posit; quia non probat id quod est fundamētum intentionis suæ ad obtinendū sibi relicta, cum nō naturalis, sed spuria potius esse potuerit, licet ex duobus solutis nata fue-
79 rit, sicque periculosa videtur intentio sua † & ita signanter reperio, ꝙ determinat Natta cōs. 421. vbi dicit, ꝙ si conuentus ab agnatis proximioribus ad relaxandam hęreditatem prætendit se potuisse institui tanquā naturalis nō extante legitima prole, debet ostēdere se natum ex vna concubina in domo retenta vxorio affectu, aliàs probando tantum se natum ex soluto & soluta non poterit obtinere, vt ibi latius per eum, qui sic casum nostrum uidetur
80 pręcisè aduersus hanc filiam determinare, † & ob id taxat Crau. consi. 166. contrarium tenentē, & vltra Nattam tenet idem Bertrand. cons. 135. quia scienti. vol. secundo priorum, & Alciat. in d. trac. de præsumpti. reg. 2. præsump. 5. ad fin. vbi per hoc infert, filium præsumi spuriū nō autem naturalē, sicq; incapacem remanere
81 † meritò nequaquā videtur standum assertioni domini Herculis, qui dictā filiam naturalem appellauit in tali materia prohibita propter præsumptionem spurietatis, ꝙ in fraudem legis sic appellauerit, ut latè concludit Alcia. respons. 268. sequen. de quo meminit Menoch. consi. 60. num. 12.

Diligentius tamen & humanius hanc rem considerans arbitror hanc filiam fuisse & esse capacem relictorum sibi factorum. Moueor ex doctrina Bald. consil. 295. factum proponitur.
82 vol. 2. in antiq. versi. circa secundum † ubi dicit, sciendū esse, ꝙ filius naturalis dicitur duobus modis, uno modo legaliter, & tunc requiritur, quòd concubina sit retenta in domo indubitato affectu, in scemate concubinæ, ab uxore parum distans, nisi in honore, & hoc introductum est propter habendam certitudinem prolis, alias de facili possent mulieres secum confingere habere filios ex aliquo magno & nobili viro, & successiones nostrę deue-
83 nirēt ad extraneos, & alienos, † Alio modo dicitur filius naturalis secundum vulgarem consuetudinē loquendi, scilicet omnis bastardus qui nascitur ex soluto & soluta etiam si nasceretur ex furtiuo amplexu. c. innotuit. de elect. nam in rei veritate non attenta iuris fictione iste est naturalis, si constat uterq; parētū, & ꝙ sit eorum filius, & pater eum indubitato affectu tenet in filium suum, & paterna eum prosequitur charitate, idque procedit, vt subdit Bal. quantū ad Deum, qui iudicat secūdū veritatem, itē etiam secūdū canonicam æquitatē iste non debet dici spurius, & per matrimoniū
84 legitimatur, † vnde concludit Bal. quòd licet talis

talis filius, de quo quæritur, secundum iuris ciuilis subtilitatem nõ sit filius naturalis, sed spurius, tamen secundum veram naturalitatem, & canonicam æquitatem, & communem vsum loquẽdi dicitur naturalis, & vltra Bal. idem pulchrè tenet Bertrand. consi. 26. col. 3. vers. ad secũdum, volum. secundo nouissimorum, dicẽs, quòd communis sermo aliquarum partium vocat omnes illos naturales, qui de soluto & soluta sunt geniti, & ita communiter vocantur in
85 regno & delphinatu, † qui communis vsus loquendi præfertur in quacunque materia semper proprio significato uerborũ, siue illud proprium significatum eliciatur ex diffinitione, siue ex ethimologia, siue iuris auctoritate. l. librorum. §. quod tamẽ Cassius. ff. de leg. tertiò. Oldra. consil. 121. Quare dato quòd quædam mulier, de qua loquitur Bertrand. non fuisset propriè & verè filia naturalis, accipiendo verbum naturalis, prout in iure accipitur, pro nato ex soluto & soluta in scemate concubinæ in domo retenta. Tamen attento dicto communi
86 vsu loquendi, ipsa potuit dici naturalis: † quia secundum vsum huiusmodi dictum verbum habet latiorem significationem, & huic vsui innitendum est, idemq; paucis concludit Bal. in c. nisi cum pridem. numero septimo de renunciatio. post Ioan. Andr. volens, quòd largè loquendo ille qui est natus ex aliqua fanticella extra domum dicitur naturalis, & ideò si legitimatus est tanquam naturalis valet legitimatio propter generalem consuetudinem loquendi, quod est valde notabile, & habuit de
87 facto, prout concludit, † Nec tantum Bald. in dictis locis hanc opinionem firmauit, sed & in consilio 206. casus talis ẽst, quidam. A. volumine tertio in nou. numero sexto, vbi quærit, nunquid natus ex istis fanticellis, quæ passim vadunt ad nundinas & forum, & vagantur per vicos & plateas, & postea reuertuntur ad domum alicuius, à quo prægnantes fiunt, sit simpliciter & propriè naturalis, an verò spurius, & respondet, quòd secundùm iuris ciuilis seueritatem dicitur spurius & ignotus: quia venter iste non est custoditus, nec mulier in domo retenta, & sic pater non est certus propter laxitudinem, quam talis mulier habuit fornicandi cum multis. Tamen largo modo potest dici naturalis, idest non contra iura naturalia, nec contra iura ciuilia, cum ipsa procreatio naturalis sit, nec sit iuris ciuilis obstaculo obum-
88 brata, † & quicquid rigor iuris ciuilis dictet, iura canonica omnem natum ex soluto & soluta naturalem appellant. c. innotuit. de elect. Ideoque legitimatio de illo facta vt de natu-
89 rali valuit, & ista est veritas. † Quare Ias. adductus his auctoritatibus Bal. consilio 51. volumine tertio, concludit talem capacem esse institutionis, & relictorum sibi per patrem factorum, citans alios qui dicunt taliter natos dici naturales secundùm communem vsum loquendi, qui præualere debet, & attendi, & secundùm quem verba testatoris intelligi debẽt veluti naturaliter, non autem legaliter, seu ciuiliter, aut secundùm stricti iuris rigorem. l. fina. C. de his qui ven. æta. impetra. & vt ibi latius per eum, & cum prædictis ita quoque latè tenet Bero. quæstione 165. volumine secundo, & Cagnol. in l. si qua Illustris. C. ad oficia. & Alcia. in dicto tracta. de præsumptio. secunda regula, præsumptio. quinta, numero tertio. quibus addendi sunt Butr. in c. per venerabilem. pen. car. qui fil. sint legiti. Ioan. Andr. in additio. Specul. eodem titulo, circa princip. Nicol. de Vbald. in tracta. de succesio. ab intest. colum. secunda ad fin. & Crau. cons. 166.
90 num. 9. † demumq; Bermond. loco citato sub numero tertio, vbi positis tot requisitis ad constituendum propriè concubinam, filiosq; naturales, de quibus in contrariis diximus, subdit, quòd illa decisio non procedit secundùm canonistas in c nisi cum pridem. de renunciat. vbi Ioan. Andr. dicit, quòd filii qui nascuntur ex muliere extra domum retenta, licet propriè non dicatur concubina, tamen per sequens matrimonium legitimari possunt, & etiam per rescriptum principis; quia per illud sublatum vi-
91 detur impedimentum ciuile, † dicitq; quòd magis canonistis, quàm legistis est standum, & ideo ambiguitates legum canonibus resoluuntur, vnde in materia canonum non pudeat legistas, qui quamplurimum sunt superbi, consule-
92 re canonistam, † tantoq; magis iuri canonico standum est in casu nostro, cum Ferrariæ seruetur, Cardi. cons. 2. Fulg. in l. quid sit fugitiuus. §. idem Celsus. ff. de ædil. edic. glo. in auth. vt ecclesia Romana. & Portius Imol. cons. 12. numero 16. & hæc tanto magis procedere debẽt, quòd D. Hercules hanc filiam suam naturalem appellauit in testamento, cuius facto, & assertioni debẽt acquiescere sorores eius hæredes. d. l. cum à matre. C. de rei uindic. aut enim naturalem intellexit propriè uelut ex concubina in scemate concubinæ natam, & obtinere debet hæc filia, aut secundùm uulgarem usum lo-
93 quendi, & idẽ esse debet, † & licet Alci. in dictis responsis dicat tali assertioni non esse standum in prohibitis propter præsumptionem spurietatis, quæ præsumitur in dubio, & quòd in fraudem legis sic appellauerit. Tamen non obstant, quæ dicit casui nostro: quia non constabat ibi, nec supponebatur filium natum fuisse ex soluto & soluta, prout hic. Vnde sumus
94 extra difficultates Alci. † Et hæc cõclusio cõfirmari põt, quoniã hodie fauorabiliores sũt nati ex soluto & soluta, quàm nati ex concubina, quia ius canonicũ magis abhorret concubinatum, quàm simplicem fornicationem, cum cõcubinatus inducat diuturum, atque continuũ peccatum, simplex autem fornicatio momentaneum, ut not. in c. ex parte, de testi. Ioan. Andr. & Compostella. in c. innotuit. de electio.

95 † Vnde iura loquentia de natis ex concubina hodie facilius trahuntur ad illos, qui nati sunt ex soluto & soluta. Et ita declarat Abb. in c.tāta.qui fil. sint legit. vers. & aduerte diligenter, & prior eo glo. in l.si qua Illustris. C. ad orfic. demumque Ioan. Paul.Lancellot. consil. 176. num.52.primo Tomo vltimarum voluntatum.

96 † Non omitto tamen, quòd Ruin. in consi. 88. num.11.vol.3.conatur ad hunc vsum communem loquendi respondere, dicens, quòd probādus esset: nec enim verum est, quòd standum sit dicto doctoris dicentis sic esse communem vsum loquendi, vel consuetudinem, iuxt.not. per Bald.in l.si quis.§.1.ff.de pignori.in l.consentaneum.oppositio.5.C. quomodo & quando iud.in l.4. col.fin. C. de fideicom. Castr.in l.Titia. ff.de solutioni. Arct. consi. 133. Alex. in l.post dotem. ff.solut.matrim. & in consi. 5.

97 volum. 3.† Sed breuiter dico, quòd nec Baldus in locis allegatis id dicit, nec vera est dicta conclusio, Immo doctoribus prædictis attestantibus de communi vsu loquendi credi debet, saltem quò ad præsumptionem, quæ transfert onus probandi contrarium in aduersarium, vt tenet Dec.in l.2.§.1.colum.fina. ff. si cert. pet. consi.420.col.fina. consi. 559. colum.2. consilio 691.circa fin.cons.694.colum.1.Curt.Iun.

98 consi. 60. colum. 4. † quibus in locis dicunt præfati doctores magis communem opinionē esse pro Bart. in l.de quibus.colum.8.in quarta quæstione.ff.de legi.quòd credatur doctori attestanti de consuetudine quò ad præsumptionem, licet non quo ad plenam probationem, & quòd stetur dictæ præsumptioni, donec probetur contrarium: idemq; voluit nouissimè Gozad.consi.59.col.4. & vltra prædictos idem tenet Soci.consil.252.col.7.vers. Quartò eadem conclusio, & consil.275. col.2. vol.2. D. meus Rimin.cons.539.num.18.& ibi dixi in apostil. Grat.respons.4.num.30.& respons.12. nu. 59. volum.1.Soci.Iun.consi.60. num. 10.vol.2.& alios quàm plures cumulat Port. Imolens.in regulis & communibus opinio. cōclus.24. lib.1.

99 col.pen. † & posito, quòd in assertione vnius Doctoris tantùm (prout loquitur Bar.in d.l.de quibus) dubitari posset. Tamen stante dicto tot excellentissimorum Doctorum, quales fuerunt Bal.Butr.Ioan.Andr.Nicol.de Vbal. Bertrand.Cagnol.Crau.Bero. & Alciat. res videtur esse sine dubio, per ea quæ tradit Curtius

100 consil.74. columna 24. dicens, † quòd communis vsus loquendi probari non debet, quando plures Illustres Doctores de illo attestantur, sequitur Grat.consi.325. col.2. & Roland. à Valle cons.71.num.23.vol.1.

101 † Et hinc cessare videtur aliud, si diceretur standum esse dicto Doctoris asserentis de cōmuni vsu loquendi alicuius loci, quando versatus est in illa curia, aliàs secus, nam communis vsus loquendi potest esse in vno loco, & non in alio, vt per Alexan.consilio quinto, colum. penultima, volumine tertio, sicque declarat Paris de Put.in tract.de syndic.vers.Doctor. Dec. consilio 472.colum.2.& Ioan. Durant.de arte

102 testan.titu.quinto, caut. 35.num.3. † At Doctores memorati, velut nō versati Ferrariæ scire non potuerunt, quòd hic esset iste communis vsus loquendi, tales dici naturales vt supra. Quoniam in vno tantum Doctore, qui sic assereret, obiectum procedere posset, at in tot supra nominatis secus: quia si non singuli, saltem plures ex eis id verisimiliter scire potuerunt, vel quia hic aliquando fuerint, vel à fide

103 dignis intellexerint, vel aliter. † Præterea quod dicunt Puteus, Durant. & Dec. procedit in consuetudine siue communi vsu loquendi particularis alicuius loci, iuxta illud, Quælibet ciuitas abundat in sensu suo. At Doctores supra citati loquuntur de communi vsu loquendi generali, & sic vniformi quocunque loco; quòd naturales dicantur nati ex soluto & soluta, licet non retenta in scemate concubinæ, meritò sufficere debet illorum asseueratio, cum talis communis vsus loquendi siue consuetudo veluti notoria non egeat probatione, secundum Baldum in l. filiusfamil. §. veterani. ff.de procuratori. in l.si fugitiui.columna prima. C. de serui. fugiti. Corne. consilio 137. numero quinto.

104 † Rursus, quod dicunt Alexand. in dicta lege post dotem. & sequaces alibi, non esse credendum Doctori attestanti consuetudinem extare, procedit in consuetudine, de qua non ita potest haberi certitudo, sicut de statuto & id genus, vt declarat Emilian. consilio 117. numero sexto. At si proponitur, hunc esse communem vsum loquendi generalem vbique, facilis est eius certitudo, meritò standum est assertioni doctorum de illo. Remanet igitur ex prædictis hanc partem tenendam, quòd ista filia secundum communem vsum loquendi potuerit dici naturalis, & capax sit relictorum nō

105 attento iuris ciuilis rigore. † Et quando super hoc quis velit esse ceruicosus omnino (quod esse non debet) id saltem concedi debet attento iure canonico, quod in hac ciuitate seruatur, vt in primo dubio dixi. Nā secundùm illud talis filia naturalis & capax censeri debet, vt supra deduxi post Bald. in d. consil.295. volumine 2. in antiq. & in d. consil.206. volum. 3. in non.Ias.consil.51.vol.3. & Bero.consi. 165. volum. 8. & in hoc vltimo totam vim videtur constituisse Alci. in d.tract.de præsumpt. regula secunda.præsumpt.quinta, num.3. ibi, vel vt arbitror attento iure canonico simpliciter,

106 † Opinio igitur contraria duobus verbis cessat, nam procederet, vbi communis vsus loquēdi reprobatus esset, & expressè caueretur, quòd iuris ciuilis dispositio seruaretur, vel in terris Imperii, aliàs secus, vt in casu nostro, vbi communis vsus non reperitur reiectus, & seruatur ius canonicum.

Superest

107 † Supereſt tamen adhuc illa difficultas in fi-
ne contrariæ partis tacta poſt Nattam in alle-
gato conſi.421. qui tenet, quòd ſicut conuen-
tus relaxare bona patris, ſi dicat ſe legitimum
& inſtitutum, legitimitas autem negetur pro-
bare debet ſe legitimum, Butr. Io. And. Abb. &
alii in c. peruenit. qui fil. ſint legi. Alberi. in l. ſi
vicinis. C. de nupt. & Angel. in l. liberorum. in
108 prin. ff. de his qui not. infam. † Ita pariter ſi
prætendit ſe inſtitui potuiſſe tanquam natura-
lem non extante legitima prole, probare debet
ſe natum ex vnica concubina in domo retenta
vxorio affectu, nec ſufficit probare, quòd ex ſoluto
& ſoluta natus ſit, vt latius per Nattam, qui per
hoc mordet Crau. conſ. 166. cõtrariũ tenentẽ,
& vltra Nattam reperio, quòd hanc ſuã concluſio-
nem confirmat Bertrand. conſ. 135. quia ſcien
ti. vol. 2. priorum, & Alciat. in d. tract. 2. reg. præ
ſumpt. 5. ad fin. vbi ex ſupradictis infert, quòd in
dubio filii præſumuntur ſpurii, non autem na-
turales, ergo incapaces remanere debẽt, vt idẽ
latius dicit reſponſ. 268. & ſequenti. Quare ſic
& in caſu noſtro, vbi hæc filia conuenitur per
ſorores legitimas ſui patris ad relaxandum bo
na, quia ſpuria ſit, & incapax relictorum ſibi fa-
ctorum à patre ſuo.
109 † Sed (meo iudicio) melius ſenſit Crau. di-
cens, quòd actor fundans intentionem ſuam ſuper
ſpurietate, vt quòd reus natus fuerit ex coitu dam
nato, probare tenetur ipſam ſpurietatem & coi
tum damnatum: quia in dubio nõ præſumitur
quis ſpurius, niſi probetur, ſed naturalis, vt eui
tetur ſuſpitio delicti, quòd quis coitum dam-
natum commiſerit, argumento l. meritò. ff. pro
ſoc. adducit in terminis Crauetta Baldum cõ-
ſil. 448. quæritur in primis, an valeat teſtamen-
tum. num. 4. volum. 2. in nouis vbi quærit, po-
ne quòd eſt dubium, vtrum quis ſit naturalis,
vel ſpurius: quia aliqui dicunt, quòd mater ha-
bebat alium virum, alii dicunt cõtrarium, vtrũ
in dubio iſte poſsit hæres inſtitui, de cuius ſta-
tu eſt incertum? & reſpõdet Bal. quòd ſic, quia
præſumitur capax. & vbi lex præſumit, vel diffi
110 nit, ibi nulla eſt incertitudo, † ita Bal. elegan
ter ibi, cuius auctoritas non eſt parua in cauſis
decidendis, vt inquit Caſtr. conſ. 152. col. fin.
vol. 2. Nec obſtat, quod inquit Natta num. 10.
Bald. loqui de probatione dubia propter con-
trarietatem teſtium, at quando probatur, quòd
quis ſit natus ex ſoluto & ſoluta, vel admitti-
tur, vt in caſu noſtro, probatio nõ eſt ambigua,
quin inferat ad ſpurietatem non ad concubi-
natum, non probatis his, quæ ad concubinatu
111 requiruntur, † Quoniam talis reſponſio pro-
cedit conſiderato mero rigore iuris ciuilis, &
remoto communi vſu loquendi, & æquitate ca
nonica, aliàs ſecus, vt in caſu nr̃o, in quo deci-
ſio Bal. procedit à fortiori, nã ſi in caſu dubio
ſit illa benignior interpretatio, multo magis in
noſtro fieri debet, vbi communis vſus loquẽdi,
vel æquitas canonica rem magis adiuuat.

112 † Minus obſtant notata per Io. And. Butr. &
Abb. in d. c. peruenit, quia procedunt, vbi erat
quæſtio de legitimitate, vel non, nam cum le-
gitimatio pendeat à matrimonio, & matrimo-
nium non præſumatur ex cohabitatione de iu-
re canonico: quia fornicarii ſæpe ſe vocant cõ-
iuges, vt eorum tegant delictum, vt tradit In-
nocent. in c. ex parte. de reſtit. ſpoliat. Alberic.
in d. l. ſi vicinis, & ex alia ratione, quam ponit
Alciat. in d. 5. præſump. col. 2. ſit, vt quis legiti-
113 mus non præſumatur, † At nos extra dictum
caſum verſamur: quia ſupponitur, hanc filiam
non eſſe legitimam, hoc eſt ex matrimonio na-
tam, dubitaturq́; nunquid ſpuria, vel naturalis
cenſeri debeat, & hoc caſu fieri debet inter-
pretatio mitior, quòd naturalis dicatur largo
modo ſecundùm communem vſum loquendi,
& æquitatem canonicam potius quàm ſpuria
ſecundùm iuris ciuilis rigorem, & per conſe-
quens quòd fuerit capax relictorum.
114 † Poſtremò, vt omnis amaritudo tollatur,
aduerti debet, quòd Iuſtinia. in §. ſi quis autẽ
defunctus. in auct. quib. mod. natur. effi. ſui, &
in §. conſideremus. in auct. de triente & ſemiſ.
latius dictionẽ naturalem accepit, ſic vt com-
prehendat tam natos ex concubina, quàm etiã
ex alia muliere, cum qua impune coierit, nam
clarum eſt Iuſtinianum in ea auth. quam ſcri-
pſit græcè duabus dictionibus vſum, & modo
νόθυς, modo φύσινυς eos, de quibus loqueba-
tur, filios appellaſſe, veluti rectè notauit Card.
Paleot. in tract. de nothis & ſpur. cap. 16. ambæ
igitur voces latinæ naturalem filium ſignifi-
cant non ita ſtrictè ſumptum, vt natos ex con-
cubina ſolum contineat, ſed largè, vt omnes,
qui ex coitu non damnato, idque Iuſtinianus
optimè declarat dum in §. oportet igitur. pro-
ponit ſe expoſiturum, qui ſint naturales, & qui
non. Illud verò nuſquam alibi explicat, niſi vbi
poſtquam dixit, legitimos eos eſſe, qui ex nu-
ptiis in lucem veniunt. §. legitimi quidem, &
in §. quòd verò, dicit eos, qui non ſunt ita nati
eſſe naturales, hoc verò reſtringit ad naturales
ex coitu non damnato in §. vltimo, vbi ait, na-
turales non eſſe eos, qui ex nephario & ince-
ſto aut damnato complexu nati ſunt. Vnde li-
quet ſe, vbi aliud nõ expreſsit, intelligere non
ſolum de natis ex concubinis, ſed de omnibus,
115 qui ex coitu non damnato, † & ita reperio,
quòd diligenter & doctè noniter inducit illa
iura Hiero. Gabriel. conſ. 19. col. 2. latius inſi-
ſteris, demum dicit huius opinionis fuiſſe Al-
ci. parerg. lib. 4. cap. 5. Paleot. in d. tract. ca. 40.
& ſequenti. ſicut & Cranet. conſil. 166. ſicque
cõcludit per Rotam Romanæ Curiæ ſuperio-
ribus annis fuiſſe declaratũ, vnde patet, quòd
etiam de iure ciuili nos ſumus in caſu tuto.
Et ita remanet expeditum tertium dubium ſu-
per hac re propoſitum.
116 † Supereſt quartum breuibus explicandum,
nunquid de legatis factis à D. Hercule detrahi

posſit Falcidia, caſu quo legauerit vltra vires hæreditarias. In quo dubio reſpondetur, quòd ſic, legauit enim filiæ ſcutos 1100. ſororib. duabus ſcutos 400. pro qualibet deinde filiam & quatuor ſorores æqualiter inſtituit, dicuntur ergo prælegata facta filię, & duabus ſororibus, quæ ſubiacent Falcidiæ, ſicut cætera legata. l. à cohæredibus. C. ad leg. Falcid. ſi ergo aliæ duæ ſorores quibus non eſt legatum, non habent quartã totius hæreditatis ſpectantis ad D. Herculem, poſſunt detrahere Falcidiam de dictis prælegatis, vt ſic quarta ſibi ſuppleatur. inſtitu. de leg. Falcid. in fin. prin. exẽpli gratia D. Hercules fecit dicta prælegata quantitatis ſcutorum 1900. & alia quædam quæ tranſcendunt nouem partes ex duodecim ſuæ hæreditatis, vnde penes quinque hæredes non remanent tres partes ex duodecim, poterunt duæ ſorores quibus non eſt pręlegatum, ſibi ſupplere de dictis pręlegatis, & legatis tantum, quòd habeãt ſuam quartam ſaluam.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

## Pro D. Tiberio Riccio & eius nuru.

### ARGVMENTVM.

De haſtationibus committendis ratione dotium, & aliis quibuſdam ſcitu dignis.

### SVMMARIVM.

1 *Solutio probari debet.*
2 *Inſtrumentum pro veritate habetur & ſine calumnia debet obtineri. 3.*
*Nec eſt dubitandum de caſu inſtrumenti ſicut nec legis. 4.*
*Vimq; diffinitionis habet.*
*Remq; facit clariſſimam & apertiſſimam. 5.*
6 *Reus qui iurauit audiri non debet.*
*Et vt periurus repellitur. 7.*
8 *Abſolutio à iuramẽto poſt terminum ſolutioni præfixum non prodeſt.*
*Nec peti poteſt, nec concedi parte non citata. 9.*
*Et nulla eſt Iudici nõ expreſſo de lapſu termini. 10.*
*Vel iniuſta, conceſſa non citato creditore. 11.*
*Et eſt communis opi. 12.*
*Iudexq; ſecularis de tali nullitate vel iniuſtitia cognoſcere poteſt. 13.*
14 *Iudex ſecularis non tenetur exequi præceptum eccleſiaſtici de cuius iniuſtitia ſcit aut ſuſpicatur.*
*Et ita iudicatum fuit in Senatu Montisferrati. 15.*
16 *Inſtrumentum ſine forma publica virtute reſcripti fidem facit.*
17 *Matrimonij fides fit ex Capellano.*
18 *Reus ſuccumbit non probans intentionem ſuam.*
19 *Interpellatio non requiritur die præfixa ſolutioni.*
20 *Dies adiecta ſolutioni non impedit actionis ortum.*
21 *Relatio redditur erronea inſtrumenti aliter loquentis.*
22 *Paupertatem allegans probare debet.*
23 *Diues præſumitur quis contrario non probato.*
24 *Iudex in ſummarijs poteſt ſe informare.*
25 *Inſtrumenta vſque ad ſententiam produci poſſunt ex ſtatuto, quòd iura produci. lib. 2. cap. 55.*
26 *Terminus nouus peti poteſt occaſione noui articuli.*
27 *Debitor qui iurauit & non obſeruauit deducere non poteſt ne egeat.*
28 *Frater tenetur dotare ſororẽ quæ non habet aliũde.*
29 *Iuriſconſ. paupertatem malè allegat, & quare. 30.*
31 *Scientia legalis locupletat & cereri comparatur.*

## CONSILIVM CLXXXVIII.

*Auxilium meum à Domino.*

SVBHASTATIONES rerũ,
de quibus in tenutis, committi
debet ad inſtantiam D. Tiberii
Ricii ac D. Iacobę nurus ſuę pro
ſummis petitis, quoniam de cre-
dito dotali conſtat in inſtrumento rogato per
ſer Ioannẽmariam Fabrum anno 1567. 26. Fe-
bruarii, cuius ſolutio fieri debebat in feſto Na
1 tiuitatis Domini tunc futuro, † nec facta pro-
batur, vt ex aduerſo debuit. l. 1. C. de probat.
ex dicto nanque inſtrumento fundatur inten-
2 tio ſua. l. cum precibus. C. de probat. † cum pro
veritate habeatur, nec egeat fori diſceptatio-
ne. Bald. in l. Imperator. col. 1. ff. de ſtat. homi.
Iaſ. in l. iuriſgentium. §. quod ferè. 2. not. ff. de
pact. cum ſimil. per Cephal. conſ. 218. in princ.
& per Rolan. à Valle conſ. 96. num. 17. vol. 3.
vbi citat etiam Bald. conſ. 400. col. 2. volum. 5.
3 † dicentem, quòd illud, quod verbum inſtru-
menti ſonat, debet haberi pro veritate & ſine
4 calũnia debet obtineri, † nec immeritò: quia
vbi eſt caſus inſtrumenti, non eſt dubitandum,
ſicut nec de caſu legis, vt idem Bal. docet con-
ſil. 215. col. 2. vol. 2. & vt ipſe ſubdit conſ. 233.
vol. 1. inſtrumentum vim diffinitionis habet,
ſequitur Rolan. à Valle conſ. 79. nu. 88. vol. 3.
5 facit enim rem clariſsimam & apertiſsimam.
Iaſ. in l. 1. in prin. ff. de oper. nou. nunc. Tiraq.
de retract. §. 2. glo. 1. num. 20. Crauet. conſ. 10.
num. 7. conſ. 56. num. 7. Menoch. conſ. 7. nu. 4.
6 † Nec audiri debet reus: quia cum iuramento
promiſit ſoluere termino pręfixo ſcutos 1200.
nec eos ſoluit, vnde velut periurus excludi de-
bet. l. ſi quis maior. cum ibi not. C. de tranſact.
7 † periurus enim repellitur, quatenus ei repu-
gnat iuramentum. Butri. in c. intelleximus ad
fin. de iudi. & ibi poſt alios Dec. nu. 18. dicẽs,
quòd in cauſa, in qua fuit periurus non poteſt
comparere nec auditur, vt pro ſingulari tradit
Roma. ſingul. 391. *Tu ſci.* in fi. Alex. conſ. 17.
col. 2. vol. 3. & conſ. 76. col. 4. vol. 5. Curt. con-
ſil. 51. Crau. conſ. 7. num. 12. conſ. 191. num. 7.
Soci. Iun. conſ. 125. vol. 3. Rol. à Valle cõſ. 26.
8 num. 28. vol. 3. † nec ſuper abſolutione impe-
trata ſe fundare poteſt: quia petita fuit poſt
terminum

terminum præfixum solutioni per lapsum anni, sicq; post lapsum in mora constitutum. l. magnam. cum ibi not. C. de contrahen. & com-
9 miten. stipul. † quo stante peti non potuit, neque concedi parte non citata, vt concludit Federic. de Sen. consil. 300. factum tale. & pul-
10 chrius Anch. cons. 198. subtiliter. ad fin. † vbi nullam appellat habilitationem, si lapsus ter-
11 mini solutionis non fuit expressus iudici, † vel iniustam, si dictum fuit, id concedendo non citato creditore, idemque firmat Abb. in cap. 1. col. pen. de iureiur. & post eum Fely. num. 28. vers. septimò quæro. Roma. cons. 326. col. 1. & post eum Mandosius in apost. concordantes citans, quibus addi potest Corn. cons. 6. nu. 13. vol. 1. Rui. cons. 66. col. 2. vol. 4. Gozad. cõs. 69. num. 21. decis. Neap. 220. num. 17. Paris. consil. 96. num. 92. vol. 1. & amplè Rolan. à Valle
12 cons. 34. vol. 1. † qui post relatos per eum testatur communem, & quòd Vicarius hoc facere non potest, neç debet, deinde subiungit vnũ
13 pulchrius, † quòd de tali nullitate, vel iniustitia habilitationis Iudex secularis cognoscere potest, vt in indiuiduo determinat Anchar. cons. 382. retento ordine, col. 3. quem sequitur Fely. in c. cum sit. de for. compet. vers. Limita quintò, & in d. c. 1. de iureiur. col. 7. vers. Posset
14 etiam secularis, † nam Iudex secularis non tenetur exequi præceptum Iudicis ecclesiastici, de cuius iniustitia scit, vel suspicatur, secũdùm Ioan. And. in c. cum in iure. de offi. deleg. & in c. 1. de offic. ordin. quem citat Anchar. loco memorato, idemque sequitur decis. Neapo. 220. qu. 9. dicens, quòd ita fuit pluries in cõs. practicatum, Marsil. singul. 368. Paris. cons. 44. nu-
15 me. 21. & cons. 96. num. 94. vol. 1. † Concluditq; demum Roland. sic etiam iudicatum fuisse per amplissimum Senatum Montisferrati: vnde sic & in casu nostro debet iudicari.

16 † Secundò posito, quòd habilitatio sibi prodesset, quò ad finem excipiendi, seque defendendi, nõ obstãt exceptiones suæ, & in primis, quòd instrumentũ promissionis dotis non obtineat publicam formam iuxta statutum: quoniam cessat ex rescripto, quòd adhibeatur fi-
17 des annotato precibus in processu. † Secundò, quòd promissio censetur facta sub conditione, si matrimonium verũ sequeretur, quod negatur sequutum: quoniam tollitur ex fide Capellani de publicatione in ecclesia, secundũ ordinẽ Concilii Tridentini, & desponsatione.

Tertiò, ꝙ dicta promissio facta fuerit sub ea conditione, quòd D. Iacoba renũciaret omnibus iuribus suis in bonis paternis & maternis: quoniam non probat hanc conuentionem
18 Reus in processu, † vnde succumbere debet, cum reus non obtineat, nisi vel actore nõ probante, vel quòd ipse probet intẽtionem suam. Corn. cons. 219. num. 4. volum. 4.

19 † Quartò, quòd debuit interpellari reus ad dictam dotem promissam soluendam, sibique iura cedi, nanque stante expressa die ad soluẽdum in festo Natalis, interpellatio nõ fuit necessaria. d. l. magnam. C. de contrahen. stipulatio. Doctor. in l. si insulam. ff. de verb. obliga. cum similibus.

Quintò, quòd dicta promissio facta dicatur cum domina Iacoba traduceretur ad domum viri, videlicet in festis Natalitiis Domini, qđ verificari non potuit viro in carceribus detento: quoniam non ita dicit instrumentum, qđ de traductione nec verbum quidem ponit, sed de solutione dotis in dicto festo, apparet autẽ
20 matrimoniũ fuisse contractũ 27. Maii, † Quare dies adiecta solutioni non impediuit ortũ obligationis & actionis ante tempus Natiuitatis domini. l. cedere diem. ff. de verb. signifi. & plenius declarat Bar. in l. ita stipulatus. nu. 38. ff. de verb. signifi. quando in dispositione in diem fuit ab homine quid appositum ad hæredes transitorium, vt dos in casu nostro, meritò nihil impedit, quominus adueniente festo Natiuitatis locus fuerit exactioni dotis, licet vir esset carcere mancipatus, cum prius esset contractum matrimonium, cuius intuitu dos fuerat promissa. Nec assertio facta in precibus domini Tiberii de dote promissa per Reũ cum mulier desponsaretur, & traduceretur,
21 aliquid facit in oppositum, † cum subiiciatur in dictis precibus *come di ciò n'appare publico istramento* nam cum aliter instrumentum loquatur, dicta relatio velut erronea non attenditur, vt tradit Alex. consi. 9. col. fin. volum. 5. Gard. consi. 11. colum. 1. Dec. consi. 63. secundo dubio. & in auth. si quis in aliquo. nume. 40. C. de eden. Cæteris responsum non datur, uti friuolis non veris, neque iustificatis ullo modo.

22 † Vnum tamen non omitto, quod extra processum dicit hic Reus, vt audio, quòd ubi soluere teneatur, hoc fieri debeat deducto ne egeat. & ita paupertatem allegat. Vnde illam probare tenebatur: quia quando paupertas est fundamentum intentionis alicuius, illam probare debet. glo. est quam Bar. Bald. Angel. Castr. Alex. & Ias. sequuntur, & singularem reputant. in l. si verò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisda. cog. immo verò meliorem de corpore iuris. Bal. in l. 4. C. quando fisc. uel priua. sequitur Dec. consi. 120. colum. 2. decis. Neap. 377. num. 6. Ruyn. consil. 81. num. 4. uol. 5. latè Couuar. variarum resolutio. cap. 6. Cornelius Benincasius in trac. de paupertate quæst. 6.
23 col. 1. & † Rolan. à Valle consi. 20. nu. 18. vol. 2. ubi per hoc dicit, quem præsumi diuitem, qui de contrario non docuerit, vt per Alex. consi. 121. col. fin. uol. 1. nec immeritò: quia præsumptio est, ꝙ quilibet sit soluendo. l. si creditores. ad fin. ff. de separatio. l. si defunctus. C. arbi. tutel. Emilian. consi. 49. nu. 13. & cum prædictis etiam concordat Natta consi. 343. num. 3. Sed tantum abest, ꝙ iste reus probauerit

uerit paupertatem, quòd immo potius apparet eum diuitem esse ex bonis immobilibus, quæ possidet pro quota sua valoris scutorum 2810. cum promissa dos sit scutorum. 1200. salvo iure, ita ꝙ & supersunt adhuc scuti. 1610. & longe plus computatis mobilibus, Argentis, Gemmis, & id genus, de quibus si opus erit: quia reus in hac exceptione persistat, & eam probare conetur, dominus Tiberius offert se daturum informationes magnifico Consilio,
24 † & quas recipere poterit; quoniam in summariis potest quandocunque Iudex interrogare, & se informare, vt plenè tradit Fely. in c. cū Ioannes. nu. 11. & 12. de fid. instrumen. in c. ad petitionem. col. 5. de accusatio. & Dec. in c. 1. notab. 4. de iudic. & hoc quantum sit respectu instrumentorum, & aliorum iurium dubitatio
25 nem non habet, † cum quandocunque produci possint usque ad sententiam vigore statuti nostri sub Rubrica. Quòd iura produci. libro secundo cap. 55. sed & respectu testium indu-
26 cendorum idem iuris est dicendum, † nam cum talis paupertatis obiectio sit nouus articulus in processu non deductus poterit dominus Tiberius super eo testes deducere in probandis diuitiis non obstante lapsu termini probatorii, vt per Specul. de actore. §. 1. uersi. quid si postquam, quem sequitur & latius confirmat Marsil. in l. si quis nec quæstio. nu. 55. ff. de quæstioni. Vnde factis probationib. prædictis apparebit reum non esse pauperem, & per consequens nihil esse deducendum, prout punctaliter in dote determinat Brun. consi. 89.
27 † qui plus addit vnum notabile dictum, quòd stante iuramento in contractu posito, & promissione iurata de obseruando contēta in instrumento, non posse fieri talem deductionem, ne promittens egeat. cum iuramentum obliget præcisè ad factum. c. querelam. & ibi Butr. ne prælat. vices suas. & ibi plenius per Brun. Quare multum vana redditur hæc exceptio rei, quia iurauit in instrumento promissionis dotis in ampla forma attendere, obseruare &c.
28 † sicut & illa, quòd sit frater, qui non tenetur sorori de dote prouidere: id enim est falsum in sorore quæ aliunde non habet, vnde dotari possit. l. fin. C. de dot. promiss. l. cum plures. ff. de admi. tut. l. 1. vbi latè Rip. ff. sol. matr. Bald. nouel. in trac. de dote 6. parte speciali. 5. uersi. in fratre autem. & Boer. quæst. 129. & Cephal.
29 consil. 216. num. 15. † & ut concludam mirum quidem uidetur, quòd Reus Iureconsf. se pauperem faciat, & alleget, cum præter bona multa quę possidet, sola scientia legalis quam profitetur, thesaurus appelletur in prooe. ff. in versi. thesauros, & per eam homines ditissimi fiunt,
30 vt ibidem. in vers. ditissimi efficiantur, † cui deseruit tex. in §. fin. in auth. de hæred. & falcid. dicens, quòd lex non permittit quem in paupertate viuere, neque in anxietate mori. Vnde vulgò solēt illa duo carmina circūferri.

31 † *Dat Galenus opes, dat Sanctio Iustiniani.*
*Ex alys paleas, ex istis collige grana.*

Hinc Cererem legum & frumenti inuentricem ferunt, ad denotandum, quòd potissimè per scientiam legalem fiunt homines ditiores. Vnde non debet hic Reus doctor in prædictis audiri.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

## Pro magnifica Do. Mamma Romea de Flaschis.

### ARGVMENTVM.

De lucro dotis ex forma statuti propter vxoris mortem preambulum locum non haben te pluribus rationibus, & in eo consequendo vanam etiam mariti instantiam.

### SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis locum non habet ad fauorem mariti præmortua vxore quando constitutio dotis non valuit.*
2 *Bona minorum quæ seruari possunt non possunt in dotem dari sine decreto iudicis.*
*Et si fuerint alienata, alienatio redditur nulla.* 3.
4 *Non entium nulla sunt qualitates.*
5 *Statutum de dote restituenda soluto matrimonio nunquid locum habeat in dote filiæ per patrem legata. Ruinus quòd sic.*
*Sed auctor contra.* 9.
6 *Verbum intelligitur, denotat fictionem in his quæ sunt facti.*
7 *Fictio non cadit super impossibili.*
8 *Statutum de lucro dotis locū nō habet in ficta dote.*
*Nec vbi matrimonium non tenuit.* 11.
*Idq́; strictè venit intelligendum.* 12.
*Nec extra casum suum trahi debet. Et de ratione subycitur.*
13 *Ratio statuti de lucro dotis duplex assignatur in eo.*
*Prima depauperationis in restituendo dotem soluto matrimonio.*
*Altera de oneribus matrimony.* 15.
*Quam & Doctores considerant.* 16.
14 *Ratione statuti cessante, cessat & eius dispositio.*
17 *Statutum de lucro dotis cessare debet vbi maritus non sustinuit onera matrimony.*
*Et recusauit præstare alimenta vxori.* 18.
*Vel si vsque ad finem non perseuerauit in eis præstandis.* 19.
19 *Actum nihil esse credimus, donec aliquid superest addendum.*
20 *Maritus qui ab initio malè tractauit vxorem postea verò bene lucrum dotis non amittit ex forma statuti delatum.*
*Si verò primò benè postea uero malè tractauit eam id perdit.*
*Et volens illud ostendere debet se pro parte sua omni tempore impleuisse quod tenebatur.* 21.

Nec

*Nec sufficit oblatio tempore incongruo.* 22.
23 *Vxor nō tenetur se cōmittere fidei mariti sani minantis & verberantis eam.*
24 *Maritus priuari debet lucro dotis ex statuto de lato propter adulterium ab eo perpetratum.*
*Sicut & amittit donationem propter nuptias quam dedit vxori.*
*Et ingratus dotem non lucratur.* 25.
*Vt est adulterando.* 26.
26 *Maritus dicitur ingratus cōmittendo adulterium.*
27 *Copula carnalis ex quibus probetur.* 28.
28 *Probationum diuersæ species coniunguntur ad faciendum probationem perfectam.*
29 *Mariti confessio quòd rem habuerit cum alia fortior est alio teste qui de visu deponeret.*
*Qui tamen sufficeret.* 30.
31 *Indicia adulterij commissi qualia.*
32 *Testes singulares sufficiunt ad probandam carnalem coniunctionem. Qua reiterabilis est.*
*Et est communis opinio.* 33.
34 *Socius criminis admittitur in delictis quæ principaliter non fiunt in alterius odium.*

## CONSILIVM CLXXXIX.

*Auxilium meum à Domino.*

IN præsenti causa D. Gasparis Rugoletti cum magnifica D. Mamma Romea de Flaschis, in qua satis abunde scriptum video, pro vtraque parte, breuius rem absoluam quàm potero veluti latius loquendi copia mihi præerepta.

1 † Et in primis mihi videtur, quòd lucro dotis per Rugolettum intentato locus esse non possit, nititur enim instrumento dotis sibi promissæ, ac cōstitutæ post annos octo per sororios suos, quod nullum fuit declaratum per binas sententias conformes, igitur cum talis promissio & constitutio dotis non ualuerit, sequitur, ut in ea statuto de lucro dotis locus esse non possit, vt in terminis dicti statuti determinat Bal. & Castr. in l. 1. C. si aduers. dot. Roma. consil. 314. col. 1. Cuma. consi. 109. col. 2. & Corn. consil. 3. col. pen. vol. 3. ubi conside-
2 rat, † quòd cum bona minorum, quæ seruando seruari possunt, non possunt in dotem dari etiam cum auctoritate Tutoris, & curatoris, nisi interuenerit decretum Iudicis. l. lex, quæ tutores. C. de admin. tut. & ibi Bart. & cæteri, si quidem in constitutione dotis decretum iudicis non interuenerit, bona non dicuntur in dotem data, ex quo datio non ualuit. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. meritò statutum loquens de lucro dotis non debet sibi vindicare locum in dictis bonis, quæ non fuerunt data in dotem: validè sequitur Phanne. de Phanuc. in trac. de lucro dotis in versi. restituenda nume. 29. & longè plenius Roland. à Vall. in eod.
3 trac. quæstione 45. † ubi pariter mouetur: quia bona immobilia minorum non possunt aliena ri sine decreto, & si fit alienatio redditur nulla. l. magis puto. §. ne passim. ff. de reb. eorum. & in dote probat Bar. in l. prædia. C. de præd. mino. Bal. in l. nulla in fin. C. de iure dot. Calcan. consi. 11. in prin. Cuma. consi. 109. col. 2. Bald. consi. 108. vol. 1. sequitur quòd si nulla est, pro non factum censeri debet, arg. l. quoties. ff. qui satisd. cog. meritò non potest tractari de lucro
4 dotis, † quia non entium nullæ sunt qualitates. l. eius qui in prouincia. ff. si cert. pet. & in terminis de lucro dotis citat Bald. in l. 1. eolum. 1. C. si aduer. dot. cum simil. ut per eum. Sic igitur in casu quoque nostro dici deber, in quo dicta promissio dotis non valuit. Et licet statutum nostrum de dote restituenda soluto matrimonio nedum de dote data, promissaq; loquat, sed et quæ ex dispositione legis intelliga
5 tur constituta, † quæ uerba uerificari possunt in dote legata filiæ in testamento per patrem suum, prout in casu nostro: quia filia nubendo censetur promisisse soluere viro nomine dotis quantitatem sibi à patre legatam ex causa dotis, ideoque dicto statuto videtur adhuc esse locus, vt in specie decidit Ruin. consi. 224. uol. 1. motus ex not. per Bart. in disputa. mulier habens amplum patri. col. 6. vbi tenet, quòd si mulier secundo nubat, dos in primo matrimonio, licet inualido cōstituta intelligitur in secundo repetita, meritò sic & constituta in testamento à patre filiæ, quòd intelligatur data per eam marito propter destinationem patris præcedentem: Tamen hoc obiectum cessat ex alio statuto nostro de contract. minorum, quo cauetur, vt minor nec dotis constitutionem facere posit sine debitis solemnitatibus, neo ex illa quis audiri agendo, vel defendendo. Idemque tradit aliud statutum de indemni. mul. & earum contract. loquens de muliere maiore 25. ann. Vnde si domina Lucretia coniunx Rugoletti veluti minor annis 25. non potuisset expressam dotis cōstitutionem facere sine debitis solemnitatibus, nec fingi potest
6 id fecisse, † vt denotat uerbum intelligatur, positum in dicto statuto de dote restituenda, quod in his, quæ sunt facti (vt est dotis constitutio) denotat fictionem, vt per Bar. per illū tex. in l. si is qui pro emptore. in 3. opposit. ff. de vsucapio. vbi post Imol. Ias. concordantes
7 allegat nu. 93. † quia fictio non cadit super impossibili, vt not. in l. Gallus. §. si eius. ff. de liber. & posthum. & Bart. in d. l. si is qui. in dif-
8 finitione fictionis, & post eum cæteri. † & tale statutum fictam dotem non comprehendit. l. 3. §. hęc uerba. ff. de neg. gest. l. 1. §. hoc interdictum. de cisterna. ff. de font. cum concordantibus per Imol. & Alex. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & post. & in specie tradit Roland. à Valle in stat. de lucro dot. quæst. 75. nu.
9 10. † Nec obstat decisio Ruini in d. consi. 224. vol. 1. qui mouetur auctoritate Bart. in allegata sua

ta ſua diſputa. qui loquitur quãdo bona prius
fuerant in dotem conſtituta, ſecus quando nũ-
quam fuerunt in dotem data. tunc enim per
matrimonium non videtur tacitè actum, quòd
ſint in dotem. l. fin. C. de diuort. & in §. ſi quis
enim. in auct. de nup. quibus monetur Bart:
quod in caſu noſtro verificatur, vbi bona non
fuerunt in dotem data alicui viro D. Lucretiæ
ptiuſquam nupſerit Marigellę, cum fuerit ille
10 primus eius vir. † Pręterea Bart. loquitur de
dote conſtituta in matrimonio inualido, quod
ſufficit vt in ſecundo repetita intelligatur, &
Ruinus inde arguit ad lucrum dotis ex ſtatu-
11 to, quę illatio non eſt bona † cum dictum ſta-
tutum locum non habeat quando matrimo-
nium non tenuit. vt Bal. Ang. & Salyc. tradunt
in l. 1. C. de cond. ob cauſam, Ripa in Rubr. ff.
ſolut. matri. nu. 63. nec ſola deſtinatio dotis fa
cta per legatum patris facere debet locum lu-
cro dotis ex ſtatuto in præiudicium hęredum
vxoris præmorientis, ſicut quãdo dos verè fuit
conſtituta marito. Vnde ſtatutum prędictum
debet intelligi de dote, quæ intelligatur à le-
ge conſtituta per mulierem maiorem, quæ ſim
pliciter eã poſſet conſtituere, nõ autem quãdo
12 mulier eſſet minor, ſicq; † ſtrictè venit intelli-
gendum, cum ſit præter ius commune, vt per
Bald. in l. 2. C. de dot. promiſ. imò etiam con-
tra ius, vt per Ang. conſi. 158. col. 1. & cum ſit
pęnale: quia diminuit patrimonium mulieris
non eſt extra caſum ſuum trahendum, ſed ſtri-
ctiſsimè interpretandum, vt minus lædatur
diſpoſitio iuris communis, quàm ſit poſsibile
ſecundum Abb. conſ. 1. col. 2. uol. 1. & conſ.
79. col. 1. uolum. 2. Dec. conſ. 353. colum. 1. Iaſ.
conſ. 58. col. 1. conſi. 115. col. 1. & conſ. 135.
vol. 1. Pariſ. conſ. 127. col. 3. volum. 1. conſ. 34.
vol. 3. ſimil. per Roland. à Valle in trac. de lu-
cro dotis, quæſtione 2. & hoc ſolum funda-
mentum (meo iudicio) ſufficere deberet ad
victoriam D. Mammæ ac excluſione dicti Ru-
goletti à lucro memorato.

13 † Sed vt luculentius id demonſtretur ſecun
dò moueor ex ratione ſtatuti prædicti, quo ni-
titur Rugolettus, quæ duplex eſt, & vtraque fa
cit aduerſus eum. Prima eſt; quia multi pro re-
ſtitutione dotium hactenus depauperati ſunt,
nam ſecundum hanc rationẽ cum Rugolettus
dotem non receperit, & propterea partem ali-
quam non teneatur reſtituere, ſequitur vt de
pauperatione vereri non debeat, nec eã ſit in-
curſurus. Ideoq; lucro prædicto ob id inducto
14 locus eſſe non debet; † quia ceſſante ratione
ſtatuti debet eius diſpoſitio ceſſare, l. adigere.
§. quamuis. ff. de iure patro. l. quod dictum, &
ibi Bar. & Ang. ſic eam ſummantes. ff. de pact.
l. ulti. & ibi not. Fulgoſ. C. de edic. diu. Ad. tol-
len. clem. 1. & ibi Cardin. Floren. notab. 10.
de iudic. cum ſimil. per Tiraquel. in trac. ceſ-
15 ſante cauſa, prima parte nume. 125. † Altera
verò eſt ratio & multa onera matrimonii occur
runt incogitata, quæ planè demonſtrat ob one
ra matrimonii lucrum prædictum ab ipſo ſta-
tuto inductum fuiſſe, prout etiam dicta ratio
diceretur eſſe dicti ſtatuti, poſito quòd nõn
fuiſſet expreſſa, ſic enim tenet glo. quam ſequi
tur Alex. & Iaſ. qui communem teſtantur in l.
ſi donaturus. §. fin. ff. de cond. cauſ. dat. Bal. &
16 Fulg. in l. nõ ſine. C. de bon. quæ liber. † Abb.
conſ. 79. uol. 2. ubi dicit, quòd nulla alia ratio
aſsignari poteſt: niſi quia maritus ſuſtinendo
onera matrimonii incurrit multa damna, &
licet ad ſupportanda onera habeat dotem, ta-
men vt plurimum dos non ſufficit ad hæc one-
ra. Quinimò fiunt tot ſumptus in veſtibus, &
ornamentis, q dos in illis conſumitur, idẽque
tradit Alex. conſi. 129. col. 1. vol. 7. vbi conclu
dit, rationem finalẽ huius ſtatuti fuiſſe, quòd
maritus lucretur ipſam dotem in recompenſa-
tionem onerum & expenſarum, quæ plerunq;
per maritos ſupportantur, & cum prędictis
etiam concordat Ang. conſi. 180. col. 2. Angel.
in §. fuerat. col. 21. inſtit. de actio. Campeg. in
trac. dotis in ultima parte quæſt. 13. col. 2. Iaſ.
conſi. 135. col. pen. & fin. uol. 1. Dec. conſi. 67.
col. pen. & conſi. 402. nu. 7. Tiraq. in l. ſi unquã.
in verſ. donatione largitus nu. 216. C. de re-
17 uoc. dona. † & multis hanc opinionem exor-
nat Roland. à Valle in trac. de lucr. dot. quęſt.
quarta, ubi numero 12. inſerendo ſubiungit,
quòd ſi maritus non ſuſtinet onera matrimo-
nii non debet conſequi lucrum ex dicto ſta-
tuto ſibi delatum, citat Bald. in authen. dos
data, col. 2. C. de ſecund. nupt. hoc dicentem,
quem ſequitur Io. de Ana. in c. ſalubriter. col.
pen. de vſur. Alex. conſi. 122. colum. 4. volum.
7. Fely. in rubrica de ſponſal. col. 3. Iaſ. d. con-
ſil. 135. col. fin. volum. 1. & prior eis Salyc. in
l. cum te. nu. 5. C. de donat. ante nupt. Aret. in
l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir. colum. 2. ff. ſolut. matri.
Iaſ. in l. non tantum. C. de lega. & in authen.
præterea. C. unde vir & vxo. num. 21. & Dec.
ibid. num. 18. Rube. conſi. 19. Tiraquel. loco ci
tato nu. 231. & 235. Senat. Pedemonta. deciſ.
18 21. nume. 17. † At Rugolettus non ſuſtinuit
onera matrimonii, dum vixit D. Lucretia per
multum tẽpus ante illius mortem, & requiſi-
tus alimenta præſtare, ea recuſauit, vt in pro-
ceſſu, meritò dicto lucro priuari debet, vt præ-
ter allegatos tradit etiam Bal. conſi. 290. uol.
1. conſi. 110. vol. 2. conſi. 467. uol. 4. Aret. in d.
§. fuerat. col. 16. uerſ. Quartò quamuis. & alii
quos cumulat Roland. à Valle in trac. de lu-
cro dot. quęſtione 107. num. 44. uſque in fin.
19 † & poſito quòd per aliquod tempus à nuptiis
citra onera matrimonii ſupportaſſet; quia ta-
men non perſeuerauit Rugolettus uſque in fi-
nẽ, dicto lucro factus eſt indignus; nihil enim
actum credimus, donec aliquid supereſt addẽ
dum. l. cum Syllanianum. in fin. C. de his quib.
vt indig. quod verum eſt, vt inquit Bald. in
his, quæ requirunt perfectionem ex debito
Iuſtitiæ,

Iustitiæ, qualis est casus noster, vt si maritus velit habere commodum statuti per mortem vxoris præambulam debeat onus matrimonii tunc sustinere, nedum in præteritum sustinuisse.l.secundũ naturam.cũ ibi not.ff.de reg. iur.

20 † Cõfirmatur, sicut enim maritus qui à principio malè tractauit vxorem, postea verò cœpit eam bene tractare, non amittit hoc lucrum dotis à statuto delatum secundum Imol.in l.si cum dotem. §.fin autem.ff. solut. matri.vbi & Alex.col.3.& consi.123.col.2.uol.7.Rui.cons. 131.col.1.vol.4.cum simil.per Roland.à Vall. in d.trac.quæstione 70. ita paritere contra, si prius vxorem bene tractauit, postea malè, debet dictum lucrum perdere, vt contrariorum sit eadem disciplina.l.fin.§. contra quoque.ff.

21 de leg.3.† & cum agatur ad lucrum dotis ex statuto quod fundatur in oneribus matrimonii supportatis, debet ostendere se pro parte sua adimpleuisse omni tempore id ad quod tenebatur, & propter quod lucrum sibi debebatur ex statuto.c.1.& ibi Bal.quali.domi.propr. feud.priu. & in l. stipulatione taliũ.ff. de iure dot.demũq; in auth. dos data.in princ. C. de

22 don.ante nupt.† quòd nec sufficit oblatio tẽpore incongruo, tex.in l. Iulianus.§. offerri.ff. de actio.empt. Soc.consi.273.colum.2.uol.2.

Nec est excusandus iste Rugolettus, quòd aliquando se paratum obtulerit eam domi suæ alere, & onera matrimonii supportare, si ad eũ accederet; quoniam cum sœuitiam uiri sæpius illa fuerit experta, qui colafis, baculis, & id genus aliis, quæ sibi occurrebant eam percusserat, & iniuriosa verba in eã protulerat, valdeque minatoria de quibus abundè deponunt

23 testes, † non tenebatur ad eum accedere fideique suæ se committere c. literas. ad fi.de resti. spolia.& ibi glo.Butr. Abb.& Ancha. Bal. cõs. 240.vol.3.in nouis. Crau.consi.31. Petr. Gerard.sing. 65. Neuiz.in Sylu.sua nupt.lib.1. nõ est nubendum.nu.42. Tantoque magis ipsa iustam causam timoris habebat, quòd Rugolettus in domo socrus suę, & magnifici D. Cæsaris Flaschi fuerat sœuus admodum D. Lucretię, ubi tamen saltem propter eorum reuerentiam debuisset esse mitis erga dictam puellã, & cui ob tenellam ætatem nonnihil erat indulgendum. Quare si non abstinuit à contumeliis & verberibus in eam collatis in dicta domo, multo minus abstinuisset in domo propria separatus ab eis auth.multo magis.C.de sacro sanct. eccles. vnde vana redditur intentio sua.

24 † Tertiò priuari debet lucro statuti Rugolettus propter adulterium cum Hippolyta Ancilla socrus suæ commissum, nam videmus, quòd propter illud maritus perdit donationem propter nuptias, quam dedit vxori, prout declarat Abb.in c.plerunque.nu.5.de donatio.inter vir. & vxor. ergo tanto magis hoc lucrum dotis, quam non dedit.

25 † Confirmatur, nam maritus ingratus erga vxorem non lucratur dotem, vt tradit Rip.in l. fin.col.2.C.de reuo.donatio.& post eum Roland.à Valle in trac.de lucr.dot. quæst.64. nu.

26 10.† At adulterando dicitur ingratus in vxorem contra legem matrimonii committendo, ita quòd dos vxori debetur, nec ex ea tenetur vxor maritum alere, cum non debeat consequi premium propter matrimonium, quod violauit, vt tradit Bal.in l. vbi adhuc. col.5. C. de iure dot.& Io.Lup.in c.per vestras.§.19.ad fin. de do.inter vir.& ux.ergo lucro prędicto dotis locus esse non debet, & hoc conceditur ex aduerso in iure verum esse, sed nequaquam pro-

27 bari dicitur discurrendo testes. † Ego verò contrarium uerius existimo per tex. in c. præterea.de testi.vbi copula carnalis probatur ne dum per testimonium de uisu, verum etiam de auditu cum aliis adminiculis & fama, & ibi notat Abb.dicens quòd per solam famam non probatur carnalis copula, nec etiam per testimonium de auditu, nec per sola adminicula,

28 sed hæc simul iuncta probant, † ex quo colligit, quòd diuersæ species probationum simul coniunguntur ad faciendum probationem perfectam, deinde subdit, quòd ubi datur testimonium de visu non requiruntur alia adminicula ad probandum carnalem copulam, & cum Abb.latius idem tenet ibid.Fely.Bar. in l. 2. §.fin.ff.de adulter. Marsil.consi.1.nu. 47. Dec. consi.577.nu.12.Soc.Iun.conf.32.nu.12.vol. 2.cum similibus per Menoch. consi. 31.num.

29 18.cum sequẽ.† At in casu nostro omnia prædicta concurrunt, adest enim primò sextus testis deponens de confessione Rugoletti, quòd cum Hippolyta prædicta rem habuerit, & ꝙ sibi quandam saleam donauerit, hæc enim confessio sua plus est, quàm testis alius, qui de uisu deponeret, talẽ cũ tali rem habuisse, nõ enim per hoc inferret, ꝙ illam cognouerit, cum posset esse frigidus, aut maleficiatus, vel tũc coi-

30 re non potuerit, uel mulier esset arcta, † tamẽ depositio sufficeret; quia non potest talis actus carnalis magis strictè & necessariò percipi, ut declarat Abb.in d.c.prȩterea, Ioan. And.ac cæteri prout Fely.testatur, at Rugolettus, qui fuit in facto proprio, decipi non potest, & melius scit, an illam compresserit, quàm ꝙ alius deponeret eum uidisse super illam in actu uenereo.

31 † Accedit tertius & septimus Testis dicentes audiuisse ab omnibus domus D. Mammę, ꝙ Rugolettus secum in lecto sumpserat d.Hippolytam, quod uerisimile putant & credendum; quia uiderunt eos solos in frumentis, & sæpius simul iocari, & à quodam Luca audiuisse, ꝙ Rugolettus illi dare uoluerat saleam ferendam ad d.Hippolytam dono nomine suo, concurrit & quartus testis deponens de confessione d.Hippolytæ facta D.Mammæ quòd fuisset ter aut quater cognita à Rugoletto, idemque deponit actualiter ipsa Hippolyta. Vnde satis abundè concurrunt omnia, de quibus

bus in d.c. præterea. de testi. quæ in probanda copula carnali desiderantur, prout etiam tenet Alberic. de Malet. in tracta. de testi. cap. 9. nu-
32 mero 26. † Et dato quòd dici posset testes præ dictos esse singulares in suis dictis. Tamen quoniam tractatur de probanda carnali coniunctione, quæ reiterabilis est, & multiplicabilis, sequitur, quòd singularitas eorum non nocet probationi. l. Ariani. vbi Butrig. & alii. C. de hæretic. & in l. ob carmen. §. fina. vbi quoque Fulgos. ff. de testi. Corn. consilio 91. num. 42. consi. 134. volum. 1. consil. 34. colum. 2. consilio 247. columna 6. vol. 2. consil. 286. volum. 3.
33 vbi communem testatur, sequitur Socin. consilio 95. colum. pen. volum. 3. Curt. Iun. consilio 64. num. 7. Roch. de Curte in c. fin. nu. 622. de consuetud. quinta dubitatione Crau. consilio 73. num. 32. consilio 78. nume. 6. & in tracta. de antiq. temp. quarta parte sub num. 157. vers. Eademque ratione & in terminis nostris Socin. Iun. consi. 99. columna secunda, volumine secundo, quæ fuit sententia Hostiens. in summa de testi. §. quæ diuersitates, columna prima. Zasi. consilio 11. numero 15. volumine secundo, de quibus supra memini consilio 7. nu-
34 mero 38. & 82. † Nec Hippolytæ dictum corruit ex eo, quòd sociá criminis dicatur: quoniam in delictis quæ principaliter non perpetrantur in odium alicuius, sed ob commodum committentium, vt est copula carnalis, furtum, falsificare monetam & id genus, socius criminis de socio potest interrogari, vt est doctrina Bartoli in l. repeti. §. primo. ff. de quæstioni. sequitur Abb. in cap. primo, de confess. Crot. in tracta. de testi. tertia parte, numero 93. Ludouic. de Alferiis consilio 43. numero 8. primo Tomo crimin. & plenè Blan. attingit in l. fina. numero 371. cum sequen. ff. de quæstioni. & sequitur Francisc. de Cason. in tract. de tormentis cap. 16. ad fin.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

## Pro Magnifico Domino Fuluio Paciano Mutinense dilectissimo discipulo meo.

### ARGVMENTVM.

De bonis fideicommisso subiectis alienatis per fideicommissarios vindicandis, statutoque Mutinæ quodam pulchrè declarato.

### *SVMMARIVM.*

1 *Fideicommissarius consentiens alienationi rei facta ob æs alienum sibi quò ad rem præiudicat licet non quò ad pretium.* 3.
*Nec vt fideicommissum penitus perdat.* 2.
*Quod procedit inære alieno hæreditario & sic testatoris non autem grauati.* 36. 37.

4 *Consentiens vti consanguineus minori vel mulieri vigore statuti nunquid sibi præiudicet in fideicommisso.*
*Socinus consilio 43. columna penultima, volumine quarto, quòd sic.* 8.
*Sed auctor contra.* 40.
*Damnans Socinum.* 47.

5 *Consentiens ad actus substantiam sibi præiudicat.*
*Quando consentiens habet ius in re & eo respectu consentit.* 49.

6 *Filius exhæredatus petendo legatum pro legatario repellitur à querela.*
*Et de ratione.* 51.

8 *Pater aduocatus in causa filiorum non potest contrauenire gestis ipsorum filiorum.*

9 *Protestatio simplex saluo iure meo, non prodest.*
*Sed contra Iason.* 10. & 54.
*Idemq; latius verbis conceptis.* 52.
*Nam consensus pro non consensu reputari debet.* 53.

11 *Bona subiecta fideicommisso possunt alienari pro dote danda vel restituenda.*
*Siue dotis obligatio præcesserit grauamen fideicommissi siue postea secuta fuerit.* 12.
*Et est communis opinio.* 13. 14.

15 *Filius consumendo bona non potest obligationem patris circa dotem tollere.*
*Quæ sententia communis est.* 16.

16 *Auus tenetur dotare neptem patre non habente vnde dotet.*
*Quod de conceptis & natis intelligitur, aliàs secus.* 57.

17 *Patris consumptio non debet filiabus suis nocere.* 18.
*In quo Iason damnatur.* 19. *Castrensis consil.* 14. *ad fin. declaratur.* 20.

21 *Filius grauatus alienando legitimam & Trebellianicam, postea dotando filias an dicatur euertere fideicommissum.* 24.
*Curtij Iun. declaratio ponitur.* 22.

23 *Alienata primo loco computantur in legitimam & Trebellianicam.*

25 *Præsumitur quis sine filijs decessisse.*
*Et dicenti contrarium incumbit onus probandi.* 26.

27 *Res fideicommisso subiecta vindicari potest eo purificato.*
*Et non petitum transmittitur ad hæredes.* 28.

29 *Fideicommissarius moriens ante aditam hæreditatem transmittit fideicommissum ad hæredes.*
*Et est communis opi.* 30.

31 *Restitutio re vel verbo non est necessaria secuta alienatione.*
*Nec fieri potest.*
*Factaq; censetur ipso iure.* 32.
*Item nec de æquitate Canonica.* 33.

34 *Fideicommissarius probare debet res fuisse in dominio testatoris quādo agit cōtra tertios possessores.*

35 *Dominij probatio difficilis est.*

35 *Transmissionis beneficium hæredi hæredis competit.*
*Et est communis opi.*

37 *Aes alienum testatoris minuit fideicommissum.*
*Item legitimam.* 38.
*Aes tamē alienū grauati nō minuit fideicōmissū.* 39

*Filia*

*Filia grauata post consumptam legitimã & Treb. non potest minuere fideicommissum causa dotis dandæ.*

40 *Consanguineus adhibitus in contractu mulieris ex forma statuti videtur adhibitus vt eius personam integraret non autem vt sibi præiudicet.* 43.

41 *Aduocatus vindicans rem suam vt sui clientuli sibi non præiudicat.*

42 *Aliud est aduocare aliud rem suo nomine defendere.*

44 *Consensus adhibitus non præiudicat vbi prohiberi non potuisset.* 45.

46 *Fideicommissarius interueniens vt testis sibi non præiudicat.*

48 *Actus agentium non debent operari præter eorum intentionem.*

50 *Consentiens simpliciter & voluntariè pro suo interesse videtur adhibitus & donasse videtur.*

53 *Consensus cum protestationem pro non consensu habetur.*

*Et videtur quædam nugatio.*

55 *Protestationi nõ consentiens quando sibi nõ prodest,*

56 *Vocatus vltimo loco potest alienare.*

57 *Propositum in mente retentum nihil releuat.*

59 *Obligatio non nascitur ante conditionis euentum.*

60 *Nepotes concepti post mortem aui non sunt sui hæredes.*

61 *Transmißio non fit de iure non competente.*

62 *Dos filiæ nondum nubili non debetur.*

63 *Statutum Mutinæ de non danda licentia vendendi res pupillorum declaratur.* 66.

64 *Vrgere dicitur quod habet instantem necessitatem.*

65 *Inclusio vnius temporis est alterius exclusio.*

67 *Genitiuus denotat dominium.*

68 *Præsuppositum statuti verificari debet vt locum habeat.*

69 *Statutum disponens quidcum certis modificationibus dicitur inducere formam.*

*Et quando aliter disponit quàm de iure communi.* 70.

71 *Actus dicitur nullus non seruata iurisdictione nouiter in statuto concessa limitatè.*

*Et etiam apposita clausula annullatiua.* 72.

73 *Statutum tollere potest iuramentum fingendo id dolo ac metu extortum.*

74 *Præsumptio statuti habetur pro veritate.*

75 *Grauanti succeditur in fideicommisso non autem grauato.*

76 *Error in causa finali vitiat venditionem. seu donationem.* 77.

*Et institutionem.*

78 *Decretum iudicis pro parte nullum redditur in totum nullum.*

*Velut indiuiduum.* 79.

*Et est communis opi.* 80.

*Idem si fuerit obreptum iudici.* 81.

*Vel ex falsa causa interpositum.* 83.

82 *Præsumitur in dubio pro decreto nisi aliud appareat.*

*Mater diues tenetur dotare filias mortuo patre inope.*

## CONSILIVM CXC.

### *Auxilium meum à Domino.*

MAGNIFICVS olim D. Ioannes Pacianus Mutinensis suos hæredes instituit D. Bartholomeum & Thomam filios suos, & si quis eorum decesserit sine filiis masculis, superuiuentem substituit, quo mortuo & facta diuisione bonorum inter fratres, dominus Bartholomeus tot ex eis alienauit, quæ legitimam & trebellianicam absorbent, subindeque decesit sine filiis masculis, relictis quatuor filiabus, quarum mater & illæ simul vendiderunt vnam possesionem fideicommisso subnixam. Vnde quæritur an hæredes domini Thomæ fideicõmissarii vindicare posint ab emptore possesionem prædictam, vel alio remedio sibi cõsulere posint.

1 † Et prima consideratione dicendum videtur, quòd nequaquam: quia proponitur in facto D. Thomam cõsensisse dictæ uenditioni factæ ex necesitate æris alieni, quo stante videtur sibi præiudicasse quò ad rem, licet secus quò ad pretium. l. si fundum per fideicommissum. ff. de leg. 1. vbi dicitur, quòd si fundus per fideicommissum relictus venditus fuerit propter æs alienum præsente fideicommissario, placet non fundum, sed eius pretium restitui

2 debere, † nam tali casu dicit glo. fideicommissarius consensit eo animo vt non perderet fideicommissum: fecit enim vt subueniret necesitati hæredum vt ex pretio fundi legati vẽditi possent hæredes satisfacere creditoribus, non autem vt in totum iuri suo præiudicaret, vt post Angel. Cuma. Imol. & Castrens. concludunt, & Ias. ibidem nu. 18. dicens ibi dari regressum ad pretium, non autem ad rem, vt in litera dicitur. Quare sic in casu nostro videtur dicendum, in quo facta fuit alienatio, consensitque D. Thomas ex necesitate predicta, agãt igitur eius hæredes ad pretium contra uenditrices: quoniam contra emptorem dictæ

3 possesionis experiri non possunt, † & præter illum tex. clarior accedit in l. nihil. §. 1. ff. de leg. primò, dicens omnibus quibus fideicõmissum relictum est ad distractionem consentientibus. nullam fideicommisi petitionem superfuturam. Ad idem pulcherrimus tex. in l. quoties ab omnibus. C. de fideicommis. dicens, quoties ab omnibus, qui alienatione facta ad fideicommisi petitionem aspirare possunt, venditio celebratur, aut quibusdam uendentibus alii consenserint, contractus auctoritas conuelli nequaquam potest, & hæc & alia iura citat ad hoc Menoch. consi. 58. num. 28. cum sequentibus, deinde plures idem tenentes vt Rom. consi. 457. in fin. Alex. consi. 8. nu. 4. vol. 5. consi. 150. in fi. uol. 7. Ias. in d. l. quoties.

ties. Cuma consi.33. Deci. consi. 604. num. 6. cum similibus.

4 † Nec dictis hæredibus prodesse videtur, si dicant, quòd D. Thomas consensit dictæ venditioni non simpliciter, sed vigore statuti Murinæ de indemnit. mulier. requirentis talem cõsensum illius vti consanguinei in contractibus
5 minorum & mulierum, † quoniam qui consentit ad actus substantiam, sibi præiudicat. l. fideiussor. §. pater. ff. de pignori. vbi filius emancipatus subscribendo chirographum, quo pater domum filii pignori obligabat, sibi præiudicat: quia talis cõsensus interuenit ad actus substantiam, cum pater non posset obligare pignori rẽ alienam, hoc est filii eo inuito. l. quæ prædia. C. si alie. res pign. & not. in l. 1. in prin. ff. de pi-
6 gnori. † & per d. §. pater. ita concludit etiam glo. Bar. & Salyc. in l. Gaius. ff. de pignor. actio.

Confirmatur ex l. fin. ff. de inoffi. testamen. vbi si filius exhæredatus extitit aduocatus vel procurator legatarii ad petendum legatum in testamento relictum, in quo fuit exhæredatus, repellitur à querela: quia tale iudicium defuncti comprobauit. Item subdit, quòd si filius exhæredatus hæres extitit legatario, & tanquam legatarius petat legatum, an excludatur à querela, & subiungit, quòd tutius faciet, si se abstineat à petitione legati, sentiens eum à querela repelli: quia testatoris voluntatem compro-
7 bauit, † sicut ergo videmus ibi, quòd altera est persona aduocati, altera legatarii, & tamen ibi factum aduocati, vel legatarii eum iure suo priuat. Ita dicendum videtur in casu nostro, quòd consensus D. Thomæ, vt consanguinei priuet eum iure suo sibi vt fideicommissario compe-
8 tenti. † Hinc Castr. consi. 314. in fin. volum. 2. voluit, patrem, qui fuit aduocatus in causa filiorum, non posse postea contrauenire gestis ipsorum filiorum, & in terminis nostris hoc voluit Soci. consi. 43. col. pen. vol. 4. vbi cõcludit, maiorem consanguineum consentientem minori super contractu rei subiectæ fideicommisso, & ex eo sibi debitæ sibi præiudicare, licet præstiterit consensum vigore statuti id exigentis, ex quo consensit ad actus substantiam: quia cõtractus non valuisset sine consensu suo, sequitur Crau. in illa quæstione super statuto de indemnit. mulier. num. 38. impressa post tract. de antiq. temp. & Menoch. in d. consi. 58. num. 35.

9 † Nec insuper protestatio per D. Thomam adhibita de non derogando iuribus suis per illum cõsensum, sibi videtur opitulari posse, per doctrinam Ias. in d. l. si fundum per fideicommissum. sub num. 17. vbi damnat Bart. dicentẽ, quòd si fideicommissarius consensit saluo iure suo simpliciter, non præiudicat sibi in aliquo,
10 nec in proprietate, nec in pretio, † nam hoc non est verum, dicit Ias. quia eo ipso quòd consentio, quòd rem meam vẽdas saluo iure meo, sum contentus de venditione rei, & in ea mihi præiudicare, & per illa verba, saluo iure meo, volo tantum quòd saluum sit ius quò ad pretium, non autem quò ad rem, ex quo expressè consensi, quòd venderetur, quare sequitur ex prædictis vindicationi dictæ possessionis locum non esse.

Secundò præter dictum consensum confirmatur dicta conclusio. Nam dictum fuit in instrumẽto, quòd residuum pecuniarum, quæ nõ soluerentur creditoribus hæreditatiis deponi
11 deberet ad finem maritandi filias. † Vnde succedit, quòd pro dote dãda, vel restituenda nedum possunt alienari bona subiecta fideicommisso, quando dotis obligatio præcessit grauamen fideicommissi, vt voluit Ange. in auth. de restit. & ea quæ parit. in princ. col. pen. quem sequitur Ias. in auth. res quæ. col. pen. versi. Quinto limita. C. communia de legat. Rui. cõs. 123. num. 13. vol. 2. & Paris. consi. 52. num. 34. vol. 2.
12 † Sed etiam quando grauamen præcessit dotis obligationem, vt plenè deducit Alex. consi. 64. visis & ponderatis, vol. 4. quod consilium qui-
13 dam attribuunt Ioan. de Anan. consi. 61. † vbi ostendit hanc esse communem, secundùm Bar. Bald. Angel. & Salyc. quos ibi refert, & idem Soci. consi. 21. vol 3. Dec. latè consi. 376. & cõsi. 519. & Curt. Iun. pulchrè confirmans consi-
14 lio 59. per totum. † qui dicit esse communẽ, vnde Castr. in d. auth. res quę. col. pen. consi. 13. & 14. in antiq. dicit, quòd si filius fideicommisso grauatus consumpsit legitimam & trebellianicam, tempore restitutionis dotis potest vxor sua minuere bona subiecta fideicommisso pro eius satisfactione, nam debet attendi tempus dictæ restitutionis, quo non adest legitima & Trebellianica, licet in præteritum adesset ante consumptionẽ, nec alienatio mariti debet vxo-
15 ri suæ nocere, † & sicut, inquit Castren. si pater obligasset bona sua pro restitutione dotis, filius consumendo bona non posset illam obligationem tollere, ita etiam si nõ obligauit: quia pro obligatis habẽtur, ex quo de necessitate pater tenebatur obligare, vt post eũ concludit Dec.
16 in d. consi. 376. & consi. 519. col. 2. † & cũ prædictis etiam concordat Rubeus Alexandri. cõsil. 78. in prin. qui communem testatur, quæ cũ ita sint, pariter in casu nostro dicendum videtur, quòd cum D. Ioannes auus filiarum D. Bartholomęi teneretur eas dotare, nõ habente domino Bartholomęo vnde dotaret eas, vt ponũt Alex. Ias. & Rip. in l. 1. ff. solut. matri. licet non obligauerit bona sua pro danda dote dictis nepotibus suis, tamẽ pro obligatis censeri debeãt,
17 ex quo tenebatur ad id, † meritò licet D. Bartholomęus eius filius & grauatus fideicommisso consumpserit legitimam & Trebellianicam, mater earum pro eis dotandis potuit minuere bona subiecta fideicommisso vendendo dictam possessionem, ne consumptio patris no-
18 ceat filiabus suis, & licet in præteritum habuerit D. Bartholomęus ante cõsumptionem tantũ ratione suę legitimę & Trebellianicę, quod potuisset

potuisset eas dotare,tamen satis est,quòd tempore dotationis earum non adfuerit, velut cōsumptam, vt ad bona subiecta fideicōmisso velut obligata potuerint mater & illæ se conuertere,vt de vxore concludit ad vnguem Castr.in
19 allegato consi. 14. ad fin. † & hinc periculosa videtur decisio Ias.in d.auth. res quæ.ad fin. & D. meus Riminaldus cōs.115.nu.9. qui dicūt, consumptionem filii sibi nocere,& filiis suis,licet non vxori, quod enim de filiis dicunt,non
20 probant, † nec id dicit Castr. in locis citatis, sed benè quòd filius consumendo sibi præiudicare potest,sed nō vxori, quò fit, vt nec filiabus suis in dote consequenda stante aui obligatione legali,& pro facta, vt Castren.considerat de vxore loquēs, nam eadem ratio pro filiabus viget, quando dicit in dicto cons.14.quòd culpa vnius aliis nocere non debet, & eodem errore labitur Grat.respons.17.num.22. vol.1. citans Ias.in d.auth.res quæ.col.fin.

21 † Nec huic conclusioni repugnare videtur vnum,quòd secundùm eam diceretur in facultate filii grauati reddere fideicommissum elusorium alienando legitimam & trebellianicā, & postea dotando filias de bonis fideicommisso subiectis; quoniam respondet ad hoc Curt. Iun.in allegato consi.59.colum.fin.in vxore filii grauati loquens, per hoc non resultare euer
22 sionem totius fideicommissi, † licet enim mulier in bonis, quæ reperiuntur relicta per fideicommissum consequeretur dotis suæ restitutionem,non propterea resultaret euersio fideicommissi; quia fideicommissarii possent retractare alienationes iam factas virtute fidei-
23 commissi,nec possent emptores dicere, †quòd primo loco alienata computari debeant in legitimam & trebellianicam, iuxta l. Marcellus. §.res quæ.ff.ad Treb. quia istud procedere posset, quando tractaretur de præiudicio ipsius filii tantum, secus quando tractaretur de præiudicio mulieris in consequenda dote sua, quod ei concedunt doctores supra citati in bonis fideicommisso subiectis, non obstante consumptione legitimæ & trebellianicæ facta per filiū grauatum, & tamen nullus inficiatur hoc casu, quin fideicōmissarii possint reuocare alienata virtute substitutionis fideicōmissariæ, nec possunt emptores dicere, ꝙ primò alienata imputentur in legitimam & trebellianicā,& hoc modo concludit Curt.Iun.tolli rigorē, qui videbatur resultare de euersione fideicōmissi, miraturq; ꝙ Doctores hoc non considerauerint:
24 † Quod.n.dicit Curt.Iun.ad fauorē vxoris filii grauati, militat etiā,& adaptari potest ad eius filias, vt dotari possint in bonis subiectis fideicommisso,dato regressu fideicommissariis ad bona prius alienata per filium grauatum,sic.n. militat idem fauor, & eadem æquitatis ratio. Et hæc sunt, quæ ad fauorem emptoris dictæ possessionis adduci posse videntur.

Quibus tamen non obstantibus,arbitror, ꝙ hæredes D. Thomæ vindicare possint dictam possessionem ab eius emptore, pro cuius conclusionis fundamento præmitto,ꝙ de fideicommisso facto per D. Ioannem manifestè patet in eius testamento, in quo Bartholomæū & Thomam filios hæredes instituit,& si quis eorū decesserit sine filiis masculis, substituit ei vulgariter & pupillariter, & per fideicōmissum super-
25 uiuentem, † at D. Bartholomeus prædecessit D.Thomæ,& sine filiis masculis, vt præsumitur secundùm Alex.cons.20.in fin.volum.7. Deci. cons.86.col.3.in fi.Capic. decis.159. num. 12.
26 & Bellon. cons.19. num.3. † Vnde bene Bart. in l. ex facto.§.si quis autem.ff.ad Trebel. dicit, quòd ei qui dicit filios superuixisse.& sic conditionem fideicōmissi defecisse, incumbit onus probandi; meritò sequitur,non probato,quòd D.Bartholomæus reliquerit filios masculos casum fideicommissi euenisse in personam ipsius
27 D.Thomæ, † quo stante, sequitur dictā possessionē vindicari posse per hæredes suos, per tex. in fortiori casu loquētē in l.fi.§.finautē.C.cōia de leg.quando res vendita fuit pendente cōditione fideicōmissi,quod vindicari possit eo purificato, multo magis ergo si vendita fuit eo iā purificato,prout erat tempore venditionis, veluti iam defuncto D. Bartholomæo grauato,argumento auth. multo magis. C. de sacrosanct. eccles. idemq; tradit Alex. cons. 178. col.fina. vol.5.Dec.cons.236.col.5. Tobias Nonius cō-
28 sil 39.num.1. † Et posito, quòd D. Thomas id fideicommissum non petiisset, nec agnouisset, dum vixit, nihilominus cum eius hæredes sint filii sui,tale fideicommissum purificatum viuente D.Thoma per mortem D. Bartholomęi sine filiis masculis non agnitum fuit in eos transmissū.l.3.vbi Bar.Bal.Ang. Flor. Castr.& Cor. C.de fideicom. cū simil.vt ibi per Ias. notab.3. Alex.in l.si quis priore. col.fin. ff.ad Treb. Neuiz.cons.53.num.8.& est casus in l.vnica. C.de his qui ante aper.tab. ampliatq; Rip. in l.hæredes mei.§.cum ita. nu.57. ff.ad Treb. & in l. cū
29 filio.colum.fin.ff.de legat.1. † vbi tenet, quòd fideicōmissarius vniuersalis moriens ante aditam hæreditatem, transmittat vniuersale fideicommissum ad hæredes post Bar. Aret. Soci.&
30 alios vt per eum,& ponit Soc. † qui cōmunem testatur consi.fin.vol.1. & Roland.à Valle consil.46.num.6.vol.3. & formam libelli, quæ facilè casui nostro poterit adaptari, ponit Castr. cons.94.clarum est in iure. col.fi. vol.2. sicut & Pract. Pap. in forma libelli quo agitur ex sub-
31 stitutione, † Nec opus est restitutione re vel verbo,duplici respectu:primo,quia secuta alienatione non est necessaria. immo nec fieri potest, vtpote grauato desinēte esse dominum,vt per gl.Bar.& alios in d.§. finautem. & per Dec. in c.in præsentia.secundo notab. de probat. & pulchrè declarat Bero. consilio 129. num. 15.
32 vol. 2. † vbi dicit, quòd propter alienationem factā à grauato statim & ipso iure cēsetur facta

restitutio fideicommissi, adeo quod absq; alia verbali seu reali restitutione dominiũ bonorũ alienatorum dicitur in fideicommissarium translatum, sibiq; cõpetit rei vindicatio ad dicta bona alienata, idẽq; firmat cons. 191. vol. 3. & tradit Rui. cõs. 119. nu. 4. vol. 2. & cõsi. 59. n. 16. vol. 4.
33 †Secundò quia de æquitate canonica potest agi nõ facta restitutione, vt euitetur circuitus,
34 secundùm Bal. & Dec. in d. c. in præsentia, † id tantum opus erit probare, quod dicta possessio fuerit in dominio testatoris, cum agendum sit contra tertium possessorem, vt per Bal. cons. 4. Castr. cons. 10. in antiq. aliàs cõs. 94. vol. 2. in nou. Crauet. cons. 61. col. pen. cons. 316. col. fin. Ioachi. Misinger. in trac. de obseruati. patrocinio. 18. Natta cons. 400. col. fi. & Rolan. à Valle cõ-
35 sil. 46. col. 2. vol. 3. † sed & aliter & facilius sibi consulere possunt hæredes prædicti, quàm vindicando: quoniam probatio dominii difficilis est. l. cum res. vbi not. C. de probat. intentando scilicet remediũ. l. fi. C. de edi. diu. Adr. tollen. ex persona scilicet D. Thomæ fideicommissarii patris sui in testamento scripti, & iure illius in eos transmisso dictum enim beneficiũ hæredi hæredis competit, vt declarant Bart. & alii communiter in d. l. fin. vt per D. meum Zucardum num. 191. & num. 196. vbi dicit id esse transmissibile, libellusque formari poterit, vt per eum. num. 265. qui cum videri possit, non transcribo. Quare fundatur ex prædictis intentio dictorum hæredum.
36 † Sola difficultas remanet in tollendis contrariis, quæ tamen verè non obstant. Nanq; ad primum de l. si fundũ per fideicõmissum. ff. de leg. 1. vbi si fundus restitutioni subiectus vendatur propter æs alienum fideicommissario consentiẽte sibi præiudicat fideicõmissarius in fundo, quominus eum consequi possit, dico quod ille tex. loquitur de ære alieno hęreditario, scilicet testatoris, qui fideicommissum reliquit, at hæc possessio vendita fuit pro ære alieno D. Bartho
37 lomęi grauati fideicommisso, † inter quos casus est longa differentia, nã ęs alienũ testatoris minuit fideicõmissum, probatur, nã legitima minuit fideicõmissum, glo. in auth. similiter. C. ad leg. Falci. Alex. cõs. 165. vol. 5. Bar. Imol. Alex. & Soc. in l. Marcellus. §. idem Pomponius. ff. ad
38 Trebel. Bero. cons. 93. nu. 83. vol. 2. † at æs alienum minuit legitimã. l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffi. testa. Bar. & omnes in l. in quartã. ff. ad leg. Falci. ergo multo magis minuit fideicommissum per regulam, si vinco vincẽtem te, multo fortius vinco te. l. vindicãtem. ff. de euic. Vnde nimirum si fideicommissarius cõsentiẽs alienationi rei subiectę fideicommisso propter
39 æs alienũ testatoris facilè sibi præiudicat, † at æs alienum grauati & quod ipse contraxit, non minuit fideicommissum, patet in casu fortiori quem ponit Castr. consi. 13. quia per suprascriptum. col. fin. in antiq. vbi vult, quòd filia grauata fideicommisso post ab ea consumptam legitimam & trebellianicam non possit fideicõmissum minuere ob causam dotis ab ea dandã, & tamen quantum dos sit fauorabilis cantat tex. in l. 1. ff. solut. matri. & lippis ac tonsoribus est notissimũ, meritò non ita facilè debet hoc casu fideicommissarius sibi præiudicare cõsentiendo alienationi. Sed vtcũq; sit aduerti debet, quod D. Thomas, qui consentit dictis mulieribus vti consanguineus in eo contractu, quem nõ poterant celebrare sine cõsesu propinquorũ
40 † nequaquã præiudicauit iuribus suis ex causa dicti fideicõmissi; quia non fuit ad hoc adhibitus, nec uidetur illis consensisse, vt sibi præiudicaret, sed ut personam illarũ mulierum integraret, quæ sine eo contrahere non poterãt, ita pulcherrimè decidit D. meus Vberti. Zuchard.
41 in l. 1. C. de pact. sub nu. 91. † adducens optimum simile tex. in l. inter officiũ. ff. de rei vindic. qui dicit, quod aduocatus vindicãs rem, quæ est sua, ut rem sui clientuli non facit sibi præiu
42 dicium in iuribus suis † ratio est secũdũ Ang. ibi; quia aliud est aduocare, aliud est rẽ suo nomine defendere, nã cũ primò cõparuerit vt aduocatus, nũc venit vt pars, ideo nõ remouetur
43 à iure suo, quod habet in eo fundo, † idemque tenet Bald. Butrig. & Alberi. siue sciuerit siue ignorauerit, vt per eos, & quod inquit D. meus Zuchard. talem consensum propinquorũ requisitũ ex forma statuti in contractibus mulierum & minorum requiri ad integrandam earum personã, & ne decipiãtur tradũt Bar. & doctor. in l. trãsactione. C. de transactio. quos sequitur D. meus Rimin. consi. 63. nu. 33. cons. 151. nu. 18. & cons. 249. ad finem. Vnde ad eum finem adhibitus nõ debet alium effectum operari. l.
44 legata inutiliter. ff. de adim. leg. † Præterea quando quis consentit circa id quod non potuisset impedire per suam prohibitionem, & contradictionem, talis consensus sibi non nocet. l. Gaius. ff. de pignor. actio. & ponit Do. meus Rimin. cons. 346. nn. 16. At quis uendere potest rem alienam quantumcunque domino reluctante & inuito. l. rem alienam. ff. de contrahen. empt. meritò dominus Thomas cõsentiendo venditioni dictæ possessionis sibi debitæ ex fideicõmisso, nõ dicitur sibi præiudicasse nec talis eius cõsensus dicitur sibi nocuisse, cũ potuissent illæ mulieres eã vendere inuito D.
45 Thoma, † ultra D. meum Rimi. tenent hoc idẽ priores eo glo. & Salyc. in d. l. Gaius in 6. solutione illius tex. & in l. fideiussor. §. pater. ff. de pignori. concluditque Saly. quod est multum notanda, & ideo cordi tenenda, & ad hoc etiam benè deseruit tex. notab. in l. Titia. §. Lucia. ff.
46 de leg. 2. † vbi si fideicõmissarius interueniat vt testis diuisioni inter alios factæ de re ipsi debita per fideicõmissum, eique subscribat, nõ tamen sibi præiudicat: quia tale officium interueniendi vt testis sibi nõ debet esse damnosum, vt ibi dicitur, & in d. l. Gaius, ergo pariter quando fideicõmissarius interuenit, & cõsensit

vt consanguineus requisitus ex forma statuti non debet sibi nocere, nec eius officium sibi dā
47 nosum esse, † ex quibus apparet auctoritatem Socini in allegato suo consi.43.volum.4. periculosam esse, quando quis consensit vt consanguineus, prout in casu nostro dicitur in instrumento. ibi. Cum consensibus & auctoritatibus D. Thomæ &c. earum attinentium proximiorum, consensum & auctoritatem & parabolam prestantium dictis mulieribus & pupillis. Patet enim eos non vt intereſſatos consensisse, nec vt eorum interesse renunciarent, vel illud tollerent, sed vt attinentes tantum darent consensum. auctoritatem & parabolam dictis mulieribus, quæ sine ipsis illum contractum facere non poterant, igitur cum ad solennizandum actū consenserint, non videtur quòd voluerint sibi
48 præiudicare, † quia actus agentium non debet operari vltra eorum intentionem. l. non omnis. ff. si cert. pet. & per ea, quæ notantur in teste se subscribente actui, qui sibi non præiudicat, vt in d.l. Gaius. & in d. §. Lucia, quam rationem & exemplum benè deducit Socin. sed eis
49 non respondet, † quod verò dicit Soci. de cōsentiente ad actus substantiam, validitatem, vel solemnitatem procedunt, quando cōsentit, vt ius habens in re, prout apparet in d. §. pater, quādo filius emācipatus subscribit se chirographo pignoris obligationis per eius patrē facto de re ipsius filii, tūc.n. cū filius nec vt testis nec vt consanguineus necessarius ex forma statuti interuenerit, oportet dicere, φ interuenerit vt dn̄s, & pro pprio interesse, meritò nimirū si sibi pindicat subscribendo, & ita de illo casu ad nostrū malè Soci. fuit argumētatus meo iudicio.
50 † Ad textum in l.nihil. §. 1. ff. de leg. 1. & in l. quoties. C. de fideicom. respondetur, vt de mente Doctorum declarat Castr. in d.l. si fundum per fideicōmissum, quòd procedunt, quādo quis cōsensit simpliciter, & voluntariè; quia pro interesse suo censetur adhibitus, & donasse videtur, secus autem quādo suberat alia causa consentiendi propter æs alienum, vt ibi, vel vt in casu nostro contemplatione minoris, vt eius persona integraretur ex interuentu consanguinei secundum formam statuti.
51 † Ad text. verò in l.si. ff. de inoffi. testam. dici potest, vt ibi per Alberic. quòd speciale est odio querelæ, vt qui fuit Aduocatus pro testamento excludatur ab ea. Vel secundò & melius Aduocatus aut hæres legatarii nititur testamēto, ideo postea nō potest illud improbare, quod semel probauit. c. quod semel placuit. de regu. iur. in 6. at agnatus cōsentiendo minori, quòd vendat rem non nititur testamento, nec id attingit, sed facit actum præter illud, & ab eo separatum, meritò sibi non præiudicat.
52 † Sed vlterius aduerti debet, φ D. Thomas in eodem instrumento protestatus fuit, quòd per consensum & auctoritatē præstitam non intendebat aliquo modo præiudicare aliquibus iuribus sibi competentibus in dictis terris venditis, ex causa fideicommissi paterni, vel ex quacunque alia causa, & quę iura intendebat sibi salua fore, & esse, & quam protestationē dixit haberi pro repetita in omnibus partibus præsentis instrumenti; qua protestatione sic stante dicitur eum sibi non præiudicasse etiam in fun
53 do ne dicam in pretio, † talis enim consensus stante dicta protestatione habetur pro non cōsensu, & videtur quædam nugatio, ita quòd creditor vel fideicommissarius in nihilo sibi præiudicat. ita post glo. tradunt Bart. Dyn. Oldra. & alii, prout refert Ias. in d.l. si fundum per fi
54 deicommissum, num. 16. † Nec obstat quod subdit Ias. ibidem de protestātē saluo iure suo, quod intelligit respectu pretii, non autem rei, quam consentit vendi: quia præter id quod Ias. contra omnes loquitur, nos sumus in casu claro, cū D. Thomas expressè loquutus fuerit de terris venditis, in quibus dixit iura sua sibi salua fore ratione fideicommissi paterni, & sibi in eis nullo modo præiudicari, vnde in claris non est opus coniecturis. l. continuus. §. cū ita. ff. de verb. obl. quicquid sit in illis verbis saluo
55 iure meo, magis ambiguis, † & licet dictę filię non acquieuerint dictæ protestationi, dicentes nullum fideicōmissum validum extare, & quatenus appareret, esse finitum, emptor verò dixerit se daturum in scriptis oppositionem suam. Tamen nihil vtrunque releuat, nam de fideicōmisso extante supra docui, de valido docet nos tex. in l. verbis legis. ff. de verb. sign. & instit. de fideic. hęred. in prin. & per totum de non finito in personam D. Bartholomęi patet, si vocatus erat ad illud D. Thomas moriente D. Bartholō
56 męo sine filiis masculis, † benè finitum erat in persona D. Thomę, ex quo post eū nullus alius erat vocatus, & ille liberè potuisset alienare dictam possessionem, vt per Bal. in l. 2. C. quand. di. leg. ced. Bar. in l. filiusfamil. §. diui. oppositio. 2. ff. de leg. 1. Castr. consi. 1. vol. 2. consi. 453. volum. 1. Natta consi. 470. num. 4. at dictæ filię grauati nequaquam d.l. fi. §. sin autem. C. com-
57 munia de legat. † quod verò dixerit emptor se responsurum in scriptis, nec id fecerit, parum curo: quoniam propositum in mente retentum nil releuat. l. si repetendi. C. de cond. ob caus. Quare cessat ex prædictis omnis difficultas supra primo loco proposita.

Nunc ad secundam descendo, quæ tota versatur in eo præsupposito, quòd dicta possessio vendita fuerit pro dotandis filiabus D. Bartholomęi post consumptam per eum legitimam & trebellianicam, quo casu potuerunt bona subiecta fideicommisso minui secundum doctores supra memoratos.

58 † Et in primis dico non esse verū, φ D. Ioannes teneretur dictas neptes dotare veluti nondum natas, nec conceptas, dum vixit, quod patet ex testamento condito de anno 1523. & instrumento venditionis facto de anno 1564.

& sic post annos 41. vnde non potest hic agi de obligatione constituta, vel habitã pro constituta, vt dixit Castr. in d. auth. res quæ, & cons. 13.
59 & 14. † quoniam si obligatio non nascitur ante conditionis euentum. l. cedere diem. ff. de verb. sign. multo minus ante natiuitatem personæ, cui debeatur, vnde videmus ei non conferri, qui nondum natus est. l. fi. ff. de collat. bo-
60 nor. † Confirmatur ex l. Titius. ff. de suis & legi. vbi videmus nepotes conceptos post mortẽ aui neque legitimam hęreditatem tanquã suos hęredes, neque bonorum possessionem tanquã cognatos accipere posse: quia lex duodecim tabularum tantum vocat extantes in rerum natura, vel conceptos viuo auo, & illi conformis est tex. in l. si quis filio exhæredato. §. cæterũ. ff. de iniust. testa. ergo nec dos eis debetur ab auo, & ibi Cyn. Dyn. Bal. Ang. & Castr. dicunt, quòd ex persona propria nullo modo admittuntur, & licet ex persona patris transmittentis admittãtur, per l. 1. C. de his qui ante aper. tab. tamen hic materia transmissionis cessat; quia ibi agitur de hęreditate, q̃ filio debebatur, hic de dote
61 filio non debita, † vnde nõ potuit filius ad neptem transmittere dotem, quæ sibi non debebatur: quia nemo plus iuris in aliũ trãsferre põt, quàm ipse habeat. l. traditio. ff. de acq. rer. domi. l. filius. C. de donatio. meritò cessant, q̃ dicunt Castr. & alii, qui loquuntur de vxore filii, quæ est viua tempore quo socer obligat, vel lex pro eo bona sua pro dote illius mulieris.
62 † Secundò vereor, ne satis erroneum sit pręsuppositũ dotãdi dictas filias considerata serie facti, patęt enim duas filias vix annũ 14. excessisse, alias vero duas fuisse tũc pupillas, vt in instrumento curæ præambulo clarè dicitur. Vnde patet, quòd tunc nõ imminebat tempus eas dotandi, veluti nondum nubiles, secundùm cõmuniter contingentia, secundum quę mulieres
63 nubũt ętatis ad minus ann. 18. & vltra, † Quinimò dicitur, dictam venditionem fuisse factam prius factis debitis incantis, & subhastationib. & obtenta licentia à D. Prætore vendendi dictã possessionẽ iuxta formam statuti Mutinæ, sub Rubrica, de non danda licentia vendendi res pupillorũ, & secuta forma dicti statuti, qđ disponit, istud fieri non posse, nisi creditore pupillorũ instante, & sibi coram iudice in actis satisfieri petente, aut nisi legitima causa vrgente, quæ similiter in actis appareat, deinde subiicitur numeratos fuisse tũc Δ. 700. & solutos quibusdam creditoribus hæreditatis dicti D. Bartholomęi. Patet enim ex dicto statuto venditionem rerum pupillorum fieri non posse, nisi instante ære alieno, quod non sufficit, vbi bona sunt subiecta fideicommisso, & æs alienum est grauati, vt erat illud, non autem grauantis. Et licet idem statutum subiungat (aut nisi legitima causa vrgente) quæ verba causam dotatio-
64 nis possent complecti: † Tamen illud verbum vrgente, tollit difficultatem: quia denotat imminentiam dictæ causæ, cum necessitatem instantem significet. l. fin. ff. de iudic. vbi nunc il non possunt delegari, nisi re vrgente, hoc est imminente necessitate, vt Doctores declarãt, maximè verò Castr. At causa dotandi dictas filias non imminebat tunc, idque clarè demonstrant verba ipsius instrumenti, nam residuum pecuniarum præter dictos Δ. 700. quæ non soluerẽtur creditoribus hæreditariis promissum fuit inuestiri, aut deponi ad finem inuestiendi, ant maritandi eas filias, cum erunt in ętate nubili, sicque cantat instrumenrum, quo colligitur,
65 quòd tunc non erant ætatis nubilis, † nam inclusio vnius est alterius temporis exclusio. l. cũ prætor. ff. de iudi. & unum tempus determinatum nõ recipit alterius temporis functionem, l. usufructus mihi in biennium. ff. de usufr. leg. Ias. in auth. quę supplicatio. col. 2. C. de pręcib. imper. offer. Vnde patet, quòd illa causa non urgebat, si in futurum pendebat, cessat igitur ex prædictis obiectum dotationis factum; quia nec ob illud alienatio conceditur, nisi vrgeat talis causa dotandi, quę non urgebat tunc, nec creditores hæreditatis domini Bartholomęi sufficiebant, ut dicta possessio subiecta fideicommisso uendi posset, prout superius ostensum fuit.

Vltimò nõ omitto, q̃ tota dicta uẽditio fuit data reperitur in dicto statuto, prout in instrumẽto dicitur, ibi. Et obtenta licẽtia à Mag. D. Prętore Mutinę uẽdẽdi infrascriptã possessionẽ & bona iuxta formam statuti Mutinę sub rubrica de non dãda licẽtia vẽdẽdi res pupillorũ &c. & seruata forma dicti statuti in actis mei
66 notarii infrascripti. † At illud statutum prouidet, quòd Prętor, uel aliquis alius iudex, uel Aduocatus communis Mutinæ non possit dare licentiam alicui tutori pupillorum, uel curatori prodigorum, furiosorũ &c. uẽdendi aliquam rem immobilem alicuius prędictorum,
67 † qui genitiui innctis uerbis rem immobilem denotant in dubio & secundum proprietatem dominium, ut per Alex. Ias. Ruin. & alios modernos post Bar. in rubr. ff. de ope. nou. nunc.
68 † & ob id ut locum habeat id statutum, uerificari debet præsuppositum suum, quòd res fuerint in dominio pupillorum, & aliorum, de quibus loquitur, iuxta not. per Iacob. Butrig. Fulg. & alios in l. mancipia. C. de serui. fugit. maximè Salyc. Roma. sing. 486. statutum puniens, & Dec. consilio 90. numero secundo, & consilio 200. nume. 2. deinde modificat statutum prouisionem suam, nisi creditore prędictorum instante sibi satisfieri, aut nisi causa legitima urgente.
69 † Vnde in primis põdero, q̃ cũ statutũ prædictum de nouo tollat, & det potentiam Prætori & aliis iudicibus dandi licentiam uẽdẽdi res pupillorum cũ modificationibus prędictis, & aliis, quas subdit, quicquid in eo disponitur censetur esse datum pro forma, ut not. Anch. consi.

consi.242.ex tenore priuilegii, circa fin. Deci. consi. 25 1.num.4. consi.434.in princip. consilio 455.colum. 2. consi. 528. in fin. consi. 531. columna prima, & consi.612. colum.2. Marsil. consil.65.colum.2.& consi.133. nume.16. Ias.
70 consi.97.colum.fin.volum.4. † quibus alludit, quòd vbi statutum disponit aliter, quàm sit de iure communi, dispositiua per tale statutum tanquam substantialia & pro forma seruanda sunt, vt ponit Anch. consi.241. ad fin. Fely. in c. cum dilecta, vers. nonum signū, & col.16. vers. Amplia nonò. de rescript. Socin. Iun. cons.2. nu.7. & cons.37.num.6.& 11.volum.2. Rolan. à Val-
71 le cons.72.num.61.volum.3.& cum talis noua iurisdictio sic eis concessa fuerit, vt in eo statuto modificata, ea prætermissa actus dicitur ipso iure nullus, posito quòd dictum statutum clausulam annullatiuam non contineret, vt tradit Roma. cons.236.col.fin. post glo.in clem.1. de iure patro. sequitur Paris. consil. 41. num. 22.
72 volumine 4. † Sed tanto magis quòd continet clausulam annullatiuam circa fin. ibi. Et aliter vel alio modo res aliqua immobilis alicuius prædictorum vendi non possit, neque de ipsa vendenda licentia dari, & si data fuerit nullius sit momenti, ex qua clausula annullatiua dicitur data forma. Doctor. in l.1.ff.de lib.& posth. in l.non dubium.vbi Ias. C.de legi. Fely. in dicto cap.cum dilecta. quinto signo, Rolan. à Valle cons.33.num.11. vol.3. nec prędictis cōtentum statutum subiungit (Venditio autem facta contra dictam formam nulla sit, & omni careat firmitate etiam si fuerit iuramentum in-
73 terpositum, † quod volumus præsumi dolo & per vim extortum) quo modo statutū bene potest tollere contractum iuratum, vt per Bart. in l.omnes populi.3.quæst.princip.ff.de iust.& iure. Anch. consi.330.col.4. Alex. cons. 151. vo-
74 lum. 7. † dicens, quòd ista præsumptio statuti habetur pro veritate. Corn. cons.135.colum.2. vol.1. Andr. Sicul. consi.21.vol.1. & plenè Soc. Iun. cons.3.num.37.vol.2. & plenius dixi insti. quibus alie. licet, in princ.num.297. Quæ cum ita sint ego cōcludo, quòd cum dicta possessio non esset de bonis dictarum filiarum, sed domini Thomæ, & ad eum spectaret virtute fideicommissi in eius persona purificati per mortē D. Bartholomæi sine filiis masculis, non potuit Prætor Mutinæ dare licentiam vendendi dictā possessionem dictis filiabus: quia non habebat iurisdictionem in hoc casu secundum dispositionem dicti statuti repugnantis. Quinimò cū licentia cōcessa fuerit sub eo prætextu, ꝙ bona essent dictarum filiarum, vt in dicto statuto disponitur, & ꝙ esset de iuribus hæreditatis olim D. Bartholomęi, vt in instrumento dicitur, cum neutrum verum esset: quia consumpserat suam legitimam & trebellianicam, & ob id dicta possessio non erat de bonis hæreditatis suæ, sed domini Ioannis testatoris, veluti subiecta suo
75 fideicommisso, † cum grauanti succedatur, nō autem grauato. l. cohæredi. §. cum filiæ. & ibi
76 notant omnes. ff. de vulga. & pupil. † sequitur, quòd error fuit in causa finali dictæ venditionis, ꝙ facit vt pro facta nō habeatur. l.3.& ibi not. omnes maximè Alex. & Ias. C. de hęred. instituen. vbi dicunt, ꝙ institutio facta de aliquo tanquam de filio non valet, & pro non facta re-
77 putatur, † & idem est in contractu, puta si facta fuerit donatio mulieri tanquam vxori, quæ non erat, nā non valet. l. cū hic status. §. fin. ff. de don. inter vir. & vxo. ita ꝙ idem in cōtractibus est, quod in vltima voluntate, secundùm Alex.
78 in d.l.3. † Nec defendi potest dicta venditio ex decreto, primò quia cū iudicialiter non fuerit interpositum, vt in instrumento dicitur ibi. Pro tribunali sedens super quadam cathedra, quem locum pro suis idoneis loco, sede & tribunali elegit, esse voluit & pronunciauit. Sequitur vt in totum sit nullum decretum, posito ꝙ in aliqua parte valuisset. l. si non sortem. §. centum ff. de condi. indeb. Cuma. in l. iustè pos. sidet. ff. de acquir. possess. Rui. cons.160. nu.27.
79 vol.2.& consil. 152. num.10. vol.4. † cuius in promptu ratio est: quia decretū iudicis est indiuiduum. l.1.§. hæc verba. ff. ne vis fiat ei. Bal. cons.223.col.1.vol.2. Dec. consi.403.num.20. decis. Neap.218.nu.4. Paris. cons.89. num.60. consi.98.nu.16.volum.1. Alciat. de præsumpt. reg.3. præsumpt.10. ad fin. Capic. decis. 51. in princ. Roland. à Valle consi.99.num.31. vol.1. Ias. in l. si is ad quem, nu.20. ff. de acqui. hæred. Curt. in l. antepen. C. qui admit. consi.170. nu-
80 mero 2. † qui communem testatur Anchar. Regiensis quæst.14.num.3. secunda parte, & Borgninus in trac. de vsufr. mulier. relict. sub nume.208. Rolan. à Valle cons.7. num.88. vol. 3.
81 † Secundò, quia fuit obreptum iudici Valetino, qui illud interposuit, nō enim sibi fuit dictum, quòd D. Bartholomęus alienasset suam legitimam & trebellianicam, dictaq; possessio esset subiecta fideicommisso, sed ei supposituin fuit eam esse de bonis hæreditatis d. Bartholomęi, & esse dictarum filiarū, meritò tale decretum nocere non debet D. Thomæ, nec eius hæredibus, sicut nec minoribus nocere solet, quādo sic obreptitiè fuit obtentum. l.1. in fi. ff. de minor. l. fin. C. si aduer. vend. l. & si pręses. C. de
82 pręd. minor. † nam pro decreto præsumitur in dubio, secus probando contrariū, vt not. in l. fi. ff. quod met. caus. staturque pręsumptioni, nisi aliud appareat. l. licet. & ibi Ias. primo notab. ff. de leg.1. glo.& Anchar. in c.1. de reb. eccles. non alien. in 6. Rui. cons.63. num.16. volum.1.
83 † Tertiò, quia fuit interpositum ex falsa causa, nempe quòd æs alienum domini Bartholomęi sufficeret ad alienandum, cum non essent bona sua, sed fideicommisso subiecta, quo casu ęs alienum grauati non sufficit, vt supra probaui. item causa maritandi falsa fuit, veluti tunc non vrgens: quia contra statutum prędictum. Vnde corruit dictum decretum ex falsa causa

interpositum, vt per Fely. in c. 1. col. pen. nu. 16. de re iudic. Corn. consi. 98. colum. fin. volum. 1. consi. 99. num. 3. consi. 185. col. pen. vol. 4. And. Sicul. consi. 6. col. 9. volum. 4. & Paris. consi. 89. num. 59. volum. 1. consi. 12. num. 63. volum. 2. consi. 86. num. 4. vol. 3. Alciat. de præsumpt. regula 3. præsumpt. 10. num. 11. latè Petr. Duen. in suis reg. iuris regula 185. Alex. consi. 39. nume. 9. vol. 6. Dec. consi. 351. num. 6. Alex. consil. 69. num. 1. vol. 3. consi. 147. nu. 1. consi. 207. num. 7. vol. 7. Rui. consi. 46. nu. 3. vol. 5. Roland.
84 à Valle dicto consi. 7. num. 84. † nec si auocetur ab emptore dicta possessio, vt ex prædictis apparet fieri posse, & ille repetat pretium à filiabus prædictis, possent illæ petere se dotari per fideicommissarii hæredes, cũ ex bonis maternis se dotare possint & debeant: quoniam patre earum mortuo inope propter consumptionem legitimæ & trebellianicæ, mater earum diues tenebatur eas dotare, vt concludunt Bart. Cyn. Alberi. Bal. & alii communiter, quos refert & sequitur Rip. in l. 1. num. 79. ff. sol. matrim. Vnde bona materna debent ad hoc in subsidium prouidere tam pro nuptis, quàm pro nubendis. Et ita patet ex multis mediis hæredes D. Thomæ ius fouere.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

## Pro Magnifico D. Hercule Caprilli nũcupato il Caualliero Ferrarese.

### ARGVMENTVM.

Tractat quando exceptio non numeratæ pecuniæ non obstat agenti.

### *SVMMARIVM.*

1 *Exceptione non nume. pecun. infra biennium opposita tenetur creditor probare numeratam fuisse pecuniam.*
*Et in terris subiectis ecclesiæ semper opponi potest talis exceptio de æquitate Canonica.* 2.
3 *Ferrariæ ius Canonicum seruari.*
4 *Hæredes factum defuncti non possunt impugnare.*
5 *Exceptio non nume. pecun. cessat in confessione emanata extra causam mutui.*
6 *Depositum quibus ex verbis inducatur.*
7 *Exceptio non nume. pecun. cessat in deposito.*
*Quæ sententia magis communis est.* 8.
*Licet Bart. contra senserit dicens eandem rationem in eo quam in mutuo seruari.* 9.
*Sed Emanuel Costa probat esse diuersam quam refert Auctor.* 10.
11 *Exceptionem non num. pecun. in deposito cessare non est priuilegium depositi sed ius commune omnium confessionum extra causam mutui & dotis.*
*Et proponi debet aduersus confessionem aliàs non prodest opponenti.*
*Item cessat quando confitens dixit penes se habere pecunias.* 13.
*Seu se esse verum debitorem.* 14.
*Et quando confessio facta fuit in causa reali siue super iure reali.* 15.
16 *Dictio suus, denotat dominium.*
17 *Veritas ex scripturis iunctis colligitur.*

## CONSILIVM CXCI.

### *Auxilium meum à Domino.*

*EXIMIVS Iureconsultus D. Prosper Pasethus in chirographo suo confessus fuit annis elapsis se esse verum debitorem magnifici Herculis Caprilli nuncupati Equitis Ferraresii de lib. 2116. &c. in vna manu, & de* Δ. *200. auri in auro in alia manu, et hoc pro pretio tot mercium à merzaria emptarum ab eo, & pro pecunijs de suis peruentis ad manus ipsius Pasethi, quas pecunias promisit ei soluere infra terminum trium annorum. Quo mortuo relictis D. Aurelio & Lelio filijs suis & interpellatis amicabiliter elapso termino ad soluendum, coactus fuit ipse D. Hercules aduersus eos dictum chirographum in iudicio producere, contra quod multis subterfugijs interpositis demum opposuerunt dicti fratres exceptionem non numeratæ pecuniæ. Vnde quæsitum fuit à me, quid iuris dicendum sit.*

1 ET † primò dicendum videbatur alio non apparente eos absoluendos esse, nam opposita dicta exceptione infra bienniũ tenetur creditor probare numeratam pecuniam, & sic in eum transfertur onus probandi numerationem. l. in contractibus. & ibi Castr. colum. 1. C. de non nume. pecun. & Ang. Aret. instit. de liter. oblig. colum. 1. sicut & Emanuel Costa in l. si ex cautione. car. mihi 453. C. eod.
2 tit. † Quinimò de æquitate canonica seruanda in terris Ecclesiæ subiectis quò ad temporalem iurisdictionem, talis exceptio perpetuò potest opponi, vt voluit Dyn. in regula locupletari, de regu. iur. in sexto, quem refert Ange. consi. 156. Bal. in d. l. in contractibus. notab. secundo & aliis in locis, vt refert Ias. in l. qui pecuniam, col. 2. ff. si cert. pet. & amplè Mars. sing. 463. Roma. consi. 44. col. 1. & in addit. ad eum Mandosius post Ludoui. Bologni. in addit. Anna. consi. 97. col. 2. & idem Roma. consil. 445.
3 nume. 6. † quò fit, vt hic Ferrariæ seruanda sit iux. not. per glo. in auth. vt Eccles. Roma. ad fi. Fulgos. in l. quid sit fugitiuus. ff. de ædil. edict. Card. consi. 11. cum similibus.

Quibus tamen non obstantibus secus arbitror esse dicendum præsupposita reorum confessione, quòd chirographum prædictũ sit scriptum manu sui patris, nam compellendi sunt ad solutionem & obseruationem cõtentorum in eo, iuxta formam statuti de scripturis priua-
4 tis, intentati, † & cum prædicti fratres sint hæ-

redes

redes sui patris obligati prædicto Equiti in dicto chirographo exclusi sunt ab impugnando dictum scriptum paternum. l.cum à matre, & ibi glo. & Doctores. C.de rei vindic.glo.Bar.& alii in l.2.§.fi.ff.de præt.stip.& in l.si ita quis.§. ea lege.ff.de verb.obl.cũ simil.p Alex.cõs 30. col.2. vol.1.Paris. consilio 69.nu.122. volu.3.

5 † Sola vis est in tollenda prædicta exceptione non numeratæ pecuniæ, cui respondetur in primis quantum sit ad cõfessionem lib. 2116. quòd cum non sit ex causa mutui, sed pro pretio tot mercium à merzaria emptarum per ipsum Pasethum ab ipso Equite Ferraresio, vt clarè cantat chirographum, sequitur, vt talis confessio statim præiudicauerit d.Pasetho, nec habeat locum exceptio non numeratæ pecuniæ, nisi probent aduersarii contrarium, casus est in l.generaliter. C.de non nume. pecu. & ibi glo. Bar.Bal.Salyc.Castr.& omnes, glo.Ang.Aret. & alii, instit. de liter. oblig. & Costa in d.l. si ex

6 cautione, fallentia secunda. † Quò verò ad cõfessionem scutorum 200.idem dici debet, nam confessionis causam subiungit esse pro pecuniis Ferraresii peruentis ad manus ipsius Pasethi, quæ verba ad custodiam & depositum earum penes ipsum Pasethum alludunt. Cũ enim fuisset eius socer, & eum valde diligeret, summoperèque Ferraresius in eo confideret, verisimiliter dederat Pasetho dictas pecunias per eum sibi conseruãdas, ne facilè Ferraresius vti

7 iuuenis & solatiis intẽtus, eas expenderet. † Vnde sequitur nec in confessione facta ex tali causa depositi exceptionem non numeratę pecuniæ locum habere. d.l.generaliter, & in specie ponit Bal. in d.l.in contractibus. §.sed quoniã, quęst.2.Salyc. nu.4.Cast.col.2.Fely.in c. si cautio.nu.53.de fid.instr.vers. & in tãtũ.Ias.in l.2. col.1.ff.si cer.pet. Purp.in l. singularia.nu. 43.

8 eo.tit. † quã sñiam magis cõem testatur Costa

9 in allegata 2. fallentia, col.2. cũ seq. † tametsi Bar.& nõnulli cõtra senserint, dicentes eãdem rõnem in deposito versari, quæ in mutuo militat, quos Costa refellit diuersã rõnẽ demõstrãs

10 inter pdictos cõtractus: † inquit.n.in causa mutui admissam fuisse huius exceptionis prærogatiuã: quia homines propter auiditatẽ pecuniæ sępenumero confiterentur, spe futurę numerationis, pecunias, quas re vera non acceperant, sed eadem ratio nõ æquè locũ habet in deposito numeratæ pecuniæ, etiã si is, apud quẽ depositũ est, possit vti pecunia sine delicto, nam si mutuã mihi dedisti pecuniã, nec aliquid præterea expressum est, nõ ante mutuã pecuniã poteris cõdicere, quàm vel ego in solutione diu cessauerim, vel commodè possim tibi soluere: quia cum beneficium in mutuãdo dederis, nõ debeo huiusmodi beneficio tuo decipi, sed iuuari, vt in cõmodato scribit elegãter iuriscõs. in l.in commodato.§.sicut. ff. commod. quam rationẽ in contractu bonęfidei expressam induxit Bar.ad stricti iuris mutuũ in l. si pęna. ff. de ver.ob.& ibi passim doct. Dec. in l.in omnibus.nu.4.ff.de reg.iur. & Rip. in l. ita stipulatus.nu.70.ff.de verb.ob. At in deposito numeratæ pecuniæ, quanquam dominiũ transierit in Titiũ, apud quẽ Sẽpronius deposuit, poterit sine dubio Sempronius continuò post numerationem pecuniã à Titio repetere, nec hic recipi potest, quod in mutuo receptũ est, nam cum hic contractus censeatur etiã gestus Sẽpronii gratia, qui deposuit, & Titius in suscipienda pecunia beneficiũ dedisse videatur, si is qui deposuit incõtinẽti pecuniã vellet repetere, nulla æquitatis ratio depositi exactionẽ uidetur moratura, siquidẽ beneficio qđ Titius in suscipienda pecunia dedit, oportet Semproniũ nõ decipi, planè Sẽpronius deciperet, si Titius ad eius nutũ ꝗ deposuit, nõ restitueret depositũ. Ita Costa diligenter adfert rationẽ prædictã. Insuper probãs esse tex.de hoc in d.§.sed quo-

11 niã, † Vnde subiungit Practicũ Papiensem in forma libelli in actione hypothecaria, vers. in deposito.Ias.D.meũ Rimi. Cur.Iun.& Alciat. in l.1. C.de eden. Parpaleam in l. 2. nu.9.ff. si cer.pet.dicentes in deposito priuilegiũ esse, ꝙ non admittatur exceptio non numeratæ pecuniæ, deceptos esse, cum nõ id sit priuilegiũ, sed ius commune omnium confessionum, quę fiunt ex alia causa, quàm mutui, & dotis, d.l.generaliter. & l.cum de indebito.§.fin.ff.de probationi.& cum prædictis tenet etiam Roland. à Valle cons.17.nu.7.uol.1.

12 † Tertiò considerandus est tenor exceptionis propositę, nã si dicti fratres opposuerunt simpliciter exceptionẽ non numeratę pecunię sibi non prodest, sed causã dirigere debuerunt aduersus confessionẽ, dicentes esse factam sub spe futuræ numerationis, alioquin condemnãdi sunt, vt notabiliter determinat Costa in d.l. si ex cautione, fallentia 4.col. 2. vers. Vltima, post Bal.consi.50.ista quęstio.nu.3. uol.4.

13 † Quartò nõ prætereo, ꝙ Pasethus in chirographo nedũ confessus est se debitorẽ esse dictorũ Δ.200. sed in reddenda causa dixit pro pecuniis Ferraresii ad manus suas peruẽtis, & sic confessus est illos Δ.200. penes se habuisse, quo stante non potest opponi exceptio non numeratæ pecunię, vt in specię declarat Roma. sing.436.quod incipit, Scis quòd confessioni.

14 Quintò, nedum confessus est se debitorem, sed verum, meritò nõ videtur exceptioni prędictę locus esse, sicut quando quis in confessione dicit, quę verè habuit & recepit, vt determinat Angel.Aret.in §.idẽ iuris. nu. 19. Insti. de exceptio. nam repugnant esse uerum debitorem, & pecunias non fuisse numeratas.

15 † Sextò, quãdo cõfessio facta fuit in cã reali siue super iure reali, vt si cõfiteris rẽ quã tenes esse meã, talis confessio fidem facit contra cõfitentem, nisi probet contrarium, ita Cyn. & Castr. in d. l. generaliter. numer.5. At talis fuit confessio Pasethi de Δ. 200. cum dixerit

*per dinari delli suoi*. scilicet Ferraresii *peruenuti*
16 *alle mie mani.* † Id enim verbum suis, denotat dominiũ remansisse penes Ferraresiũ. l. quintus. §. argento. ff. de aur. & arg. leg. Hincque pariter iustificatur fuisse depositum dictarum pecuniarum, cuius dominium non solet in depositarium transire. l. licet. §. 1. ff. depos. Igitur talis confessio Pasethi super iure reali D. Herculis debuit præiudicare confitenti, cessatque exceptio numeratæ pecuniæ.
17 † Septimò cõcurrit vltra prædicta, ꝙ D. Hercules probat per instrumentum veritatem scripti, in quo dicti fratres absoluunt quendam magistrum Cristallum Merzarium ex causa mercationis initæ inter eum & Pasethum eorum patrem, ille verò cum domino Maurelio Marigella promittit pro eis soluere D. Herculi lib. 2896. &c. creditori dicti Pasethi de dicta quantitate, vt dixerunt constare ex scripto manu prædicti Pasethi penes dictum dominum Herculem existentis, ad quod relatio habeatur, nam dicta summa propriè complectitur dictas summas contentas in dicto scripto ex causa bonorum à merzaria, & Δ. 200. quoniam Δ. 200. faciunt lib. 780. quæ iunctæ cum lib. 2116. faciunt summam lib. 2896. Vnde cum veritas appareat ex dicto instrumento per eos celebrato, nescio videre, quid vltra desiderandum sit ad victoriam dicti domini Herculis.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

## Pro dominis de Cauedonibus.

### ARGVMENTVM.

De secundo marito quantum lucretur ex statuto & testamento vxoris stantibus filiis primi matrimonii. Et aliis scitu dignis.

### SVMMARIVM.

1 *Maritus secundus dimidiam dotis lucrabatur etiã stantibus filijs matrimonij vigore priorum. Statutorum reformatione 22.*
*Quæ postea correcta fuit & ad terminos iuris redacta. 24.*
2 *Statuto deferenti lucrum dotis secundo viro in præiudicium filiorum primi matrimonij standum est, quando id expressè disponit.*
*Idem si dicat quòd vxore decedente sine communibus liberis maritus lucretur. nam lucratur licet extent filij primi thori. 3.*
4 *Institutio mariti secundi valet vsque ad relictum vnius ex filijs primi matrimonij cui minus est relictum & est vera & communis opi. 5.*
*Residuum verò pertinet ad vocatos post eum gratos defuncto.*
6 *Relictum filio secundi viri plus quàm filio prioris matrimonij ei debetur si fuerit de testatrice benè meritus.*
7 *Legitima debetur filijs & nepotibus ex filijs præmortuis.*
8 *Nepotes ex filijs veniunt in stirpes cum filijs.*
9 *Confessio de dote sine expressa obligatione bonorum non valet stante statuto. Quòd confessio de dote...*
10 *Statutum vt locum habeat qualitas in eo requisita debet verificari maximè posita per dictionẽ cũ. 11.*
11 *Dictio cum, magis copulat quam copula Et.*
12 *Approbans quadã statuta censetur alia reprobare.*
13 *Confessio de dote in vltima voluntate non censetur facta sub spe futuræ numerationis, & morte mariti confirmatur. 14.*
15 *Vxor non potest filijs secundi matrimonij relinquere quæ percepit ex facultatibus primi viri, sed pertinent ad filios primi matrimonij. Ripa quæ in ea re casum proponit in l. fœmina. C. de secun. nup. 16.*
*Et alium ponit author. 17.*
18 *Marito secundo data veniunt relaxanda filijs primi viri mortua matre secundò nubente.*
*Quod declarat auctor. 19.*
20 *Ablatiui absoluti resoluuntur in conditionem.*
21 *Conditio probari debet, quòd fuerit impleta vt agi possit.*
*Et ea deficiente perinde est ac si dispositio facta non fuisset. 22.*
*Pariaq́; sunt nihil fieri vel sub conditione quæ non extiterit. 23.*
24 *Statuta de lucro dotis licet post eam emanata debent attendi.*
25 *Maritus non consequitur lucrum dotis ab vxore sed ex legis prouisione.*
26 *Statuti verba quando cessant cessat & eius dispositio.*
27 *Acquiri dicitur ex prouidentia hominis quod acquiritur ex dispositione legis cui partes poterant renunciare.*
28 *Fraus de persona ad personã qualiter cõmittatur.*
29 *Vxor quando dicatur reliquisse filio secundi viri contemplatione filij non autem patris sui. 31.*
*Et quid vbi sumus in dubio. 30.*

## CONSILIVM CXCII.

*Auxilium meum à Domino.*

P*ETVNT filia, nepotes & neptes olim D. Ceciliæ de Cauedonibus à magistro Georgio de Bondenarijs eius secundo viro sibi restitui lib. 224. relictas dictæ D. Ceciliæ per magistrum Ludouicum de Verona primum eius virum, solutasq́; dicto Bondenario, promissasq́; per eum restituere secundum iuris dispositionem, necnon quicquid plus illa reliquit dicto Bondenario secundo viro, quàm prædictis. Cui petitioni breuiter respondet magister Georgius se lucrari partem dotis vigore statuti vigentis tempore contracti matrimonij, residuum verò vigore testamenti dominæ Ceciliæ per modum ab ea dispositum, & à iure permissum. Quare discutiendum est de iuribus partium.*

ET

ET prima consideratione potior videtur intentio Bondenarii, Nam videmus in primis, quòd primus vir Do. Ceciliæ iure legati reliquit ei lib. 900. quas confessus fuit habuisse in dotem & pro dote ipsius dominæ Ceciliæ, subindeque promissæ fuerunt per duos ex agentibus dicto Georgio secundo viro d. Ceciliæ de illius consensu anno 1535. & solutæ anno 1537. vt ex instrumentis in processu, demumque prædecessit domina Cecilia relicto d. Georgio suo secundo uiro
1 sine filiis ex eo, † quo stante dicitur fuisse lucratus dimidiam dictarum lib. 900. vigore reformationis 22. positæ in statutis tunc vigengentibus, disponentis lucrum dotis, videlicet dimidiæ, quod marito per priora statuta defertur vxore præcedente locum habere etiã quando mulier transiuit ad secunda vota, & in præiudicium filiorum prioris matrimonii, quæ reformatio debet habere locum attento tempore contractus dotis tunc facti, licet lucrum dudum postea successerit anno 1568. quo mortua fuit domina Cecilia, & quo tempore reformatio prædicta correcta fuit vigore statuti. Quòd decidantur causæ. Volentis causas emergentes ex his quæ retro actis temporibus contigerunt decidi secundum statuta, & reformationes illorum temporum.
2 † Nec dubium est standum esse statuto deferenti lucrum secundo viro in præiudicium filiorum prioris matrimonii, quando id expresse disponit, vt facit dicta reformatio, sic enim disponendo derogare potest dispositioni. l. hac edictali. C. de secund. nupt. vt pro claro ponit Bal. in l 1. col. 3. C. de inoffi. dot. & post eum Castr. quia d. l. continet ius positiuum cui per contrarium statutum potest derogari, sequitur Dec. consil. 19. colum. 2. & cons. 195. col. 1. Castr. consil. 192. col. 2. uolum. 1. & Io.
3 de Amic. cons. 3. colum. 2. cum simil. † Tantoque magis cum videamus idem iuris esse, si statutum dicat quòd vxore decedente sine cõmunibus filiis maritus lucretur dotem, eam namque lucratur, licet extent filii primi matrimonii, vt ponit Dec. cons. 283. colum. 2. Paris. cons. 91. colum. 3. volum. 3. Alcia. libro primo, de verb. signific. quos latius prosequitur Roland. à Valle in trac. de lucro dotis quæstione 32. nam si lucro dotis locus est eo casu quo statutum de filiis primi matrimonii non loquitur expresse, multo fortius esse debet in casu nostro, vbi de illis expressam mentionẽ facit

Secundò respectu residui quod non lucratur magister Georgius ex dicta reformatione, considerandum est, quòd institutus reperitur
4 à dicta domina Cecilia. † quæ institutio valet & tenet usque ad summam filiis & nepotibus per eam relictam; quoniã plus illi quàm illis relictum duntaxat anihilatur, vt est text. in §. optimè, & ibi not. Ang. in auth. de nupt. & in d. l. hac edictali. vers. si verò plus, vbi quoq;
5 Iacob. Butrig. & Bertrand. † qui dicit hãc esse veram & communem opinionem col. 3. & per illa iura clarè decidi, quatenus verò institutio transcendit partem filiæ, nepotibusque relictam, non per hoc id plus ipsis est applicandũ, ut in dictis iuribus habetur: quia loquuntur alio post secundum uirum non vocato, at hic post magistrum Georgium vocatus reperitur magister Dominicus eius frater & sororius ipsius D. Ceciliæ, & post eum filii sui, probatumque fuit, quòd ipsa vehementer eos amabat, & ab eis multa beneficia receperat. Vnde debet ex eorum persona sustineri relictum quatenus magister Georgius illud capere non potest
6 † per ea quæ ponit Bertrand. in d. l. hac edicta li. sub nu. 13. ubi ponit casum de filio secundi viri in plus instituto, quàm filii primi matrimonii dicit enim, quòd si constat sic datum uel relictum fuisse propter merita filii prædicti, quem charum mulier habebat, perinde est ac si alicui extraneo relictum fuerit, nec habet locum dispositio illius tex. ex quo propter merita, de quibus constat, est relictum, nam cessat in tali casu præsumptio fraudis consideratæ per Imperatorem in vers. omni circunscriptione, si qua per interpositam personam fuerit excogitata, cessante. Quare videtur ex prædictis à petitis absoluendi rei conuenti veluti bonam causam fouentes.

7 † Istis tamen non obstantibus contrarium de iure determinandum est. Et in primis dubium non est dictæ filiæ, nepotibus ac neptibus ex filiis præmortuis D. Ceciliæ deberi legitimam tam de iure. §. 1. in auth. de trient. & semis. §. alind quoque capitulum. in auth. vt cum de appellat. cogno. quàm ex tenore testamenti ipsius Do. Ceciliæ, in quo illam eis reliquit, quæ est tertia pars bonorum d. D. Ceci
8 liæ: † quia illi veniunt in stirpes vnà cum filia, ut decidit Salyc. in auth. nouissima. quæstione 6. & post eum Ias. C. de inoffi. testa. nu. 51. quo loco citat Alex. cons. 62. super primo dubio. volum. 2. idemque tradit Vasqui. de suc cess. creat. §. 20. parte 4. num. 199. post Corasium in. l. filium quem habentem, num. 81. C. famil. ercis. sed vlterius eis debentur lib. 224. per eos petitæ; quoniam considero, quòd vera dos quam consequutus fuit magister Ludouicus de Verona pater & auus respectiuè actorum à domina Cecilia, fuit de lib. 676. vt ex instrumẽto patet rogato per ser Barth. de Sil-
9 uestris anno 1518. † & licet ipse magister Ludouicus in legato quod fecit eidem Do. Ceciliæ librarum 900. dixerit, & confessus fuerit, se eas habuisse in dotem & pro dote dictæ Ceciliæ. Attamen quia dicta confessio non reperitur facta cum expressa obligatione bonorum dicti magistri Ludouici, quam qualitatem requirit statutum, quòd confessio de dote, fuit & est nulla, ut in terminis declarat

Rui.

10 Rui.conf.190.col.2.uolum.1. † Ad hoc enim vt statutum possit habere locum, requiritur, quod qualitas ab eo requisita verificetur secundum Io.Andr.in c.1.de homicid.lib.6. Butr. Abb. & Imol.in c.2.de rescript.cum simil. per Bart. & Moder. in l. diuus. ff. de re iudic. idemque Bar.in l.1.ff.de condi. ex lege. Bald.in l.si quis non dicam rapere. C.de epis.& cleric. Soc.cōs. 57. num. 14. volumine quarto. Dec. consilio 222. in prin. consilio 261. colum. 2. & consilio 300.col.2.Paris.consil.20. nume.53.uolum.2. consil.152.colum.2.volum.4.Gozad.cons.69. nume. 26. Roland.à Valle consil.63.uolum.1.
11 † & maximè quando qualitas apponitur per dictionē, cum, vt in casu nostro, quæ magis copulat, quàm dictio, &. Bar.in l.Seię. §. Caio.ff. de fund.instr. imò dictum statutum validando solum confessionem factam cum dicta expressa obligatione bonorum, dicitur inualidare, & annullare confessionem factam sine dicta o-
12 bligatione, † sicut etiam quis approbādo quędam statuta, intelligitur alia reprobare, secundum Dyn.Bar.Ang.& Moder.in l.legata inutiliter.ff.de leg.1.cum simil. per Alex.ibi. per l. cum prætor.in princ.ff.de iudic. Vnde quicquid sit de iure, concludit Rui.in allegato cōsilio 190.colum.2. volum. primo, quòd ex dispositione dicti statuti talis confessio redditur nulla, quod alia ratione esse non potest: quia statutum pręsumit dicto casu eam in fraudem
13 legis, & animo donandi fuisse factam. † Quòd si dicatur, si censetur animo donandi facta, cū potissimè facta sit in vltima voluntate, quo casu nunquam censetur facta sub spe futurę numerationis, vt per glos.in l.1.C. de fals.caus. adiec.leg. quam singularē dicit Bald.in tit. de
14 pac.Constant.uersic. Vasalli primo, † sequitur quòd morte mariti fuerit confirmata, vt tenet Alex. consil.45. colum.3. volumine primo, per l.penul. C. de donat. inter vir.& vxor. & loco traditionis, quę requiritur, vt dicta donatio confirmetur, iuxta l. Papinianus. ff. de donatio.inter uir.& vxo. sufficit confessio de dote recepta secundùm Bal.ibi.& in l.2.§. creditū. ff.si cer.pet. nam per talem confessionē de recepto fingitur mulierē à marito accepisse, & in causam dotis cōstituisse, arg.l.3.§. sciendū. ff. de don.inter uir.& vxo. sicq; declarat Alex. in d.cons.45.& ante ipsum Saly.in l.1.C.de dot.
15 caut.nō numer. † Nihilominus adhuc dicitur dictā summā lib.224.deberi filiis primi matrimonii, nec fuisse in potestate D. Ceciliæ eam summā relinquēdi secundo viro. casus est in l. fœminæ. C.de secund.nup. ubi vult Imperator (Fęminas quæ susceptis ex priore matrimonio filiis ad secundas nuptias transierint, quicquid ex facultatibus priorum virorum perceperint, vel testamento, vel legato, vel donatione ad filios primi matrimonii transmittere, non autē in extraneam personā, vel susceptam ex altero matrimonio, & si factū fuerit, nihilominus ad
16 dictos filios illibatum pertinere) † idque clarè concludit ibid. Rip. num. 36. propriè ponēs casum, quando maritus confessus fuit recepisse dotem, quam nō constat cum actualiter recepisse, & mulier transit ad secūda vota, quærit enim, an talis dos confessata deuoluatur ad filios primi matrimonii, & cōcludit quod in casu quo talis cōfessio habet vim donationis morte confirmatæ, textū illū habere locū, sicut & in l. hac edictali.eod.tit. ibi (morte tamē donationes cōfirmari solēt) vnde siue dicta confessio fuerit omninò nulla vigore dicti statuti, quòd confessio de dote, prout Rui.tenet loco citato siue morte magistri Ludouici fuerit cōfirmata, iuxta cons.Alex.45.de quo supra, certè utroque casu mortua D. Cecilia redeunt dictæ pecuniæ ad filios primi matrimonii ex dispositio
17 ne dictarum legum. † Hæcq; conclusio cōfirmatur vlterius ex instrumento promissionis, quam fecerunt Do. Petrus & Theodosius filii D.Ceciliæ dicto Georgio Bondenario de soluendo ei dictas libr. 900. relictas ipsi dominæ Ceciliæ per primum virum; quia d. Georgius cum eas acceperit (vt habuit postea) promisit eas in hunc modū restituere, videlicet lib.224. secundum dispositionem iuris, cui erunt restituendæ, & reliquas lib.676. ipsi dominę Ceciliæ, seu suis filiis & hæredibus. nam ex separatione prioris summæ à secunda senserunt partes, quod illæ libræ 224. non erant verè dotales, sed de bonis primi viri, quæ secundū iuris dispositionem debebāt mortua D. Cecilia filiis
18 primi matrimonii reddi, † sicut regulariter data secundo viro veniunt relaxanda filiis primi viri & matrimonii mortua matre secundò nubēte, vt Bal. Odofre. Salyc. Iacobi. à S. Georg. Bertrandusque declarant in d. l. hac edictali. in princ.nu.36.& in vers.si verò plus, num. 15. ad quem Bertrādū breuitatis causa me remitto, prius tamen ipsi matri secundò nubenti dari debent: quia dum uiuit illis frui debet. d.l. fœminę. Detractis igitur libr.224. vtpotè de bonis paternis & auitis, & legitima de lib.225 & tanto minus vigore quorundam legatorum particularium, & expensa funeris D. Ceciliæ
19 † residuum quod superest, quatenus excedit legitimam contingentem vni ex nepotibus suis, cui minus relictum est, pertinere debet ad eos omnes, & inter eos diuidi, iuxta dispositionem d.l. hac edictali, & §. optimè. in auth. de nupt.& declarat Bertrand.in d.l. hac edictali. in prin.nu.48.& 49. post Bal. Iacob. Butrig. & alios concludentes, secundo uiro tantum remanere, quantum fuerat relictum illi filio, qui minus habet, & in prædictis fundata reperitur intentio agentium in præsenti causa.
20 † Nec obstāt adducta in cōtrariū, & in primis reformatio 22. de qua supra; loquitur. n. quando mulier transiuit ad secunda vota nulla in eo matrimonio dote expressè constituta, qui ablatiui absoluti resoluuntur in conditionem.

l. à

l.à testatore.& ibi Bar.& alii.ff.de cond.& demonst.& in rubrica.ff.solut.matri.& sic sensus est,quòd lucrum dimidiæ dotis applicãdæ decedente vxore sine liberis secundum priora statuta habeat locum etiam,quando illa transiuit ad secunda vota,nulla in eo matrimonio dote expresè constituta,idest si nulla dos fue-
21 rit in eo matrimonio expresè cõstituta. † qui vult igitur agere ex dicta reformatione probare debet,illam conditionem impletam fuisse.l.Thais Ancilla.ff. de fid. libertati. l. legata sub conditione.ff.de conditio. & demon.l.legatum.C.de cond.inser. sed tantum abest, vt probari posit nullã fuisse constitutam dotem magistro Georgio per dominã Ceciliã, quòd imò probatur cõtrarium ex instrumento rogato per olim D. Franciscum Siluestrium anno 1535.vbi D.Petrus & Theodosius nepotes D. Ceciliæ pro ea instãte & volente promiserunt soluere dictas lib.900.pro dote illius domino Georgio ad festum sancti Michaelis tunc proximè futuri anni.1537. prout sic causa soluerunt, vt apparet in alio instrumento per eundem rogato. Quare sequitur ex quo dicta cõditio purificata non fuit, immo defecit dictũ lucrum quod magistro Georgio veniebat deferendum remanere penes filios primi matri-
22 monii, † nam deficiente conditione perinde est ac si dispositio facta non fuisset.l pecuniam quam.ff.si cer.pet.l.necessario.§.quòd si pendente.ff. de peric.& commod.rei vend.l. si ea lege de condi.inser. Soc.Iun. cons.83.nu.6.&
23 102.num.6.uolum.primo † & paria sunt nihil fieri,uel sub conditione fieri, quæ non purificetur.Rip.respons.lib.1.cap.2. nu. 23.cum simil.per Crauet.cõs.15.nu.3.sequitur Ceph. consi.183.nume.51.Quare super dicta reformatione uis fieri non potest, veluti facta sub conditione, quæ defecit, & ob id pro infecta reputari debet, & ita versamur in dispositione iuris communis secundum quam lucrum remanet apud filios primi matrimonii. non autem secundo uiro debetur.d.l.hac edictali.

24 † Secundò dico, quòd dicta reformatio correcta fuit per statuta noua, resque redacta fuit ad terminos.l.hac edictali. Vnde in tali lucro debent attendi statuta noua,licet post dictam dotem emanata, cum satis sit lucrum, quod ex eis defertur per mortem vxoris dari, quæ post statuta prædicta contingit, vt voluit Barto. in l.omnes populi.2. quæst. quintæ quæstionis princip.ff.de iust.& iure.quem sequitur Rayn.de Forliu.& Caccialup.num. 83. Cyn.in l.vnica.§.fin.C.de rei.uxo.actio. dicẽs quòd fuit de facto Ferrariæ.D.Rossel.de Arc. consi.91.inter consi.Bald.volum.quarto, sicut & ipse Bald. consil.93.colum.secunda, & consilio 477.eod.uolum.Castr.cons. 193. colum. fin.uolum.primo cum similibus per Roland. à Valle in trac. de lucro dot. quæst.93.

25 † Nec obstat dictum statutum. Quòd decidantur causę. loquitur enim de quęstionibus emergentibus ex his quę retro actis temporibus inter aliquos facta sunt, sed istud lucrum vir non consequitur aliquo titulo ab vxore prædefuncta,sed ex legis prouidentia, ut determinat Bald.in l.fin.C.de bon.mater.& post eum Corn.Aret.in l.si ab hostibus.§.1. ff.solu. matri. Franc.de Pepis in auth.præterea. car. 14.uersi. 3. & vltimò.C.unde uir & vxo.Barb.
26 in c.officii.colum.2.de testa. † Vnde cũ cessent uerba dicti statuti, cessare debet eius dispositio.l.4.§.toties. ff. de dam. infe. vbi Bart. & alii & licet Roland.à Valle in d.trac. quæst.
27 86.colum. penul.pungat in contrarium, † dicens id acquiri ex prouidentia hominis, quod acquiritur ex dispõne legis, cui partes poterant renunciare secundum Bar.in l.ita stipulatus, prima quæst. ff. de verb.obligatio. Tamen cessat obiectum;quia statutum nostrum de lucro dotis loquens,prohibet ei renunciari posse etiam cum iuramento.

28 † Ad secundũ verò respondetur ex decisione Bald.in d. l. lege hac edictali secunda lect. colum. 2. vbi dicit,posse adhiberi fraudem ex parte recipientis; quia non datur secundo viro,sed eius fratri, uel amico quia illa lex non intelligitur de bonis datis extraneo,& ista est fraus de persona ad personam.l.3.§. tacita.ff. de iure fisci. l. si per impresionem. C. quod met.caus. quę prodesse non debet per d.l.hac edictali. ibi ( omni circumscriptione, si qua per interpositam personam fuerit excogitata, cessante ) sequitur Iacobi. à Sancto Georg. & Bertrand. sub nu. 13. meritò relictum factum etiam magistro Dominico fratri uiri secũdi, & eius filiis non potest ex eorum persona sustineri tanquam factum contemplatione mariti,& in eo procedere debet ille tex. secundũ Bald.& prædictos.

29 † Nec obstat doctrina Bertrandi,de qua supra, loquitur enim quando certum erat relictum fuisse factum filio secundi viri contemplatione illius filii, non autem secundi uiri patris sui; quia secundum uirum exosum habebat propter adulterium: uel quia eam verberauerat, aut malè tractabat, illum verò priuignum charum habebat;quia forte ex incẽdio vel peste eam liberauerat, at hęc nequaquam probata sunt in pręsenti causa, sed amor quidam generalis erga magistrum Dominicum, & filios suos, & dominæ Cecilię, cui commensurari debet & amor eiusdem dominæ probatus erga filiam, & nepotes, ac neptes suas ex
30 filiis prędefunctis,† Vnde mihi uidetur nos in tertio casu versari,quem ponit Bertrand.quando simpliciter relictum fuit, & sumus in dubio quia non constat, an relictum sit factum contemplatione viri secundi eius filio, vel ipsius met filii,quo casu concludit Bertrand. censeri relictũ contemplatione secundi viri. Quare

sic

sic & in casu nostro dici debet in hoc relicto facto magistro Dominico eius cognato & eius filiis, vt cõtemplatione fratris sui, & viri secundi relictum sit, & ob id non valeat. Idemque demum concludo de relicto facto Ludouicæ filiæ d. Georgii de lib. 5o. & uestibus testatricis, quatenus excedit ratam legitimæ nepoti-
31 bus eius contingentem, † quia cum d. Ludouicæ relictum fuerit facta mentione filiationis & patriæ potestatis secundi viri, uidetur eius contemplatione relictum, & ob id locum habet d. l. hac edictali, vt per Bal. consi. 146. quędam nobilis domina, volum. 3. in antiq. & sentit Bertrand. in d. 3. casu.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

## Pro Nobilibus fratribus Pacianis Mutinensibus.

### ARGVMENTVM.

De prohibitione confiscationis bonorum per patrem facta, casu quo aliquis filiorum delinqueret de iure valida. Et quòd etiam legitimam complectatur. Item quòd de publicatione bonorum nullus præter fiscum obiicere possit. Quòd etiam diuisio erronea sit retractanda. Et translatio bonorum in aliũ facta valeat. Bannitusque demum sit incapax successionis ex statuto Mutinæ.

### SVMMARIVM.

1 *Testator prohibere potest confiscationem bonorum filijs suis in casum delicti.*
*Nam de suis bonis liberè disponere potest.* 2.
*Nec fraudem fisco facere videtur.* 3.
4 *Testator si prohibeat bona sua alienari non possunt publicari in fiscum.*
*Et est communis opinio.* 5.
6 *Statutum Mutinæ de pœna homicidæ volens tertiã partem publicari procedit, nisi prohibitio publicationis facta fuerit à testatore.*
7 *Bona damnatorum de iure cõi nõ publicantur fisco.*
7 *Statutum de bonis confiscandis velut correctorium iuris communis venit intelligendum vt minus lædat ius commune quàm fieri possit.*
*Etiam si oporteat impropriare verba.* 8.
9 *Non natus nec conceptus inhabilis est ad succedendum.*
10 *Dispositio testatoris debet ad habiles referri.*
11 *Statutum debet ad habiles referri.*
12 *Legitima cõprehenditur in prohibitione patris de bonis suis nõ cõfiscãdis casu quo filius deliquerit.*
*Velut facta ad prouisionem filij.* 13.
*Idem in præteritione vel exhæredatione sic emanata.* 14.
14 *Grauamen non reijcitur de legitima quando tendit ad prouisionem filij.*
15 *Prohibitio facta minori valet etiam respectu legitimæ quando concernit eius fauorem.*
16 *Renunciantibus iura sua non datur amplius regressus.*
17 *Filius hæres patris non potest conqueri de illius repudiatione.*
18 *Renunciatio quando dicatur vel non in fraudem fisci facta.* 21.
19 *Filius nullum ius habet in bonis delinquentis ante condemnationem.*
20 *Maritus renunciare potest lucro dotis sibi deferendo casu quo vxor prædecedat.*
22 *Tertius opponere non potest sed solum fiscus ad quem pertinet oppositio vt est, incapacitatem opponere.* 23.
*Idem de iure communis de quo alius excipere non potest sed ipsum commune.* 24.
25 *Argumentum à sufficienti partium enumeratione validum.*
26 *Error in causa finali contractum nullum reddit.*
27 *Errans consentire non dicitur.*
28 *Et inutilis est acceptilatio facta per errorem.*
29 *Diuisio erronea non nocet.*
30 *Sciens donare videtur.*
31 *Donatio facile præsumitur inter coniunctos & quando.* 33.
32 *Actum nullum scienter faciens nugari dicitur.*
34 *Contractus non transit in formam alterius contractus diuersi nominis.*
35 *Donatio sine insinuatione non valet etiam si iudex adeatur nec ei innotescat quid agatur. non enim dicitur insinuata.* 36.
37 *Donatio excessiua debet insinuari.*
38 *Coram iudice factũ non dicitur nisi eo intelligẽte.*
39 *Filij positi in conditione sub mentione masculinitatis non censentur vocati, & est communis conclusio.* 40.
*Sicq; iudicatum fuit in varijs locis.* 41.
42 *Filius in conditione positus facit cessare fideicommissum, & ab intestato succedit.* 43.
44 *Pater transferre potest bona in aliũ filio delinquẽte & valet translatio bonorũ in aliã personam.* 45.
46 *Filius in conditione positus potest bonis renunciare pro libito.*
47 *Nec viuo patre ius habet in eius bonis, immo nec in legitima.* 48.
49 *Bannitus qui impune potest offendi ex statuto dicitur incapax successionis, declarando tamen ut per auctorem.*

## CONSILIVM CXCIII.

*Auxilium meum à Domino.*

IVRIDICAM fuisse puto consultationem factam per eximiũ iureconsultum dominum Franciscum Cremonam Conciuem, & aliàs accutissimum discipulum meum, nunc verò mihi tanquàm fratrem gratissimum pro Nobilibus fratribus Pacianis

Pacianis Mutinensibus, quorum alter D. Fuluius adeò mihi charus est, & inter cæteros discipulos meos gratissimus, vt semper cor meum iubilet, quoties aliqua ex parte sibi satis facere possim.

Et imprimis præter adducta per D. Consulentem circa diuisiones allegatas ego considero, quòd olim dominus Ioannes Pacianus pater D. Nicolai Alberti, ex quo genitus est Do. Ioannes modernus, qui litem agit cum dictis fratribus, iussit ac voluit in testamento suo, quòd si quis filiorum suorum hæredum commiserit maleficium, propter quod eius bona venirent publicanda, & fisco applicanda, dicta bona, & eorum fructus aliquo modo non perueniant ad fiscum, nec in eum

1 possint transferri, sed uadant ad alios, † quæ quidem prohibitio valuit, & fieri potuit, vt in terminis ponit Rui. in l. filiusfamilias. §. diui. col. sexta, notab. quarto. ff. de leg. primo. Quæ rit enim, si bona impediantur expressè confiscari per testatorem, & casu quo, ex delicto debeant ad fiscũ peruenire, in alterum transferantur, an valeat prohibitio & translatio? arguit imprimis quòd non, vt per eum, dein-

2 dè determinat, quòd sic; † quoniam testator potest liberè de bonis suis disponere, & quem vult præferre, tantoque magis fisco, qui isto casu excluditur à lucro, non autem à iure quæsito, nec testator videtur dolo facere, qui vtitur iure suo. l. nullus. ff. de reg. iur. & ultra Rui. tenet hoc idem Alci. ibi num. quarto, dicens, quòd si testator expressim prohibuerit, ne bona in fiscum transeant, sed hærede delinquente, ad talem perueniant, fiscum excludi, argumento. l. sed si mors. §. 1. ff. de donat. inter vir. & uxor. potuit enim testator rei suæ legem im-

3 ponere, † nec ipse fraudem fisco facere uidetur. l. codicillis. §. matre. ff. de leg. secundo, qui nihil deliquit, immo delinquentem hæredem, quod in se est, bonis suis multat, & ad alium transfert, argumento. l. non impossibile. ubi Bald. ff. de pact. idemque uoluit Ruin. consilio 129. nu. 4. vol. 2. Roland. à Valle consil. 56. nu. 12. volum. primo, & alii quos in hac causa pariter consulens congerit, egregiè Menoch. cons. 91. nu. 6. Quare cum proponatur dominum Nicolaum Albertum maleficium commisisse propter quod bona sua veniebant publicanda, in alios fratres ea fuisse translata vigore dictæ prohibitionis confiscationis eorum, & propterea D. Ioannem modernum filium dicti Nicolai Alberti nihil consequi posse.

4 † Confirmatur, nam videmus, quòd si testator prohibeat bona sua alienari, non possunt publicari in fiscum, ut per illum textum; uoluit Bar. & Angel. in l. imperator. ff. de fideicom. liberta. Alex. consi. 23. uolum. primo, duplicato consi. 88. uolum. 3. Ias. in l. filiusfam. §. diui, & ibi And. de Opizo. nu. 39. Ferdinand. Loaz num. 55. Crot. numero 36. Rip. numero 47. de leg. 1. Roma. in l. si finita. §. si de uectigalibus. ff. de dam. infect. Mars. consi. 49. num. 51. Dec. consi. 442. col. 3. Ioan. Andr. in addit. Specul. de feud. addit. 40. Oldra. consi. 17. col. 5. Roland. à Valle cons. 31. numero 25. volum. primo. Natta cons. 528. num. 22. Catell. Cotta memorialium suorum lib. vers. testamentum, in quo pater. Angel. in trac. de malefic. vers. & eorum bona publicamus. Aret. consil. 14. Alban. consil. primo nu. 16. Plot. consi. 130. num. 16. primo Tomo criminalium. Alciat. respons. 650. Menoch. cons. 104. nu. 42. Rui. consi. 124. num. 5. consil. 129. num. 4. uolum. 2. consilio 23. num. 15. volum. 5. Gozad. consilio 103. nume. 25. Mars. sing. 314. dominus meus Rimin. consil. 343. Grat. respons. 21. numero 68. volum. 2. Curt. Iun. consi. 120. num. 10. Boer. de-

5 cis. 278. num. 6. Gram. decis. 105. num. 30. † & communem testatur Rube. nec ab ea recedendum consi. 154. sicut & Hiero. Gabriel. consi. 141. nume. 31. licet in contrarium pungat, aut dubitet: sicut ergo potest indirectè prohibere testator confiscationem bonorum, prohibendo ea alienari, multo magis directè & expressè id facere potest.

6 † Nec isto casu procedere potest, aut debet statutum Mutinæ de pœna homicidæ, Rubrica 50. dicens, quòd tertia pars publicetur, & applicetur ipso iure Cameræ Ducali: nam venit intelligendum, nisi prohibitio publicationis à patre delinquẽtis fuerit ordinata, prout

7 in casu nostro, † cum enim bona damnatorum de iure communi non publicentur, auth. bona damnatorum. C. de bon. damnat. dictum statutum velut correctorium iuris communis venit intelligendum vt minus lædat ius commune, quàm sit possiblle, l. 2. cum ibi not. C. de noxal. D. meus Riminal. consil. 245. nume. 23. Alex. consilio secundo, num. 9. volum. primo. Dec. consi. 444. num. 15. Paris. consil. 95. in princi. volum. 1. consil. 66. num. 100. volum. 3. Roland. à Valle consil. 63. nume. 30. uolum.

8 primo & consil. 27. num. 21. † ubi ampliat etiã si oporteat verba impropriare, post Butr. & Imol. in c. cum dilectus. de consuetud. igitur dictum statutum debet intelligi locũ esse publicationi dictæ partis. ubi non fuerit prohibita publicatio, secus autem facta illius prohibitione, ut in hoc casu.

9 † Nec insuper illa uerba testatoris, sed uadant ad alios, in ea prohibitione posita, verificari possunt in persona dicti domini Ioannis Iunioris futuri nepotis ipsius testatoris, cum eo testatore viuente, nec natus, nec conceptus esset, & ob id esset inhabilis ad succedẽdum ipsi auo. l. Titius. ff. de suis & legit. & l. si quis filio exhæredato. §. 1. ff. de iniust. testa. sed intelligenda sunt, quòd vadant ad alios scilicet filios ipsius testatoris supra vocatos habi-

10 les. † nam dispositio testatoris debet ad habiles referri, non autem ad inhabiles, vt in notabili

bili casu tradit D. meus Rimin. consi. 268. col.
11 fi. † sicut & statutum. Bar. in l. 1. §. filium. ff. de contratab. cum simil. per Nattam consi. 74.
12 col. fin. † Quinimò probabiliter dicendum puto, quòd in dicta prohibitione comprehendatur legitima competens dicto Nicolao Alberto in bonis paternis ea ratione: quia dicta prohibitio facta fuit ad prouisionem dicti filii, vel alterius, qui maleficium committeret, ne portio sua in fiscum transiret. Voluit enim quòd ad alios iret, donec ipse committens maleficium restituatur in patriam, & sic quòd re-
13 stitutus eam portionem consequeretur. † Vnde patet illam prohibitionem confiscationis fuisse factam ad commodum & prouisionem filii committentis maleficium, sicut de praeteritione & exhaeredatione filiorum dicitur in l. multi non notae. ff. de liber. & posthu. & in l.
14 filiis matrem. C. de inoffi. testa. † quo casu cõprehenditur legitima, non autem dispositio reiicitur quò ad legitimam filii, per l. quoniã in prioribus. C. de inoffi. testa. quoniam lex illa procedit quando facta fuit ad grauamen filii, secus autem quando ad prouisionem, vt per Bar. Bal. & alios in d. l. filiis matrem. & in l. cum ex filio. ff. de vulg. & pupil. Alex. & Ias. in d. l. multi. reiecta sententia Bal. contraria in l. si pater, tertia oppositione. C. de instit. & subftit. & cum praedictis latius concordat Roderic. Suarez in d. l. quoniam. limitatione 1.
15 † Confirmatur, nam quando prohibitio reperitur facta minori ualet cum eius fauorem concernat etiam respectu legitimae, nec ei potest renunciari. l. 2. C. de usucap. pro empt. ita Cast. cõs. 136. Ias. in l. filiusfamilias. §. diui, lect. 2. col. 4. uers. limita notabiliter. ff. de leg. 1. & post eum Rip. num. 28. post Pic. & Ferratium quos citat Rube. consil. 27. colum. 2. Aret. consil. 22. colum. 2. At Nicolaus Albertus tempore dictae prohibitionis sine dubio minor erat, & insuper tempore delicti commissi, ergo ualuit etiam respectu legitimae suae. Hinc ergo concluditur D. Nicolaum Albertum qui bannitus uita functus est (vt proponitur) nulla bona paterna habuisse, si propter maleficium commissum ab eo fuerunt aliis fratribus applicata per communem parentem, ne in fiscum
16 transirent. † Quod etiam confirmatur, nam priusquam sententia banni promulgaretur d. Nicolaus Albertus renunciauit haereditati paternae, sicut & D. Marci Anto. sui fratris ab intestato praedefuncti ad fauorem, & commodũ aliorum fratrum, quo stante nec ei si uiueret, nec D. Ioanni eius filio ex persona patris venienti debet ad ea regressus dari. l. quaeritur. §. si uenditor. ff. de aedil. edic. Crau. consi. 24. nu. 4. & consi. 74. num. 7. Paris. consi. 69. num. 20. vol. 3. D. meus Rimin. consi. 249. col. 1. cum si-
17 mil. † Non enim potest D. Ioannes conqueri de repudiatione facta per eius patrem, cuius fuit haeres, vt per Bal. in l. qui se patris. num. 9. C. vnde liber. quem sequitur Alex. consi. 13. nu. 7. consi. 19. nu. 14. uolum. 5. & alii quos citat Menoch. in d. consi. 91. nu. 9.
18 † Nec dici potest, talẽ renunciationem D. Nicolai Alberti velut in fraudem fisci factam non ualere per l. in fraudem. ff. de iure fisci: quia procedit ille text. facta condemnatione delinquentis, secus ante, ut in casu nostro. l. cum quidam. eod. tit. & utrobique glo. Bar. & Doctores. sicut & Socin. Iun. consi. 124. num. 8. volum. 3.
19 † Confirmatur, nam fiscus nullum ius habet in bonis delinquentis ante condemnationem illius, vt declarat Negusant. in trac. de pignori. in 4. memb. secundae partis, nu. 115. Vnde dicit Bal. in l. 2. §. miles. ff. de his qui not. infam. quòd clericus homicida licitè retinet beneficium ante sententiam, sequitur Io. de Selua in trac. de benefic. tertia parte, quaest. secunda, meritò potuit d. Nicolaus Albertus facere dictam renunciationem, iuxta tex. in l. qui autẽ. in prin. ff. quae in fraud. creditor. ubi repudiãs quod poterat quaerere, non dicitur in fraudẽ
20 creditorum facere, † & quod ponit Dec. consi. 260. per totum de marito renunciante lucro dotis sibi ex statuto deferendo, casu quo vxor praedecederet, quod facere potest, nec inde dicitur creditores fraudare. Alberi. in l. patrem. ff. quae in fraud. creditor. Paris. consi. 127. col. 2. uol. 1. Roland. à Valle in trac. de lucro dotis.
21 quaest. 40. † & in terminis nostris decidit Nellus in trac. de bannit. secunda parte, primi temporis, quaest. 30. in fin. quem sequitur Boss. in tit. de bonor. publicatio. nu. 29. Menoch. in d.
22 consi. 91. nu. 4. † praeterea casu quo non ualuisset dicta renunciatio, velut in fraudem fisci, (quod tamen negatur ex praedictis) non tamen de hoc D. Ioannes iunior opponere posset, & querimoniam facere, sed solus fiscus, doctrina est Bal. & Floriani in l. his consequenter. §. 1. ff. famil. ercis. post Ricard. Malumbr. dicunt enim, quòd si quis instituat filium spurium, alii consanguinei non possunt illi facere quaestionem haereditatis, sed solus fiscus est ille qui poterit ei mouere controuersiã, poteritque conuentus agentibus dicere, quantum ad
23 vos liberas aedes habeo. † Idemque pulchrè tradit Bal. cõs. 436. testator instituit. colum. 2. uol. 3. in antiq. ubi vult, quod nullus alius, quàm fiscus obiicere possit incapaci de incapacitate sua, putà uenientes ab intestato. Ratio est, quia deducunt ius tertii, idest fisci, quod est impossibile, cum non habeant mandatum à fisco. Item cum non simus coram iudice fisci, nec sit praesens fisci patronus, ut per eum, qui idem ponit in l. 1. in fi. C. in quib. caus. in integ. restit. non est necess. ubi dicit expressè, quod de confiscatione nullus, nisi fiscus potest referre quaestionem, refert & sequitur Alex. in addi
24 tio. Bar. in d. l. his consequenter. §. 1. † & cum praedictis etiam concordat Anch. consi. 275.

ad

ad fin. volens, quòd licet commune Bononiæ
possit auferre bona bannito tanquam indi-
gno, nullus tamen alius ad utilitatem suam
possit excipere de iure dicti communis, si ip-
sum commune eo iure non vtitur, & sic istæ
decisiones omnino tuentur istos fratres con-
uentos aduersus D. Ioannem agentem, si ue-
lit opponere contra prohibitionem publica-
tionis bonorum à testatore ordinatam in euen
tum maleficii committendi per aliquem filio-
rum suorum, vel aduersus renunciationem di-
cti D. Nicolai Alberti. De his enim casu quo
quicquam dici posset (quod negatur) nullus
opponere posset præter fiscum, quod benè no-
tandum est.

Quibus ita stantibus, infero ad diuisiones
bonorum communium factas inter Do. Tho.
mam Pacianum patruum & D. Ioannem Iunio
rem nepotem, quòd nullius fuerint momenti,
nec ullo modo, prÿiudicent istis fratribus & fi-
25 liis dicti D. Thomę, † idque probo arguendo à
sufficienti partium enumeratione, quod ualet
in iure. l. patre furioso. & ibi Bart. Bald. & alii.
ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. & insti, cod.
in princi. Euerard. in centuria sua. Aut enim
D. Thomas ignorauit, nullam extare commu-
nionem bonorum inter eum & nepotem, pro-
ut stantibus prædictis uerè non extabat, & er-
ror fuisse dicitur in causa contractus dictæ di-
uisionis, qui eum nullum reddit, ut de ultima
uoluntate est tex. in l. si pater. C. de hęred. in-
stit. & in notabili casu ponit Ruin. in consilio
26 63. nu. 7. uolum. 2. † & de contractu in l. cum
hic status. §. fin. ff. de donat. inter uir. & uxor.
ubi si quis donat alicui tanquam vxori, quæ
non est, corruit donatio, quem textum repu-
tat ad hoc singularem Bal. in l. eam quam, col.
7. C. de fideicom. Alex. & Ias. in d. l. si pater. &
in terminis diuisionis sunt iura clara, uideli-
cet in l. si post diuisionē. C. de iur. & fac. ignor.
in l. si soror. C. de collatio. & in l. 2. C. commu-
nia vtr. iudic. quæ uolunt, diuisionem erro-
neam retractari, & quæ citat hanc conclusio-
nem latè corroborans Menoch. in allegato
27 consi. 91. num. 26. usque in fin. † cui duntaxat
addo, quòd errans non dicitur consentire:
nihil enim tam contrariū est consensui, quàm
error, ut inquit text. in l. si per errorem. ff. de
28 iur. om. iud. † Vnde Connan. in commenta-
ris suis lib. 5. cap. 4. col. fi. dicit, acceptilationē
inutilem esse, nec in vim pacti nudi defendi
posse factam per errorem propter defectum
consensus, & in alio casu ponit Ceph. consil.
29 220. nu. 29. † Aut uerò dicimus, quòd D. Tho
mas sciuerit nullam communionem bonorum
extare inter eum & nepotem, sed ea esse præci
pua & propria ipsius D. Thomæ, sed quòd cre-
diderit se teneri de iure ad ea diuidenda cum
nepote suo, & sic quòd errauerit in iure, & ad-
huc talis diuisio erronea in iure sibi nocere nō
potuit; quia nullis iuris error in damnis amit-
tendæ rei suę nocet. l. error. C. de iur. & fact.
ignor. iuncta præcedenti. ubi dicitur, quòd iu-
ris ignorantia suum petentibus non nocet,
30 † Aut uerò uolumus attentare, quòd D. Tho-
mas etiam sciuerit dispositionem iuris, & ita
se non teneri ad diuisionem prædictam suo-
rum bonorum cum nepote, qui nihil iuris in
eius habebat, sed diuidendo censeri uoluisse
31 donare, † cum potissimè facilè donatio pręsu
matur inter coniunctos. l. Procula. ff. de proba-
tio. Doc. in l. quę dotis. ff. sol. matri. & tunc nec
32 istud dici potest, † quia quando partes faciunt
actum nullum scienter, nugari uidentur, meri-
tò si non valet, eo modo quo fit, non ualet
etiam eo modo quo valere potest, ut tenent
Cuma. Cast. Alex. Ias. & Rip. in l. 1. §. si quis ita.
33 nu. 29. ff. de verbo. obligatio. † & ad inducen-
dam donationem inter coniunctos multa re-
quiruntur, vt declarando. l. Procula, docet Soc.
consi. 25. num. 10. volum. 4. sicque respondet
in casu nostro Menoch. in d. consi. 91. nu. 53.
34 † Quinimò præter illum subiicio, quòd ubi
dici posset, diuisionem prædictam in vim do-
nationis transfundi (quod uerum non credo)
quia facta expressione contractus diuisionis
verborum significatio nō patitur, ut fiat transi-
tus in formam alterius contractus, qualis est
donatio, iuxta doctrinam Bar. in l. ubi ita do-
natur. ff. de donat. caus. mor. & per Dec. consi.
35 293. in fi. † nihilominus adhuc in effectu non
ualuisset donatio libras centum excedens, sed
fuisset ipso iure nulla sine insinuatione vi-
gore statuti Mutinę sub rubrica de donatio. de
qua re copiosè & eleganter tetigit D. Confu-
lens me citans inter cætera in §. 1. instit. de do-
natio. nu. 157. ubi post Bald. cons. 375. certum
est columna 1. uolumine 3. Canarium in tract.
insinuat. quæst. 10. nu. 22. & Tiraquell. de leg.
36 connub. glo. 6. num. 177. † dico fortius, quòd
si iudex adeatur causa donationis celebrandę,
tamen coram eo donare uolens nominatim
non indicat, quod intendit donare, sicque iudici
non innotescat, quid agatur, non dicitur in-
sinuata donatio, licet superficialiter coram iu-
37 dice fuerit contractus factus, † quod ut ueris-
simum nunc ego præter ibi per me deducta no
uiter corroboro. Nam leges mandant dona-
tionem excessiuam insinuari apud iudicem. l.
donatio. in fin. l. in hac. C. de donatio. quæ di-
ctio apud, æqnipollet dictioni coram, vt Grā-
maticis est notissimum, & probatur in l. cum
pro quo. iuncta glo. ff. de in ius uoc. l. de iure.
ff. ad municip. & ponit Alberi. in verbo apud.
38 † At coram iudice factum non dicitur, nisi
eo intelligente. l. coràm. ff. de verbo. significa.
l. dicm. §. coràm. ff. de arbitr. & ibi not. Bald.
Castr. & alii, igitur est impossibile, iudicem in-
tellexisse, quòd Do. Thomas voluerit donare
nulla mentione donationis facta, quare nec
insinuata dici potest allegata donatio.

Superest alius articulus de bonis subiectis
fidei-

fideicommisso per D. Ioannem Pacianum. Nã casu quo quis filiorum suorum decesserit sine filiis masculis, superuiuentes fuerũt substituti,
39 † in quo missa illa conclusione de filiis positis in conditione etiam sub mẽtione masculinitatis, qui non censentur vocati, vt seriosè scripsit dominus Consulens, quam latissimo folio sequitur Roland. à Valle consi. 51. colum. 6. & 7. volum. tertio, ubi me pariter citat in addit. ad
40 D. meum Rimin. in consil. 326. † & dicit hanc esse communem conclusionem post Torniel. consi. 43. inter consilia Porcii, & infinitos etiã cumulat Ant. Gabriel. Roma. in suis conclusionibus, lib. 4. de fideicom. conclus. 4. nu. 8. & 9. sicut & Bursat. consi. 1. nu. 7. post Vasquium in trac. de succesio. libro primo. §. 4. nu. 3. & Mar
41 zarium de fideicom. quæstione 20. † qui referunt ita fuisse iudicatum in uariis locis. idque maximè stante statuto fœminarum exclusiuo. ut per Soc. Iun. consi. 111. nu. 32. & consil. 18. nu. 19. uol. 1. quem Gabriel, & dictus Bursat. sequuntur; quia forsan dici posset, licet D. Io. Iunior filius D. Nicolai Alberti fuerit positus in conditione, & sic minimè vocatus fuerit ex
42 testamẽto, † tamen cessare fecit fideicommissum, ad quod erãt vocati cæteri filii testatoris, & ipse ab intestato succesit, vt declarãt Bar. & alii in l. Lucius. ff. de hæred. insti. quia substitutio facta alicui decedenti sine filiis expirat eo decedente cum filiis, vt per Castr. Alex. & Rip. in l. ex facto. §. pen. ff. ad trebel. Dec. consi. 63. col. 2. consi. 95. col. 4. & consi. 269. nu. 13. consi.
43 414. num. 3. & consi. 427. † & in specie ponit Ceph. consi. 282. nu. 11. vbi dicit, quòd licet filii positi in conditione non censeantur uocati,
44 tamen excludunt substitutum. † ego dico, per aliam viã defendi posse, quòd iste D. Ioannes in dictis bonis uigore dicti testamenti niti nõ possit; quoniam testator in euentum ꝙ aliquis filiorũ suorũ committeret aliquod maleficiũ, propter quod bona illius uenirent publicãda, & fisco applicanda, noluit dicta bona aliquo modo ad talem filium peruenire; nec in eum transferri, sed quòd uadãt ad alios filios suos,
45 † quæ translatio in aliam personam conceditur, & inducit tacitam ademptionẽ priori personæ, cui fuerat relictum. l. sicut. cum seq. ff. de ademp. leg. & instit. eod. tit. in fine, meritò recessisse dicitur testator à priore fideicõmisso iniuncto D. Nicolao Alberto, si decesserit sine filiis, sicq; D. Ioãnes eius filius ut in cõditione positus eo niti nõ potest, dicens ꝙ illud cessare fecit, & succesit ab intestato, nam posset esse verũ, quãdo pater eius nõ deliquisset, & sic pars bonorum sibi relicta penes eum remãsisset; sed quia deliquit, & eo casu bona translata fuerũt in alios fratres, eius filius non potest ab intestato in eis succedere patri, qui tẽpore mortis ea non habuit, velut in alios fratres translata.
46 † Confirmatur hoc etiam stante renunciatione dicti Nicolai Alberti suis fratrib. facta. Nam cum verum sit, D. Ioannem eius filium in conditione tantum positum non fuisse uocatũ ex testamento, sed expirasse fideicommissum iniunctum patri suo per eius superexistẽtiam, sequitur, ꝙ bona libera remanserunt apud patrem suum ab onere fideicommissi, & propterea potuit pro libito eis renunciare fratribus
47 suis, etiam in prçiudicium filii: † quia nullum ius habebat D. Ioãnes filius suus in vita patris sui in eius bonis. l. post emancipationem. §. 1. & ibi Bar. ff. de liber. legat. & in l. fi. C. de pact. & post eum Ias. Dec. D. meus Rimin. & alii qui talem spem uanam appellant, quod & latè tradit Ias. in l. is potest, colum. tertia. ff. de acqui.
48 hæred. † immo uerò nec in legitima filius dicitur habere spem probabilem uiuente patre. l. 1. §. si impuberi. ff. de collatio. bonorum ibi. præmatura enim est spes, & ibi declarat Bart. in l. fin. per illum tex. ff. de lib. agnoscen. cum aliis infinitis à me cumulatis, insti. quib. alie. licet in princ. num. 262. cum duobus sequen. quibus nunc addo Ceph. consi. 214. nu. 8. & Senatum Pedemon. decis. 172. nu. 15.
49 † Postremò latè persuadere conatur hanc conclusionem Menoch. in d. consi. 91. col. 1. stãte banno dicti Nicolai Alberti, qui cum posset impunè offendi ex statuto Mutinæ, factus fuit incapax succesionis paternç, nec ex ea quicquam consequi potuit, meritò nec in ea filium successorem habere, per allegata per eum, quã conclusionem latissimo folio examinaui in l. ut vim. post Dec. ff. de iust. & iure, nu. 120. cũ sequentibus. ubi licet contra senserim in alio statuto simpliciter loquente, in illo tamen Mutinæ eam admisi nu. 136. cum dicat, quòd bannitus sit exclusus ab omni actu legitimo, igitur & à succesione, quæ de iure communi defertur in loco statuti, ad ibi dicta me remitto breuitati consulens.

Quare patet omni respectu intentionem Do. Ioannis agentis non subsistere de iure, & ad fauorem D. Fratrum de Pacianis esse iudicandum, prout etiam D. Consulens scripsit, in cuius sententiam per supradicta prçter eum transire uolui.

*Hippolytus Rimin. Ferrar.*

## Pro magnifico Do. Cæsare Pasqualetto.

### ARGVMENTVM.

De legitimatione inualida pluribus rationibus. Et eius approbatione, sicut & testamẽti minus pিudiciali approbãti; aut eius hçredi.

### *SVMMARIVM.*

1 *Sẽtẽtia quæ trãsiuit in rẽ iudicatã facit ius irretractabile, & est altera natura, quia creat originẽ.* 2. *Et*

Et facit de albo nigrum. 3.
4 Sententia lata pro legitimato amplius in dubium refricari non potest.
5 Contrariorum est eadem disciplina.
6 Exceptio rei iudicata obstat agenti ex eadem causa &c.
Et est exceptio litis finita, qua ad meritum & processum potest opponi. 7.
8 Legitimatio propter vitium surreptionis est nulla. 9. 15.
10 Surreptio modica vitiat priuilegium, & gratiam.
11 Surreptio consideratur quando tacitum quid fuit, quo expresso superior non concessisset, aut non ita facile.
12 Filij nati ex viro nobili & ex muliere ignobili ac vili non legitimantur præ subsequens matrimonium quo ad successionis effectum.
Qua sententia communis est. 13.
14 Mandatum ad impetrandam legitimationem debet esse speciale ad quid.
15 Legitimatio duplici defectu tacito vel altero omisso nulla est, vt surreptitia.
16 Vincula duo strictius ligant vno.
17 Prohibitio duplex vna potentior est.
18 Comes Palatinus legitimare non potest sine iusta & probabili causa.
Et est communis opi. 19.
20 Legitimationis causa non sufficiunt, quod quis in peccato sit genitus, aut dignus misericordia, velut alieno vitio laborans.
21 Comiti Palatino asserenti se motum ad legitimandum iustis ex causis non statur.
Licet quidam contra. 22.
23 Lex si fortè. ff. de castr. pec. procedit in priuato non in Iudice.
24 Causa cognitio non præsumitur interuenisse propter breuitatem temporis.
25 Iudicis standum est assertioni de causa cognitione vbi non requiritur diligēs perscrutatio, vt in emancipatione vel manumissione.
Aliàs secus, vt in contractibus & id genus.
26 Comes Palatinus non potest legitimare subditum alicuius Principis non accedente illius Principis assensu.
27 Legitimatus non fit habilis stantibus agnatis legitimis & naturalibus sine consensu illius, de cuius hereditate agitur vigore statuti Ferrariæ, quod legiti. non succe.
27 Legitimatio facta contra voluntatem testatoris est nulla.
28 Legitimatus ad succedendum ex testamento & ab intestato non intelligitur legitimatus ad succedendum contra testamentum. 30.
29 Legitimatio limitata ad talem modum successionis non porrigitur ad diuersum.
Et vnum defectum tollens non purgat alium prætermissum. 31.
32 Comes Palatinus dispensans circa defectum natalium non trahitur ad alium defectum & impedimentum.
33 Dispensatio vna fauorabilis est plures verò sunt odiosa.
34 Clausula generalis non obstantibus, non sufficit vbi plura obstant.
Nec aduersus statutum publica vtilitate inductum. 35.
36 Clausula habentes exprimenda pro expressis &c. quando non sufficit. 37.
Et est communis opinio. 38.
Comprehenditurq; quando fit mentio de quacunque clausula & quibuscunque verbis derogatorijs propter verba vniuersalia & geminata. 39.
40 Clausula habentes pro expressis &c. non operatur, quando concedens non fuit informatus.
Sicut nec clausula ex certa scientia.
41 Priuilegium primum non censetur reuocatum per secundum in dubio, licet clausulas generales derogatorias contineat.
Fallit si motu proprio secundum fuit concessum secus si ad alterius petitionem. 42.
43 Quilibet tenetur scire statuta loci.
44 Approbatio validat legitimationem nullam saltem in vim pacti, & quando. 66.
Maximè si stipulatio interuenit. 46.
Qua etiam de iure Canonico non requiritur. 47.
45 Sententia valet iure publico à quo fomentum recipit.
46 Sententia nulla valet in vim pacti, si fuerit approbata per stipulationem.
48 Actionem cui damus fortius exceptionem.
49 Obligatio defuncti transit in heredes.
50 Fulgosij doctrina cons. 67. recitatur. 51.
Et de eius veritate disputatur. 70. 75. 78.
52 Promitti potest res propria & aliena habere licere.
53 Heredi non licet venire contra factum defuncti.
Et repellitur, quia reputatur eadem persona cum defuncto. 54.
55 Confessioni propria quis contrauenire non potest.
Nec eius heres. 56.
57 Notarij stipulatione ius absenti non quæritur ante ratificationem.
Et sufficit etiam tacita ratificatio. 58.
59 Confirmatio non extenditur vltra quàm actus confirmabilis.
60 Legitimatio petita sub prætextu non vero nulla est.
Seu sub præsupposito quod non erat.
61 Surreptio denotat defectum voluntatis.
62 Inuestitura surreptitia nulla est defectu voluntatis.
63 Surreptio potest semper opponi Commissioni executoris, ratioq; subijcitur.
64 Comes quando noluerit legitimare quem ad aliquid.
65 Legitimatio prouidens in futurum non debet ad præteritum trahi.
69 Glossa in l. 2. C. commu. vtri. iudi. quando procedat, declaratur. 67.
68 Partes non possunt tollere liberam facultatem testandi alterius, & impedire testamentum illius.

69 *Hæres non tenetur approbare factum defuncti quod ab eius potestate non pendebat.*
*Nec eius personam repræsentat in hypothecaria. 71.*
72 *Hypothecaria competit pro rebus per fideicommissum relictis.*
73 *Lex cum à matre. C. de rei vindic. procedit in actu valido secus in nullo.*
*Licet Arrius Pinellius contra. 74.*
76 *Promißio facta pro se & hæredibus suis non ligat filium qui venit vt filius non vt hæres. 77. 79.*
*Maximè quando filius non est nominatus vt filius. 80.*
81 *Præsumitur quis ignarus linguæ latinæ.*
82 *Doctor hodie non præsumitur in præteritum fuisse talis.*
83 *Scientia sine laboribus haberi non potest.*
*Et sine doctißimis præceptoribus. 84.*
85 *Approbans testamentum latinum præsumitur id nõ intellexisse.*
86 *Argumentum à contrario sensu valet.*
87 *Dictio ita, denotat modum.*
88 *Actus fieri debet ea lingua, quæ intelligatur ab his quibus actus ille potest præiudicare.*
89 *Notarij assertioni, quòd altera partium habuerit plenam scientiam de aliqua re non creditur.*
*Et de ratione. 90.*
90 *Notarij verba non probant, nisi ea de quibus rogatus fuit à partibus.*
*Tantoq; magis quando testatur, quid quod non interuenit, nec potuit interuenire tempore sui rogitus. 91.*
92 *Argumentum ab enumeratis valet.*
93 *Clausula sciens &c. non excludit, quin poßit probari contrarium.*
*Exemplumq; datur. 94.*
95 *Testamentum debet vulgarizari.*
96 *Sententia inter Græcos à Iudice Latino ferenda est verbis græcis.*
97 *Diuinatio non conceditur.*
98 *Probatio debet concludere per necesse non per possibile.*
99 *Testamenti latini publicatio non concludit, quòd sic ante fuerit alicui prædictum.*
100 *Dolo versari videtur, qui fecit generaliter ratificare promißiones & pacta sine specificatione speciali.*
101 *Ratificatio vt valeat quæ requirantur.*
102 *Consensus præiudicat si fuit adhibitus super actu valido secus si nullo.*
103 *Contractus à patre factus de bonis feudalibus sine consensu Domini nullus est.*
104 *Hæres de iure Canonico non tenetur magis inuentario non confecto quàm eo facto declarando, vt per auctorem.*
*Et ob id potest venire paßim contra factum defuncti eo iure.*
105 *Ferrariæ seruatur ius Canonicum.*

## CONSILIVM CXCIIII.

*Auxilium meum à Domino.*

ARBITROR legitimationem, qua nititur D. Camillus Pasqualettus nullo modo sibi prodesse posse in retinendis bonis olim D. Zanoni de Pasqualettis fideicommisso suo subiectis. Namq; producta fuit per eum, & tamen per duas sententias conformes condemnatus fuit ad relaxãdum dicta bo-
1 na D. Cæsari Pasqualetto, † quæ sentẽtiæ cum
transiuerint in rem iudicatam, fecerunt ius irretractabile inter partes. l. eleganter. §. si quis post. ff. de condit. indeb. nam pro veritate habentur. l. res iudicata. ff. de reg. iur. l. ingenuũ.
2 ff. de statu homi. † vnde Bal. in l. nihil. col. 5. de
elect. notabiliter dicit, q sententiæ diffinitiuæ est altera natura: qa ius facit, & originẽ creat. l. 1. in fin. cum duabus sequentibus. ff. de liber. agnos. sequitur Natta cons. 524. col. 2. quibus accedunt Curt. Iun. cons. 177. col. 5. Ias. in l. Iulianus. ff. de condict. indeb. & Crau. consi. 79.
3 col. 2. dicentes post Bal. quem citant, † q sentẽtia talis facit de albo nigrum, & de nigro albũ, & naturalia vincula sanguinis mutat, sequitur Roland. à Valle cons. 83. nu. 15. vol. 1. & consil. 6. nu. 16. & 17. vol. 3. & pulchrè Bero. consi-
4 lio 127. col. 4. vol. 1. † vbi vult, sententiam latã
pro legitimato amplius in dubium refricari nõ posse de illius illegitimitate. Quare sic è conuerso latis sententiis in casu nostro contra legi timatum non potest amplius quæri de uiribus
5 legitimationis, † vt contrariorum sit eadem di-
sciplina. l. fi. §. contra quoque. ff. de leg. 3. & licet hoc solum sufficere deberet ad exclusionẽ
6 D. Camilli: † quia sibi agenti ex eadem causa
contra eundem D. Cæsarem coràm eisdem, vel etiam diuersis iudicibus obstat exceptio rei iu dicatæ. l. cum quæritur. cum sequenti. ff. de ex-
7 cept. rei iudic. † & cum talis exceptio sit litis
finitæ potest opponi non solum ad merita causæ, sed etiam ad processum. Bar. in l. 1. & 2. ff. de iureiur. Alex. in l. nam & postea. in prin. post gl. eod. tit. Bal. in l. postquam liti. C. de pact. Bero. cons. 108. nu. 3. Tamen vt summa iustitia, quã fouet D. Cæsar ex aliis rationibus magis elu-
8 cescat, † dico legitimationẽ prædictã, propter
vitiũ surreptionis esse nullã, sicut in aliis priui legiis, gratiis & beneficiis est constitutũ. l. & si nõ cognitio. C. si contra ius. Bal. in l. pscriptione. eod. tit. Abb. post alios in c. ad audientiã. de
9 rescrip. Rui. cons. 28. nu. 6. lib. 1. † & de legiti-
matione tradit Anchar. cons. 241. ex tenore pri uilegii. Oldra. cons. 247. factum tale est quidam Rex. & Ruin. consi. 66. num. 27. volum. 3. Curt.
10 abundè cons. 16. col. pen. † vbi subiũgit, quòd
etiam modica surreptio vitiat priuilegium & gratiam. c. si proponente. de rescript. Bened. de Plumb. in l. 1. ff. de nat. restit. cum similibus

per

per eum,& cum prædictis etiam concordat Socinus conſi.65.num. 14. & conſi. 120. num. 6.
11 volum.3.latè Neuiz.conſi.99.num.13.† Conſideraturque ſurreptio quando tacitum quid fuit, quo expreſſo ſuperior,aut non cõceſsiſſet, aut non ita facilè.c.ſuper literis. verſic. ſi verò. c.poſtulaſti.de reſcript.Gemin.conſi.63. col.2. & conſ.65.col.fin. Crauet.conſi.296. colum.5, verſ.Secundò talis. At in mandatis & petitione potrecta Comiti Palatino pro impetranda legitimatione tacitum fuit,quòd D.Zannonus in teſtamento prohibuit filios & deſcendentes eorum nubere mulieribus vilibus, tam ratione ſanguinis & agnationis, quàm motum & honeſtatis nec dignis æquiparari eorum conditioni ſub pœna priuationis hæreditatis, & eius trãſlationis in alios,ex quo patet eum noluiſſe ſuccedere genitos ex prædictis coniunctionibus inæqualibus in bonis ſuis, quæ quidem qualitas & ꝓhibitio teſtatoris,ſi fuiſſet expreſſa Comes Palatinus aut legitimationem non conceſ
12 ſiſſet, aut non ita facilè. † Probatur, nam ſicut apud Doctores crebrius deciſũ reperitur, filios natos ex viro nobili & muliere vili non legitimari per ſubſequens matrimoniũ quò ad ſucceſsionis effectũ,vt voluit Ang. ĩ §.ſed & aliud. in auth.quib.mod.nat. effic.legit. Bal. in auth. idem ſi quis 2.C.de natur.liber.gl.in §.ſit igiť. ver.permittimus.in auth. quib. mod.nat. effic. legit. & poſt. eam Bald.in c. illud. de præſump. Curt.Iun.conſ.136.nu.10.Veronẽſ.caut. 250. Card.Alex.in c.tanta.queſt.16.qui fil.ſint legi. & Præpoſ. col.pen. Picus in l. Titia cum teſtamento.§.Titia cum nuberet.nu.52.ff.de leg.2. Cagnol.in l.ſi qua Illuſtris. nu.5. C.ad Orficia. Martin. Laud.in ſua diſputat. incip. Augerius. col.23.Io.Lup.in c. ꝑ veſtras.de don.inter vir. & vxo.§.7.col.2. Rui.conſil.12.nu.10.vol.1.& conſ.92.nu.16.vol.3.conſ.51.nu.8. vol.5. Mãtua conſ.38.nu.11.vol.2. Aldobrandi.in §. fin. Inſtit.de nupt.ſub num.12. Soci.Iun.conſi.52.
13 nu.2.vol.1. † qui cõem teſtatur, meritoq; nephas eſſe ab ea in iudicando recedere,demumque Cephal.conſi.186.num.26. & conſil. 176. nu.18.Ita multũ redditur veriſimile, ꝙ Comes Palatinus noluiſſet legitimare D. Camillũ natum ex coniunctione inæquali contra prohibitionẽ teſtatoris faciendo legitimationẽ nullã & inualidã. Nam cum diſpoſitio teſtatoris habeatur ꝓ lege. §. diſponat.in auct.de nup. ſicut factum contra formã legis dicitur nullum. l.nõ dubiũ. C.de legib. c.cum dilecta. cum ibi not. de reſc. pariter & factum contra voluntatem teſtatoris. Calca.conſ.8.col.11. Crau.conſ.174. num. 3. Igitur omiſſam narrari talem prohibitionem teſtatoris dici debet legitimationem vitio ſubreptionis nullam reddi.
14 † Accedit, ꝙ in mandato tam D. Agamemnonis, quàm D. Camilli illa qualitas ignobilitatis non fuit expreſſa,ſed tantùm,ꝙ D.Camillus natus fuit ex D. Hippolyto tũc ſoluto, & ex D.Dominica tunc etiam ſoluta,meritò quò ad qualitatem prædictam, quòd mulier eſſet ignobilis,legitimatio dicitur impetrata ſine mandato.cum tamen debuerit interuenire etiam ſpeciale,vt tradit Specul.in §.1.de procur.verſ.24. & poſt eum Bal.in addit.Bero.conſ.5. num.24.
15 vol.1. † Præterea poſito, quòd in mandatis dicta qualitas fuiſſet expreſſa, ex quo tamen non fuit alia qualitas narrata Comiti Palatino, ꝙ teſtator prohiberet natos ex mulieribus vilibus ſuccedere,nec illa fuit cognita Comiti, legitimatio redditur ſurreptitia,& ſic nulla, quia ſi de duplici vinculo notitiam habuiſſet, difficilius legitimaſſet,ita pulchrè Rui. in terminis legitimationis declarat conſi. 19.num.22. vol.3.
16 poſt Oldr.conſ.247.factum tale eſt: † quia duo vincula ligant ſtrictius quàm vnum auct. itaq;. C.commu.de ſucc. c.1. de tre. & pac. duplexq; prohibitio, vt hic legis prohibentis tales natos ex vilibus mulieribus legitimari, & teſtatoris
17 pariter prohibentis tales ſuccedere, † plus operatur & prohibet quàm ſimplex ꝓhibitio. §.ſanctiſsimas.in auct.de non alie.Glo.in c.licet mulieres.de iureiuran.in 6.Imol. & Moder.in l.filiusfamil.§.diui.circa princ. ff.de lega.1. idem Imol. in c.dilecto. de præbend. & in l. cum vir. ff.de vſuc.Alex. conſ.16.vol.3.& vt plenius deducit Ruin. loco citato, idemque latè confirmat Mathæus Brunus Ariminenſis conſi. 175. num.33.vol.1,diuerſorum ad vltimas voluntates, vbi citat etiam Caſtr. conſi.30. colum.fina. volum. 1.& Alex. conſ.195. nobilis Solonius. vol.2.qui ſequuntur Oldrã.& prædictis accedit etiam Fely.in cap. poſtulaſti. col.4. de reſcript. Rui. conſ.73. num.12.& conſ.97. col.2. vol.3. Roma.conſ.326. num.10.verſi. Quartò probatur.Dec.conſ.138. colum.1.& 2. Neuiz. conſilio 99.num.12. & latè confirmat ex multis Horatius Mandoſ.in addit. Romani conſi. 194.in prin. quibus addo Roland. à Valle conſilio 89. num.42.volum.1.

Secundò vitiatur & corruit legitimatio prędicta veluti facta non expreſſa aliqua cauſa laudabili & iuſta, quæ mouiſſet Principem ad legitimandum: quicquid enim de Principe
18 dici poſſet, † tamen Comes Palatinus quantumcunque habeat amplam poteſtatem legitimandi, ſine iuſta & laudabili cauſa legitimare non poteſt,vt voluit Anton.de Roſſell. in tract. legitimatio.ſub rubrica de cauſa formali.Butr. in c.per venerabilem.colum.3.qui fil.ſint legit. Iacob.Zoch.& Præpoſ.Alexandri. ibidem.Anchar.conſ.241. ex tenore priuilegii, cum ſimilibus quibus impugnat legitimationem ex iſto capite.Curt.conſi.73.num.16.Dominus meus Riminaldus conſi.113. col.2. Dec.conſil.393. colum.fin. poſt Bald.in l.ſi teſtamentum. C.de teſtam. & in l.reſcripta. quæſt.3. C. de precib. imp.offerent.Alexan.conſ.94.col.penul.vol.1. Pariſ.conſil.1.num.13. conſi.2. num.28. conſilio 12.num.228.volum.2.Socin.Iun.conſ.120.

num. 29. vol. 2. vbi citat etiam Dec. consil. 579. colum. fin. & Vincent. Paleot. consil. 17·
19 inter consil. Curt. † & hanc opinionem communem testatur Curt. Iun. consil. 75. num. 4. quem refert Emanuel Soarez. in Thesauro re-
20 cept. senteut. litera . I. nume. 110. † Quòd enim D. Camillus non peccauerit licet in peccato genitus fuerit, & quòd dignus sit misericordia velut alieno vitio laborans, non sunt iustæ & probabiles, siue laudabiles causæ, vt per Dec. d. consil. 314. alioquin semper inessent in quacunque legitimatione: & decisiones supra citatæ seruirent de vento, quod dici non
21 debet † &, licet Comes Palatinus dicat, se fuisse motum ad legitimationē prædictam ex aliis iustis & rationabilibus animum suum mouentibus. Tamen in hoc assertioni suæ non est standum, ex quo liberè actum explicare non poterat, sed de causis apparere debet, per doctrinam Bart. in l. si fortè. ff. de castr. pecul. & Doctores in l. si donatione. C. de collationi. vbi Dec. D. meus Rimin. Ias. & alii, sicq; concludit in terminis legitimationis ille Mathæus Brun. in d. consil. 175. num. 21. quod benè notandum est: quia, licet non dicat, fuit decisio Castr. consil. 91. super eo quod quæritur. quem sequitur Alex. consil. 73. in fin. vol. 5. & Ias. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. colum. 16. versic. Nota & secundò diligenter. ff. de offic.
22 procons. & legat. † & licet idē Mathæus Brun. in d. consi. suo, num. 70. velit stari assertioni ipsius Comitis Palatini velut Iudicis, vt per Castren. in l. cum hi. §. si prætor. ff. de transactio. Alexan. in l. sciendum. colum. 6. num. 26. & 27.
23 ff. de verbo. obligat. † qui respondet ad d. l. si fortè, quod procedit in priuato, non autem in Iudice, pro quo præsumitur, & idem voluit Socin. Iun. consil. 93. num. 61. volum. 3. & Ruin.
24 consi. 87. colum. penul. volumine tertio. † Tamen adhuc defendi potest præcedens opinio, quando cōstat ex breuitate temporis, quòd verisimiliter non potuit interuenire causæ cognitio; vt quia eodem tempore reperitur petitio data Comiti, & sequuta legitimatio, vt in casu nostro, in quo vtrunq; reperitur in eodem instrumento, ita Anchar. consil. 83. columna secunda. Alex. consi. 218. visis verbis, colum. fina. volum. secundo, repetito consilio 45. volum. 6. Cuman. consil. 180. colum. 2. Ias. in d. §. vbi decretum, num. 69. Curt. consi. 46. columna quarta, versic. & in proposito. Ferrat. cautela fin. numero 8. Paris. consilio 98. numero 19. volum. t. consilio 85. numero 46. volumine tertio. Alcia. in tracta. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 10. post Marsil. in pract. crim. §. nunc videndum. nu. 32.
25 † Vel secundò dici potest, standum esse Iudici de causæ cognitione in casibus, in quibus non requiritur diligens perscrutatio, vt in emancipatione, vel manumissione facta per minorem, & id genus, secus vbi requiritur causæ cognitio, vt in contractibus, & obligationibus minorum, ita Alciat. loco citato. num. 5. quod & de legitimatione dici potest multum agnatis & substitutis præiudiciali.

Tertiò, Comes Palatinus Summi Pontificis non potuit legitimare D. Camillum subditum Ducis Ferrariæ infeudati à Summo Pontifice non accedente præuio consensu ipsius Ducis, vt in terminis docet Curtius in dicto cons. 73. nu. 28. dicens, Comitem Palatinum Imperialem in Ducatu Mediolani infeudato per Imperatorem Duci Mediolani sine eius consensu non potuisse legitimare subditum dicti Ducis, tantoque minus cum auctoritate Imperatoris id fieri potuit per dictum Comitem, cui ciuitas Ferrariæ non est infeudata, & cum illa decisione Curt. tenet Ias. consi. 70. colum. penul. versic. Confirmo etiam. volum. 3. Socinus Iunior consi. 100. num. 21. volum. 2. & consi. 126. num. 22. volumine 3. & Cephalus consilio 23. num. 77.

27 † Quartò corruit dicta legitimatio, nec per eam factus fuit habilis D. Camillus ad succedēdum in bonis subiectis fideicommisso dicti domini Zannoni stante statuto, quòd legitimati non succedant, vbi disponitur, eos non succedere patri, aut alteri agnato ab intestato stantibus aliis agnatis legitimis & naturalibus, qui de iure succederent, nisi fuerint legitimati de voluntate, aut consensu expresso illius, de cuius hæreditate agitur, sed indubitanter ista legitimatio non processit de voluntate D. Zannoni, velut emanata longè post eius mortem, immo contra expressam eius voluntatem: quia prohibuit suos descendentes nubere mulieribus vilibus & imparibus eos priuando, & bona sua aliis applicando ad finem, ne tales nati ex di-
28 ctis mulieribus succederent, † ergo patet legitimationem prædictā fuisse nullam, velut emanatam contra voluntatem testatoris, vt dixi supra post Calca. consi. 8. col. 11. & Crauet. consilio 174. num. 3. sicque D. Camillum, qui est talis, non esse capacem dictorum bonorum vigore statuti, & licet in fine subiungat, quòd non intendit manus porrigere ad legitimationem, tamen in auctoritate Comiti concessā non cōtinetur, quòd possit legitimare inuito testatore, de cuius bonis agitur, & non obstante dicto, vel simili statuto, & vbi etiam id contineretur in auctoritate sibi concessa, non video, quòd istud fecerit dictus Comes in sua legitimatione concessa domino Camillo, nam legitimauit eum ad succedendū in hæreditatibus quorumcunque agnatorum & cognatorum tam ex testamento, quàm ab intestato, non autem contra eorum testamentum, prout hic contingeret cū dominus Zannonus prohibuerit succedere
29 natos ex vilibus mulieribus, † igitur talis legitimatio Comitis limitata ad talem, vel talem modum successionis non debet porrigi ad diuersum modum successionis, sicut quando limitata fuit ad succedendum in certa parte, nō porri-

porrigitur ultra illam partem, vt post antiquio
res uoluit Castr. in l. pactum. in fin. C. de colla.
& Alex. nu. 5. Castr. consil. 221. super puncto.
Alex. consi. 25. col. 3. vol. 1. consi. fin. uol. 5. & in
rub. ff. de lib. & posth. ubi Ias. & alii quos citat
Parisius consi. 9. col. fin. vol. 2. nam limitata cau
sa limitatum producit effectum. l. in agris. ff.
30 de acquir. rer. domi. cum vulgaribus, † & ita
reperio, quòd in terminis huius legitimatio-
nis arguit Ceph. consi. 111. nu. 23. ubi dicit, ꝙ
licet fuerit concessum D. Camillo, ꝙ succedere
possit in hæreditatibus præsentibus & futuris
relictis & concessis patri, auo & proauo, tamen
hoc est intelligendum, dummodo per eos ipsi
domino Camillo, expressè ex testamento vel
tacitè, per l. conficiuntur. ff. de iure codicill. fue
rint relictæ, secus autem si per eos fuerint aliis
relictæ: quia non est consentaneum, quòd per
legitimationem velit aliis auferre dictas hære-
ditates illis relictas, sic enim dici debet in casu
nostro, vbi vocati sunt nati ex mulieribus nobi
libus & viro dignis, & exclusi nati ex ignobili-
31 bus, qualis fuit dominus Camillus. † Et posi-
to, quòd voluerit Comes omnem cõditionem
appositam in testamẽto, substitutione & fidei-
commissis quibuscunque per illa verba, si de-
cesserit sine filiis legitimis & naturalibus, & de
legitimo matrimonio natis verificari, & defi-
cere in persona domini Camilli, non tamẽ do-
minus Zannonus testator hoc solo contentus
fuit, sed quòd etiam descendentes essent nati
ex nobilibus mulieribus & viro dignis, non au
tem vilibus & imparibus, de quo Comes non
prouidit, nec tollendo primum defectum dici-
tur satisfecisse non tollendo etiam secundum,
vt supra deduxi post Oldra. Castr. Alex. Ruin. &
32 alios in locis citatis. † Quod præterea confir-
matur, nam intentio dicti Comitis fuit habili-
tare dominum Camillum ad dicta bona testa-
toris, quorum erat incapax velut non natus ex
legitimo matrimonio, vt locutus fuerat domi-
nus Zannonus, & ita dispensauit cum D. Camil
lo defectum natalium tollendo, vnde talis di-
spensatio, quæ facta fuit respectu natalium, nõ
debet trahi ad alium defectum & impedimen-
tum, quòd natus fuerit ex vili & ignobili mulie
re contra prohibitionem & voluntatẽ dicti do-
mini Zannoni, iux. not. per Bald. in l. fin. col. 2.
33 vers. & nota. ff. de constit. princ. † qui dicit, ꝙ
licet vna dispensatio sit fauorabilis, plures ta-
men sunt odiosæ. l. si quando. C. de inoffi. testa.
quam secutus Baldum inducit Natta cõs. 504.
num. 2. subdens post eundem Bald. in l. 1. co-
lum. penult. vers. vnum etiam scias. C. de furt.
34 † quòd clausula generalis non obstante, non
sufficit, vbi plura obstant, sed de singulis defe-
ctibus est mentio facienda: quia quod rema-
net inducit defectum. dicta lege si quando,
auct. omnes peregrini. C. communia de suc-
cess. cum similibus per eum, quibus addi pos-
sunt Dec. consi. 10. colum. tertia, vers. Quar-
tò quia. Gozadin. consi. 9. numero 24. Domi-
nus meus Riminaldus consil. 73. nu. 26. Fely.
in c. postulasti. col. 4. ad fin. de rescript. & pul-
chrè Alci. respons. 19. nu. 7. vnde licet Comes
in legitimatione sua dixerit non obstantibus
legibus & statutis contra vel præter disponen-
tibus, tamen non satis fuit ea clausula genera
lis in casu nostro, in quo plura aderant obstan-
tia. cum præter dictum statutum obstabat etiã
testamentum D. Zannonis prohibens succede
re natos ex uilibus mulieribus.
35 † Secundò dico, ꝙ cum dictum statutum cõ-
ditum fuerit pro vtilitate publica, vt in fine di-
citur. ibi. Sed solũ de bonis ciuiũ & subditorũ
pro vtilitate publica disponere, vtiq; clausula
prędicta nõ obstantibus, nõ sufficit: quia in cõ
cessione generali facta alicui non venit illud,
quod respicit vtilitatem publicã, vt notat Bal.
in l. milites. circa fi. C. de testa. milit. & de clau
sula non obstãte tradit Roma. cõs. 498. nu. 15.
vers. secunda ratio, quę sequitur Dec. uariato
36 nu. col. 3. vers. tertiò quia propter. † Nec insu-
per me retrahit dictus Comes subdẽs, ac cæte-
ris cõtrariis quibuscũq; habẽtes oĩa & singula
de necessitate forsan hic expriměda, etiã si de
illis magis specificã, & indiuiduã fieri oporte-
37 ret mentionẽ, pro sufficiẽter expressis. † Quo
niã nec talis clausula sufficit in casu nostro, per
doctrinã Cyn. in l. 1. C. qu. imper. inter pupil.
& uid. vbi dicit fuisse determinatũ, ꝙ cum qui-
busdã mulieribus concessum fuisset priuilegiũ
quòd non tenerentur soluere decimam, uel
alia onera derogando literis Apostolicis, nisi
de tali priuilegio & loco specialis mentio fie-
ret, illi priuilegio non sit derogatum, licet in li
teris Apostolicis sequentibus diceretur nõ ob
stante aliquo priuilegio, de quo specialis men-
tio fieri deberet, & ultra Cyn. ita latè tenuit Fe
deri. de Sen. consilio 233. casus talis est. Castr.
consilio 53. passus iste dubitabilis. & abundè
Dec. consil. 165. columna secunda, Gozad. con
38 silio 9. num. 26. † qui plures allegat, & conclu-
dit esse communem. Quibus accedit Ias. consi.
165. uolum. 4. multos accumulans, licet Butr.
contra senserit consi. 2. & post eũ Rui. cõs. 127.
ad fin. vol. 4. At statutum prędictum disponit,
nullum non natum ex legitimo matrimonio
etiam legitimatum cum quacunque clausula,
uel forma etiam quibuscunque uerbis deroga
39 toriis roborata posse succedere. † Cum enim
loquatur de quacunque clausula, & de quibus-
cunque uerbis derogatoriis, comprehenditur
dicta clausula, continenturque uerba, non ob-
stãte aliquo priuilegio, de quo specialis mẽtio
fieri deberet, uel similia verba, aut similes clau
sulæ, propter vim dictionũ vniuersaliũ quacun
que & quibuscunq; etiam geminatorum, pro
quo satis sit allegare Crau. consi. 294. & consil.
308. sicut & Horatium Mandosium in addi. Ro
man. cons. 31. vberrimè loquentes. Meritò per
clausulã prędictã legitimationis non dicit esse

derogatum dicto statuto, ex quo de ipso nõ re-
40 peritur facta mentio specialis. † tantoq́; magis hoc dici debet: quoniam Comes non fuit informatus de existentia & tenore dicti statuti, meritò dicta clausula non operatur, sicut nec clausula ex certa scientia, vt arguit Rui. cõs.60. num.5.vol.1. Ias.in l.2.§.substituere.col.2.ff.de vulg. & pupil. Cephal. cons.133. num. 112. & Roland.à Valle cons.7.num.106.vol.3.

41 † Secundò non prætereo quoque notabilem doctrinam, quam nos docet Roma. cons. 327. sub num.8.vers.Secundò respondeo. Nam posita sententia gl.& Feder.de Sen. quos in principio refert, quòd semper præsumi debeat primum priuilegium non censeri reuocatum per secundum, quando de hoc dubitari contingit, distinguit, quòd aut Princeps concedit secundum priuilegium cũ clausulis derogatoriis generalibus proprio motu, & tunc illud priuilegium intelligitur derogare prioribus quamuis habentibus clausulas derogatorias speciales ea ratione, ne tunc spontanea libertas Papæ non ad alterius importunam postulationem causata impediatur per indirectum, ex quo nõ habet notitiam priuilegiorum concessorum cũ clausulis specialibus, quorum potest probabiliter ignorantiam prætendere. c.1.de constit.in 6.

42 † Aut verò conceditur priuilegium cũ verbis derogatoriis generalibus ad postulationẽ alterius, & tunc loquitur conclusio Federici, ꝙ non censeatur derogatum indultum primum habens clausulas derogatorias speciales ea ratione: quia debuit impetrãs magis esse cautus in diligenter impetrando, nunquid adesset aliqua constitutio suæ gratiæ impeditiua, & ita illã exprimere, ꝙ Papa legitimè potuerit illi derogare, argumento.l.inciuile.C.de furt.ibi, curare cautius, vnde sibi imputet, si hoc non inuestigando se ipsum decepit. Nos enim sumus in hoc secũdo casu Romani: qa legitimatio D.Camilli facta fuit per Co. Palatinum ad postulationem suorum Procuratorum cum mandatis
43 D. Agamemnonis, & ipsius D. Camilli, † qui præ oculis habebant dictũ statutũ, & illud scire tenebãtur.l.leges. C.de legi. igitur de ipso debuerunt exprimere taliter, ꝙ Comes potuisset illi derogare, si voluisset, nã dato ꝙ dixerint nõ obstante statuto Ferrariæ sub Rubrica, ꝙ legitimati non succedant, non tamen dixerunt quid contineat, & sic nõ fecerunt expressionem necessariam ad certificãdum Co.Palatinũ. Vnde paria sunt de d.statuto mẽtionẽ nõ fuisse factã, vel minus legitimè, siue sufficiẽter. l.1.§.& quidẽ.ff.qđ cui.vniu.nomi.decis.Neap.366.n.10.

Licet tamen hæc tot, ac tanta sint ad prosternendã legitimationẽ prædictam, nihilominus audio D.Camillũ magnã vim facere ĩ duobus.

44 † Primò, ꝙ olim D.Iulius Pasqualettus pater D. Cæsaris dum viueret dictã legitimationem approbauit ex instrumento rogato per Codegoriũ, quo stante legitimatio prædicta licet nulla dicitur roborata consensu nouo D. Iulii, saltem in vim contractus seu pacti. iuxt.gl.notabilem in l.2. C.communia vtr.iud. vbi sñia diuisoria lata per Iudicẽ incõpetentem consensu partium roboratur, non, vt declarat Castr.ꝙ valeat tanquã sententia: quia quò ad istum valo-
45 rem consensus partium nihil operatur, † cum sententia valeat iure publico, à quo recipit fomentum, non autem iure priuato, vt not.in l. si diuersa.C.de transactioni. valet ergo iure contractus, seu pacti, vt not.in l.1. C.qui pro sua iurisdict.& ideo subdit Castr. si quæritur, an oriatur actio, distingui debet, ꝙ aut interuenit stipulatio, & oritur, aut simplex pactum, & nõ oritur actio, sed exceptio ei qui est in possessione. l.iurisgentium.§.igitur nuda.ff.de pact.idemq́; probat Socin.consi.88.num.4.vol.4. Dec.consil.499.in fin. quos allegat Federic.Scottus respons.primo, Tomo primo, lib.2.nu.132. Vnde cum D. Camillus sit reus, & in possessione bonorum, de quibus agitur, videtur tutus exce-
46 ptione dictæ confirmationis, † tantoq́; magis, ꝙ interuenit stipulatio inter eum & D. Iulium, quo casu sine dubio confirmatio valet, & inducitur sentẽtiæ nullæ. vt per Bal. in c.cũ causam. col.fin.versic. Nota attestationes.de testi.Soci. consi.220.col.2.ad fin. vol.2. Deci. cons. 475. col.pen.Crau.cons.29. num.6.Dec.in c.examinata. col. 1. de confirma. vtil. vel inutil. Paris. cons.24.in fin.vol.2. Felyn.in c.significasti.co-
47 lum. pen. de for. compet. † Vltra quòd etiam de iure canonico stipulatio non requiritur ad confirmationem conualidandam, vt per Abb. in c.dilecti.ad fin.de arbitr.quod Ferrariæ seruatur.glo.in auth.vt eccles.Roma.ad fin.Card. cons.2. Fulg. in l. quid sit fugitiuus. ff.de ædil.
48 edic. † Vnde cui damus actionem, multo magis exceptionem. l.inuitus. §. cui damus. ff. de reg. iur.& ibi Dec.& Cagnol.ac alii. Accedit ꝙ D. Iulius nedum simplicem cõsensum suũ præstitit dictæ legitimationi, sed insuper obligando se & omnia bona sua præsentia & futura per se & suos hæredes promisit illam attendere & obseruare, & in aliquo non contrafacere, opponere, vel venire per se, vel alium modo aliquo,
49 ratione vel causa, de iure vel de facto, † quo casu talis obligatio transit in eius hæredes, qualis est D.Cæsar secundum regulam.l.si pactũ.ff.de probatio. sicq́; distinguendo concludit Fulgo. cõs.67.paterfam.& post eũ Alciat. respõs. 389.
50 num.5.mouetur hac ratione Fulg. † quia obligatio & promissio facta prædicto modo id continere videtur, quòd stipulatio habere licere, quę quidem non tantum continet factum promissoris, sed & eius hæredum. l.stipulatio ista. in prin.ff.de verb. oblig. ibi. Sed si se obligat, ne ipse faciat quominus habere liceat, obligatꝰ etiam ne hæres suus faciat, vel quis cæterorum
51 successorum efficiat, ne habere liceat, † & non tantum continet ius tunc cõpetens, verũ etiam ius futurum, hoc est, vt nec ex iure competente promis-

promissori tempore stipulationis interpositæ, verum etiam nec ex futuro & post quæsito possit ipse promissor, vel sui successores rem euincere vel auferre stipulatori, aut successoribus suis.§.quæsitum. & §. sicut.ead. l. & notatur in
52 §.sed quatenus.per glo. magnam, † nam nedũ res propria, sed & aliena promitti potest habere licere, quæ res ita effectũ habebit, si propria promissoris esse cęperit, & sic continet ius futurum. Vnde sensus est dictæ promissionis secundùm gl. quòd ratione iuris præsentis vel futuri non agam. Quare concludit Fulg. ꝙ hæredes promittentis attendere & obseruare, & nõ contrafacere per se & suos hæredes, facere non possint, vt is cui promissio facta fuit per eorũ patrem res habere non liceat, idest non possint euincere, & auferre etiam ex eorum proprio iu
53 re, † cum d. lex stipulatio ista. de successoribus indistinctè loquatur, & de iure possit quæsito, & potissimè per l.cum à matre. C. de rei vindi. vbi non licet hæredi venire contra factum defuncti etiam ex sua persona sine proprio iure, & loquitur eo casu, quo defunctus non tenebatur de euictione: quia emptor sciuerat rē alienam esse. l.si fundum sciens. C. de euictioni. sicque emptor se tueri non poterat aduersus hæredem ea regula, quę de euictione tenet actio eundem agentem repellit exceptio. l.vindican
54 tem. ff. de euictioni. † sed solum repellitur hæres ea ratione: quia reputatur eadem persona cum defuncto. §.1. in auth. de iureiu. à morięt. præstit. ideoque subiungit Fulgos. colum. 3. loquens in casu fideicommissi, quòd sicut committitur stipulatio, si tempore promissionis res erat aliena, si postea facta fit promissoris, vt in d.§.fuit quæsitum, pari ratione videtur commit tenda, si post mortem promissoris hæredum facta sit, cum hæres & defunctus vna persona iuris interpretatione censeantur, & hac ratione etiam hæres ex sua persona proprioque iure veniens protinus excludatur, & factum quoque hæredis dicta promissio expressim complectatur. sequitur igitur ex prædictis, quòd vigore dictę approbationis legitimationis, & promissionis obligatoriæ factæ per dominum Iulium, dominus Cęsar eius hęres contrauenire nõ potest ex iure fideicommissi, quod prætendit in bonis, de quibus contenditur vigore testamenti domini Zannoni.

Alterũ est præsidium domini Camilli, quòd idem dominus Iulius Pasqualettus approbauit testamentum Reuerendi domini Agamemnonis sui fratris (in quo bona de quibus agitur relicta sunt domino Camillo) confitens se de omnibus & singulis in eo contentis habuisse, & ha
55 bere plenam scientiam & notitiã, † sicut enim non posset ipse dominus Iulius suæ propriæ cõfessioni contrauenire, nec ab ea discedere. l. generaliter. C. de reb. credit. c. per tuas. de probatio. Crauet consi. 61. num. 3. Dominus meus
56 Riminaldus consi. 300. num. 88. † pari modo nec dominus Cæsar eius filius & hæres. Bald. cõsi. 89. dominus Thomas vol. 1. Soci. cõs. 249. col. fin. vol. 2. Dec. cons. 184. ad fin. Crau. consil. 125. num. 2. & licet approbationi prædictæ non fuerit pręsens dominus Camillus, sed Notarius stipulatus fuerit nomine quorumcũque
57 interesset, & sic d. Camilli, † per quam stipulationem non acquiritur ius absenti ante ratificationem suam, vt per Castr. consi. 195. vol. 2. Dec. cons. 226. & alibi tam ipse, quàm alii quos cumulat Tiraq. in tract. de constit. tertia parte,
58 limit. 30. nu. 10. † Tamen quia ratificatio etiã tacita sufficit, vt per Dec. consi. 586. colum. fin. cum aliis per Tiraq. ibi num. 2. dominus Camillus qui eam approbationem sciuisse præsumitur habitãdo cũ D. Agamemnone patruo suo, vt latè per Roland. à Valle consil. 19. col. pen. volumine primo, dicitur eam ratificasse, & per consequens frustratoria redditur reuocatio dictæ approbationis facta per dominum Iulium post mensem.
59 † Sed super his allegatis approbationibus diligentius est considerandum, & in primis circa primam dico, quòd cum de natura confirmationis sit eam non extendi vltra quàm actum confirmabilem, vt inquit Bal. in l. nominationes. ad fin. C. de appellatio. Castren. cons. 162. num. 3. & consi. 187. volum. 2. Alex. consi. 122. num. 20. volum. 4. Ias. consi. 148. num. 6. vol. 4. Ruin. consil. 60. num. 3. consi. 208. num. 9. volum. 1. consi. 110. num. 18. volum. 5. Crau. consil. 257. num. 4. Roland. à Valle consi. 1. nu. 19. volum. 3. Bero. cons. 7. num. 37. volum. 3. sequitur, quòd si dominus Camillus non reperitur legitimatus ad fideicommissum domini Zannoni, nec vigore approbationis domini Iulii prædictę legitimationis ad illud admitti po
60 test, † probatur antecedens, siue consideremus personam procuratorum, qui legitimationem impetrarunt, siue personam Comitis, qui eam concessit, mandauit enim dominus Agamemnon ipsis procuratoribus, quòd peterent D. Camillum legitimari in bonis testamenti D. Zannoni quomodocunque & qualitercunque, ac quandocunque succedat, ac succedere valeat. Ipse verò dominus Camillus eisdem mandauit petere ipsum legitimari in bonis aui paterni ipsi constituenti concessis, & sic ista mandata fuerunt facta sub isto præsupposito, quòd domi nus Camillus in dictis bonis D. Zannoni succedere posset, eaque sibi concessa fuissent per illum testatorem, quotiens esset legitimatus, quod sanè pręsuppositum fuit, & est falsissimũ, cum non concessum, sed prohibitum fuerit natos ex vxoribus vilibus licet legitimos & naturales ex matrimonio succedere, meritò patet legitimationem prædictam petitam sub præsupposito, quòd non erat, prò non petita reputari debere, & subinde pro non facta. l.si pater suus. & ibi not. Alexan. & Ias. C. de hæredl. instit. pulchrè Ruinus consilio 63. numero 7.

61 uol.2. † sed & idem dici potest respectu Comitis legitimantis stante surreptione superius tacta, quòd omissum fuit ei narrare prohibitionē testatoris, quòd nati ex mulieribus igno bilibus succedere possent in bonis suis, talis enim surreprio denotat defectum uoluntatis ipsius concedentis, vt probat Crau. consi. 296. col. 4. uers. Quartò considero, & præter eum Roland. à Valle consi. 10. colum. 2. nolum. 3.
62 † vbi loquens de inuestitura, dicit eam esse nullam ex defectu noluntatis stante surreptione, & in terminis legitimationis idē concludit
63 Socin. Iun. consil. 81. nnm. 52. nolnm. 3. † Hinc Hostiens. in c. pastoralis. de offic. deleg. quem refert Cor. consi. 124. colum. 2. benè dixit, contra commissionem factam executori semper opponi potest uitium surreptionis, nō alia sanè ratione; quia defecit eius uoluntas in exequendo, postquam tacitum fuit id, quo expresso denegasset executionem, nel non æquè facilè concessisset, surreptio nanque facit, quòd quid dicatur à concedente malè informato concedi, vt inquit Bero. consil. 149. nume. 8 uol. 3.
64 † Confirmatur hic defectus uoluntatis in legitimante, quòd ad bona D. Zannoni noluerit D. Camillum legitimare, cum legitimauerit eum ad successiones tā paternas, quàm maternas & omnium quorumcunque agnatorum, & cogatorum, nam de auitis successionibus ne uerbum quidem, & uerbum illud agnatorum, denotat sibi coniunctos ex latere patris, ut fratres, patruos, eorum filios, & id genus. §. 1. instit. de legit. agat. tutel. non autē de ascendentibus supra patrem loqnutus fuit.
Accedit quòd idem Comes legitimauit D. Camillum, ut admitti, institui, & succedere posiit, & ualeat tam ex testamento, quàm ab intestato in bonis quorumcunque agnatorum adeo quòd respexit ad testamenta futura non autem præterita & iam facta, prouteſt illud D.
65 Zannoni † meritò talis legitimatio prouidens in futurum non debet ad tempus præteritum trahi; quia determinatio unius temporis non recipit alterius tempotis functionem. l. vsufructus mihi in biennium. ff. de vsufr. legat. Bal. in c. licet. colum. 1. de supplen. negl. prælat. Ias. in auth. quæ supplicatio. col. 2. C. de precib. imper. offerēdis. & ex prædictis cessat obiectum. glo. in d. l. 2. C. communia vtr. iudic. nam posito, quòd legitimatio ualeret in vim pacti uigore approbationis, non tamen nocet D. Cęsari, cum ualeret, in quantum loquitur, & non ultra, & in quantum loquitur hoc fideicommis-
66 sum non compræhendit. † Sed ulterius aduerti debet ad illam glo. quòd non ita simpliciter, aut ruditer est intelligenda, sed signanter procedit, & locum habet in materia, In qua partes habuissent potestatem disponendi, secus autē si partes non potuissent disponere; quia tunc ualere non potest etiam in uim pacti, siue transactionis, vt notabiliter Abb. declarat in cap. examinata. de confirm. util. uel inutil. in secūdo notab. ubi dicit, quòd quando uitium nullitatis laudi uel sententiæ respicit fauorem partium, partes scienter approbando ex vi pacti tenentur illud obseruare, quod in laudo continetur, & tali casu procedit illa glo. in d. l. 2. C.
67 communia utr. iud. † secus autem si uitiū nullitatis non pendet à consensu partium; quia tunc laudum nullum non potest ui pacti approbari. & idem tradit Abb. consi. 92. contra sententiam. col. 1. uolum. 1. Marian. consi. 62. quē citat Fely. in c. significasti. col. 4. de for. compe.
68 † Quod ultimum applicando casui nostro idē dici debet in eo; quia non potuerunt partes, ut D. Camillus & D. Agamemnon ex una parte instantes legitimationem approbare, & D. Iulius ex alia, qui eam approbauit, tollere liberam facultatem testandi domino Zannono, & impedire uel annullare testamentum suum in prohibitione per eum facta, quòd nati ex ignobili muliere succedere possent in bonis suis, sicque considerat in terminis Dec. consilio
69 475. nu. 35. quo nihil melius adduci pōt, † & hæc decisio confirmatur; quia cum D. Cæsar esset uocatus ad hæreditatem Do. Zannoni ex eius testamento, nec esset in potestate Do. Iulii sui patris eam sibi auferre, immo eam tenebatur ei dimittere, propterea non tenetur dominus Cęsar factum illius approbare, & sic acquiescere approbationi dictę legitimationis, vt voluit D. Salusti. & subscribens inter consi. Castr. consil. 187. uolum. 2. & ipsemet. Castr. consi. 449. eod. uolum. Crau. consi. 200. nu. 7. Gram. decis. 93. nu. 11. & sequen. Natta consil. 470. nu. 17. Hæres enim potest uenire contra factum defuncti, quando non habet illud à defuncto, quod defunctus tenebatur ei relinquere, ut est doctrina Bart. in l. 2. nerf. opponitur quòd hæres. C. de inoffi. don. sequitur & commendat Curt. consi. 1. colum. fin. Ias. cōsi. 168. colnm. fin. uolum. 4. & Grat. respons. 91. nume. 39. uolum. 1.
70 † Non obstat insuper, quòd assensus D. Iulii fuerit obligatorius cum promissione de non contrauentendo per se & suos hęredes. Vnde D. Cæsar hæres eius etiam ex iure suo non potest contrauenire, per d. l. cum à matre, Fulg. d. consil. 67. & Alci. respon. 389. numero quinto. Quoniam tota uis Fulg. uersatur in eo, quòd hęres reputatur eadem persona cum defuncto. §. 1. in auth. de iureinr. & ideo non potest ueni
71 re contra factum defuncti. † sed aduerti debet, quòd hoc locum non habet, quando competit hypothecaria ante restitutionem; quia licet omnis actio hæredis per aditionem confundatur, & ipse repræsentet defunctum in omnibus & per omnia, & teneatur obligationibus contractis per defunctum d. l. cum à matre. Tamen ipsa hypothecaria non confunditur, nec in ea reprę̄sentat defunctum, & ideo si pignus reperitur

reperitur in hæreditate, potest illud retinere, vel si non adest, pòtest agere hypothecaria contra tertios possessores. text.est in l. debitor, & ibi not. Castr. Cuma. Imol. & Alex. ff. ad Treb. Alex. Dec. D. meus Rimin. & alii in l. debitori.
72 C de pact. † Sed pro rebus per fideicōmissum relictis competit hypothecaria. l. 1. C. communia de legat. §. sed nostra. Institu. de legat. ergo D. Cæsar non obstante, quòd esset hæres D. Iulii potest per hypothecariam reuocare bona cō præhensa in fideicommisso D. Zannoni, cum in hypothecaria non repræsentet personam D. Iulii, nec eius factum teneatur approbare, satisq; libellus suus conuenit hypothecariæ, cum egerit ad restituendum, sicque conuenit etiam sententia Mizolii ibi, ad dimittendum & relaxandum, ita decidit in terminis Grat. d. respons. 91. num. 32. vol. 1.

Secundò considerandum est, ꝙ hic assensus D. Iulii fuit adhibitus dictæ legitimationi nullę vitio surreptionis, & aliis rationib. & causis supra deductis. Item nullus fuit dictus assensus velut adhibitus super eo quod non pendebat à potestate D. Iulii, videlicet ad tollendam liberam potestatem D. Zannoni testatoris, vt declarat Dec. in allegato consi. 475. & Fely. in di-
73 cto cap. significasti. col. 4. de for. compet. † Quo stante non tenetur D. Cæsar ei stare, nec illam approbare: quia l. cū à matre, procedit in actu valido, secus in nullo, vt notabiliter inquit Andr. de Isern. in c. Imperialem. de prohib. alien. feud. per Feder. & in c. 1. §. alienare. qual. olim feud. pot. alie. Compostel. in c. causam quę de rescript. Soci. consi. 79. vol. 4. Grammatic. decis. 93. col. 2. Curt. Iun. consi. 175. nu. 10. in fin. decis. Neap. 240. num. 8. Aret. consi. 123. ad fin.
74 Grat. d. respons. 91. † Et licet Arius Pinellus in l. 1. tertia parte sub nu. 81. col. 3. C. de bon. mater. aduersus prædictos pungat, per text. in l. cum filiusfam §. cum pater. ff. de leg. 1. qui loquitur de defuncto alienante, tamen non aduertit, quòd ille tex. loquitur in grauato per fideicommissum, ne fundum alienaret, & vt in familia relinqueret. Vnde si vni reliquit, satisfecit voluntati testatoris, quæ fuit, vt dummodo relinqueret in familia, relinqueret arbitrio suo, at secus vbi testator dixit, quòd post mortem filii volebat esse aliorū de familia, vel nepotum suorum: tunc enim illi haberent ius ex dispositione aui, quod directò eis reliquit, & ob id ipsi ex iure suo possunt contrauenire, ita formaliter declarat & pulchrè Castr. ibi circa finem, quem non vidit Pinellus, & talis est casus noster ad vnguem, si testamentum D. Zan-
75 noni legatur, † & cum plures ex prædictis loquantur in fideicommisso, parum videtur esse curandum de Fulgos. in allegato consil. 67. qui subtilizando tenuit contrarium.

Tertiò considerandum est admodum diligenter ad aliud, quod tollit omne dubium. Nā dominus Iulius se obligauit, ac promisit non contrauenire dictæ legitimationi per se & suos hæredes. At dominus Cęsar petens hæreditatē domini Zannoni venit iure proprio tanquam nepos & descendens illius, & ab eo vocatus in testamento suo, non autem vt hæres D. Iulii, &
76 sic obseruat, quod promisit D. Iulius, † quia nō promisit ille pro filiis tanquā filiis, sed tanquā hæredibus. Vnde hęc qualitas iuncta verbo considerari debet. l. Titius. l. quærebatur. ff. de testamen. milit. & ita petendo D. Cæsar nō impugnat factum D. Iulii, qui promisit pro se & hęredibus suis. Vnde non dicit D. Cęsar. quòd D. Iulius non potuerit id agere, & pro-
77 mittere pro se & hęredibus suis, † sed benè dicit, illam promissionem ex ui uerborum non trahi ad ipsum qui venit ut nepos, non ut hęres ita declarat pulcherrimè Salutti. ille. in d. consi. 197. colum. 1. uol. secundo, consiliorum Castr.
78 † ex quo manifestè corruit consil. Fulg. 67. cū & ibi filii. C. veniebant ut filii uocati in testamento, non vt hęredes. C. & ob id factum patris non impugnabant qui promiserat pro se & hæredibus suis, non autem pro filiis. Vnde malè dixit eos ex facto patris obligari, nec posse
79 contrauenire, † similem facit consideratione de filiis vt filiis, nō autem vt hęredibus. Corn. consi. 301. col. 3 uol. 1. Ias. consi. 7. colum. 5. & consi. 56. col. 4. uolum. 4. Crauettaque post cos consi. 200. nu. 7. ubi vult filios ut filios non teneri approbare factum testatoris, licet sint eius hæredes, quando ueniunt ut filii non au-
80 tem vt hæredes inducendo vt per eum. † Quinimò plus dici potest vnum pulchrum & notabile, quòd D. Iulius in approbando legitimationem prędictam, & illi consentiendo non promisit ꝙ D. Cęsar tanquam filius non petet bona D. Zannoni, cum nomine filiorum tanquam filiorum nihil promiserit. Igitur nūc agi non potest ex parte D. Camilli uigore dictæ promissionis, quamuis D. Cæsar vt filius, seu nepos contraueniat, dato quòd esset hęres patris, ita mirabiliter determinat Alexan. consi. 18. col. 4. uers. pro quo facit. uol. 5. post Bar. in l. rem alienam. colum. fin. ff. de pignor. actio. Et hic quoque cessat consideratio Fulg. facta per l. stipulatio ista. de uerbo. obligati. nam quicquid sit in terminis suis loquitur de hæredibus nos autem de D. Cęsare, qui non uenit ut hæres sed vt nepos, & ob id nō ligat cum promissio D. Iulii. Remanet igitur ex prædictis reiecta approbatio D. Iulii circa legitimationē, ꝙ D. Cęsari non officiat, quin bona fideicommissi prædicti consequi possit.

Nunc ad aliam approbationem descendo, quam fecisse proponitur D. Iulium de testamēto domini Agamemnonis, & dico quòd cum probatum fuerit satis abundè dictum testamētum fuisse publicatum sermone latino, prout
81 scriptum reperitur, † & D. Iulium fuisse ignarum linguę latinæ, quod etiam de iure præsumitur: quia qualitas scientię non est à natura, glo.

glo.in c.si forte de electio.Dec.cōs.522.nu.16.
82 † Hinc est,quòd de præsenti non prǽsumitur in præteritum, puta si hodie quis est Doctor non præsumitur in prǽteritum fuisse talis,uel si prudens est & literatus non præsumitur fuisse talis in præteritū; quia nemo nascitur prudēs, aut literatus,cum isti sint habitus acquisiti nō innati, doctrina est Bal.in l.ex persona col. 1. C.de probationi.Bertrand.consi.7.col. 2. uol. primo,nouissimorū, Alcia.de præsum. reg. 2.
83 præsump.26. † idque confirmatur; quoniam scientia sine magnis laboribus haberi non potest.l.unica in fin.C.de profess.qui in vrbe,lib. 12.l.fin.in prin.C.ubi senat.ibi.sudoribus magisteriæ præsentis factus clarus.tradit Cagnol. in l.diem functo.nu.167.ff.de offic.assessor. & ut idem scribit in l. 2. uersic.Mutii. num.514.
84 ff.de orig.iur.† scientię sublimitatem non nisi doctissimis præditus præceptoribus, nisi multa ætate, nisi iugi studio uerè assequitur, utique sequitur talem approbationem sibi nō
85 officere,nec inde obligari; † quia non intellexit tenorem testamenti prædicti latinè prolati, l.1.§.fin. ff. de uerbo. obligatio. ubi uidemus stipulationem & obligationem contrahi posse nedum latina,sed greca,& assiria, ita tamen vt uterque alterius linguam intelligat per se uel per uerum interpretem. Si ergo deficiat vtrun-
86 que, sequitur à contrario sensu, † quod argumentum ualet.l.1.cū ibi not.per me post alios, ff.de offic.eius.stipulationem & obligationem corruere, nec contractam ualere. Quod etiam
87 confirmat † dictio,ita,ibi posita,denotans modum,secundum Bar.Imol.Soc.& alios.in l.qui bus. §. Termilius.ff. de condit. & demonstrat. Ias.in l. si Titio.ff. de leg. primo.igitur si non seruetur ille modus communis intelligentiæ
88 linguæ per se uel alium nihil fit. † Vnde bene dicit Alc.in d.§.fin.nu.11.quòd in actibus semper utendum est ea lingua, quæ intelligatur ab his, quibus actus præiudicare potest, & glos. notab.in §.alienationis.in uer. uoce. in auth. de non alien.loquens de grǽca lingua inter latinos prolata dicit, quòd oportet latinos scire interpretationem, & translationem. At Do. Iulius ut ignarus linguæ latinæ, neque uerba testamenti latina intellexit,neque notarius ea sibi fuit interpretatus, neque translatauit, sed tantum dixit *Messer Giulio sete contento de quello ha fatto vostro fratello messer Agamenone*, cui respōdit dominus Iulius: *Io son contento di quello che vuole mio fratello*, ut dicunt testes, sed quid fecerit aut uoluerit D.Agamemnon, non fuit expositum D.Iulio, ergo non nocuit domino
89 Iulio.† & licet ipse Notarius asserat in instrumēto suo dominum Iulium dixisse ad instātiā D.Agamemnonis se de dicto testamento & cōtentis in eo habuisse & habere plenam scientiam,& notitiam, attamen aduerti debet diligenter quòd tali assertioni credi non debet,
90 nec ullo modo stari,† quoniam uerba notarii redacta in instrumento non probant,nisi ea,de quibus rogatus fuit à partibus, ut est celebre dictum Innocen.in c.1. de fid. instrumen.& in c.quoniam contra.de probatio.& habetur per Bart.& alios.in l.sciendum.ff. de uerbo. obligatio. sequitur Natta consi.143. num.quinto,
91 & consi.360.nu.3. † Tantoque magis istud est uerum, quādo Notarius attestatur quid, quod non interuenit, nec interuenire potuit tempore sui rogitus, ut de causæ cognitione, quā Notarius asserat interuenisse,tradit Cast.cons. 86.in antiquis,quē refert & sequitur Roland. à Valle consi.7.nu.69. uol. 3. & Natta consil. 631.num. 32. Marsil. in l. qui cędes.num. 19. ff.de sicar.Dec.consil.556. num.6. Ias.in l.nec quicquam.§.ubi decretum. num. 70. & 79. ff. de offic.procons.& in l.sciendum num. 3.ff. de uerbo.obligatio.Petr.Duenas in suis reg. uerbo decretum.reg.191.nu. 2. sed hæc scientia ac notitia D. Iulii contentorum in testamento,nec interuenit,nec potuit interuenire tempore quo conditum fuit, si lectum fuit latino sermone,nec ante, cum dicant testes,quòd D. Iulius erat super sala domus cum testibus testamentariis, expectando Notarium, qui ueniret,ergo D.Agamemnon non prędixit ei quid facturus esset, cum intus in camerino iaceret infirmus, nec post, cum Notarius met in instrumento approbationis dicat, nullum actum interuenisse inter celebrationem testamenti
92 & dicti instrumenti, † meritò sumpto argumento ab enumeratis, quod ualet. l.1. ff.de his qui sunt sui vel alien. iur.& instit.eod. tit. in prin. talis assertio Notarii nihil ualet in proposito nostro probādo contrarium modo prę-
93 dicto, † nam talis clausula sciens &c. non excludit, quominus possit probari contrarium. Bald. in l.sed & si quis.§.fin.ff.si quis cautio.cū similibus per Alex.in l.si dari. ff. de uerb.obligat.Dec.consi.180.colum. fina. uers.præterea. & consi.408.col.1.ad fin.Soci. consi.79. col.7. uol.4 Cagnol.pulchrè in l.2.nume. 126. C. de
94 rescind.vendit. † ubi loquitur de uenditore, qui dixit,& attestatus fuit, se habuisse scientiā, & notitiam de ualore rei, sic Notario scribente,cui non statur, probando rem aliter se habere. At longè melius fecisset Notarius,si prosequutus fuisset publicationē testamenti vulgari sermone prout inceperat,nō autē latino; quia fratres Dominicani testes adhibiti dixerint, quòd intelligebant vnà cum testatore sermonem latinum, ut ipsi deponunt. Debuit enim considerare, nunquid dominus Iulius pariter intelligeret sermonem latinum, & de hoc ip-
95 sum interrogare, † qui si respondisset, quòd nō, debuisset totum testamentum vulgarizare prout docet Domin. in c. locutio.in fi.38.distinctione, ubi dicit, quòd si Grecus producitur in testem in Italia,uerba capitulorum sibi debent vulgarizari uerbis grǽcis adhibito in-
96 terprete.† Hinc glo.Bar.& Bald.in l.iudices. C.de

C.de senten.& interlocut.dicũt, quòd ubi sententia fertur inter gręcos à iudice latino ferẽda est uerbis gręcis, sequitur Fely.in rub.de cõstit.col.pen.& communiter contractus publicantur per Notarios in eloquio vulgari, non in literali, ut testatur Alex.consi.48.col.1.volum. quinto. Vnde cum defecerit in hac re Notarius, talis publicatio sermone latino facta nõ debet nocere D.Iulio, qui eam non intellexit, vt ex prædictis patet.

Nec etiam releuaret, si diceretur fieri potuisse, quòd D.Agamemnon, aut Notarius longè prius quàm deueniretur ad actum testandi reuelasset singula D.Iulio, quæ facturus erat, & dispositurus, & ob id Notarius hoc sciens scripserit in instrumento approbationis D.Iulium asserentem se de contentis in testamento ha-
97 buisse plenam scientiam, & notitiam. † Quoniam diuinat in primis hoc velle dicere, quod non licet.c.ut nostrum.vt eccle.bene.l.si putator. ff. ad leg.Aquil.Corn.consilio 191. volumine tertio, in princ.

98 † Secundò probatio concludere debet non per posibile, sed per necesse.l.neque natales. C.de probat.l.non hoc.C. vnde legit. Rui.cõs. 49.nu.4. uolum.5. Hinc in probando usu alicuius actus, probari debet vsum illum fuisse in eo speciali actu introductum, non autem ita generaliter fuisse obseruatum, vt uoluit Oldradus consil.237.col.1.Aret.consi.23. in tertio dubio, Alex. consi. 6. uolum.5. Crauet.consil. 96.colum.2.Menoch. consil.75.num.73. alioquin si de necesitate probatio non concludit nihil reuelat, Ceph.consi. 250. num.11.neque prodest parti, Crot. consi.40. num.21. at non sequitur, potuit id reuelari domino Iulio, ergo fuit reuelatum, meritò talis probatio veluti necessariò non concludens corruit.

99 † Tertiò posito, quòd illi fuisset prędictum testamentum futurum. Tamen ex quo postea fuit publicatum sermone latino, sequitur adhoc quòd D.Iulius illud publicatum non intellexerit, & quòd ignorauerit illud esse eiusdẽ tenoris, cuius sibi prædictum fuit illud esse futurum, cum potuerit uno modo sibi prædici, & alio modo publicari, meritò approbatio se queus testamenti publicati debet esse nulla, ex quo tenor illius publicati non fuit sibi notificatus, & datus ad intelligendum, ut eleganter
100 dicit Castr.consi.350.de casu præsenti.† qui plus subdit, colum.2.dolo uersatum uideri, qui fecit ratificare generaliter promisiones, & pacta contractus, & contenta in instrumento dotali absque ostensione dicti instrumenti, & specificatione speciali dictorum pactorum, ideo talis approbatio nihil nocet approbanti, ut per eum. Quod hic ad unguem conuenit, ubi Notarius lecto testamento sermone latino ad instantiam Do.Agamemnonis dixit domino Iulio, *Sete contento di quello hà fatto vostro fratello?* nec aliter specificauit res relictas sigillatim D. Camillo, sed in confuso, & in genere loquutus fuit, & illud consil.Castr sequitur Ruin. consi. 48.nu.12.uol.1.& cons.63.nu.24.eod.uolum.
101 † ubi dicit, quòd ad hoc ut ratificatio ualeat, oportet, quòd approbans sit certificatus, & plenè instructus, ita quòd in nullo erret, citat Specul.in tit.de empt.& uendit.§.3.uers. si uerò, idemque tradit Corn.consil.165.col.6. uol.2. Bald.consi.175.præmittendum est.uol. 2. Oldra.cons.329.quos adducit Crau. consi. 197. col.fin.concordat Paris.consi.100.nu. 71. uol. 1.& Natta consi.161.nn.33.

102 † Quin etiam fortius attentare licet vnum plus ex abundanti, quòd dato millies, quòd D.Iulius sciuisset, & habuisset plenam notitiã dicti testamenti domini Agamemnonis, vt dicitur in instrumento approbationis, attamen adhuc ei non nocuisset talis approbatio: quoniam tunc demum consensus præiudicat consentienti, quando fuit adhibitus super actu valido, secus si super nullo, tunc enim consensus uelut accessorius est nullus.c. accessorium. de reg.iur.in sexto, ita Brun. consi. 46. col. 1. quem sequitur Roland. à Valle consi.57.num.
103 28.uol.3.† qui dicunt, quòd sicut cõtractus à patre factus de bonis feudalibus sine consensu directi domini nullus est. c. imperialem.de prohi.feud.alien.per imper.ita quoque consensus filii super eo adhibitus velut accessorius at hic testamẽtum domini Agamemnonis disponentis de bonis D. Zannoni in D. Camillum natum ex ignobili muliere fuit nullum veluti contra testamentum dicti D.Zannoni, meritò consensus domini Iulii pariter fuit nullus. Ex his tandem patet approbationem prædictam non præiudicare domino Cęsari in consequendis bonis subiectis fideicommisso domini Zannoni; quia si non noceret domino Iulio per supra deducta, nec domino Cæsari eius filio nocere debet, posito quòd esset illius hęres, & propterea de uiribus inuentarii sui frustrà quærendum uidetur, quantum ad effectum, si fecit illud posit contrauenire facto defuncti patris, sin minus secus; quia & illo circumscripto defenditur optimè stantibus supra deductis.

104 † Sed ulterius unum duntaxat addam, ꝙ de iure canonico non magis tenetur hæres non confecto inuentario, quàm eo confecto, ut eleganter determinat Bal.consil.71.super præmisso.uol.4.in nouis, in l.cum à matre, in fin.C. de rei vindi.& in Rubr.ff.de acqui.hæred. Anch. consi. 411. & licet non ignorem Baldum sibi fuisse contrarium in l.fin.in princ.col.2.uersic. 6.quæro. C. de iure delib. Abbasque secutus fuit in c.Raynaldus, col.3. uers. item nota. de testa.Barba.colum.42. & colum.47.in fin.uers. alia conclu.& in c.1.in fin.eod.tit.post Hosti.in summa de testa. §.ad quid. Ange.& Alex. in d. Rubr.ff.de acqui.hær.& Alex.in d.l.fi.§. fi. col. pen.C.de iure.del. Rolandin.in trac.de testa. rubr.

rubr.28.num.27.Abb.conf.74.col.fi.vol.2.qui
communem testatur, & post prędictos Rol.à
Valle in tract.de coosecti.inuenta. §. nunquid
de iore Cano.qui citat etiam Vasquiũ io trac.
de successi. crea. §. 1. nu. 27.& Vital. in tract.
clausularum. vers.nil nouari inuentar. confe-
cti.pend.col. 3. Attamen dicta conclusio com-
muois cum moderamine venit intelligenda,
quam ootabiliter ponit Mooticulus io tracta.
de inuent.hęred. quæst. 3.ou. 10.quando hæres
fuit io culpa uera uel præsumpta, & eius condi
tio,ætas moresque ita suadent, quorum neu-
trum uerificatur hic,non enim culpa uera Do.
Cæsaris in omittendo inuentario probatur
prout clara & certa probari debebat, ut per
Alex.consi.100.colum.1.vol.1.consi.136.col.
2.vol.7.Ias.in l.domos.col.fin.ff.de leg.1.oec
io dubio pręsumitur,Glo.& doct.in l.si quis ex
argentariis.§.fio.ff.de eden.Glo. Bar.& alii in
l.si creditor.C.de pignor.Crau.ponens vtrun-
que consil.8.nu.20.conditioque & mores op-
timi Do.Cęsaris nihil sinistrũ suadere possunt,
ergo priori sententiæ standum est & adhęren-
dum, secundum quam sequitur, quòd de iu-
re canonico potest hæres uenire cootra factũ
defuncti, licet noo confecerit iouentarium,si-
cut si illud confecisset,vt signanter determioat
Gra.respons.91.num.38.uolumine primo,ubi
concludit,quòd Bononiæ ubi seruatur ius ca-
nonicum uelut in terra Ecclesiæ,hæres poterit
uenire contra factum defuncti, licet inuẽtariũ
105 non confecerit. † Hoc igitur & ad unguem
dici potest in casu nostro. Nam & in hac ciui-
tate Ferrariæ uelut in terra Ecclesię seruatur
ius canonicum,ut tradit Card.consi.2. Fulg.in
l.quid sit fugitiuus.§.idem Celsus.ff. de ædil.
edic.& glo.notab.in auth.ut eccles. Roma. ad
fin.meritò D.Cęsar siue oon confecto inuent.
siue mious legitimè facto; quia super hoc non
intendo disputare, debet posse uenire contra
approbatiooes domini Iulii, tam circa legiti-
mationem, quàm testamentum,sicut eo confe
cto & legitimè posset. Et hæc sufficiant, post-
quam satis abundè scriptum fuit super omni-
bus per magnificum Coaduocatum.

*Hippoly.Rimin.Ferrar.*

## Pro magnifica Communitate Ferrariæ.

### ARGVMENTVM.

De appellatione nullatenus admitteoda, vel saltem qoò ad effectum suspensiuum.

### SVNMARIVM.

1 *Clausula in fine posita referri dẽt ad oĩa praecedẽtia.*
*Licet materia sit odiosa.2.*
*Quando vniformis est ratio.5.*
2 *Exhæredatio est odiosa*
3 *Finis legis quando determinat aliquam pœnã omnia capitula praecedentia videntur determinata eadem pœna.*
4 *Statutum pœnale numerans plura prohibita si adiungat aliquam qualitatem restrictiuam, refertur ad omnia praecedentia.*
6 *Verbum contradictores,intelligitur de facto.*
*Nisi sit vniuersaliter positum.7.*
8 *Clausula appellatione postposita,intelligitur nedum de friuola, sed etiam probabili.*
9 *Verba uniuersalia restringi non possunt salua ratione recti sermonis.*
10 *Appellatione admissa censetur reuocata seu suspensa iurisdictio iudicis à quo.*
*Si ex certa scientia admissa fuit.*
*Et quando sit hoc declaratur.11.12.*
13 *Appellatio simpliciter admissa sine clausula, quatenus deuoluat eam, subintelligitur.*
14 *Dispositio continens noui actus concessionem recipit restrictionem de habilitate.*
15 *Appellatio nõ deuoluit quo ad effectum suspensiuum quando res dilationem non recipit.*
16 *Collectarum solutio dilationem non recipit.*

## CONSILIVM CXCV.

*Auxilium meum à Domino.*

EGO puto sine dubio,si uerba Bre
uis Apostolici concessi cõi Fer-
rar.cõtra clerum super collectis,
diligenter perpendantor,appella
tionem iointerpositam per Fratres
S.Dominici & S.Andreæ non esse recipieodã.
Nam Pius Quintus fœlicis memoriæ commit
tit Episcopis Mutinẽsibus,Regiensibus & Co-
maclensibus,ut ipsi,duo; uel unus eorum com
muni saoentes faciant suas literas formiter
obseruari, & commune pacificè frui facultate
percipiendi collectas,non permittentes dictũ
commune per clerum, aut alios quoscunque
indebitè molestari, cootradictores quoslibet
per sententias, censuras & pęnas ecclesiasticas
1 cõpescendo appellatiooe postposita. † Põdero,
q̃ illa qualitas appellationis prohibitę reperi-
tur io fine posita, quo stante referri debet ad
omnia præcedentia.l.1. C. de liber. præter. &
ibi Ias.sic firmat regulam,quòd clausula in fine
posita refertur ad omnia præcedentia, deindè
subdit,quòd dicta regula procedit etiam si ma
2 teria sit odiosa,† prout ibi patet, ubi loquitur
in materia exhęredationis, quæ odiosa est l.
cum quidam.ff. de liber. & posthum. & tamen
in fine posita refertur ad vtrumque gradum, se
quitur Alex.consi.101.super eo de quo quæri-
3 ritur.col.3.uol.3.† Vnde quãdo finis legis de-
terminat aliquam pęnam, & præcedunt multa
capitula, uidentur omnia determinata ea-
dem pœna, ut uoluit Bald. io l. quisquis. in
4 principio. C.si cert.pet. † & ubi statutum in
imposi-

impositione pœnę enumerat plura prohibita, & vltimo prohibito adiungit aliquam qualitatem restrictiuam, illa qualitas restringens refertur ad omnia determinata enumerata, & voluit Gemin. in c. periculum. §. nulli. de elect. in sexto, quod optimè casui nostro deseruit, ut illa qualitas restrictiua appellationis remotæ adiecta contradictoribus quibuscunque compescendis, referatur ad omnia enumerata, uidelicet in obseruandis literis, quòd commune pacificè collectas recipiat, & per clerum vel
5 alios quoscunque. † non molestetur. Vnde cum militet vniformis ratio contentorum in Breui pro commune Ferrar. sequitur, ꝙ dicta clausula referri debeat ad omnia præcedentia. vt per Dec. in c. secundò requiris, nu. 5. de appellatio. in fin. post Bar. per illum tex. in l. doli. ff. de ser. corru. & in l. 3. §. eritque, col. 1. ff. vi bon. rap. cum similibus per eum.

Secundò posito, quòd illa clausula appellatione postposita, referri deberet ad ultimum tantum capitulum, & non ad omnia præcedētia (quod tamen expressè negatur) adhuc intentio communis diceretur fundata: quia dicendo contradictores quoslibet per sententias compescendo; satis comprehenduntur clerici, qui contradicunt solutioni collecta-
6 rum contentæ in ipso breui, † nec illud uerbum contradictores, restringi potest ad eos, qui de facto tantum contradicunt, ut per Car. in clem. quia contingit. uers. contradictores.
7 de religio. domi. † sed etiam si de iure contradicant uigore dictionis uniuersalis quoslibet quæ facit eos comprehendi, qui aliàs non cōprehederētur. l. serui electione. §. fin. & ibi Bar. & alii. ff. de leg. primò, ponit abundè Crau. cōs.
8 294. & consi. 308. † tātoque magis adiecta dicta clausula appellatione postposita, quę nedū intelligitur de friuola, & frustatoria, & sic quādo de facto contradicerent, sed etiā de probabili, ut per Abb. Perusi. & cæteros in c. pastoralis. secundo notab. de appellatio. & sic quando
9 iuridicè contradicerent, † & uelle intelligere de contradictoribus extraneis tantum, & non etiam de ipsis clericis, id fieri non potest (salua ratione recti sermonis) propter uerba uniuersalia. l. si de certa. cum ibi not. C. de transactioni. l. cum Aquiliana. ff. eod. tit. & utrobique Castr. Alex. & Ias. post alios fusius tradūt.
10 † Nec ad impediendam executionem sentētiæ quicquam prodesse videtur admissio appellationis, & eius commissio facta per superiorē quo casu dicitur reuocata, seu suspensa iurisdictio iudicis à quo, cap. pastoralis. §. præterea, de offic. delegat. & not. Abb. Perusi. in d. c. pastoralis, de appellat. nam si esset uerum, si superior ex certa scientia dictam appellationem admisisset & commisisset, ut loquitur tex. in d.
11 §. præterea. † & ex certa scientia tūc diceretur esse factum, quādo in supplicatione narratum fuisset per istos fratres appellantes, quòd commissio fuerat facta in breui Apostolico dictis Episcopis appellatione remota, cum. n. sit clausula notabilis qualitatis, debuit de illa fieri mētio, aliàs non ualet cōmissio appellationis, nisi fiat mentio de illa clausula: quia si Princeps sciuisset, non ita de facili admisisset appellatio-
12 nem, † Vnde dicitur admittere ex certa scientia, quādo fuit certificatus de omnibus quæ potuissent eum mouere ad concessionem denegandam, qua mentione non facta non dicitur concessisse ex certa scientia, sed per ignorantiam, & surreptionem, ita notabiliter declarat Abb. in d. §. pręterea. ubi pariter Imol. cęteriq; sequūtur. Vnde patet, hāc cōmissionem appellationis fuisse nullam non facta mentione di-
13 cti breuis, & appellationis in eo prohibitę, † & posito ꝙ cōmissio, ad instantiam dictorum fratrum simplex reperiatur sine clausula quatenus deuoluat, non tamen dici debet, quòd intelligatur concessa appellatio contra formam breuis & ordinem Summi Pontificis, sed suppleri debet, & subintelligi dicta clausula quatenus
14 deuoluat, † quia quando dispositio cōtinet noui actus concessionē, respicit restrictionem de habilitate. l. 1. C. de sacrosanct. eccles. l. vt gradatim. §. 1. ff. de muner. & honori. Bar. in l. 1. §. nunciatio. ff. de nou. oper. nūcia. nu. 22. At hæc cōmissio appellationis talis est, quia concedit appellationē prohibitā in breui, ergo restringi debet de habilitate, hoc est quatenus deuoluat.
15 † Non prætereo quoque, ꝙ etiam circūscripto breui, non debet hęc appellatio deuoluere saltem quò ad effectum suspensiuum, ut in l. fi. ff. de appellatio. recip. ubi non datur appellatio quando res dilationem non recipit, & in causa dotis, alimentorum, & similibus exemplificat Bal. Nouel. in trac. dotis 9. parte, 7. speciali
16 † nam pecunię collectarum dispensantur in cōstructione, & reparatione pontium, in custodiēdis aggeribus fluminis padi, in mercedibus multorum operariorum, & aliorum qui sunt à communi Ferrariæ stipēdiate, quę omnia dilationem non recipiunt, ut est notissimum, sed ex abundanti sit dictum, quia ius est in breui.

*Hippoly. Rimin. Ferrar.*

## Pro mag. D. Io Baptista Magnanino.

### ARGVMENTVM.

De querela accusandi de falso pręscriptibili spatio 20. annorū. Declaratoq; statuto de Arbitrio Potestatis in falsitatib. itē de scriptura pro sceda vel imbreuiatura producta ad arguēdū instrm de falso quādo reiiciēda sit & instrm verum præsumi debeat & à falso eo vtens sit absoluendus. Et pulcra proponuntur, vt ex discursu patet, quæ studiosus videndi cupidus legens cognoscet.

### SVMMARIVM.

1 *Prothocollo standum est, tanquam matrici stante diuersitate inter illud & instrumentum.*

*Fallit*

*Fallit quando colligitur illud non esse verum prothocollum.58.*

*Vel quando caret debitis solennitatibus.59.*

*Item quando differt ab alijs schedis ipsius notarij qui de illo rogatus dicitur.62.*

*Et vbi notarius in subscriptione instrumenti attestatus fuit illud cum matrice auscultasse & vidisse concordare.70.76.*

*Item quando diuerso tempore reputatur fuisse factum prothocollum allegatum.77.*

*Et suspectum vel erroneum.78.79.*

2 *Sriptura notarij præsumuntur, quæ eo mortuo stete runt apud eius vxorem & filium.*

*Fallit si locus non erat clausus sed apertus.81.*

3 *Comparationi de iure communi non statur quò ad plenam probationem.*

*Secus iunctæ cum testibus.4.*

*Item plenè probat ex forma statuti de scripturis priuatis.5.*

4 *Probationes imperfectæ coniunguntur etiam in criminalibus modo perfectæ sint in sua specie.*

6 *Hæres præsumitur ignorare, velut succedens in ius alterius.*

7 *Statutum volens, quòd ignorantia nõ prosit, dicitur prohibere eam allegari.*

*Et valet prohibens eam adduci.8.*

*Videtur enim scientiam præsumere & pedem firmare.9.*

10 *Accusatus de falso non potest allegare ignorantiam stante statuto disponente, quòd ignorãtia nõ prosit.*

*Quod procedit si crassa fuerit & supina secus si iusta.84.*

11 *Querela de falso præscribitur annis 20.*

*Saltem à die scientiæ.12.*

*Eaq; decursa tollitur actio.13.*

14 *Præscriptionis exceptio dicitur litis finita.*

*Quando potest incontinenti probari.15.*

16 *Acta faciunt notorium.*

17 *Præscriptione cõpleta successor molestari nõ potest.*

17 *Hæres repræsentat personam defuncti in iure formato in eius persona.*

18 *Vsus instrumenti quando dicatur nouus vel veteris continuatio.*

19 *Possessionem continuans non dicitur quid innouare, nec actum nouum facere.*

20 *Præscriptio falsi incipit currere à die commissi criminis.*

21 *Restitutio non conceditur ex ignorantia supina. Sed si iusta fuerit & probabilis.*

22 *Satutum de arbitrio Potestatis lib.3 quomodo sit intelligendum.*

23 *Præfatio statuti restringit illud. & idem per rationem limitatam.24.*

25 *Statuti verba si non conueniunt nec eius dispositio conuenit.*

26 *Verbum prædictis, est relatiuum præcedentium cum qualitatibus suis.*

27 *Statutum, pœna produc. falsum instrumentum, declaratur.*

27 *Manifestum dicitur, quando vulgò dicitur & coram pluribus testibus.*

28 *Qualitas in statuto posita probari debet, vt statuto locus sit.*

29 *Forensis non gaudet statutis Ferrariæ in decisorijs.40.*

30 *Statutum quòd nulla alia exceptio possit opponi, nõ tollit eas quæ ueniunt ex capite aliorum statutorum eiusdem loci.*

31 *Forenses in delictis sortiuntur forum & statutis ligantur, vbi deliquerunt.35.*

*Quia videntur illis se alligare.32.*

*Et pœnæ se subijcere.38.*

33 *Delicta et cõtractus à pari procedãt quo ad ius fori.*

34 *Argumentum de contractibus ad delicta validum.*

36 *Delinquens fit de foro delicti.38.39.*

37 *Index seruare debet leges loci contractus.*

41 *Statutum potest reddere conditionem forensium, deteriorem ciuibus.*

*Et valet tale statutum.42.*

42 *Statutum potest prohibere ciues, fideiubere pro forense.*

*Et prohibere fieri compromissum in forensem.43.*

*Item notarium forensem non matriculatum conficere instrumenta.44.*

*Licet Castrensis contra.45.*

*Demumq;, quòd pater non possit inter liberos testari, nisi cum sex testibus.46.*

47 *Statutum quòd forenses uti non possint statutis nostris non simpliciter inhabilitat forenses.*

48 *Statutum licet durum seruari debet.*

49 *Retorcutio quando locum non habeat.*

49 *Statutum potest impedire retorcutionem.*

50 *Instrumentum verum præsumitur idest non falsum & verum idest non simulatum.*

51 *Præsumptiones duæ oriuntur pro instrumento.*

*Seu probationes.*

*Sed & tertia, quod omnia in eo scripta fuerint facta & à partibus probata.52.*

53 *Fraus non præsumitur in instrumento publico neque simulatio.*

54 *Instrumentum non præsumitur falsum ratione quã deducit auctor.*

54 *Instrumentum falsum dicitur à quo remouentur verba & mens contrahentium.*

*Si verò mens remouetur non verba dicitur simulatum & non falsum.*

*Vbi verò uerba remouentur, non autem mens, nec simulatum nec falsum dicitur.55.*

*Exemplum ponit auctor vltimi casus pulcrum.56.*

57 *Instrumentum producens rei quam diu possedit non dicitur falsum committere eo vtendo.nec de falso accusari potest.*

59 *Instrumentum leuari non potest ex folliacio reperto inter scripturas notarij vel filcta sine subscriptione & signo.*

*Et est magis communis opinio.60.*

61 *Prothocolla & abreuiatura notarij probant, quando habent eius signum.*

63 *Consuetudo notarij attenditur ad declarationem actus sui.*

64 *Consuetudo sic donandi probatur per plura instrumenta donationum.*

*Et si donatio aliter facta deducitur præsumitur non esse vera.65.*

66 *Consuetudo non inducitur ex actibus difformibus.*

*Et in specie probari debet eius de quo agitur non aliorum.67.*

68 *Consuetudines vbi diversa probantur fauorabilior est amplectenda, cuius exemplum subijcit author.69.*

71 *Prothocollum requirit rogitum, item signum notarij.72.*

*Rationem subijcit auctor.73.*

*Licet Ioan. de Amicis dicat non esse necessariū.74.*

*Sed ex generali cõsuetudine contrariū seruatur.75.*

77 *Clausula insolita suspitionem falsitatis inducit.*

78 *Prothocollo standum est fide digno nō autem suspecto. Nec erroneo.89.*

80 *Statutum quòd libris mercatorum stetur, intelligitur nisi mercator sit infamis vel suspectus.*

82 *Comparatio non probatur per testes, si non sunt electi vt periti ad eam faciendam.*

83 *Coniecturæ plures vincunt pauciores.*

85 *Ignorantia probalis est in facto alieno & in eo qui successit alteri.86.*

87 *Instrumentum fidem non perdit licet eius matrix non inueniatur, vt Baldus & alij plerique tradiderunt.*

## CONSILIVM CXCVI.

*Auxilium meum à Domino.*

*ACCVSATVS fuit magnificus D. Ioannes Baptista Magnaninus per Syndicum communis & hominum Nonantula, quòd vsus fuerit instrumento donationis aduersus eos in causa coram magnifico Consilio Iustitia inter eum & ipsos vertente, quod falsitates quasdam continet, de quibus in interrogatorio sibi facto. Quare petitum fuit eum condemnari in pœnis statuti sub rubrica Pœna producentis, vel vtentis falsum instrumentum. Vnde uidendum est de iuribus partium coràm curia domini Potestatis, vbi causa talis accusationis pendet.*

ET prima consideratione dicendū videtur, eum debere condemnari iuxta petita: quoniam productum fuit Prothocollum ser Ludouici Zādorii, qui rogatus fuit de dicto instrumento donationis longè diuerso ab instrumento, quo fuit vsus dictus Magnanimus in pluribus locis, de quibus in inter
1 rogatorio, † qua diuersitate sic stante prothocollo tanquam matrici standum est, vt glo. tenet, & Ang. post eam in §. fin. in authen. de tabellioni. Bar. Castr. & alii. in l. Sempronius. ff. de leg. 2. Bar. in l. imperator prima lectu. ff. de stat. homi. Bar. in l. si quis ex argentariis. §. prætor. ff. de eden. & in l. si librarius. nu. 10. ff. de reg. iur. Lanfr. in c. quoniam contra. de probatio. vers. instrumentorum productiones. nu. 27. & post eum Dec. not. 10. & in c. venerabilis. not. 11. de exceptio. Soc. consi. 277. col. 3. vol. 2. Paris de Put. in trac. de reassum. instrumento. rubrica. 20. nu. 8. Bero. abundè consil. 1. uol. 1. Angussol. consi. 12. col. 2. libro tertio. & latè Grammat. consi. 65. causarum ciuilium. & ex dicto Prothocollo diuerso ab hoc instrumento manifesta eius falsitas detegitur.

2 †. Quòd autem scriptura diuersa fuerit prothocollum dicti notarii probatur ex testibus Nonātulanis, qui deponūt de scripturis illius defuncti, quæ steterunt quodam tempore penes eius vxorem, & filium, & inde delatæ fuerunt in domum Comitis Christophori Sertorii, & in forcerio reconditæ in quodam granario clauso, & dominus Ioannes Franciscus Caualca deponit de Magnanino, qui habuit copiam transumptam ex scriptura reperta in dicto forcerio existente in dicto granario, uelut ex sceda, siue Prothocollo dicti Zandorii, idēque deponit D. Annibal Mota de Cento.

3 †. Confirmatur ex tribus testibus notariis examinatis, uidelicet Calciolario, Zannino & Rhoito, qui dicunt, eam fuisse manu dicti Zandorii facta comparatione cum aliis scripturis, quæ asseruntur esse manu dicti Zandorii, cui comparationi, licet de iure communi non stetur quò ad plenam probationem, vt ponit Rui. cons. 61. num. 4. uol. 4. post Alex. consil. 80. uiso
4 processu causæ. uolum. 4. † tamen iuncta cum testibus supra deductis uidetur sufficere debere: quia etiam in criminalibus probationes imperfectæ, modo perfectæ sint in sua specie coniunguntur, ut. per Alex. consilio 23. animaduersis. col. pen. uolum. 2. quem sequitur Dec. io c. cum causam. col. fin. de probationi.
5 † sed plus accedit, quòd sola comparatio plenè probat ex forma statuti nostri de scripturis priuatis. Accedit cõiectura, quam deducit Calciolarius de eadem die, quæ reperitur in dicta scriptura & donatione annotata, & alia Rhoiti quòd dicta scriptura non depennata, neque cancellata reperta fuit in scripturis Zandorii. Tales enim coniecturæ denotant eam esse Pro
6 thocollum dicti Notarii, ut ipsi deponūt. † Nec à pœna falsi se tueri potest dominus Ioannes Baptista Magnauinus, quòd ignorauerit instrumentum à se productum, & usum esse falsum, vt discrepans à dicto Prothocollo tanquā successor, & hæres patris, cum quo confectum fuit iuxta. l. qui in alterius. cum ibi notatis. ff. de reg. iur. quoniam cum fuerit interrogatus in iudicio, nunquid eo instrumento velit uti pro uero in partibus sibi specificatis, & habuerit tempus sibi asignatum ad deliberatè respondendum, & ipse expectatus, deinde responderit eo uelle vti pro uero, vtique ignorantia sibi prodesse non potest, quominus detecta falsitate puniatur de falso, ita præcisè
7 disponit statutum prædictum, † quòd eo ipso quòd vult, quòd ignorantia non prosit, dicitur prohibere quòd ignorantia allegari non posit,

posſit, quod vtique facere potuit dictum statutum,† nam valet statutum prohibens allegari ignorantiam Bar. in l. diuus. prima. ff. de falſ. Bal. in l. 1. C. de falſ. Abb. in c. ad falſariorum.
8
9 de crim. falſ. † nam hoc caſu statutum videtur ſcientiam præſumere, & pedem firmare, ideo non poteſt ignorantia probari, præſertim per aſſertionem partis etiam iuratam, ſecundùm Paul. & Domin. in c. eos. de tempo. ordi. in 6. per tex. in c. vidua. de regular. & de quibus per
10 Fely. in c. ſecundo. de conſtitutio. † ſicque cõcluait in terminis Rui. conſi. 86. nu. 8. uolum. 4. qui ſubdit hoc procedere, licet accuſatus cõſuluiſſet peritiores, vt per eum, & ita videtur ex prædictis Magnaninum condemnandum eſſe in pœnis dicti ſtatuti.

Quibus tamen non obſtantibus in contrariam ſententiam deſcendo, videlicet quòd à petitis per dictos homines & commune ſit abſoluendus. Moueor in primis: quoniam accuſatio dicti communis & hominum fuit inſtituta longè poſt annos 20. quo productum fuit dictum inſtrumentum per genitorem Magnanini, & eo fuit uſus contra dictos homines & commune, nec tunc, nec ab inde citra fuit allegatum eſſe falſum durante lite Ferra-
11 riæ, in curia Romana & alibi,† meritò dicitur præſcriptum querelę de falſo. l. querelam. C. de falſ. dictumque tempus annorum 20. cucurrit eis, poſito quòd fuiſſent ignorantes falſitatis, quam nunc allegant, quia tempus illud eſt cõtinuum etiam ab ipſo initio, vt currat tã ignorantibus, quàm ſcientibus. l. fin. C. de præſcript. long. tempor. ut decidit in terminis dictę. l. querelę. Caſtr. conſ. 183. uideretur, quòd iſta accuſatio. uol. ſecũdo, ſed eſto, quòd requireretur ſcientia ab initio ad curſum dicti temporis, conſiderandum eſt, quòd Nonantulani viderunt, tunc hoc inſtrumentum productum, & eſt veriſimile multum, quòd matricem viderint in ſcripturis Notarii, qui de ſuis erat, & quas nunc habent pęnes eos, ſicque non igno-
12 rauerint, nunquid eſſet falſum, vel non, † meritò à tempore dictæ ſcientiæ incepit ſibi currere dicta præſcriptio annorum viginti, prout declarat idem Caſtr. loco citato, loquens de ſtatuto præfigente tempus anni ad accuſandũ de crimine non occulto, nam ſi filia fuerit reddita prægnans à die, quo venter eius cępit tumeſcere, materque cognoſcere ſtuprum filiæ per eius partum, veriſimiliterque cum quo ex ore filiæ, cępit ſibi currere tempus anni dicti ſtatuti, nec poſt eius lapſum procedit eius accuſatio, ſic enim debet ad vnguem dici in caſu noſtro. Nec quicquam facit, quod ex aduerſo dicitur, hic non agi de uſu patris, ſed filii recenti. delictoque nouo, hęc enim concederẽ; quando non ante quis produxiſſet, & vſus fuiſſet hoc inſtrumento contra Nonantulanos, vt
13 fecit huius filii genitor, † à quo tempore citrà cum præſcriptio decurſa fuerit, ſublata fuit prorſus omnis actio partis aduerſæ, vt eſt tex. apertus & ibi notat Abb. in c. ad aures. de præſcript. per quem tex. ſubdit ille poſt Butr. iudicem poſſe repellere ex officio ſuo ab agendo illum, cui obſtat legitima pręſcriptio, quia ſine
14 actione nemo experitur, † nec immeritò, quia exceptio præſcriptionis dicitur litis ſinitę, & impedit litis ingreſſum. l. ſi. ubi Bar. ff. pro ſuo. l. ſicut. C. de pręſcriptio. 30. annorum. Bart. & Doct. in l. fratris. C. de trãſact. Guid. Pap. quęſt. 116. colum. pen. Capella Tholoſa. quæſtio. 67.
15 † quod ſine dubio procedit, quando exceptio præſcriptionis poteſt incontinenti probari & liquidari, ut per Bald. in l. ſi is quem. C. ne de ſtat. defunct. Cy. in l. ſi. col. 5. notab. 10. C. de edi. diu. Adr. tollen. & alios cumulat Menoch. in remedio 4. de adipiſ. poſſeſ. nu. 781. cum ſequenti. prout in caſu noſtro uerificatur ex proceſsibus annorum quadraginta, & ultra factis cum Nonantulanis, in quibus productum fuit hoc inſtrumentum, & ſecundum illud ſæpius
16 iudicatum, † nam acta faciunt notorium. c. ſi. de cohab. cleric. & mul. l. acta. ff. de re iudic. Innocent. in c. veniens. de verbo. ſigni. Do. meus Rimin. conſi. 260. nu. 20. & in apoſtillis ad eũ
17 dixi. † Nec certè iure cautum reperio, quòd quando præſcriptio completa fuit in alicuius vita, quòd ſucceſſores ſui poſsint moleſtari, ſed ex ea ſe tueri poſſunt; quia in iure firmato in perſona defuncti hæres eius perſonam repræſentat, ut per Areti. conſilio 123. verſi. Nec obſtat, Roland. à Valle conſil. 50. nume. 8. volumine ſecundo.
18 † Nec uſus D. Magnanini dicitur nouus & recens, ut non dicatur decurſa præſcriptio, ſed dicitur veteris uſus paterni continuatio, nam cum pater aliàs produxerit, & uſus fuerit inſtrumento pro uero & legitimo, quando fuit opus aduerſus Nonãtulanos pariter eius filius id producendo & utendo dicitur vſum paternum continuaſſe, non autem nouum actum fe-
19 ciſſe, † prout dicitur de illo, qui erat in poſſeſſione, & eius vigore quid agit, qui non dicitur aliquid innouaſſe, nec actũ nouũ feciſſe, ſed ſuam poſſeſsionem continuaſſe, ut eſt gloſ. notab. & ibi Dominic. in c. non ſolum. de appelat. in ſexto. Bero. conſil. 87. num. 5. uolum. primo, aliàs ſequeretur abſurdum, ſi diceretur hic uſus nouus ad tollendam pręſcriptionẽ iam decurſam, quòd & hæres poſsidens nõ eſſet tutus præſcriptione ſui præceſſoris iam cõpleta, cum diceretur & ipſe nouiter poſsidere,
20 quod eſt falſum † debet igitur attendi principium temporis in hac quęſtione falſi, quo commiſſum fuit crimen, nam ab eius die incipit pręſcriptio 20. annorum ex d. l. querela, ut determinat Boſſ. in tit. quomodo procedendum per actum delicti. nu. 22. & ſic quando releuatũ fuit hoc inſtrumentum, & productum per genitorem principalis mei (ſi falſum eſſet, quod negatur) non autem nunc quo eo vtitur.

Nec

Nec ad illud refugium miserorũ recurri debet, quod per transennam tactum video ex ad-
21 uerso, † quòd vniuersitas, in qua sunt minores ignara præsumitur, quasi quòd restitutione digna sit, & postea agere possit, nam non passim conceditur restitutio, quando supina fuit ignorantia, sed ita demum si iusta & probabilis, vt per Roma. consi. 127. ad fin. Dec. in l. 2. C. qui admit. Felyn. in c. vigilanti, columna quarta, versi. limita tertiò, de præscript. Dec. consi. 36. columna penultima. Paris. consilio 66. numero 95. volumine tertio, cum similibus, per Horatium Mandosium Romanum in additio. Romani loco citato. vbi pariter adducit Romanũ consi. 340. in fi. vbi dicit, quòd ignorantia crassa non prodest alleganti: habet enim vim scientiæ, at hæc talis est, millies enim viderunt, aut videre potuerunt aduersarii dictum instrumentum & matricẽ, sicq; crediderim indubitanter.
22 † Nec meo iudicio repugnat alius obex statuti de arbitrio Potestatis, lib. 3. quo facultas datur Curiæ procedendi & terminandi nõ obstante præscriptione legis querela. C. de fals. meritò vana videtur eius exceptio pro domino Magnanino deducta. Nam quæso diligentius consideretur id statutum, quàm fiat ex aduerso; quia nihil obstabit. Et imprimis in eius præfatione, quæ dicit, quòd ex quo homo deuians à via veritatis in crimen labitur falsitatis, tanto virga seueritatis seuerius est in falsa-
23 rios extendenda, † talis enim ratio posita in præfatione dicti statuti restringit, & limitat dictum statutum, vt per Bar. Castr. Alex. & Ias. in l. cum hi. §. eam transactionem. ff. de transactio. Dominus meus Rimin. cons. 25. nu. 28. & Boe-
24 rius consi. 40. num. 36. † quibus accedit, dispositionem legis quantumcunque generalem per rationem limitatã restringi, vt probatur in l. cũ pater. §. dulcissimis. & ibi Bar. Bald. Alberic. & Castr. ff. de leg. 2. & in l. pater. §. fundum. & ibi Bar. ff. de leg. 3. Angel. in l. quod dictum. ff. de pact. glo. Dyn. Alber. Angel. Castr. & Aquens. in l. si is qui animo. ff. de acquir. possess. cum similibus, per Tiraq. in trac. cessante causa, prima parte, num. 139. & sequen. ideo cum de falsariis dictum statutũ loquatur, & sic de his qui cõmiserint falsitatem, sequitur, vt ad tales restringi debeat, qualis non est Magnaninus, qui sine dubio falsitatem non commisit.

Secundò considero verba, quæ ponuntur inferius, vbi dicitur, quòd Potestas habeat plenũ arbitrium procedendi & condemnandi omnes personas, quæ in posterum facient, vel committent aliquam falsitatem, vel speciem falsitatis,
25 vel fieri fecerint, vel mandauerint, † neutrum nanq; de prædictis fecit dominus Magnaninus veluti non natus tempore celebrati huius instrumenti, de quo agitur, ergo cum non conueniant illi verba statuti, nec ei conuenit eius dispositio. l. 4. §. toties. & ibi Bar. ff. de dam. infec. l. quod constitutum. ff. de testa. mil. cum vulgari. Nec insuper obstat idem statutum subiungens, prouidemus quòd in casibus prædictis Potestas &c. qui casus sunt in superioribus statutis, Pœna producentis, vel vtentis falsum instrumentum, & hoc exprimit in fine statutummet de arbitrio Potestatis, ibi. vel scienter vsi
26 fuerint, † nam cum hoc statutum se referat ad superiora per illud verbum, prædictis, quod est relatiuum præcedentium cum omnibus qualitatibus suis. l. 1. §. hoc edicto. & ibi Bar. ff. de postul. Bart. in l. talis scriptura. §. fin. colum. fina. ff. de leg. 1. Soci. consil. 62. visis, num. 1. & consil. 112. num. 14. volum. 4. Paris. consi. 21. nume. 37. volum. 3. sequitur, vt det auctoritatem Potestati procedendi non obstante. d. l. querela. in casibus de quibus loquitur illud statutum
27 præcedens, Pœna producentis. † At illud statutũ loquitur de scienter producente, vel vtente instrumentum, quod manifestè sit falsum, manifestumque dicitur illud quod vulgò dicitur & coràm pluribus testibus, vt declarat Bar. in l. 2. ff. de relig. & sumpt. funer. num. secundo, & ponit Ias. in l. si verò. §. qui pro rei. numero 9. ff. qui satisda. cog. qualis non est casus noster; quia non video quicquam constare, quòd hoc instrumentum, quo vsus est Magnaninus, dicatur manifestè falsum, nec quia vulgò dicatur, nec coram pluribus testibus, ergo Curia & aduersarii, qui volunt se fundare in dicto statuto de arbitrio Potestatis, vt tollant per illud obstaculum legis querela, verificare debent qualitates, in quibus loquitur, videlicet quòd Magnaninus fuerit falsarius faciendo falsitatem, vel fieri mandando, vel vtendo instrumẽto ma-
28 nifestè falso, † nam clarum est, quòd quando quid ab aliqua lege, vel statuto profertur cum aliqua qualitate debet vtrunque probari, scilicet illud & eius qualitas, vt est doctrina Bart. in l. 1. §. 1. ne quid in flum. publi. Ioan. Andr. in c. 1. de homicid. in 6. Alexan. consil. 161. vol. 5. Dec. consi. 13. col. 3. consi. 18. col. 2. consi. 44. in princ. & consi. 589. num. 7. Marsil. sing. 187. Rubeus consil. 16. numero 14. Dominus meus Riminaldus consilio 58. in fin. & consilio 114. num. 8. Sic ergo discurrendo malè citatur illud statutum, de arbitrio Potestatis, ad excludendum præscriptionem d. l. querela, cum non verseretur in casibus suis.
29 † Tantoque magis in hanc sententiam descendo, quòd ista Communitas Nonantulę forensis est, nec sustinet onera realia & personalia hic vel in districtu Ferrarię, quo stante succedit statutum, Quibus casibus forenses, dicens, quòd nullus forensis vel non sustinens onera realia & personalia in Ciuitate Ferrarię, vel eius districtu gaudere possit beneficio horũ statutorum in decisoriis. At statutũ, Pęna producentis vel vtentis fals. instr. est decisorium; quia cõdemnat ad amissionẽ causę pręter alias pęnas, quas imponit, ergo dicta cõitas d. statu-
30 to niti non põt, † nec talis exceptio proueniẽs

ex capite d. statuti, quibus casibus forenses &c. intelligitur reseruata per illud de incidentibus & emergentibus, quod quibusdam exceptis cæteras reseruat ad merita in tempus ferendę sententiæ, per doctrinam Bart. in l. 1. §. & parui. nu. 5. ff. quod vi aut clam. vbi dicit, quòd quando aliæ exceptiones descendunt ex aliquo cap. statutorum eiusdem ciuitatis, illæ possunt opponi non obstante, quòd sit dictum in statuto, quòd nulla alia exceptio opponatur: quia non est verisimile, quòd seipsum per illa verba generalia voluerit corrigere, & illam decisionem Bart. sequitur Dec. consi. 45. columna secunda, consilio 195. columna secunda, decis. Neapol. 403. num. 18. Dominus meus Riminaldus cōsilio 118. num. 41. & consilio 180. in fin. Quare stante dicto statuto, Quibus casibus forenses, dicitur nullatenus assignādum esse terminum super accusatione partis fundata in dicto statu
31 to, quo vti non potest, † Nec ab ista conclusione me quicquam retrahit, quod ex aduerso dicitur, quòd sicut forenses hic in delictis forum sortiuntur, & pœnę statutorum subiiciuntur, vt per Bart. in l. 1. numero 21. quæstione secunda. C. de sum. Trinit. ita quoque debent vti posse statutis eisdem contra ciues, quòd & vsu videmus forenses ciuibus furantes & è contra pœna plecti, & sicut Syndicus huius vniuersitatis vtens hic aliquo instrumento falso iuxta statutum nostrum & interrogari, & puniri posset, pariter è contra statuēdum est ex regula, quod quisque iuris. Quare sequitur, quod dicitur, forensem non vti, neque frui statutis nostris, intelligendum fore, quando non ligantur eis, nec commodum cōsequantur sine vllo damno,
32 † quoniam deuiant hæc à mente iuris, & ob id reiicienda sunt, nam forenses ideo sortiuntur hic forum, pœnisque statutorum subiiciuntur, si delinquant hic: quare quemadmodum contrahendo hic statutis his dicerentur se alligasse, & secundum ea contrahere voluisse, sic & delinquendo. l. omnem. ff. de iudic. & ibi Castrens. notans, quòd non solum in loco contractus quis sortitur forum, sed etiam in loco, in
33 quo deliquit, † quia quò ad ius fori delicta & contractus sunt paria, & hāc consequentiam facit in specie Salyc. in lege prima, numero septimo. C. de sum. Trinit. & fid. cathol. vbi ponit quæstionem de Bononiense, qui deliquit Mutinæ, dicens, quòd iudicari debet secundum statuta Mutinæ, si quod fecit erat prohibitum de iure communi, vt falsitas in casu no-
34 stro, † mouetur hac ratione: quia de contractu arguitur ad delictum, dicta lege omnem, sed in contractu iudicatur secundùm statuta loci, vbi contraxit, ergo & in delicto iudicari debet secundùm eiusdem loci statuta, & vltra Salycetum de hoc est ampla decisio Gandini magni practici in criminalibus in tracta. de pœnis reorum, numero decimosexto, versic. Po-
35 ne quæstionem, † vbi dicit, quòd si Placentinus in territorio Cremonæ commisit delictū, pro quo de iure communi pœna pecuniaria imponitur, at ex statuto Cremonæ corporalis, vtiq; puniri debet secundum statutum Cremonæ, secundùm Dyn. Lambert. de Rampo-
36 nibus & Ro. de Roma. quos allegat, † redditque rationem: nam Placentinus ille delinquendo factus est de foro Potestatis Cremonę, ideo puniri debet ibi, vbi deliquit, lege prima & authen. qua in prouincia. C. vbi de crimin. sicut enim forum sortitur quò ad hoc vt puniatur, vbi deliquit, ita sortitur super se leges loci, vbi
37 deliquit, † & sicut Iudex seruare debet leges, vbi celebratus est contractus. lege si fundus. ff. de euictioni. ita dici debet in delictis, vt lex propria loci, vbi delictum factum fuit, seruari debeat, si lex illa est ad decisionem litis, vel pœnæ impositionem, nec mirum (dicit Gandinus) si nos argumentamur de contractibus ad delicta, cum ipsa parificentur à iure, & illam decisionem Gandini refert & sequitur Euerard. in cent. sua, loco vigesimo de contractibus ad delicta, & concordat Marsil. in l. fin. numero octuagesimosecundo. ff. de iur. omn. iu-
38 dic. † & vltra prædictos est text. valde notab. in l. Imperatores. ff. de iure fisci. dicens, quòd delinquens dicitur se pœnæ subiicere, ibi. ipse te huic pœnæ subiecisti. Ideo si Syndicus huius vniuersitatis vsus fuisset hic instrumento falso contra ciuem, teneretur pœnis horum statutorum, vel alius forensis hic furans, vel aliter delinquens ratione prædicta Doctorum, quibus addendi sunt Oldradus in lege cunctos populos. C. de sum. Trinit. Odofredus Iaso. & Iacob. de Beluis. in lege fina. ff. de iur. omn. iudic. Alberic. in tracta. statutorum, quarta parte, quæstione trigesimanona. Marsil. consi. centesimodecimo, numero centesimodecimoseptí-
39 mo, & in practi. crimin. §. constante, † vbi dicit esse communem, decis. Neapol. 265. num. sexto. demumque Iacob. Nouell. consilio centesimosexagesimonono, primo Tomo criminaliū, qui concludunt, quòd ex quo delicti locus attenditur, Iudicem originis delinquentis non posse contra eum procedere pro delicto alibi per eum commisso, sed in loco tantum delicti eum forum sortiri, & puniri posse, sed non inde sequitur, quòd si Ciuis vsus fuerit instrumento falso contra forenses, illi possint vti beneficio statutorum nostrorum in decisoriis cō-
40 tra talem ciuem, † quia statutum, quibus casibus forenses &c. prohibet, quòd nullus forensis, vel non sustinens onera realia & personalia in ciuitate Ferrariæ, vel eius districtu, gaudere possit beneficio statutorum ciuitatis Ferrariæ in decisoriis, nisi in casibus permis-
41 sis ab ipsis statutis, qualis non est præsens, † nō enim nouum est, nec inauditum, quòd statutum reddere possit cōditionem forensium deteriorem, quàm Ciuium, vt determinat Curt. Iun. consilio 129. col. quarta, dans exemplum de sta-

de statuto, quòd forensis non possit acquirere bona immobilia in Ciuitate, & in plerisque aliis casibus, in quibus firmant scribentes, & formant quæstiones de statutis facientibus fo-
42 renses deterioris conditionis, quàm ciues, † & tamen præsupponunt talia statuta esse valida, vt per Alexand. consilio 41. columna fina. volumine quinto, repetito consilio 116. vol. quinto, de statuto prohibente ciues fideiubere pro forense, & sic contra forenses loquente, & deteriorem conditionem suam faciente, nam forenses pro ciuibus possunt fideiubere, & tamen ciues pro forensibus nequaquam stante tali statuto, quod adeo valet, vt ei renunciari non possit, vt tradit Castren. consi. 424. in fin. volumi-
43 ne secundo, † & Bald. consilio 284. pone statutum, volumine quinto, loquens de statuto prohibente fieri compromissum in forensem, quod in hoc quoque reddit illius conditionem deteriorem, cum nihil prohibeat forensem in ciuem posse compromittere, & hæc exempla re-
44 fert Crau. consilio 242. colum. quarta. † Quare idem benè consilio 201. colum. quinta, dicit valere statuta, per quæ conditio forensium deterior fit, quàm Ciuium, & idem videmus in statuto prohibente Notariũ forensem non descriptum in matricula loci posse ibi conficere instrumenta, vt latè determinat Roland. à Val-
45 le consil. 92. per totum, volumine tertio, † respondens consilio Castrensis 226. volumine secundo, volentis contrarium, qui mouebatur ea ratione: quia statutum non poterat personas forensium habiles inhabilitare, vt per Bart. & Bald. in d. l. 1. C. de sum. Trinit. nam dicit Rolandus num. 21. cum sequentibus, quòd procedit illa ratio, quando statutũ simpliciter & ab-
46 solutè personã forensis inhabilitat, † sed quãdo non simpliciter quid vetat, sed cum aliqua modificatione, puta quòd pater non possit inter liberos testari, nisi cum sex testibus, tunc ligat forenses, ita Bald. in d. l. 1. versic. Tertio casu. Socin. consi. 97. colum. secunda, volum. primo, vbi de Notario vt supra loquitur. Rui. consil. 201. volum. primo. Bero. consilio 89. volumine tertio. & Christophor. de Castell. consilio 23. & in alio casu Bald. in repet. l. fin. ff. de
47 iur. omn. iudic. † taliter enim procedit statutum, quibus casibus forenses &c. quia non simpliciter inhabilitat forenses quò ad vsum statutorum Ferrariæ, sed in decisoriis tantum, non autem in ordinatoriis. Quinimò nec simpliciter in decisoriis eos inhabilitat, sed in casibus tantum nõ permissis ab ipsis statutis, & vbi nõ haberent similia statuta in loco suo, quibus vti possent ciues Ferrariæ aduersus eos. Vnde patet, quòd isti Nonantulani sunt inhabiles ex dicto statuto redditi ad vtendum contra ciues dicto statuto de produc. vel vtent. fals. instr. & cessat argumentum ex aduerso factum, quod non debeant ex istis statutis ligari sine eorum commodo: ligantur enim cõtrahendo, vel delinquendo hic, sic iure communi disponente, commodum verò non habent eis vtendi, statu-
48 to sic disponente, † quod vbi videretur durũ sic est seruandum, l. prospexit. ff. qui & à quibus Sed non est, ex traditis per Curt. Iun. in d. cõsi-
49 lio 129. columna quarta, vt per eum, † sicut etiam cessat ratio retorquutionis, quæ si locum non habet, quando cõsuetudo sit in loco secus statuendi, vt per Ias. in l. 1. col. 1. ff. quod quisque iur. pariter idem dici debet stante statuto in loco, dictam retorquutionem impediente, vt in casu nostro, quo ciues possunt accusare forenses de vsu falsi instrumenti, sed non è contra per dictum Statutum. Quibus casibus forens. &c. Et ex his apparet reiectis omnibus spinis ad fauorem principalis mei pronunciandum fore, liberando prorsus eum à tam calumniosa & nulla accusatione, & quæ nullo modo potest per aduersarios intentari stantibus prædictis.

Sed vlterius posito, quòd & accusatio procederet, & dicto statuto posset vti dicta Communitas, tamen dominus Magnaninus absol-
50 uendus est à pœna falsi, † quoniam produxit, & vsus est instrumento releuato in publicam & authẽticam formam, quod verum præsumitur, idest non falsum, & verum idest non simulatũ. l. cum precibus, & ibi Bald. colum. 1. C. de probationi. Ias. consi. 124. columna prima, vol. 1. Bertrand. consilio 124. colum. fi. volum. secundo, nouissimorum, Gabrielius Romanus lib. 7.
51 crimin. conclusione secunda, nu. 20. † & ideo dicit Bal. in c. 1. §. si instrumentum, de not. feu. ꝙ pro instrumento publico duæ præsumptiones, immo verò dicere possumus, ꝙ duæ probationes oriuntur, vna quòd sit verum, alia quòd
52 sit solemne, † & vt addamus tertiam, quam idẽ Bald. ponit in l. secunda, in vltima car. C. de rescind. vendit. quòd omnia in eo descripta fuerint facta, & à partibus prolata, sequitur Berous consilio primo, numero 18. volumine secundo & Natta consilio 194. numero tertio,
53 † subdens, quòd in instrumẽto publico nõ præsumitur fraus, neque simulatio secundùm Bal. in c. illud. circa fin. de præsumptio. & cum prædictis etiam concordat Dec. consil. 36. columna quarta, versi. His præmissis, & consi. 175. columna sexta, versic. Vlterius. Ias. in l. si post diuisionem, notab. 1. C. de iur. & fact. ignor. & post eos Cattel. Cotta libro memorialium. ver. instrumentum præsumitur verum.
54 † Secundò, quòd istud instrumentum falsum dici non possit ostẽditur pulcherrima ratione, nanque celebratum fuit anno 1505. 17. Iun. Rursus iidem homines & Commune 20. August. donarunt easdem terras iam donatas magnifico D. Hieronymo Magnanino, de quibus in dicto instrumento Zandorii, de quo dixerũt habere omnimodã scientiam & notitiam, & de hoc secundo instrumento rogatus fuit ser Mathæus de Ansalonibus Notarius Nonãtulanus,

& hanc eandem donationem repilogatunt 24. Augusti, ex alio eius instrumēto rogato per dictum Ansalonem. Demumque 11. Septembr. & confirmarunt iam factam, & denuò fecerunt ex instrumento confecto Regii rogato per ser Paulum Gasparem ab Anguillis, postea 15. Septembris Massarii & Procuratores dicti communis ex instrumento mandati rogato per dictum Ansalonem induxerunt in tenutam & corporalem possessionem procuratorem dicti Magnanini terrarum sibi donatarum, de qua tenuta rogatus fuit ipsemet Zandorius, qui pariter citat instrumentum suum dictæ donationis, & vlterius 29. Octobris dictus Magnaninus inuestitus fuit de dictis terris sibi donatis ab Abbate Nonantulę, approbando dictam donationem, confirmationes, tenutam, cæteraque sequuta, de qua re rogatus fuit ser Ioannes Valentinus Notarius Mutinensis. Demumq; Dux Alphonsus inclitæ memoriæ Princeps anno 1506. vigesimo Martii decreto suo dictā donationem, & cętera sequuta authoritate sua Ducali, & de suæ plenitudinis potestate confirmauit & approbauit, supplēdo omnes & quoscunque defectus, qui vndecunque, qualitercunque & quomodocunque in prædictis interuenissent, & vt latius in allegato suo decreto. ex quibus omnibus sequutis post hoc instrumentum Zandorii productum à Magnanino surgit verum fuisse dictos homines & communitatem donasse patri suo dictas terras, meritò hoc instrumentum non potest dici falsum, dato, quòd allegatum Prothocollum ex aduerso reperiatur in aliquibus verbis diuersum ab eo, ex quo veritas donationis factę patet ex tot subsequutis. Moueor ex doctrina Baldi in lege si ex cautione, quæstione prima. C. de non numera. pecun. vbi valde notabiliter inquit, quòd instrumentum est falsum, à quo remouentur verba, & mens contrahentium, si autem remouetur mens, sed non verba, dicitur simu-

55 larum & non falsum, † Sin autem remouentur verba, sed non mens non est simulatum, nec falsum, quia substantiatur in radice veritatis, & eius subiectum est veritas. cap. nihil obstat. de verbo. significat. sentit ergo Bald. ibi, quod falsitas instrumenti dici non potest, vbi habet veritatem suffragantem, & ita sequitur Bald. considerans & concludens Natta consil. 132.

56 numero sexto. † Quod ad vnguem verificatur in casu nostro, nam supponitur in allegato Prothocollo, quædam deficere, de quibus in hoc instrumento. Tamen non deficit mens: quia veritas est, dictos homines & communitatem donasse dictas terras Magnanino, prout ex tot aliis instrumentis apparet. Vnde posito, quòd remoueamus verba, quæ videntur superabundare in hoc instrumento plusquam in asserto Prothocollo: quia tamen mens non deficit vtrobiq; factæ donationis, hoc instrumentum neque simulatum neque falsum dici potest, & hæc doctrina magistralis Bal. meo iudicio multum deseruit Magnanino.

57 † Tertiò confirmatur hæc conclusio, nam pater Magnanini dum vixit à die tenutæ & corporalis possessionis citra de anno 1505. & post eum Magnaninus stetit in possessione vigore dicti instrumenti dictarum terrarum, videntibus, scientibus & tolerantibus Nonantulanis, ergo eo nunc vtendo contra eos non dicitur falsum commisisse, nec de falso accusari potest, ita Bald. egregiè consilio 37. quidam Tabellio. volum. primo in nouis, quem sequitur Crauet. consilio 65. numero 11. & Petrus Follet. consilio 139. numero tertio, primo Tomo crimin. ex quo enim longo tempore pater & filius in possessione steterunt dictarum terrarum vigore dicti instrumenti censetur approbatū, & propterea falsitas cessat, vt per eos, quod gladium ponit ad radicem.

58 † Sola superest difficultas in respondendo dicto asserto Prothocollo, cui velut matrici dicitur esse standum, & imprimis dicitur illud nō esse verum Prothocollum instrumenti producti per Magnaninum, probatur: quoniam iamdudum præteritis annis, dum viuebat Zandorius, & eo mortuo ista Communitas litigauit diu cum dicto Magnifico domino Hieronymo tam Ferrariæ, quàm Romæ super dicto instrumento, quod impugnare nitebatur, veluti nullum & ex aliis causis, in quibus succubuit, nec vnquam dixit, vel allegauit illud esse falsum, licet facile posset videre dictam scripturam (quā nunc allegat esse Prothocollum) tam ab ipso Zandorio, quàm ab eius vxore & filio, demūq; à Comite Christophoro Serronio omnibus de dicto communi, penes quos fuerunt scripturæ dicti Zandorii Nonantulæ. Si enim dicta scriptura fuisset verum Prothocollum, tuncq; fuisset penes prædictos, illud produxisset ad impugnandum hoc instrumentum de falso, quo tunc etiam D. Hieronymus Magnaninus vtebatur: quoniam lex nō præsumit, ꝙ quis omittat producere iura, quæ habet, at nec illud produxit, nec de illo habuit mentionem, signum euidens ꝙ ista scriptura non extabat pro Prothocollo, igitur falsa reputari debet, & verum hoc instrumentum, ita ferè in terminis arguit D. Franciscus de Capitibus listæ consi. 71. num. 15. volum. 1. criminalium, vbi propriè ad arguēdum instrumentum de falso considerat, ꝙ ptius diu fuerat litigatum inter partes, nec vnquam fuerat productum, nec allegatum per Communitatem, de qua loquitur, quod vtique fieri debuisset, si fuisset verū ratione prædicta, meritò demum illud producendo concludit id esse falsum, quare sic idē dicamus de hoc asserto Prothocollo nuper allegato, & producto, in præteritum verò per tot annos nequaquam.

Secundò confirmatur hæc conclusio, nā per quatuor Notarios examinatos ꝓ Magnanino, Bonsignoriū, Benuenutū, Suciū & Maluetinum dicitur,

dicitur, vnanimiter scripturam ex aduerso productam non esse verum Prothocollum Zandorii, vnde releuatum fuit instrumentum productum per Magnaninum, cum careat subscriptione nominis & cognominis, ac rogitus dicti Zādorii, & in margine verbo extensum, leuatum,
59 vel exemplatum, † quorum iudicium velut iuridicum corroboro, nā si reperitur folliacium inter scripturas Notarii vel filcia sine subscriptione & signo non potest inde leuari instrumentum, quod faciat fidem, prout voluit Abb. in c. 1. columna tertia. de fid. instrumen. Castr. consi. 204. in antiq. ad primum, & consi. 230. 9. dubio: Ange. consi. 220. ad hoc. Bald. consilio 22. volumine primo cum similibus. quos cu
60 mulat, † & dicit esse magis communem Cagnol. in l. si librarius. num. 35. ff. de reg. iur. igitur cum fuerit instrumentum hoc leuatum per ser Bartholomæum Biançolinum, datur intelligi non à dicta scriptura, veluti falsa, nec matrice, sed ab alia vera matrice fuisse releuatum hoc instrumentum per Magnaninum productum: quoniam ab illa defectiua non potuisset
61 instrumentum publicum releuari, † ea nimirū ratione: quoniam Prothocolla & abbreuiaturæ Notariorum tunc demum probant, quando fuit in eis signum Notarii positum, secundùm Cyn. & Bald. in l. contractus. C. de fid. instrum. idemque Bal. in rubrica, sequitur Paris de Put. in tracta. de reassumpt. instrum. rubrica vigesima, numero septimo.
62 † Tertiò dicunt iidem Notarii pro Magnanino, dictam scripturam non esse Prothocollum Zandorii veluti differentem ab aliis Scedis & scripturis eius continentibus suum nomen, cognomen, rogitum, signum & extensionem factam in prin. quæ in prædicta scriptura deficiunt, & benè sic arguunt, quòd si Zandorius erat solitus in suis Scedis & Prothocollis prædicta ponere, & in hac scriptura deficiunt,
63 ergo non est suum Prothocollum, † quoniam ad declarationem eius quod actum est, consuetudo solius patrisfam. attenditur, & sic ipsius Notarii, de cuius actu disputatur, an sit suus vel non. l. vel vniuersorum. ff. de pignor. action. l. qui semisses. ff. de vsur. l. hæredes palam. §. si quis post. ff. de testament. l. si seruus plurium. in fin. ff. de leg. primò. l. numis. ff. de leg. tertiò. Natta consi. 406. colum. fina. in princip.
64 † Simile videmus, quòd si producuntur plura instrumenta donationum factarum per aliquē, ex quibus probatur consuetudo sua sic donandi per instrumenta, vt tradit Angel. in l. vetustissimam. C. de iure dom. impe. Socin. consilio 94. columna quarta, versic. Circa secundū. volumine primo. Dec. consil. 11. columna sexta, versic. & cum talis. Curt. Iun. consi. 106. columna secunda. Crāuet. consilio 134. num. 9.
65 † si postmodum probetur aliter fuisse factam donationem ab eo, quàm per instrumentum, præsumitur id non esse verum stante illius consuetudine donandi per instrumentum, vt concludit Roland. à Valle cons. 40. ad fin. vol. 1.

Nec obstat, quòd aliqui de testibus Nonantulæ dicant, vidisse Scedas & scripturas diuersorum Notariorum in Castro Nonantulæ, in quibus adsunt subscriptiones nominis tantum sine cognomine: quia dicūt etiam vidisse alias habentes vtrunque, & in principio quandam imbreuiaturam, quam pro extenso, seu exem-
66 plato fuerunt interpretati. † Vnde cum de cōsuetudine aliorum Notariorum difformi & varia deponant, nihil releuat eorum probatio: quia ex actibus variis & difformibus non inducitur consuetudo, sed obseruatur ius commune. Bart. in l. secunda, in fin. ff. solut. matri. Bart. & Bald. in l. solent. §. non verò. ff. de offic. proconsul. & leg. Bald. in l. de quibus. versi. tertiò quæro. ff. de legi. Natta consil. 106. numero decimo. Dec. consilio octauo, numero quarto, consilio 129. columna secunda. Crau. consilio 196. Roland. à Valle consilio 87. nume-
67 ro 54. volumine secundo. † Præterea, non sufficit probare consuetudinem generaliter, & sic aliorum Notariorum, sed in specie probari debuit, hoc est ipsius Zandorii, vt per Oldra. consilio 237. perspectis & diligenter. columna prima. Anchar. consi. 339. pro maiori intelligentia. columna quinta, versic. ad secundam rationem. Alexan. consil. 196. viso testamenro. columna secunda, versi. Secundò respondeo. Crau. consilio 34. numero quinto, & consil. 96. Narta consilio 575. num. 15. Roland. à Valle con-
68 silio 53. numero 39. volum. secundo. † Tertiò vbi etiam ageretur de variis & diuersis consuetudinibus, illam sequi deberemus, quæ fauorabilior est. l. tutor qui repertorium. §. ex certis. ff. de administ. tutor. Iacob. Nigri. in l. diem functo. numero secundo, ff. de offic. assessor. Roland. à Valle consilio 69. numero 49. volu-
69 mine secundo. † at certè si nos attendimus cōsuetudinem Zandorii soliti ponere in suis Scedis & Prothocollis extensionem, subscriptionem nominis & cognominis signi sui, & id genus, & sic excludamus scripturam ex aduerso, remanet instrumentum productum à Magnanino verum, quod est fauorabilius, quàm firmando dictam scripturam pro Prothocollo, dicamus illud esse falsum, meritò debemus attendere consuetudinem, per quam saluatur hoc instrumentum veluti fauorabiliorem.
70 † Quartò non omitto, quòd hoc instrumentum releuatum à Biancolino reperitur subscriptum ab ipso Zandorio dicente se rogatum scribere illud scripsisse in suis Scedis originalibus publicis & authenticis, & quia hoc præsens exemplum cum suo originali diligenter auscultatum concordare inuenit, ideo illi se subscripsit & authēticauit signo & nomine suis consuetis, quibus ita stantibus est impossibile velle dicere, q scriptura exhibita dicatur esse Prothocollū originale, publicū & authēticum

huius instrumenti rogati per Zandorium, posito, quòd esset manu illius conscripta, aliàs ille
71 mentiretur in subscriptione sua: † quoniam deficit illa scriptura requisitis ad publicam & authenticam scripturam Scedæ, vel Prothocolli, in quibus requiritur rogitus. §. nos autem. in auth. de tabellioni. & ibi not. Angel. & alii canon. in c. cum P. Tabellio. de fid. instrum. Alex. consf. 152. colum. 2. volum. 2. Ioan. Andr. in additio. Specul. de instrumen. edit. dicens, quòd Prothocollum debet habere omnia, quæ publicum instrumentum, sequitur Dec. consf. 447. numero quinto.
72 † Item requiritur signum Notarii, nam sine eo imbreuiatura Notarii fidem non facit, Bal. in l. Lucius. ff. de testam. milit. Alex. in d. consilio 152. num. 15. Dec. consi. 97. col. 2. Specul. in tit. de instr. edit. §. instrumentum. vers. Item quod nõ est signatum. Guil. Main. in l. quo tutela. §. quæ in testamento, num. 22. ff. de regu. iur. cum aliis de quibus per Fely. & Dec. in c. 1. numero 13. de fid. instrumen. Crau. consi. 216.
73 colum. 2. † & ratio prædictorum est: quoniam omnes scripturæ, quas facit Notarius non sunt publicæ, nec publicam fidem habent, sed illæ tantùm, quas ipse dicit publicas facere, & in publicam formam, vt tradit Luc. de Penna in l. generali. C. de tabul. lib. 10. vel in quibus adhibuit solemnitates requisitas ad scripturam publicam, vt tradit Crau. consf. 150. col. 2. sequitur D. Felix Phebeus consil. 118. col. 2. secundo Tomo crimin. Cum ergo scriptura, de qua agitur, careat solemnitatibus requisitis ad publicam, patet illam non fuisse scripturam originalem, publicam & authẽticam, ex qua testatur Zandorius releuatum fuisse hoc instrumẽtum,
74 posito quòd esset eius manu, † & licet Ioannes de Amic. consf. fin. col. penul. post multos dicat esse ad benè esse, nõ tamen necessarium, quòd in instrumento Notarii signũ requiratur, idcq; firmat dicens esse magis communem Alexan. in rubr. ff. de ope. nou. nunciat. num. 14. & post eum Niconi. num. 112. Roland. à Valle consilio 44. numero 40. volumine primo, qui refert Card. consil. 113. dicentem non esse necessarium signum Notarii in instrumento extracto, & multominus in Prothocollo, sequitur Me-
75 noch. alios cumulans consi. 48. num. 15. † tamen ex generali consuetudine contrarium seruatur, vt per Dec. in c. 1. colum. 5. in 9. requisito de fid. instrument. Crau. consil. 72. Bursat.
76 consi. 26. num. 10. † Tantoque magis dicto asserto Prothocollo non est deferendum, quod ab hoc instrumento discordat, & tamen Zandorius testatur, quòd vidit & audiuit concordare, quod benè ponderat Benuenutus Notarius concludens, quòd ex quo discordat, illam scripturam non posse dici Prothocollum huius instrumenti releuati stante subscriptione Zandorii, qui dicit auscultasse & vidisse concordare cum suo originali.

Quintò concurrit etiam, quod dicunt Bonsignorius & Beuenutus de primo folio siue carta, & secunda dictæ scripturæ facto siue facta diuerso tempore eorum iudicio, hoc enim est insolitum & inauditum, quòd vnum & idem Prothocollum vnius instrumenti celebrati fiat
77 diuersis temporibus, † meritò surgit hinc suspitio falsitatis dictæ scripturæ, & quòd non sit verum originale huius instrumenti, iuxta notata per Bald. post glos. ibi in l. si quis sub conditione. ff. de conditio. instit. vbi dicit, quòd clausula insolita inducit falsitatis suspitionem, & idem Bal. in l. prima, columna tertia. C. de seru. fugit. inquit, quòd illud quod non est verisimile, falsum præsumitur, & dicitur quædam falsitatis imago, sequitur Deci. consi. 399. numero octauo.

Istis modo tot vrgentibus aduersus dictam scripturam sequitur, ipsam sic suspectam reddi, quòd ex ea vis fieri non possit, nec ad eam re-
78 curri, velut matricem, † nã quod dicitur, standum esse Prothocollo debet intelligi de fide di-
79 gno, & non suspecto, aliàs secus, † sicut enim non statur ei, si sit erroneum, Fely. in c. cum ex literis. de fid. instrumen. conclus. secunda, pa-
80 riter & multo fortius si sit suspectum. † Simile videmus in consuetudine, vel statuto, quòd libris mercatorum credatur, nam intelligitur, nisi mercator esset infamis, vel suspectus, vt voluit Bal. in l. cunctos populos. in repet. columna 15. versic. Quintum exemplum. C. de sum. Trinit. & in l. Cassius. in vltima columna. ff. de Senatori. versi. Vltimò quæritur, sequitur Ias. in repet. l. admonendi. sub num. 122. ff. de iureiuran. Crau. consil. 21. numero 9. Marsf. Sing. 488. in fin.
81 † Nec obstat, quòd reperta fuerit inter alias scripturas Zandorii in forceriis super illo granario; quia cum forcerii starẽt aperti, vt testes aduersariorum deponunt, tam penes vxorem, & filium Zandorii, quàm Comitem Christophorum Sertorium, potuit apponi per aliquẽ, quando dabantur claues granarii ad perquirẽdum alias scripturas, aut si fuit scriptura Zãdorii non fuit habita per eum pro publica, cum discordet ab instrumento releuato, cuius contrarium asserit ipse in sua subscriptione de concordia inter vtrunque.
82 † Me quoque parũ mouent, quæ dicunt Calciolarius, Zanninus & Roythus, quòd sit scripta manu Zandorii per comparationem: quoniam cum fuerint inducti vt testes, non autem vt periti electi à Iudice ad faciendum dictam comparationem, sequitur vt facta per eos tanquam minus legitimè nihil probet, vt in terminis inquit Rui. consf. 79. sub num. 4. volum. 4. & Parisf. consf. 55. num. 9. vol. 4.

Nõ obstant illæ duæ cõiecturæ de data eiusdem diei ac temporis, & ꝙ scriptura non sit cancellata, neque depennata. Quia non desunt longè plures & efficaciores coniecturæ cõtra eam, de quibus

de quibus supra, vt ꝙ nunquam fuit deducta di cta scriptura, nec inde falsitas instrumēti, quòd deficit solito stilo Zandorii in aliis suis scripturis, quòd ei repugnat subscriptio Zandorii facta instrumento, demumque quòd diuersis tē-
83 poribus facta fuerit, † vnde tot coniecturæ & fortiores debent illas & pauciores & debiliores tollere. Crau. conf. 145. num. 11. Gram. cōfil. 12. col. fin. Calcan. consi. 63. col. pen. Hierony. Gabriel. consi. 159. num. 11.

Postremò non vrget quicquam statutum dicens, facta responsione velle vti instrumento pro vero termino ad deliberatè responden- dum ignorantiam non prodesse, hoc est allegari non posse, quoniam si instrumentum de quo agitur non est falsum, sed est verum, vt est sine dubio, sumus extra statutum, & propterea cessat obiectum illius.

84 † Sed dato, non tamen concesso, quòd instrumentum esset falsum adhuc dici posset ex abūdanti, ignorantiam Magnanini sibi prodesse, & per eum allegari posse, hoc enim & quodlibet aliud statutum prohibens, quē se tueri prætextu ignorantiæ, intelligi debet de ignorantia iniusta, non autē de iusta, doctrina est pulcherrima Salyc. in l. Senatus. col. 2. vers. quacunq;. C. de his, qui sibi asc ri. in testa. Roma. in l. 1. §. nunciationem. ff. de oper. nou. nunciat. Alex. in apostil. ad Bart. in l. diuus. prima. ff. de fals.
85 sed D. Magnaninus † nedū iustam, sed iustissimam habuit causam ignorātiæ falsitatis ex aduerso deductæ, primò quidem: quia non erat in rerum natura, quando factum fuit instrumentum prędictum inter Communitatem Nonantulæ & genitorem suum. Vnde in facto alieno probabilis est ignorantia. l. fin. ff. pro suo dominus meus Rimin. conf. 9. num. 28.

86 † Item successit patri, quo casu probabilis est ignorantia successionis de factis eius, in cuius locum successit. l. qui in alterius. & ibi Dec. & Cagnol. ff. de reg. iur. Dominus meus Riminaldus consi. 363. num. 30. Vidit insuper tot lites factas inter genitorem & dictos homines super dicta donatione, nec vnquam fuisse dictum eius instrumentum esse falsum. Vidit etiam illud sæpius factum, confirmatum & executum per immissionem in corporalem possessionem genitoris sui de voluntate dictæ Communitatis inuestituram Abbatiæ sequutam, demumque Principis corroborationem in ampla forma, quibus omnibus adduci potuit ad credendum ac firmiter tenendum, dictum instrumentum esse verissimum: & esse somnia mortuorū velle illud de falso accusare, quicquam nesciēs de allegata scriptura, igitur excusandus esset, nec impediri posset ignorantiam allegare tam iustam: quoniam statutum cessat hoc casu sine vlla difficultate.

Et vt finem scribendi faciam, non miretur aliquis hoc instrumentum valere, & fidem facere, licet matrix & originalis eius scriptura non reperiatur, sublata dicta scriptura non ve-
87 ra, nec eius matrice per supra deducta, † quoniam non per hoc fidem perdit hoc instrumentum. Bal. in rubr. C. de fid. instrumen. colum. 9. Castrens. cōs. 230. Felyn. in c. cum P. Tabellio. colum. 1. de fid. instrumen. Aquens. in authen. si quis in aliquo. colum. 1. C. de eden. Cagnol. in d. l. si librarius. num. 83. de reg. iur. Rui. plenè consi. 215. num. 17. volum. 1. Et ita concludo ad fauorem D. Magnanini, quòd absoluendus sit, & pars aduersa in expensis condemnanda tanquam temerè litigans.

*Hippoly. Rimin. Ferrar.*

## Pro eodem Magnanino, & in eadem causa.

### ARGVMENTVM.

Tractat de nonnullis motiuis, quæ resoluuntur.

### *SVNMARIVM.*

1 *Scriptura reperta inter Scedas Notarij præsumitur matrix & originalis.*
*Fallit vbi non constat esse manu Notarij.* 7.
*Et vbi plures præsumptiones contrariantur.* 9.
2 *Prothocollum quæ requirat.*
3 *Rogitus arguitur ex clausula, acta fuerunt &c.*
4 *Prothocolli amissio probari debet.*
5 *Instrumentum suspectum reddi videtur ex quorundam dissensu in alio instrumento vel scriptura.*
*Quod auctor declarat.* 20. *cum sequen.*
6 *Scriptura minus continens obligatione debet prævalere.*
*Si sunt æquè principales & originales aliàs secus.* 26.
7 *Opponi potest in allegationibus, quod probatione non indiget.*
8 *Allegans scripturam esse manu alicuius id probare debet.*
9 *Scriptura nec allegata nec producta in præteritum præsumitur falsa & non vera.*
10 *Persona verificari debet nomine proprio & cum alijs demonstrationibus.* 11.
12 *Scriptura vnde instrumentum sumptum fuit solet habere in margine leuatum.*
13 *Consuetudo Notarij attenditur de cuius actu quæritur.*
*Nec aliorum Notariorum.* 14.
15 *Scriptura potest haberi pro nō perfecta nec publica.*
16 *Testi contra partem creditur.*
17 *Præsumptiones plures vincunt vnam.*
*Et pares opposita se inuicem confundunt.* 18.
19 *Instrumentum probat Prothocollo non reperto.*
20 *Vniuersitas si vocata fuit, factum à duabus partibus venientium valet.*
21 *Præsumitur nuncium requisiuisse quem de mandato superioris.*

22 *Mandatum præsumitur ex cursu longi temporis in casu verisimili, quòd interuenerit.*
23 *Scripturæ quarum vna plus altera dicit, non dicuntur contrariæ.*
23 *Testes quorum vnus plus altero dicit non sunt contrarij.*
24 *Falsitas non nociua non est curanda.*
25 *Vniuersitas nō potest dicere de dissensu quorundam mortuorum.*
26 *Prothocollo suspecto aut erroneo non est standum.*
27 *Falsitas arguitur ex non verisimilibus & impossibilibus.*
28 *Notario asserenti standum est alio non apparente.*
29 *Mulieres & impuberes non debent interuenire in consilijs aut contractibus vniuersitatum.*
30 *Tempus vnum non recipit alterius determinationē.*
31 *Super abundans non vitiat.*
*Et quæ dubitationis tollendæ causa dicuntur non nocent.* 32.
33 *Duas partes ex tribus interuenisse, vel non, quomodo contingat.*
34 *Homines communis se obligare & nomine proprio non inconuenit.*
36 *Donationem vniuersitatis non reuocari per superuenientiam filiorum, quando non inconueniat.* 36.
37 *Præsumitur pro decreto.*
*Saltē quando causæ cognitio fuit expressa in co.* 38.
*Et ritè & rectè præsumitur interuenisse.* 39.
40 *Vniuersitas potest etiam immunitatem excedere pro re donata.*
*Non tamen in præiudicium Principis.* 41.
42 *Conductor exprimens quosdam casus quibus teneri noluit cæteros in se suscepisse videtur.*
43 *Euictio locum non habet in donatione quæ incipit à traditione.*
*Nisi sit remuneratoria.* 44.
45 *Delictum non præsumitur.*
46 *Geminatio actus multum solet operari.*
47 *Notarij stipulatione ius absenti non acquiritur, nisi post ratificationem illius.*
*Sed an interim donans, possit pœnitendo reuocare.* 48.
*Communis est quòd sic.* 49.
50 *Instrumentum non dicitur falsum quoties verba remouentur non autem mens.*
51 *Dubitatur quando de duabus scripturis recursus fit ad ea quæ tota scripta fuit manu Notarij.*
*Quod auctor declarat.* 52.
53 *Contractus quando multiplicatus præsumatur.*
54 *Scripturæ pleniori standum.*

## CONSILIVM CXCVII.

*Auxilium meum à Domino.*

QVONIAM in casu domini Ioannis Baptistæ Magnanini cum communitate Nonantulæ quædam deducuntur ex aduerso, vt arguatur in instrumentum de falso, quo fuit vsus, ea referam, & illis responsum dabo, quo veniat absoluendus ab accusatione contra eum formata.

1 †Primò dicitur, quod cum inter scedas Zandorii reperiatur scriptura producta per Communitatem, præsumitur matrix & originalis, vt arguit Bart. in l. si quis. §. prætor. ff. de eden. in l. si librarius. ff. de reg. iur. Natta consi. 146. num. 6. subdens talem præsumptionem desumi: quia sic solitum est fieri, quod argumentum tenet in iure. l. 1. §. meritò. ff. ne quid in loc. pub. l. certi condictio. §. si nummos. ff. si cer. pet.

2 †Secundò, quia habet requisita in Prothocollis, vt annum, diem, testes & subscriptionem secundùm Ioannem de Amicis consi. fina. colum. pen. 3 †Rogitumq; Notarii, qui colligitur ex clausula. Acta fuerunt &c. in fine posita, secundum Bal. in auct. quod sine. C. de testa. quē sequitur Alex. consi. 14. col. 3. vol. 6. Castr. cōsil. 111. col. 1. consi. 291. col. 2. consi. 307. col. 2. vol. 1. Paris. cons. 61. col. 2. vol. 3. Ias. in l. Gallus. §. idem videndum in fin. ff. de lib. & posth. Rui. cons. 1. col. 4. vol. 3. consi. 159. col. 4. vol. 4. & latius Roland. à Valle consilio 32. num. 32. volumine secundo.

4 †Tertiò, quia non exhibetur aliud Prothocollum, nec probatur amissio, velut ex causa belli, vt potuisset, decis. Neap. 13. num. 9.

5 †Quartò, quia tres in ea scriptura nominantur, qui noluerunt cōsentire, cum tamen in instrumento producto per Magnaninum omnes consentiant, nam talis explicita quorundam contradictio denotat rem magis verisimilem consensu generali ac confuso sicque reddi videtur instrumentum suspectum.

6 †Quintò, quia dicta scriptura minus continet obligatione, vnde debet præualere. l. Sempronius Proculo. & ibi Bar. & Bald. ff. de leg. 2. Soc. cons. 277. col. pen. vers. 3. vol. 2.

7 †Sed hæc Magnanino non obstant. Fiunt. n. præsuppoſito, quod dicta scriptura sit manu Zandorii, quod non apparet, & negatur, nuncq; opponi potest, licet in allegationibus iuris, si prius non fuit oppositum, cum non indigeat probatione, vt per Alex. in l. 1. col. 2. C. vt quæ desunt aduoc. Dec. cons. 267. col. pen. 8 †qui vult ergo dicere illam esse manu dicti Zandorii, probare debuit. l. 2. ff. de probationi. aliàs non probato dicto præsuppoſito cessant omnes rationes, de quibus supra. l. mancipia. & ibi Fulgos. & alii. C. de ser. fugit. cum similibus.

Secundò posito, quod constaret dictā scripturā 9 esse manu dicti Zandorii, † respōdetur ad primum, quòd præsumatur matrix: quia fuit inuenta inter scedas Zandorii, hæc est vna sola præsumptio, qua id suadetur, at longè plures sunt in oppositum, quòd non præsumatur talis. Prima: quia in litibus transactis non fuit allegata, nec producta, vt poterat, igitur falsa non vera præsumitur, vt arguit Francis. de cap. lis. consilio 71. numero 15. volum. 1. crimin. † Secūda: quia Magnaninus exhibuit instrumentū releua-

releuatum,quod ab ea non potuisset releuari,:
11 cum careat cognomine Notarii: † potuit enim esse alius Ludouicus, quàm Zandorius, nam persona debuit certificari, nedũ nomine proprio, sed cum aliis demonstrationibus. l. hac consultissima.cũ ibi not.per Bald.Castr. Alex. & alios.C.qui testa. fac. poss. quod hic factum
12 non reperitur,† & quia non habet in margine leuatum, uel extensum aut exemplatum, vt poni debuisset, si ab ea leuatum fuisset instrumentum Magnanini. Vnde datur intelligi, quòd ab alia vera matrice sumptum fuit, vt dicunt Bonsignorius, Benuenutus, Sucius, & Maluetius Notarii periti.

Tertiò quia differt ab aliis Scedis Zandorii cõtinentibus suũ nomẽ, cognomẽ & extensionẽ, q̃ in ea deficiũt.† Vnde dicũt iidẽ Notarii,
13 ꝙ si ita solitus erat Zandorius, datur intelligi, quòd hæc non est uera matrix, attenditur enim consuetudo Notarii, de cuius actu quæritur. l. uel uniuersorum. ff. de pignor. action. Nat
14 ta consil. 406. col. fin. † adeo quòd non aliorũ Oldra. consi. 237. Anch. consil. 339. cum simil. per Nattam consi. 575. nu. 15. Roland. à Valle consi. 53. nu. 39. uol. 2.
15 † Quartò, quia Zandorius in subscriptione quam facit instrumento producto per Magnaninum dicit de illo fuisse rogatum, & inuenisse illud concordare cum suis scedis originalibus publicis, & auctenticis, hinc enim præsumitur dictam scripturam non fuisse ueram matricem. si discordat, sicque bene Benuenutus ponderat. Potuit enim fieri quòd non habuerit eã pro perfecta nec publica cum discordet ab instrumento, & ita concludit in specie ser Lucas Zaninus examinatus ex aduerso, dicens, quòd cum Zandorius attestatur in sua subscriptione instrumentum releuatum concordare cũ suo originali, & quòd in scripturis præsentatis nõ reperitur aliquod Prothocollum, quod incipiat, pateat, & quòd adsit instrumentum publicum releuatum subscriptum manu Notarii de eo rogati, credit ipse testis, quòd facta fuerit sceda conformis, & quòd præsentata non sit sceda ipsius instrumenti stante diuersitate, tum in sui initio ab aliis scripturis, tum etiam ab ipso instrumento releuato, & stante etiam quòd in margine illius non est adnotatum uerbum extensum, prout in pluribus aliis scriptis in eodemmet matio alligatis adnotantũ
16 uidit, † cui testi credendum est contra partem. Ias. in rubri. ff. de iureiuran. Tum quia dicunt Benuenutus & Bonsignorius eam diuerso tempore factam fuisse iudicio suo, quod ut insolitum suspitionem arguit falsitatis, ut per Bal. in l. si quis sub conditione. ff. de condit. instit.
17 † tot ego præsumptiones uiuunt illa solam supra memoratam, auth. itaque. C. communia de successioni. Crauet. consil. 145. nu. 11. cum simil. Nec aliæ adiectæ ascendunt ad. 5. & posito quòd pares essent dictæ præsumptiones illis Magnanini, non tamen ex eis posset condẽnari:
18 † quia præsumptiones pares oppositæ se inuicem confundunt: quia nulla victoria fit à pari, Bald. in l. non ignorat. colum. 2. C. qui accus. non poss. Natta consi. 472. num. 27. Vnde sequi debet absolutio, ueluti actore non probante. l. qui accusare. C. de eden.

Ad secundum & tertium de requisitis in dicta scriptura, & quòd aliud Prothocollum nõ exhibetur, dico non inde præsumi hanc esse ueram matricem stantibus dictis in contrariũ,
19 † & posito quòd non probetur amissio Prothocolli satis est eo non reperto instrumentum Magnanini probare. Bal. in rub. C. de fid. instr. col. 9. Castr. consi. 230. Fely. in c. cum P. tabellio. colum. 1. de fid. instru. Cagnol. in l. si librarius. nu. 83. ff. de reg. iur. Ruin. consilio. 215. num. 17. uolum. 1.

Ad quartum, quòd in dicta scriptura nominantur tres dissentientes, in instrumento uerò
20 Magnanini dicitur omnes consensisse, † dico quòd quando uniuersitas conuocata fuit auctoritate superioris, & sono campanæ, ut in instrumento Magnanini dicitur & pars eius uenit, factum à duabus partibus uenientium ualet, & tenet, & sic non curatur, quòd duo aut tres ex illis dissentiant, sed reputatur factum ab omnibus, ita Abb. in c. cum omnes. colum. fi. de constit. & in c. in causis. ultimo notab. de electio. cum simil. per Cacialup. in l. omnes populi. colum. 16. & Crot. nu. 31. de iust. & iure. Natta consi. 1. colum. 3. & 4. & posito, quòd in dicta scriptura de capitaneo Nonantulæ, cuius authoritate fuerunt homines conuocati non dicatur, satis tamen est, quòd dicantur conuocati, & coadunati ad requisitionem nunciorũ
21 publicorum qui nominantur: † quia præsumuntur illi nuncii requisiuisse dictos homines de mandato dicti Capitanei, cum ex cursu tanti temporis citra ab anno 1505. præsumatur dicta solemnitas auctoritatis Capitanei interuenisse iuxta notata per oẽs. ubi Fely. abũdè in c. sicut. de re iudic. cum potissimè non soleant nuncii publici uocare aliquos sine mandato
22 superioris.† Vnde in tali casu præsumitur mãdatum ex cursu longissimi temporis, ut post Dominos de Rota decis. 3. de caus. poss. & pro pri. declarat egregiè Dec. consil. 36. numero 8. Quibus ita stantibus infero ad rem nostram, quòd licet in instrumento Magnanini releuato non fuerit positum de illis tribus dissentientibus, sed quòd in eo nominati donarunt &c. non per hoc instrumentum dicitur à Prothocollo discordare (quando tamen scriptura quæ producta fuit Prothocollum esset, quod negatur) quia & in ea uerum est alios præter
23 illos tres donasse, † & quando duæ scripturæ sunt quarum una plus dicit, quàm alia non dicuntur contrariæ, sicut de duobus testibus inquit Butr. in c. 1. de offic. leg. 2. oppositio. Maria. consil. 26. col. 4. Dec. consil. 163. colum. 6.

& D.

& D.meus Rimin.consi.285.nume.33. & cum taciturnitas illorum trium,qui dicuntur in scri ptura dissensisse,non faciat contractum magis validum,quàm si fuisset dictum in instrumento de eorum dissensu, vt ex prædictis patet,
24 † sequitur falsitatem dici non posse, maximè nociuam,ideoque non est curandum,an magis vno modo quàm alio fuerit scriptum.l. damus cum ibi not. C. de fals.illi ergo tres fuerunt omissi in instrumēto, quia & eorum expressio tantundem releuasset. Tantoque magis nihil releuat illorum dissensus,cum duo ex illis repe riantur nominati, & expressi in secundo instrumento donationis earumdem rerum factæ magnifico D.Hieronymo Magnanino eodem anno 1505.20.Augusti, & sic post duos menses à primo,uel circa, demumque duo procuratores dictorum hominum, & communis induxerunt in tenutam dictarum rerum procuratorem D.Hieronymi,sicque dicuntur etiam primò dissentientes,postea ratificasse dictam donationem. Vnde super eoram dissensu præcedente uis fieri non potest,ut tradit D. meus
25 Rimin.consil.209.nu.26.† Præterea inter eos qui nunc agunt, non nominantur illi tres & meritò: quia uerisimiliter sunt mortui cum iam annis 98.factum fuerit primum instrumētum.igitur non possunt isti actores de dissensu illorum opponere,ita Feder.de Sen.cons.148. ad fin.&cons.288.quem sequitur D.meus Rimin.in d.cons.209.nu.25.

Ad quintum respondetur,quòd loquitur in duabus scripturis æquè principalibus & originalibus, in quo casu non sumus, sed in instru
26 mento releuato,& scriptura,† quæ dicitur Prothocollum,cui dicitur non esse standum, velut suspecto sicut nec erroneo. Fely.in c.ex literis de fid.instrumen.

27 † Vlterius dicitur instrumentum Magnanini continere multa non uerisimilia,& ferè impossibilia,ex quibus solet argui falsitas instrumenti, Abb.consi.99.primò,quòd omnes homines Nonātulani fuerint uocati per nuncios ad domum singulorum, cum constet ex mandatis in causa productis eos excedere mille homines,quod nihil est.Non constat in instrumēto coadunatos fuisse homines.73.ibique dici, quòd faciunt duas partes ex tribus hominum dictę terræ & territorii, adeo quòd in totum poterant esse 110. quem numerum verisimile fuit,& possibile uocari ad domum singulorum
28 † itaque debet & credi Notario sic asserenti, donec contrarium probetur, ut uoluit Feder. de Sen.consi.224.& consi.227.Hosti. Card. & Imol.in c.inter dilectos.de donatio.cum similibus per Ruin.cons.189.nu.16.volum.primo.
29 † Nec quicquam faciunt mandata, quæ allegātur copiosa magna personarum turba; quia video mulieres etiam nominatas in eis,quæ non solent in consiliis vniuersitatis,aut earum contractibus interuenire, nec de iure debent,sicut nec filii nec impuberes, ut per Innocen. in c.cū ex iniuncto.de oper.nou.nunciat.Alex.in Apo stil.ad Bar.in l.nulli. ff.quod cuiusque vni. nomi. Vnde si redigantur ad habiles & consuetos
30 vocari,cessabunt amaritudines allegatę, † nec benè satis infertur de moderno tempore ad illud transactum iam per annos ferè. 70. quia ab eo tempore citrà potuit multum augeri numerus dictorum hominum. Vnum enim tempus non recipit determinationem ab alio. Ias. in auth. quæ supplicatio. C. de precibus imperat. offerendis.

31 † Secundò ponderatur,in instrumento dici, quòd dominus Ioannes Philippus Sertorius suo nomine & fratrum pro eis de rato promisit,quod necesse non erat, si omnes fuerant vocati, cum citati non comparentes censerentur exclusi.c.cum omnes. & ibi not.de constit. Sed & hoc non vrget: quia quæ superabundant vitiare non solent.l. quæ extrinsecus. & ibi Bart. & omnes.ff.de verb. obl.l.hæredes palam. §.1.
32 ff.de testamen.cum vulg. † & quę dubitationis tollendæ causa dicuntur, aut fiunt licet superflua non nocent; quia satis operātur in tollenda dubitatione. Abb. in c. certificari. col.pen. de sepultur. Deci. in l. quæ dubitationis. ff.de reg.iur. potuit enim verisimiliter dubitare procurator D.Hieronymi Magnanini ne fratres illi D.Philippi Sertorii veluti potētes, & de Nobilibus Nonantulanis postea impugnarent donationem sub eo velamento, quòd ei non interuenissent, & citationem eorum intricarent. Vnde curauit ille procuraror, quòd ille D. Philippus de rato promitteret,vt suo clienti magis esset consultum in omnem euentum contra dictum dominum Philippum.

33 † Tertiò dicitur, quòd in hoc instrumento dicitur 73. qui interuenerunt duas esse partes ex tribus citatis, & tamen in aliis instrumentis longè plures nominantur, sed & hoc nihil est: quoniam in vno nominantur 86. in alio 56. & sic paulo plures siue pauciores, secūdùm quòd contingit in istis communitatibus,quandoque aliquos abesse,quandoque non.

34 † Quartò, quòd se obligarunt dicti homines non tantum nomine communis. sed & proprio & hæredum suorum, quod est valde insuetū, sed cum supra dixissent & affirmassent, recepisse ab ipso domino Hieronymo innumerabilia & singularia beneficia sibi tam in communi, quàm in particulari concessa, & quæ de cætero concedi poterant, cōsequens fuit, vt vtroque modo se obligarent.

35 † Quintò consideratur actum fuisse, ꝙ nec per superuenientiam liberorum donatio reuocari posset, satis absurdum in donatione facta per communitatem.

Item quòd nec ex defectu causæ finalis, vel impulsiuæ, quod arguit non esse vera beneficia memorata, sed omnioò sibi voluisse dona-
36 tionem firmare. † Sed vtrunque non obstat, nam

nam quò ad primum cum recepissent innume
rabilia & singularia beneficia in particulari,
& sic vti singulares homines, vt fassi fuerant, &
ob id remunerando donabant, vt etiam dixe-
runt, nolentes in crimen ingratitudinis incur
rere, nec tanta beneficia irremunerata relin-
quere, consentaneum talem donationem per
superuenientiam filiorum ipsorum singulariũ
non reuocari. ut voluit Socin. post relatos per
eum consil. 295. colum. penul. uolum. 2. Dec.
consil. 20. in prin. & consi. 366. colum. penul.
Quò uerò ad secundum nescio videre, quo nã
pacto possit in dubium refricari veritas bene
ficiorum per dictos homines expressa propria
eorum confessione: quoniam in calce instru-
menti dicitur, quæ omnia & singula acta, gesta
& celebrata fuerunt in præsentia Nobilis Viri
D. Hieronymi de Balugula honorandi Capita
nei Terræ Nonantulæ, qui auditis omnibus
& singulis præmissis, & adhibita etiam causæ
cognitione, consideratoque quòd omnia præ-
dicta facta sunt per præfatos homines sponte,
& hilari vultu, ac nullo metu aut minis inter-
uenientibus. Consideratis etiam singulari-
bus & immensis beneficiis collatis in dictos
homines & commune per præfatum magnifi-
cum Do. Hieronymum Magnaninum & quæ
in dies conferri possunt, suam & præfati Illu-
strissimi D. Ducis, cuius partibus fungitur, in-
terposuit authoritatem & decretum in præ-
missis omnibus & singulis omni meliori mo-
37 do &c. † cum enim in dicto decreto Capita-
neus ille de dictis meritis testetur in ampla
forma, utique sic uerum fuisse præsumi debet,
quia pro decreto præsumitur, ut not. Specul.
de emptio. & venditio. §. nunc dicendum pri-
mò, uers. Breuiter sequitur, Bal. in l. cum hi. §. si
prætor. ff. de transactio. Dec. in c. quoniam con
tra. penul. car. de probatio. consil. 536. nume. 4.
38 † quod saltem procedit, quando fuit expres-
sum in decreto, quòd cum causæ cognitione
fuit interpositum, prout in casu nostro, ut vo-
luit Castr. in d. §. si prætor. & in consil. 177. con
tra superius. cum simil. per Dec. consi. 351. col.
fin. in prin. Fely. loco citato num. 33. Alex. in l.
sciendum. nu. 26. ff. de uerbo. obligatio. consi.
50. & cons. 80. uolum. 5. Cran. in trac. de antiq.
temp. parte 2. nu. 19. Paris. consi. 10. nume. 17.
& consil. 98. nu. 12. uolum. primo. Hiero. Ga-
39 briel. consi. 23. num. 6. † Hinc & alibi dicitur,
quòd ubi decretum interuenit, præsumitur,
quòd ritè & rectè negocium processerit secun
dum Bal. in d. §. si prætor. & in l. quæcunque. §.
fi. ff. de public. in rem actio. cũ simil. per Alex.
consi. 80. uol. 5. Dec. consi. 209. col. 1.
Sextò subiicitur, donatam rem cum immu-
tatibus etiam acquirendis per Magnaninum,
quod non alio tendit, quàm quod cõmunitas vo-
luerit se pro illo obligare ad onera, quod con
tradicit inferius circa gabellam pro parte cõis,
ad quam noluerunt dicti homines se teneri.
40 † Sed & hoc nihil releuat, nam cum Com-
munitas donauerit Magnanino ex causa remu
nerationis, vt dictum est, potuit etiam immu-
nitatem ei concedere pro re donata, & pro illo
velle teneri. Ange. in l. inter debitorem. ff. de
pact. glo. in l. vacuatis. C. de decur. lib. 10. cum
simil. per Nattam consi. 304. col. 3. & 4. & con-
41 sil. 431. num. 22. † At quia non poterat in præ-
iudicium Principis eam concedere, vt iidem
Doctores tradunt, noluit dicta Communitas
immunitatem concedere Magnanino, nec pro
illo teneri ad datia vel gabellam dicti contra-
ctus, immo verò quòd noluerit hoc respectu im
munitatem concedere Magnanino colligitur,
quòd aliis respectibus benè voluerit eum sub-
leuare, & immunem reddere, sicut expressit.
42 l. cum prætor. ff. de iudi. † & sicut in conducto-
re videmus, qui eo ipso quòd expressit casum
grandinis, fluminis & hostium quibus teneri
noluit, sed locatorem, videtur de cæteris voluis
se teneri, & ab eis locatorem subleuare, vt ve-
luit Ioan. Andr. in addit. Specul. tit. de locato.
§. nunc dicendum, post Odofre. sequitur Ruin.
consi. 87. col. fin. vol. 1.
43 † Septimò consideratur euictionis promis-
sio, quæ locum nõ habet in donatione, quæ in-
cipit à traditione, Doctores in l. Aristo. §. fi. de
donatio. Viuius in suis communibus opinio-
44 nibus opin. 80. Quod & facilè resoluitur, † cũ
in donatione remuneratoria benè donator te-
neatur de euictione, licet donatio cœperit à
traditione, vt voluerunt Iacob. de Aretio Ray.
Bar. Alex. Aret. & Besut. in l. Iul. §. 1. demumq;
Ias. ff. de verb. oblig. & in l. ex hoc iure. nu. 68.
ff. de iust. & iure. Alex. cons. 47. col. fin. vol. 3. cũ
simil. à me cumulatis. Instit. de donatio. in prin.
nu. 131. quibus nunc addo Ias. cons. 38. col. fin.
vol. 1. Boer. decis. 67. Crau. cons. 64. & Gaspa-
rem Caballinũ in trac. de euictioni. §. 4. nu. 4.
qui rationem adducit vt per eum. Quare dicta
promissio euictionis fuit expressio eius, quod
tacitè fuisset subintellectũ ad abundantẽ caute
lam, non quòd esset necessarium id exprimere.
Octauò ponderatur, quòd in dicto instrumẽ
to Zandorii cõstituuntur tres procuratores ad
confirmandum dictam donationem, & de no-
uo donandum si opus erit, nam si donatio facta
fuerat, & munita tot clausulis & obligationi-
bus, non erat opus confirmatione, sed quia no-
luerant homines promittere, nisi prout in dicta
scriptura, curauit ille Furnus, cui donatum fuit
nomine Magnanini, vt eligerentur illi tres pro
curatores cum libera, & qui ad sensum sapien-
tis donarent, in qua donatione secunda facta
Magnanino præsenti fuerũt additæ dictæ clau-
sulæ superuenientiæ liberorum, causæ finalis &
aliæ supra narratæ, quæ forsan irrepserunt in
primam: quia Zandorio fuerit persuasum nil
referre, licet verè quando facta fuit non inter-
uenerint. Sed pro solutione cõsiderandum est,
quòd antequàm procuratores illi donauerint
Magnanino

Magnanino præsenti, quod fuit in Ciuitate Regii 11. Septembris 1505. bis homines prædicti coadunati solemniter donauerãt cuidam Bertono Vaccario Massario suo, & Notario stipulantibus nomine dicti Magnanini cum clausulis prædictis, vt in duobus instrumentis patet altero 20. & altero 24. Augusti dicti anni 1505. & semper facta fuit mentio instrumenti Zandorii, & dictum haberi plenam & perfectam scientiam de illo. Vnde dici non potest dictas clausulas in illud irrepsisse, nec minus eas in eo non interuenisse stante subscriptione ipsius Zãdorii ad instrumentum releuatum, quo vtitur Magnaninus, in qua dicit illud auscultasse diligenter & inuenisse illud concordare cum suo originali, hæc enim subscriptio mentiretur, si in originali. Zandorii non fuissent dictæ clausulæ, nec releuat dicere, quòd est adulterina subscriptio, vt alterius, qui manum fuerit imitatus, aut quòd crediderit instrumentum con-
45 uenire cum originali, † primum enim arguit delictum, quod nõ præsumitur. l. meritò. ff. pro soc. secundò repugnãt verba subscriptionis, in qua testatur diligenter auscultasse, & cum suo
46 originali concordare inuenisse. † Nec illa cõstitutio procuratorum fuit superuacanea: tum quia per approbationem & reiteratam eorum donationem fiendam Magnanino inducebatur geminatio contractus, quæ multum solet operari. l. balista, cum ibi not. ff. ad Trebellia. Bart.
47 in l. scimus. C. de agri. & censit. lib. 11. † tum etiam quia donatio facta per dictos homines rogata per Zandorium processerat absente Magnanino stipulante Notario pro eo, cui ius nõ quærebatur, nisi post ratificationem. Castrens. consi. 195. colum. 3. volum. 2. Dec. consi. 226. & alibi sæpe Doctor. vt per Tiraq. de iure constit. tertia parte, limitatione 30. num. 9. & 10.
48 † quo casu sunt opiniones, an interim donans possit pœnitendo reuocare, cum Bald. in l. cum à Socero. columna secunda. C. de iure dot. & quidam alii dixerint, quòd non, de quibus per
49 Tiraquel. num. 49. † Communem verò testatur Cagnol. in contrarium in l. fin. num. 273. C. de pact. & in l. quo tutela. §. fin. ff. de reg. iur. Vnde cautũ fuit de dictis procuratoribus, qui possent denuò donare, vel cõfirmare donationem Magnanino præsenti, vt si interim non reuocaretur, non posset amplius reuocari, quoquomodo. Item quia in dicto approbationis instrumento, siue denua donatione appositum fuit iuramentum dictorum procuratorũ, quod in prima & aliis donationibus non intercesserat. Vnde patet non fuisse vanam dictam constitutionem procuratorum.

Postremò deducta superius aduersus hoc instrumentum fuerunt proposita, vt falsum arguatur, sed vno ictu cessant, nam cum ex illo & cæteris subsequutis appareat dictos homines donasse dictas res D. Hieronymo Magnanino hoc instrumentum falsum dici non potest, dato, ꝙ scriptura ex aduerso producta esset vera ma-
50 trix, & ab eo differret in aliquibus, † nam quoties remouentur verba non autem mens ab instrumento, nec simulatum nec falsum dici potest: quia substantiatur in radice veritatis, vt declarat Bald. in l. si ex cautione, quæst. prima. C. de non nume. pecu. Natta consi. 132. nu. 6. & sic via de falso intentata contra Magnaninum vana redditur omnino.

Non prætereo, quòd & dicitur, homines Nonantulæ habere Scedam integram manu Zandorii, Magnaninum verò instrumentum tantũ subscriptum manu dicti Zandorii, ergo standũ est potius integræ scripturæ illius, quàm sub-
51 scriptioni: † quia quoties de duabus scripturis dubitatur, semper ad eam recurritur, quæ est tota manu Notarii, & breuior, vt not. Alexan. consi. 105. columna prima, volumine secundo, vbi dicit, quòd si duæ appareant Scedæ vna extensa, quæ conueniat authentico releuato dato parti, altera verò breuior, quæ differat, statur breuiori tanquam matrici, & magis originali, id enim dicitur Prothocollũ, quod est breuius.
52 Bertrand. consi. 261. & consi. 321. vol. 3. † Sed hæc consideratio parum confert casui nostro, in quo duæ Scedæ non exhibentur vltra instrumentum releuatum, sed vna scriptura quæ etiã negatur esse vera matrix dicti instrumenti per allegata superius, & non apparente vera matrice dicitur huic instrumento fidem præstandã.
53 † Immo quando apparerent duæ notæ, vna imbreuiata, altera extensa, conueniens instrumento exemplato, & illud & illæ essent eodem die & loco & corãm eisdem testibus, dicit Alexan. in dicto consi. col. 2. versi. Tertiò respondeo, ꝙ data diuersitate inter vnam notam & aliam deberet intelligi contractus fuisse multiplicatus non probato, quòd semel factus fuerit, adducit Abbatem in c. cum Ioannes. col. 2. versic. Nota quòd vbi testes, de fid. instrumen. quod & in casu nostro forsan dici posset, si verum esset, quòd nota quæ producitur, fuerit dicti Zandorii, potuit enim eã publicare: & quia aderant illi tres dissentientes, fieri potuit, quòd rursus fuerit rogatus eodem die & loco, coram eisdem testibus, nominando omnes, qui primò interuenerant missis illis tribus dissentiẽtibus, sine quibus (vt dixi) póterat actus explicari, & hæc secunda nota licet reperiatur, obesse non debet
54 huic instrumento & veritati. † Quin & Alexander ibi columna tertia vult, quòd apparentibus duabus notis, quarum vna sit plenior altera propter plura capitula in ea contenta, illi standum esse quæ plenior est per doctrinam Baldi in l. Imperator, circa colum. octauã, versic. Sed nunquid. ff. de stat. homi. quod arguit notæ ex aduerso productæ non esse standum, sed illi cui dixit Zandorius in sua subscriptione concordare instrumentum releuatum, & sic quæ habebat plura capitula priore nota, quæ exhibetur.

Et hæc

Et hæc ex abundanti sufficiant: quia non quæritur in hac causa, quòd stetur vni magis, quàm alteri, sed an hoc instrumentum sit falsum, quod si non est (vt verum est) Magnaninus debet absolui.

*Hippoly. Rimin. Ferrar.*

## Pro quibusdam hæredibus matris.

### ARGVMENTVM.

De legitima matris ad eius hæredes transmissibili.

### *SVMMARIVM.*

1 *Mater per statutum excluditur à legitima si tutorem filio non petierit infra annum.*
*Nisi filius infra modicum tempus decesserit.* 13. 14.
2 *Statutum de præscript.* 15. *annorum Ferrariæ recitatur.*
3 *Statutum præsumens solutionem valet.*
4 *Legitima transmittitur ad suos hæredes.*
*Et etiam ad extraneos.* 6.
*Et etiam fructus illius.* 7.
*Si fuerit legitima filij, secus si patris aut matris.* 8.
*Sed auctor contra in casu de quo loquitur.* 9.
5 *Debitum ex legis dispositione quando transmittatur.*
7 *Fructus legitimæ transmittuntur.*
10 *Statuti pars declarat aliam.*
11 *Statutum præcisum quando dicatur.*
*Et quid denotetur ex eo.*
12 *Fructus imputantur in legitimam patri vel matri, quando eos percepit, aliàs secus.*
14 *Matri pœna imposita tutorem filio non petenti requirit, vt pupillus & post annum decesserit ante tutorem petitum.*
*Et licet Bart. voluerit, quòd etiam morienti filio infra annum idem sit.* 15.
*Baldus tamen contra tenuit.* 16.
*Quæ sententia humanior est & receptior.* 17.
18 *Statutum de præscr.* 15. *annorum locum non habet in actione reali.*
*Et est communis opinio.* 19.
20 *Legitima pertinet ad matrem iure dominij mortuo filio suo.*
21 *Statutum volens probari solutionem per iuramentum procedit in casu dubio.*
*Rationem subijcit auctor.* 22.
*Secus vbi clarum est, solutionem non fuisse factam.* 23.
*Quæ sententia communis est.* 24.
*Item locum non habet in hæredibus creditoris verisimiliter ignorantibus factum defuncti.* 25.
26 *Præscriptio statuti non currit minoribus.*
*Aut si currit conceditur eis restitutio.*

## CONSILIVM CXCVIII.

*Auxilium meum à Domino.*

DEFVNCTO Michaele Papino infante intestato relicta D. Iudit eius matre superstite, quę per annos quindecim vixit, nec legitimam petiit in bonis dicti filii vigore statuti Cottignolæ, eaque defuncta relictis hæredibus; qui per annos 18. & vltra dictã legitimam non petierunt. Quæritur nunquid nunc eam petere possint.

1 † Et prima consideratione dicendum videtur, quòd nequaquam. Nam quod attinet imprimis ad matrem statutum met concedit ei legitimam, si pupillo infra annum secundum ius commune tutorem dari petierit, quod cum nõ fecerit à successione dictæ legitimæ videtur excludenda, sicut de iure communi à totali successione veniret excludenda. l. sciant. C. de legit. hæred. l. 2. §. si mater. ff. ad Tertul. & §. fina. Instit. eod. tit. D. meus Rimin. cons. 235. & in additione ad eum D. Ioãnes Cattabenus olim conciuis meus, & tanquam frater honorandus: quoniam cum statutum eam admittat sub dicta conditione, sequitur à contrario sensu, quod tutore non petito dari non admittatur, quod argumentum valet in statutis. l. 1. vbi omnes notant, & ibi dixi. ff. de offi. eius.

2 † Secundò videtur obstare matri prædictæ statutum Ferrariæ, sub rubrica de præscriptione quindecim annorum, quod in subsidium seruatur Cottignolæ disponens, quòd ei cui competit ius agendi, petendi, vel officium Iudicis implorandi, quomodocunque & qualitercunque & ex quacunque causa, præsumatur solutũ & satisfactum, si steterit per annos quindecim, quòd debitum non petierit in iudicio, vel extra, & debitor sit mortuus, si verò viuat & iuret soluisse, vel aliter satisfecisse, stetur eius iura-
3 mento, † quod statutum præsumens solutionẽ valere videtur per notata per Bart. in l. omnes populi. in 2. quæst. tertiæ quæstionis principalis. ff. de iust. & iure. vers. Ecce alia, vbi dicit, statutum disponens, quòd qui non petit debitum intra decem annos cadat à iure suo, nõ valet, si verò dicat, quòd contractus, vel instrumentũ præsumatur fictitium, tunc valebit: quia talis causa excludit peccatum. Idem ergo in casu nostro, in quo præsumitur solutum & satisfactum, & cum Bart. concordat Anchar. in c. 1. car. 17. versi. Item si statuto. de constit. Ange. in repet. l. 1. C. de iudic. Roman. in l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucapio. & Abb. in c. fin. col. 5. de præscr. Et quemadmodum matri repugnat dictum statutum sic & eius hæredibus, cum tacuerint per annos decem & octo, & vltra in non petendo dictam legitimam.

4 † Istis tamen non obstantibus arbitror in cõtrarium veritatem versari, nam pro matre stat

statutum

ſtatutum prædictum Cottignolæ, quod admittit matrem ad legitimam in bonis filii, licet pupilli inteſtati defuncti, prout in caſu noſtro cõtingit, quam legitimam cum nõ petierit viuẽs, tranſmiſit eius petitionem ad ſuos hæredes, vt concludit Salyc.in l.ſcimus. in prin. C.de inoſ. teſta. & poſt eum Iaſ. ſicut & in l. ſi arrogator. num.18.ff.de adoptioni.poſt Bald.in l.2. quæſtione ſecũda.C.de liber.præter. ſequitur Alexand.conſi.54.col.3.vol.2.Socin.conſ.92. verſic. Circa ſecundam,vol.1. Boer.deciſ.250.colum.3.num.4. & propterea competit dictis hæredibus iure tranſmiſsionis facultas petẽdi dictam legitimam matri debitam ex ſtatuto prædicto, & cum prædictis etiam concordat Ruin.
5 conſi. 26. nu.12. vol.3. † vbi præter aliquos ex allegatis adducit etiam Ioan. Andr. in addit. Specul.de feud.concludentem, quòd quotieſcunque ex legis diſpoſitione aliquid eſt debitum,ita quòd auferri non poteſt,quamuis illud non ſit delatum tranſmittitur,hæc enim legitima debetur ex diſpoſitione ſtatuti,meritò trãſmiſsioni locus eſſe debet, & vltra prędictos idẽ reſpondit Bal.conſi.432.duo erant fratres. volum.3. Alex.conſi.150.ad fin.vol.3. Rui.conſilio 107.ad fi. volum.3. Dec.conſi.320.num.3. Fab.de Gioch.in authen.nouiſsima,num.268. C.de inoffi.teſta.Crau.conſi.312.num.5.Pariſ.
6 conſ.9.num.8.& conſ.45.nu.8.vol.2. † dicens, quòd etiam ad hæredes extraneos tranſmittitur.Ceph. conſi.56.num.21. vol.1. & Menoch.
7 conſi.77. num. 8. † Nec ſolum legitimam prædicti hæredes ex perſona matris petere poſsũt, ſed etiam fructus dictæ legitimæ à morte dicti pupilli decurſos: quia quando debetur legitima, fructus illius etiam bona fide conſumpti debentur ſecundùm Bal. in l.non eſt. C. famil. erciſc. Alex.conſi.69.vol.1. Rui.conſ.56. nu.1. vol.2.& in d.conſ.26.col.fin. vol.3. Socin.Iun. conſ.184.num.13.vol.2. Franciſ. Burſatus conſil.92. num.17.idemque tradit Bal. conſi.221. ſuper primo puncto,vol.4.Corn. cõſ.265. ad fi. vol.3.Capr.conſ.6.num.8.& conſi.153. Ceph. conſi.56.num.49. conſi.95.nu.19.& conſ.109. num.29.vol.1. Menoch.in d.conſ.77.num.13.
8 † Et licet prędicti Doctores loquantur in legitima debita filio, ſecus autem videtur in debita matri, vel patri: quia in eam benè fructus imputantur,vt voluit Bal.in c. ſi pater, de teſta. in 6.quem ſequitur Alexan.in l. filiusfamilias. ff.ad leg. Falcid. & in l.in fideicõmiſſaria. ff.ad Trebel. vbi pariter Rip. Picus in l. in quartam, col.fi.ff.ad leg.Falci.Roderic. Suarez.in l.quoniam in prioribus. ampliat.16. C.de inoffi.teſtamen.Roland.à Valle conſi.39.vol.3.& Borgni.Caualcaneus in tract. de vſufr. mulier. relict. numero 18. declarando latius ut per eos.
9 † Attamen ſecus eſſe puto in caſu noſtro, & idẽ quod in filio: quia dictum ſtatutum Cottignolæ dicit,quòd mater debeat habere legitimam ei debitam iure naturæ. Vnde cum redegerit eam ad inſtar debitæ filio, quæ iure naturæ debetur,ſequitur vt fructus in eam non imputentur,ſicut nec in debita filio,iuxta not. per Bart. & cæteros in l.1.in prin.ff.de leg.1.
10 † Secundò confirmatur ex verbis ſequentibus ſtatuti,quod ſubiungit. Agnati verò maſculi totum habeant ſuperfluũ. Hoc enim ſine dubio intelligitur de plena proprietate, non autẽ de fructibus tantùm,ergo debet idem intelligi, quod ſupra dixit de legitima matris: quia vna pars ſtatuti declarat aliam. l.vtrũ. vbi Bar. ff.de petit.hæredit.Dec.conſ.553. num.8.
11 † Tertiò corroboratur,nam ſubiicitur,quòd ſtatutum in omnibus ſuis partibus ſit præciſũ, vt tolli vel minui non poſsit in aliquo. Quibus verbis apparet, illud tenaciter eſſe ſeruandum & eius verbis inhærendum:inanis enim eſt diſputatio,vbi eſt ſtatuti deciſio.Corn.conſ.109. in fin.vol.1.Ceph.conſ.138.num.20.Roland.à Valle conſ.72.num.5.vol.3. At ſi mater legitimam in fructibus tantum conſequeretur, ſtatutum non eſſet præciſum,ſed tolleretur, vel minueretur in aliquo: quia non conſequeretur legitimam ei de iure naturæ debitam, vt ſupra dixit,quod demonſtrat in plena proprietate eã ſibi præſtandam eſſe.
12 † Quartò ceſſant ex alio Bal. & alii dicentes fructus imputari in legitimam matri & patri: quoniam loquuntur, quãdo mater & pater eos perceperunt, at hæc mater eos non percepit, vt mater & pro ſe,ſed vt tutrix & ſic nomine filiorum,vt probari poteſt, meritò non impeditur, ut ſui hæredes legitimam cum fructibus conſequi,ex quo neutrum percepit.Ex his ergo remanet intentio dictorum hæredum fundata de iure.
13 † Nec obſtant contraria,nanque ad primum de tutore non petito dari per matrem filio infra annum facilis eſt reſponſio,ſtante veritate facti, quòd ille filius poſt mortem patris deceſſit infra menſem,vel duos ad ſummum. Quare dici non poteſt matrem fuiſſe in mora petendi tutorem infra annum, ſi filius per totum annum non vixit, ſed præmaturè nimis deceſsit, & ad hoc præ cæteris adduco Alex. conſi. 185. col.fin.vol.6. vbi propriè loquens de matre dicit, ad eius excluſionem à ſucceſsione filii propter tutorem illi non petitum aduerſariis incumbere onus probandi,quòd infra annum nõ petierit tutorem dari, & quòd filii vixerint per annum poſt mortem patris,quibus non probatis excuſari debet mater,vt per eum. Cum igitur pro comperto ſupponatur hic filium infra duos menſes mortuum fuiſſe, ſicque per annũ non vixiſſe, dubium non eſt,matrem in aliqua mora non fuiſſe petendi infra annum tutorem, ſi pupillus, cui dandus eſſet, præuentus fuerat
14 morte,† & ad hoc præter Alex.adduco Caſtrẽſem in l. matres. C.ad Tertul. vbi dicit, ad hoc vt pœna quæ imponitur matri locum habeat, ſi tutorem non petiit, requiritur nedum ꝙ filius

decedat

decedat in ætate pupillari, sed etiam quòd decedat post annum, infra quem mater tutorem petere debebat: si enim decederet infra annũ, mater non deberet puniri: quia adhuc non est in mora, cum detur sibi annus, & sic est præuenta mortalitate filii. Vnde non debet puniri, sicut si esset præuenta ab alio tutorem petente,
15 † & licet, vt subdit Castr. Bart. contrarium voluerit, dicens, quòd cum mater teneatur confestim petere, idest cum primùm potuit, vtique si potuit & neglexit, statim est in mora, ideo si postea decedat filius, licet infra annum, debet
16 mater eius successione priuari. † Tamen Bald. tenet contrarium, quòd mater non dicatur esse in mora, nisi post lapsum anni d. §. fi. instit. cod. & eius opinio benignior est secundùm Castr. nisi fortè fuisset in tanta negligentia infra annum, quòd permisisset bona pupilli dilapidari, tunc enim posset procedere opinio Bart. quòd nequaquã de dicta matre dici potest, quæ aliis filiis tutorem petiit, & vtilia procurauit. Vnde
17 idem fecisset circa defunctum, si vixisset. † Et hanc opinionem pariter tenent Bal. Ang. Saly. Castr. & Corn. in l. sciant. C. de legit. hæred. ita ꝗ sicut est humanior, ita quoque receptior est.

Ad secundũ verò de statuto de præscriptione quindecim annorum repugnante matri circa legitimam cõsequendam, postquam per annos quindecim, quibus filio superuixit, eam nõ
18 petiit, † dico, quòd tale statutum locum non habet in actione reali, & sic in petente rem suã, vt voluit Fely. in c. fin. num. 6. de præscriptio. Roma. consil. 201. col. 1. & post eum Horatius
19 Mandos. in apostil. † dicens esse communem, quam tenet etiam Grat. respons. 41. nume. 7. volum. 1. & Balb. in tract. de præscript. in 3. par-
20 te, quęst. 15. num. 10. † At legitima dicitur ad matrem pertinere iure dominii mortuo filio, vt ponit Francis. Bursatus cons. 8. num. 9. ergo cessat in ea dictum statutum.
21 † Secundò respõdetur, dictum statutum excludens creditorem post annos quindecim, si debitor iurauerit soluisse, aut satisfecisse, vel hæres suus de credulitate, & sic volens solutionem probari per solum iuramentum, debet intelligi casu quo dubium est, an fuerit facta so-
22 lutio, vel satisfactio, † satis enim inducit tali casu statutum, vt voluntarium iuramentum debitoris, quod nullam iure cõmuni faceret probationem. l. ait prætor. circa prin. ff. de iureiur.
23 plenam inducat probationem, † at vbi certum est aliàs solutionem factam non fuisse, tunc ex tali iuramento non induci debet liberatio ex iuramento debitoris rationibus, quas in simili statuto deducit egregiè Roma. cõs. 102. col. 2. quem sequitur Fely. in d. c. fin. col. 5. vers. Dixit etiam Ludo. & in c. pastoralis. col. pen. vers. Et generaliter de except. Bauer in tract. de virtute iuramenti. sub num. 89. vers. Quid autem si statutum, Grat. respons. 41. col. fin. vol. 1. & respons. 101. colum. fin. volum. 2. Horat. Mandos. in apostil. Roma. in d. cons. 101. qui citat insuper Tiraq. de vtroq; retract. tit. de retrac. ligna.
24 §. 4. col. 1. vbi citat alios quàm plures † & cõmunem testatur. At in casu nostro certum est, dictam legitimam nõ fuisse solutam, nec de illa matrem fuisse satisfactam, dum vixit, eadem nanque bona supersunt penes successores filii, quæ penes eum fuerant tempore mortis, meritò statutum prædictum cessare debet, & locum non habere.

Eædem quoque responsiones deseruire possunt hęredibus matris de actione reali, & solu-
25 tione apparenter non facta, † sed præter eas particulariter quò ad eos dico, tale statutum locum non habere in hæredibus creditoris, qui verisimiliter ignorantiã habuerunt facti defuncti, prout in casu nostro, nunquid petita fuerit soluta vel nõ legitima matri, ita Alex. cõs. 137. Lãcellotus, col. 3. vol. 2. quem sequitur Dominus meus Rimin. consi. 588. colum. 1. & Rip. in
26 l. nemo potest, nu. 116. ff. de leg. 1. † Præterea cum tales hæredes matris à multis annis citra fuerint pupilli, & minores, sicut & de præsenti sunt duo tales, præscriptio dicti statuti non cucurrit aduersus eos, aut si cucurrit eis in integrum restitutio sine dubio venit concedenda, prout concludit Bar. in l. fin. C. in quibus caus. in integ. resti. vbi Bal. sequitur, & alii quos cumulat Dec. cons. 516. col. fin. & Paris. consi. 66. nu. 114. volum. 3. Quare concluditur petitioni dictę legitimę ac fructuum locum esse debere de iure.

*Hippoly. Rimin. Ferrar.*

## Pro Magnifico D. Francisco & eius fratre de Morandis.

### ARGVMENTVM.

De legitimatione nulla tãquam subreptitia & obreptitia, & an annullata institutione substitutis sit locus, vel venientibus ab intestato. Item nunquid substitutiones duæ alternatiuæ resoluãtur in coniunctam, & vna secundum qualitatem alterius sit intelligenda.

### *SVMMARIVM.*

1 *Expressa in mandato videntur expressa in legitimatione ad illud se referente.* 2.
*Secus autem quò ad casum in eo prætermissum.* 95.
3 *Quicquid continetur in termino ad quem fit relatio continetur in termino referente.*
4 *Casu quodam specialiter expresso subiecta clausula generali omnes alij veniunt sub ea.* 5.
*Similes tamen expresso & eiusdẽ naturæ.* 102. 103.
*Et licet quidam dicant etiam maiores expressis includi.* 104.
*Tamen Felynus & auctor contra.* 105.
6 *Legitimatio valet vbi legitimans cogitauit in genere*

*pore de quolibet defectu licet ignorauerit eos, nec qualitas spurietatis fuerit expressa,*
*Censetur enim eos omnes sustulisse.*
*Quod procedit vbi nullus defectus fuit expressus, sed verbis generalibus tantum legitimans vsus fuit. 109.*
*Secus aliquo defectu expresso & verba generalia fuerunt subiecta. 110.*
*Immo etiam nullo defectu expresso Ruinus tenet legitimationem collabi. 111.*
*Sicut & Baldus. 112.*
7 *Legitimans quem omni meliori modo quo fieri potest videtur eum voluisse legitimare licet natū ex clerico in sacris constituto.*
*Sicut etiam si filij legitimi extarent. 8.*
*Fallit vbi dicta verba non respiciunt genituram legitimati, sed auctoritatem legitimantis. 118.*
*Vel personam petentis, non enim debent attendi, sed quid Comes concesserit. 120.*
9 *Clausula omni meliori modo denotat, quòd concedēs aut disponens noluerit se restringere ad specificata.*
11 *Legitimationem petenti sufficit exprimere qualitatem incestus in genere, nec est necesse venire ad speciem vel indiuidua.*
*Puta, quòd quis sit natus ex clerico in sacris constituto. 12.*
*Sed vera & communis conclusio est in contrarium, 121. 124.*
*Immo qualitas spurietatis est exprimenda aliàs legitimatio non valet. 122.*
*Et qualitas legitimati. 123.*
*Et insuper patris, vt an sacris sit constitutus vel monachus. 125.*
*Et falsē quādo vitiū est atrox debet exprimi. 126.*
*Et requiritur notabilis expressio, nec sufficit in genere. 127.*
*Sicq; tenuit Bald. consulendo licet in lecturis secus. 128.*
13 *Legitimatio dicitur plena per quam omnis macula aboletur, et quis primaenis natalibus restituitur.*
*Surreptitia tamen non prodest. 137.*
14 *Legitimans quem in omnibus & per omnia secundum tenorem suorum priuilegiorum, dicitur eum legitimasse licet natum ex clerico in sacris, cum talem potestatem haberet in suis priuilegijs.*
*Quod declaratur, vbi relatio commodè fieri potest absque praeiudicio iuris alterius. 138.*
*Et quando sic referendo non sequeretur absurdum nec contra iuris dispositionem, alioquin secus. 139.*
15 *Statutum, quòd nullus possit esse Consul vel de Collegio nisi sit ciuis originarius locum habet in creato in omnibus & per omnia ac si esset Ciuis originarius.*
*Quia materia benigna est. 144.*
*Et neminem laedit. 145.*
16 *Comes habens auctoritatem à Principe potest legitimare quoscumque spurios & eos primaeua naturae restituere.*
*Etiam filios sacerdotis. 17.*
18 *Summus Pontifex legitimationem & testamentum confirmare potest.*
19 *Publicè interest dispositionē testatoris locū habere.*
*Quod verum est secundariè, principaliter verò priuatorum. 152.*
20 *Papa potest tollere ius quaesitum subditis suis.*
*Si causa concernit publicam & vniuersalem vtilitatem principaliter. 146. 150.*
*Exemplum de praedijs militibus assignatis pro praemio. 147.*
*Vel quando quis remuneratur propter seruitia praestita Romano Imperio. 148.*
*Vel in cogendis emptoribus reddere bona banitis iuxta capitula pacis inita. 149.*
21 *Princeps moderari potest iurisdictionem suorum magistratuum.*
*Licet inde ius tertij tollatur.*
22 *Princeps de plenitudine potestatis procedens denotat velle ius tertio quaesitum auferre.*
23 *Legitimatio sine licentia Principis nostri obtenta nulla est. 91.*
24 *Subdiaconus dicitur in sacris constitutus.*
*Et Castè viuere debet. 25.*
25 *Filius subdiaconi dicitur pati plures defectus.*
26 *Clericus concubinarius dicitur committere crimen adulterij.*
*Item & stupri. 28.*
*Sed & sacrilegij. 29.*
*Secus si mulier non erat concubina. 30. & de raptu. 31.*
*Item incestus. 35.*
*Quae sententia communis est. 36.*
*Et licet quidam senserint quod sit simplex fornicatio. 37.*
*Alij verò distinxerint inter ius ciuile & canonicum. 38.*
*Tamen auctor primam tenet opinionem, putans ab ea non esse recedendum in consulendo vel iudicando. 39.*
27 *Filij presbyterorum in aliquo patri non succedūt.*
28 *Stuprum dicitur illicita virginis defloratio.*
*Per exempla quae ponit auctor.*
29 *Clericis est prohibitum concubinam habere.*
31 *Copula frequentior cadit cū concubina in domo retenta, quam foris commorante.*
32 *Delictum maius ex consuetudine & frequentia reputatur.*
*Et ob id ad mortem quis punitur, vbi remota frequentia non teneretur ea poena. 33.*
*Et poena pecuniaria conuertitur in capitalem. 34.*
40 *Clericus in minoribus solutam cognoscens dicitur simplex fornicator.*
*Diaconus verò vel subdiaconus duplex. 41.*
*Quia violant votum & coniugium spirituale.*
42 *Pauli Girlandi distinctio de clericis mulieribus se commiscentibus damnatur.*
*Idq; ratione pulchra per auctorem. 43.*
43 *Concubinatus toleratur de iure ciui.*
*Secus de iure Canonico. 44.*
45 *Legitimatio facta de filio nato ex adulterio duplici nulla est, si non fuerit facta mentio, quòd pater & mater essent coniugati. 47.*

46 *Funiculus duplex difficilius vno rumpitur.*
48 *Legitimatio subreptitia dicitur nulla.*
*Puta non facta mentione prioris legitimationis.* 49.
*Vel quòd extarent fratres patris.* 55. 59.
50 *Legitimatio nulla redditur expressa falsitate & tacita veritate.*
51 *Obreptio odiosior ē et fortiùs vitiat quàm surreptio*
52 *Legitimatio filij sacerdotis hoc non expresso nulla est & sine viribus.* 53.
*Idem in asserente filium esse naturalem, cum esset spurius.* 54.
55 *Citatio agnatorum non requiritur in legitimatione facta viuente patre.*
*Quæ opinio communiter tenetur.* 56.
*Tamen de illis fieri debet mentio.* 57. 59.
*Ratione quam subijcit auctor.*
58 *Legitimatio ad feuda non valet non expresso legitimanti quòd extarent agnati.*
60 *Fratres plus iuris habent in bonis defuncti cæteris agnatis.*
*Vt patet in querela de qua subijcitur.*
61 *Legitimatus vt ēt agnatis succedat intelligitur ex testamento vel ab intestato nō ad eorū exclusionē.*
*Sed Socinus Iuni. contra.* 62.
*Quem damnat auctor.* 63. 65.
63 *Filij nullum ius habent in bonis patris eo viuente.*
*Nec in legitima.* 64.
65 *Comes verisimiliter non legitimaret filium spuriū clerici stantibus agnatis, si sciuisset eos extare.*
66 *Clerico ignominiosum est habere filium potius successorem quàm fratres suos legitimos.*
67 *Legitimatio valet sine mentione legitimorum, quādo dictum fuit non obstante. §. pen. in auct. quibus mod. nat. effi. sui.*
*Non tamen sufficit dicere nō obstantibus legibus, statutis constitutionibus &c.* 68.
*Nec derogatio facta in priuilegio censetur repetita in legitimatione per relationem ad illud.* 69.
70 *Clausula non obstantibus, referri debet ad petita in legitimatione non ad alia.*
70 *Gratiæ concessio secundum tenorem petitionis intelligitur.*
71 *Legitimationem petens debet esse diligens in exprimendo impedimentum gratiæ.*
72 *Legitimatio corruit ex defectu causæ, quam Comes non adhibuit vt debet.* 73.
*Et ideo multæ legitimationes Comitum corrunt ex causa non adhibita.*
*Licet enim in principe causa præsumatur, in inferioribus tamen apparere debet causa, ex qua potestate vtantur.* 74.
*Et est communis opinio.* 75.
76 *Comiti asserenti in legitimatione de causa cognitione non statur.* 77.
*Nec sufficit causa, quòd legitimatus sit misericordia dignus. quia non peccauit, & similes.* 78.
*Nec quòd sit dignus gratia si est infans.* 79. 80. *secus in maiore natu.* 81.
79 *Infans nec mereri nec demereri potest.*
82 *Legitimatio expressa causa, quia pater carebat filijs iusta videtur.*
*Et etiam si non fuerit expressa à Comite.* 83.
*Sed contra tenet auctor post Cur. & alios.* 84.
*Quia generalis non autem specialis.* 85.
85 *Agnationis conseruandæ ratio procedit in masculis legitimis & naturalibus non in legitimatis.*
*Eaq́; per fratres & nepotes conseruatur absque legitimatione.* 86.
87 *Dictio alijs, referri debet ad similia expressis non autem maiora.*
*Nec ad dissimilia.*
88 *Legitimatio Comitis facta de voluntate patris causam non requirit.*
*Quia voluntas eius pro iusta causa reputat. r.*
*Sed communis est in oppositum.* 89.
*Immo causa debet exprimi specialis & quæ sit rationabilis.* 90.
92 *Potestas data legitimandi bastardos naturales & spurios non comprehendit aliàs legitimatum ratione. pulcra.*
93 *Institutio facta de filio tanquam legitimato corruit existente nulla legitimatione.*
94 *Testari quis non potest de alienis.*
95 *Verba mandati quando non comprehendant conceptum & natum ex clerico in sacris constituto.*
96 *Alternatiuæ vna pars declarat aliam.* 101.
*Cuius exemplum datur.* 97.
97 *Clericus dicitur esse iunctus matrimonio spirituali cum ecclesia.*
98 *Copula &, in eadem oratione posita repetit easdem qualitates.*
99 *Dispensatio odiosa est, legitimatio verò fauorabilis.*
*Et in prima fieri debet interpretatio stricta.* 100.
100 *Verbum vniuersale relatum ad verbū præsentis vel præteriti temporis recipit limitationem.*
106 *Prouisio de beneficio vacaturo comprehendit omnem prouisionē etiam per modum electionis.*
*Secus specificatis quibusdam modis & adiecta clausula generali prouisionis*
107 *Testator mandans solui debita certis creditoribus talis ciuitatis & omnibus alijs, intelligitur de similibus, hoc est eiusdem ciuitatis.*
107 *Procurator constitutus in tali causa contra Titiū & generaliter ī omni alia, intelligitur cōtra Titiū*
108 *Regalium quorundam facta concessione & omniū aliorum regalium, intelligitur de similibus nō aut de maioribus.*
113 *Intellectus l. qui iure militari ff. de testa. mil.* 114
*Et per Cagnolum.* 115.
116 *Spuriorum plura sunt genera.*
116 *Mandatum ponendi clausulas generale non sufficit, vbi specialis & deliberata voluntas requiritur.*
117 *Probatio dubia non releuat.*
118 *Illatio non fit de diuersis ad diuersa.*
119 *Clausula omni meliori modo, restricta ad vnam personam non operatur quò ad aliam.*
120 *Verba procuratoris petentis non attenduntur sed concedentis.*
129 *Legitimato facta de nato de adulterio non valet si adulterium erat duplicatum eo non expresso.*
*Et est communis opinio.* 130.

132 *Verba cõditionalia in petitione legitimationis expressa licet ampla non sufficiunt.*

*Nec vbi qualitates aggrauantes delictum persuastoriè, & sub inuolucro verborũ sũt expressa.* 133.

*Exemplumq́ datur casus præsentis.* 134.

*Et fuit sententia Rui. & Baldi* 135.

136 *Verba generalia non comprehendunt odiosos.*

137 *Legitimatio licet plena surreptitia non prodest.*

140 *Princeps in dubio non censetur voluisse tertio præiudicare.*

141 *Filios spurios admittere est cõtra iuris dispositionẽ.*

142 *Clausula in omnibus & per omnia, relatiua non operatur quò ad ignorata.*

143 *Verba generalia Principis non comprehendunt ea in quibus solet se difficilem reddere.*

145 *Via benignior sequenda est, vbi nemo læditur.*

151 *Testamentum alicuius confirmare non dicitur factum ob bonum publicum principaliter.*

151 *Imperator non debet vnum altare cooperire & alterum discoperire.*

153 *Papa sine causa non potest iuribus alteri quæsitis præiudicare.*

*Sed Angelus contra si facit de plenitudine potestatum.* 154.

*Mentiunturq́ contrarium dicentes.*

*Quem taxat Craueta.* 155.

*Nec vt Angelus locutus est, sed vt homo mendax.*

*Et sibi communis aduersatur opinio.* 156.

*Et falsum est ac adulatorium illius dictum.* 157.

*Nec sufficit quodlibet motiuum.*

*Laue vt censuit Natta* 158.

*Vt damnat auctor post Connanum clausula de plenitudine potestatis intelligitur de potestate bona & laudabili non de vituperabili vel tyrannica.*

160 *Princeps auferens rem alterius de potestate absoluta sine causa dicitur Tyrannus.*

*Quia plenitudo ptãtis non tribuit aliquid iniquũ.*

*Sed intelligi debet clauę discretionis nõ errante.* ibi.

162 *Princeps vbi vtitur plenitudine potestatis in re iniusta non dicitur plenitudo potestatis, sed plenitudo tempestatis.*

*Et cessante publica vtilitate facit iniuriam & violentiam, quæ rei aduersatur naturæ meri Principis qui vt prosit & tueatur non vt obsit & lædat creatus fuit.* 163.

164 *Plenitudo potestatis ad malum & iniuriam non extenditur.*

165 *Clausula de plenitudine potestatis non operatur, vbi tractatur de præiudicio notabili tertij.*

166 *Actus humani pendent à voluntate & potestate gerentium.* 167.

*Hisq́ duobus sequitur actus perfectio.* 168.

169 *Princeps demũ de plenitudine potestatis potest ius suum alicui auferre soluto ei precio rerũ ablatarũ.*

*Ad quod Ioan. Andr. ponderatur.* 170.

*Sicq́ intelligitur tex. in l. item si verberatum §. 1. ff. de rei vindi* 171.

*Proceditq́ conclusio licet res ablata pereat Reipublicæ.* 172.

*Et de condigna recõpensatione loquuntur Vasquius & alij.* 173.

*Iuribusq́ & ratione probatur cõclusio.* 174. 175.

*Et est opi. verissima & communiter recepta.* 176.

*Licet quidã & prior eis Glossa cõtradixerit, dicẽs nõ seruari quòd preciũ restitui debeat domino.* 177.

*Quibus sigillatim respondet auctor* 178. *cum seq.*

171 *Intellectus l. item si verberatũ §. 1. ff. de rei vind.*

175 *Publicum munus ad quos spectet.*

178 *Communi ab opi. non est recedendum.*

178 *Papa in beneficialibus absolutam habet potestatẽ.*

*Secus autem in bonis prophanis.* 180.

*Siue laicorum subditorum.*

*Siue clericorum.*

181 *Glo. in l. si locus in fi. ff. quem. ser. amitt. dicens à fisco non seruari quòd precium non reddatur, suppleri debet. & male*

*Vel procedit in eo casu in quo vicinus sperabat commodum alluuionis.* 185.

*Nec de consuetudine illius casus ad alium inferri potest.* 186.

182 *Consuetudo mala lex mortis appellatur.*

183 *Consuetudo fodendi metalla in solo priuati non soluto precio non valet.*

186 *Consuetudo stricti iuris est nec de re ad rem extenditur.*

*Nec in genere sed eadem specie probari debet.* 187.

188 *Princeps præiudicare non potest de plenitudine potestatis non citatis in iure quæsito.*

*Siue in causa criminali siue in ciuili grauis, vbi de iure quæsito tollendo tractatur.* 189.

190 *Ratio generalis ampliat dictum.*

191 *Citatio dicitur esse de iure diuino.*

192 *Papa sine causa non potest præiudicare non citatis de plenitudine potestatis.*

*Et est communior & rationabilior.*

*Opinio. ne plenitudo potestatis sit causa non leuis iniquitatis.*

*Item verior est & debet præualere.* 194.

*Contrariaq́ procedit in casibus in quibus Papa potest sine causa præiudicare.* 193.

195 *Substitutio compendiosa dicitur facta sub conditione mortis.*

*Et sub se continet vulgarem.* 196.

197 *Substitutio vulgaris continet caput impotentiæ nedum voluntatis.*

*Et impotentia verificatur in casu incapacitatis.*

198 *Substitutus filio legitimato succedit ex vulgari stãte incapacitate. sed contra.* 206.

*Filij ex defectu legitimationis.*

*Nisi substitutio fuerit restricta.* 252.

199 *Substitutio compendiosa facta quandocunque institutus decesserit sine liberis, ad omnem casum vulgaris extenditur.*

200 *Intestatus quis dicitur quò ad bona, de quibus testari non potuit, fallit.* 235.

201 *Prouisio testatoris in vnum casum porrigitur ad alium, in quo testator verisimiliter disposuisset si fuisset interrogatus.*

*Quod procedit quando quid fuit expressum, ex quo voluntas illa deprehenditur.* 255.

202 *Filijs positis in conditione censetur reseruatum ius legitimarum hæreditatum.*

Sub-

203 Substitutis locus esse videtur, stante pia causa.
Si res est dubia. 256.
204 Summa ratio est quæ pro religione facit in dubio. secus aliter apparente. 256.
205 Substitutis primis sublatis tolluntur sequentes, velut ab eis dependentes.
206 Institutione pro non scripta pertinet hæreditas ad venientes ab intestato.
207 Pater non instituisset filium, si sciuisset legitimationem non valere.
Et quo remedio vti debeas eum instituendo. 208.
209 Filio instituto tanquam adoptiuo corruit adoptio, si institutio non valuit.
210 Institutio hæredis uitiatur ex falsa causa.
211 Substitutus filio si decederet sine filijs, non admittitur filio alia ratione excluso.
212 Substitutionē i casu de quo agitur nō loqui dici pōt.
Siue de directa, siue de fideicommissaria substitutione tractetur. 213.
214 Testatorem non sufficit, aliquid velle seu cogitare, nisi id aliquo modo disposuerit.
215 Substitutio vulgaris in vnum casum concepta ad alium extenditur, nisi adiectis verbis tunc & eo casu. 216. 228.
Quæ stant taxatiuè. 217.
Nec dispositio versificatur nisi conditionibus impletis in forma specifica. 220.
Nec de Ruino. Et Alciato solis contrarijs est curandum. 218.
Tantoq; magis sibi contrarys. 219.
221 Substitutione facta duobus si ambo moriantur sine liberis, tunc & eo casu, extremum diem vtriusque spectandum esse.
222 Substitutio facta sub vno tempore, non extenditur ad aliud.
223 Conditio restricta ad tempus, non potest extra tēpus purificari.
224 Substitutio fideicōmissaria per aditionē inducitur.
225 Extensio quandoque de casu ad casum conceditur.
De tempore ad tempus nequaque. 226.
227 A forma non est licitum recedere.
229 Ablatiui absoluti resoluuntur in conditionē. 230.
231 Conditiones duæ licet alternatiuæ positæ resoluuntur in coniunctam, exemplum. 233.
233 Conditio si filius decesserit sine filijs censetur apposita fauore filiorum suorum, vt ipsi bona consequantur si contingat existere.
234 Substitutio deficit defecta conditione illi adiecta.
236 Conditio apposita in vna substitutione non est in alia repetenda.
Fallit vbi præcedit, vt in prima substitutione posita. 237. 245.
Secundò quando sequeretur absurdum. 238.
Tertiò ex identitate rationis. 240.
237 Præcedētia magis influūt sequētib. quàm ecōtra.
239 Repetitio non fit, quando sequeretur absurdum.
241 Substitutio filio si decesserit non facto testamento dicitur facta, quia pater noluit ei tollere libertatem testandi.
242 Testator non præsumitur extraneos suis agnatis prædilexisse.
243 Aequati in minori censentur & in maiori.
244 Pars vna testamenti declaratur per aliam.
246 Testator si de filijs masculis dixerit in vna parte testamenti in alia de filijs simpliciter, qualitas masculinitatis non est in ea repetenda.
Alij verò contra. 247.
Varieq; distinguitur. 248.
Sicut & auctor, an eadem ratio militet vel diuersa. 249.
250 Filio spurio instituto bona remanent penes alios scriptos hæredes, vel deferuntur ad venientes ab intestato.
252 Conditionis natura respicit merum factum.
253 Intestatus quis dicitur quò ad quid, qui potuit de illo testari, & non fuit testatus.
Secus si fuit testatus, sed inualidè.
254 Pater si filium quem instituit incapacem credidisset, pertinet hæreditas ad venientes ab intestato non autem ad substitutos.
256 Ecclesia cultrix iustitiæ non patitur cōtra se quid inhonestum.
Nec cum aliena iactura debet ditari. 257.

## CONSILIVM CXCIX.

*Auxilium meum à Domino.*

*DOMINVS Zacharias Morandus ciuis, & mercator Ferrariæ dū viueret instituit Ioannē Baptistam filiū suum legitimatum cum facultate se rursus legitimari faciendi, & quandocunque decederet sine filijs, aut non condito testamento substituit alios quosdam: Quare de duobus dubitari contingit. Primò, cum in legitimatione non fuerit expressum Ioannem Baptistam fuisse natum ex dicto Zacharia clerico in sacris constituto, sed ex soluto & soluta, legitimatio fuerit nulla, Ioannesq; Baptista manserit incapax hæreditatis paternæ. Secundò posito, quòd sic, an ad eam substituti, vel potius D. Franciscus & eius frater de Morandis venientes ab intestato sint admittendi, consuluit in hac specie subtiliter Excellentissimus D. Ioannes Cephalus Cōciuis & frater meus honorandus, quare sequendo illius ordinem dicam, quæ mihi succurrunt.*

VIDEBATVR igitur ex multis legitimationē valere. Primò nāque Comes Palatinus in legitimatione mentionē fecit de mandato Zachariæ facto procuratori ad petendam legitimationem, & de illius peti
1 tione. † Vnde expressa in mandato & petitione videntur expressa in legitimatione ad illud & ad eam se referente cum omnibus qualitatibus suis, vt not. Bar. in l. 1. ff. de recepta. in l. 1. ff. si fam. furt. fecis. dic. & in l. si quis seruum. §. si. vers. Sed quæro. ff. de leg. 2. Dec. consi. 128. colum. 2. consi. 102. nume. 4. consil. 434. nu. 5. & consilio 539. numero 19. Bero. consilio 93. nume. 53. volum. 2. & consil. 20. nume. 9. vol. 3.
2 Natta consilio 204. nume. 12. † & probatur in

l.asse toto.ff.de hære.instit.nam ibi dicitur,valere institutionem factam in testamento de nominato in codicillis; quia videtur in testamento facta propter relationem eorum ibi.Confirmaturque ex not.per Bal.cons. 338.eaque ve-
3 niunt vol. 2. †vbi dicit,vulgarem esse doctrinā quòd quicquid continetur in termino,ad quē fit relatio, continetur in termino referente saltem implicitè.At mādatum factum fuit ad petendum Ioannem Baptistam legitimari,nō obstante, quòd sit conceptus & natus ex patre & matre solutis,& ex quocunq; illicito coitu procreatus,& in petitione petitum fuit illum legitimari,sic ut supra seu aliàs genitum,hoc est ex solutis, aut alio modo,puta ex constituto in sa-
4 cris, † ex dictis enim verbis cum primò fuerit expressus vnus casus specialis, videlicet quòd natus fuerit ex solutis, deinde fuerit subiecta clausula generalis,quòd ex quocunque illicito coitu procreatus fuerit,vel aliàs genitus, omnes alii casus veniunt sub ea, sicque casus præ-
5 sens,quòd ex clerico in sacris fuerit natus;†nā quoties exprimitur casus spetialis,& subsequitur clausula generalis,sub ea veniunt omnia,& habet vim casus expressi, & est perinde ac si esset facta expressa mētio,siue eorum nominatio.c.qui ad agendum. §.primo de procuratori.in sexto Ioan.And.& Doc.in c.consuluit 2. de appellat.& in legitimatione tradit Dec. cōsi.76.& post eum Gozad.consi. 6.nume.53.pulchriusque Ruin.consilio 73.num. 12.versi.Tertius est.vol.3.

6 † Secundò confirmatur,nam vbi apparet ex verbis generalibus, ꝙ legitimans cogitauit in genere de quolibet defectu;vt qa dicatur qualitercunque, & ex quocunque illicito coitu sit natus,vt in casu nostro,tunc legitimatio valet, licet aliqua qualitas spurietatis non fuerit expressa,& legitimans ignorauerit, quales essent defectus: censetur enim eos omnes sustulisse, ex quo fuit eius propositi eos tollere, si sciuisset,ita Castren.pulchrè cons.221.super puncto isto secundo dubio in antiq.aliàs consi.30.vol. 1.in nouis.per l.qui iure militari. ff. de testam. milit.& l. sub prætextu specierum.C.de transactio.quem sequitur Soc.cons.73.nu.9. uolu.3. Marsil.sing.492.Gozad.consi.25.nu.14. consi. 85.nu.33.Rui.egregiè consi.68.nu.4.& consi. 80.nume.secundo,volum.3. Bero. consil.172. nu.18.volum.2.

7 † Tertiò comprobatur,nam Comes in legitimatione narrat, ꝙ Zacharias cupit Ioannem Baptistam sic vt supra, seu aliàs genitum, eodemque meliori modo quo fieri potest legitimari, quibus ex verbis & ex qua clausula satis enixè constat de uoluntate legitimantis Comitis legitimare Ioannem Baptistam,licet genitum ex clerico in sacris constituto, prout in simili casu legitimationis arguit Alexan.consilio 188. columna tertia, volumine quinto, quem sequitur Ruin. in allegato consilio 68.
8 numero quarto, volumine tertio, † dicentes, per talem clausulam Comitem Palatinū voluisse legitimare, licet extarent filii legitimi, hocque præter eos optimè cōfirmatur; vis
9 † enim naturaque dictæ clausulæ omni meliori modo, est quòd per eam apparet de mente disponentis fuisse, se noluisse ad specificata restringere, vt voluit Bal.in l.vinum.colum.6.ff. si certum petatur & consilio 489.in causa vertente inter capitulum.colum.1.volum.3.Alex. consi.113.volu.3. Soc.consi.142.colum.antepen.vol.1.Crau.consi.fin.nu.15.& Ruin. consilio 9.nume. 9.uolum.5.Natta consi. 120.nu. 27.Tobias Nonius consilio quinto,nume. 6.& consi.19.nu.12.

10 † Quartò subiungit idem Comes, Zachariā desiderare omnem & quamcunque ipsius Ioannis Baptistæ conceptionis;& geniture,rubiginem, maculamque & defectum vndequaque prouenientem, etiam si maior expresso, ac aliàs qualiscunque fuerit,deleri,cassari & aboleri. Quibus uerbis perinde fit,ac si expresè & spetialiter fuisset facta mētio de rubigine,macula,siue defectu Ioannis Baptistæ nati ex cle-
11 rico in sacris †Nam vt inquit Bal.in c.super literis.nume.7.de rescript.& in l. si qua illustris. colum.secunda, versiculo item nota. C. ad orficia.sicut & in c.1.§.naturales,& post eum Afflic.secundo notab.si de feud.fuer. controuer. sufficit in genere exprimere qualitatem incestus,nec est necesse venire ad speciē, seu ad induidua,puta dicere,quòd natus fuerit ex monacha, vel clerico, sequitur Ias.cons.11.colum. secunda, volūmine tertio,citans alios, & Villalobos in suis cōmunibus opinionibus.ver.legitimatio.nu.91.& in terminis Berous consil. 168.columna secunda, & consilio 172.nu.17.
12 volum. 2. † concludens in casu suo non fuisse necesse exprimere, quòd Ioannes natus fuerit ex clerico constituto in sacris,ex quo in impetratione legitimationis fuerat dictum,eum legitimari nedum attentis defectibus prædictis, quibus esset inuolutus,sed etiam si maiores defectus natalium pateretur, qualis est casus noster ad vnguem.

13 † Quintò Comes eum legitimauit, & ad iura primeuę naturæ, & quoslibet legitimos actus restituit,& reintegrauit in omnibus & per omnia,iuxta tenorem priuilegiorum sibi Apostolica,& Imperiali auctoritate concessorum, quatenus enim reduxit Ioānem Baptistam ad natalium iura primeua sic maculam tollendo, dicitur fuisse plena legitimatio, Dec. consilio 258.colum.penultima, versiculo.Vltimò non obstat, Rui.consi.75.nume.13.& consi.86.nume.6.volum.3.Paris.consi.7.nume.17. vol. 2. Gozad.cons.6.num.62.cons. 29. colum.antepen.volum.2.cum similibus per Rolan.à Valle consilio 96.numero 23.volum.3.Bero. consil. 174.nume. 12.vol.secundo, Soc.Iun. cons.93.
14 nu.40.volu.3. † Et inquantum legitimauit ęū

in

in omnibus & per omnia secundum tenorem priuilegiorum suorum, dicitur eum legitimasse, licet spurium & natum ex clerico in sacris constituto, cum talem potestatem in priuilegiis suis haberet, per ea quæ notat Bal. in l. omnes populi. col. pen. ff. de iust. & iure. vbi ponit
15 quæstionem statuti, † quod nullus possit esse Consul ciuitatis, vel de collegio doctorum, nisi sit ciuis originarius, si quidem quis creatur ciuis per hæc uerba, ꝙ in omnibus & per omnia habeatur, ac si esset Ciuis originarius, vtique virtute dictorum verborum in omnibus & per omnia, poterit esse Cõsul, vel de collegio, sequitur Crott. nu. 147. & Caccialup. nu. 236. versiculo Præmissis, Roma. & Ias. in l. si is qui pro emptore. numero 304. & Alciat. nume. 36. ff. de vsucapio. Alexan. cons. 168. nume. 3. volum. 6. Rip. in l. 1. ff. de lega. primò, num. quarto. Niger nume. 8. Roland. à Valle consilio 60. nume. 19. vol. primo. Crot. consi. 60. num. 6. & cons. 103. nume. 14. Paris. cons. 71. num. 7. vo-
16 lum. 1. † Nec dubiũ est, Principem, suumq; Comitem Palatinum, qui habet authoritatem ab eo, posse quoscunque spurios legitimare, & ad primeua iura naturę restituere, vt copiosè declarat Soc. Iun. consi. 93. nu. 50. versi. Et primò vera responsio. vol. 3. & post eum Rolan. à Val
17 le cons. 96. nu. 28. † etiam filios sacerdotis, cum non impediatur sacerdos de iure diuino matrimonium contrahere, sed canonico tantum, vt tradit Hostiens. in tit. qui fil. sint legiti. §. fi. versi. sed nunquid, Alexan. consilio 2. numero 22. volum. primo, & plenè Senatus Pedemonta. decis. 119. nu. 16. Quare valida remanere videtur omnino præsens legitimatio facta de dicto Ioanne Baptista.

18 † Sextò tanto magis hoc dicendum videtur, ꝙ postea defunctis Zacharia & Ioanne Baptista Summus Põtifex dictam legitimationẽ, testamentumque Ioannis Baptistæ cõfirmauit dato ꝙ in ea narratum non fuerit, Zachariam fuisse in sacris constitutum tempore cõceptionis dicti Ioannis Baptistæ tollendo ius quęsitũ
19 re vel spe suis agnatis † motus, vt pia Ioannis Baptistæ dispositio sortiatur effectum, quod publicè ĩterest. l. vel negare. ff. quemad. test. aperi.
20 † Potuit enim Papa ea de causa tollere ius illis quæsitum sibi subditis, vt ciuibus Ferra. quę recognoscit ecclesiam Romanam. Card. consi. 2. Glo. in auth. vt ecclesi. Roma. in fi. Fulg. in l. quid sit Fugitiuus. §. idẽ Celsus. ff. de ędil. edic. sicque determinat Castr. cons. 283. volum. 1. in nou. Fely. in c. quæ in ecclesiarum, col. 13. de
21 constit. & ibi Dec. num. 27. † tantoque magis quòd Papa mandauit per quoscunq; iudices iudicari sublata eis facultate aliter iudicandi, potuit enim moderari iurisdictionem magistratuum, licet inde ius tertii auferetur, vt per Card. Florent. & Imol. in c. quia diligentia. de elect. Alex. in l. Gallus. §. & quid si tantum. nu. 89. ff. de liber. & posthum. Soc. cons. 17. volu. 2.
22 Paris. cons. 1. nu. 38. vol. 1. † Et cum prędicta fecerint auctoritate Apostolica, & sic de plenitudine potestatis, datur intelligi, ꝙ voluit auferre ius tertio quæsitum, vt per But. & Imol. in d. c. quæ in ecclesiarum. Alex. cons. 216. volum. 2. Natta cons. 340. nu. 9. Et hæc non mediocriter deseruiunt ad sustinendum legitimationem prædictam dicti Ioannis Baptistæ, testamentũque suum & paternum.

Quibus tamen non obstantibus contrarium
23 & probabilius esse diiudico. † Et ĩ primis agẽdum non puto, nec opus esse verba facere de prima legitimatione Ioan. Baptistæ relicta in testamento Zachariæ, vt dicitur facta per Cardinalem Paciecum de anno 1553. 21. Iunii: quia emanauit sine licentia Principis nostri, vt colligitur ex præcibus dicti Zachariæ cum rescripto licentiæ sibi datæ 7. Martii 1555. sic n. patet, ꝙ præcesserat illa legitimatio, rescriptũque fuit impetratum pro secunda obtinenda à Comite Antonio Maria Campegio, de qua loquimur non de prima nulla vigore proclamatis Ducalis, annullantis legitimationes impetratas sine licentia suæ Excellentiæ, & pro hac conclusione, quæ prosternet dictam legitima-
24 tionem Campegii considero, † ꝙ D. Zacharias tempore quo genuit Ioannem Baptistã, & ante per plures annos ad ordinẽ subdiaconatus promotus fuit per Episcopũ Bergomensem, vt per eius literas patentes apparet, & per consequens dicebatur in sacris ordinibus cõstitutus vt est tex. in c. à multis. de æta. & qualit. ver. Verum, vbi dicit Sum. Pontif. cũ hodie subdiaconatus inter sacros ordines cõputetur, sicut Vrbanus Papa Secundus his verbis expresit, erubescant impii, & intelligãt iudicio spiritus sancti eos qui in sacris ordinib. presbiteratu, diaconatu, subdiaconatu sunt positi (si castè non vixerint) excludendos ab omni eorundẽ gra-
25 duum dignitate, † Imò nedũ colligitur ex eo tex. ꝙ subdiaconus sit in sacris ordinibus, sed etiã ꝙ castè viuere debeat, vt etiam repetit inferius ille tex. ibi, & ad similitudinem diaconi & presbiteri subdiaconus debet continentiam obseruare. Vnde cũ Zacharias esset clericus in sacris constitutus, & Ioannem Baptistam procreauerit, talis eius filius dr̃ fuisse passus plures defectus, quos sigillatim Bermond. in tit. de public. cuncubin. in prin. nu. 23.

26 Nã primò clericus concubinarius dr̃ cõmittere crimẽ adulterii ea rõne: quia presbiteri in assumptione sacrorũ ordinũ dispõsantur spiritualiter accipiẽtes in spõsam sanctã & immaculatam ecclesiam, cui promittunt & iurant saltem implicitè continentiam seruare, aliter nõ essent ordinandi. §. sancimus. in authentico de monach. Igitur si maritus carnalis fefellerit fidem sponsæ mulierem carnaliter cognoscendo incurrit crimen adulterii, multo magis qui fidem coniugi spirituali, hoc est Christo, & ecclesiæ, quam promisit, uiolare præsumpserit,

27 † & de hoc est insuper gl.quã sequuntur Abb.
& alii in cap.per venerabilem,ver.adulterinis.
qui fil.sint legi.& doctrina Abb.in c.innotuit.
colum. fina. de electio. qui dicunt, quòd filii
presbiterorum in aliquo patri non succedunt,
quia propriè sunt spurii adulterini, hoc est ex
adulterio nati; quoniam presbiteri dicuntur
cum ecclesia matrimonium contraxisse.c.quã
to.c.cum in cunctis. de translat. episco. Vnde
rem carnalem habendo etiam cum soluta dicũ
tur non simplicem fornicationem, sed adulte-
rium committere, & cum prædictis etiam latè
concordat Bero.consil.163.nu.15.vol.2.Soc.
Iun.consi.44.nume.19.vol.quarto, & Lauren.
Kirchof.consi.25.numero 15.primo Tomo di
uersorum Germaniæ.

28 † Secundò, tales cognoscentes mulierẽ di-
cuntur incidere in crimen stupri,quod probat
Bermond.nam stuprum propriè dicitur illicita
virginis defloratio.c.lex illa.36.q.1.ut si corru
ptus virginitatem corrumpat,vel quis cum cor
rupta virginitatem suam corrumpat.vel vterq;
virginitatem corruperit. Vnde quia corrupti
per assumptionem ordinis clericalis ad uirgi-
nitatem reintegrari videntur, sequitur vt po-
stea fornicationibus, & amplexibus venereis
corpus suum polluendo dicuntur stuprum cõ-
mittere,& ob id filii ex eis nati dicuntur ex stu
pro geniti.

29 † Tertiò quoq; dicuntur sacrilegi.c.de his,
& ibi Archid.28.distin.saltẽ quando nati sunt
ex concubina in domo retenta, prout fuit in
præsenti casu; quia nati dicuntur ex coitu re-
probato atque damnabili,cum habere concu-
binam clericis sit à iure prohibitum,toto titu-
30 lo de cohabit.cleric.& mul.†Sicque concludit
Bero.in allegato consi.163.nume.18.volumi.
2. Cessatque quod in contrarium ponit Ber-
mond.loco citato in c.de sacrilegio.col.1.vbi
tenet, non esse sacrilegium, si clericus cum so
luta rem habuerit,sed esse simplicem fornica-
tionem, nam potest intelligi; quando mulier
31 non erat concubina, † ratioque differentiæ
esse potest,licet in specie dictum non inueniã;
quoniam copula frequentior cadit cum concu
bina in domo retenta propter commoditatem
& cohabitationem continuam,quàm cum alia
muliere foris manente. ad quam non ita faci-
lis aditus patet, ut experientia docet rerũ ma-
32 gistra, † meritò maius & grauius delictum re
putatur clerici cum concubina propter cõsue-
tudinem & frequentiam illius, iuxta not. per
Bar.& Ioannem de Platea in l.omnes.C.de de
lat.lib.10.vbi hi qui deferre non cessant, & sic
consueti sunt calumniosas accusationes propo
nere,grauissimè puniuntur, ad quod aliàs non
33 tenerentur remota illa consuetudine, † idem-
que probatur in l.1. C.de superexacto. lib. 10.
& ibi notat Bartol.Ioannes Platea & Lucas de
Penna, ac Alexan.vbi propter consuetudinem
delinquendi quis ad mortem punitur, ad quã
34 aliàs non teneretur. † Vnde Alex.ibi dicit,no
ta istum tex.præsupposito quòd de crimine ve-
niret pecuniaria pœna imponenda. Nã si fit in-
quisitio contra hominem talia facere consue-
tum, debet capitaliter puniri,ex quo multa cri
mina & pluribus vicibus commisit,licet ex eis
particulariter consideratis veniret pœna pecu
niaria dũtaxat imponẽda, sequitur latius Grã.
decis.16.nu.5.& voto 17.col.2.Iacob.de Bel-
uis.consil.3.nu.12.vol.2.crimi. & ego posui in
l.1.ff.quod quisque iur.nu.209.& in l.si unus.
§. pactus ne peteret. nu.335.ff.de pact.quibus
nũc addo, quod scribit Quintilianus & refert
Connan. in commentar. iuris ciuil.lib.1.cap.
10.col.pen.dicens q si quid vnquam contra le
ges factum est, idque tu es imitatus, non ie-
circo te conuenit pœna liberari,quin è contra
rio damnari multo magis.si enim aliorum cõ-
suetudo non releuat in peccãdo sed magis gra
uat,multo magis propria.quod subdit Conna
nus,dicens nec eluit peccatum cõsuetudo pec
cãdi, sed adauget,tantoque grauius redditur,
quãto ad plures exemplo suo peruenit.Et quã
quam non ignorem primum dictum Quinti-
liani penes nostros esse dubitale, passimq; re-
iectum ex multis congestis per Tiraq. in tract.
de pœnis.causa.42.scio tamen secundum Cõ-
nani verissimum fore, prout adfirmat ibidem
Tiraq.n.14.quia consuetudo peccantis venia
le peccatum facit mortale §.criminis.25.dist.

35 † Quartò non omitto dici posse,q tales cle
rici mulieribus se cõmiscentes dicuntur ince-
stũ cõmittere, sicq; filii sui dicũtur incestuosi,
qui post sacros ordines susceptos nati sunt ex
eis & muliere soluta,ita voluerunt Glo. Bar.&
Bal.in l.2.C.de epis.& cleri.Bar.in l.si quis in-
cestũ.C.de incest.nup.Alex.in appostil.ad Bar
36 to.in l.fi.ff.de his quib.vt indig.Ias.cõs.11.col.
2.vol.3.Rol.à Val.cõsi.61.nu.46.vol.1.† & ma
gis cõem testatur Bero.cons.163.nu.17.vol.2.
37 Lauren.Kirchof.in allegato cõs.25.nu.13.†Et
licet quidã cõtra senserint, tenentes q sit sim-
plex fornicatio, vt Abb.& Imol.in c.at si cleri-
ci.§.de adulteriis.de iudi.& in c.veniẽs.de eo
qui cogno.sicut & Bermõd.in c.de incestu.sub
nu.27.per tex.in c.quia circa.de bigam. ibi, tã
quã simplici fornicatione notatis,& in c.pres-
biter.28.dist.ibi,q si fornicatus fuerit vel adul
38 teriũ cõmiserit. † Quidã verò distinxerũt,q in
terris Imperii & sic de iure ciuili procedat opi
nio prima,In terris aũt ecclesię,& sic de iure ca
nonico secunda, quæ fuit distinctio Pauli Gir
landi in trac.de pęn.omnifariã coitus in fine.
39 † Attamen à prima opinione velut magis cõ-
muni temerè recedendum non puto in consu-
lendo, vel iudicando. iuxta not.in c.1.de con-
40 stitut.lib.6.l.2.C.de pęn.iud. † Nec iura in cõ
trarium citata me monent: procedunt enim in
clerico in minoribus constituto;is.n.bene di-
citur simplex fornicator, si cum soluta rem ha-
41 beat,† at secus ĩ diacono,uel subdiacono, qui
dicitur

dicitur esse duplex fornicator, vt Hosti. Abb. & alii tradunt in d. c. quia circa, quia violant votum & coniugium spirituale, igitur in eis nō excluditur, quin notentur crimine incestus, & aliis supra memoratis.

42 † Nec etiam mihi placet distinctio Girlandi: quoniam secūdum eam sequeretur, ꝙ coitus extra vinculum matrimonii minus diceretur damnari de iure canonico, quàm ciuili, si filii nati ex clerico in sacris non dicerentur incestuosi de iure canonico, & in terris Ecclesiæ,
43 de iure verò ciuili, & in terris Imperii sic. † At hoc esset absurdum dicere, cum videamus cōcubinatum permissum esse, siue tolerari de iure ciuili, vt tenet Castrens. in l. si qua illustris. C. ad Orfician. & probat Bermoud. in dicto tractatu de public. concubin. car. mihi. 393. licet Abb. contra sentiat in c. cum venissent. in fine
44 de institu. † secus autem de iure canonico, vt idem Bermond. latè tenet. Ex his igitur ita sigillatim relatis, quòd Ioannes Baptista natus fuerit ex Zacharia tunc in sacris constituto & sic ex adulterio, stupro, sacrilegio, duplici fornicatione & incestu, sicque plures, & plures de-
45 fectus pateretur, † sequitur doctrina valde notabilis Oldradi consilio 247. factum tale est, columna secunda, dicentis, legitimationem factam de filio nato ex adulterio duplici velut ex coniugatis vtrinque, nullam esse, si non fuit expressum patrem vxorem habere, matremq́; virum, quamuis expressum fuerit filium fuisse natum ex adulterio, & dānato coitu, mouetur ea ratione: quia non fuit facta mentio in impetratione legitimationis de duplicitate impedimēti, quæ si facta fuisset, non sic facilè fuisset con-
46 cessa: † quoniam funiculus duplex difficilius rumpitur, quàm simplex, iuribus de quibus per eum, quē sequitur Castr. consi. 30. ad fin. vol. 1. dicens, quòd vbi fuit vnus defectus expressus & alii fuerunt suppressi, tunc ad expressum tantū legitimans videtur habuisse respectum principaliter, idemq́; tradit Rui. consi. 158. num. 12. vol. 1. consi. 73. num. 12. & consil. 97. colum. 2. volum. 3. Roma. cons. 326. num. 10. vers. Quartò probatur. Dec. consi. 338. colum. 1. & 2. Neulz. consilio 99. num. 12. & latè confirmat ex multis Horatius Mandosius in addit. Roman.
47 consilio 194. in princ. † At in impetratione legitimationis Procurator exposuit, ꝙ Zacharias aliàs solutus sacro fœdere matrimonii ex quadam muliere pariter soluta Ioannem Baptistā suscepit, & sic vnum defectum simplicis coitus extra matrimonium expresit, propterea licet subiunxerit, quòd cupit eundem Ioannem Baptistam sic vt supra seu aliàs genitum legitimari: quia non dicitur expressus, nisi simplex defectus coitus præter matrimoniū, alii verò fuerūt suppressi, videlicet quòd natus esset ex clerico in sacris constituto, & sic natus ex adulterio, stupro, sacrilegio, duplici fornicatione &
48 incestu, † meritò dicta legitimatio dicitur surreptitia, & ob id nulla, iuxt. notata in c. super literis, & ibi Bal. de rescript. Signorol. consi. 220. col. 2. glo. Butr. & alii in c. ad audientiam, de rescript. Anch. consi. 223. Bero. consi. 172. nu. 22. volum. 2. cum similibus.

49 † Sed & alia ratione fuit surreptitia: quia nō fuit facta mentio prioris legitimationis factæ per Cardinalem Paciecum, de qua postea meminit Zacharias in suo testamento. Hinc enim redditur nulla legitimatio præsens, nam si de ea Comes Palatinus de Campegiis sciuisset, fortè dixisset dicto Ioāni Baptistæ sufficere gratiam primam, suamq́; non concesisset, ita Rui. consi. 96. num. 8. volum. 3. Deci. consilio 542. num. 7. & nouissimè Hieronymus Gabrielius consi. 30. num. 21.

50 † Secundò considero, ꝙ in ista legitimatione falsitas expressa fuit, & suppressa veritas, narrando, quòd Ioannes Baptista natus fuit ex parentibus solutis, & sic ꝙ fuerit naturalis, vt specificeè dictum fuit in supplicatione porrecta Principi nostro & tacendo quòd ille fuerit natus ex patre in sacris constituto, & sic quòd esset spurius. Vnde talis legitimatio dicitur fuisse obreptitia falsitate expressa, & tacita veritate, &
51 sic narratum fuit vnum pro altero, † quæ obreptio est odiosior, & fortius vitiat, quàm surreptio, quæ committitur in tacēdo, vt per Bal. cōs. 252. querulæ preces. col. 2. vol. 1. Veronēs. cons. fin. 5. dubio. Alex. consil. 60. ad fin. vol. 2. Crau. cons. 68. nu. 5. Rui. cons. 88. nu. 10. vol. 3.
52 post Innoc. & Butr. quos citat, † quo stante sine dubio nulla fuit dicta legitimatio, vt in terminis decidit Ang. cons. 401. nu. 7. vbi ponit, ꝙ pater erat sacerdos, & sic filius erat spurius, & ex damnato & reprobatissimo coitu procreatus, quod assertum non fuit Comiti legitimanti, meritò dicit Ang. ꝙ rescriptum suū tanquā obreptitium nullius est momenti: tacuit enim impetrās gratiam, qualitatē natiuitatis, qualis erat adeo omnibus exosa, & reprobata, ꝙ for-
53 san rescripti gratiam Comes nō fecisset. † Vnde illud viribus vacuatur. d. c. super literis. Cyn. in l. præscriptióne. C. si contra ius, idemq́; tradit ad vnguē Soc. cōs. 65. nu. 15. vol. 3. loquens in rescripto surreptitio. Quare fortius in obreptitio idem dici debet, prout in eo quoq; tenet Rui. in allegato cons. 88. nu. 9. post Alex. con-
54 sil. 59. in fi. vol. 2. † vbi loquitur de asserente filium esse naturalem, cum tamen esset spurius: cōcludit enim, quòd ob vitium obreptionis legitimatio non valet, non obstante clausula non obstante, cum defectus obreptionis sit maior surreptione, idemque tenet Gozad. consil. 26. nu. 20. & Roland. à Valle cons. 89. nu. 46. vol. 1. post Imol. in c. cum dilecta. de rescript.

55 † Tertiò corruit ex alio dicta legitimatio: quā non fuit facta mentio, quòd extarent fratres & nepotes domini Zachariæ ab eo postmodū instituti & honorati in testamento suo, meritò legitimatio non valuit, nam dato, quòd eorum

tis, constitutionibus & ordinationibus Apostolicis & Imperialibus, cæterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque, & non conrentus prædictis adiecit. Nec non his omnibus & singulis, quæ priuilegiorũ nostrorum concessores nobis in præmissis, & circa præmissa quomodolibet obstare noluerunt. Nam cum se retulerit ad priuilegia sibi concessa, in quibus proponitur fuisse derogatum. d.§. generaliter, satis dicitur Comes per dictam relationem illi derogasse,& ob id mentio legitimorum non fuit necessaria, prout signanter sic arguit Rui. consi. 168. colum. 4. volum. 3. quem sequitur Roland. à Valle cõs. 61. num. 57. volum. 1.

68 † Namque diligenter consideranda sunt illa verba. Legibus, statutis, constitutionibus Apostolicis & Imperialibus, quòd non sufficiunt: quia istud est, generaliter loqui, sed saltem dici debet, non obstante aliqua lege, quæ in contrarium loqueretur, vt declarat Bar. in l.fi. C.si contra ius vel vtil.pub. parique modo nec illa, cæterisque quibuscunque in contrariũ facientibus non obstantibus, sufficiunt, vtpotè magis generalia, cum in eis nulla mentio legis, ant statuti fiat, vt in terminis ponit Dec.consi.10.co-

69 lum. 3. † & inquantum subiunxit Comes, nec non his omnibus, quæ priuilegiorum nostrorũ concessores obstare noluerunt, dico, quòd cum §. generaliter, cum glo. prohibeat stantibus legitimis legitimationem fieri, derogatio illius in priuilegio facta, non censetur repetita in legitimatione per relationem ad priuilegium facta, vt signáter respõdet Natta cõs.401. nu. 58.

70 † Secundò dico, quòd petitum fuit Ioãnem Baptistam legitimari ad succedendum patri, & agnatis, non autem ad succedendum patri, non obstante existentia agnatorum, & illis exclusis, ideo clausula non obstantibus adiecta per Comitem in legitimatione sua referri debet ad petitionem legitimationis, non autem ad alia nõ petita: qnia concessio gratiæ secundùm tenorem petitionis intelligitur. c. inter dilectos, vbi Bal. de fid. instrumen. per illum tex. ibi. ex forma petitionis. Butr. consi. 19. & ita respondet Dec. in d.consi. 10. colum. 3. vers. Quintò, quia dicta clausula.

71 † Tertiò dico, quòd cum Comes fecerit dictam legitimationem ad postulationem Zachariæ & filii, curare debnerunt, vt exprimerent impedimentum gratiæ, quam petebant, & esse diligenter cauti in impetrando, quòd licet extarent agnati, tamen petebant legitimationem, vt Comes posset legitimè derogare d. §. generaliter. Quare sibi imputent, si hoc non inuestigando se ipsos deceperunt, ita Roma. eleganter consil. 327. num. 15. Vnde pluribus modis cessat difficultas, tertiumq; fundamentum de mentione agnatorum nõ facta remanet firmũ.

72 † Quartò, legitimatio prædicta nulla fuit ex defectu causæ, quam Comes non adhibuit, licet secus esset in summo Pontifice, vel Imperatore: licet enim ipsi legitimare possint simpliciter, & in eis propter supremam eorum potestatem sola voluntas habeatur pro causa. cap. cum nostris. §. nos verò. de conces. præben.

73 † Tamen secus est in Comite, qui legitimare non potest sine causa, ita voluit Ant. Rossellus in tract. legit. in c. de causa materiali. versi. Sed hic dubitatur, vbi dicit, quòd propter hoc multæ legitimationes Comitum destrui possunt, idemque voluit Butr. in d.c. per venerabilem. col. 3. & in c. cum inter. de renunciat. cũ simil. vt latè prosequitur Card. cons. 16. col. 8. versi. Tertiò mouet me, & consi. 64. col. pen. Sicnt & consi. 73. in 4. dubitatione, demumque D. meus Rimin. in d. cons. 113. col. 2. idemque pulchrè confirmat Dec. consi. 393. col. fin. dicens, quòd istam differẽtiam tradit etiam Bal. in l. si testa-

74 mentum. C. de testamen. † vbi notabiliter dicit, quòd in Principe causa præsumitur, sed in inferioribus, quibus data est potestas, quæ est in ipso Principe, intelligitur, quòd ipsi vtantur tali potestate ex causa quæ appareat, & idẽ notat Bald. in l. rescripta, quæstione tertia. C. de precib. imper. offer. & Alex. consi. 94. col. pen. vol. 1. Paris. consi. 1. num. 23. consi. 2. num. 28. & consi. 12. num. 228. vol. 2. Soc. Iun. cons. 120. num. 29. vol. 2. vbi citat etiam Decium consilio 579. col. fin. Vincent. Palept. consi. 17. col. 5.

75 inter consi. Curtii, † & hanc opinionem communem testatur Curt. Iun. cons. 75. num. 4. quẽ refert Emanuel Soarez in thesaur. recept. sentent. litera 2. num. 110.

Sola superest difficultas verificare, quòd hæc legitimatio processerit sine causa, cum tamen ex causa fieri debuerit, & discurrendo ipsam facilè iustificari potest. Nam quod attinet imprimis eo loco vbi Comes dicit. Adhibita in præmissis & circa præmissa diligenti inquisitione, nec non & præuia causæ cognitione, maturaq;

76 & solemni deliberatione præhabitis. † Dico, quòd cum dictus Comes non posset sine causa hoc facere, vtiq; non est standum suæ assertioni, quòd causa interuenerit per ea, quæ notat Bar in l. si forte. ff. de castr. pecul. glo. & Doct. in l. si donatione. C. de colla. vbi Alex. Dec. Ias. & D. meus Rimin. alios cumulant, & prẽter eos Crauet. in tract. de antiq. temp. in prima parte,

77 num. 63. & sequen. † Sed in terminis nostris Dec. consi. 393. col. fin. Gozad. consi. 6. nu. 27. Paris. consi. 6. num. 38. vol. 2. Ceph. consi. 285. num. 34. Quod verò dixit idem Comes, Ioannẽ Baptistam misericordia dignum velut alieno vitio laborantem: quia non peccauit, licet in peccato conceprus fuerit, & quòd cum per leges pudicitiæ cõseruandæ gratia iuri primæuo derogatum fuerit, quo omnes liberi & legitimi nascebantur, ob id summi Pontifices & Imperatores circa tales dispensare consueue-

78 runt, † tales vtiq; causæ siue rationes non sufficiunt, velut generales, & quæ locum haberẽt in quo-

in quolibet legitimato, prout de similibus inquit Deci. eas refellens in allegato consi. 393. col. fin. dicens, quòd causæ debent esse speciales, quibus Comes moueatur, & in terminis tradit Curt. consi. 16. col. 9. vers. Sed scrupulus restat. consi. 19. col. fin. Paris. consil. 6. num. 39. & consi. 9. num. 39. volum. 2. Ceph. consi. 285. num. 29.

79 † Sed nec illa mihi satisfacit, in qua dicit, quod interdum aliis qui digni viderentur priuilegia concederent Papa, vel Imperator, quorum virtute tales gratiam & dispensationem consequerentur. quorum, quòd Ioannes Baptista dignus esset tali gratia, non apparet nec apparere poterat tunc, cum esset infans ætatis annorũ octo, vel circa, in precibus suis narratur, quo tempore cũ nec mereri, nec demereri posset. l. si quis in suo. §. legis. C. de inoffi. testament. dici non potest ob eius virtutes motus Comes ad talem gratiam sibi concedendam, & ob id expresio dictæ causæ non est sufficiens, nec bona, prout pulcherrimè tradit Anch. consi. 241. & post eũ Dec. consi. 576. num. 7. qui loquuntur de dispensatione, quæ dicebatur facta propter spem bonorum morum, & bonam indolem filii legi-
80 timati, † quod idem in impetratione narrauit hic Procurator, dicens, quòd Zacharias attentà vita, moribus, indoleque & honestate d. Ioannis Baptistæ sui filii cupit eundẽ legitimari &c. Nanque dicunt Anch. & Dec. cum filius esset infans annorum septem vel circa, & Comes crediderit virtutum fauore redimere, quod in eo ortus odiosus ademit, talia non videntur in infante posse verificari: quia infans quicquid videt, ignorat, l. 1. C. de fals. monet. & ideo cum ista causa sit falsa vitiat legitimatio: spes enim futuræ probitatis in infante fallax est, vt latius probat ibidem Dec. qui cum videri possit eum non transcribam, sed addo D. meum Riminaldum in allegato consi. 113. col. fin. pariter dictã causam vel rationem taxantẽ: quia de ipsa nullam apparet cognitionem interuenisse, prout
81 erat necessarium, † hique scilicet Anch. Dec. & Riminald. fine dubio melius sentiunt, quàm Corn. consi. 1. num. 17. in fin. vol. 3. & Soci. Iun. consi. 142. nu. 20. vol. 1. qui contrarium dicunt: quoniam non loquuntur in infante, sed alio natu maiore, vbi probitas morum, virtusque patere potest, quod in infante dici non potest.

Minus etiã me mouet alia causa narrata per Procuratorem, quòd Zacharias vnicum filium Ioannem Baptistã suscepetit. Vnde ne sui prolem, & lineam deperire contingat, cupiebat eũ
82 legitimari, † ostẽdit enim per dicta verba Procurator, quòd Zacharias carebat aliis filiis. Vnde talis causa videtur iusta fuisse legitimãdi dictum Ioannem Baptistam, cum ob eam causam legitimatio principaliter concessa dicatur. §. si quis verò non habens. in auth. quib. mod. nat. effi. leg. & in §. si quis ergo filios. in auth. quib. mod. nat. effi. sui. vt ponit Ias. consi. 40. col. pen. & consi. 127. nu. 6. vol. 4. Gozad. cõsi. 48. nu. 12. & consi. 85. num. 18. Paris. consi. 1. nu. 21. vol. 2. Soci. Iun. consi. 142. num. 28. vol. 1. & consi. 97.
83 num. 38. vol. 2. † vbi hoc extendit etiam si nõ fuerit à Comite expressa talis carentia filiorũ, sequitur Menoch. consi. 19. num. 21. velut ab eo verisimiliter considerata, nam dicta causa tendit ad fauorem agnationis conseruandę, prout denotant illa verba, ne sui prolem & lineã deperire contingat, sicque deficiat agnatio sua,
84 † sed talis causa non est idonea, vt in specie dãnat eam Curt. consi. 16. col. 10. vers. Restat scrupulus, & post eum Paris. consi. 9. num. 40. vol. 2. Dec. consi. 394. col. pen. vers. Quartò non ob-
85 stat, † vbi dicit, hanc rationem conseruandæ agnationis procedere in masculis legitimis & naturalibus, non autem in legitimatis, & latius col. fin. vers. & illa ratio, subiungit rationem cõseruandæ agnationis esse generalem, & habere locum in quocunque legitimato, & sic legitimatio semper diceretur facta ex causa, quod non est dicendum, quia causa debet esse specialis, non autem generalis, vt per eum, sequitur Ceph. consi. 285. num. 30. & vltra prædictos accedit D. meus Riminal. in d. consi. 113. col. fin. qui dicit, quòd facta fuerat mentio in legitimatione, qualiter pater erat orbatus filio suo præmortuo, & tamen concludit, legitimationem non valere, velut causa legitima non expressa,
86 † immo cum frater & nepotes D. Zachariæ extarent, cõseruatio agnationis satis aderat absque legitimatione dicti Ioannis Baptistæ. Vnde tantomagis corruit dicta causa, sicque Paris. argumentatur in d. consi. 8. num. 40. qui pariter sequenti num. respondet alteri motiuo de clausula apposita in legitimatione, quæ dicebat, & ex aliis iustis & rationabilibus animum nostrũ mouentibus rationibus. Dicit enim per eam legitimationem non defendi, nec causam supplę ri: tũ quia Comitis assertioni fides non est ad-
87 hibenda: † tum quia dictio aliis, referenda est ad similia expresis, & non ad maiora nec dissimilia, & sic ad generalia referri debet, quæ fuerunt expressa, & quæ minimẽ sufficiũt. c. sedes. de rescript. vbi plenè Fely. & alii: sic enim de casu nostro dici debet, vbi similis clausula reperitur, licet à Procuratore, non autem à Comite prolata, vt in casu Parisii, ibi. nec ex quã pluribus aliis diuersis rationibus & causis ad id animum suum (scilicet Zachariæ) mouẽtibus.

88 † Non me latet etiam, quosdam voluisse causam non requiri in legitimatione Comitis facta de voluntate patris: quia voluntas eius habetur pro causa iusta, sic enim citatur Alexand. consil. pen. colum. fin. volumine quinto, quem sequitur Ias. in l. filius familias. §. diui. lectura 2. num. 7. ff. de leg. 1. consi. 40. colum. penult. volumine tertio, consilio 127. num. 6. volum. 4. Ruin. consi. 75. num. 17. volum. 3. Gozad. consil. 49. num. 37. Bertrand. consi. 127. num. 17. volum. tertio priorum, cum similibus per Socinum

cinum Iun. consi. 93. num. 61. volum. 3. & Me-
89 noch. consi. 19. nu. 22. † Sed in contrarium lõgè plures vigent tenentes, Comitem sine causa legitimare non posse, quos adduxi quarto loco, non distinguentes, an volente patre vel non sit facta, & in specie Curt. in consi. 73. nu. 32. taxat Alex. in d. consi. pen. nã, vt dicit Curt. sub nu. 27. frustra doctores dicerẽt requiri insertionem laudabilis causæ, si patris voluntas haberetur pro iusta causa, nam semper diceretur facta cum causa, idemque tenet abundè Dec. consi. 288. & consi. 579. Roland. à Valle consi. 89. colum. pen. & fin. vol. 1. vbi post Bal. in
90 l. si testamentum. C. de testa. † dicit, quòd causa debet exprimi, & talis quæ sit rationabilis, specialis, & consona iuri, & post Brun. consil. 15. col. 2. dicit, quòd causa debet esse necessitatis, aut vtilitatis, aut prærogatiuæ personarũ.

Quartò corruit hæc legitimatio: quia facta fuit cum licẽtia Principis nostri surreptitia, ex quo narrauit Zacharias desiderare legitimare Ioannem Baptistam filium suum naturalem natum ex se soluto & muliere soluta, cum tamen esset spurius, & ex damnato coitu natus, velut ex constituto in sacris, vt supra deductum fuit,
91 † Vnde talis legitimatio nulla redditur virtute proclamatis Illustrissimi Ducis nostri: quia Comes Palatinus nõ potuit eam facere sine licentia Principis, vel cũ licentia surreptitia, ita signanter tradit Alciat. respon. 554. n. 9. quòd est bene notandum.
92 † Sextò, cum prius fuisset legitimatus Ioannes Baptista à Cardinale Paciecco, & sic habilitatus, non poterat dici simpliciter naturalis, aut spurius, meritò verba priuilegii Comitis Campegii non conueniunt, in quibus datur potestas legitimandi bastardos naturales, & spurios, ita in terminis Soc. consil. 246. colum. 2. & 3. vol. 2. & post eum Dec. consil. 393. sub nu. 9. uersi. Et vlterius. Vnde ratione potestatis deficit ista legitimatio, tantoque magis, quòd de prima nulla fuit facta mentio dicto Comiti ratione, quam considerat Soc. ibi dicens, q̃ si concedens habuisset notitiam de prima, maiorem considerationem habuisset, quare ab initio aut moderatè fuisset petitum, aut moderatè concessum & sic non ita de facili concessisset seu responsum dedisset, quæ facilitas multum attenditur ad præsumendam voluntatem rescribentis, iuxta notat. in c. super lite-
93 ris. de rescri. † Et ex prædictis ista pars contra legitimationem multum iustificatur.

Ex qua conclusione infertur, primò, quòd institutio quã fecit D. Zacharias de dicto Ioanne Baptista suo filio tanquam legitimato fuit nulla; quia si legitimatio non valet, nec valet institutio, sed habetur pro non scripta, & hæreditas pertinet ad veniẽtes ab intestato. quia si sciuisset legitimationem non valere, illũ non instituisset. Vnde vitiatur institutio; quia defectus fuisse dicitur in causa finali, iuxta l. si pater cum ibi not. C. de hæredi. instituen. ita Castr. in l. eam quam. col. 2. per illum tex. secundum lecturam Azonis. C. de fideicom. & post eum Ias. ibidem. Dec. consi. 176. colum. 2. consi. 288. col. 1. consi. 453. in fin. & consi. 462. col. 1. Cor. consi. 1. col. 10. vol. 3. Crot. in l. qui Romæ. §. duo fratres. col. 7. ff. de verb. obligati. Soc. Iun. consi. 99. nu. 34. vol. 2. Paris. consi. 12. nu. 227.
94 vol. 2. † Secundò infertur, quòd Do. Ioannes Baptista de bonis paternis testari non potuit, cum de suis non alienis quis testari tantũ possit §. disponat. in auth. de nupt. l. verbis legis. ff. de verb. significatio. l. 1. C. de sacrosanc. eccles. cum similibus.

Superest vt hanc partem tenendo contrariis respondeam, quoniam tanto clarior remanebit illis sublatis, meritò ad eorum solutionem me totum accingo.

Ad primum igitur dico, dato quòd Comes in legitimatione sua se referat ad mandatum & petitionem procuratoris, tamen tantum abest, quòd sub verbis supra relatis mandati vel petitionis comprehendatur iste casus, quòd Ioannes Baptista conceptus & natus fuerit ex
95 constituto in sacris, † probatur. Nam quòd attinet ad illa verba mandati, nõ obstante, quòd sit conceptus, & natus ex patre & matre solutis,
96 & ex quocunque illicito coitu pocreatus, † põdero, quòd sicut vna pars alternatiuæ clara declarat alteram eius partem dubiam. l. 1. ff. de reb. dub. sic vna pars copulatiuæ declarat aliam partem dubiam, vt not. ibi Soc. Roma. consil. 231. & post eum Horat. Mandos. plures cumulans, qui se referunt ad illud consilium, & velut notabile sequuntur, quibus addo Rui. cõsi. 61. nu. 8. vol. 2. & Tobiam Nonium consil. 7.
97 nu. 10. † Sed in proposito nostro dicitur in prima parte non obstante, quòd Ioannes Baptista sit natus ex patre & matre solutis, & sic ponitur qualitas parentum suorum solutorum, ideò dum subiicitur in secunda parte, & ex quocunque illicito coitu procreatus: quoniam dubia est, an intelligatur de illicito coitu solutorum vel iunctorum, & coniugatorum, debet intelligi secundum eandem qualitatem, videlicet de procreato ex illicito coitu solutorum, puta quòd essent affines, vnus corruptus, & alter virgo, soluti tamen, non autem de iunctis, vel eorum altero, prout in casu nostro erat dominus Zacharias clericus in sacris constitutus, qui dicitur iunctus matrimonio spirituali cum ecclesia cõtracto, iuxta gl. & alios in c. per venerabilem. qui fil. sint legit. Bero. consi. 163. num. 15. volum. 2. Soc. Iun. consi. 48. num. 10. volum. 4. & supra dictum fuit in primo fundamento.
98 † Confirmatur, nam proprietas & natura copulæ in eadem oratione positæ, vel quæ pendet à verbo in oratione p̃ambula posito est repetere qualitates præcedentes. l. Seiæ. §. Gaio. & ibi Bar. ff. de fund. instruct. Ias. in l. 1. colum. 4. ff. de iust. & iure. vers. An autem per copulam. & in

l. si

l.si à furioso.§.fin. col. 1. ff. si cer. pet. D. meus
Rimin. in l.si de certa. circa med. C. de transa-
ctioni. Corn.consi. 192. vol. 2. Neuiz.consi.72.
num.14. Bero.consi. 185. num. 9. volum. 1. At si
nos intelligeremus etiam de illicito coitu iun-
ctorum contineret diuersam qualitatem præce
99 dentis partis. Igitur hoc dici non debet, † Nec
verbum quocunque, ad id nos trahere debet,
vel inducere: quoniam cum nos agamus de di-
spensatione, quę odiosa est, licet legitimatio sit
fauorabilis, vt inquit Ancb. cons. 241. in prin.
& consi. 427. Corn.consil. 93. vol. 2. Dec. con-
100 sil. 393. col. fin. & cons. 575. num. 7. † stricta
debet in ea ficti interpretatio. c. odia. de reg.
iur. in 6. Confirmatur, nam quoties signum vni
uersale refertur ad verbum præteriti vel pręsen
tis temporis recipit limitationẽ, vt docet Bart.
in l. 1. §. nunciatio. num. 21. ff. de ope. nou. nun-
ciatio. quem cæteri sequuntur, vt Alex. & Ias.
testantur, igitur illa verba. Et ex quocunque il-
licito coitu procreatus sit, debent recipere limi
tationem qualitatis præcedentis de coitu illi-
cito solutorum, cum illud signum vniuersale,
quocunque, referatur ad illa verba procreatus
101 sit, quæ sunt præteriti temporis, † si verò con-
sideramus verba procuratoris petentis legiti-
mari Ioannem Baptistam filium Zacharię sic vt
supra seu aliàs genitum, hoc est natum ex eo so
luto, seu aliter genitum. Et adhuc idem dicen-
dum est, nam cum alternatiuè prolata sint, vt ap
paret ex dictione seu, sequitur, quòd secunda
pars illius dubia, dum dicitur, aliàs genitũ, de-
bet intelligi secundum qualitatem præceden-
tem primæ partis alternatiuæ. d. l. 1. ff. de reb.
dub. & sic quod aliàs genitus fuerit ex solutis
tamen, vt quia in prima parte coitus fuerit sim
plex solutorum, puta laici & concubinę, in se-
cunda verò qualificatus solutorum, puta affiniũ
corrupti & virginis, & id genus. Vnde sic discur
rendo diligenter apparet primum fundamen-
tum cessare super relatione factum: quia non
per hoc comprehenditur natus ex clerico in sa
cris constituto.

102 † Et inquantum dicebatur, quòd expresso
vno casu speciali adiecta clausula generali ve-
niunt omnes alii. c. qui ad agẽdum. de procur.
in 6. paratam habet responsionẽ, quòd veniunt
omnes alii similes expresso, & sic eiusdem simi-
litudinis & naturæ, vt Anch. ibidem tradit, &
Perusi. sicut & Dec. cons. 76. col. fin. vers. Quar
tò etiam, non autem maiores, sicque dissimiles
expresso, vt tenẽt Abb. Imol. Fely. & alii in c. se-
des. de rescript. vbi Felyn. in tertia declaratio-
ne, & Dec. num. 14.

103 † Vnde cum primò fuerit expressum de na-
to ex solutis, & sic quando coitus simplex ema-
nauit inter duos solutos, subiiciẽdo, & ex quo-
cunque illicito coitu procreatus, venit intelli-
gendum de coitu illicito simili tamen expres-
so, videlicet inter solutos emanato, vt cum con
sanguinea siue virgine, non autem inter cleri-
cum in sacris, & sic iunctũ & solutam, hic enim
casus esset maior nedum diuersus non autem
104 similis expresso. † Et licet quando clau-
sula generalis subiecta reperitur cum signo
vniuersali, vt hic, & ex quocunque illicito coi-
tu procreatus, sunt qui dicant maiora expres-
sis includi, vt Imol. in c. 1. col. pen. de Iud. post
105 Ioan. And. in c. 2. de rescript. in 6. † Attamen
Fely. in d. c. sedes. de rescrip. vers. Quarta decla
ratio. contrarium tenet ex supra deductis per
eum in regula per eum firmata de clausula ge-
nerali cum signo vniuersali posita post speciali
ter expressa, quæ restringitur ad similia, non au
tem includit diuersa, maioraque expressis, per
tex. in l. fi. §. cui dulcia. ff. de triti. vin. & oleo le-
gat. vbi si vinum amphorarium, amineum, grę̨-
cum & dulcia omnia legata sint, illa clausula ge
neralis cum signo vniuersali omnia, intelligi-
tur de dulcibus potabilibus, ut erant specifica-
ta superius, & ideo non ueniunt vuæ, ficus, pal-
mæ & caricæ: quia non sunt potabiles, & sic nõ
212 † secundum regulam satis in substitutioninibus notam, quòd semper dici potest, hoc casu non loquitur substitutio, & qui uult dicere substitutionem includere aliquem casum, uel personam, id ostendere debet, ita uoluit Io. Andr. in additio. Specul. in titul. de testam. §. 1. uersic. occurrit. in fin. cum aliis per Soci. ad hoc cumulatis consi. 63. col. 3. uersi. & in primis, uolum. 1. consi. 62. nume. 6. uolum. 3. quem refert & sequitur Socin. Iun. consilio 102. nume. 23. consilio 118. uolum. primo. consilio 4. numero 13. & consilio 64. nume. decimo, uolum. 3. Crauet. consi. 161. nume. 16. consil. 208. nu. 3. Ias. consi. 29. colum. pen. consi. 30. col. 2. uol. 3. Rube. consi. 28. nume. 2. consi. 31. nume. 4. Gozad. consi. 21. nume. 8. consi. 29. num. 13. Paris. cons. 38. uolum. 1. cons. 31. nume. 6. uol. 2. Me-

213 noch. consi. 97. nume. 49. † ubi uult hoc procedere, siue nos agamus de directa, siue de fideicommissaria substitutione, sed ulterius etiam procedit, si diceretur, quòd testator tacitè uoluerit casum, qui contigit includere, uel men-

214 te hoc cogitauerit; † quoniā non sufficit testatorem aliquid uelle, uel mente cogitare, nisi id aliquo modo disponat. l. quidam cum filium. ubi Bal. & Imol. ff. de hæred. instituē. cum similibus ad hoc cumulatis per Soc. Iun. consi-

215 lio 111. nu. 28. uol. 1. † Nec eo uelamēto possunt admitti substituti, quòd dici soleat, substitutionem uulgarem in unum casum conceptā ad alium extendi. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthum. & ibi Bar. & Ias. notab. 2. Bar. in l. 1. col. 3. ff. de uulga. & pupil. quoniam uerba testamenti Zachariæ repugnant huic ex-

216 tensioni, † quæ dicunt (all'hora, & in quel caso) talis enim clausula tunc & eo casu, substitutioni adiecta sic ad casum expressum eam restringit, & limitat, ut ad alium contingentem nō extendatur, sed ea cesset omnino, ita uoluit Anchar. consi. 356. col. 2. ubi dicit, q; dicta uerba uidentur omnes casus excludere, quos complectitur substitutio uulgaris, sequitur Dec. consil. 314. columna secunda, consilio 332. & consilio 433. numero 8. sicut & in l. quamuis. C. de impube. & aliis substitut. & prior eo Romanus ponit cons. 131. & in additione ad eum latius Horat. Mandos. Ioannes de Anna, consilio 66. colum. 3. Bald. pulchrè cons. 57. col. 2. uol. 2. in nouis latè Crau. cons. 98. num. 5. & 6. post Rube. consilio 32. colum. secunda. Ruin. cons. 31. nume. 10. uol. 3. Paris. consi. 92. nu. 10. uol. 2. Gozad. cons. 3. nu. 23. Soc. cons. 5. col. 2. uol. 3. Alban. cons. 1. nu. 17. cons. 21. nume. 3.

consilio vigesimosexto, numero quinto, &
consilio 30. oumero secundo, Rip. in l. 1. nu-
mero 96. ff. de vulgar. & pupillar. Socin. Iun.
consilio finali, ad finem, volumine secundo,
Zanch. in l. hęredes mei. §. cum ita. num. 1049.
ff. ad trebellia. Roland. à Valle consilio 59. nu-
217 mero decimo, volumine tertio, † post Soc.
cons. 259. col. 3. volumine secundo, dicentem,
q huiusmodi dictiones stant taxatiuè, ita quòd
substitutio non extenditur ad alium similem
casum, cum de natura dictionum taxatiuarum
sit excludere alios casus præter inclusum, idem
que tenet Natta cons. 676. num. 4. Tobias No-
nius cons. 12. nu. 7. & alios curiosus lector pote
rit inuenire, qui omnes sequuntur Anchara-
218 num, † licet Ruinus in d. §. & quid si tantum.
nu. 45. contra senserit. & Alciat. lib. 3. de verb.
signifi. axioma. 3. quibus vt longè paucioribus
219 non assentio, † tantoque magis sibi contra-
riis, vt est Rui. in d. cons. 31. nu. 10. volum. 3. &
Alciat. respons. 528. nu. 4. qui tenent cum su-
pra deductis, quibus accedit Boer. decis. 28. co
220 lum. fin. † dicens substitutione facta cum il-
lis verbis, tunc & eo casu, dispositionem testa-
toris non verificari, nisi conditionibus in for-
221 ma specifica impletis, † & Ioan. Duran. de ar-
te testan. tit. 5. caut. 16. ad fin. dicens substitu-
tione facta duobus, si ambo moriantur sine li-
beris, tunc & eo casu &c. extremum diem vtri-
usque hæredis expectandum, nec substitutum
admitti, nisi vtroque hærede sioe liberis mo-
rieote, hæcque conclusio tanto magis confir-
matur: quia testator in substitutione se retulit
ad tempus mortis Ioannis Baptistæ dicendo
(in qualonque tēpo mancasse seoza figlioli) at
si nos extenderemus substitutionem ad incapa-
citatem Ioannis Baptistæ, cum illa semper fue
rit in eo licet viuente longè priusquam mo-
222 reretur, † seqneretur, quòd substitutio illi fa
cta sub vno tempore, scilicet mortis extende-
retur ad aliud tempus, videlicet vitæ, contra
tex. in l. si quis ita, & in l. si mater. §. fi. ff. de vul-
ga. & pupil. & vtrobique ootat Bar. Cast. Alex.
Ias. & omnes Ruin. in d. §. & quid si tantum. nu
223 me. 41. † vbi dicit, quòd conditio restricta
ad tempus, non potest extra tempus purifica-
ri, & idem melius sub num. 83. vbi dicit, quòd
quādo tempus expressum in substitutione nō
est de natura eius, nec inest, vbi non exprima
tur; tunc quia fuit aliter expressum, quàm in-
esset, stat taxatiuè, & aliter statuere non po-
test, ideò extra illud tempus non extenditur,
substitutio iuribus citatis. Sic enim dici potest
in hac substitutione facta Ioāni Baptistæ quan
docunque decederet: mors enim sua non erat
de natura substitutionis, nec inerat, si non
fuisset expressa, sed substitutio pura fuisset, si-
224 ue vulgaris eo non existente hærede, † siue
fideicommissaria eo adeunte, & retenta vna
tantum quarta fuisset grauatus restituere, iux-
ta not. per Bar. Ang. Castr. & omnes in l. Papi-
nianus. §. meminisse. ff. de inofficio. testamen.
& per scribentes in cap. Raynutius. de testam.
meritò dicta substitutio cum expresione tem-
poris mortis suæ facta non debet ad tempus vi
225 tæ suæ porrigi, nec in eo verificari, † & cū
prædictis etiam pulchrè concordat in termi-
nis substitutionis Alciat. respon. 559. colum. 2.
vbi concludit, quòd licet sint aliqui casus, in
quibus licita est extensio, & casus omissus ha-
betur pro expresso, de quibus per doctores in
dicto §. & quid si tantum. & in d. l. 1. ff. de vulg.
226 & pupil. & alibi, † tamen in tempore dicunt
Doctores, quòd nunquam dispositio de uno
tēpore ad aliud trahitur per d. l. si quis ita. vbi
est casus præsentis quæstionis. Et potest esse ra
tio: quia tempus adiectum dispositioni dici-
tur ad eius formam pertinere. authentica quæ
supplicatio. cum glossa in verb. forma. C. de
227 præcib. imper. offer. † à forma autem non
est licitum recedere. lege 1. & secunda. ff. de li-
ber. & posthum. & quòd casus omissus in tem-
pore nunquam trahatur ad expressum, firmant
Imol. Alex. & Soc. in d. l. 1. ff. de vulg. & pupil.
& in aliis locis. ut per Alciatum qui benè de-
seruit casui nostro, qui tanto fortius procedit
228 stantibus dictis uerbis † tunc & eo casu, per
textum in l. vxori vsumfructum villæ. ff. de vsu
fru. lega. vbi videmus legatum villæ vxori reli-
ctum in quinquennium à morte defuncti, &
deinde cōperacto libertis per hæc verba, tunc
eum fundum illis dari volo, mortua vxore in-
fra quinquennium illis interim non deberi vir
tute illius dictionis, tunc, quæ denotat extre-
mitatem temporis, & operatur vt legatum in
illud tempus conceptum in alio non debeatur
sed ad expressum tantum restringatur, ut ibi
signanter tradit Bartolus, quem Ias. & Dec.
sequuntur in l. tertia. C. de institutio. & sub-
stitutio. columna fina. & defendit Ruin. in d.
§. & quid si tantum. sub numero 41. uersi. Et
primò ad textum.
229 † Tertiò, inherendo uerbis testamenti con
sidero, quòd substituti uocati sunt sub duabus
conditionibus, uidelicet quandocunque Io-
anoes Baptista decederet sine filiis, aut non
230 facto testamento, † quæ posteriora uer-
ba in ablatiuis absolutis posita resoluuntur
in conditionem, hoc est, si non fecerit testa-
mentum. l. à testatore, & ibi Bartol. Castren.
& Imol. ff. de conditio. & demonstratio. no-
tant omnes in rubrica ff. soluto matrimonio;
231 † & dictæ duæ conditiones, licet alter-
natiuè fuerint appositæ, nihilominus in con-
iunctam resoluitur illa dictio, aut, ut est tex.
in l. generaliter. & ibi notat Bartolus, Ca-
strens. Alexand. Ias. & omnes. C. de institutio.
& substitutio. si quis enim filio substituerit,
si sine liberis, uel sine testamento decesse-
rit, & ipse liberos sustulerit moriens testa-
mento non facto, uel testamentum fece-
rit moriens liberis non susceptis, substitutis

locum

locum non esse dicit Imperator, sed ita demũ si omnes prædictæ conditiones extiterint, hoc est quòd neque liberos susceperit, nec fecerit testamentum, rationem ponunt Bar. Castr.
232 Alex. & Ias. post antiquos. † Nam cum inter illas conditiones fuerit apposita conditio, si filius grauatus decederet sine filiis, quæ præsumitur apposita fauore filiorum suorum, vt ipsi bona consequantur, si contingat eos existere, glo. in l. filius. §. cum quis. ff. de lega. primò. Si contingat ipsum decedere cum filiis sine tamẽ testamento, si alternatiua sumeretur propriè, liberi eius excluderentur, & substitutus admitteretur; quoniam ad veritatem alternatiuæ sufficit alteram esse veram, quod esset
233 contra voluntatem defuncti, Vnde † ne hoc contingat, alternatiua sumitur pro copulatiua, sic & econuerso, si filius decederet sine filiis, fecisset tamen testamentum, diceretur defecta conditio, licet cesset ratio, de qua supra; quia ista substitutio non debet diuerso iure censeri. Vnde sicut quando decessit cum liberis sine tamen testamento, disiuncta ponitur pro coniuncta, ita econuerso, & ita signanter in terminis huius substitutionis tradit Capra consilio secundo, numero vigesimooctauo,
234 † At Ioannes Baptista fecit testamentum, sicque defecit secunda conditio, licet prior extiterit, meritò substitutionibus locus esse non potest; quia defecta conditione substitutioni adiecta deficit substitutio, vt per Oldrad. consilio vigesimoprimo. Angel. consilio 159. Ancharan. consilio 137. & alii cumulati per Menoch. consilio octuagesimoquinto, numero quadragesimosexto, cum sequentibus, tantoque magis vtraque conditio verificari debuit stantibus illis verbis tunc & eo casu, vt ponit Roman. consilio 138. colum-
235 na prima. † Et licet de bonis paternis Ioannes Baptista testari non potuerit, vt eorum incapax, non inde dici debet intestatus, cum de aduenticiis potuerit testari. Et in testamento Zachariæ simpliciter cauetur, si Ioannes Baptista decesserit non facto testamento non autem si de bonis maternis, vt signanter arguit Fabian. de Monte consi. 149. nume. 35. vol. 1. vltimarum voluntatum.

Nec rectè (meo iudicio) dici potest, conditionem non facti testamenti adiectam substitutioni Ioannis Iacobi nepotis Zachariæ nõ fuisse appositam substitutioni Dominæ Lauræ, & post eius mortem Monti pietatis, & ob id eos admittendos fuisse, dato quòd Ioan-
236 nes Baptista fecerit testamentum. † Nam si uoluisset testator eam in eorum substitutione locum habere, eam expressisset, meritò non est repetenda, vt in simili uoluit Ioannes de Anan. consilio 22. Alexand. consilio 31. uolumine tertio. Ias. in d. l. qui filiabus. nume. 3. & consilio 142. colum. sexta, uolumine secundo. Ruin. Paris. & Socin. Iun. in uariis locis, quos cumulat Menoch. consilio 95. sub nume-
237 ro 81. † namque stat imprimis regula communis, quòd clausula in principio posita est maioris efficaciæ, & potentiæ ad determinandum præcedentia, ut uoluit Bar. in l. quisquis. cum glo. ff. de lega. tertio, & in l. auia. ff. de conditio. & demonstratio. cum similib. de quibus per Ias. loco citato, & in l. pacta nouissima. C. de pact. quibus addo Tobiam Nonium consilio 22. nume. 13. & Anguissolium consilio tertio, in materia feudalium, numero 41. igitur illa conditio non facti testamenti, referri debet ad substitutionem Lauræ & Montis.
238 † Secundò confirmatur. Nam si conditio testamenti non facti non repeteretur, nec alia, si Ioannes Baptista decederet sine filiis, esset repetenda, sicque substitutis esset locus eo decedente cum filiis, sicut si sine, quod esset magnum absurdum, & contra l. cum auus, ff. de conditio. & demonstratio. & l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. meritò debent ambę con-
239 ditiones repeti, † sicut enim cessat repetitio, quando si fieret, sequeretur absurdum, ut not. Abb. per illum tex. in c. ecclesia uestra. de electio. Bartol. in l. talis scriptura. ff. de lega. 1. Dec. post Abb. & alios in c. secundò requiris. nume. 6. de appellat. Ias. in d. l. 1. colum. fina. limitatione decima, ita debet habere locum, & fieri, quando si non fieret sequeretur absurdum gratia illius euitandi, ut contrariorum sit eadem disciplina. l. finali, §. contra quoque. ff. de legat. tertiò.
240 † Tertiò suadetur ex identitate rationis, propter quam censeri debet facta repetitio, ut per Bal. in l. Titius. C. de oper. liber. & ex præsumpta uoluntate testatoris, ut per Bar. in l. Seiæ. §. Caio. ff. de fund. instru. Natta consi. 476. colum. 1. Alexan. consil. 47. colum. 2. uolum. 5.
241 Neuiza. consil. 72. nume. 20. † Nam non alia ratione Zacharias in dimidia substituit Ioannem Iacobum filio sub conditione, si decesserit filius non facto testamento; quia noluit pater illi liberam testandi facultatem adimere. l. stipulatio hoc modo. ff. de uerborum obligatio. ergo dum substituit in alia dimidia Lauram & Montem repeti debet eadem conditio, ne dicatur ei uim testandi abstulisse
242 in ea parte, † imò procedit à fortiori ratio prædicta. Nam si Ioannem Iacobum nepotem ex fratre substituit tantum sub illa conditione, ne priuaret filium facultate testãdi, multo magis Laura, Monsque extranei debent intelligi substituti sub eadem conditione, nõ autem simpliciter; quia non est uerisimile, quòd extraneos prędiligere uoluerit, atque præferre suis agnatis. d. l. cum acutissimi.
243 † Quartò non omitto legatum mobilium, & bestiaminum, quod æqua lance uoluit diuidi testator inter Ioannem Iacobum & Lauram, si Ioannes Baptista decederet sine filiis, aut non facto testamento,

nam si eos æquauit in eo legato minoris ponderis, pariter in substitutione maioris efficaciæ censetur eos æquare voluisse. auth. multo magis. C. de sacrosan. eccles.

244 Quartò concurrit & alia regula, quòd vna pars testamenti per aliam declaratur. l. qui filiabus. in prin. l. si seruus pluriũ. in fi. ff. de leg. 1. l. vtrum. & ibi Bal. & Ang. ff. de pet. hæred. Dec. consi. 515. amplians id fieri, licet declaratio summatur ex alio testamento. Meritò stantibus tot fundamentis dubium non est substitutionem Lauræ ac Montis censeri factam sub eadem cõditione nõ facti testamẽti per Ioan-
245 nem Baptistam, † sed & aliud particulare subiicio respectu Montis Lauræ substituti, & monacharum Conuertitarum sanctæ Luciæ, & sancti Rochi substitutarum Ioanni Iacobo. Nam conditio posita in prima substitutione censetur in sequenti repetita, ne plus iuris trãslatum videatur in secundum substitutum, qui censetur minus fuisse dilectus à testatore, ꝙ in primum, quem testator præsumitur magis dilexisse, ita voluit Oldra. cons. 141. quem sequitur & plenius confirmat Roland. à Valle cons. 82. nu. 29. vol. 3. At si conditio non facti testamenti posita Ioanni Iacobo primo substituto non censeretur repetita Monti, & dictis Monialibus secundo loco substitutis, plus iuris haberent Io. Iacobo primo substituto ac eis prædilecto. Ideo ne sequatur hoc absurdum repetitio locum habere debet.

246 † Et ad consilium Ioannis de Ana. 22. suorumque sequacium, qui dixerunt, qualitatem masculinitatis adiectam verbo filiorum in vna parte testamenti non esse repetendam verbo filiorum simpliciter in alia parte testamenti
247 prolato. † Quoniam non desunt infiniti quoque secus tenentes, vt Abb. consi. 37. colum. fi. vol. 2. Cuma. consi. 117. Curt. cons. 52. col. 5. vers. secundò in terminis. Ias. sibi contrarius cons. 69. in fin. vol. 3. cons. 137. col. 8. vol. 4. sicut & Rui. consi. 83. in fin. cons. 99. nu. 9. vol. 2. & alibi tam ipse quàm plures alii cumulati per Menoch. in d. consi. 95. nu. 81. & per Tobiam
248 Nonium cons. 36. nu. 17. † misis variis distinctionibus doctorum, secundum quas opiniones contrariæ conciliantur, quas ponunt Menoch. & Nonius locis citatis ad casum nostrũ
249 non conferentes. † Illa mihi placet ad rem deseruiens, vt quando militat eadem ratio, pars vna declaretur per aliam, sicque repetitio fiat, aliàs secus, vt egregiè voluit Dec. cõs. 480. col. 2. Soc. Iun. cons. 103. nu. 55. vol. 1. & consi. 160. num. 37. volum. secundo, Alban. consilio 23. numero sexto, hic enim militat eadem ratio facultatis testandi filio relictæ, sic in substitutione Lauræ, Montisque, sicut Ioannis Iacobi, vt supra declaraui, meritò repetitioni locus esse debet dictæ conditionis testamenti non facti.

250 † Sextò & vltimò, quòd substitutis non sit locus adducor ex doctrina Bart. in l. fina. col. 2. num. 8. ff. de his quib. vt indign. vbi loquens de spuriis indignis non culpa sui, sed patris, quia alieno vitio laborant, qualis erat Ioannes Baptista natus ex constituto in sacris, concludit bona eis relictis remanere penes hæredes scriptos, vel venientes ab intestato, de substitutis autem nihil dicit, ergo cum hic non adsint alii hæredes instituti præter spurium, sequitur eo remoto venientes ab intestato venire, & ex his hæc opinio remanet optimè iustificata, quã tenendo non obstant cõtraria.

251 † Namque ad primum respondetur, quòd procedere posset, vbi vulgaris contenta in compendiosa non fuisset restricta, prout fuit per illa verba, tunc & eo casu, nam non extenditur de vno casu ad alium, neque de vno tempore ad aliud tempus, sed ad expressum restringitur. quare substitutio facta Ioanni Baptistæ, si decesserit sine filiis, & sic quòd morte desinat habere bona, non debet habere locum eo existente bonis indigno, & eorum incapace, prout latius in secundo fundamento deduxi.

Ad secundum respondetur negando, quòd secunda conditio non facti testamenti fuerit purificata. quoniam Ioannes Baptista fecit testamentum, vt in tertio fundamento deduxi,
252 † & cum natura conditionis sit ad merum factum respicere. l. qui hæredi. l. Mæuius. ff. de cond. & demonst. Ceph. consi. 46. numero 44. post Cuma. & Imol. in l. filiusfamilias. §. cum quis. ff. de leg. primo non est curandum, an respectu bonorum patris testari potuerit, vel non, cum potissimè Zacharias in suo testamento non dixerit, aut non facto testamento de bonis ipsius, vt animaduertit Fabia. de Monte in allegato consilio 149. numero 35.
253 volumine primo, vltimarum voluntatũ. † Et ad consilium Soc. 93. volumine tertio, motum ex. §. ꝙ autem inst. de legit. agna. tutel. debet aduerti, quòd bene dicitur intestatus quò ad quid, qui de illo potuit disponere, & non disposuit, vt de tutela dicit ille tex. quòd intestatus dicitur, qui quantum pertinet ad tutelam intestatus decessit, sed non inde infertur, quòd intestatus dicatur eo quoque respectu si fuit testatus, sed inualidè, prout in casu nostro, & licet Socinus velit id esse verum per extensionem de casu ad casum, tamen hæc extensio cessat in casu nostro propter restrictionẽ factam ex uerbis, tunc & eo casu.

254 † Ad tertium respondetur, non esse verum, ꝙ si testator credidisset filiũ incapacẽ esse, statim vocasset substitutos, imò stat in contrariũ decisio Castr. clara satis in d. l. eam quam, qui dicit, quòd hæreditas pertinet ad venientes ab intestato: quia si credidisset testator legitimationem non valere, ipsum non instituisset, nec abstulisset hæreditatem venientibus ab intestato, & sic illi eam habent ex tacita voluntate

255 luntate defuncti. † & tex. in d. §. Lucius. & in d. l. tale pactum. §. fi. cum ibi notatis non ita passim procedunt, sed quando aliquid fuit expressum, ex quo voluntas illa testatoris deprehenditur, secus quando casus fuit omissus; quia pro omisso habetur, vt per Bal. in l. vnica. C. de his qui ante apert. tabul. Dec. consil. 89. colum. penul. Rube. cons. 68. colum. fina. At de Laura, Monte, & aliis admittendis casu quo Ioannes Baptista esset incapax, nullibi constat mens testatoris, imò repugnant verba tunc & eo casu, superius præmeditata, ergo cessat illa regula.

256 † Ad vltimum, quòd pro religione, piaq; causa iudicandum sit, respondet Asinius in d. l. sunt personæ; quòd in dubio procedit, & est intelligendum, secus si aliter apparet; quia tūc etiam stricta ratio debet attendi contra eam; Nam cum sit adiutrix, & cultrix Iustitiæ, non patitur, neque vult aliquid contra iuris rationem etiam pro se fieri, vt dicitur in cap. primo.

257 §. sed diuersum. de alien. feud. † nec debet ecclesia ditari cum aliena iactura. c. suam. vbi Doctor. de pen. imò debet omnibus prodesse, nemini nocere. c. denique. 13. q. 5. Quare locus esse debet venientibus ab intestato, non autem substitutis, posito quòd inter eos sint ecclesiæ, vt moniales, vel pia causa, vt Mons Pietatis, cum appareat, qualis fuerit voluntas testatoris, qui se restrinxit ad casum expressum, & alium, qui contigit prorsus omisit. Et ita tandem in hac consultatione concludo, quæ laboriosa fuit ex multis articulis in ea concurrentibus.

*Hippoly. Rimin. Ferrar.*

## Pro Domino Bonauentura Camerlengo.

### ARGVMENTVM.

Quando sententia mera interlocutoria dici possit breuiter & pulchrè declaratur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Sententia super liquidatione dicitur interlocutoria.*
*Et quidem mera. 15.*
*Sed contra si lata sit post sententiam dationis in solutum. 2.*

3 *Statutum casum mixtum non comprehendit.*

4 *Interlocutoria mera vel habēs vim diffinitiuæ quomodo cognoscatur.*

5 *Sententia quæ diffinit totam causam principalē vel aliquam eius partem substantialem dicitur habere vim diffinitiuæ.*

6 *Sententia diffinitiua dicitur illa quæ dirimit negocium per verba condemno vel absoluo.*

7 *Interlocutoria dicitur habere vim diffinitiuæ quando non expectat aliam sententiam post se cuius exempla ponit auctor.*

8 *Interlocutoria mera dicitur quæ nullam habet mixturam cum diffinitiua.*

9 *Merum dicitur quod est abstractum à natura cuiuscunque alterius: vnde merula auis dicta.*
*Et merum vinum cui aqua non est admixta.*

10 *Merum idest solum & purum.*

11 *Meram pœnam dicimus, quæ nullam rei persecutionem habet.*

12 *Merum aurum in quo nihil sit alterius metalli.*

13 *Declaratio nihil disponit de nouo.*

14 *Iudicari debet in dubio appellationem non esse desertam.*

## CONSILIVM CC.

### *Auxilium meum à Domino.*

LATA fuit sententia contra Dominum Bonauenturam Camerlengum ad rem & ad damna & interesse illorum de Belleris liquidanda in executione, postea per aliam sententiam fuerunt liquidata vsque ad certam summam, in qua dictus Camerlengus fuit condemnatus, à qua sententia liquidationis appellauit, tandemq; fuit oppositum, appellationem esse desertam, & inde emanauit relatio Notarij dicentis esse desertam, quatenus appellatum fuerit à mera interlocutoria, si verò à diffinitiua, aut habente vim diffinitiuæ non esse desertam. Quaeritur, ergo quid iuris.

1 ET pro prima parte relationis facit decisio Baldi per illum textum in l. fina. C. de senten. quæ sine certa quanti. quem sequitur Perus. in c. cum cessante, nu. 50. de appellationi. qui dicunt quòd sententia super liquidatione instrumenti, vel sententiæ est interlocutoria, puta pronuntio dotem nō esse liquidam: cum enim non addant, habens vim diffinitiuæ, intelligi debent in dubio de mera interlocutoria loqui.

2 In contrarium verò multa sunt, quę me mouent. Primò, authoritas Butrii consil. 6. incipiente sententia, vbi pluribus rationibus concludit, sentētiam liquidationis latam post sententiam dationis in solutum esse interlocutoriam habentem vim diffinitiuæ, & quæ magis eius naturæ accedit, quàm meræ interlocutoriæ, & ob id vult tempora ad appellandum ab ea seruanda esse, quę à statuto præfiguntur in

3 diffinitiua, † aut recurrendum esse ad tempora iuris communis tanquàm simus in casu mixto à statuto non comprehenso, iuxta notata. l. 2. in prin. ff. de verb. obligatio. secundum quod tempora latius patent, auth. hodie. C. de appe. & in finalibus uerbis consilii dicitur fuisse allegatum in simili causa, & obtentum contrarium, non tamen sunt uerba Butrii, vt patet

tet ex nomine ſuo paulò ante annotato,ſed al-
terius qui cõtra ius ſententiã contrariã repor
tauit, vt ex rationibus Butrii patet, ex quibus
4 opinio ſua eſt valde probabilis, † vltra quòd
illud conſilium refert, & ſequitur Fely.in ru-
brica de re iudic.col.pen.vbi poſt multa dicit
ad cognoſcendum, quæ dicatur mera inter-
locutoria, vel habens vim diffinitiuę pro ge-
nerali cognitione recurrendum eſſe ad illud
conſilium, & ſic illud approbat,vt iuri conſo-
num & æquitati.

5 † Quod etiam vt magis eluceſcat confirmo;
quoniam vbicunque ſententia diffinit in totũ
cauſam principalem, vel aliquam eius partem
ſubſtantialem dicitur habere vim diffinitiuæ;
ita Bal.in l.1.C.quando prouoc.col. 5. verſic.
Denuo quæro. per l. intra ntile.ff.de minori.
ſequitur Alexan.in rubr. ff.de re iudic.colum.
fin.Ripa in l.quod iuſsit.nu.27.ff.eod. Fely.in
d.rubrica colum.3.in princ.Aret.conſil.20. in
prin. Speculum aureum in tertia & vltima par
te.6.partis.nu.44.ſed in hoc caſu ſumus; cau-
ſa enim principalis erat etiã in his damnis &
intereſſe,quæ diffiniuit hæc ſentẽtia, ergo &c.

6 † Secũdò moueor: quia ſecũdũ diffinitionẽ
Azo.in ſumma.C. de quomodo & quãdo iud.
quem ſequitur Angel.in §.reſponſa prudentũ.
Inſti.de iure natur. & latius Rip.in d. rubrica.
ff.de re iudi.colum.fin.illa dicitur diffinitiua,
quando dirimit principale negocium per ver-
ba condemno, vel abſoluo, ſed ita eſt hic, nã
principale negocium damnorum & intereſ-
ſe dirimitur, & per verbum condemnamus,
ergo diffinitiua dici debet aut ſaltem vim dif-
finitiuæ habere.

7 † Tertiò ſuadetur, tunc enim dignoſcitur
interlocutoriam habere vim diffinitiuæ, quan
do non expectat aliam ſententiam poſt ſe, vt ſi
pronuncietur non eſſe reſpondendum libello
inepto, iudicem eſſe incompetentem, aut ſu-
per taxatione expenſarum, ita Ioan.And.But.
Abb.Imol. & Peruſi. colum.4. in d.cap. cum
ceſſante.Rip.in d.l.quod iuſsit. num. 27.& no
tatur in addirioni.ad deciſ. Tholoſ.48. ſequi-
tur Speculum anreum loco ſuperius memora-
to,nu.42. ſed hæc eſt talis, ergo dicitur habe-
re vim diffinitiuæ.

8 † Quartò moueor; vt enim hæc appellatio
deſerta ſit, oportet hanc ſententiam eſſe me-
ram interlocutoriam, vt relatio dicit, ſed illa
dicitur mera interlocutoria, quæ nullam ha-
bet participationem vel mixturam cum diffi-
9 nitiua, † id enim eſt merum, quod à natura
cuiuſcunque alterius eſt abſtractum. l. ſi ſic.in
princ.& ibi per Ang. ff. de leg.1.& in l.Impe-
rium.ff.de iuriſd.om.iudic. vbi Dec.nu. 23. &
ibi latius confirmaui nu. 295. poſt Vaconium
à Vacuna lib. 6. declara. cap. 121.vbi merum
appellat, quod eſt ſolũ. Vnde merula auis di-
cta eſt, & merum vinum, cui aqua non eſt ad-
mixta,& merum imperium dicitur ad differẽ
10 tiam mixti, † & vt inquit Gillor.in trac.de iu-
riſd.& imperio.lib.1.cap. 6. circa finem, merũ
ideſt ſolum, & per translationem purum, cum
quo reſidet Petr.Lorior.in trac.de Iuriſdictio-
ne & imperio. axiomate quarto, & Franciſcus
Hotomanus in commentario verborum iuris
11 † comprobans ex eo,quòd meram pœnam di-
cimus, quæ nullam rei perſequutionẽ conti-
neat.l. 1.in fin.ff.ſi quis iuſdic.merum iuſgen-
tium quod ab alio iure ciuili ſeparatum eſt.l.
bona fides.ff.depoſ. merum prętoris officium
purum.l.quinta. in princ.iuncto uerſic. conuẽ
tionalis.ff. de verbo. obligatio. meram ratio-
nem, quæ ciuilibus præceptis non eſt coniun
12 cta.l. ſi quis fortè.ff.de pęn. † Hinc & Feſtus
ait,merum pro puro, hoc eſt nullius alterius
rei mixturam habente ſummi, vt merum au-
rum, in quo nihil ſit alterius metalli,teſte Pli-
nio lib.33.cap.primo.mero auro decorabant,
ſic meras nugas, in quibus nihil eſſet Serii,
Cicero appellat ad Atticum libro ſexto, alia-
que id genus ponit Fernand. Vaſquius libro
primo controuerſiarum Illuſtrium cap. 4. nu-
mero 2.& Lexicõ Iuriſ. verbo Merum,& Aret.
d.conſil. 20. ſed hæc ſententia mixturam ha-
bet cum diffinitiua reſpectu damnorum &
intereſſe liquidatorum, de quibus illa dicebat
ergo mera interlocutoria dici non poteſt,& ſic
nec appellatio deſerta.

Quintò confirmatur; agitur enim per hanc
ſententiam de declarando quantitatem dam-
norum & intereſſe minimè in diffinitiua ex-
13 preſſam.† Declarationis autem natura eſt nõ
in diſponendo de nouo, ſed vt trahatur rętro
ad primum actum, ita vt retro dicatur facta.l.
hæredes palam.§.ſed ſi notam. ff. de teſtamen.
in verſ.vel ſumma. Hinc Caſtr.ibi dicit, quòd
Papa multoties facit declarationes circa gra-
tias ab eo factas, quæ valent & præindicant
eis, quibus erat ius quæſitum,quaſi illud quod
declaratur à principio dictum fuiſſet, quo ca-
ſu non fuiſſet ius quæſitũ alteri. ſequitur Dec.
in l.edita, num.49.C.de eden.conſi.229.in fi.
Ruin.conſi.76.nu.10.volum.5.hæc ergo liqui
datio damnorum & intereſſe, per quam de-
claratur quantitas eorum ſi retro videtur facta
tempore diffinitiuæ,pars eius cenſetur nõ au-
tem mera interlocutoria,& ſic à diffinitiua ſe-
parata prorſus dicitur.

14 † Poſtremò illud protritum accedit, iudicã
dum eſſe de ipſa, vt de habente vim diffiniti-
uæ potius, quàm de mera interlocutoria,vt ſic
appellatio non ſit deſerta;ſic enim vtrique par
tium conſuletur, & neutrius ius tolletur,vt tra
dit Caſtr.Alexan. & Iaſ.in l.1. ff. ſi quis caut.
Dec.conſi.49. conſi.439. & conſil. 524. deciſ.
Neap.373. in fin. Do.meus Riminaldus con-
ſil.90.num.17.

15 † Et ita tenendo non obſtat deciſ.Bald.in
d.l.fin.ibi enim illa ſententia non tangit me-
rita,neque ea diffinit,aliamque poterat expe-
ctare

ctare post se, vt tex. supponit in princ. ibi quæ accepisti solue, nam postmodum accepta probanda sunt & super eis iudicandum, ergo nimirum, si interlocutoria dicitur etiam mera, licet hoc verbum Bald. non addat, secus hic vbi tangit merita, & aliam non expectat post se.

*Hippoly. Rimin. Ferrar.*

## Pro D. Francisca de Guadagnis.

### ARGVMENTVM.

Tractat de materia nouationis, quæ nec ope exceptionis inducta dicitur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Nouatio hodie inducitur saltem ope exceptionis in casibus in quibus olim tacitè inducebatur. exemplum dat Bartolus. 2. & communem putat Fulg. 3. & Soc. 4.*
*Sed contra longè plures. 8.*
*Et magis communis opinio. 10. 12. & tenenda. 14.*
5 *Nouatio non inducitur per adiectionem temporis etiam ope exceptionis. 9.*
6 *Dictio nihil, est vniuersalis negatiua.*
7 *Dictio penitus, deuotat omnino.*
10 *Bartolus in l. Valerianus. ff. de præt. stip. communiter reijcitur. 13.*
*Licet vsque ad sua tempora videretur esse communis opinio sua. 12.*
11 *Nouatio laudi non dicitur inducta per prorogationem termini.*
15 *Nouationem hodie ex manifestis coniecturis induci.*
*Secus vbi non apparent. 16.*
16 *Præsumitur nemo recedere à securiori via.*
17 *Inducta ad vnum finem non debent contrarium effectum operari.*
18 *Nouatio facta non videtur nisi expreßè agatur.*
*Nec vbi quid distinctum adijcitur. 19.*
20 *Iuramento actio prima non extinguitur.*
*Idq́; venit accumulatiuè non extinctiuè. 21.*
22 *Nouatio facta in dote demum valet si sit vtilis mulieri.*
23 *Laudum per tres arbitros latum redigitur ex statuto ad instar sententiæ quæ transiuit in rem iudicatam.*
24 *Transigi non potest post rem iudicatam nisi negetur iudicatum esse vel sit dubium.*
25 *Nouatio quid sit.*
26 *Promittens quid cum iuramento cadit à commodo non seruando.*
27 *Debitor molestari non potest pendente secunda dilatione sibi data.*
28 *Glossa in l. 2. ff. de noua. declaratur per auctorem.*
29 *Intellectus Glossæ in l. Valerianus. ff. de prætor. stipul.*
*Et per Fulgos. suppletur. 30.*

## CONSILIVM CCI.

*Auxilium meum à Domino.*

*SVPERIORIBVS annis facto compromisso inter magistrum Bernardinum Paresinum ex vna, & dominam Franciscam eius filiam vxorem magistri Ludouici de Guadagnis occasione dotis, quam petebat ab eo, latum fuit laudum per tres Arbitros concorditer, in quo condemnatus fuit dictus Paresinus ad dandum dictæ Franciscæ & eius viro lib. 200. ex causa dotis, & cum in executione laudi opponeret ipse de paupertate, nec teneri nisi in quantum facere posset, tandem non obstante dicta exceptione promisit dicto Ludouico & Franciscæ soluere dictas lib. 200. infra terminum quatuor annorum & pro tribus vltimis annis lib. Octo. quolibet anno pro interusurijs, & iurauit in fine instrumenti omnia & singula esse vera, attendere, & obseruare, demum elapsis quatuor annis nec facta solutione dicti coniuges coram domino Vicario Potestatis Ferrariæ petierunt executionem dicti laudi, opponit autem Paresinus factam esse nouationem laudi ex dicto instrumento, & ideo ex eo, non ex laudo agendum esse. Videndum est ergo, quã nam partes futuræ sint domini Vicarij super hac oppositione.*

1 ET † prima consideratione dicendum videtur, inductam esse nouationem saltem ope exceptionis, nam vt declarat Bar. & Ang. in l. 2. ff. de nouat. in casibus in quibus olim fiebat nouatio tacitè, hodie inducitur saltem ope exceptionis. Sed olim per adiectionem diei factam posteriori obligationi nouatio inducebatur. §. preterea. in fin. insti. quib. mod. tol. oblig. ergo &c.
2 † Secundò hoc tradit glo. & Bar. in l. Valerianus. nu. 4. ff. de prætor. stipulatio. si enim promissi tibi dare decem in foro Maii, postea promissi tibi dare decem in foro Augusti, vtique non poteris agere ex prima stipulatione: quia dicitur nouata ope exceptionis, & Bart. sequitur Crau. consi. 167. nu. 12. volens, quòd ubicunque in secunda promissione apponitur longior terminus, censeatur facta nouatio primæ, citatque etiam Alex. & Mod. in l. qui
3 bis idem. ff. de verbo. obliga. † & ab hac opinione tanquam communi dicit non esse recedendum Fulgos. consi. 130. Mathæus. in fin. & secundũ illam consuluit Barb. consil. 86. lib. 4.
4 Corn. consil. 33. colum. 3. volum. 2. † & esse communem testatur Socin. in l. qui vsumfructum. ff. de verbo. obligat. sicut & Dec. consil. 400. in fin. eamque postremò tenet Cephal. consil. 66. num. 22. & Bero. consil. 205. numero 14. volum. 3.
5 † Istis tamen non obstantibus arbitror veritatem esse in contrarium, quòd enim non sit inducta nouatio etiam ope exceptionis per

istam

istam adiectionem temporis in hoc instrumen
to factam, est text. in l. fina. C. de nouatio. ibi.
seu tempus addiderit. iunctis sequentibus ver-
bis, ibi. nihil penitus prioris cautelæ inno-
uari, sed anteriora stare, & posteriora illis in-
crementum accedere, nisi ipsi specialiter re-
miserint priorem obligationem, & hoc expres-
serint, quòd secundam magis pro anteriori ele
6 gerint. † Vnde ponderando illam dictionem
nihil, quæ est vniuersalis negatiua. l. si is qui
7 200. ff. de reb. dub. §. vtrum. † Item illam peni-
tus, quæ importat omninò, vt in l. 1. C. de gla-
diato. lib. 11. & iuncta cum negatiua importat
nullo modo. l. in naue Saufelli. in vers. omni-
modo. & ibi glo. ff. locat. l. grecè. §. illud. & ibi
glo. ff. de fideiussori. sequitur, quòd d. l. fin.
vult per adiectionem temporis nullam fieri no
uationem indistinctè, & sic nec ipso iure, nec
8 ope exceptionis, † & hanc opinionem tenet in
primis Iacob de Beluis. in disputatione incip.
In Christi nomine, cauetur lege municipali,
idemque Cyn. Iacob. Butrigar. Saly. & Fulgos.
clarè in d. l. fin. quia aliàs illa lex esset imposita
verbis & non rebus, contra. l. 2. C. communia
de legat. idemq; tenet Rayn. & Alberic. in l. si
pacto quo pœnam. C. de pact. & Guliel. de Cun.
in l. rescriptum. §. si pacto. & ibi Bal. ff. de pact.
& sentit Bar. in l. certi condictio. §. si numos.
col. fin. ff. si cer. pet. & in consilio incip. Titius
9 promittit, † & expressè Cuma. Imol. & Cast. in
d. l. Valerianus, & idē Imol. in l. delegare. ff. de
nouationi. & latè tradit Alex. in d. l. qui vsum-
fructum. colum. penul. sic ponderans d. l. fin. vt
per me supra, & consilio 9. visis dispositioni-
bus, colum. 3. versic. eodem modo respondeo.
consilio 12. visis, & consideratis. columna ter-
tia, versic. Tertiò respondeo. volum. 2. con-
10 sil. 58. uisis vol. 6. † vbi dicit, quòd magis
communis opinio est contra Bartol. in d. l. Va-
lerianus. idemque tenet consilio 72. colum.
fin. eod. vol. & consil. 173. colum. pen. vol. 7.
idemque tenet Maria. consi. 21. colum. secun
11 da, volum. 1. † & in laudo propriè, quòd per
prorogationem termini, seu dilationem lon-
gioris temporis postea concessam, non censea
tur inducta nouatio dicti laudi, tenet in termi
nis Soc. consi. 89 colum. 3. versic. sed contra
12 hanc conclusionem. volum. 3. † dicens hanc es-
se magis communem opinionem, quòd nec
ipso iure nec ope exceptionis dicatur inducta
nouatio, nisi expressè sit dictum, & in hac etiā
parte residet Curt. Iun. in l. lecta. num. 9. ff. si
cer. pet. dicens quòd licet vsque ad tempora
Alex. opinio Bar. in d. l. Valerianus. fuerit ha-
bita pro communi, tamē ab Alex. citra tenetur
opinio contraria tanquam communis, quam
etiam tenet Ias. secundum eum in l. singularia.
circa med. ff. si cer. pet. quia retenta illa opi-
nione Bar. d. l. fi. redderetur elusoria, hocque
etiam perpendit Dec. ibi secundum eum, pro-
ut in ueritate Dec. hoc ibi tenet & conclu-
dit nu. 12. idemque tradit ipse Dec. in d. l. sin-
13 gularia. † & in l. pecuniam, quam in fin. eod.
tit. vbi dicit communem opinionem hodie es-
se contra Bart. & secundum hanc partem tan-
quam communem, vt testatur, consuluit Grat.
respons. 89. colum. 2. volum. 1. & ita esse magis
communem etiam firmat Rip. in l. 2. §. si ex cō
uentione. nu. 8. ff. de re iudic. Gozad. consi. 38.
Bertrand. consi. 188. colum. fin. volum. 1. Barb.
consil. 37. colum. 8. versic. & si dicatur. vol. 1.
Purpur. in l. certi condictio. §. si numos. col.
10. ff. si cert. pet. Sigismund. Losred. consil. 18.
14 colum. pen. † & alios id genus, sicut & mul-
tos ex prædictis cumulat Anton. Gabriel. in
suis conclusionibus libro tertio, de nouationi.
conclusione prima, nu 56. vbi concludit hanc
opinionem tanquam magis communem esse
tenendam. Ex quibus apparet in quantum
errauerit Dec. in d. consil. 400. in fin. uolens
aliam partem esse communem. quia longè plu
res adsunt pro ista parte, & vltra tex. rotundus
in d. l. fin.
15 † Et licet Doctores velint ex manifestis cōie
cturis induci posse nouationem, quod etiam
latè firmat decisio Neap. 44. num. 15. quia ex-
pressè dicitur fieri etiam si ex coniecturis appa
ret, secundum Ang. in §. si verò expressim, in
auth. de hæred. & Falcid. & ita satisfactum di-
citur legi si. requirenti, quòd nouatio fiat ex-
pressè secundum eam, idemque tradit Cyn. in
d. l. fi. Imol. in d. l. delegare. ff. de nouatio. Alex.
consi. 73. colum. 1. volum. 2. & latius confirmat
16 Menoch. consi. 5. nu. 11. & seq. †. Tamen non
video hic manifestas coniecturas pro nouatio
ne, immo potius contra; nemo enim est tam
mentis inops, quòd magister Ludouicus, &
eius vxor propter timorem inopiæ allegatæ
per istum Paresinum voluerint per prædictam
simplicem transactionem nouare priorem ob-
ligationem ex laudo, & ab ea securiori, vt ha-
bente executionem paratam ex statuto de cō-
promissis, recedere, & illam transfundere in
secundam huius instrumenti minus tutam, &
cuius longior futura erat exactio, ita arguit in
simili casu Maria. Soc. in d. consi. 21. colum. 2.
in fin. & sequen. in princ.
17 † Sed vltra accedit; quoniam ista secunda
conuētio videtur fuisse facta in fauorem isto-
rum coniugum, videlicet ad tollendam illam
exceptionem allegatam de paupertate, & q
exactio fieri deberet ea non attenta, ergo non
intelligitur priori obligationi ex laudo dero-
gatum per eos: quia inducta ad vnum finem
non debent contrarium effectum operari. l. le-
18 gata inutiliter. ff. de leg 1. † nec nouatio fa-
cta videtur, nisi expressè agatur d. l. fin. C. de
nouatio. ita arguit Dec. consil. 97. col. 2. nu. 5.
Vnde patet, coniecturas non adesse ad indu-
cendam nouationem, imò potius ad tollendā.
Secundò, quòd non dicatur hic inducta no-
uatio, posito etiam quòd aliàs induceretur
saltem

saltem ope exceptionis, considerandum est, quòd in hoc instrumento non tantùm idem
19 promissum fuit, de quo in laudo, †sed aliud distinctum, videlicet octo quolibet anno in rationem quatuor pro centenario, quo casu non dicitur inducta nouatio etiam ope exceptionis, tradit hoc Angelus in d. l. Valerianus, & sequitur Marian. in d. consilio 21. columna tertia.

Pręterea accessit in hoc instrumento iura-
20 mentum Paresini, † per quod non extinguitur prima actio, nec tollitur, immo durat, & ei additur & accumulatur alia ex ipso iuramento secundum glo. notabilem in l. qui iurasse. §. fin. ff. de iureiurand. Vnde si Paresinus allegat nouationem ex isto instrumento, in quo adest iuramentum suum, potius corroborat partem
21 nostram, † cum iuramentum veniat accumulatiuè non extinctiuè ad primam obligationem & actionem, ita concludit egregiè Ias. in materia nouationis consilio 16. colum. fin. volum. primo. Quinimò etiam si constaret factam esse nouationem, quòd est plus, tamen dicendum esset, eam non valere in casu nostro,
22 in quo agitur de dote, † nam demum nouatio facta in dote valet, si sit vtilis mulieri, argumento. l. ita constante. ff. de iure dot. per quam ita tradit Socin. Iun. consilio 141. numero 17. volumine primo. Sed ista obligatio secunda non satis fuit vtilis huic Francescæ, & eius viro. Calciolario: longè enim plus lucratus fuisset ex arte sua singulo anno quàm quatuor pro centenario, quæ promisit ei dictus Paresinus. Vnde quando esset etiam inducta nouatio, super ea tanquam nulla & in-
23 ualida fundamentum fieri non potest, † sed vltra considerandum est, quonam pacto Paresinus fundat intentionem in hoc instrumento: clarum est enim, quòd ex statuto de compromissis columna sexta, laudum latum per tres arbitros concorditer redigitur ad instar sententiæ quæ transiuit in rem iudicatam, ita quòd tollitur appellatio, & omne remedium
24 contraueniendi, † sed post rem iudicatam à qua non datur appellatio, non potest transigi, nisi negetur iudicatum esse, vel dubium sit, vtrum sit iudicatum, casus est in l. & post rem. in l. post rem. ff. de transactio. & vtrobique notât Doctor. ergo exceptio nouationis fundata super hoc instrumento transactionis
25 inualido corruit. † Cum enim nouatio sit prioris obligationis in aliam transfusio. l. 1. ff. de nouationi. si secunda obligatio non valet, transfusio fieri non potest, & subinde nec nouatio, ideò prior obligatio firma debet remanere, ita arguit Grat. respons. 123. colum. fin. nu. 17. 2. volumi.
26 † Præterea cum Paresinus in hoc instrumento promiserit cum iuramento, soluere tempore limitato, nec illud seruauerit, cecipit ab omni commodo dicti contractus, & instrumenti. per l. si quis maior. C. de transactio. & ibi notant omnes scribentes. Vnde tota res ad laudum redigitur, & ex his vnum cessat, quod inquit Anton. Gabriel. in d. conclus. prima, de nouation. num. 64. post Alex. consilio 73. columna tertia, volumine sexto, Imol. & Castr. in d. l. penul. de prætor. stipula-
27 tio. † quòd licet non fiat nouatio per vlteriorem dilationem datam debitori, tamen ille non potest durante dilatione secundo data molestari ex prima obligatione non virtute nouationis, sed virtute cuiusdam prorogationis, nam Paresinus habuit commodum dilationis, nec ea pendente fuit inquietatus.
28 † Et tenendo hanc partem non obstant, quę tradit Bart. post glos. in d. l. secunda. ff. de nouat. quia, vt ex prædictis constat, doctores omnes dicunt contrarium, nec glos. illa illud dicit, ad quod allegatur per Bart. ibi, sed intentio sua fuit dicere, quòd si hodiè tacitè ageretur fieri nouationem, puta ex aliquibus coniecturis, tunc si ageretur ex prima obstaret exceptio, non autem debet intelligi, quòd in omnibus casibus, in quibus olim fiebat tacitè nouatio, hodiè fiat ope exceptionis, ita illam glos. declarat Alexand. in d. consilio 72. columna fin. volumine sexto, & subdit, quòd etiam ita declarat glos. magna clarius loquuta in d. l. Valerianus, vt ex ea patet in vers. non tamen. ad quam me remitto breuitatis causa.
29 † Non obstat insuper glo. in d. l. Valerianus, & Bar. ibi in exemplo, de quo per eos: quia suppleri debent, & declarari, vt per Fulgos. eleganter in d. l. fin. qui dicit, intelligendam esse illam glo. & Bar. quando in secunda promissione facta de soluendo decem in foro Augusti cõuentũ fuisset de reddendis primis instrumentis, in quibus promissa fuerant decem in foro Maii, tunc bene agitur, vt à prima obligatione discedatur, & sic dicitur constare
30 ex coniecturis de nouatione facta. † Et hanc suppletionem facit Fulgos. ad glo. in d. l. Valerianus. ex alia glos. quæ in simili exemplo loquitur in l. 2. C. de nouationi. vbi dicit, quòd si idem pluribus nundinis à te stipuletur faciendo noua instrumenta, & conueniendo de reddendis primis instrumentis, vtique dicitur tacitè agi nouatio, neque agendum est ex omnibus, adducit d. l. Valerianus. Vnde sic patet glos. ibi declarare dicta per eammet in d. l. Valerianus, sed in casu nostro non est cõuentum de tollendo laudo, aut reddendo, ita vt super eo fundamentum fieri non possit, meritò non potest inducta esse nouatio ipso iure, vel ope exceptionis.

*Hippoly. Rimin. Ferrar.*

Pro

## Pro eximio Iuriſconſulto D. Io. Baptiſta Brugia.

### ARGVMENTVM.

De fratre qui non tenetur facere compromiſſum cum vxore quondam fratris ſui vidua, ſtante ſtatuto de compromiſsis, & ne continentia cauſæ diuidatur quomodo ſit intelligenda.

### SVMMARIVM.

1 *Statutum de compromiſsis dicitur fauorabile.*
*Vt euitetur rigoroſus ſtrepitus iudicij inter coniunctos ſanguine.2.*
*Et quia pertinet ad pacificum ſtatum ciuitatis.*
3 *Diſpoſitio fauorabilis comprehendit perſonas diſſoluta aſſinitate.*
4 *Mulier vidua cenſetur eſſe in matrimonio. & priuilegijs condam mariti ſui gaudere debet.*
*Nõ tamẽ venit in diſpoſitione loquẽte de vxore.33.*
5 *Vidua ſtuprum comittens facit iniuriam marito defuncto.*
6 *Statutum de compromiſsis habet locum inter viduam & ſororium.*
*Sed contra tenet auctor.16.*
*Et alij quàm plures.30.*
7 *Statutum de compromiſſ. comprehendit emancipatos & ex eo conceptos & natos.*
8 *Affinitas ſoluta non videtur morte mariti inter eius vxorem & illius agnatos.*
*Quod eſt verum reſpectu impediendi matrimoniũ non q ò ad alia.36.*
9 *Vidua tenetur compromittere cum filijs mariti defuncti.*
10 *Continentia cauſæ diuidi non debet, vt ſi eſt identitas negocij licet ſit diuerſitas perſonarum.11.*
*Fallit quotiens actor & reus ſunt diuerſi fori.38.*
*Licet in clerico & laico delinquentibus ſit ſecus & quare.39.*
*Item niſi diuiſio ſit neceſſaria.41.*
*Item quando reſultaret in odium rei.42.*
12 *Clericus & laici ſi ſimul deliquerint omnes ad ecclesiaſticum ſunt remittendi.*
*Et ita in practica fuit obtentum.13.*
*Sicq́; ſeruari plures viderunt.14.*
*Licet aliqui contradicant.15.*
16 *Statutum loquens de aſſinibus intelligi debet de his qui de præſenti ſunt aſſines.*
17 *Aſſinitas morte ſoluitur.*
18 *Matrimonio ſoluto per mortem ſoluitur amoris vinculum.& inde infertur.34.*
*Et priuilegij decreſcit beneficium.*
18 *Statutum de compromiſſ. locum non habet inter cõdam generum & condam Socrum.*
*Quod communiter tenetur.19.*
*Ratioq́; diuerſa militat compellendi compromittere condam aſſines & de præſenti tales.20.*
21 *Compromiſſum dicitur quædam tranſactio per quã à lite diſceditur.*
22 *Diſcedere à lite proprio conſenſu eſt officiũ pietatis.*
23 *Statutum quòd vxores bannitorum non poſsint ſtare in ciuitate locum non habet mortuis bannitis ſuis maritis.*
*Quia ceſſante cauſa odij ceſſat odium.*
24 *Ratio finalis ex proœmio colligitur.*
25 *Compromiſſum fieri non debet de re liquida ſtante ſtatuto de compro.28.*
26 *Teſtamentum per famam non probatur nec vllus titulus.*
27 *Frater vt proximior alijs agnatis ab inteſtato ſuccedit.*
29 *Res dubia redditur cum in iudicium deducta fuit.*
31 *Intellectus legis.1.C.de uerb.ſigni.*
32 *Statutum de compromiſſ de quibus aſſinibus loquatur.*
34 *Statutum loquens in caſu vero locum non habet in ficto.*
35 *Vidua non æquiparatur coniungatæ in omnibus & per omnia.*
37 *Extremum habile præſupponi debet.*
40 *Dignius ad ſe trahit minus dignum.*

## CONSILIVM CCII.

### *Auxilium meum à Domino.*

*QVONIAM mortuo claro Iuriſperito domino Guidone Brugia orta eſt quædam controuerſia inter magnificum & eximiũ Iur. Vtriuſque doctorem Do. Ioannem Baptiſtam eius fratrem ex vna, & Ser Ioannem de Valentia primum conſobrinum dicti domini Guidonis & Ioannis Baptiſtæ, & D. Ziliam vxorem quondam dicti D. Guidonis ex altera occaſione cuiuſdam teſtamenti dicti domini Guidonis per eos allegati, demumq́; pro parte ipſorum petitum fuit compromiſſum: Dubium exoritur, an quemadmodum virtute ſtatuti de compromiſsis dictus Ser Ioannes poteſt illud petere, & ad id dictum dominum Ioannem Baptiſtam compellere, idem facere poſsit domina Zilia.*

1 ET † prima conſideratione dicendum videtur quòd ſic, tale enim ſtatutum dicitur fauorabile tanquam inductum odio litium dirimendarum. vt tradit Bald. & Alex. Corn. Caſtr. Salyc. Roman. Iaſ. Dec. Iacobi. à Sanc. Georg. D. meus Rimin. & alii repetentes in l. qui ſe patris. col. fin. C. vnde liber. Petr. de Anch. conſi. 159. rationes quæ. & conſil. 187. apud me quæſtio iſta, Dec. in l. penul. colum. fina. C. de pact. Ang. & Salyc. in l. non ideo minus. C. de hæred. inſti. Bal. in l. affinitatis. C. commu. de ſucce. Roman. & Saly. in l. 1. C. vnde uir. & vxor. Fulg. in l. prætor. ff. de in iuſ. vo. Alex. in l. 1. §. lex falcidia. ff. ad leg. fal. Cuma. conſi. 50. Marian. conſi. 4. in fin. Alex. conſi. 207. vol. 6. conſi. 225. col. fi. vol. 7. Crot. in rub. ff. de verbo. obligat. 2. lect. colum. fin. & in l. omnes populi. num. 3. ff. de iuſt. & iur. Iaſ. in l.

in l. de quibus num. 17. ff. de leg. Fulgos. consil. 152. supposito statuto, Natta consi. 622. numero 7. † vbi dicit, tale statutum fuisse inductum ratione fauorabili, vt inter personas sanguine coniunctas euitetur rigorosus strepitus iudiciorum, & idem pariter tenui in d. l. qui se patris. num. 407. sicut & Blanc. alios citans in tract. de compromiss. quæst. 1. col. 3. vbi concludit, hanc esse magis communem sententiam. Quæ pariter confirmatur ex eo quod inquit Ioann. Bapt. Perusi. in tract. de arbi. cap. 5. lib. 7. quòd huiusmodi statuta pertinent ad pacificum statum ciuitatis: hinc enim colligi-
3 tur ea esse fauorabilia. † sed in materia & dispositione fauorabili comprehenduntur personæ dissoluta affinitate, licet dispositio loquatur per nomina denotantia affinitatem, vt probatur in l. fin. C. de verbo. signifi. vbi in legato relicto familię veniunt & gener & nurus testatoris etiam dissoluta affinitate per mortē, filii & filiæ testatoris. Vnde sic & in casu nostro sub isto statuto loquente de compromisso faciendo inter affines debet comprehendi domina Zilia, & dictus D. Ioannes Baptista, licet dissoluta fuerit affinitas inter eos per mortem dicti domini Guidonis eius mariti.

4 † Secundò confirmatur: quia donec mulier non transit ad secunda vota videtur debere gaudere iisdem immunitatibus, quibus gauderet, si esset in priore matrimonio. l. filii. §. vidua. ff. ad municip. censeturque esse quodammodo in matrimonio, donec in ea status viduitatis durat. l. fin. C. de bon. matern. & in
5 authen. de nuptiis. §. soluto. † & ideo plerique dicunt, quòd ex stupro per viduam commisso marito defuncto infertur iniuria, cum censeatur esse in matrimonio, vt per Alex. & alios in l. 2. circa fi. ff. de vulg. & pupil. glo. & doctor. in l. sororem. C. de his quib. vt indign. meritò tale statutum debet comprehendere hanc dominam Ziliam, quæ reperitur in viduitate,
6 † ita per hanc rationem determinat Salyc. in d. l. fin. C. de verbo. signifi. & licet ista domina Zilia impropriè dicatur esse in matrimonio, ex quo verè finitum est, & vnà cum eo affinitas. Tamen quia (vt dixi) hoc statutum est fauorabile, extendi debet etiam ad talem casum
7 improprium † sicut dicunt doctor. videlicet Bal. Paul. de Castr. Roma. & Alex. in d. l. fin. 9 tale statutum comprehendit etiam emancipatos, & ex eo conceptos, natosque post emancipationem, licet impropriè sint agnati, quos refert etiam Ias. in l. 2. §. prætor ait. col. 2. ff. de in ius voc. & latius prosequitur Blanc. in tract. de compromiss. quęstio. 3.

8 † Tertiò corroboratur: quoniam morte viri non videtur etiam dissoluta affinitas inter vxorem superstitem, & eos qui sunt de cognatione viri prædefuncti, c. fraternitatis. 35. quæst. 10. Vnde per illum tex. Castr. consi. incip. verti
9 tur quæstio, an statutum de compromiss. † consuluit, 9 quando ex marito prædefuncto & vxore superstite remanserunt liberi nati ex illo matrimonio, talis mulier tenetur cum illis compromittere, & illud consilium Castr. licet in meo libro non reperiam tam primo quam secundo volumine, tamen de illo mentionem facit Alex. consi. 207. volum. septimo. Sic ergo & in casu nostro dicendum est, quòd iste dominus Ioannes Baptista teneatur compromittere cum ista D. Zilia, cum inter eos non censeatur dissoluta affinitas.

10 † Quartò alia quoque ratione locus compromisso esse debet inter hanc D. Ziliam & D. Ioannem Baptistam, sicut inter eum & Ser Ioannem, ne continentia causæ diuidatur. l. nulli. C. de iudic. l. 1. ff. de quib. reb. ad
11 eund. iud. † quoties enim est identitas negotii, licet sit diuersitas personarum, locum habent dictæ leges, vt per doctores ibi, & ponit
12 Natta consil. 135. colum. secunda. † Hinc videmus, quòd si plures commiserint aliquod maleficium, inter quos sit vnus clericus, si quidem clericus iste petat à iudice laico se remitti ad iudicem ecclesiasticum, non tantùm ipse sed & cæteri qui sunt laici remittendi sunt ita voluit Anto. de Prato Vete. in l. 1. ff. quæ sentēt. Maria. in c. 2. col. 15. uers. Octauò fallit. de mutu. petitio. & consi. 12. colum. 6. vol. 1. Marsil. sing. 18. Ferrar. caut. 10. D. Vberti. de Corriglo in l. posthumo. nu. 36. C. de contra-
13 tab. † Soc. in l. cum senatus. ad fin. ff. de reb. dub. dicens ita vidisse in practica obtentum fuisse, idque signandum & notandum esse, vt possis euadere amicum tuum; quia iudices ecclesiastici mitiores pœnas imponunt, & cum prædictis etiam concordat Stephan. Aufr. in clem. prima de for. compet. in addit. secunda, regul. fallent. 15. Soc. Iun. consi. 34. colum. 1. uolum. 1. Paris. consil. 154. colum. 1. volum. 4. Bar. in l. pręcipimus. in fin. C. de appellatio. Alciat. in l. secunda. in princ. ff. de verbo. oblig. And. Sicul. in c. quanto, in princ. de iudic. Domeus Rimin. consi. 399. in fin. Boss. in titul. de for. compet. nume. 147. Foller. in practi. criminal. prima parte secundæ partis. ver. audiant excusatores. num. 79. Ioannes de Arno. consilio
14 quio 57. † qui tres testantur se vidisse ita in praxi seruari. Cassan. in consuet. Burgund. §. 15. rubri. prima nume. 70. & Menoch. de arbitr. iud. libr. secundo cent. 4. casu. 371. num. 12. Sapla in l. imperium. ff. de iur. omni. iudic.
15 & ibi dixi. num. 83. † Quamuis non ignorem quosdam contradixisse, vt Igneum in l. 1. §. si quis in Villa, nu. 27. ff. ad Sillan. Capic. decis. 173. Petr. Rebuf. in auth. habita. priuileg. 106. C. ne fil. pro patre. Anto. Gomes. cap. 10. delictorum nu. 6. Didac. practi. quæstio. quęst. 34. & Iulium Clarum lib. 5. senten. §. fin. quæst. 36. colum. penul. sed memoratis sunt pauciores.
16 † Istis tamen non obstantibus contrarium puto de iure verius. Moueor imprimis, nā hoc statu-

imò est clarus p decisiones supra allegatas, er
go partis controuersia tanquam temeraria, &
non probabilis non reddit illum dubium.
30 † Sextò & vltimò hàc partē in terminis te-
net Ioan.de Arnon.caut.39.per d.l.cui eorū.
§.affinitatis.ff.de postul.Alex.in l.non tātū.§.
1.in fi.ff.de re iud.& latissimè Blanc.in d.3.q.
in tract.de compromis.dicens esse communē.
31 † Et tenendo hanc partē ad primū respon-
deo,prę supposito ꝙ hoc statutū sit fauorabile,ꝙ
tex.in d.l. fi.C.de ver.sig.loquitur de legato re
licto familię nulla speciali adiectione sup qui-
busdam certis personis facta,& per verbum fa
miliæ multū latè prolatū,quod omnes compre
hendebat etiam seruos,& ibi fit intrepretatio
de quōdam genero & nuru,ne vnà cū filio aut
filia gener ille,aut nurus admmittantur,si intel
ligerētur verba de genero, aut nuru de prę sen
ti,ꝙ esset iniquum,cum filius eos præcedant,&
sint magis propinqui testatori, ex hoc ergo in-
32 telligitur de genero,& nuru quōdam † sed hic
statutū de cōpromissis strictius loquitur,vide-
licet de affinibus infra quartū gradum, & qui
sint affines tēpore celebrandi compromissi in
quibus nō militat absurdum,intelligendo sta-
tutū de affinibus præsentibus tantùm, imò re-
ctus est sensus,cum ratio ipsius illis tm̄ conue-
niat seu saltem magis,quàm inter eos, in qui-
bus non durat amplius affinitas, vt supra dixi
in tertio & quarto fundamento.
33 † Ad secundum,dum dicebatur,ꝙ mulier vr̄
esse in matrimonio.dū est in viduitate. respon
deri potest,ꝙ nō tamē per hoc venit in disposi
tione loquēte de vxore seu de ea quæ est in ma
trimonio:quia debet intelligi de ea, quæ verè
est in matrimonio adhuc durāte,non aūt quæ
fingitur esse in matrimonio d.l.fin. C.de bon.
mater.ita Roma.in l.1.C.vnde vir & vx. Alex.
34 in d.consi.207.num.13.† & statutum loquēs in
casu vero non debet habere locum in ficto.l.3.
§. hęc uerba.& ibi not.Bart. ff. de negoc. gest.
quia,vt addit Blanc.in d. trac. de cōpromissis
in 3.parte,soluendo sextum fundamentum,qđ
est istud secundum,dicit post Alex.consil. 207.
vol.6.ꝙ casus verus,& fictus in omnibus,& per
35 omnia non est ęquiparatus à iure,†& sic vidua
in omnibus,& per omnia non est æquiparata
coniungatę,meritò casus fictus non venit sub
vero,cum requiratur æquiparatio in omnibus
vt per eum;Addo quoque,ꝙ Alex.in d. consil.
aduertit,Salycetum in d.l.fi.C.de verb. signifi.
superius in contrarium citatum sub dubio
loqui,& non se firmare : quia dictum suum est
apertè contra rationem & mentem Bar.& alio
rū in d.§.affinitatis,& ī aliis locis supra citatis.
36 † Ad tex.verò in d.c.fraternitatis. respōde-
tur,illud procedere,qđ ibi dicitur, quò ad im-
pediendum matrimoniū:eo enim respectu nō
est disoluta affinitas.puta inter quondam gene
rum & socerum.secus verò quò ad alia, ita glo.
not.in c.3.§.affinitatis.3.q.7.Bal.in d.l.affinita
tis.& in §.affinitatis.inst.de nup.Alex.in d.cōs.
207.num.28.vbi ēt ad consil.Castr.respondet.
Ad quartum respondetur,ꝙ stante eo, ꝙ ista
causa nō est compromissibilis,cum simus super
re clara, & liquida,cessat obiectū,ne continen
37 tia causæ diuidatur : † id enim præsupponit
hoc extremum habile,iuxta.l.qui testamento.
cum ibi not. ff.de testament. ꝙ ex parte unius
causa debeat compromitti : tunc enim quęri
potest, an etiam ex parte alterius consortis li
tis debeat compromitti ratione supradicta,sed
cessante hoc extremo habili, debet etiam ces-
re istud obiectum d.legis.nulli.cum simil.
38 † Secundò dico,ꝙ regula d.l.nulli nō proce
dit,quādo actor & reus sunt diuersi fori.c. fin.
de iudic.Alex.& Ias.in d.l.nulli.in 2. limit.vbi
clarè Castr.col. 2. versi. nel dic,loquitur etiam
pendente primo Iudicio,idemque tradit Abb.
in d.c.fin.& post eum Aretin.consi.29.colum.
fin.versi.Ad idem adduco,& D. meus Rimin.
consil. 463.nu.32.sed hæc Domina Zilia est di
uersi fori quò ad arbitrum eligendum inter do
minum Ioannem Baptistam & Ser Ioannem;
quia non est affinis,& de comprehensis sub sta-
tuto,De compromissis,ergo ipse non est co-
gendus litigare cum ea coràm arbitro eligen-
do inter eum & dictum Ser Ioannem.
39 † Nec dicatur huic limitationi aduersari,
quod dictum est supra de pluribus delinquen-
tibus, inter quos est vnus clericus : ibi enim
omnes remittuntur ad eundem iudicem, & sic
continentia causæ non diuiditur, & tamen
sunt diuersi fori : Quia, ut bene Maria.aduer
tit in d.c.2.& in dicto consilio 12. id non con
tingit ratione prędicta; aliàs eadem ratione
Iudex secularis de omnibus,& sic etiam de cle
40 rico deberet cognoscere,sed contingit:† quia
Iudex ecclesiasticus est dignior, & maior lai-
co,vnde potentius & dignius trahit ad se mi-
nus dignum,quę ratio cessat inter duos laicos
Iudices, vt sunt ordinarius & arbiter.
41 † Tertiò dico,ꝙ illa regula,ne causæ conti-
nētia diuidatur,procedit,nisi diuisio esset ne-
cessaria,vt est casus in l.nā etsi fur.ff.si cer. pet.
vbi si tibi dedi numos alienos mutuò, nō ante
mihi teneris quàm eos consumpseris, ex quo
dominium non fuit in te translatum,sed si per
partem eos consumpseris,per partem condico
& sic fit diuisio, & continentia causæ non at-
tenditur;quia diuisio illa est necessaria,ex quo
pars tm̄, & nō tota pecunia cōsumpta fuit, ita
limitando d.l.nulli.notauit Celsus in appostil.
ad Saly.ibi,quod bene casui nostro applicatur;
non.n.statutū de cōpromissis cogit quē ad cō
promissum cū extraneo, vt est hæc Domina re
spectu Do. Ioannis Baptistę, immo nec cum
affine nisi petatur. vt ibi. & aliqua pars petat.
Vnde quia diuisio ex hoc est necessaria nolen-
te domino Ioanne Baptista cōpromittere, me
ritò illa ratio d.l.nulli.locū habere non debet.
42 † Quartò ego dico, quòd istud priuilegiū,

ne causæ continentia diuidantur, inductũ fuit ad fauorem rei conuenti, qui potest excipere, ne causæ continentia diuidatur, sentiunt hoc Doctores in d.l.nulli, dum quærunt, vtrũ post litem contestatã exceptio hęc possit opponi, sicque illa lex, & l.1.ff.de quib.reb.ad eandem, loquitur, vt per Ias.in d.l.nulli.col.2.vers.Tertiò Castr.prope fi.D. Vberti.in l.fi.nu. 261. C. de edi.diu. Adria. tollen.Bar.in l.in commodato. §.duabus.ff.comod.ergo nõ debet in eius odiũ retorqueri, contra.l.quod fauore.C.de legi. & sic concedi huic Dominæ, quæ est actrix cõtra hunc Do.Ioannem Baptistam reum.

*Hippoly.Rim in.Ferrar.*

## Pro D.Isach Abrauanello.

### ARGVMENTVM.

De tribus exceptionibus oppositis ad impediendum litis ingressum non obstantibus, incompetentiæ iudicis, mandati illegitimi, & periurii, pulcherrimè tractatur.

### SVMMARIVM.

1 *Rescriptum Iudex studeat componere partes.*
*Sin minus cognoscat, conditionaliter tribuit iurisdictionem.*
*Secus contra dicit auctor post Baldum.37. (ni. 35*
*Et demum procedit si partes petãt & velint cõpo-*
2 *Iurisdictio non competit ante conditionem impletã.*
3 *Conditio prius impleta debet apparere, quàm in iudicio procedatur.*
*Et ea non verificata cessat dispositio.4.*
*Rescriptum conditionale iurisdictionem non concedit nisi prius adimpleta conditione.*
5
6 *Delegatio limitata non extenditur vltra terminos limitationis, & est stricti iuris.7.*
8 *Delegatus in causa possessoria non censetur delegatus in petitoria.*
*Et ad decernendum tutorem non potest probare actorem constitutum à tutore.9.*
10 *Iurisdictio dicitur excitata nõ alterata ex rescripto Nisi addat, & detrahat iurisdictioni ordinariæ.11.*
11 *Delegatus dicitur quando additur vel detrahitur quid iurisdictioni ordinariæ.*
*Et a lai dicitur adiecto consultore nouo.12.*
*Exemplum ponit Angelus.13. (nere partes.*
14 *Forma data iudici dicitur, dicto quòd studeat cõpo-*
15 *Delegatus dicitur ex forma data iudici.*
16 *Forma non seruata processus est nullus.*
17 *Iurisdictio per rescriptum committitur.*
18 *Rescriptum secundum primo non nocet.*
*Nec illud reuocat, & quando.22.*
19 *Principis variatio, & inconstantia damnatur.*
*Eiq; conuenit illud, Quod scripsi, scripsi:*
*Et quæ processerunt de labijs meis nõ faciam irrita.*
*Debetq; stabilis esse, constans, & inflexibilis.20.*
20 *Princeps reuocans quid, quod prius concesserat, præsumitur circumuentus.*
*Maxime causa non expressa.21.*
23 *Rescripto non vtens, censetur illi renunciare.*
24 *Negatiua probatur ex actis.*
25 *Processus valet factus secundum primum rescriptũ non facta exceptione secundi.*
26 *Princeps secundo rescribẽs, intelligitur primum rescriptum reuocare si impetrans eo fuerit vsus.*
*Et quando eo non dicatur vsus.*
27 *Concesso ad fauorem suum quis potest nolle vti.*
28 *Procurator fit dominus per litis contestationem.*
29 *Pars opponere debet ante litem contestatam, procurator autem non tenetur.*
30 *Eoq; casu si procurator missus non fuerit, dicitur cõtumacia partis, non autem procuratoris.*
*Et est communis sententia Bartoli, & aliorum.31.*
32 *Rescriptum debet intimari Iudici, nec ante habet effectum.33.*
34 *Index super non productis se fundare non potest.*
35 *Rescripti verba debent interpretari secundum ius commune, & vt debitus ordo seruetur, licet praxi sasint.36. (ponere.*
38 *Processus valet licet Index nõ studuerit partes cõm*
39 *Felini decisio in c.cum dilecta.ver.primum signum de rescr.dubitabilis reputatur.*
*Seq; met ipse limitat.40.*
41 *Ordinarius quando fiat ex rescripto delegatus.*
*Si commissio fit personæ.*
*Secus si dignitati, & sub nomine dignitatis.42.43.*
44 *Ordinarius quando remaneat talis, non autem fit delegatus, licet causa sibi committatur.*
*Exemplum ponit auctor.45.*
46 *Mandatum speciale requiritur quando potest dominus in pœnam incidere ex facto procuratoris.*
*Et quando id contingat.47.*
*Practicamq; docet Castrensis qua debet vti pars contra Dominum.48.*
*Quam dicit seruari communiter.49.*
50 *Mandatum non valet non facta mentione pactorũ habentium clausulas derogatorias ad mandata si ne petitiones futuras. (tur.52.*
51 *Ratificatio retrotrahitur, & mandato æquiparatur si fiat intra tempus quo actus fieri potuisset.53.*
*Secus autem si postea.*
*Nec in præiudicium tertij retrotrahitur.55.*
54 *Ratificatio fieri potest, etiã post tempus quando agitur de præiudicio ratificantis.*
*Et fieri debet re integra.56.*
*Alioquin non operatur.*
57 *Mandatum speciale quando dicatur.64.*
*Vt ad petendam restitutionẽ in integrum, licet non dicatur in tali causa contra talem.58.*
*Et est communis opi.59.*
*Et in indicijs seruatur.60.*
*Itẽ dicitur spẽle quãdo dicitur quòd procurator possit facere oĩa, & singula quæ dominus potuisset.61.*
62 *Mandatum speciale requiritur ad alienandum.*
*Vt ad vendendum, licet non dicatur quid, nec cui.*
63 *Specialiter, & singulariter quid exprimi differũt.*
64 *Mandatum potest esse speciale, & tamen quòd faciẽs petere non possit nec de iure obtinere.*
65 *Princeps præsumitur circumuentus non facta sibi mentione de lege derogante rescriptis.*
*Rescriptum surrepticium non valet.*

Etiam

*Etiam si per ignorantiam vel simplicitatem fuerit commissa surreptio.66.*
67 *Mandatum pendet à sola voluntate mandantis.*
68 *Declaratio quandocunque fieri potest, & retrotrahitur.*
*Et praeiudicat alijs quibus ius est quaesitum.69.*
*Dictio, pro, denotat causam finalem.70.*
71 *Verba mandati generalia vel dubia per constituentem interpratantur.*
72 *Bartolus in l. filiusfami. ff. de donat. ponderatur per auctorem.*
73 *Mandatum censetur approbatũ cui nõ fuit oppositũ.*
74 *Periurus ab agendo repellitur.*
*Quae sententia communis est 75.*
*Et etiam locum habet in Iudeo.76.*
*Sed contra per auctorem.95.*
76 *Iudei legibus Imperatorum ligantur.*
77 *Absolutio à iuramento post incursum periurium non prodest.*
*Et concessa dicitur iniusta habilitando periurum ad agendum.*
*Et aperiendo viam periurijs.78.*
79 *Absolutio concessa à iuramento non praemissa causa cognitione est nulla.*
*Vt immediate post petitionem concessa.85.*
*Licet quidam dicant respectu citationis omissae.80.*
*Sed communis est, quòd non requiratur.81.82.*
*Et magis praxi conueniens.83.*
*Haecq; practica multũ inoleuit in curia Episcopali Bononiae.84.*
85 *Statutum Ferrariae de modo procedendi à libris. 10. vsque ad quinquaginta, quattuor exceptiones vult opponi posse ad impediendum litis ingressum.*
*Ergo praeter illas nulla alia potest opponi.86.*
*Et licet quidam intelligãt de friuola, secus si maior aut eiusdem rationis 87.*
*Secus tamen auctor dicit ex ipso statuto.*
88 *Dictio etiam, implicat casum minus dubitabilem, & explicat magis dubium.*
89 *Exceptio inepti libelli reddit processum nullum.*
*Et de tali defectu quandocunque quaeri potest.90.*
91 *Exceptio quae debuit opponi vsque ad tale tempus ex statuto post dictum tempus opponi non potest.*
92 *Tempus determinatum alterius temporis non recipit functionem.*
*Et vbi statuta sunt certa tempora nihil addi vel detrahi potest.93.*
94 *Tempus non seruans non dicitur seruare formam.*
95 *Iuramentum Iudaei remanet in terminis iuris ciuilis.*
96 *Iudaeorum anima non pertinens ad protectionem Papae.*
*Nec cogi possunt ad obseruantiam iuramenti.97.*
98 *Ius canonicum respicit bonum animarum, & ipsius Dei reuerentiam.*
99 *Baldus. in c. 1. §. Item sacramenta, de pac. iur. fir. declaratur.100.101.*
101 *Iuramentum inter hebraeos nihil operatur quando actus reprobatur per ius ciuile.*
102 *Iuramentum non obligat, vbi interuenit error ex parte iurantis.*
103 *Actus vbi non tenet praetextu erroris nec iuramentum quod est accessorium.105.*
104 *Iurasse quis dicitur eadẽ facilitate qua fecit actũ*
106 *Iuramentum non suplet defectum. consensus.*
*Et eo casu caret spiritu.107.*
108 *Laesus enormissimè conuenire potest non obstante iuramento.*
108 *Iuramentum non ligat stante enormissima laesione. Et quale esse debeat.114.115.*
*Et est communis opinio.110. & in maior. 116.*
*Et magis communis à qua non est in iudicando nec in consulendo recedendum.111.112.*
*Sicq; Romae fuit iudicatum.113.*
109 *Dolus re ipsa & ex proposito aequiparantur.*
117 *Periurium non incurritur sine dolo.*
*Licet Iason contra, quem Cagnol. damnat.118.*
119 *Causa qualibet licet iniusta excusat à dolo.*
120 *Contrauenire quot modis quis dicatur, & incurrere periurium.*
121 *Interpellatio iudicis in casu legis si quis maior. C de trans. intelligitur per doctores ibi.*
*Videlicet per porrectionem libelli sine partis citatione.*
*Et est communis sententia.122.*
*Citatio partis non comparentis non inducit contrauentionem.*
123 *Et ab hac opi. non est recedendum in iudicando & consulendo.124.*
125 *Promittens non petere intelligitur petere lite contestata non ante.*
126 *Petens habilitationem à iuramento quando nõ incurrat poenas legis si quis maior. C. de trãsac.127.*
128 *Periurus vt quis dicatur, requiritur declaratoria*
129 *Ancharani fundamentum consi: 198. fragile dicit auctor.*
130 *Absolutio à iuramento sine causa cognitione nulla est, quando erat necessaria, aliàs secus.*
*Quod quando sit declaratur.*

## CONSILIVM CCIII.

### *Auxilium meum à Domino.*

*Facta compositione & diuisione bonorum inter dominum Isach Abranauellum, & dominos Iacob & Leonem eius fratres cum clausulis & iuramento, cum post aliquod temporis internallum dictus dominus Isach in notabilissima quantitate se laesum, ac à fratribus suis deceptum cognosceret, impetrata prius habilitatione à iuramento mouit litem contra fratres suos, causa per Rescriptum commissa magnifico Iudici duodecim Sapientum cum consilio Clarissimi domini Aymonis Cranetta Consiliarij Iustitiae, & notificato libello dictis fratribus per eorum procuratorem, tres exceptiones impedientes litis ingressum fuerunt opposita. Prima incompetentia Iudicis, secunda mandati illegitimi, tertia periurij dicti D. Isach, hisq; tandem reiectis per praedictum Consultorem appellatum fuit per dictos fratres, causaq; iterum commissa dicto*

*domino Iudici duodecim Sapientum fuit cum con-
silio Clarissimi domini Nicolai Orsuccij consiliary
iustitia, & compatris mei honorandi. Videndum est
ergo, qua nam partes Excellentia sua sint in iudican
do & consulendo super pra atis exceptionibus.*

ET prima consideratione videtur
dicendum, futuras esse in con-
sulendo malè fuisse, & esse iudi-
1 catum, † Quò enim ad pri-
mam de incompetentia ponde-
randum est, quòd rescriptum quo causa fuit
commissa Iudici duodecim Sapientum, dicit.
*Iudex duodecim Sapientum studeat componere par-
tes super eorum differentijs, sin autem super nar-
ratis in precibus de dictis differentijs cognoscat, &
Iustitiam faciat cum consilio &c.* tale enim re-
scriptum conditionaliter tribuit iurisdictio-
nem præfato Iudici, hoc est, vt prius studeat
componere partes, deinde si non potuerit
2 componere, cognoscat, † non apparet au-
tem talem conditionem fuisse per eum imple-
tam aliquo modo, ergo nulla iurisdictio sibi
competit in hac causa. l. obseruare. §. post hęc.
ff. de offic. proconsul. vbi Proconsul ante in-
gressum in prouinciam iurisdictionem Lega-
to suo mandare non potest, quia ante ingres-
sum eam non habet, & sic vult tex. quòd Iuris-
dictio competens alicui in euentum conditio-
nis non ante competat, quàm verificata con-
ditione, quod & est in aliis casibus regulare,
nam conditio nihil ponit in esse l. si quis sub
conditione ff. si quis omis. caus. testament. l.
is damnum. §. quod pendet. ff. de regul. iuris.
3 Ceph. consilio 251. colum. secunda, † & vbi
quid conditionale deducitur in iudicio, prius
apparere debet, conditionem impletam fuis-
se, quàm vlterius procedatur Dec. consilio
585. numero primo. Cephal. consilio 284.
numero quinto, & est doctrina Baldi ante eos
in l. si quidem. per illum textum in versiculo
extitisse. C. de excep. qui pariter citat textum
in l. hoc iure. ff. de verb. obligation. sequitur
Roland. à Valle consil. 58. numero 20. volum.
tertio, & Natta consilio 676. nume. septimo,
4 † horumque ratio videtur esse; nam non ve-
rificata conditione, cessat dispositio, vt scribit
Corn. consilio 185. columna tertia, volum. 4.
Senatus Pedemont. decis. 171. numero sexto,
igitur non verificata conditione, quòd Iudex
duodecim Sapientum studuerit partes com-
ponere cessat secunda pars rescripti, quòd co-
5 gnoscat, & iustitiam faciat, † & in terminis
rescripti conditionalis, quòd iurisdictionem
non concedat, nisi prius adimpleta conditio-
ne, tradit Parisiens. consilio 106. numero 11.
volum. quarto, motus per cap. cum dilecta. de
rescript. quòd forma rescripti attendi debet,
& per alia, de quibus ibi per eum.
6 † Quod etiam confirmatur; quoniam de-
legatio limitata non extenditur vltra termi-
nos limitationis. l. in agris. ff. de acquir. rer.
domi. l. age cũ Geminiano. C. de transactioni.
Dec. in l. & si prætor. ff. de offic. eius cui mand.
est iurisdict. Ceph. consilio 284. numero 13.
7 † est enim stricti iuris delegatio, adeo quòd
de vno ad aliud non extenditur. c. cum olim
Abb. de officio delegati. Natta consilio 593. in
8 fin. † Vnde delegatus in causa possessoria
non censetur delegatus in causa petitoria, vt
per Bald. in capitulo primo. §. præterea. de
prohi. feud. alie. per Feder. cum simili. per Ro-
ma. consilio 330. columna tertia, & Senat. Pe-
9 demont. decis. 78. numero decimo. † sicut
& delegatus ad decernendum tutorem non
potest probare actorem constitutum à tutore,
vt latè ponit Natta consilio quinto, per to-
tum.

Et si dicatur, Iudicem duodecim Sapientum
in causis vertentibus inter hebręos esse Iudi-
cem ordinarium virtute proclamatum, & lit-
terarum Ducalium apud officium suum exi-
10 stentium, † meritò tale rescriptum attendi
non debet, cum ex eo non alterata aut con-
cessa sibi dicatur iurisdictio, sed potius exci-
tata, iuxta textum in capitulo licet in corri-
gendis, & ibi gloss. & Docto. de officio ordin.
11 Roman. consilio 285. † responderi potest,
quòd istud procederet, quando rescriptum
simpliciter ei causam committeret, sed cum
addat & detrahat suę iurisdictioni ordinarię,
meritò censetur factus delegatus, vt tradit
Innocent. Imol. & alii in dicto capitulo licet
in corrigendis. Iac. Butrig. in l. sepę. ff. de offic.
præsid. Angel. Gulielm. de Cun. Alberic. Bald.
Fulg. Castr. & omnes in l. ius autem ciuile ff.
de iustit. & iure, Angel. Roma. Imol. Alexand.
& alii in l. prima. §. si quis simpliciter. ff. de
verb. oblig. Angel. in l. & quia, colum. fin. ff. de
iur. omn. iudic. Castr. & Alexand. in l. prima. §.
opus nouum. ff. de oper. noui nunc. Specul. Au-
reum in secũda distinctione iudiciorum col. 2.
12 † addit autem respectu consultoris noui, cum
quo non solet procedere ordinariè dominus
Iudex, propter quod dicitur fieri delegatus,
prout etiam voluit Ange. in quodam suo cons.
247. secundum numerum quem citat. Areti-
nus in dicto §. si quis simpliciter. columna 3.
13 in fin. † vbi voluit, quòd si superior mandat
Iudici ordinario, vt cognoscat cum consilio
aliquorum, censetur ex hoc Iudex delegatus,
detrahit autem hoc rescriptum, quatenus vult,
quòd Iudex duodecim Sapientum primò stu-
deat componere partes si potest, sin autem
cognoscat, ad quod ex iurisdictione ordinaria
14 non tenetur, † imò ex tali expressione, quæ
inerat de iure licet non de necessitate, sed ex
honestate aut iustitia, videlicet quòd Iudex
studeat componere partes, dicitur data for-
ma, vt tradit Fely. in d. c. cum dilecta. in uersic.
15 primum signum. in princ. † meritò sequitur
ex his, cum censeri delegatũ, & quòd formam

rescripti

rescripti debuit omnino sequi, iux. textum
in d.c.cum dilecta per quem dicit Innocent.
16 ibi, † quòd nisi seruetur forma mandati, &
iurisdictionis, processus omnino est nullus, &
secundum eundem in c.super literis. de rescri.
oportet, quòd processus Iudicis delegati fun-
detur super verbis rescripti, sequitur Angel.
consilio 138. visis omnibus supradictis nume.
secundo, vnde quia forma, & verba rescripti
minimè fuerunt seruata per domi. Iudicem
duodecim Sapientum, sequitur ipsum fuisse,
& esse incompetentem, hancque exceptionem
litis ingressum impedire debere ex forma sta-
tuti nostri, de forma procedendi à libris de-
cem supra vsque ad quinquaginta. col.1.in fi.
17 † Istis tamen non obstantibus contrarium
de iure verius existimo. Nam, prout ex se-
rie facti colligitur, ante rescriptum supra re-
latum Illustrissimus Dux noster ad præces do-
mini Isach, hanc causam commiserat Iudi-
ci duodecim Sapientum cum consilio dicti
magnifici domini Aymonis sine illis verbis:
*Studeat componere, sin autem cognoscat &c.* de
quibus in rescripto supra relato, quo stante
sequitur ex illo primo rescripto attributam es-
se iurisdictionem dicto domino Iudici, quan-
do etiam aliàs eam non habuisset absque vlla
plica & conditione componendi partes.
18 † Non obstat secundum rescriptum; quoniã
primò respondetur, illud primo non nocere
nec illud reuocare, cum quod semel placuit
non potest amplius displicere.c. quod semel.
de regu.iur.in sexto, & causa semel approbata
amplius improbari non potest.§. semel autem.
19 Instit.quibus ex caus.manu. non lic. † quod
maximè in Principe locum habet, cum in
eo magis reiiciatur variatio, & inconstantia,
plusque conueniant illa verba, quod scripsi,
scripsi, & quæ processerunt de labiis meis non
faciam irrita. vt latè per Bald. consilio 279.
pridie.volum. tertio, Curt. Iun.consilio 170.
Cephal. consilio 168. numero 45. Roland. à
Valle consilio 13. numero 57. uolum. tertio,
Boss.in tract. de Principe numero 19. & plura,
quæ conueniunt Principi, ponit Senat. Pede-
mont. in procemio suarum decisionum. colum.
20 secunda, † vbi refert, quòd debet esse sta-
bilis, constans & inflexibilis, hincque Bald.
in dicto consilio 279. concludit. Principem
reuocantem aliquid etiam motu proprio, quod
prius concesserat, fingi circunuentum, adeo
quòd contrarium probari non potest, idemque
tradit Abb. in c. cum olim, de re indic. Card.
consilio 137. & domi.meus Rimin.consil.68.
21 colum. fin. † quod maximè locum habet,
quando non est expressa causa, iuxta tradita
per Roma. consilio 117. circa primum. Et ex
prædictis ita in terminis tradit Gratus respons.
103. colum. secunda, volum. primo, repetito
22 respon.26.vnium.secundo. † in quibus locis
plus addit, secundum rescriptum in casu suo
primo non nocere, cum non sit simpliciter
concessum, sed sub conditione, quæ nihil po-
nit in esse l. si quis sub conditione ff. de con-
dit.instit. Vnde quandiu non fuerit declara-
tum conditionem extare positam in secundo
rescripto, primum debet remanere firmum,
vt ibi latius per eum, quod & casui nostro ma-
ximè confert: quandiu enim pars aduersa,
quæ hoc secundum rescriptum impetrauit,
non declarauit, domi. Iudicem debere studere
componere partes, vtique primum rescriptum
tribuens cognitionem illi purè, & simpliciter
23 debet firmum remanere, † quoniam pars
aduersa non vtens dicto rescripto, & secun-
dùm primum litigans, & in causa procedens,
censetur huic secundo renunciasse, vt ponit
Berous consilio 86.numero 17. colum. tertia,
prout hoc nunquàm pars aduersa declarauit,
24 vt ex actis patet, ex quibus talis negatiua
probatur, iuxta notata per Bartol.in l.fi. C. de
reb.credit. Dec. in capit. quoniam contra. de
probation. & consilio 424.numero 19.colum.
fin. Ioan.Andr.in cap. sine possessione, colum.
penultima de regu.iur.in sexto, Aret. consilio
133.columna penultima. Rui.in rubrica.ff. de
operis noui nunciat. Dec. in l. iustum. C. de
edend. Curt. Iun. consilio 106. dominus meus
Rimin.consilio sexto, numero 31. & consilio
61. numero 44. cum simil. ergo sequitur, pri-
mum rescriptum attendi debere, secundum
quod indubitanter dominus Iudex duodecim
Sapientum est competens.
25 † Secundò & pulcrè quidem, dato etiam
quòd aliàs per secundum rescriptum potuis-
set primum reuocari; attamen aduertendum
est, in casu nostro secus esse. Nam cum domi-
nus procurator domini Isach emanato secun-
do rescripto processerit in causa vigore primi,
instando citari procuratorem aduersæ partis
ad respondendum libello non tantùm semel,
sed & sepius, nec procurator aduersæ partis
ab initio de secundo rescripto excepit, sed
quosdam alios actus fecit compatibiles pro-
cessui nostro, velut in petendo copiam libel-
li, mandati, & id genus, sequitur, quòd va-
luit & valet processus factus vigore primi re-
26 scripti, † quia Princeps rescribens secundo
loco intelligitur reuocare primum rescriptum
ita demum si secundus impetrans fuerit vsus
secundo rescripto cum effectu, dicitur au-
tem secundus impetrans non vti secundo re-
scripto, illique renuntiare, quando non ex-
cepit de illo, vel si excepit, & fuit reiectus
non appellauit à tali reiectione exceptionis,
27 argumento c.gratum.de offic. deleg. † Cum
enim eius fauore concessum sit rescriptum,
potest eo non vti, argumento c. quod ob gra-
tiam, de regu. iuris in sexto, hæc ita tradunt
Card. Innocent. Anto. Butr. Imol. Fely. & Dec.
in capitulo cæterum. de rescript. vt per Fely.
patet numero 18. per Dec. numero 12. vbi

etiam citat Abb.in capit. audita. colum. pen. de restit.spoliat.idem tenentem, quo fit, vt de tali incompetentia opponi non possit, cum à secundo rescripto pendeat, cui renuntiatum intellegitur, & ex primo indubitanter Iudex duodecim Sapientum est competens, secūdum quòd acta valent secundum canonistas.

28 † Et si dicatur, aduertendum esse, quòd cum in casu nostro lis nondum fuerit contestata, & sic procurator istorum fratrum nondum sit effectus dominus litis; fit enim per litis contestationem.l.procuratoribus.l.nulla.& ibi not. C. de procuratori. ponit Ias. in l.si se non obtulit. ff.de re iudic.ergo non potuit illis praeiudicare in renuntiando secundo rescripto

29 † Responderi potest retorquendo obiectum, quòd cum dictus procurator nondum esset dominus litis, ad ipsum non spectabat de necessitate opponere de secundo rescripto, & sic ipse non debebat hoc facere necessariò, sed isti fratres, qui fuerant citati debebant hoc facere, & opponere,

30 † si ergo miserunt procuratorem, qui hoc non fecit, non dicitur contumacia procuratoris, sed ipsorum qui erant domini, respectu quorum id erat faciendum, casus est in l. si procurator.§. si tutores. ff.mand.& ideo tali casu procurator qui non facit, nocet domino; quia est in contumacia dominus, non autem procurator, ita declarat ad vnguem Bartol. in l.tertia, §. si procurator. post princip.ff.si quis ius dic.non obtemper.& ibi sequitur Ias.num. quarto, colum. secunda; & ante eum Castr. & Angel.idemque tenent Petr.de Bellaperti. & Lamber.de Salinis, quos ibidem refert, & sequitur Alberic. versic. alii, vt Petrus, colum.

31 secunda ita † quòd sententia Bart.est communis, licet Fulgos.ibi videatur in contrarium inclinasse, quando dominus misisset talem procuratorem, quem verisimile erat non errare, de quo vt singulari non est curandum, maximè quia semper hoc dici posset per dominum.

32 † Tertia quoque ratione dico, quòd tale secundum rescriptum Principis non nocet; quoniam non video, quòd illud fuerit intimatum domino Iudici duodecim Sapientum, sed in processu reperitur tantùm, quòd instante procuratore istorum fratrum notarius causae in processu adnotauit; qualiter ser Cęsar à Sacrato tradidit copiam dicti rescripti seu commissionis Ducalis, vt eius verbis vtar, domino Iacob, qui est vnus ex aduersariis, & quòd Hieronymus de Beccariis aliàs de Tristanis eam tradidit domino Isach principali meo, subiecto eius tenore, quòd autem ad notitiam Iudicis duodecim Sapientum deuenerit acta nihil dicunt,

33 † quò fit, vt effectum non habuerit, donec Iudici, vel commissario, cui dirigitur, fuerit intimatum, ita tradit Cyn.in auth. litigiosa.per illum textum C. de litigio. quem refert, & sequitur Guido Papae consilio 69. numero octauo, versiculo Ad octauum quęsitum, meritò hoc non constito, prout non constat, super tali rescripto, aut commissione fundamentum fieri non potest, primumque debet attendi coram domi. Iudice productum, eique intimatum, vt acta cantant, secundum quòd ipse est plusquam competens.

34 † Preterea & quartò, non video illud fuisse productum in actis, sed annotatum tantùm ad instantiam procuratoris partis aduersae de copia eius data suo principali & nostro, Vnde super eo non potest fieri fundamentum, l.illicitas.§.veritas, & ibi not. ff.de offi. pręsid.

35 † Sed vlterius & quintò, quòd istud rescriptum, quatenus sit conditionale, debet intelligi, quòd sequatur ista conditio, si partes petant, & velint componi, ostendo: quoniam verba rescripti debent interpretari secundum ius commune.capit. causam quę, de rescript.& ibi not.Anto. de Butri. Paris.consilio 107. nu.23.

36 volum.quarto. † Imò quantuncunque praecisa sint, debent tamen intelligi, vt debitus ordo seruetur, vt tradit Anchar. consilio 353. oportet primò, & ponit Crau. consilio 172. nume. secundo, sed ius commune, & eius ordo disponit, quòd Iudex non se interponat, nisi petitus.l.quarta. §. hoc autem iudicium.ff. de dam.infect.ergo eodem modo hoc rescriptum debet intelligi, hoc autem non fuit petitum, ergo &c.

37 † Sextò dico, quòd talis conditio non reddit rescriptum conditionale, nec iurisdictionem impedit, cum tacitè insit, sed instruit, & monet potius tanquam non apposita ad iurisdictionem fundandam, seu inchoandam, sed ad procedendum, vt dicit Bald.in c. super literis. de rescrip.numero 19. versiculo. Quaero vtrum illa clausula. loquens in rescripto habente illa verba, si ita est, vel si preces veritate nitantur, quem sequitur Andr.Sicul.Fely.Rip. & alii in cap. secundo, eodem titulo, idemque voluit ante illos Innocent.in cap.prudentiam. colum.secunda, de offic. delegat. Bal.in l.praescriptione.C.si contra ius, vel vtil.public.in l. non dubium. C. de legi. versiculo iuxta hoc quaero, & in l.in bonaefidei.colum.penul.C.de reb.credit. Butr.& Abb.in c. quintauallis. col. penul.de iureiur.cum simil.per Ruj. consil.38. nu.4.& consil. 133. colum. secunda, volum.5.

38 † Vnde licet Iudex non studuerit componere partes, processus valere debet, cum licet Iudex debeat quaerere partes reducere ad concordiam, si tamen non reducit, maximè non petitus, processus per hoc non corruit sed valet, meritò patet, Iudicem duodecim Sapientum habuisse iurisdictionem in hac causa, & incompetentem dici non potuisse, nullamque iurisdictionem habere, vt dixit pars aduersa,

39 † & ista est plana responsio (meo Iudicio) per quam redditur etiam periculosa decisio Fely, in d.c.cum dilecta, versiculo primum signum, vbi vult dari formam, quando exprimitur ab homine

homine, quòd erat de iure, nam Innoc.& alii
40 proximè citati tenent contrarium, † Vltra quod idem Fely.limitat suum dictum non procedere, quando illud quod incrat de iustitia saperet quandam instructionem,& non concerneret modum procedendi, tunc enim non dicitur dari forma; hoc enim conuenit in casu nostro, nam componere partes non respicit modum procedendi,& sapit instructionem, si hoc dicitur Iudici, vt faciat, ergo non dicitur data forma.

Non obstat etiam, quòd iste dominus iudex duodecim Sapientum fuerit factus delegatus ex hoc rescripto, ex rationibus supra deductis, & ideò debuit omnino sequi teno-
41 rem rescripti. † Quoniam ego respondeo, quòd in casibus, in quibus per commissionem rescripti additur, vel detrahitur aliquid iurisdictioni ordinariæ, tunc demum ordinarius fit delegatus, quando commissio fit personæ, secus si dignitati, & sub nomine dignitatis, vt in casu nostro, vbi dicitur. Iudex duodecim Sapientum, & non dicitur dominus Iacobus Trottus. ita tradit Bald.in capit.fin.de officio ordin.in l. præcipimus. in princ. C.de appellationi. & sequitur Iaf.in d.l.ius autem ciuile.
42 numero quarto. † Idemque tradit in effectu Barto.in l.ambitiosa. colum.fi.ff.de decret. ab ordin.faciend.vbi dicit,attendenda esse verba reformationis aut statuti; si enim dicunt ad officium Priorum pertineat, tunc Priores poterunt vigore sui officii ex potestate ordinaria, & sic erunt ordinarii non obstante commissio-
43 ne, † idemque tenet Angel. consilio 214. primò videndum est, vtrum.in prin.vbi tenet; Iudices, de quibus in casu suo, fuisse ordinarios non autem delegatos: quia commissio fuit facta officio, non autem personæ; quo secundo casu procedit.l. & si prætor.ff.de offic. eius, de qua supra opposuerat. Vnde si verum est, Iudicem fuisse ordinarium in causa ista, cessat argumentum de forma rescripti atten-
44 denda, cum rescripto opus non fuerit. † & quòd sit ordinarius in hac causa dominus Iudex duodecim Sapientum comprobatur vlterius ex notabili sententia Iacobi de Beluisio, in dicta l.& si prætor.quem refert, & sequitur Alberic. in l. sæpe audiui.columna penultima, ff. de officio præsid. vbi dicunt, quòd si causa committitur habenti iurisdictionem, eique qui eius causæ est ordinarius, sibique committitur ab eo, à quo habet iurisdictionem ordinariam, tunc indubitanter non efficitur delegatus, sed est quædam excitatio officii sui, idemque tradunt Bartol. & doctor.in l. more. ff. de iur.omn. iudic. Felyn.plenè in capitulo licet,de officio ordinar. & Speculum Aureum in quinta distinctione principali, ad finem.
45 † Hæc autem omnia hic concurrunt. Iudex enim duodecim Sapientum habet iurisdictionem, & in hac causa erat Iudex ordinarius, & à Principe, qui commisit eam, habet iurisdictionem ordinariam, ergo non fuit effectus delegatus, sed excitatum officium suum, meritò non attento rescripto dicente, studeat componere; potuit cognoscere. Et ex his omnibus cessat hęc prima exceptio opposita de incompetentia ipsius domini Iudicis.

46 † Venio nunc ad secundam exceptionem de mandato illegitimo, & in hoc fundata etiam videtur intentio partis aduersæ, cum enim ex deductis in libello per procuratorem domini Isach, possit eum facere incidere in pœnam conuentionalem instrumenti, periurij, & excommunicationis, de quibus in eo, & scripto postea facto, & subscripto manu dicti domini Isach, sequitur necessarium fuisse speciale mandatum, vt tradit Bartol. in l. tertia, §. si procurator. vbi Alexand.& alii. ff. quod quisque iur. Bartol. in l. si procurator. ff. de condic.indeb. & ibi latè Iaf. nec verba generalia sufficiunt. Alexand.consil. 34. columna secun-
47 da, in princ. volum. primo. † Idemque pulchrè tradit Bartol. in l. filiusfamilias. ad fin. ff. de donationi. vbi dicit, quòd quandoque requiritur speciale mandatum principaliter in fauorem aduersarii, qui dubitat, ne dominus postea reuersus dicat se de hoc non intellexisse, & sic aduersarius damnificetur, & tunc requiritur, quòd exprimatur singulariter, nō sub generalitate, per iura, de quibus ibi per eum, cum quo Imol. & Roman. transit, idemque tenet Iaf. in l. iusiurandum. §. fina. numero quarto. ff. de iureiuran. & Romanus in l. si quis mihi bona. §. sed vtrum. ff. de acquir.hęredit. & cum prædictis etiam concordat Alex. consilio 39. numero secundo, volum. septimo, Ruin.consilio 138.numero 25. volum.quinto, Benintend.decis.94. Fely.in capitulo primo, columna septima, vt lit.non contest.Emilian. consilio 124.numero 13. & decis.Perusina 35.
48 numero tertio. † Hinc pulchrè Castr.in dicta l. si procurator. dicit, quòd quando procurator sine speciali, & indiuiduo mandato uellet aliquid facere, per quod dominus aliàs posset pœnam incurrere, practica est, quòd aduersarius requirat dominum, an velit insistere in eo quod procurator petit, & si dicat quòd sic, dominus tunc incidit in pœnam ex ratihabitione, si verò respondeat, quòd non, tunc procurator debebit repelli tanquam non ha-
49 beat speciale, nec sufficiens mandatum. † & ita dicit communiter seruari, sequitur Beroius consilio 25.nu.4.vol.3. Hoc autem mandatum non videtur esse tale: quoniam iste dominus Isach in dicto instrumento, & scripto promisit expressè non petere aliquid vltra occasione hæreditatis paternæ, consensitque denegari sibi audientiam casu quo peteret per se vel per alium, & iurauit in ampla forma pœna conuentionali scutorū quinquaginta adiecta, de quibus in hoc mandato nulla fit mētio,

meritò non videtur esse sufficiens & indiui-
50 duum. † Cum enim huiusmodi pacta habeant
clausulam derogatoriã ad petitiones futuras;
& sic ad mãdata quę fierent in futurum, vtique
mandatum postea factum valere non debet nõ
facta speciali mentione de dictis pactis, instru-
mento & scripto, in quibus continentur, prout
de rescripto dicunt doctores emanato contra
legem habentem clausulam derogatoriam ad
rescripta, quod non valet secundum eos non
facta speciali mentione de dicta lege, vt est ca-
sus in c. nonnulli. de rescript. quem ibi ad hoc
notant Docto. maximè Fely, post alios col. 3. &
in c. cũ te. de æta. & qual. tradit Rui. cons. 109.
nu. 18. vol. 4.

51 † Et si dicatur, aduertendum esse, quòd
ex post interuenit ratificatio dicti domini
Isach, qui comparendo ratificauit omnia
& singula acta & actitata per dictum suum pro
curatorem in præsenti causa, quę ratificatio
retrotrahitur, & mandato æquiparatur. l. fin.
C. ad Maced. l. 3. ff. de iudic. c. fin. de iureiur.
in 6. proceditque etiam in requirentibus spe-
ciale mandatum, vt notat Angel. in d. l. licet, in
prin. & tradit Bal. in l. si maritus. C. mand. per l.
quod si de speciali. ff. de minori. Alex. cons. 78.
viso, col. pen. & consil. 146. vol. 5. Ias. in l. si quis
mihi bona. §. iussum, nu. 36. ff. de aquir. hæred.
Dec. consil. 281. col. 1. & in l. semper qui non
prohibet, & post eum Cagnol. ff. de reg. iur.
52 † idemque etiam concludit Ias. in d. l. si procu-
rator. in 4. limit. ff. de cond. indeb. vbi vult,
mandatum generale sufficere in casu, in quo
Dominus posset incidere in pœnam, si postea
Dominus ratificet tacitè vel expressè, per illũ
53 textum, & alios per eum citatos ibi † Respon-
deri posse videtur; tunc demum dictam rati-
ficationem retrotrahi, & mãdato æquiparari,
quando fit intra tempus, intra quod actus, qui
ratificatur, fieri potuisset, aliàs secus, per l. bo-
norum. ff. rem rat. hab. & per l. primam. in prin.
ff. de appellatio. vbi ratificatio appellationis
interpositę debet fieri infra tempus datum ad
appellandum, ita limitat & declarat Dec. &
Cagnol. in d. l. semper. Alex. in d. consil. 78. nu.
15. & in l. quod meo. in prin. col. 2. ff. de acquir.
possessio. Dec. consil. 247. col. 2. in fin. Corn.
consil. 46. col. fi. lib. 3. cum aliis per Cagnol. in
d. l. semper, nu. 23. Crau. consil. 5. nu. 17. Corn.
consi. 110. col. pen. vol. 2. Dec. in l. contractus,
ff. de reg. iur. Tyraq. de vtroque Retractu. §. 1.
glo. 10. nu. 95. Paris. consil. 77. nu. 39. volum. 1.
Dec. consilio 460. in fin. & Senat. Pedemont.
54 decis. 119. nu. 23. † licet vbi tractaretur de
præiudicio ratificantis, sufficeret et ratificatio
post tempus, infra quod actus fieri potuisset l.
Pomponius. secunda. & ibi Bar. ff. de neg. gest.
Cast. d. l. bonorum. Bero. cons. 25. nu. 24. vol. 3.
55 † Item tunc demum ratificatio retrotrahitur,
quando non tendit in præiudicium tertii, cui
ius quæsitum fuit, aliàs secus, ita concludit
Bart. in d. l. bonorum. Alexan. in d. consilio 78.
Dec. in d. l. semper, in d. consilio 243. nume. 6.
Riminal. meus consi. 343. nu. 18. Grat. respons.
127. in fin. vol. primo, Paris. consilio 12. nu. 17.
volum. quarto, Alexan. consi. 126. vol. secundo,
Dec. consilio 126. colum. 2. Roland. à Valle
consi. 78. nu. 24. uol. 3. Natta plenius cons. 253.
56 num. 9. † Et ad hæc tendit, quod etiam dici-
tur, ratificationem debere fieri re integra, aliàs
non operari, ut tradit Bart. in l. si uxor. §. si quis
uxorem. ff. de adulter. Salyc. & Bald. in d. l. fin.
C. ad Macedoni. Alex. in d. consilio 78. Dec. in
d. l. semper. Grat. respons. 36. colum. fin. uol. 1.
Paris. consilio 12. num. 112. volum. secundo,
Rui. consilio 119. nu. 4. uol. primo, qui limitat
extra tamen casum nostrum Roland. à Valle d.
consilio 78. num. 24. Importat enim quòd fieri
debet infra tempus, quo actus fieri potuisset,
& ante ius quæsitum tertio, & sic sine præiudi-
cio tertii, sed in casu nostro talis ratificatio
emanauit post tempus, infra quod legitimum
mandatũ produci debebat, videlicet post pri-
mam iuris horam sequentem primam compa-
ritionem procuratoris ipsius domini Isach,
quo tempore statutum de modo procedendi à
libris decem supra, denegat audientiam pro-
curatori comparenti sine mandato legitimo,
vultque petitionem haberi pro non producta,
meritò non debet operari, cum & ex hoc se-
quatur ius fuisse quæsitum aduersariis, & sic
tertio super mãdato illegitimo, quo casu iuxta
prædictas decisiones ratificatio non retrotra-
hitur tamquam re non existente integra.

Istis tamen non obstantibus contrariam par-
tem amplector, & sic quòd istud mandatum
57 fuerit & sit legitimum: † quoniam in eo do-
minus Isach constituit procuratore ad causam,
quam habet, vel habere sperat cum dictis
dominis Iacob & Leone fratribus suis pro
consequendo dimidiam hęreditatis quondam
domini Samuelis eorum omnium fratrum pa-
tris, vndę negari non potest, quin sit speciale,
imò etiam indiuiduum, ex quo exprimuntur
personæ; contra quas agendum est, & causa
propter quam agendum est, quæ non erant
necessaria ad constituendum mandatum spe-
ciale, sed satis erat dicere ad petendum hære-
58 ditatem, † prout etiam dicitur speciale, si
dicatur ad petendum restitutionem in inte-
grum, licet non addatur in tali causa contra
talem, vt tradit Bart. in d. l. filiusfamilias, ff.
de donationi. Bal. in l. 1. C. etiam per procurat.
Castr. consilio 80. super dubio, colum. secunda
Dec. consilio 20. nume. quarto, Bart. & alii in l.
illud. §. fin. ff. de minori. & ibi pariter Alexand.
in addit. sicut & Card. Alban. in suis lucubra
tionibus. Bellam. decis. 32. Cassador. decis.
prima, de procuratori. Crot. in l. non solum. §.
morte. numero, 69. ff. de oper. nou. nunciatio,
Rube. in l. sed & si quis. §. quæsitum, nume. 30.
ff. si quis cautio. Curt. Iun. in l. 2. §. sin autem.
C. de

59 C.de iuræ calumni. † & hanc esse communem testatur Bald. in d.§. fin. Salyc. in d.l. prima, C.etiam per procurator. Alexan.in l. Titius.in princ.ff.de liber.& posthu.quem sequitur ibidem Ias.Didac.libro primo Variar.resolutio.
60 cap.6.† & in Iudiciis seruari testatur Alberi. in d.l.prima, sequitur Roland. à Valle consilio 26.nu.19. volum.secundo, Grat.respons.159.
61 num.6. vol.secundo, † vbi etiam ponderat illa verba, quòd possit procurator facere omnia & singula, quæ posset ipse dominus, si personaliter interesset, de quibus etiam in hoc mandato, quæ sine dubio important speciale mandatũ,vt per eum ibi latius,& in respõs. 96.
62 num. 16.vol.primo. † Simile videmus, quòd & ad alienandum mandatum speciale requiritur l. procuratorem. C. de procurat. Alexand. cons.90.col.2.vol.secundo, & tamen mandatũ dicitur speciale, si dicatur, constituo te procuratorem ad alienandum sine eo quòd dicatur ad vendendum talem rem tali.c.2.de offic.iud. in sexto,Alex.consilio 139.col.2. uol.septimo, vbi subdit, quòd si requireretur id exprimi, non diceretur mandatum speciale, sed singu-
63 lare, † at diuersa sunt, quid specialiter exprimi, vel singulariter, vt declarant Bart.& alii in l.fin.C.si contra ius,& in l.1.secunda, quæstio. ff.de vulg.& pupil.& cum prædictis etiam concordat Dec.consi.27.col.2.consi.36.nu. sexto, Curti.Iun.in d.l.procuratorem. Vantius alios citans in trac.de nullit.sentent.ex inhabil. seu defectu mand.num.96.

64 † Non obstat,dum dicitur,istud mandatum non sufficere ob non factam expressionem pactorum,& pœnarum,de quibus in dicto instrumento, & chirographo, quoniam non ob hoc definit esse speciale & indiuiduum,stant enim simul, quòd mandatum, vt supra factum sit speciale, & tamen quòd de iure non possit petere dictam hęreditatem ob pacta & pœnas, iuramentaque, de quibus in dicto instrumẽto, & scripto,de quo secundo in meritis Deo dãte cognoscetur, & hæc adeo diuersa sunt, & inter se differunt, vt de vno ad aliud illatio non sit bona.l.Papinianus exuli.ff.de minori.

65 † Nec satis conuenit illud exemplum de rescripto datum superius, Illud enim dependet à Principe, cui si non sit mentio de lege derogante rescriptis per supplicantem, non valet rescriptum: quia præsumitur Princeps circunuentus: si enim mentio de dicta lege facta fuisset,dictum rescriptum non concessisset,aut cum maiori saltem difficultate cõcessisset,ideò tanquam subreptitium non valet, iuxta not. per Roma.consi.393.præsens consultatio. col. fin. per Dec.consi.142.col.penul. in fin. Corn. consi.201.num.7.secundo vol.& consilio 348. nu.9.vol.primo, cum simil. quæ copiosè ponit Paris.consi.98.volum. 3.Rol.à Valle consil.31. nu.18.vol.secundo,& consi.72.num.72. vol.3,
66 †. vbi ampliat etiam si per simplicitatem, vel ignorantiam esset commissa surreptio, post Rui.consi.21.nu.13.consi.28.nu.6.vol. primo, consil.198.numc.14.volum.quarto, Curt.Iun. consil.209.num.21.& consil.246. num.primo,
67 † Hic verò agimus de mandato, quod pendet in totum à sola voluntate mandantis & recipientis.§. fi. Instit.mand,meritò licet ipse non expresserit omnes particularitates & minutias in eo, per hoc mandatum non desinit esse speciale, neque sit insufficiens, cum ipse sit satis certus de promissis per eum & de facto suo.

Secundò respondeo, quòd.ex quo D.Isach postea comparendo dixit declarando dictum mandatum per eum factum ad petendum portionem hæreditatis paternæ esse ad petẽdũ cũ effectu,licet in contrarium sit pactum,vel liberatio iurata & pœnalis, & eis non obstantibus ita intellexisse & voluisse, & quatenus opus sit & expediat,ita declarat, prout in actis dicitur.
68 † sequitur,quòd dictum mandatum dicitur ab initio fuisse speciale & sufficiens uigore dictæ declarationis, quæ quandocunque fieri potest, & retrotrahitur, ita quòd in ea d.l.bonorum. non habet locum, ita tradit Angelus in.l.cum proponas.col.10.C.de bon.authorit.iudic.pos siden. Aret.in.l.1.§. si quis ita.col.5. ff.de ver. oblig.& Dec.in d. l.semper.num.14. ff.de reg. iur.& idem tradit Castrens. in.l.hæredes.§. si
69 quid.nu.4.ff. de testamentis.† ubi dicit, quòd multoties Papa facit aliquas declarationes circa gratias per eũ factas, quæ preiudicant aliis, quibus erat ius quæsitum, quasi hoc,quod declaratur, à principio fuisset dictum, quo casu non erat alteri ius quęsitum, & cum Castr.residet Dec.in.l.edita, nu.49. C.de eden.& consi. 229.in fin. Rui.consil.76.nu.10. lib.5.Dec. in c.quoniam.nu.12.de costit.Tyraquellus in.l.si unquam. uer. libertis. C.de reuoc.donatio. & quòd ista fuerit intentio dicti domini Isach, tempore mandati facti per eum, ostenditur ex verbis mandati,in quo dicitur.Pro consequendo dimidiam hæreditatis dicti quõdam domini Samuelis eorum omnium patris.
70 † Pondero enim illam dictionem pro,quæ denotat cãm finalem.l. procurator qui.ff.de procuratori.Bal.in.l.1.col.pen. C.per quas person. Soc.consi. 227. col.9. uers. secundò confirmatur.uol.2.Ruin.consi.23. nu.19.uol.2. sed utique ad hunc finem peruenire non posset dominus Isach,si dicta pacta, & pœnæ,& iuramenta obstarent ei,ergo cum causa finalis dicti mandati fuerit,ut consequatur portionem dictę hæreditatis, patet intentionem suam fuisse, dare dictum mandatum ad consequendum dictam portionem hęreditatis,dictis pactis & id genus non obstantibus, de quibus in dicto instrumento & scripto, meritò cum uerba huic declarationi conueniant,potuit utique fieri.
71 † Quod etiam confirmatur: quoniam ubi in instrumento mandati reperiuntur uerba generalia, aut dubia, statur interpretationi constituentis,

tuentis, non autẽ fit interpretatio cõtra ipsum glo. est notabilis in c. petitio, de procuratori. tradit Specul. & Ioannes Andreas in titulo de procuratori. §. ratione autem formæ. versi. Vbi autem, l. stipulatio habere. §. in stipulationibus
72 col. 2. ff. de verborum obligatio. † & hoc etiam fuit de intentione Bar. in d. l. filiusfamil. ff. de donatio. dum dicit, quandoque requiri specia le mãdatum principaliter in fauorẽ aduersarii, qui dubitat, ne dominus postea reuersus dicat, se de hoc nõ intellexisse, & ita aduersarius dã nificetur, sentit ergo Bart. stari declarationi ipsius domini constituentis circa mandatum.
73 † Tertiò respondetur, quòd mandatũ minus legitimum tacitè censetur approbatum, quando pars non opposuit, & ideò valet, & procedit tradit hoc Bar. & doctor. in l. licet C. de ꝓcur. Crau. consi. 150. col. 2. sed huic mandato non fuit oppositũ infra biduum, prout disponit statutum, ut infra ostendetur, demonstrando, ꝙ nulla istarum exceptionum debito tempore fuit opposita, meritò sequitur, quòd vt ualidũ admitti dẽt, neque super eo amplius dubitari.

Superest, ut ad tertiam exceptionem descen dam super periurio, in qua dicitur, hunc domi num Isach ut periurũ, & excommunicatum vir tute contentorum, & conuentorũ, & promissorum per eum in prædictis instrumento & scrip to non debuisse nec debere audiri, & ei audien tiam denegari debuisse & debere, prout latius in sciptura exceptionum continetur, circa quã exceptionem uidetur prima facie iuxta petita pronunciandum esse: quoniam iste dominus Isach cum iuramento suo promisit nihil ultra petere ab istis fratribus tam in Iudicio seculari, & christiano, quàm hebræorum, & casu quo peteret, uoluit sibi denegari audiẽtiam, & eos non teneri respondere, nec stare sibi in iudicio, ut latius in dicto instrumento & scripto, postea uerò hoc non attento eos citari fecit coram sa pientibus hebręis, vt eligerẽt unũ arbitrũ pro eis: & quia ipsi noluerunt stare in dicto iudicio hebręorum, cœpit agere contra eos in iudicio
74 præsenti christiano, † quo stante cũ iam fuerit periurus in hac causa, in qua nunc agit conue- niendo eos coram hebręis, utique ab agendo repelli debet. per l. si quis maior. C. de transactio. & ibi not. in specie Alex. col. fin. Ias. in 12. notab. Cagnol. nu. 119. ubi ponderant illum textum. in uer. actione priuatus. notantes ex eo quòd periurus repellitur ab agẽdo, quando sci licet agere uult in causa, in qua periurus reperitur, ut hic, sicque intelligunt decis. Specul. in titul. de actore, uersicu. Item quod est periurus, & idem notat Bal. consi. 118. præmittendũ est. col. 2. uol 4. Crauet. consil. 7. nu. 12. dominus meus Rimin. consil. 89. num. primo, Alex. consil. 17. col. 2. uol. tertio, Fely. & Dec. in cap.
75 intelleximus. de iudic. † & Dec. in c. dilecti. num. 3. de exceptio. vbi dicit esse communem, idemque tradit Paris. consi. 43. in fi. vol. primo, Corn. consi. 215. num. 5. vol. tertio, vbi pulchrè declarat d. l. si quis maior, & idem tradit Fran. de Selua in tract. de benefic. in secunda quæ-
76 stione tertiæ partis. nu. 24. † & hoc indubitanter locum habet etiam in iudęo, quoniam cum iudęi sint de populo Romano. l. iudęi. C. de iudæ. sequitur, quòd legibus Imperatorum ligantur, vt tradit Dominus meus Rimin. consil. 186. num. sexto. Vnde cum iuramentum etiam de iure ciuili conualidet contractum. anthent. sacramenta puberum. C. si aduer. vendit. & ve- niens contra iuramentum incidat in periuriũ, ita quòd agendo postea repellitur d. l. si quis maior, vtique etiam iudęus ligari debet sicut ch istianus.
77. † Nec quicquã uidetur prodesse posse huic domino Isach absolutio à iuramẽto petita atq; impetrata Bononiæ à Legato Papæ ad finẽ agendi & excipiendi, de qua in processu. Quo- niã, cum iam ante incurrisset periurium quàm eam peteret, conueniendo dictos fratres corã dictis sapientibus, utique non potuit habilitari, & absolutio sibi concessa nõ valet; vt voluit Feder. de Sen. consil 300. factum tale est, debitor. Achar. consi. 198. prædictis subtiliter. in fi. Abb. in c. primo, col. penul. de iureiur. & post eum Fely. nu. 28. uers. septimò quæro. Roma. consil. 326. in princ. Dec. consil. 452. col. 3. in princ. Paris. consi. 43. nu. 16. uol. 1. Alex. consi. 17. col. 2. in princ. uol. 3. & per Ruin. consilio 66. col. 2. vol. 4. Corn. consi. 6. n. 13. uol. primo, Gozad. consil. 69. nu. 21. decis. Neap. 220. nu. 37. Soc. consil. 59. num. 14. uolu. 3. Paris. consi. 96. nu. 62. uol. primo.
78 † Et si dicatur, expressam mentionem fuisse factã in ịpetratione dictæ habilitationis de interpellatione, & citatione facta coràm dictis sapientibus per dictũ domi. Isach, & sic de periurio iã incurso, quo casu cõcedens eã fuit certus. Respõdetur adhuc, dictę habilitationis cõcessionem fuisse iniustam, habilitando periurũ ad agendum, & sic uiam periurii aperiendo cõ tra. c. si verò, de iureiur. imò etiam potuit di- ci nulla velut attentata in præiudicium dictorum fratrum non citatorum, ita tradit Anchar. in dicto consilio 198. in fine, quem sequitur Fely. in d. c. primo, nu. 28.
79 † Sed & alia ratione non ualet talis absolutio: quoniam concessa fuit non præmissa causæ cognitione, ut tradit Petr. de Anch. in d. consilio 198. in prin. quem sequitur Fely. in c. ecclesia Sanctæ Mariæ. nu. 12. de constitutioni. Curt. consil. 43. nu. 18. quos refert & sequitur Paris. consil. 43. nu. 14. uol. 1.
80 † Et licet prædicti considerent causæ cognitionem respectu citationis. ita quòd parte non citata obrentã absolutionem dicant fuisse con cessam sine causæ cognitione. quod dictum videtur dubitabile: quia licet multi teneant requiri citationem, de quibus per Paris. in d. cõs. 96. nu. 88. Fel. in c. 1. de iureiur. nu. Rui. consi.

consi.66.col.2.in principio,vol.4.Ioan.de Selua in trac.de iureiur.In 4.parte.quęst.6. cum si simil.cumulatis per Dydac. var. resolut.lib.1.
8 1 cap.4.sub nu.5. uers.tota igitur,† tamen secundum magis communem opinionem potest conceder parte non citata, ut testatur infinitos cumulans decis.Neap.220.numero 10.i demque tenet Rimin.meus cons.345. & Crau.consi.7. nu.7.qui etiam allegat dictã decis. Neap.220. quibus addo Oldra.cons.220. Anch.consi.18.
82 Dec.in c.qua fronte.de appellatio.† Alciat.in c.cum contingat.nu.125.de iureiur. qui communem testatur. Gomes. in trac.breui.nu.46. & apud Gallos seruari testatur Gulielm.Benedic.in c. Raynutius. de testa. uer.duas habens filias.col.fi.Ioannes Rupellanus libro 1. foren-
83 sium insti.cap.30.† & hæc opinio magis praxi conueniens est, vt testatur Didac. loco citato, sicut & inquit Calder.consi.7. in fi.de iureiur. quòd generalis consuetudo curiæ est, vt non requiratur citatio partis, subditque Imol.in c.de
84 rirores.col.9.de iureiu.† quòd hęc practica hodie multum inoleuit in curia episcopali Bononiæ.ubi propriè concessa fuit hæc absolutio. Vnde hoc respectu decisio Anch.& sequacium videtur dubia.
85 † Alia tamen ratione & exemplo est probabilis, puta quando ex extremitate temporis apparet de causę cognitione nõ adhibita; vt quia immediate facta petitione incontinenti velo leuato,& non uiso Instrumento iurato concessa est relaxatio à iuraměto, ita tradit Soc.in d. consi.59.nu.16.uol.3.quod in casu nostro uidetur concurrere, ubi facta petitione immediate concessa fuit absolutio per rescriptum dicens habilitamus, ut petitur, sicut enim princeps taxatur qui quem non audit, ut scribit Connanus in commenta. Iuris lib. 1.cap. 16. col.5. de quadã anicula quę Imperatori Adriano dixit, cum illum in via de iure suo postulasset, ne gassetque ille sibi tum ocium esse. Noli ergo imperare, pari modo si perfunctoriè quem audit & minus legitimè, l.1.§.quidem.ff.quod cuius vnl.nomine.

Istis tamen non obstantibus ueritas est in cõtrarium, vt de iure patebit ex infrascriptis. & primum fundamentum assumo ex statuto nostro de modo procedendi à libris decem vsq; ad quinquaginta.col.prima & 2.quod quidem enumerat quattuor exceptiones, quas vult opponi posse ad finem impediendi litis ingressum, videlicet exceptionem incompetētię iudicis, Fori, mandati illegitimi & litis pendentiæ & istud est caput inclusiuum, postea subiungit. Si autem reus aliquam aliam exceptionem dilatoriam, vel peremptoriam etiam inepti libelli opposuerit, tunc quælibet earum reseruetur cognoscěda tempore quo de meritis causæ cognoscetur, & disputabitur. Et istud est caput exclusiuum aliarum exceptionum, quas opponi
86 non vult.† Vnde seruanda est dispositio statuti, vt præter illas quatuor supra enumeratas nulla alia, & sic ista periurii, non possit opponi, prout tradit Maria.consi.38.in priu.vol.1.vbi propriè dicit, quòd si statutum excipit aliquas exceptiones ad impediědum compromissum, vel litis ingressum, postea subiungit, & nulla alia possit opponi, uel aliis similibus verbis vteretur, prout in casu nostro in d. uers.si autě reus,
87 tunc seruanda esset dispositio statuti, † & licet subiungat Marian. etiam dici posse, & intelligi statutũ, quòd nulla alia possit opponi, scilicet friuola, vel minor expressis, secus si esset maior, uel haberet eandem rationem, per glo.in l. 1.§.& parui.ff.quod vi aut clam.tamen ista considerato cessat in casu nostro, vbi statutum in d. versiculo sinautem reus. vult, nullam aliam exceptionem dilatoriam, vel peremptoriam etiam inepti libelli opponi posse quò ad impediendum litis ingressum, sed reseruari ad merita. Vnde cum exprimat de inepto libello, patet quòd vltra illas quatuor expressas, si aliæ oppositę sint friuolæ, siue non, imò maiores, aut æquales, quòd ad dictum finem opponi non possint
88 †Nam illa dictio etiam, adiecta illis verbis inepti libelli implicat casum minus dubitabilem, & explicat magis dubiũ, iuxta notata per Fulg. Alex.Ias.& Dec.in l.qui se patris.C.vnde libe. & ibi latius dixi. Vnde implicat alias exceptiones friuolas, de quibus minus erat dubium, q opponi non possent ad dictum finem, iuxta gl. & doctor. in d.§.& parui: & per Marian.in d.
89 consi.38. † & exprimit illum magis dubium de inepto libello, quæ exceptio non potest dici friuola, cum reddat processum nullũ, vt per Maria.in trac.de libel.oblatio. sicut & sententiam, ut per glo. Instit. de obligatio.ver. istud in fin. quam singularem dicit Bal.in l.actori.in fi.C.de reb.credit.& in l.ex hoc iure.ff.de iust. & iure, Alex.consi.137. in causa & lite.volum. 2.consi.147.consil.152.& consil.187.colum.2.
90 volum.6.Dec.consil.62.col pen. † Imò de tali defectu quandocunque quæri potest, ut inquit Iacob.Butrig.& Bal.in l.licet.col. antepe. C.de procurato. Bal.in auth. si quis litigãtiũ. C.de epis.& cleric. cum aliis per Ias. in § omnium.col. 9. insti. de actio. & per Vantium de nullitate sentent.ex defectu proces. nu.22. Sicut ergo non vult eam opponi posse ad dictum finem, ita nec istã de periurio, & hoc est fortissimum fundamentum.
91 † Secundò dato etiam; q ista exceptio periurii aliàs posset opponi ad hunc finem, tamen in casu nostro nec ipsa nec aliæ oppositæ obstant aut impedire possunt litis ingressum; quoniã statutum vult in quarta reformatione noua, exceptiones tales opponi infra biduum, à die habitæ, uel oblatæ copiæ libelli numerandum, aliàs quòd ultra opponi non possit ad fině impediendi litis ingressum, sed in processu patet 4. Maii traditam fuisse copiam Reis libelli, & aliorum actorum, & tamen nisi vsque ad 18. diem Maii

Maii fuit opposita exceptio incompetentiæ,& mandati illegitimi, & reseruatum ius opponẽdi contra Dom. Isach in effectu de periurio, ꝑ ut postea fuit oppositum die 23. Maii. Quibus stantibus patet dictas exceptiones nimis tardè fuisse oppositas, nec impedire litis ingressum;
92 † quoniam tempus determinato modo prolatum alterius temporis non recipit functionem l. si usufructus mihi. ff. de usufruc. legat. Bal. c.
93 licet, de supplẽ. negl. præla. † & ubi statuta sunt certa tempora, nihil addi, uel detrahi potest. Bal. in auth. atqui semel. col. 4. C. quomodo.
94 & quand. Iud. Natta cons. 485. col. 2. † & cum pars aduersa non obseruauerit tempus dicti statuti, non dicitur illius formam seruasse, nec eius beneficio potiri debet, ut not. Bal. Saly. & Ias. in auth. quæ supplicatio. C. de precib. imp. offer. cum similibus, quos cumulat. Curt. Iun. cons. 349. nu. 12.

95 † Tertio considerandum est, quòd iste non est periurus, nam hic sumus inter iudęos, qui iurarunt more suo, ut in dicto scripto & instrumento patet, quo casu iuramentum remanet in terminis iuris ciuilis, non autem iudicatur secundum terminos iuris canonici, & sic, ut seruari debeat propter periculum animæ, iuxta.
96 c. cum contingat. de iureiur. † quoniam Iudęorum animæ non pertinent ad protectionem Papæ, uel ecclesiæ, cum nihil ad eam de his quę foris sunt. c. multi. secunda quęst. prima c. gaudemus. de diuort. ita tradit Castr. cons. 90. visa quadam scriptura, in fi. secũdo vol. in meo libro, licet uariato numero ab aliis citetur Roma. cons. 155. in fi. Soc. cons. 65. col. pen. cõsilio 66. col. pen. cons. 70. col. fi. uol. primo. Alexander in l. 3. §. fin. ff. de iureiur. Dec. in c. 1.
97 secunda lect. de constit. nu. 16. & ibi dixi, † pulcrè D. meus Riminaldus cons. 140. ad fin. ubi per hæc concludit, quòd iudęi cogi nõ possunt ad obseruantiam iuramenti, idemque fuit de mente Bal. in c. 1. §. item sacramẽta, de pac. iu.
98 firman. † ubi dixit, quòd ius canonicum respicit bonum animarum, & ipsius Dei reuerentiam, & ideò non habet locum in sacramento Iudęorum, uel excomunicatorum inter se; quia uincula sacramentalia actiuè uel passiuè non cadunt in ipsis, qui non sunt de sacro Ouili.
99 † Et licet idem Bal. subdat, uel dic contra quia arctat eos Imperator, non est per hoc intentio sua semetipsum corrigere, & contrariũ velle, ut putauit Curt. in auth. sacramenta pu-
100 berum. nu. 59. C. si aduers. uendi. † sed uoluit in effectu dicere, ut declarat eum Rui. cõs. 159. col. fin. uol. 5. quòd inter hebręos iuramentum operatur, sicut inter Christianos, quando ius
101 ciuile illud approbat uel non reprobat, † sed quando per ius ciuile actus etiam iuratus annullatur, & reprobatur, tunc intentio Bal. fuit, quòd inter hebręos illud nihil operetur, prout nec inter Christianos tali casu operaẽ de iure ciuili. l. non dubium. in fine. C. de legi. l. si
102 quis inquilinos. §. finali, ff. de leg. 1. † sed modo nos habemus de iure ciuili, quòd vbi in contractu iurato interuenit error ex parte iurantis, tunc iuramentum non obligat; quia deficit vnum ex substantialibus iuramenti, videlicet iudicium. c. & si Christus. de iureiuran. auth. quod eis. C. de nupt. error autem contrarius est consensui & iudicio, cum detegat imperitiam. l. si per errorem. ff. de iur. om. iudic.
103 † & cum ex defectu erroris principalis actus non teneat, similiter nec iuramentum, quod est accessorium. c. cum principalis. de reg. iu. in 6.
104 ita tradit Maria. cõs. 40. col. pen. in prin. † & quia eadem facilitate, qua quis fecit contractum confessionis, aut id genus, eadem etiam facilitate iurauit de non contraueniendo, ut tradit Castr. cons. 70. uiso puncto. per not. per Bar. in l. si §. idem quesiit. ff. de condit. indeb. & vltra Castr. idem tenuit Rui. cons. 168. col. pen.
105 in secundo, † qui dicit hanc esse communem opinionẽ, & ultra prædictos accedit etiã Soc. cons. 25. uol. 4. quem sequitur Soc. Iun. eius nepos cons. 77. nu. 34. & in sequ. col. uol. primo, concludentes, iuramentum de non contraueniendo diuisioni non ligare, ubi sit error circa ignorata: quoniam ad ea ipsum non extenditur l. mater decedẽs. ff. de inoffi. testa. & not. Fede. de Sen. cõs. 199. Dec. cõs. 180. in fi. cũ simi.
106 † Confirmaturque, nam iuramentum non supplet, nec quicquam operatur, vbi consensus deficit. Bar. in l. si quis pro eo, in prin. col. fi. uers. Præterea. ff. de fideiussor. & in l. 2. col. 3. C. de rescind. vendit. Bal. in l. fi. nu. 2. ff. qui satid. cog. in l. 3. in fi. C. si aduer. rem iudic. Angelus cons. 93. in fi. Castr. cons. 398. nu. 2. uol. primo. Roma. cons. 299. nu. 2. cons. 427. nu. 24. & Horat. Mand. in addi. ad eum, Alex. cons. 28. nu. 12. uol. 1. Arct. cons. 24. col. 2. uers. nec obstat, Soc. in l. si mihi & tibi §. in legatis. nu. 12. ff. de leg. primò, cons. 40. nu. 7. uol. primo, cons. 159. nu. 30. uol. 2. cons. 4. col. 2. uol. 3. & cons. 25. nu. 13. uol. 4. Ceph. cons. 207. nu. 67. Rolãd.
107 à Valle cons. 13. nu. 30. uol. 1. † ubi latè quoque confirmat hanc conclusionem, dicens post. Bal. in l. 1. col. 2. C. de oper. libert. quòd iuramentum carens consensu dicitur etiam carere spiritu, & ob id non ligat iuratum, & cum prædictis etiam concordat Menoch. cons. 24. n. 6. Hiero. Gabriel. cons. 137. nume. 27. Natta cõs. 145. nu. 8. & cons. 180. nu. 9. In casu autem nostro Dominus Isach tempore dicti instrumenti & scripti fuit in errore causato à fratribus, qui occultarunt libros, & bona parta ex mercatura amplissimæ rationis cõtracta per quẽdam D. Isach generum patris sui, quem dicti fratres dicebant, de suo non autẽ soceri nomine mercaturam fecisse, & sic iste D. Isach putauit mediocre patrimonium patris esse, cũ tamẽ esset opulentissimum, ut ex Inuentario manu patris reperto post dictum instrumentum, & scriptum patet, meritò sequitur, dictum eius iuramentũ

cum

cum non ligare secundum ius ciuile, & ob id eum rectè agere fine labe periurii, ex quo iuramentum corruit deficiente in eo iudicio, hoc est consensu, vno de tribus requisitis ad illud.

108 † Confirmatur hoc, quoniam ex dicto errore patet, quòd iste domi. Isach fuit nedum enormiter, sed & enormissimè læsus, renunciando pro tribus millibus scutis hęreditati ultra quadraginta millia, meritò debet posse reclamare, & contrauenire non obstante iuramento, & per consequens sine labe periurij, etiam secundum terminos iuris canonici, nam text. in cap. quamuis, de pact. in 6. & in c. cum contingat. de iureiur. & auth. sacramēta puberum. C. si aduers. uendit. locū non habent stante enormi læsione quia in tali casu iuramentum esset iniquitatis uinculum, quod esse non dēt. 22. q. 1. c. animaduertendum. ita Pet. de Anch. in reg. accessoriū de reg. iur. in 6. ubi dicit se consuluisse Senis. idemq; tradit in c. 1. in 22. car. uers. ego autem

109 consului in Ciuitate Senatum, † concludens, q tali casu dolus re ipsa, dolo ex proposito ęquipararetur, & idem tradit Anch. consil. 39. pro clariori decisione, colum. 2. & in pletisque aliis consiliis cumulatis à Dec. consil. 180. col. 4. vbi sequitur hanc conclusionem, & plures

110 alios sequaces adducit, † tandemque concludit, hâc esse communem opinionem, à qua in consulendo & iudicando non est recedendum, vt ibi per eum, cui addo Crauetam consi. 7. nu. 5. & latè consil. 142. col. antepen. & pen. Soc. Inn. amplissimè consil. 48. nume. 24. uol. 1. Pari. consi. 89. col. pen. uol. 1. & idem latè concludit etiam Ias. consi. 133. colum. 4. & 5. uol. 4.

111 † dicens hanc esse magis communem opinionem, à qua non est in iudicando, aut consulendo recedendum, & ultra Dec. in d. consil. 180. idem tenet ipse consil. 203 col. fi. in prin. consi. 230. col. fi. consi. 349. col. 3. & 4. consil. 379. col.

112 fi. † vbi pariter dicit, hanc esse communem, & consi. 551. col. 2. post Anch. in c. 1. vndecimo articulo. de constitut. Frderic. de Sen. Cald. & Butrinm per eū citatos. Guid. Pap. quæst. 519. Curt. Iun. consil. 141. nu. 8. Cassad. decis. unica de empt. & uenditio. Capr. in suis reg. cap. 87. nume. 126. Didac. var. resolut. libro 1. cap. 4.

113 † ubi dicit, ita iudicatum fuisse Romæ, & in Regio Granatensi prætorio, & in c. quamuis. §. quarto, de pac. in sexto, Affli. decis. 80. nu. 5. 6. & 7. Cagnol. in l. 2. nume. 98. C. de rescind. uendit. cum similibus (ne sim prolixior) cumulatis à Senatu Pedemont. decis. 41. colu. 2. vbi duas rationes adducit, quibus hæc conclusio corroboratur, quas, cum videri possint, non transcribo.

114 † Et si dicatur, prædictos Doctores procedere, quando iuramentum fuit simpliciter pręstitum, puta de non ueniendo contra, vel etiam quando uerba iuramenti non tantùm fuerunt indefinita, ut in prædicto casu, sed etiam quando fuerunt generalia, puta quia iuratum fuit non uenire contra aliqua ratione, uel causa, tunc enim stante enormi læsione quis potest venire contra non obstante iuramento secun-

115 dum dictos doctores, † secus autem quando verba fuerunt specifica; vt quia in iuramento renunciatum fuit enormi læsioni, vel enormissimæ, prout in casu nostro, quod est fortius, vbi dominus Isach in clausula iuramenti promisit attendere, & obseruare, & in aliquo non contrafacere, dicere, opponere, vel uenire per se, vel alium modo aliquo, ratione, vel causa, & maximè ratione damni enormis, aut quantuncunque enormissimi, vt in instrumēto in fine; tunc enim non potest venire contra dictum iuramentum, vt voluit Anto. de Butr. in d. c. cum contingat, quem refert Imol. sub numero 50.

116 col. 3. † Dico ego ex sententia Abb. in d. c. cum contingat, numero 23. col. sequen. uersic. puto etiam, quòd saltem data enormissima lęsione etiam maior potest contrauenire non obstantibus verbis quantuncunque latè conceptis, quia (vt inquit ipse) Notarii solēt hodiè communiter apponere illa verba ad maiorem validitatem contractus, contrahentes tamen non putant in aliquo decipi. Vnde renuntians per dicta verba valde & latè excludentia omnia remedia, non videtur voluisse pati enormissimam læsionem, sed potius fuisse passum illa verba apponi ad seruandam cōsuetudinem generalem notariorum, vt ibi latius per eum, vltra quem idem tradit Crau. in d. consil. 142. col. pen. nume. 23. post But. consil. 24. col. 3. & consil. 45. circa fin. Castrens. consil. 259. col. 3. vol. 2. Soc. consi. 24. col. 3. uolum. 1. consi. 220. col. 5. uersic. Præterea, uol. 2. consil. 104. col. 4. uolum. 4. Barb. consil. 27. colu. 5. inter consilia Calcan. Cagnol. in d. l. si quis maior. num. 38. C. de transaction. idemque tenet Corn. consi. 288. nu. 15. in fi. uol. 3. cōs. 147. nu. 4. & consil. 158. col. 4. uol. 4. quem refert, & sequitur idem Crau. consi. 192. nu. decimo, vbi ad istam renunciationem enormissimæ læsionis iuratam dat quasdam alias solutiones, de quibus ibi per eū ad quem me remitto. Et ex his cessant, quæ dicebantur, istum incurrisse periurium antequàm habilitationem impetraret: quoniam immò nunquàm fuit periurus.

117 † idque etiam confirmatur, nam periurium non incurritur sine dolo, Bal. in l. obseruare §. proficisci, col. 3. ff. de offic. procons. cuius opinionem dicit esse communem Claud. Aquens. in d. l. si quis maior. col. fin. & Cagnol. nu. 187.

118 † licet Ias. ibi contra col. 2. & in l. qui iurasse. ff. de iureiuran. vbi distinguit, quem damnat Cagnol. & cum prędictis etiam tenet Berous consil. 158. num. 8. & consil. 189. num. 1. vol. 1.

119 † Sed à dolo quælibet causa excusat, licet iniusta, glos. in l. 1. ff. de abig. imò etiam credulitas fatua. Angel. in l. plagii C. ad leg. Flau. de Plag. Ias. in d. l. si quis maior. col. 2. ergo domi. Isach nō fuit periurus, credens sibi licere agere stante

stante errore suo, læsione grauissima, & consilio habito per hebræos sapientes, quòd poterat experiri.

Confirmatur adhuc istud ex tenore instrumenti, in quo cum iuramento promisit non contrafacere, dicere, opponere, vel venire;

120 † Sed quando quis promisit cum iuramento non contrauenire, tunc tribus modis dicitur contrauenire, & incurrit periurium, primò, interpellando Iudicem, secundò, supplicando principi, tertiò, non adimplendo promissa, casus est in l. si quis maior. C. de transaction.

121 † primus autem modus de interpellatione Iudicis intelligitur secundum omnes per porrectionem libelli coram eo factam absque alia citatione partis, reiecta opinione Pau. de Cast. qui citationem requirebat, prout Alex. domi.

122 meus Rimin. Aquens. & Cagnol. tenent, † & communem affirmant, vt per Cagnol. num. 84. & sequitur Rui. consil. 66. colu. 2. uol. 4. sed hic non video aliquem libellum fuisse productum per istum domi. Isach coram dictis hebræis sapientibus, nec illos fuisse aditos vt iudices, sed ut consultores pro consilio habendo, an isti aduersarii possent compelli ad standum in iudicio coram arbitris eligendis, ergo quantum sit respectu promissionis in dicto instrumento factæ non video incursum esse aliquod periurium, nec ex productione libelli postea facta coram Crauetta dicitur incurrisse periurium; quia iam fuerat habilitatus à iuramento ad fi-

123 nem agendi. † Si verò considerare velimus citationem factam de istis aduersariis ad instantiam huius domini Isach per nuncium hebræum, quòd deberent stare in iudicio cum domi. Isach, adhuc dico ex hac citatione sine comparitione per eos facta in iudicio, prout non comparuerunt, sed nuncio tantùm responderunt, quòd super hoc volebant terminum octo dierum, & post alia uice triginta ad respondendum quid agere vellent, vt in dicta citatione bina continetur, eum non incurrisse periuriũ, vel aliquas alias pœnas de contentis in d. l. si quis maior, vt ibi tenet Paul. de Castr. Alexan.

124 Parpal. & Cagnol. nu. 88. & seq. † qui dicit, in iudicando, & consulendo non est recedendũ ab opinione Alexandri ex eo, quia ista materia est odiosa, & pœnalis, vt per eum ibi. Aut verò inniti volumus verbis scripti, in quo promisit, vt vulgariter dicitur in eo translato in sermone Italo (de non domandare dalli suoi fratelli,) & casu quo (el domandasse, non siano li suoi fratelli adimandati obligati stare à ragione con lui &c.) & tunc minus dico eum incurrisse periurium etiam usque ad hoc tempus, uedum ante dictam absolutionem concessam,

125 † quando enim quis promisit non petere, tunc demum hoc verificatur, quòd petat si vltra libellum lis fuerit contestata, & non ante, casus est in l. amplius non peti, & ibi not. Bart. & alii. ff. rem rat. haber. & not. glos. Bart. Alex. Ias. & alii communiter, vt ibi refert, & tenet Cagnol. in d. l. si quis maior, in glo. prima num. 170. quicquid in contrarium solus Parpal. dicat, quem ipse damnat, vt ibi per eum latius,.

126 Si † verò amplecti volumus alium modum, de quo ibi, videlicet de supplicatione, & dicere, quòd iste domi. Isach supplicando Legato pro habilitatione à iuramento habenda incurrit periurium, & propterea absolutio sequuta sibi tanquàm prius incurso periurium prodesse nõ debet; respondeo, quòd cum in dicta supplicatione fecerit mentionem de dicto instrumẽto, & scripto iuratis, & de promissionibus ibi factis de non contraueniẽdo, & petendo, vtique faciendo de his mentionem, & maximè de iuramento, & impetrando rescriptum non incidit in pœnas d. l. si quis maior, & sic in periurium, ita limitando illam legem voluit Card. consil. 22. quem refert & sequitur Ias. in d. l. si quis maior. num. 17. & dicit, quòd est limitatio

127 magna ad illam. l. † & quòd nemo eam tãgit, sed Cagnol. etiam eam ponit numero 178. post Ias. & vt ibi ponit Claud. Aquens. numero 12. Fely. in c. ex tenore, col. 1. de rescript. eam ponit, & fuit Petri de Anch. consil. 27. secundùm Aquens. licet Ancharanum non inuenerim in d. consilio hoc dicentem. dicta lex ergo si quis maior, procederet supplicando principi mentione non facta de actu iurato, & ex his patet istum domi. Isach nullo modo incurrisse periurium tempore quo petiit habilitationem à iuramento.

Tertium verò modũ de adimplendo promissa ommitto; quia iste domi. Isach nihil promisit adimplere eis, & per consequens cessat fundamẽtum supra factum, quòd iste tanquã periurus ab agendo repellatur, item & de absolutione inualida; quia concessa post periurium incursum; falsum est enim illud incurisse dominum Isach, vt ex prædictis patet.

128 † Sed vlterius ego dico, quòd etiam si iste esset periurus; vt quia contrauenerit, non tamen potest hoc opponi, ex quo non interuenit declaratoria super hoc, quòd contrauenerit, & sit periurus, prout requiritur, vt post Bal. tradit dom. meus Riminaldus in d. l. si quis maior. ad fin. motus ea ratione; quia non sequitur, non obseruauit promissa, ergo est periurus; quia potuit esse, quòd habuerit iustam causam, vt in c. querelã. de iureiur. debebat ergo prius peti declarari, eum esse periurum, & postmodum potuisset opponi hæc exceptio periurii, quod minimè factum reperitur.

129 † Non obstat, & aliud fundamentum ex dicto consi. Anch. 198. in fi. nam prima ratio quã considerat, videlicet absolutionem esse iniustã ex eo, quòd viam periurii aperit, cessat in casu nostro, in quo patet istum domi. Isach non fuisse periurum tempore dictæ absolutionis petitæ, dum verò considerat Anch. eam posse dici nullam tanquàm emanatam in præiudicium

alterius

alterius non citati, fragile est hoc fundamentum, cum præsupponat citationem esse necessariam in impertatione absolutionis à iuramẽto, contra magis communem sententiam, vt supra ostendi, & ideò non est super hoc elaborandum.

130 † Non obstat etiam, dum dicitur, talem absolutionem non valuisse tanquàm sine causæ cognitione emanatam; quoniam respondetur, id forte procedere posse, quando esset necessaria, sed in casu nostro non est necessaria, stante valde enormi læsione, & propterea non est curandum quomodo interuenerit, iuxta l. primam in principio C. de rei vxor. actio. ita voluit Butr. in d.c. cum contingat. Dec. consil. 180. num. 6. Corn. consil. 189. col. 3. consi. 166. col. 2. uol. primo. Cuma. consil. 180. col. pen. &
131 Soc. Iun. consi. 48. nu. 29. uol. primo. † ubi ad abundantem cautelam inquit, eam peti posse, prout etiam in casu nostro fuit factum, non quòd ea reputetur necessaria.

Et ex his remanet firma conclusio ad fauorem huius domi. Isach ita quòd prima sententia venit confirmanda, sicque postea factũ fuit.

*Hippoly. Rimin. Ferrar.*

## Pro sororibus de Mallagrapis.

### ARGVMENTVM.

De compendiosa fideicomissariam continente. idemque de reciproca cum compendiosa vnita, vel adiecta clausula codicillari. Et an dos veniat in restitutione fideicõmissi. Rursus an per diuisionem censeatur renunciatum fideicõmisso stantibus clausulis in ea, iuramentoq; & quando duę quartę non veniant detrahẽdę.

### *SVMMARIVM.*

1 *Substitutio fideicõmissaria continetur in compendiosa ex intentione testatoris.*
2 *Substitutio cõpendiosa dicitur facta mentione mortis.*
*Maximè adiecta dictione, quandocunque.* 4.
3 *Mori quis semper potest.*
5 *Substitutio reciproca continet compendiosam.*
*Fideicommissariam vero nequaquam.* 6
*Quæ regula vera & communis est.* 7.
*Nisi iuncta sit cum compendiosa.* 8.
*Hoc est facta cum compendio verborum.* 9.
*Vel cum tractu temporis.* 10.
*Et est communis opinio.* 11.
*Vel adiecta clausula codicillaris.* 12.
*Saltem concepta verbis in futurum.* 13.
*Et licet Decius contra teneat.* 14.
*Et Durantes communem testetur.* 15.
*Idem tamen & alij priorem sequuntur sententiam.*
*Quæ magis communis est.* 16.
17 *Substitutio fideicõmissaria denotatur ex illis verbis quandocunque decesserit sine filijs.*
*Vt voluit Cur. Iun. & Crau.* 18.
18 *Curtius Iun. fuit præceptor Crauettæ.*
19 *Res fideicõmisso subiectæ possunt ex causa dotis alienari.*
20 *Dos non venit in generali fideicommisso.*
*Nec in eo esse censetur.* 21.
*Nec venit in eius restitutione.* 22.
*Et ab eo vsque ab initio videtur exempta.* 23.
*Et ab hærede debita.* 24.
*Fallunt hæc tamẽ mortua filia in matrimonio sine filijs.* 25.
*Ad quod Bartolus ponderatur in auct. res quæ. C. de fideic.* 26.
*Dos enim reddit ad fideicommissum.* 27.
28 *Facto suo quis contrauenire non potest.*
*Et periurus est si iurauit, & audiri non debet.* 29.
30 *Aequalitas est pacis conseruatiua.*
31 *Intellectus. l. mulier. §. cum proponeretur, ff. ad Trebellianum.*
32 *Diuisionis natura nõ est ad fideicõmissi remissionẽ.*
*Nisi secus ex coniecturis colligatur.*
*Prima deducitur si æquale seu re ciprocũ erat fideicommissum.* 33.
*Quod Angelus concludendo voluit.* 34.
*Sed in contrarium communis est Doctorum sententia.* 66.
*Secunda est si promiserunt partes nullo tempore litem mouere in iudicio, vel extra, & omnia & singula rata habere, & in nullo contrafacere &c.* 35.
*Quæ fuit sententia Ioan. Andreæ.* 36.
*Et quam communem testatur Paris.* 37.
*Sed procedit data scientia diuidentium, secus si ignorauerint fideicommissum.* 67.
*Nec clausulæ prægnãtes iuuant, nisi concurrat scientia.* 68.
*Et contra Ioan. Andream stat Ruinus.* 69.
*Et ad clausulam conuentionis respondet.* 70.
*Tertia coniectura est si promiserunt sibi inuicem defensionem bonorum.* 39.
*Quarta posita clausula ad habendum, tenendum, & possidendum, & quicquid sibi placuerit faciendum.* 40.
*Quæ communis est.* 41.
*Sed damnat auctor post aliquos.* 92.
38 *Fideicõmisso censetur renunciatum si fuerit renunciatum omni iuris & statutorum auxilio cum iuramento.*
*Quod procedit verbis in futurum conceptis, vt competenti & competituro.* 72.
*Sicque ponderat Corneus.* 75.
*Et alibi Decius.* 81. 82.
*Secus si simplex fuerit renunciatio.* 74.
*Quia intelligitur de iuribus competentibus, non autem de competituris.* 76. 77.
39 *Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.*
*Quod locum non habet vbi euictio contingit ex facto auctoris, vel eius à quo euincitur.* 90.
*Et quid eo casu operetur promissio euictionis declaratur.* 91.
41 *Fideicõmisso censetur renunciatum per illa verba*

quòd

quòd partes facere possint quicquid voluerint.
Seu quicquid videbitur expedire. 42.
Et institutus molestari non debet. 44.
43 Hæredis institutio venit appellatione alienationis permissiuè.
45 Fideicommisso futuro, vt renunciatum dicatur con stare debet de scientia fideicommissi.
Secus data ignorantia, licet verba sint generalia
Et ita doctores scientiam requirunt. 48.
Et est communis. 49.
46 Iuri quod quis ignorat non censetur renunciare.
Nec spei quæ non erat posita in ordine naturali. 47.
50 Scientia fideiconmmissi non præsumitur in suis hæredibus.
Remota confessione quòd sint hæredes ex testamēto.
Et est communis sententia. 51.
Secus si cōtineātur simpliciter hæredes esse. 52. 54.
53 Ignorantia conditi testamenti præsumitur in dubio.
55 Cōfessio in dubio dēt in fauorē cōfitētis interpretari.
Et eam potest declarare. 56.
57 Mandatum ad renunciandum fideicommisso debet esse speciale,
Et si non valet renunciatio ex parte minoris. nec ex parte maioris. 58.
59 Testi deponenti in facto proprio, vel plenè creditur concurrentibus alijs indicijs.
Vel magis quàm si de facto alieno deponeret.
60 Animus talis esse præsumitur qualiter verba sonāt.
61 Diuisione simplici inter grauatos non intelligitur fideicommissum remitti.
Quæ sententia magis communis est. 62.
Nec ab ea recedendum in Iudicando.
Et consulendo.
Et contra eam quidam requisiti consulere noluerunt. 63.
64 Regulam pro se habens fundatam habet intentionē.
65 Exceptionem opponens debet eam probare.
70 Renunciatio non operatur ultra contenta in instrumento.
71 Clausula contrauentionis regulari debet secundum naturam actus in quo ponitur.
73 Verbum posset, velut extensiuum trahitur ad futurum.
78 Beneficio cedendarum non intelligitur renunciatū per clausulam simplicem renunciationis iurium.
79 Renunciationes sunt stricti iuris.
Et strictè interpretandæ.
80 Liberatio est quædam priuatio.
Vnde referri debet ad id quod est in habitu.
82 Mentio quando fit de iure competenti & competituro ad futurum ius porrigitur.
83 Renunciatio omni iuris & legum auxilio, data ignorantia non operatur.
84 Bartolus in §. duo fratres. q. 5. in l. qui Romæ. ff. de ver. obl. ponderatur.
85 Renunciatio non comprehendit fideicommissum futurum, quando verba referuntur ad præsens tēpus
86 Renunciatio omni iuris & legum auxilio referri debet ad præmissa.
87 Iuramentum sequitur naturam actus, super quo interponitur.

Nec auget consensum. 88. 89.
90 Lex vindicantē ff. de euicti. locum non habet quando contingit euictio ex facto auctoris, vel eius à quo euincitur.
93 Verbum quod potest plura importare referri non debet ad id quod sit contra voluntatem testatoris.
94 Verbum placuerit, non importat liberum mandatū, sed arbitrium boni viri.
95 Intellectus. l. creditor. §. Lucius ff. manda.
96 Verba importantia arbitrium boni viri non includunt alienandi licentiam.
97 Nec debent esse superflua.
98 Verba quòd partes facere possint quicquid eis placuerit quid operentur.
99 Verbum quicquid, adiectum verbo placuerit, facit illud importare liberam potestatem alienandi.
Secus si sit adiectū verbo facere, vel faciēdum 105. 106.
106 Verbum placuerit, importat arbitrium boni viri.
107 Verbum speciale adiectum generali significatum illius restringit.
108 Ignorantia præsumitur.
109 Verba, quòd partes & hi quibus dederint facere possint quicquid voluerint, denotant esse datam facultatem alienandi.
110 Verbum voluerit, importat liberam voluntatem.
111 Institutio simplex hæredis non operatur alienationem sufficientem ad diminutionem fideicommissi.
Sed ita demum si in ea dictum sit de fideicommisso. 112.
Sicque Soc. Alex. & sequaces sunt intelligendi. 113.
114 Fideicommissum dicitur onus.
115 Legitima reijcit omne grauamen.
116 Filius sub conditione grauatus detrahit duas quartas.
Et est æqua conclusio. Benignior & in Scholis & Pallatijs approbata.
Et ex generali consuetudine etiā in terris Imperij
Et per totum mundum obseruatur.
118 Quartæ duæ dimidiam hæreditatis absorbent.
Quid autem quando legitima est semis remissiuè. 119.
120 Filius institutus post mortem matris vsufructuariæ in vita respectu legitimæ dicitur institutus plenè pure.
121 Primus fideicommissarius à secundo fideicommissario trebellianicam non detrahit.
122 Trebellianica detrahi non potest stante clausula, quòd testamētum sortiatur effectum omni meliori modo. 123.
124 Trebellianica filijs primi gradus prohiberi non potest.
Et errant qui dicunt communem esse in contrariū. 125.
Et est magis communis. 126.
Sed procedit directò at per indirectum secus. 127.
Ad quod ponderatur Alexander. 128.
129 Trebellianica olim directò prohiberi nō poterat, per indirectum verò sic.

CON-

## CONSILIVM CCIIII.

*Auxilium meum à Domino.*

*Magister Franciscus Mallagrappa Grammaticæ professor in terra Carpi in testamento suo hæredem suam vniuersalem instituit dominā Lucretiam eius vxorem, donec uixerit.; cum hac tamen conditione, lege, & pacto, quòd teneatur, & obligata sit maritare dominam Violantem, & Mariam eius filias, cum fuerint in actu, & tempore maritandi, & eisdem & cuilibet earum dare illam quantitatem dotis, quæ sibi videbitur, & placuerit, post verò eius mortem sibi hæredes instituit, & esse voluit dictam dominam Violantem, Ludouicam, & Mariam eius filias æqualiter, & æquis portionibus, & eas inuicem substituit quandocunque decederent sine filijs, & si dictæ omnes filiæ decederent sine filijs, tunc, & eo casu substituit ecclesiam sancti Francisci de Carpo. Quo testamento facto mortuus est dictus Testator nupta prius per eum viuentem Ludouica, & constituta ei dote in certis terris, postea verò eius Vxor nuptui collocauit dictam Mariam Andreæ Barzellæ, assignatis terris in dotem pro scutis 400. Insuper etiam nuptui collocauit dictam Violantem domino Antonio filio strenui Capitanei Philippi de Pictoribus, de cuius dote nihil dicitur propter diuisionem quandam, ad quam deuentum fuit, vt infra dicetur. Postea dicta domina Lucretia adhuc viuens, & sic ante diem fidei commissi cedentem dictam hæreditatem restituit dictis tribus generis suis dictam restitutionem acceptantibus, & Notario pro dictis filiabus, promiseruntq́, dicti generi omnia bona dicti quondam testatoris simul conferre, & diuidere, ac annullare omnia dotium instrumenta, cuius deinde diuisionis, & promissionis de annullando dicta instrumenta fuit executio facta per maritos dictarum mulierum habentes in hoc mandata, & promittentes de rato in ampla forma. Deinde mortua dicta domina Lucretia, decessit etiam nuperrimè dicta domina Maria sine filijs relicto superstite domino Andrea marito suo, & eius hærede instituto in suo testamento. Nunc domina Violantes, & Ludouica contra eum agunt vigore fideicommissi paterni ad bona, quæ obuenerunt in parte dictæ Mariæ ex dicta diuisione nunc possessa per dictum Andream, excipit autem ille ea sibi fuisse assignata in dotem, & ob id de ipsis tanquam exemptis à dicto fideicommisso dictam Mariam potuisse testari. Secundò, quòd ex dicta diuisione fuit renunciatum dicto fideicommisso. Tertio, quòd quatenus ei locus esset, detractioni legitimæ, & trebellianicæ locus esse debet, super quibus petitur consilium.*

ET primò super allegato fideicommisso per istas agentes nulla fit dubitatio, nec etiam de iure fieri
1 potest,† hic enim facta fuit compendiosa, in qua fideicommissaria continetur ex intentione testatoris, secundum Bartolum in l. Centurio. uersi. quęro utrū compendiosa. ff. de vulg. & pupil. Angel. consil. 204. Alex. consi. 13. uolum. 4. consil. 165. uol. 5. Doctores in l. præcibus, & ibi dixi nume. 307. C. de impub. & aliis substitutio. & consilio 23. num. 230. quoniam cum testator dixerit, & eas inuicem substituit, quandocunque decederent
2 sine filiis,† & hic de morte mentionem fecerit, dicitur fuisse compendiosa substitutio, iuxta not. per glos. in l. in testamento in glos. magna ibi, si Lucius decesserit. C. de testamēto militari, quam ad hoc notāt Fulgos. Castren. & Alexand. ibi Soc. consil. 113. columna tertia, in fine, uolumine secundo. Rip. in d. l. Centurio. numero secundo, in fine, ff. de vulgar. & pupillar. Dec. in d. l. precibus, numero 16. C. de impube. & aliis substitu. & ibi dixi numero 316. idemq́ue Dec. consilio 227. columna secunda. Paris. consilio 73. numero tertio, consilio 93. numero quarto, secundo uolumine. Ruin. consilio 158. numero 15. secundo uolumine. Curt. Iun. consil. 86. columna secunda, consilio 172. in principio, Socin. Iun. consilio 180. numero 20. secundo uolumine, Roland. à Valle consil. 25. nume. 15. & consil. 69. in prin. uol. 1. Neuiz. consil. 53. nu. 2. Natta consil. 68. nu. 7. Hierony.
3 Gabriel. consi. 169. num. 41.† cum enim, ut ipsi dicunt, semper quis mori possit l. 1. ff. de cōdit. & demonstratio. etiam si conditio mortis simpliciter sit apposita in testamento, satis uidetur
4 comprehendere plura tempora, † tantoque magis adiecta dictione quandocunque, ut in casu nostro, ut tradit Bar. in d. l. cēturio. col. 10. uersi. secundò oppono ad prædicta, quod uidetur procedere quò ad maiorem declarationē. non quòd idem non sit, etiam si conditio mortis simpliciter fuerit apposita, ut in casu nostro, prout declarat Dec. in d. consi. 227.
5 † Confirmatur hoc ēt: quia testator inuicē substituit filias quandocūque decederent sine filiis, quæ verba faciunt pariter substitutionem compendiosam, ut idem Bartol. docet. in d. l. centurio. versi. quęro utrum substitutio. domi. meus Rimin. consi. 106. nu. 4. & ibi concordantes adduxi in prima additione, nūc uerò subiicio Alexandrum consilio 71. col. 2. uol. 2. Dec. consi. 572. consi. 642. in prin. Ias. consilio 132. col. 4. uol. 1. Curt. Iun. consilio 172. & consi. 86. col. 2. ubi dicit esse communem, Paris. consilio 25. nu. 15. & consi. 73. col. 1. & 2. uol. 3. Roland.
6 à Valle consilio 69. in prin. uol. 1.† & licet aliàs substitutio reciproca facta de pluribus filiis institutis nō comprahendat fideicommissariam, quando facta simpliciter reperitur, ut not. Bar. & alii in l. Lucius, in pen. quæstio. ff. de vulg. & pupill. & tradit Dec. consi. 86. in prin. consi. 205. col. 2. consil. 291. col. 1. & consil. 318. colum. 2. Gozad. consi. 80. col. 1. Ias. consil. 134. col. pen.
7 uol. 1. † ubi dicit, hanc esse ueram, & communem regulā, quòd substitutio breuiloqua siue sit facta uerbis directis, siue uerbis communibus

bus siue personis imparibus, siue paribus, nunquàm continet sub se nisi directas vulgares, pu
pillares, & exemplares substitutiones, fideicom
8 missarias uerò nunquàm † tamen istud sallit,
& non procedit, quando fuit coniuncta cũ com
pendiosa; ut quia dicatur, quandocunque aliquis decederet sine filiis, ut in casu nostro reperitur ad unguem, ita colligitur ex dictis Bar. in d. pen. quæstione, & ibi not. Alex. col. fin. nu. 19. Ias. col. pen. nu. 30. in fi. Rip. col. pen. in fine, idemque tenet Angelus consil. 151. colum. fin. quidam Nicolaus Aretinus consil. 37. sequẽdo ordinem. colum. 3. nu. 6. Bal. consi. 55. ad euidentiam. vers. quintò, & vltimò. volum. quarto Dec. cons. 318. colum. 2. Angel. cons. 151. col.
9 2. † vbi dicit, quòd quando substitutio breuiloqua facta est cum compẽdio verborum, quia non tantùm, est reciproca, sed etiam compendiosa, vel reciproca habens naturam reciprocæ & compendiosæ, considerato, quòd non est simplex, sed concepta verbis, quibus fit compendiosa, ideò tanquam mixta debet sapere naturam suorum simplicium. §. & quia. in authe. de nupt. & idem voluit Alex. cons. 110. volum.
10 7. † vbi dicit, quòd quando substitutio breuiloqua facta est cum tractu temporis, tunc nedum comprehendit vulgarem, si hęreditas non adeatur, sed & fideicommissariam post aditam hæreditatem, & est perinde ac si hæres esset grauatus post mortem suam restituere per fideicõmissum alteri ex institutis superstiti, sequitur Socin. cons. 290. colum. 2. volumine 2. cons. 6. colum. 1. vol. tertio, Dec. cons. 318. colum. 2. Paris. cons. 82. volum. 2. Ias. cons. 124. colum.
11 penul. volum. 1. † qui communem testatur, & Roland. à Valle cons. 25. num. 12. vol. primo.

Secundò istud, & alio casu nõ procedit, quã
12 do † scilicet in testamento reperitur adiecta clausula codicillaris, vt hic suponitur sub illis verbis, & hanc &c. prout voluit Fulg. Castr. & Corn. in l. si frater. C. de fideicom. Soc. cons. 6. colum. 2. volu. 3. Galiau. in d. l. Centurio. num. 65. Grat. consilio 8. volum. 2. Rip. in d. l. Lucius
13 colum. penul. nu. 44. † vbi admittit hanc opinionem, saltem stante clausula codicillari con
14 cepta per verba futuri temporis, † & licet Dec. in d. l. præcibus. nu. 18. propriè in reciproca cõtrarium tenuerit per quasdam eius rationes, sicut, & in cons. 205. in fin. cons. 248. colum. pen. cons. 287. colum. 2. consilio 384. & cons. 394. post Bald. consilio 319. quidam Nicolaus, volu
15 mine quinto, † Ioan. Durant. qui communẽ testatur de arte testand. titulo quinto. caut. 14. & Soc. Iun. consilio 180. columna penul. in fin. volumine secundo. Attamen priorem sententiam tenet Soc. cons. 6. uolum. tertio. Galiaul. in d. l. Centurio. numero 65. Gra. respon. 8. vol. secundo, Durant. sibi contrarius titulo quinto, caut. 29. Cattel. Cotta lib. memor. vers. sub
16 stitutio. Paris. cons. 41. num. 53. uolum. 2. † qui dicit, hanc esse magis communem contra Dec. Cur. Iun. in d. l. pręcibus. nu. 55. Moder. Pataui. lect. prima nu. 82. & secunda num. 125. & ibi sequutus sui num. 449. comprobando latius, vt
17 ibi videri potest in cõmentariis meis, † tantoque magis idem tenendum est in casu nostro adiectis illis verbis quandocunque decederẽt sine filiis, quæ verba uelut dubia possunt etiã continere fideicommissariam, & ex eis resultat quædam substitutio generalis & incerta. Vnde stante clausula codicillari tali casu substitutio debet fideicommissariam importare: quia sic per eam apparet de voluntate testatoris, ꝙ si substitutio non valeret iure directo, valeat
18 iure fideicommissi, † ita declarat Curt. Iun. consilio 48. colum. tertia, ad fin. quem refert & sequitur Crauet. consilio 22. numero 8. ubi dicit habuisse hanc considerationem antequam vidisset Curt. plurimumque gaudet concurrisse cum ingenio viri tam celebris præceptoris sui, satisque mihi etiam placet, cum conferat ad casum nostrum. Et ex his remanet uera conclusio, quam prædixi, nullam dubitationem de iure fieri posse super allegato fideicommisso per istas actrices, extat enim nedum inter matrem, & ipsas, sed & inter eas, euenitque casus eius inter eas, ex quo mortua est dicta domina Maria sine filiis istis duabus eius sororibus superstitibus. Vnde sola superest difficultas circa allegatas exceptiones per istũ Andreã cõuẽtũ.
19 † Et quò ad primam fundata videtur eius intentio prima facie, quoniam ista bona per matrem viuentem sibi fuerunt consignata in dotem, vt in instrumento patet, ex qua causa dotis constat res licet subiectas fideicommisso alienari posse, vt est casus in authen. res quæ & ibi not. omnes. C. communia de legat. l. filiusfamilias. §. diui. ad fin. ff. de legat. primò, & ibi Doctor. maximè Ripa. numero 9. & 24. Castr. in l. fin. §. sed quia, numero quarto. C. cõmunia de legat. Iason in l. Marcellus. §. res quæ columna prima, ff. ad Trebel. & in d. authen. res quæ, col. 3. versi. sextò limita. Ceph. consil.
20 261. num. 19. † Natta cons. 255. num. 8. ubi dicit, quòd in fideicommisso generali non uenit dos filiæ constituta, effectusque talis alienationis perpetuò durat adeo ꝙ bona detracta ex fideicommisso causa dotis constituendæ nũquã amplius ad fideicõmissarium reuertuntur vt est casus notabilis in l. mulier. §. cum propo
21 neretur. ff. ad trebel. † sic inducendo. Nam ibi dicitur, ꝙ debitũ dotis cẽsetur non esse in fideicommisso, ergo ad fideicommissarium peruenire non potest, & ita per illum tex. declarat Paul. de Castr. & Ias. in dicta authen. res quæ col. 10. uersi. Decimosextò, & vltimò, & ultra eos ista fuit sentẽtia Vgol. glossatoris relati ꝑ
22 Accursium in d. authen. res quæ. † Volentis, ꝙ etiam si fuerit recuperata à viro talis dos nõ tamen ueniat in restitutione fideicõmissi, quã glo. tenẽt Mart. Sil. Iac. Butrig. Cy. & quasi omnes, vt ibi recenset Bar. qui pro ea citat. d. §. cũ

pro-

proponeretur. & alia iura de quibus ibi per
eum,idemque tenet Dec. cons.519.col.pe.nu.
5.Rui.cons.200.num.6.vol.primo,vbi dicit,ꝙ
ex causa dotis res subiecta fideicommisso po-
test alienari ad exclusionem perpetuam fidei-
commissarii, ergo datur intelligi, quòd non
redit ad eum amplius.
23 † Quinimò & secundò videtur ista dos vs-
que ab initio exempta à dicto fideicommisso
ex iuris dispositione,quoniam non potest pater
derogare obligationi, qua astringitur ad do-
tem dandam subiiciendo bona fideicommis-
so,quia illa obligatio inheret bonis, & cum il-
lis transit ad quemcunque bona perueniant,
ita hanc ratione perpendit Castr.cons.13.quia
per eximium consultorem. in princ. sequitur
Dec.in d.consi.519.numero 5.Curt.iun.cons.
24 59.colu.2. † & prout dicit Rui.cons.52. nu.
11.2.volu. cum in testamento per patrem fue-
rit relicta dos, ab vxore hęrede ab initio fuit
debita,& de ipsa vt de ęre alieno iudicatur, vt
ibi latius per eum. & propterea forte prudens
testator in casu nostro imposuit vxori onus ma
ritandi dictas filias, deditque ei licentiam eas
dotandi; prout sibi videbitur & placuerit, sen
tiens ex suo fideicōmisso talē obligationē, &
cōstitutionē dotis impedire nō posse.Vnde ex
his hæc prima exceptio videtur satis fundata.
25 † Istis tamen non obstantibus contrariū de
iure dicendum est in pręsenti casu. Moueor:
quoniam ista domina Maria decessit in matri
monio sine filiis,& sic nullæ reliquię matrimo
nii remanserunt,quo stante bona sibi in dotem
data ex fideicommisso subiectis ad illud re-
dierunt:ex quo enim causa dotis permissa fuit
alienatio,& finito matrimonio, eiusque reli-
quiis, cessat ista causa dotis, cessare debet &
ista permissio,scilicet effectus alienationis, &
in causam fideicommissi dos data debet redi-
rè,quia temporalis causa temporalem habet ef
fectum.l.adigere.§.quamuis.ff. de iure patro.
ita in terminis declarat Bal.cons.72.filia de re
stituendo,in secundo vol.quod cons.transcri-
bit ad literam Corn.cons.3. colum.3.uolum.
26 3.† hoc idem est de intentione Bar.in d. aut.
res quę.vbi dicit,quòd si dos reuertitur ad pa
trem uiua filia,adhuc remanet dos, & sic non
redit ad fideicommissum, quia tenetur pater
eam filiæ reseruare.sentit ergo Bart.quòd si fi-
lia esset mortua,vel(vt subdit Ang.ibi in fine)
talis esset, cui non esset concedenda dos pro-
pter sua demerita, quòd non remaneret dos,
& sic in causam fideicommissi rediret.

Secūdò moueor,videmus enim hic istas tres
filias fuisse inuicem grauatas, & domina Vio-
lantes dotem non habuit, Ludouica verò licet
eam habuerit uiuente patre,eo tamen mortuo
& matre viua instrumentum dotis annullauit,
dotemque communicauit, & sic factum est, vt
27 dotem non habuerit, † meritò dicendum est,
ꝙ mortua dicta Maria sine filiis dos sibi data
debeat redire ad causam fideicommissi,idem-
que iuris de ipsa esse, quod de alio patrimo-
nio,aliàs ipsa uiuente,& una ex sororibus mor
tua sine filiis surgeret inequalitas magna,quia
dotem pręcipuam haberet, & ultra fideicom-
missum, secus autem in istis quò ad eius suc-
cessionem, quod non est dicendum. ita post
Petrum tradit Castr. in d.authen.res quæ,col.
3.num.12.idemque tenet ibidem Fulg. col.fi.
& latius post eos Corn.

Tertiò accedit, ꝙ hic Andreas annis elapsis
post dotem sibi consignatam in instrumento
solenni annullauit,& cassauit dictam consigna
tionem,& eius instrumentum, promisitque eo
non vti in iudicio,uel extra, sed bona sibi con
signata diuidi debere unà cum aliis &c. cum
iuramēto in ampla forma super prædictis adie
cto de attendendo, & non contraueniendo
28 sub pęna periurii, † quo stante iste non po-
test aliquod fundamentum facere super dicta
assignatione dotis, quia sic ipse contra factum
suum venit,quod facere non potest.l.post mor
29 tem.ff.de adoptioni. † & contrauenit huic
conuentioni iuratæ, & contraueniendo in ta
li casu iurato incurrit periurium,quò fit, vt au
diri non debeat.l.si quis maior. C. de transa-
ctioni.&ibi not. Alexand. columna fin. Ias.in
12.notab.Cagnol.numero 119. Alexan. con-
silio 17.columna secunda, volumine tertio,Fe
lyn.& Dec.in c.intelleximus, de iudic.Dec.in
c.dilecti.numero tertio, de excep.Paris.consi-
lio 43. in fin. volumine primo, Corn.consilio
30 215.numero quinto,uolumine tertio, † tan-
toque magis ęqualitatis seruandæ gratia, quæ
pacis est conseruatiua, sicut inæqualitas ope-
ratur oppositum.Soci. consilio 21. numero 7.
volumine tertio,Roland.à Valle consilio 100.
numero 17.volum.tertio.

Et tenendo hanc partem non obstant addu
cta in contrarium.Namque ex hoc vltimo fun
damento cessant,si.n.non potest fieri fundamē
tum super consignatione dotis velut annulata
frustrà est dicere, quòd ista bona fuerint exem
pta à fideicommisso, & ei inesse non censean-
31 tur, quia immo insunt, † sed vltra ad tex. in
d.§.cum proponeretur. respondet Corn.in d.
consilio 3. columna tertia, volumine tertio,
ꝙ loquitur in dote constituta in quantitate,
secus si in corporibus,vt in casu nostro, ut ibi
latius per eum.Ex his primus articulus rema-
net expeditus, superestque ad secundam exce
ptionem descendere.

In qua rem breuius quàm fieri poterit per-
stringendo,licet amplissimus detur spaciandi
campus,omissis non necessariis prima facie vi
32 detur intētio huius Andreę satis fundari, † nā
que,vt inquit Bald in l.qui cum tutoribus.col.
secunda.ff. de transact. licet natura diuisionis
non sit quòd ius fideicommissi futuri remit-
tatur, ex coniecturis tamen colligi potest ali-
quando partes hoc voluisse, & hoc in casu

nostro suaderi posse videtur ex pluribus conie
33 cturis.† Prima quidem ea est, quòd inter has sorores ęquale erat fideicommissum, cum essent inuicem grauatæ, si decederent sine filiis: quo casu stante hac æqualitate, dicendum est, quòd per diuisionem factam inter eas scientes (vt dictus Andreas supponit) cum clausula generali de non contraueniendo, de qua in instrumento diuisionis, fideicommissum intelligatur esse remissum: quia per omnimodam ęqualitatem nõ insurgit aliqua absurditas, ex quo vnusquisque tantum remittit, quantum sibi remittitur, ita voluit Ang. in d. l. qui cum tutoribus.
34 † Et licet tandem concludat, quòd si haberet consulere non deliberaret, tamen idem in l. qui Romæ. §. duo fratres. col. 5. & 6. ff. de verb. obligat. dicit se ita Paduæ consuluisse, prout reperitur consi. 287. pro clariori decisione. col. 3. & amplè tradit Soc. Iun. conf. 116. num. 41. vol. primo. Roland. à Valle consilio 100. num. 19. volum. tertio. Natta consilio 474. numero 22.
35 † Secunda coniectura accedit, quoniam istæ sorores in diuisione promiserunt nullo vnquã tempore litem aliquam, quæstionem, vel controuersiam sibi inuicem mouere, vel inferre: nec mouenti, aut inferenti consentire in iudicio, vel extra. & in alia parte instrumenti promiserunt omnia, & singula firma, rata, & grata habere, tenere, & obseruare, & in nullo contrafacere, dicere, opponere, vel venire per se, vel aliũ aliqua ratione, vel causa, modo vel ingenio, de iure vel de facto, in iudicio, vel extra.
36 † quibus verbis plenioribus cum vsæ fuerint, dicitur fideicommissum fuisse remissum, vt decidit notabiliter Ioan. Andr. in additio. Specul. in titulo de testam. §. in primis, columna 6. in addit. incip. §. fin. cuius decisionem comprobat, & sequitur Crot. in d. §. duo fratres. numero 45. versiculo limitatur tamen, eamque refert etiam Alexan. ibi. colum. 11. versiculo Aduerte tamen, quia Ioan. Andr. Curt. consil. 63. columna penul. Soc. consf. 43. col. 2. volum. quarto. Dec. consilio 11. col. 4. consilio 86. columna 2. consilio 287. columna final. consilio 345. columna secunda. Ruin. consilio 119. columna fin. volum. secundo. Curt. Iun. consilio 49. colum. quinta. Alex. consilio 118. volumine sexto. Bertrand. consilio 21. in fin. consilio 166. colum. penul. volumine primo, consilio 6. in fin. volumine secundo. Grat. respons. 17. col. 1. consf. 60. columna tertia, volum. primo,
37 Socin. Iun. conf. 116. colum. 10. † & esse cõmunem testatur Paris. consilio 31. columna 1. volumine tertio, Curt. Iuni. consf. 49. numero 12. & Ceph. consi. 253. numero 11. & seq. Bursat. consi. 86. num. 13. cum sequentibus. Senat. Pedemont. decis. 112. num. 17. qui ponunt ver
38 ba sigillatim, de quibus in casu nostro: † sed idem Curt. iun. vltra considerat ibi renuntiationem omnium legum, statutorum, & iuris auxilio, de qua habetur in hac diuisione, & etiam iuramentum, de quo in casu nostro, per quod dicitur in genere cogitatum de tali fideicommisso, vt ibi latius per eum colum. fin.
39 † Tertia coniectura est, quia sibi inuicem promiserunt defensionem dictorum bonorum ibi, promittentes sibi inuicem de euictione &c. quo stante videtur remitti fideicommissum futurum, quia quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. l. vindicantem. ff. de euictio. & ita videtur voluisse Roma. consilio 457. circa propositam. co lnm. secunda, & post eum clarè firmat idẽ Cur. consf. 63. col. pen. Tobias Nonius consi. 41. qui duas has coniecturas ponit.
40 † Quarta, & vltima subest coniectura ex illa clausula, Ad habendum, tenendum, & possidẽdum, & quicquid sibi ipsis diuidentibus deinceps perpetuo placuerit faciendum. per quæ verba dicitur data potestas alienandi, si concessum est, quòd possit facere quicquid placuerit, iuxta l. creditor, §. Lucius. ff. mand. ibi. concedo tibi de omnibus meis, vt uis, negociari. subiungendo exemplum, siue uendere uis &c. quæ verba sunt synonima istis, quòd possint facere quicquid placuerit, vt ad sensum patet, sicque tenet in terminis Crot. in d. §. duo fratres. numero 63. dicens ita consuluisse in ardua quæstione, quem sequitur Socin. Iun. consilio 116. numero 54. volum. primo. Do. meus Zuchar. in l. prima, numero 60. C. de pact. Rui. consilio 133. numero 4. volum. secũdo, & Soc. Iun. consilio 98. numero 12. volumine secun
41 do, † qui communem testatur. sicut & in similibus verbis, quòd partes facere possint quicquid voluerint, tradit Curt. consilio 63. columna penul. Paris. consilio 45. nnmero 23. volum. secundo, Dec. consf. 164. columna secũ-
42 da. Bellon. consf. 21. num. 4. † & in illis quicquid uidebitur expedire. Ruin. consf. 222. numero 8. volumine primo. Grat. respons. 29. volumine primo, & latius Roland. à Valle consf. 55. numero 42. cum sequen. volnmine tertio, vbi respondet Ruin. sibi contrario consf. 137. numero 7. volumine secundo, & aliis quibusdam contrariis, ut per eum. Ex quo in proposito nostro infertur, quòd cum ista domina Maria alienauerit instituendo hunc Andreã
43 maritum suum hæredem, † (sic enim appellatione alienationis permissiuè facta continetur hæredis institutio. l. si quis prioris. ver. certum. C. de secund. nupt. & tradunt Bart. & doctor. in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verbo. obli-
44 gatio.) † utique non debet posse inquietari ab istis agẽtibus, ut in terminis declarat Alex. consilio 189. Viso, & maturè discusso. columna quarta, in fin. secundo volumine, Soc. consf. 43. columna prima, volumine quarto, licet de Alexandro mentionem non faciat. Et ex his huius Andreę intentio super hac secunda exceptione videtur esse de iure multum bene fundata.

Istis

45 † Istis tamen non obstantibus in contrariũ veritas est aperta ex infrascriptis. Primò, quoniam ad hoc, vt fideicommisso de futuro cẽsea tur renunciatum constare debet, ꝙ fratres diuidentes ante scientiã habuerint testamenti, in quo de fideicõmisso cõtinetur, inter enim ignorantes non videtur remissum, etiam si ver ba sint generalia, ita tradit Bar. in d. §. duo fratres. in secunda quæstione, & post eum cæteri scribentes ibi, & in hoc casu omnes conueniũt
46 vt ibi tradit Crot. numero 41. in fin. † cum secundùm eum iuri quod quis ignorat sibi competere non videatur in dubio renunciasse. l. mater decedens. ff. de inoffi. test. idemque tradit eleganter Bal. consi. 73. domi. Thomas Asinarius. in 3. vol. secundùm meam impressionẽ. in 4. puncto, requirens ꝙ partes sciuerint onus
47 fideicõmissi, & intẽderint illud euertere, † in dubio autem nemo (secundùm eum) pręsumitur renuntiare tali spęi, quæ non erat posita in ordine naturali, sed in aduersa fortuna liberi hominis, quam contrahentes inspicere non debuerunt. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verbor. obligationi. vt ibi per eum latius,
48 † sic & alibi Doctores scientiam requirunt, vt per Dec. cons. 287. col. pen. Gozad. cons. 45. nu. 17. Curt. Iun. consi. 49. nu. 6. Soc. Iun. cons. 117. num. 34. volum. primo, & consi. 98. nu. 12.
49 volum. 2. † qui testatur communem. Beroius cons. 130. nu. 12. vol. 2. latè Gabriel. Roma. lib. 4. suarum conclus. tit. de fideicommis. nu. 20. dum pręsupposita scientia tenet partem affirmatiuam, stante verò ignorantia negatiuam, & hoc clarius etiam firmat col. fin. post Soc. Iun. in d. consi. 116. col. 6. vol. primo. Rui. cons. 92. num. 24. vol. 3. & consi. 80. num. 4. vol. 5. At in proposito casu nullibi constat, quòd ante diuisionem, vel eius tempore istæ partes diuiden tes habuerint scientiã testamenti, minusq; cõ
50 tentorum in eo, † nec id quidem de iure prę sumitur in istis mulieribus, quæ erant sui hæredes. l. verius. ff. de probatio. & not. abundè Bar. in d. §. duo fratres in 3. quæstione, remota confessione, quòd sint hæredes ex testamento, & aliis coniecturis ibi per eum positis, & seriatim per Rip. nu. 52. per 2. col. & per D. meũ Riminal. cons. 447. nu. 29. quæ minimè in casu nostro concurrunt, quam sententiã Bart. latè te-
51 net Alex. in d. §. duo fratres. nu. 53. † eamq; communem testatur Ias. nu. 56. ergo nõ dicitur renuntiatum fideicommisso. & licet in instrumento diuisionis dicatur, quòd istæ mulieres volunt deuenire ad diuisionem bonorum omnium immobilium inter eas communium, & quę sibi obuenerunt ex hæreditate dicti quondam magistri Francisci patris, & sic confitean-
52 tur se hæredes illius, † attamen istud non sufficit, nec talis confessio simplex sibi pręiudicat, quò ad inducendam scientiam testamenti secundùm Bartol. in d. 3. q. & clarius per Alex. nu. 53. circa finem, nam cum talis confessio, se esse hęredes, possit intelligi duobus modis, videlicet ex testamento, vel ab intestato, non dicitur concludenter probare, quòd ex testamen
53 to fateantur se esse hæredes † attento quòd in dubio præsumitur, quòd ignorent, an fuerit conditum testamentum. d. l. verius. & l. fin. ff. pro suo. & attento quòd non constando istis filiabus de testamento tempore confessionis poterant credere, & intelligere se succedere ab intestato, & ex ea causa sibi obuenisse dictam
54 hæreditatem non autem ex testamento, † ita pulcrè multùm Alexan. ibi, cum qua conclusione transeunt communiter doctores, ut ibi refert Clarissimus Dominus Paulus Leonius Consiliarius Secretus Excellentissimi Ducis
55 Ferrariæ Principis amplissimi nu. 380. † cuius opinionem confirmo ex illa regula, qua cauetur, confessionem in dubio in fauorem confitentis interpretari, vt tradit Butr. in c. ex literis, primo in fi. de sponsal. Dec. consi. 118. col. fin. ante nu. 6. Veronens. consi. 77. col. 1. Deci. consil. 493. num. 16. D. meus Zuchard. in rub. C. de pact. num. 39. Cephal. consilio 90. nu. 54. ergo talis assertio de hæreditate paterna sibi delata, & sic quòd sint hæredes, quæ ad testamentum, & ab intestato trahi potest, debet in causam intestati interpretari, & sic in fauorem suum, ne alio modo intelligendo sibi noceat,
56 quò ad remissionem fideicommissi, † sicque licere debet eis suam confessionem declarare, quis enim potest suam confessionem interpretari, modo eam non perimat. c. cum dilecti. de accusatio. Bal. in l. 3. in fin. C. de cust. reorũ. Bar. in l. si quis intentione. ff. de iud. Natta cõs. 161. num. 5. & hoc est primum, & potissimum fundamentum, quo patet non esse remissum hoc fideicommissum.

Secundò ego moueor, quoniam ista diuisio non fuit facta per dominam Violantem unã ex principalibus, sed per D. Antonium de Pictoribus eius maritum asserentem se ab ea habere mandatum, prout de ipso constat in proces-
57 su ad faciendam istam diuisionem, † sed in dicto mandato non constat, quòd habuerit mãdatum speciale ad renuntiandum huic fideicõmisso, imò de hoc nullum penitus verbum in genere uel specie, ergo sequitur, quòd dicta diuisio non valet, nec nocet dictæ dominę Violanti quò ad remissionem dicti fideicommissi non existente speciali mandato, ità in terminis propriè declarat Bart. consil. 72. ex facto proponitur. col. fin. in prin. quo nihil melius adduci
58 potest, † Et sicut non potuit fieri ex parte dictæ Violantis minoris, ita nec intelligitur facta ex parte Ludouicæ maioris, vt voluit Cast. consil. 188. secundo volumine, in nouis. aliàs 92. in antiquis, sed vltra quantum sit respectu dictæ dominæ Ludouicæ, quæ presentialiter interuenit dicto instrumento, diuisionis reperitur examinatus dominus Benedictus de Mazzoccolis, qui vt eius attinens in

dicto instrumento sibi consensum præstitit iux ta formam statuti, qui expressè dicit, nunquã habuisse animum consentiendi remissioni nec renunciationi alicuius fideicommissi, sed tãtummodo diuisioni, & si tunc sibi fuisset dictum de aliqua renuntia fienda, suum non præ
59 stitisset consensum, † & huic testi tanquam deponenti in facto proprio, vel plenè credendum est concurrentibus aliis indiciis, vt mandato dictæ dominæ Violantis, quod de tali remissione fideicommissi non loquitur, iuxta decisionem Pauli de Castr. in l. quicunque. in fin. C. de ser. fugit. quem sequitur Dec. cons. 342. col. 1. Grat. respons. 152. nu. 5. 2. volu. uel saltẽ magis ei credendum est quàm si de facto alieno deponeret, vt cumulatè tradit Crau. consi. 73. num. 30. & consi. 178. nu. 7. dicens, quòd Doctores in hoc conueniunt. idemque tradit Dec. consi. 650. col. 2. Tiraquel. de Retract. lignag. §. 1. glo. 14. num. 47. Ceph. consi. 141. sub nu. 12. & Hiero. Gabr. cons. 169. num. 30. merito ultra quòd non apparet, dictam Ludouicã habuisse animum remittendi dictum fidei-
60 commissum, † talis enim animus esse præsumitur, qualiter verba sonant, ex verbis enim, & factis depræhenditur. l. Labeo. ff. de suppel. legat. Paris. consilio 131. numero 20. volum. primo, & consi. 149. num. 22. volum. quarto. Roland. à Valle consi. 77. numero 31. volum. primo, quando etiam appareret, quòd ipsa talem animum habuisset, diceretur hoc fecisse absque consensu dicti Benedicti sui attinentis & sic nulliter vetante statuto. Vnde in omnem euentũ talis diuisio quò ad hoc, de quo quæritur, nõ põt aliquo modo nocere istis mulierib.
61 † Tertiò moueor, quia per simplicem diuisionem factam inter grauatos onere fideicõ missi futuri, non intelligitur illud remitti, licet promiserint non contrauenire: diuisio enim de se non inducit remissionem futuri fideicommissi. l. cum pater. §. hæreditatem, secũdò. ff. de leg. 2. & illa clausula generalis, qua diuidentes promittũt, nihil se contra diuisionem facturos, restringitur ad specificata, argumento l. si de certa. C. de transactioni ita per has rationes, & plures alias declarant Bar. & alii communiter in d. §. duo fratres. in 2. q. vbi Ias. post Alexan.
62 nu. 26. infinitos allegat, † & dicit hanc esse magis cõmunem opinionem, à qua in iudicando, & consulendo non est recedendum. idemque testatur ibidem Rip. numero 44. & Crot. num.
63 43. ad fin. † vbi dicit; quòd contra eam nunquam voluit consulere requisitus sæpius, idẽ que testatur Deci. cons. 86. colum. 2. Gozad. cons. 36. colum. fin. Nicol. Boeri. deci. 147. col. 3. infinitos cumulans, Ruin. consilio 137. numero 6. volum. secundo, & alibi sæpe doctores, quos cumulat Anto. Gabriel. in suis conclusionibus libro quarto, titulo de fideicom. conclus. prima. col. 1. Beroius consilio 130. volum. secundo. Bertrand. consi. 21. num. 19. vol. primo, sic regulam firmans, sed nos in tali casu versamur, non enim clausulæ, & alia in contrarium deducta nobis obstant, vt statim dicemus, ergo huic communi opinioni, & regulæ inhærendum est, cum in dubio pro ea pronun
64 tiandum sit, † quique pro se regulam habet fundatam habet intentionem, secũdum glo. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iuris. nam qui se fundat in casu speciali debet eũ probare. glo. & doctores in l. quoties. ff. si quis cautio. scriben
65 tes in l. 2. ff. si quis in ius vocat. † sicut, & exceptionem c. dilecti. de exceptio. l. 1. iuncta glo. ff. si quadrup. paup. fecis. dic. Cur. cons. 11. col. prima. Paris. consil. 11. num. 17. vol. 2. Roland. à Valle cons. 81. col. 1. vol. primo. Et ita arguit in terminis huius quæstionis Grat. respons. 29. num. 29. secundo volum.

Tenendo igitur hanc partem venio ad solu
66 tionem contrariorum, † & quò ad primum de fideicommisso æquali, & reciproco communis opinio est in cõtrariũ, vt ostendit latè Alex. in d. §. duo fratres, n. 30. & ante, & post eum Dec. in d. cons. 86. & alii superius citati, & cumulati per eos. qui omnes loquuntur in fideicommisso æquali, & reciproco, & tamen contra Ang. tenent, quòd non censetur remissum fideicommissum, sequitur Rui. cons. 138. col. 2. vol. 2. & Gabriel. in d. prima conclu. de fideicom. nu. 4.
67 † Ad secundũ verò aduerti debet, quòd Io. Andr. in loco præallegato distinguit, an partes sciuerint ius fideicommissi futuri, an ignorauerint, primo enim casu vult, illud censeri remissum, secundo non, vt ibi per eum latius, secundum quem debent, & eius sequaces intelligi, iuxta doctrinam Bar. in l. non solum. §. libe-
68 rationis verba. ff. de liber. legat. † & ultra Romanus cons. 403. Cur. cons. 63. nu. 19. Alex. in d. §. duo fratres. nu. 30. post Bal. in quodam cõsilio incipiente Vannes, ponunt clausulas ita prægnantes, vt est supradicta, & per eadem verba, immo etiam plura, & tamen requirunt sciẽtiam, ad hoc vt dicatur renunciatum fideicommisso. Idemque tradit Gozad. cons. 45. nu. 19. post Bal. consi. 440. vol. 3. & Cor. cons. 339. vol. 1. vbi adducit clausulas multùm prægnantes. & tamen non vult censeri renunciatum fideicommisso non probata scientia testamenti; q etiam sentit Bal. consi. 89. vol. 1. in nou. ponderando verbum scientes, de quo per eũ, hæc aũt nõ probatur in casu nostro, neq; præsumitur, ve latè supra deduxi, ergo sequitur fideicõmissum
69 non esse remissum, † & vltra Ruin. consi. 137. nu. 9. 2. vol. per plura damnat Ioan. And. loco citato, & plures contra eum ponderat idem Ruin. consi. 138. numero 9. eo. volum. & vltra Paul. de Castr. consi. 188. quia dubia supra formata. vol. primo, ponit clausulam cõtrauentionis amplam, vt hic, & tamen non vult esse remissum fideicommissum, eumq; sequitur Gozad. in d. cons. 36. col. fi. & Rip. in d. §. duo fra-
70 tres, nu. 46. † Quinetiam ad dictam clausulam

con-

contrauentionis ita amplam respondet Rui. in d.consilio 137. numero 16.in fin. quòd cũ in instrumento diuisionis non continetur remissio fideicommissi,dicta clausula non operatur vltra in ipso instrumento contenta, & ad
71 illa etiã se restringit expressè,† bene facit, qđ tradit Aquens.in d.§.duo fratres.num.21.post Bal.in .l.cum quis.ff.de condic.ob caus. quòd dicta clausula debet regulari secundum naturam actus, in quo ponitur, nec verba de quibus in casu nostro, sunt, vt erant illa Ioan.And. prout eis respondet latè declarans Curt. iun. consil.274.colum.penul.ad quem sufficiat remissio, sicut & ad Nattam consi.582. num.4. de hoc loquentem.
72 † Non obstat etiam, dum Curt.Iun.cons.49. num.12.considerat clausulam renuntiæ omni legum & iuris auxilio,per quam dicit ipse induci remissionem fideicommissi, eamque pari modo ponderat Soc. iu.consil.116.nu.51.vol. primo,quoniam si rectè aduertatur ad eos, loquuntur in casu, quo verba dictæ clausulæ concepta erant in futurum,& ita hoc cum misterio ponderant; vt quia dictum fuerit, renunciauerunt omni legum & iuris auxilio sibi cõpetenti, & competituro, ita proprie loquitur Curt.Iun.& tunc bene dicit, quòd illa verba saluari non possunt, salua ratione recti sermonis,nisi importent remissionem fideicom-
73 missi futuri,† idemque est,si dictum fuerit, renunciauerunt omni iuris & legum auxilio, quibus possent aliqualiter contra facere &c. prout loquitur Soc.Iun. Id enim verbum possent, cum sit extẽsiuum trahitur ad futurũ. l.si ita quis. in princ. vbi Bart. ff.de leg. secundò.
74 † At in casu nostro renuntiauerunt omni legum, statutorum & vsus auxilio, non adiectis illis verbis competenti & competituro,quo casu Grat.in terminis responso 29.num.36. vol. 2.faciens mentionem de dicto consil. 49. Curtii iun.dicit non esse remissum fideicommissum, ex quo non adest illud verbum competi
75 turo, † & hoc etiam confirmatur authoritate Cornei consilio 221.colum.penul.volum primo,vbi ponderat verbum competituro, in hac clausula,parique modo Alexan.consilio 21.colum.5.volum.3.loquitur, quando dicta clausula illud verbum habebat, & sic sentit secus esse eo semoto, alibi quoq; Ro. consi.22. pro propositæ.col.2.in renunciatione ponderat dictũ fuisse iuri competenti & competituro,& ob id eam trahi ad ius futurum alias secus, & cũ sequitur eodem modo cõsiderans Dec.cõs.479.
76 col.4.num.9.† prædictis etiam Corn. accedit cons.55.in fin.vol.3.vbi vult, renunciationem simpliciter factam per talem clausulam,ut hic, intelligi de iuribus & auxiliis tunc competentibus,non autem quæ postea cęperint cõpe
77 tere; † ad idem Ias. consilio 43. columna penul.volum.tertio,ponderat, quòd cum in casu suo solum cessa forent iura competentia nõ etiam competitura,meritò non intelligi renuntiatum iuri detrahendi trebellianicam in casu, quo in futurum eueniat cõditio fideicõmissi.
78 † Vlterius addo Roman.consi.472.in fin.dicentem,per hanc clausulam simplicem absque verbo competituro, non videri renunciatum beneficio cedendarum; quia generalis ademptio beneficiorum non extenditur ad illud beneficium, quod quis habiturus est non statim, sed post alicuius conditionis implementum. l.Paulo.§.Põponius.ff.de leg.tertiò,& illud cõsilium Roma.Paris.probat consil.110. col. fin. vol.primo,& Dec.cons.23.licet in casu suo verba essent specialia,& ideo contra decidat, sed in casu Romani idem tenet.
79 † Confirmaturque tantorum Patrum sentẽtia, quia istæ renuntiationes sunt stricti iuris, strictéque interpretandæ. Calderi. consi. 5. de præben.Card.consi.120.Titius. in fin. Paris. consi.7.num.73.uolum.primo, Socin.consilio 96.in fin.uol.primo , meritò simpliciter factæ vt hic, trahi non debent ad ius futurum. Quinimò debent intelligi de iure præsenti non ꝙ postea oriatur, quia prius non intelligitur re-
80 nuntiatum,quàm natum,† & liberatio est quædam priuatio,& ideo referri debet ad id,quod est in habitu, ita Alex.consi.108.nu. 6. vol. 6. & Soc.idem tradit in effectu consi.183. col. 3. in princ.volum.2.dum dicit,quòd renuntiatio sui natura præsupponit ius quæsitum . Ex quibus satis luculenter patet hanc clausulam in casu nostro non nocere , vt sic per eam dicatur
81 remissum hoc fideicommissum.† Et ideo cum magno misterio Dec.consilio 287. colum.fin. & Crau. consilio 24. colum. penul. consulentes in casu suo,remissum esse fideicommissum, ponderant partes in diuisione sibi inuicem cessisse iura competentia,& quomodocunque cõpetitura, quod verbum competitura, non poterat verificari, nisi ratione fideicommissi fu-
82 turi, † & quia vbi in contractibus fit mentio de iure competenti & competituro , ad futurum ius porrigitur, iuxta not.per glo.& Bal. in l.fin.C.de hæred.vel actione vendi.vt latius per Decium, quæ minimè concurrunt in casu nostro, vbi nõ adest hoc verbum competituro.
83 † Postremò quoque dici potest ad clausulam prędictam renunciationis omni iuris & legum auxilio, quòd stante ignorantia fideicommissi, prout supra conclusum fuit, talem clausulam ad illud non se porrigere,vt in ea decidit egregiè dominus meus Riminal. & ibi concordantes adduxi consilio 89. numero 7.
84 † & vltra omnes supradictos reperio , ꝙ Bart. in d.§.duo fratres. in quinta quęstione in fin. dicit aduertendum esse : quia si verba remissionis referuntur ad tempus præsens , vel essent indefinita , non porrigerentur ad istud ius fideicommissi : quia pendet ex futuro euentu, vt ibi per eum . & ideo ponderat, quod in l.& vni.§.1.ff.de acceptilatio. dicitur

præsens,in diemvè, quod bene notandum est,
85 † & hoc casu quando verba referuntur ad præsens,vt hic, ex plorati iuris est non remitti fideicommissum futurum,secundum Ang.consi. 287. pro clariori, quem sequitur Deci.in d. consi.86.Rip.in d.§.duo fratres,num.47. Cor.
86 consi.340.vol.1.cum similibus,† & vltra omnes reperio Ruinum cons.137.nu.16.secundo vol.dicentem,quòd talis renunciatio omni legum & iuris auxilio, debet restringi ad præmissa.Vnde cum præcedentia super fideicommisso conditionali nõ disponant,nec etiã ad illud dicta renũtiatio porrigir,vt ibi pcũ latius.
87 † Nec est facienda vis in casu nostro super iuramento,quod ponderat Curt.Iun.in d.cõs. 49.col.fin.Nam in casu suo verba ad ius futurũ poterant trahi propter verbum competituro, meritò & iuramẽtum ,quod sequitur naturam actus, super quo interponitur.l.fin. C. de non
88 nume.pecu.At in casu nostro secus.† Vnde iuramentum non potest ius futurum amplecti: quia non auget consensum,d.l. fin. Vnde si ex verbis non censetur remissum fideicommissũ, nec ex iuramento,ita Rip.in d.§. duo fratres. num.38.post Bald.in multis consiliis, pariq́ue modo Alex.ibi nu.38.post Bald. in alio consilio loquitur stante iuramento, & tamen tenet
89 opinionem negatiuam,† Idemq́ue latè confirmat Curt.iun.consi.23. num. 5. quòd vbi per verba non resultat remissio fideicommissi ex consensus defectu,iuramentum non supplet talem defectum consensus d.l.fi.& secundum doctrinam Bartol.in l.si quis pro eo. in prin.in 8. membr.ff.de fideiusso. idemq́ue tenet, sicq́ue respondet Rui cons.137.num.16.secundo vol. eodemq́; modo Goz.in d.consi.36.col.fi.loquitur stante iuramẽto,& tamẽ tenet partẽ negatiuã. Vnde super iuramẽto non est facienda uis.
90 † Ad tertium quoque respondetur de mẽte Bar.& cęterorum in d.§. duo fratres. in prima quæst.quòd regula tradita in l.vindicantem.ff. de euictioni.locum non habet,quando euictio contingit ex facto auctoris, vel ipsius, à quo euincitur.l.fundum. ff. eod.sed in casu nostro euictio causatur ex facto testatoris,qui fecit fideicommissum, & hęredis,qui adeundo hæreditatem censetur se obligasse ad eius restitutionem in casu restitutionis faciẽdæ. Si ergo eueniat casus fideicommissi, euincitur hæreditas per superstitem ex facto illius,qui prædecessit, & qui adiit, ideo non est locus euictioni, ita declarat Crott.in dicto §.duo fratres,num.37. & post eum Leon. num.313. Socin.Iun.consilio 128.numero 131.volum. primo.Gaspar Caballinus in trac.de euict.§.quinto colum.secunda,ex hoc concludentes, talem promissionem mutuam de euictione factam in diuisione non
91 operari ad remissionem fideicommissi, † nec per hoc dici potest superflua,cum operari possit casu, quo aliquæ ex rebus diuisis essent alienæ,& hoc scirent ipsi diuidentes, nam virtute talis pacti poterit agi de euictione, cui aliàs locus non fuisset.l. si fratres.C.comm.vtr.iud.& idem tradit Soc.Iun.cons.128.nu.143.volum. primo. Gozad.in d.consi.36.colum.fi.post Bal. consil.340.volum.tertio.Grat.respons.29. nu. 37.in secundo volum.Ruin.consil. 92. colum. fin.vol.tertio,& in d.consi.137.num.13.uol.2.
92 † Non obstat etiam quarta coniectura ex illa clausula.Ad habendum &cæ.quoniam falsum est in casu nostro ex ea,prout reperitur scripta, datam esse facultatem alienandi. de alienatione enim ne verbum quidem, nec illa verba,quicquid placuerit faciendum,id importãt de necessitate. Et licet forte sub generalitate id uenire posset, hoc tamen esse non debet,
93 † cum verbum, quod potest plura importare, & significare,non debet referri ad illud, quod sit contra voluntatem testatoris,arg.l.vel negare.ff.quemad.testa.aperi.ita in terminis huius clausulę, prout in casu nostro conceptæ, tradit eleganter Grat.respons.17.col.pen.in fin. respon.22.col.2.vol.1.& in d.respons.29. col. 5.in fin. concludens per eam non censeri re-
94 missum fideicommissum; † & vltra eum idem in terminis huius clausulæ tradit eleganter Ruin.consil.137. num. 7. in 2. vbi considerat verbum placuerit,quod non importat mandatum cum libera,sed arbitrium boni viri,& non liberam voluntatem.l.Thais. §. sororem. ff. de fideicom.libert.l.fideicommissa.§.quamquam ff.de leg.3.meritò non est verum ex dictis verbis, quicquid placuerit facere,datam esse potestatem alienandi.
95 † Nec obstat tex.in d.§. Lucius.nam ibi dicebatur,vt vis,inter quę verba,& placuerit, est differentia secundum Bar.ibi, quia primo casu datur libera,secundo non,sed arbitriũ boni uiri,sequitur Ruin. in loco præallegato, concludẽs ex hoc dicta per Bar.in d.§.duo fratres. in 8.quæstione,non habere locum in tali casu.
96 † Confirmaturq́ue hæc opinio,nam si prędicta verba inferunt arbitrium boni viri,utiq;nõ possunt importare datam esse licentiam alienãdi,quam bonus vir non arbitraretur stante fideicõmisso per testatorem disposito. Vnde cõstat,Crotum,& Soci.Iunio.ambulasse in tenebris,supponentes ex dictis verbis datam esse
97 potestatem alienandi.† Nec ratio eorum satis videtur tuta, dum dicunt, quòd nisi per dicta verba censeretur remissum fideicommissum, vtique cum bona subiecta fideicommisso regulariter alienari nõ possint,nõ liceret ipsis diuidentibus alienare,& sic facere de parte sua,qđ sibi placeret,& ob id dicta verba superflua remanerent, contra deci.Bal. in rubrica. C. de contrahen.empt.in 9.quæstio.
98 † Quia respõdeo,ꝙ imò adhuc operari possunt, puta quoad concessionem precarii, affictus ad modicum tempus, pignoris, uel hypothecæ, depositi,vel commodati,si erant mobilia,& ad id genus facienda pro libito.

Sed

99 † Sed vlterius, & fortius, quędam repugnare uidentur, quæ diligenter explicare conatur Roland.à Valle in allegato consi.55. num.48. impugnans Ruin.in d. consilio 137. ex eodem Rui.consi.133.uol.2. quòd quando verbo placuerit fuit adiunctus terminus quicquid,
100 † qui est uniuersalis, & pręcisus, ut per Bald. in l. uerbum.secunda oppositione C.de fideicommis.auget uerbum placuerit, ut trahatur ad liberam uoluntatem, & suam naturam mutet,vt probatur ex notatis per Imol.in l.Balista. in l.deducta.& in l.Titius.cũ quo residet Alex.
101 ff.ad trebellia. † ubi determinat, quòd grauatus restituere,quod ex hęreditate, vel bonis superenit,non tenetur fructus restituere, secus si grauatus sit restituere quicquid superetit ex hæreditate, vel bonis; quia tunc uirtute illius termini quicquid,uniuersalis tenebitur ad restitutionem fructuum. Vnde sicut in illo casu dictio quicquid,auget simplicem dispositionẽ, ut in ea comprędhendantur, quæ aliàs non compręhenderentur, pariter in casu nostro dicit Rolãd.post Rui.dictio quicquid, iuncta verbo placuerit, quod aliàs importat arbitrium boni viri, quando simpliciter fuit prolatum, debet illius significatum augere, ut etiam importet liberam uoluntatem, aliàs talis adiectio uniuersalis nihil operaretur contra l. si quando ff. de leg.primò.

102 † Secundò comprobat Roland. opinionẽ suam ex notatis per Bart.in l.alio. ff.de alimẽ. & cib.legat. dum vult, quòd verbum plenum, & verbum liberum, adiunctum verbo importanti arbitrium boni viri operatur, quòd illud verbum importat liberam uoluntatem. Vnde non minus est dicendum de dictione uniuersali,quicquid,adiecta verbo placuerit, quę plus importat, quàm dictio plenam, cum nihil excludat.l. Iulianus.ff.de leg.tertiò.

103 † Tertiò corroborat idem Rolandus ex eodem Rui.consil.222.nume. decimo uol.1. vbi dicit,verbum placuerit, iunctũ cũ uerbo quicquid, quod est geminatum, & uniuersale, importare liberam uoluntatem, & est perinde ac si dictum fuisset, & omne quod placuerit, his ergo uidetur res ad ambiguum reddi.

104 Nihilominus adhuc puto priorem sententiam probabiliorem fore; quòd enim per illa uerba quicquid eis placuerit faciendum, non dicatur concessa libera potestas alienãdi, probatur per tex.notabilem in l.quam Tuberonis §.alia.ff.de pecul. ubi dicitur, quòd nunquàm intelligitur concessa libera peculii administratio, nisi specialiter concedatur; quia continet alienationem talis concessio, secundũm gloss.quem text.ad hoc dicit esse meliorem de iure Bald.in c.contingit, in fi.de transact.& in terminis nostris citat Ruinus in allegato cons. 137.num.7.in fin.uol.2.

105 † Nec obstant fundamenta Rolandi; quoniam cum sita sint in præsupposito falso, eo sublato corruent; illud est,quòd uerbum quicquid, cum sit adiectum uerbo placuerit, auget eius significatum de arbitrio boni viri ad liberam uoluntatem.At hoc est falsum, nam uerbũ quicquid, benè adiectum est uerbo faciendũ, uelut eiusdem casus, & si aliud non obstaret, posset eius significatum augere, ut quicquid
106 facere etiam alienare, † attamen propter uerba, eis placuerit, adiecta, quæ importãt arbitrium boni viri.l.si sic,& ibi Bar.& omnes.ff. de leg. primò, restringitur significatus illorum quicquid facere,nempe,quòd pars possit quicquid facere sibi placuerit arbitrio boni viri,
107 quod alienationem non continet, † quando enim uerbis generalibus adiicitur aliud uerbum speciale, restringitur eorum significatus, ut est doctrina Bartoli per illum text.in l.sed si adiiciatur ff.pro soc.sequitur Gozad.consi.60. col.fi.Rube.cons.50.col.pen.Paris.consil.102.
108 num.12.uol.primo.† Pręterea quod prædicti dicunt, procedit supposita notitia fideicommissi inter diuidentes.Vnde stante ignorãtia, quæ præsumitur in dubio secundum Bartolum & alios in d.§. duo fratres, in tertia quæstione inter suos hæredes, ut in casu nostro concurrit,prout etiam supra dixi, apparet decisionem Crotti.Soc. Iun.& Rolan.nobis non officere,
109 † & ex declaratione Ruini supra facta,tesolui tur etiam pulchrè decisio Curtii in d. consilio 63.col.pen.& Paris.consi.46.nu.24.uol.2.dum uolunt per illa uerba,quòd partes,& hi quibus dederint, possint facere, quicquid uoluerint, censeri datam facultatem alienandi, & remis-
110 sum fideicommissum. † Verbum enim uoluerit,resoluit difficultatem, cum importet liberã uoluntatem, at placuerit uerbum, de quo hic, arbitrium boni viri, secundùm Ruinum post Bart.in d.§.Lucius.Vnde licet ibi surgat potestas alienandi, hic tamen est secus.

Vlterius aduerti debet,dato etiam (sine ueritatis pręiudicio) quòd ex dicta clausula, ut hic concepta, esset data potestas alienandi,
111 † tamen ex simplici hęredis institutione maximè facta in omnibus bonis ipsius dominæ Mariæ, vt cantat eius testamentum, non dicitur inducta talis alienatio, quæ sufficiat,& operetur ad diminutionem fideicommissi, seu quòd successor hic Andreas inquietari nõ possit, ut de alienatione inter uiuos tradit Bartol. in d. octaua quæstione,sed tunc demum istud est uerum, & procedit, si specialiter, & expressè in institutione sit facta mentio, quòd institutio sit de bonis hæreditariis, & subiectis fideicom
112 misso,quę ad ipsum peruenerunt, † ita in fideicommisso loquens tradit Cuma.& ibi refert, ac sequitur Alex. in l.Titius,num.9.ff.ad trebell.quãdo quis est grauatus restituere quicquid supererit ex hæreditate tempore mortis, utrum alienando instituẽdo hæredem dicatur fideicommissum minuere.Bald.dicebat, quòd sic, contra Cuman. per authenticam nunc autem

tem.C.de secund.nupt. vbi illa lucra nuptialia per simplicem institutionem nõ censentur sublata filiis, nisi de ipsis in institutione sit facta expressa mentio. Vnde sic & in rebus fideicom
113 misso subiectis vult Cumanus. † quatenus ergo Alexand.Soc. & alii supra relati volunt, induci alienationem fideicommissi per institutionem, debent intelligi facta mẽtione de ipso in institutione, aliàs secus, prout in casu nostro non est facta, quo stante sequitur ex potestate alienandi concessa, ea nõ sequuta, nullum fieri præiudicium fideicommissario, vt tradit Bart. & omnes in d.octaua quæstione, & ita non esse præiudicatum his mulieribus.

Venio nunc ad tertium dubium, an ex quo stat fideicommissum, nec ei renunciatum intelligitur, duę quartę detrahi potuerint per dictã Domi. Mariam, & successiuè per hunc Andreã
114 eius maritum & hæredem, † & imprimis quò ad legitimam res caret omni scrupulo; cũ enim fideicommissum alicui iniunctum dicatur grauamen.l.cohæredi. §. cum filiæ.ff. de vulgar.& pupil.Curt.Iun.consi.290.nu.8. Soc.Iun.consi. primo nume.4 uol.tertio, Cephal. consilio.67. nu.27.Roland.à Valle consil.46.in princ. uol.
115 tertio, † & de legitima filii omne onus & grauamen reiiciatur l. quoniam in prioribus. C.de inoffic.testamen.meritò dicendum est, quòd ipsa in fideicommisso iniuncto filio non ueniat, ita Alex.cons.65.in princ.uol.primo, & de illo mentione non facta, Buttigella consilio 154. col.2. primo Tomo diuersorum ultimarum uoluntatum.

116 † Quò verò ad trebellianicam clarum est, quòd vbi filius non purè, sed sub conditione reperitur grauatus, vt hic, vbi filiæ sunt inuicẽ substitutę casu quo decederent sine filiis, duæ quartæ detrahendę ueniunt, legitima, scilicet, & trebellianica, vt not.in c.Raynutius, de testa. glo.Bar.& alii in l.Papinianus.§. meminisse ff.
127 de inoffi.testament. † ubi post Angel.Castr.& alios inquit Cagnol. quòd est æqua conclusio benignior, & in Scholis, & Palatiis approbata, & ex generali consuetudine etiam in terris Imperii per totum Mundum obseruata, citatque Cagnolus ibi plures eam tenẽtes, sicut & alios Roland.à Valle cons.12.col. pen.uol.primo & consil.78.nu.21.uol.tertio, ubi citat Alciatum respons.572. & alios quoque cumulat Ceph.
118 cons.294.nu.13. † quæ duæ quartæ dimidiã hęreditatis constituunt, vt per Ang. cons.125. & cons.307. in fi.Alexan.consil.68.uol.4.Dec. consil.203.col.1.consil.218. col.2.consil.236. col.tertia, cons.299.col.2.& cons.419. colum. prima, Ias.in l.Centurio.in princ.ff. de vulg.&
119 pupil. † & Crau.cons.50.vbi ponit quid iuris, quando legitima est semis attentò numero filiorum pręter quatuor, de quo pariter Alba videndus est cons.41.sed non attingo; quia non expedit. Vnde sequitur, quòd detractioni istarum duarum quartarum locus esse debet.

120 † Istis tamen non obstantibus respectu trebellianicæ contrarium de iure concludi debet in casu proposito, duplici ratione. Prima est; quoniam vxor instituta fuit hæres uniuersalis in vita, & sic in plena proprietate, post verò eius mortem istę filię, quo casu respectu legitimæ eis debitę omnis dilatio reiici debet, & consequenter remanent institutę purè in dicta legitima quò ad proprietatem & usumfructũ, Respectu verò residui vxor dicitur habere proprietatem & vsumfructũ donec viuat, ea verò moriente resoluitur institutio istarum filiarum in fideicommissum, vt tradit egregiè Paul.de Monte Pico in repetitione l. Titia cum testamento.§. Titia cum nuberet, nume.80. versic. Aliquando uerò & tertiò ff.de leg.secundò.Et
121 sic fiunt fideicommissariæ, † quo stante sequitur, quòd quatenus hæc Maria fuit grauata Sororibus restituere, non debet posse trebellianicam detrahere: quia primus fideicommissarius à secundo fideicommissario suo eam non detrahit regulariter l.1. §. denique, uers. Inde Neratius, & ibi notatur.ff.ad trebellia.

122 † Secunda ratio est, & quidem pulcra; quoniam in hoc testamento ultra clausulam codicillarem testator subiunxit, quòd uolebat illud valere omni alio meliori modo, uia, iure, forma & causa, quibus magis & melius de iure fieri & esse possit; si ergo uoluit omni meliori mòdo, quo fieri & esse posSit, testamen
123 tum effectum sortiri & ualere, † de necessitate uoluit, quòd quarta non detrahatur; quia eius detractio impedit testamentum plenum effectum sortiri l.si sponsus.§.si.ff.de don.inter uir. & vxor. ita pulcrè considerans latius determinat Ruinus cons.146.nu.16.uol.tertio.

124 † Et si dicatur, hanc decisionem Rui.stare non posse, utpotè contra magis communem opinionem, quæ habet, trebellianicam filiis primi gradus prohiberi non posse, vt testatur Ias.in l.Marcellus, num.53.ff.ad trebellia.Bal. Salyc.Fulgos.Cast.& Corn.in l.iubemus.C.ad trebellia.Dec.cons.269. col.pen. latè Roland, à Valle consil.12.uol.primo, & cons.26. nume. 24.uol.tertio, Natta consi.145.nu.23.& consil. 528.nu.35. Soc.Iu.cons.112.col.fi.uol.tertio.
125 † dicens errare qui dicunt communem esse in contrarium. idemque tenet Celsus Hugo cons.24.num.18.& amplissimè Anto.Gabriel, in suis cõclusionibus libro 4. titulo ad Trebel. conclus.prima, ubi commemoratis infinitis ad
126 vtramque partẽ † dicit hãc partem sibi uideri magis communem, ergo impossibile est velle dicere censeri prohibitam dictam quartam ex dicta clausula per testatorem, cum id facere nõ
127 possit, † Respondeo verum esse quidem patrem directò Trebellianicam filiis prohibere non posse, & ita communis opinio proximè relata procedit & intelligitur, sed per indirectum bene potest illis prohiberi, prout est, si pater disponat, quòd filii Trebellianicam computent

putent in legitimam, per hunc enim modum indirectum potest illis Trebellianicam prohibere, ita voluit Dyn. & Imol. in l. Lucius. §.
128 maritus ff. ad trebell. † & ideò Alexan. in d. l. Marcellus. in princ. numero 9. in fine posita opinione Baldi, & communi supra relata item opinione Dyni, & sequacium in d. §. maritus. subdit, quòd licet opinio Baldi sit vera, tamen adhuc est etiam vera opinio Dyni, uolens dicere, quòd licet Trebellianica filiis directè prohiberi non possit, per indirectum tamen secus,
129 modo de quo per Dyn. † quia hoc erat etiam olim permissum, licet directa non poterat fieri prohibitio. l. Titia. l. quod de bonis. §. fin. ff. ad leg. Falcid. & ita declarando latius tenet etiam Ruinus cons. 163. nn. 19. in secundo, & de hoc latè etiam ponit Picus in l. in quartam. nume. 200, ff. ad leg. Falcid. vt uideri potest, & alios plures concordantes allegat Anton. Gabriel. loco citato nume. 10. de quibus per eum, quo stante dicendum est in casu nostro per hanc uiã indirectam, videlicet, quòd voluerit testamentum ualere omni meliori modo &c. testatorẽ potuisse hanc detractionem trebellianicæ prohibere.

Et tenendo hanc partem cessant contraria vno verbo; verum est enim, quòd locus esset detractioni dictę quartę, quando essemus in hęrede primo grauato, at nos sumus in fideicõmissario, qui à secundo suo fideicommissario non detrahit, & vltra per indirectum fuit prohibita trebellianica, quòd fieri potuit, meritò cessat detractio, & ita de iure in prędictis concludo.

*Hippoly. Rimin. Ferrar.*

## Pro Confraternitate S. Iob.

### ARGVMENTVM.

De Tigno in pariete fixo remouendo.

### SVMMARIVM.

1 *Præscriptio quadraginta annorum sufficit aduersus ecclesiam.*
*Romana excepta.*
2 *Præscripta seruitute tigni immitendi dicitur præscripta libertas.*
*Si probetur vsus longo tempore sciente domino, & non contradicente. 44.*
*Et ex causa seruitutis sibi debita. 45.*
*Probando quid, propter quod quis crederet sibi seruitutem competere. 38.*
3 *Testibus deponentibus de antiquiori tempore standum videtur, & affirmantibus potius quàm negantibus. 4.*
*Licet essent mille negantes.*
*Nedum in causa ciuili, sed etiam criminali. 5.*
*Item licet negantes essent Clerici affirmantes verò laici. 6.*
7 *Testes de vniuersitate in subsidium tantùm recipiuntur.*
*Sed immò passim secundum communem. 36.*
*Statur tamen examinatis contra vniuersitatem data paritate probationum. 8.*
9 *Titulus sine licentia probatur illum allegando.*
*Et inde probando longam possessionem, & pacientiã aduersarij. 10. 11.*
*Quæ tamen vltra requiratur. 37. 38.*
12 *Titulus præsumitur in seruitutibus ex longa pacientia ob paruum praiudicium, etiã in Ecclesia. 14.*
*Secus vbi de magno tractatur. 13.*
15 *Ecclesia vtitur iure communi, nisi appareat de contrario.*
16 *Seruitus tigni immitendi habet causam continuã.*
*Et spacio 10. annorum quæritur inter præsentes.*
*Viginti verò inter absentes.*
*Et contra Ecclesiam annis. 40. 18.*
19 *Præscriptio non præsumitur nisi probetur.*
*Et eam allegantí incumbit onus eam probandi. 20.*
*Et omnia necessaria ad eam inducendam. 21.*
*Et quomodo formandus sit articulus, docet Bartolus. 22. 23. 28.*
22 *Præscriptio probari debet esse decursa ante litem motam. 29.*
*Et testes super ea debent intelligi in dubio à die redditi testimonij. 24.*
25 *Litis contestatio de iure ciuili requiritur ad interruptionem præscriptionis.*
26 *Mala fides superueniens interrumpit præscriptionẽ de iure Canonico.*
28 *Dictio, & vltra, in testibus nihil operatur.*
30 *Res qualibet præsumitur libera.*
*Ob naturalem statum. 31. 39.*
32 *Vsus trabium fixorum non prodest non probata seruitute, & eius præscriptione.*
33 *Statutum, quòd nulla persona audeat edificare considerατur.*
34 *Testibus varijs, vel contrarijs non statur.*
*Et pro libertate deponentes potiores sunt deponentibus pro seruitute. 35.*
*Sicut deponentibus secundum ius commune quàm contra. 36.*
37 *Testibus deponentibus negatiuam seruitutis magis creditur quàm eius affirmatiuam.*
39 *Mala fides dicitur in seruitutibus ipso iure probata.*
*Nisi probetur quid ex quo bona præsumatur.*
40 *Quasi possessio seruitutis probatur ex pacientia domini.*
*Et de illa fieri debet articulus. 41.*
42 *Testium numerus suplet defectum.*
*Et de credulitate sine ratione non probant. 46.*
*Nec vnus tantùm. 47.*
49 *Titulus allegatus ex diutino actu quomodo capitulari debeat, & probari.*
50 *Fictio fictionis vitari debet.*
*Et improprietas impropriationis.*
51 *Vniuersitatis consensus, & licẽtia debet esse solennis in diminutione iurium suorum.*

CON-

## CONSILIVM CCV.

*Auxilium meum à Domino.*

MOTVM fuit Iudicium per homines societatis sancti Iob contra magistrum Christophorum Paganonum, in quo petitũ fuit, ipsum cõdemnari ad demolitionem cuiusdam segiuntæ, cuius trabes infixit in parietem Ecclesię sancti Iob, ipse uerò se defensioni opposuit, & super hoc hinc & inde fuerunt examinati testes. Vnde uidendum est, quæ futura sit sententia.

Et prima consideratione videtur, quòd ad
1 fauorem rei ferenda sit; † quoniam per tres testes probauit, quòd sunt anni quadraginta, & ultra, quòd trabes tecti dictæ segiuntæ fuerunt immissi in dictum parietem, prout de præsenti sunt, allegando bonas rationes scientiæ, ex quibus uidetur probata pręscriptio, & eius cursus aduersus hanc Ecclesiam; sic enim tãto tempore præscribitur contra Ecclesiam, Romana excepta, authentica quas actiones C.de sacr.sanct.eccles. Angussolius in materia Feud.
2 libro septimo, consilio nono, col.1. † Vnde præscripta libertate huius muri, sequitur quęsitam fuisse Paganono seruitutem tigni immittendi, & missum retinendi in dictum murum. Et licet pro parte huius societatis fuerint inducti aliqui testes deponentes, quòd dicta segiunta nõ fuit immissa in dictum murum,
3 sed erat super columnis iuxta eum. † Tamen quia de minori tempore dicunt, videlicet de annis uiginti in uiginti quinque, meritò contrariis videtur standum, qui de antiquiore tempore deponunt, iuxta notata per Dec.in c.licet causam.numero 22. de probationi. Soc. cons. 98.num 13.uol.primo, Paris.cons.145. num.5. vol.3. Ioan.de Amic.consilio 25.numero 27.
4 † item illi affirmant segiuntam fuisse infixam dicto muro, prout nunc est, hi verò negãt, ergo illi istis sunt præferendi; quia magis creditur duobus testibus affirmantibus quàm mille negantibus.Rui.cons.63. nu.2. & 7. cons.97.nu. 2. & 8.uol. quarto, & consi.12. nu.secundo, uol.
5 quinto.Curt.Iun.cons.318.colum.pen. † vbi dicit, hoc esse uerum nedum in causa ciuili, sed & criminali, vt per eum, & cum prædictis alios cumulans concordat Antonius Gabriel. Romanus in suis conclusionibus libro primo
6 de testi.conclus.4.col.1. † hoc amplians etiam si testes negantes sint clerici, affirmantes verò laici, post Ias.cons.137. col. 6. uolum. quarto Accedit, quòd inter testes examinatos pro parte huius societatis, qui sunt pari modo tres, vt ex aduerso dicitur, reperitur vnus, qui est de hominibus dictæ uniuersitatis, qui non debuit examinari, cum simus in materia probabili per
7 alios. † Testes enim de vniuersitate in subsidium tantùm recipiuntur, vt tradit Specul.in titulo de teste.§.1. uers.sed nunquid, quæ sen-
8 tentia † verior videtur, vt inquit Dec.in cap. tertio loco, nume.10.de probationi. Et paribus terminis, vt hic, reprobata diuersimode, præferuntur testes examinati cõtra vniuersitatem testibus examinatis per eam, vt per Dec.ibi nu. 11. in fin. Fely.in c.insuper. fallentia secunda, de testibus Ruin.cons.137.nu.10. uol. quinto Marsil.in l.prima §. seruum municipum, num. 3.ff.de quęstioni.
9 † Secundò principaliter pro isto Paganono facit; quoniam ipse allegauit titulum, nempè, quòd de licentia hominũ dictæ societatis fue-
10 rint immissi trabes in dicto muro, † ad quam licentiam, & titulum probandum deduxit, & probauit suam quasi longam possessionem, & patientiam horum hominum vltra decenniũ, quod utique sufficit ad præsumendum titulum allegatum, & sic, quòd seruitus legitimè fuerit constituta, prout tradit glo.notab.in l.seruitutes, secunda, & ibi sequitur Bartol.& Flor.ff.de seruituti. glo.& post eam Bart.& Imol.in l.1.§. fi.ff.de aq.plu.arcend. Bartol.latè in l.cum de in rem verso, per illum text.nume.3. ff.de vsur. Angel.Aret.hoc pro cautela singulari notans, & qui dicit esse communem in §. ęquè. col.7. uersi. cautela tamen singularis, instit.de actio. idemque latè tradit Cepol. in tract.de seruit.
11 vrban.præd.cap.19. nume.6. † vbi dicit esse communem opinionem, & in practica seruari, eamque tenet vltra prędictos Bart.& Alex.in l. qui in aliena.ff.de acquir.hęred.Bar.cons. 189 primò quęritur, vtrum iurisdictio. col.secunda Alberic.in l.2.C.de seruit.& aqua, Bald.in l.1. per illum text. C.de patr.potest.Alex.cons.69. col.2.vol.quinto, & alii quos cumulat Tiraque. in tract.de præscript.glo.4.col.decima, & insu-
12 per Bursatus cons.87.nu.22. † Et ratio est secundùm Bart.& sequaces, quia in his, quæ sunt parui pręiudicii, vt sunt istę seruitutes prædiales, per quas nõ acquiritur dominium, nec pars eius ex longa patientia, præsumitur titulus,
13 † secus si de magno præiudicio tractaretur, vt est glos.singularis in simili in l.pen. & ibi Bart.
14 & doctor. C.communi diuid. † proceditque ista conclusio etiam in Ecclesia secundum Salycetum in d.l.cum de in rẽ verso, quęstione 7.
15 † ea ratione; quia Ecclesia vtitur iure cõmuni, nisi appareat de contrario, vt per glos.in c.peruenit, de censi.quod etiam sequitur Ias. in l.si certis annis.col.pen.in principio C.de pact. & ob id Alciat. in tract. de præsump. reg. prima præsum.32.nu.7.dixit, quòd dispositio d.l.cum de in rem verso. procedit etiam in foro canonico; quia ibi non agitur de præscriptione, sed de præsumptione legis ex lapsu.10.annorũ.

Istis tamẽ non obstantibus arbitror contrarium fore de iure verius, moueor: quia totum fundamẽtum Paganoni versatur super quęsita seruitute tigni immittendi mediante præscrip-
16 tione, † quæ seruitus habet causam continuã,

cum

cum ad eius vsum factum hominis non requirar, iuxta doctrinam Bartoli in l. 1. §. fi. ff. de aq. plu. arcē. per l. foramē, ff. de seruit. vrba. prędio.
17 † & seruitus, quæ habet causam continuam in prædio priuati spatio decem annorum inter præsentes, vel uiginti inter absentes quæritur, ut per glo. & doctor. in l. 2. C. de seruit. & aqua.
18 † In fundo autem Ecclesiæ, ut hic, spatio quadraginta annorum, per tex. in dicta authentica quas actiones, & tradit Innocent. in c. si diligenti. de præscrip. Cast. in d. l. seruitutes, secunda, col. 3. modo cum constet, quòd uniuersitas hominum sancti Iob habeat ius in dicto muro, cum sit de iuribus dictæ Ecclesiæ per eos quæsitæ, vt dicunt testes, & ad oculum patet, nec
19 pars aduersa negat, † utique unquàm debet præsumi præscriptum tale ius, nisi probetur, iuxta gloss. quam ibi not. Bald. in l. si tibi. C. de
20 seruituti. & aqua, † & allleganti præscriptionē incumbit onus probandi, cum sit fundamentū suæ intentionis, iuxta doctrinam Bartoli in l.
21 in illa. ff. de ver. obligatio. † oportetque, quòd allegans præscriptionem probet omnia extrema requisita ad eam inducendam, vt notant Geminianus, & Perusinus, in c. 1. de præscriptio. in sexto, & ita tradit hæc ponens Balbus, in l. Celsus. nu. 9. vers. secundò principaliter. ff. de vsucapio. Videndum est igitur, an hæc intentio Paganoni sit benè de iure fundata, & vtiq; dicendum est, ꝙ non considerando articulos,
22 & testes pro parte sua; † quoniam, vt inquit Bartolus in d. l. Celsus, col. pen. nu. 27. reus aduertere debet, qui inducit prę̨scriptionem ad sui defensionem, ꝙ formet articulum, ꝙ ipse possedit per decem annos proximè elapsos, in tali mense, vel die; ita, ꝙ includatur tempus elapsum ante litem contestatam, vel ante litem motam: nam si aliter formaretur articulus, & testis post litem contestatam diceret, ꝙ talis possedit per decem annos proximè lapsos, intelligeretur à die redditi testimonii, & sic includeretur tempus, quod post litem contestatā fluxit, nec esset probata præscriptio longi temporis sufficienter; quia diceretur interrupta per litis cōtestationem: debet ergo articulari, & probari de tempore completo ante litem
23 motam: † eandemque conclusionem tradit Bar. in l. nec bona. C. de præscript. long. tēpor. Bald. in l. fin. in 15. oppositio. C. de edic. diu. Adria. tollen. Angel. Aret. insti. de vsucapioni. in prin. col. pen. uers. quæro. Alex. cons. 76. nu. 7. vers. Non obstat etiam, & cons. 107. in causa, & lite vertente. col. 2. uol. 2. Corn. cons. 147. col. pen. vol. 2. cum aliis cumulatis per Balb. in d. l. Celsus loco allegato, colum. 3. & per Feder. Scottum. Tomo, & libro secundo responsorum suorum, responso 14. num. 8. sed in casu nostro non satis concludenter fuit articulatum. Nam dictum fuit, ꝙ sciuncta eo modo, quo de præsenti stat cum suis lignis ita affixis ab annis decem, quindecim, viginti, triginta, & quadraginta continuò, & vltra stetit, & fuit, nec fuit conclusum, ꝙ istud tempus, quo sic stetit dicta sciuncta, fluxerit, & completum fuerit ante hāc
24 litem motam: † Meriò testes examinati super eo dicentes, quòd sunt anni quadraginta, ꝙ trabes sustinentes tectum, & dictam sciunctam sunt immissi, & infixi in dicto muro Ecclesiæ sancti Iob, ex quo examinati sunt post litem contestatam, debent intelligi à die redditi testimonii, & sic includūt tempus decursum post litem motam, & contestatam in dicto tempore quadraginta annorū: meritò patet per eos non probari præscripitionem completam, & finitā ante litem motā, imò patet eam fuisse interrup
25 tam per litem motam; † quoniam licet contestatio litis de iure ciuili necessaria sit ad interruptionē præscriptionis longi temporis; nec sufficiat citatio; quia eo iure superueniētia malæfidei non interrūpit. l. iusto. §. & si posses-
26 sionis. ff. de vsucapio. † Tamen iure canonum, quo interrumpit superuenientia malæfidei, c. fin. de præscriptioni. citatio sola interrumpit, non vt actus Iudicialis, sed quasi ex ea inducatur scientia. Bal. in l. 2. C. de seruit. & aqua, col. 2. Angel. Aret. in §. æquè. col. 4. insti. de actioni. Veronens. in tract. de seruit. vrb. prædio. cap. 20. colum. 4. Ias. in l. fin. 4. limit. ff. de eo per quem fact. erit Balb. in trac. de præscriptioni. in sexta part. princip. quæst. 3. limit. 4. Paris. in c. illud. num. 20. de præscriptioni. Hiero. Ga
27 briel. cons. 144. numero 3. † & licet in articulo & testibus dicatur, quòd d. trabes fuerunt & steterunt infixi in dicto muro per annos quadraginta, & vltra; tamen illa dictio, & vltra, nihil operatur, nec importat tempus litis motę, secundum Bar. in d. l. Celsus. in fin. quia talis adiectio cum sit incerta in teste, nihil opera-
28 tur. l. cū furti. ff. de in lit. iur. † & ideò monet aduocatum Bartolus ibi, quòd sit cautus in formando articulum: eandemque conclusionem tradit ipse Bar. vbi etiam latè Alex. in d. l. cum
29 furti. Bar. Alex. & Ias. † qui dicit esse communem in l. & si post tres. ff. si quis caut. Imol. in d. l. Celsus. in fin. & Balb. latè ibi nu. 14. qui
30 plures citat, & dicit esse communem. † fundata ergo &c. manet intentio istorum hominū sancti Iob. ex regula, quæ habet, quòd omnis res præsumitur libera, nisi appareat de seruitute. l. altius. l. si in ædibus. C. de seruit. & aqua.
31 Cur. cons. 75. colum. 2. vbi dicit, † quòd omnis res præsumitur libera, habito respectu ad originalem habitum propter naturalem statū rerum, nisi probetur aliqua qualitas seruitutis imposita, talisque prę̨sumptio libertatis transfert onus probandi in aduersarium: allegat Bar. in l. si prius. vers. Venio ad tertiam partē. ff. de oper. nou. nunciat. pluresque cumulat Roland. à Valle consi. 2. nu. 15. & cons. 98. nu.
32 15. volum. 3. † Et quantum ad victoriam Paganoni parum, aut nihil prodest probare usum trabium fixorum, non probando sufficienter

de

de præſcriptione ſeruitutis, vt not.per gloſ.&
doctor.in l.ſicuti.§.ſi quæratur.ff.ſi. ſer. uindi-
cetur, & tradit ad vngem Alex.in dicto conſ.
107.colum.2.volum.2.
33 † Secundò ſundata dicitur Intentio iſtorũ
hominum ex ſtatuto, ꝙ nulla perſona audeat
ędificare &c. prout in caſu ſuo ſimiliter aliud
ſtatutum conſiderat Alex.in d.conſ. 107.pro
agentibus, de quibus ibi per eum. Secũdò ad-
uerti debẽt hi teſtes examinati pro Paganono;
quoniam duo primi ex eis dicũt, ꝙ iſti trabes
fuerunt infixi ſemper ab annis triginta, &
quadraginta, prout ſunt in pſentiarũ. Tertius
verò dicit de vna ſezucta baſſa, quæ poſtea fuit
eleuata per quẽdam Gulielmum Paganonum
poſt annum. 1528. ex quo patet, ꝙ non ſemper
34 eo modo res iſta fuit, vt primi dicunt. † Vnde
ſtante hac veritate, & contrarietate inter eos
non eſt eis credendum, nec probant l. eos in
prin.ff.de falſ.l.qui ſalſa. ff.de teſti. Rui.conſ.
149.nu.23.vol.quinto.

Tertiò conſiderandum eſt circa teſtes exa-
minatos pro parte iſtorum hominũ ſancti Iob:
quia vltra Martinum, qui deponit de annis vi-
gintiquinque, ꝙ dicta ſegiunta nõ erat affixa
dicto muro adeſt Chechus Spinellus deponẽs
idem de tempore annorum trigintaquinque,
ſi rectè cõſidereretur. Item Petrus Albertus de-
ponens etiam de annis quadraginta quinque,
& ꝙ dicta ſegiunta erat ſuper columnis adhę-
rentibus dicto muro, ergo nõ infixa ei. Rurſus
adſunt alii duo forte non viſi ex aduerſo, aliàs
non dixiſſent tres tãtùm eſſe, videlicet Petrus
della Nina deponens de annis quadraginta
octo, ꝙ dicti trabes non erãt infixi dicto muro,
ſed erant ſuper columnis ligneis, ſecus dictum
murum, Item & ſer Baptiſta Riginus deponens
de tẽpore, quo erat annorum quatuordecim,
ꝙ tunc dicta ſegiunta, vel eius trabes non erãt
infixi dicto parieti, ſed erãt ſuper dictis colum
nis ligneis; quibus probationibus ſtantibus ap
paret, ꝙ iſta vniuerſitas ſancti Iob vſque tunc
temporis erat in poſſeſsione libertatis dicti
35 muri. † Vnde licet ex aduerſo probetur,
quòd imò illi anteceſſores ſui erant in poſſeſ-
ſione ſeruitutis, dicendo, ꝙ trabes erant infixi
muro; qa tamen ius cõe fauet, & adminiculatur
vniuerſitati diſponendo, ꝙ quælibet res libera
præſumitur eſſe d.l. altius, meritò potior eſſe
dẽt in his probationib. hęc ſocietas, quàm Pa-
ganonus, ita propriè in remedio retinendæ, &
ſic quãdo uterq; allegat ſe eſſe in poſſeſsione,
tradit Bal.in c.ſi diligẽti, nu.21. de præſcript.
uerſ.quæro duo probant, quem refert, & ſequi-
36 tur Curt.conſ.24.col.quarta, † & hoc eſt com-
muniter verum, quòd magis credatur teſtibus
deponentibus ſecundùm ius commune, quàm
deponentibus cõtra, vt tradunt Innoc.& Abb.
in c.auditis.col.3.de præſcript.& ibi Fely.col.
12.Aret conſi.44. in fi.Ioan.de Amic.conſ.25.
conſ.50. & conſ.52. Calcan.conſilio 64.col.1.
Gozad.conſil. 79.col.3.Ruin.conſ.192.col.5.
uol.ſecundo, conſ.35.col.fi.uol.4.& conſil.12.
col.1.uolum.quinto, Boer.deciſ.23.nu.95.cum
ſimilibus, quos cumulat Anto.Gabriel.libro 1.
37 de teſti.concluſ.4.num.23. † & inquit Curt.
loco citato, magis credendum ſore teſtibus de-
ponentibus negatiuam, quàm affirmatiuam, ex
quo pro negantibus concurrit prę ſumptio iu-
ris in ſeruitutibus, videlicet, quòd res ſit libera,
non autem ſeruituti ſubiecta, citando Bal.in l.
ſi quis diuturno ff. ſi ſeruit.uindic. quod eſt ad
ſcopum in caſu noſtro: quia teſtes noſtri ſtant
pro libertate dicti muri, aduerſę aũt partis pro
eius ſeruitute. Vnde noſtris licet negantibus
magis quàm illis licet affirmantibus eſt ſtãdũ.
38 † Quartò accedit; quia ad probandum ſer-
uitutem non ſufficit probatio ſolius uſus, vt hic
factum eſt, ſed etiam debet probari aliquid,
propter quod ille motus fuerit ad credendum
ſibi deberi ſeruitutem.l.1.§. hoc iure ff.de aq.
quot. & æſtiu. quo probato alteri parti incum-
bit onus probandi, quòd ille ſit vſus ui, clam,
39 vel prę cariò. † Et ratio eſt ex parte allegantis
ſeruitutem; quia cum de iure naturali, & gen-
tium quęlibet res ſit libera d.l.altius, mala fides
eius eſt ipſo iure probata, niſi probetur ali-
quid, ex quo præſumatur bona fides, meritò
ſibi non prodeſt, ita pulcrè declarat Bar.in l.1.
§.primo, col. fi.ff.de itin. actuque priuat.quem
ſequitur Bal.in quæſtione incip.acuſatus de ui
turbatiua, col.antepen.Butr.in d.c.ſi diligenti,
& Alexander in addit.Bar.in d.§.1.
40 † Quintò non omitto, quòd iſtę Paganonus
non potuit acquirere ſeruitutem in dicto mu-
ro ſancti Iob, niſi fuerit vſus eo, tenendo tra-
bes in eo ſcientibus, & patientibus hominibus
ſancti Iob; quia nihil aliud eſt quaſi poſſeſsio
ſeruitutis, niſi patientia domini.l.penul.ff.de
ſeruituti.ita Bar.in l.1.§.denique ff.de aq.plu.
arcend. Vnde Bart.in l.2. C.de ſeruit. & aqua
41 † dicit, quòd in iſtis iuribus incorporalibus,
qui prætendit acquiſitionem eorum mediante
præſcriptione, cautus eſſe debet, vt faciat arti-
culum, de ſcientia, & patientia eius, contra quẽ
præſcribitur, aliàs ſuccumberet, ideo cum mi-
nimè hoc fecerit Paganonus, in hac cauſa ſuc-
cumbere debet, & ita ſignanter arguit Crot.
conſ.54.num.7.

Et tenendo iſtam partem non obſtant con-
traria. Ad primum nanque de præſcripta ſer-
uitute, quæ hic ſupponitur, reſpondetur, illud
eſſe falſum, vt patet ex dictis in primo & ulti-
mo fundamento, item duo tantùm ex illis te-
ſtibus deponunt de annis quadraginta, pro par
te verò noſtra pariter adſunt ſaltem duo, qui
etiam de annis quadragintaquinque, & qua-
dragintaocto deponunt, & de totidem depo-
nit ille Riginus, qui eſt ſexagenarius, cum de-
ponat ab anno quartodecimo ętatis ſuę citra.
Vnde argumentum ibi factum reflectitur, ſicut
& illud de affirmatiua & negatiua per ea, quę
dicta

41 dicta sunt in tertio fundamento, † & quòd dicitur de uno teste, qui est de his hominibus vniuersitatis, modicum facit, cum ultra eum adsint alii quatuor, & numerus supplet defectũ, vt per glo. in l. 3. §. primo, in uers. numerus. ff. de testi. per Alex. cons. 15. num. 15. uolum. 1.

43 † Nec verum est in subsidium tantùm testes de vniuersitate recipi, imò absolutè, prout communem testatur Dec. in c. tertio loco de probatio. num. decimo, & in d. c. insuper. num. 8.

44 † Quò verò ad secundum respondetur, illud procedere quando probatur, quòd quis vsus fuerit seruitute longo tempore sciente, & patiente domino, & non contradicente, sic gl. & doctor. loquuntur, maximè in d. l. seruitutes, vt per Castr. ibi, & Cęp. in d. c. 19. numero 6. & latius in vltimo fundamento deduxi.

45 † Quinimò nõ sufficit simpliciter probare de vsu, sed oportet apparere, quòd ille fuerit vsus tanquàm ex causa seruitutis sibi debitæ aduersario hoc sciente, & patiente, ita concordando opiniones tenet Raphael Cuman. & Roma. in l. qui in aliena. ff. de acquir. hæredit. Saly. Anto. de Alex. & Alex. in d. l. si certis annis. in fi. Fely. in c. de quarta, col. pen. de pręscriptio. hæc autem scientia, & patientia huius vniuersitatis non probatur hic; duo enim testes tantũ

46 de hoc dicunt, † vnus, quòd ita credit, nec rationem adducit, quo casu non probat, vt ponunt glo. Cyn. & omnes in l. testium. C. de testi. gl. in l. secunda, §. pen. & ibi Bar. & alii ff. de aq. plu. arcend. glos. in §. si uerò absunt. in vers. ui-disse, in authentico de hęred. & Falcid. glo. in l. diem proferri §. si plures. versic. consenserunt. circa fin. ff. de recep. arbit. & alii plures cumulati latè per Ias. in rubrica ff. de iureiuran.

47 † alter verò licet rationem adducat, solus est, vnde nec etiam probat l. vbi numerus. ff. de testibus, sed nec probatur per istos testes, quòd isti pręcessores Paganoni fuerint vsi tanquàm iure seruitutis hac sezunta, & trabibus immis-

48 sis in dicto muro; † quia ad probandum hoc necesse erat, vt tradit Bart. in d. §. primo, col. 2. probare aliquid, propter quod moti fuerint ad credendum sibi seruitutem competere, puta, quòd hoc audiuissent dici à fide dignis, videlicet, quòd sibi ius competeret immittendi trabes, vel quòd de hoc erat fama in contracta, vel quòd fecerint aliquos actus, quos non fecissent, nisi seruitus sibi competeret, quæ quidem per istos testes non probantur, sed tãtùm, quòd dicti trabes erant immissi in dicto muro, quis autem miserit, non dicunt excepto tertio, qui dicit de illo Gulielmo Paganono, qui eleuari fecit dictam segiuntam, sed est solus. Vnde ei non est credendum.

49 † Corroboratur ista solutio; quia ad hoc, vt ex diutino actu præsumatur titulus allegatus, iuxta d. l. cum de in rem verso, necesse est capitulare, & probare, quòd illi actus diutini fuerint facti ex causa allegata in libello. Vnde fundans se in præstatione decennali ad probationẽ præsumptiuã tituli allegati non obtinebit, nisi probet præstationem quamlibet ex causa allegata fuisse factam; quia probando simpliciter præstationes non infertur necessariò, quòd ex causa allegata fuerint factæ, & probatio erat dubia, quę non releuat. l. neque natales C. de

50 probatio. † Item fictio fictionis, & improprietas improprietatis debet euitari, nec earum pluralitas admitti. l. 1. C. de dot. promissio. sed vtique tale absurdum sequeretur admissa probatione ita simpliciter; quia vna esset præsumptio, ꝙ ex simplici pręstatione præsumerentur causæ allegatæ, alia, quòd ex præstatione decennali causa allegata probetur esse vera, ita tradit Saly. in d. l. cum de in rẽ verso. in prima quęstione, & in d. l. si certis annis. prima quæstione, & sequitur ibi Ias. colum. pen. & pulcrè confirmat do. meus Riminal. col. pen. idemque tradit Alex. cons. 113. vol. primo, secunda col. quod bene casui nostro conuenit, vbi Paganonus capitulauit, antecessores suos habuisse licentiam ædificandi in dicto muro ob plures consensus saltem tacitos istius societatis, & publicam vocem, & famam de his, sed tamen hos tacitos consensus, aut famã non probauit, hęc ergo informis, & simplex probatio immissionis dictorum trabium non prodest huic ad-

51 uersario, † & tantò minus aduersus hanc vniuersitatem, cuius cõsensus, & licentia deberet esse solemnis, & non ruditer factus, puta præcedentibus tractatibus, & aliis requisitis in diminutione iurium Ecclesiarum, vt esset hic, si seruitus deberetur, iuxta not. in c. nulli. de rebus ecclesi. non alien. Vnde si vellemus ex ista diuturnitate temporis arguere in hac licentia pręsumpta interuenisse etiam debitas solemnitates, concurrerent duæ pręsumptiones, altera, quòd præsumeretur interuenisse dicta licentia ex dicto diuturno vsu, & possessione trabium immissorum, altera, quòd dicta licentia præsumeretur solemniter interuenisse, quod esset maximum absurdum, iuxta decisionem Salyceti & sequacium, quos proximè citaui. Vnde contra priuatum fortè obiectum supra factũ pro Paganono, procedere posset; sed contra Ecclesiam non (meo iudicio) ob dictum absurdum, & inconueniens. Et ex his puto ipsum esse condemnandum ad demolitionem dictæ sezuntæ, separãdo eam à dicto muro Ecclesiæ.

*Hippoly. Rimin. Ferrar.*

## Pro Persona incerta.

### ARGVMENTVM.

Quæ sententia dicatur mera interlocutoria, quæ verò vim diffinitiuę habere. Et quis inde sequatur effectus, vel differentia, notabiliter & pulcrè declaratur.

SVM-

*SVMMARIVM.*

1 *Sententia interlocutoria necessario non est in scriptis ferenda.*
*Quæ sententia communis est. 2.*
*Habens verò vim diffinitiuæ in scriptis est ferenda. 3.*
*Nec prius verbo postea scriptis ferri debet. 4.*
*Oculisq. legi debet, nec mente sufficit licet scripta sit, aliàs est nulla. 5.*
6 *Salarium taxatur in sententia habente vim diffinitiuæ sicut in diffinitiua.*
7 *Appellatio à sententia habente vim diffinitiuæ non requirit expressionem causæ.*
8 *Sententia habens vim diffinitiuæ æquiparatur diffinitiuæ quò ad omnia.*
9 *Statutum loquens de diffinitiua locum habet in interlocutoria habente vim diffinitiuæ.*
10 *Sententia interlocutoria dicitur executio instrumẽti confessionati secundum Angelum.*
*Quia nihil inducit de nouo secũdum Aretinum. 13.*
*Et debet exprimere causas, vt per eundem. 14.*
*Nec inde nascitur actio in factum, vt per Baldũ. 15.*
*Sed contra tenet auctor. 16. cum sequentibus. 20.*
*Angelus & sequaces. 22. 31.*
*Et alij qui tenẽt, quòd sit simpliciter diffinitiua. 25.*
*Maximè si lata fuerit cum causæ cognitione. 26. 29*
11 *Sentẽtia diffinitiua dicitur, quæ diffinit negotium principaliter deductum corã Iudice, licet feratur omissa solennitate Iudiciorum.*
*Nisi tamen illud negociũ veniret accessoriè ad aliud negocium principale. 12.*
16 *Sententia interlocutoria, quæ totum negocium determinat, vel eius partem substantialem redigitur ad instar diffinitiuæ.*
*Exemplum si petita restitutione in integrum pronunciatur, quem minorem esse.*
*Vel exceptionem peremptoriam obstare. 17.*
*Vel instãtiã in causa appellationis esse peremptũt. 18.*
*Quia perimit omne ius illius contra quẽ fertur. 19.*
*Et Corn. Et Ripa. taxantur qui simpliciter appellant interlocutoriam in dictis casibus. 21.*
*Sicut & Angelus, dicens eam posse reuocari. 23.*
23 *Sententia habens vim diffinitiuæ reuocari non pot.*
24 *Romanus in l. 5. in prin. ff. de verb. oblig. transcribit consilium Angeli.*
25 *Sententia diffinitiua dicitur, quæ diffinit negocium principale, licet non seruetur ordo iuris.*
27 *Præceptum Iudicis factum cum causæ cognitione reuocari non potest velut habens vim diffinitiuæ.*
*Secus si causa non cognita. 28.*
29 *Executio instrumenti cum causæ cognitione dicitur habere vim diffinitiuæ.*
30 *Sententia dicitur habere vim diffinitiuæ, quæ non expectat aliam post se.*
32 *Sententia dicitur habere vim diffinitiuæ, quæ negocium principale determinat directò, siue per quandam consequentiam.*
33 *Appellatio ab executione prohibetur.*
*Nisi modus excedatur.*
*Vnde requirit expressionem causæ. 34.*

## CONSILIVM CCVI.

*Auxilium meum à Domino.*

IVDEX producto scripto priuato coram eo, & citato debitore, factaque responsione per eũ esse subscriptum manu sua, sed non cõtinere veritatẽ, assignatoque sibi termino statuti de priua. script. eoque lapso, & citato ad contradicendum, ne executio dicti scripti committatur, eius executionem commisit, pro sorte & expensis, oretenus tamẽ, & sine scriptis. Vnde exortum est dubium.

1 † An talis sententia simplex interlocutoria sit iudicanda; tunc enim non esset ferenda in scriptis necessariò; vt per gloss. in c. quoniam contra, in uers. interlocutiones, & ibi Cano, de probat. maximè verò Lanfran. ibi num. 14. post Bal. in l. fin. C. de sentẽt. ex breui. reci. Vant. in tract. de nullit. senten. ex de fec. proces. nu. 74. qui citat Spec. in tit. de sentent. §. iuxta, col. 6.
2 †& Ias. in l. nec quicquàm. §. vbi decretum. col. 10. ff. de offic. procons. qui communẽ testatur; satis est enim (vt illi dicunt) quòd oretenus prolata per Iudicem redigatur in actis postea
3 per notarium † An verò, vt diffinitiua, vel habens vim diffinitiuę sit reputanda, quibus casibus requireretur scriptura in proferendo; vt de diffinitiua probatur in l. 2. & tertia C. de
4 sent. ex breu. recit. † quod adeo verum est, vt si iudex primò verbotenus pronunciaret; & postea scriberet, talis præposteratio viciaret, vt declarat Bar. in l. fi. C. de sent. ex breui. recit.
5 Vanti. plenè loco citato numero 70. † & plus addo, quòd nedum scribi debẽt, sed oculis corporeis legi, nec sufficit legi mente, licet scripta sit; aliàs esset nulla ipso iure; vt tradit Bart. & Angel. in l. 1. ff. de his; quæ in test. del. Angel. Aret. in §. curare. inst. de act. col. pen. Roland. à
6 Valle in cons. 41. nume. 10. vol. 1. † Et vltra probari potest ex eo; quia in habente vim diffinitiuæ taxatur salariũ, vt in diffinitiua. Egidi. Bella. decis. 603. de sententia. Fely. in rubrica
7 de re iudic. num. 21. † & quia in appellatione ab ea non requiritur expressio causæ, sicut nec in appellatione à diffinitiua, vt per glo. in cap.
8 causam. in uers. statuit. de appel. † immo æquiparatur ipsi deffinitiuæ quò ad formam solennẽ, & omnia, vt per Perus. latè in c. vt debitus.
9 14. q. de appel. † Vnde videmus, ꝙ statutum loquens de diffinitiua locum habet in interlocutoria habente vim diffinitiuæ, vt est glo. in c. fi. uers. inanes, de elect. in 6. Ioannes And. in c. peruenit. secundo, de appel. Mod. in c. cum cessante. eod. tit. Bald. in l. consentaneum. C. quo modo & quand. Iud. Alexan. in l. 5. ff. de verb. oblig. & Bero. consi. 153. nu. 9. vol. primo. Vnde cum vt diffinitiua reguletur, debet in scriptis sicut & illa proferri.
10. † Quòd autem simplex interlocutoria sit reputanda

reputanda primò deducebatur Ang.in §.si verò non implens.col. prima in authentico de hęred.& Falci.dicens,quòd Iudex mandãdo executioni instrumentum confessionatum secundùm formam statutorum Italiæ præcipiendo, dicitur ferre interlocutoriam, non autem dif-
11 finitiuam. † Secundò adducebatur Aret.in l. 5.in princ.col.2. & 3. ff.de verb. oblig.dicens, quòd licet illa dicatur sententia diffinitiua; quę diffinit negotium principaliter deductum coram Iudice, licet feratur omissa solennitate Iudiciorum; vt voluit Imol.in l.si finita.§.
12 non autem ff.de dam.infect. † tamen hoc est intelligendum, quando illud negotium non venit accessoriè ad aliud negotium principale; tunc enim sententia super illo non dicitur diffinitiua,sed interlocutoria mera,quæ potest re-
13 uocari, † vnde infert; quòd pronuntiatio de exequendo licet determinet negotium, & articulum principaliter deductum in Iudicio executiuo,non dicitur diffinitiua,nec habens vim diffinitiuæ; quia nihil inducit de nouo, sed est mera executio veniens accessoriè ad promissionem; de qua in instrumento; vt ibi latius per eum; quem Fely.videtur simpliciter sequi in dicta rubr.de re iudic.num. 16.circa fi.colum.
14 † eandemque opi.tenet idem Aret.consil. 75. diligenter,col.5.motus alia ratione,quia appellans ab executione,seu pronuntia de exequendo debet exprimere causas; vt not.Bart. in l.ab executore, in prin.de appel.Bal.in l.ab executione C.quor.appel.sed si non esset mera interlocutoria sed haberet vim diffinitiuæ, non esset necesse in ea causam exprimere,vt not.Ioã. Andr.in c.peruenit.secundo,de appel. & Bald. in l.minoribus. C.de his, quibus vt in d.ergo apparet secundùm eum; quòd est mera inter-
15 locutoria, † prædictis etiam Bal.accedit in l. ab executione,post prin. C.quor.appel. vbi tenet, pronuntiam de exequendo instrumẽtum, vel non, esse interlocutoriam; quia ex ea non nascitur actio in factum,sed est mera executio, & sic videtur Bal.vti eadem ratione, qua Aret. in d.l.5. & cum Bald. transit simpliciter Perus. in c.cum cessante.nnmero 49. ver. 11. quando de appel.

16 † Istis tamen non obstantibus arbitror talem sententiam appellandam esse interlocutoriam habentem vim diffinitiuæ,moueor imprimis authoritate Bald.in l. prima,colum.5. ver. denuo quæro.C.quan. prou.vbi dicit,& tenet, quòd quando interlocutoria est talis, quæ totum negotium determinat,vel eius partem substantialem,redigitur ad instar diffinitiuæ, allegat tex.iuncta glo.in l.intra vtile ff. de minor. ubi videmus, ꝙ quãdo petitur restitutio in integrũ ab aliquo tanquàm minore,& pronuntiatur super ætate,videlicet esse minorẽ, talis interlocutoria dicĩ habere vim diffinitiuæ; quia per quandam consequentiam diffinit negotiũ principale restitutionis; quia si est minor, põt
17 petere restitutionem in integrum, † sequitur Alex.in rub.ff.de re iud.in fi.& ibi tradit aliud exemplum post gl.in clem.fi.in glo.2.de appel. quæ voluit sententiam,qua pronuntiatur,exceptionẽ peremptoriam obstare,habere vim diffinitiuæ; quia secundùm Alex.per quandã consequẽtiam diffinit negotiũ principale: si enim agẽti obstat exceptio peremptoria, ergo agere non põt,& sic intentio sua principalis corruit,
18 † idem quoque determinat ante Alex. Imola in l.si finita.§.non autẽ,col.2.ff.de damn.infec. vbi adfert aliud exemplum in sententia, quæ fertur super peremptione instantiæ in causa appellationis; quia venit per quandam consequẽtiam ad diffiniendum negotium principale: si enim perempta est instantia in causa appellationis,prima sententia firma remanet, in qua appellans succubuit super negotio principali, meritò dicitur interlocutoria habens vim dif-
19 finitiuæ, † quod vltimum exemplum quoque ponit Bero.consi.101.nu.13. vol.3. ubi reddit rationem; quia perimit omne ius illius contra quem fertur.Ex his enim inferendo ad casum nostrum dico, quòd iudex committendo executionem scripti priuati,quod habet executionem à statuto,de priua.scrip.dicitur per quandam consequentiam diffinire negotium principale; videlicet nominatum in scripto esse debitorem,& teneri ad contenta in eo,eorumque obseruationẽ, de quibus in dicto scripto, meritò sequitur,talem sententiam habere vim diffinitiuæ secundùm Bald.Alexand. & Imol. in locis citatis, à quibus non dissentit Aret. consilio 20. colum..prima in fin. quatenus se-
20 quitur Baldum in dicta l. prima, † idemque tenet Ias. in dicta rubrica post princ. secutus Bald.in dicta l.prima,glos.in dicta l.intra vtile, & in dicta clem.fi.quam etiam sequitur Anto. de Butr.consilio sexto numero 4. & Spec.aure. in tertia par.6.partis prin.prima quæst.prin. in fin.numero 44.Rip.in l.quod iussit.nume. 27.
21 ff.de re iudic. † Ex quibus patet, Corneum consilio 262. col.3. & 4. volum.4.& Ripam in d.rnbrica de re iudic.numero 15. malè loqui; dum simpliciter in prædictis casibus appellant setentiam interlocutoriam; quia immò habet vim diffinitiuæ.

22 † Secundò moueor; quia hoc in terminis voluerunt Angel. Cuma. Castr.Alexand.& Ias. in dicta l. 5. in princ.volentes, quòd talis sententia super executione instrumenti guarentigiæ non sit mera interlocutoria sed habeat vim diffinitiuæ, idemque voluit Angel. in
23 consilio 114. & 115. † licet etiam malè ibi putauerit, eam reuocari posse; quia si habet vim diffinitiuæ non potest reuocari secundùm Butr. Abba. Imol. & Perusin.in cap. cum cessante.colum. quarta, circa medium de appel. Imol. Roma. Alex. Ias.& Ripa numero 27. in dicta l. quod iussit, eandemque opinionem Ange.in d. l.5. secutus est Aret. consilio 20. in

24 quęstione col. 1. † idéque tenuit Roma. in d. l.5.vbi transcribit dictum cōsiliū Angeli. 115. tacito autore,& concludit, talem sententiā esse interlocutoriam habentem vim diffinitiuę, idemque firmat ipse Roma.cōs.41.in præsenti consultatione, in princ. & post eum Mandos. in additionibus. quinimò plus voluit Roma. consil.174. amplissime Doctor, in princ. Alex. cons.49.visis actis, col. pen. vol.2. Spec. aureum
25 in tertia par.6.partis Iudicii nu.24. † ꝙ talis sententia de exequendo instrumentum sit simpliciter diffinitiua; quia diffinit negotium principalę, etiam, ꝙ non seruetur ordo iuris, moti per gl. in l. qui restituere ff. de rei vindi. volentem omnino sententiam diffinientem negotiū principale, diffinitiuam esse, etiam quòd in ea non seruetur ordo iuris; & idem tenuit Angel. ibi sibi contrarius in sententia de exequendo instrumentū, quòd sit diffinitiua, de quo remissiuè videndus est Orati. Mandos. in additi. ad Roman. in allegato consil.174. quo fit, vt tanto magis saltem, vt habens vim diffinitiuę censeri
26 debeat, † idque tanto magis procedere debet in casu nostro, in quo cum causæ cognitione emanauit post assignationem termini ad soluendum, & interim ad probādum, quare dictū scriptum non esset exequendum; qui terminus etiam fuit prorogatus; vt in actis patet. Vnde tantò magis debet reputari habere vim diffini-
27 tiuæ, † probatur hoc in simili ex eo, quod dicūt Doctores de pręcepto Iudicis, quod si factum fuerit cū causæ cognitione nō potest reuocari tanquam habens vim diffinitiuæ, secus si causa non cognita, vt per Innoc.& alios in c.2. de restit. in integ. per But. Imol.& Perus. in d.c. cum
28 cessante. col.4. † prædictisque accedit, quod dicit Bar. in l. non fatetur, col.2. ver. sed an isto casu ff. de confes. dicens; quòd præceptum factū in confessum de soluendo non est sententia diffinitiua; & potest cōtrario imperio reuocari, nisi antequam esset factum datus esset terminus ad respondendum; quare nō deberet fieri dictum præceptum; & cōfessio illa executioni mandari; tunc enim de tali præcepto esset idē quod de sententia secundum Bart. ibi, sequitur Perus. in dicto c. cum cessante. col.4. in fi. & cū prędictis etiam concordat Alex. in dicto cons. 49. col. pen. Fely. latè in dicta rubrica col.4. de re iudi. & latè Spec. aureum loco citato. nu.28. col.8. Vnde & in proposito nostro idem dicendum est, quòd cum hæc executio scripti commissa sit cum causę cognitione, talis sententia
29 vim diffinitiuę habere debeat. † Et in terminis scripti, vel instrumēti per prædicta determinat Ant. de Cana. in tracta. de execu. instru. q.48. in fi. vbi vult, ꝙ si post terminū ad opponendū, & dicendū; quare instrumentū non debeat exequi, pronūtietur illud exequendū esse, & sic fiat cū causæ cognitione, tunc talis pronūtia habet vim diffinitiuæ, & de ea, vt diffinitiua est cēsendum, secundùm doctri. Bar. in d. l. non fatetur.

30 Postremò † confirmatur ista cōclusio; quoniam illa dicitur sententia interlocutoria habēs vim diffinitiuæ, quæ quàmuis id non diffiniat, ad quod principaliter est actum, tamen post se nō expectat aliam sentētiam proferendam à iudice illam proferente, hæc est doctrina Antonii de Butr. in rub. de re iud. per tex. in c. significantibus, de offic. deleg. notat Ioan. Andr. in d.c. peruenit, & sequitur Rom. cōs.358. in præsenti dubitatione, post princ. posito ergo, ꝙ hæc sententia non diffiniret negotium ad quod principaliter fuit actum: quia tamen aliam sententiā Iudicis, qui eam tulit, non expectat, debet iudicari habere vim diffinitiuæ.
31 † Et tenendo hāc partem, nō obstant contraria, & primò decisio Angeli in d.§. si verò non implens, quia idem Angel. eod. titulo in §. illud quoque, propter gl. ibi addidit habere vim diffinitiuæ, & ob id non reuocari, & sic secundo loco melius est locutus quàm primo fecerit, & in dicto cons.114.& sequent. & cum eo in d.§. illud, transit Fely. in d. rub. col.4.
32 † Non obstat decisio Aretini in d. l.5. tollitur enim ex notatis per Alex. ī dicta rub. de re iud. in fi. & per Imol. in d.§. non autem, & sequaces, de quibus supra volentes; ꝙ siue sententia diffiniat negotiū principale directò, siue per quandam consequentiam, & indirectū, quòd tamen dicatur habere vim diffinitiuæ, per exempla superius tradita; quod est in casu nostro: licet enim execūtio instrumenti, aut scripti ueniat accessoriè ad articulum principalem, de quo in scripto, qui est super debito, aut obligatione, tamen eo ipso, quòd pronuntiatur scriptum exequendū esse, & ita eius executio committitur, in consequentiam pronuntiatur illū, qui promisit esse debitorem, & teneri; quod est negotium principale, meritò talis sententia dicitur habere vim diffinitiuæ, & sic in hoc Aret. malè locutus est contra Imol. Alex. & alios.
33 † Non obstat etiam alia ratio, qua vtitur Aret. in d. consilio 75. quia illud non contingit ex eo; quia dicta pronuntia de exequendo instrumentum sit mera interlocutoria, immo habet vim diffinitiuæ, vt supra ostendi, sed ex eo contingit: quia regulariter appellatio ab executione est prohibita, nisi in vno casu, quando modus est excessus l. ab executione ff. de ap
34 pellat. † meritò quando appellatur ab executione, licet sententia lata fuisset millies diffinitiua, requiritur expressio causæ, vt ostendatur, appellationem interponi in casu permisso, & ideo hac ratione speciali requiritur expręssio causæ, ita Perus. tradit in c. tertio, de appel. & in d.c. vt debitus. nu.23. & Fely. in dicta rub. col.3. vbi dicit, ꝙ ꝓpriè fallit, vbi appellat ab interlocutoria sup executione, quę licet habeat vim diffinitiuæ, tamen exigit obseruantiā clem. appellanti. de appel. videlicet expressionis causarū, idemq; tradit Roma. cons.41. Fel. in c. quod ad consultationem, nu.18. de re iud.

Vltimò

Vltimò non obstat doctrina Baldi in d. l. ab exequutore, quia resoluitur per ea; quæ dicta sunt ad doctrinam Aretini in d. l. 5.

Et ita in hac re concludo, sicque fuit pronunciatum per magnificum Consilium iustitiæ.

*Hippoly. Rimin. Ferrar.*

## Pro magistro Dominico de Martinellis.

### ARGVMENTVM.

Quomodo per testes probetur oblationem fuisse factam de vendendo apotecam conductori, eumque respōdisse, quòd nolebat eam emere. Et an venditio secuta subsistat, stante statuto, quòd conductor primò debeat requiri.

### SVMMARIVM.

1 *Conductor apotecæ requiri debet an velit emere stante statuto Ferrariens. aliàs venditio nulla est.*
2 *Statutum loquens per verba præsentis tēporis subiunctiui modi negatiua dicitur actui resistere.*
*Idem si per verba præsentis temporis indicatiui contra Bartolum. 3.*
*Cuius distinctionem nimis subtilem Iason appellauit. 4.*
*Et in ea nimis ab excellentia sua recessisse. 5.*
6 *Actus factus contra prohibitionem statuti nullus est ipso iure, licet illum statutum non annullet expresse, ratioq́; redditur pulcra.*
7 *Testes singulares in loco & tempore non probant.*
*Etiam in causis vbi proceditur de iure gentium. 8.*
*Et de bono & æquo. 9.*
*Fallit si de duabus confeßionibus deponant, ex quibus quid surgat, de quo disputatur. 21.*
*Et vbi testes conueniunt in eundem rei finem. 36.*
*Vel vbi tractatur de probādo quid in genere 41. 42*
*Vt, quòd quis possederit. 43.*
*Quod iurisdictionem exercuerit. 44.*
*Seu quem hæreticum fuisse. 45.*
10 *Certus certiorari non debet.*
*Quòd procedit quando denuntiatio requiritur ad certificandum duntaxat. 13.*
*Secus si, vt aliquid ille faciat, & est communis opinio. 14.*
12 *Citari pars debet in omni actu præiudiciali.*
*At eo præsente, vel comparente citatio redditur superflua & nugatoria.*
15 *Requisitio quando est de forma non sufficit simplex scientia.*
16 *Dictio nisi, denotat formam.*
17 *Statutum quando quid inducit de nouo cum certis modificationibus, quicquid in eo exprimitur reputatur esse de forma.*
18 *Forma statuti omnino seruanda, aliàs actus est nullus.*
*Quia præcisa est taliter, vt nullitas actus inducatur ea non seruata. 19.*
*Nec à partibus remitti potest. 20.*
*Si concernit fauorem publicum. 53.*
*Secus si priuatum, is enim cuius fauorem concernit potest ei renunciare.*
*Quæ sententia communis est. 54.*
22 *Castrensis consilio 380. col. fi. vol. 1.*
*Obseruatur in iudicando.*
23 *Confeßio per duos testes absente parte probat de æquitate canonica, & est communis opinio. 24. 25.*
26 *Ius canonicum Ferrariæ seruatur.*
27 *Probationes imperfectæ licet diuersi generis modo perfectæ sint in sua specie coniunguntur ad plenam probationem.*
*Quæ decisio communis est, & vera. 28.*
29 *Testis vnus de numeratione mutui, & alter de confeßione plenè non probant, ratioq́; subiicitur.*
*At in alijs contractibus secus. 30.*
31 *Voluntas ex facto declaratur. 32.*
33 *Remittentibus iura sua non datur regressus.*
34 *Cōsentiens alijs iura sua perdit, & aliena fortificat.*
35 *Quod semel placuit amplius displicere non potest.*
36 *Testes qui conueniunt in eundem rei finem non dicuntur singulares, nec quando vna probatio influit in aliam. 38.*
37 *Testium singularitas nocet quando probatio potest esse dubia, & se habere ad esse, & non esse.*
*Secus quando omnia tendunt ad eundem finem.*
39 *Quæ non prosunt singula multa iuuant, quomodo intelligatur.*
40 *Testium fides est arbitraria.*
41 *Testes singulares probant quid in genere.*
*Quæ sententia magis communis est. 46.*
*Licet Decius contra sibi contrarius. 47.*
48 *Cōductoris approbatio venditionis factæ de apoteca eam confirmat siue conualidat. 49. 51.*
50 *Contractus minoris sine solennitatibus statuti per eum factum maiorem approbatus valet.*
52 *Approbatum semel improbari non potest.*

### CONSILIVM CCVII.

*Auxilium meum à Domino.*

EGREGIVS *vir magist. Dominicus de Martinellis anno elapso emit quandam apotecam sibi cōtiguam à magist. Blasio de Sutorys prætio inter eos conuento, quo facto dedit licentiam magist. Hippolyto de Nicoletis sutori in ea ad affictum commoranti per menses quatuor ante festum Paschatis Resurrectionis Dominicæ, quòd adueniente dicto festo de ea discederet, quia nolebat eum amplius perseuerare in dicto affictu: quo audito comparuit sutor, dixitq́; non esse deuenien um ad petita per magist. Dominicum stante eo, quòd non fuit interpellatus ad emendum apotecam, prout debebat ex forma statuti Ferrariæ, subiungens, quòd intelligit emptionem apotecæ factam fuisse nomine ipsius. Vnde super hac controuersia instructo processu superest videre cuius intentio sit potior.*

1 AT †prima frõte intentio ſutoris videtur præualere ſtãte ſtatuto volẽte, ꝙ conductor primò debeat requiri, an velit emere apotecam, prout in eo claré dicitur.ibi (Nec locatores poſſint, nec debeant apotecas artifici locatas alteri vendere,ni ſi primò requiſiue-
2 rint cõductores,an velint emere) † Cũ enim loquať per verba pręsẽtis tpis ſubiũctiui modi præpoſita negatiua,indubitãter loquitur ꝓhibitiuè,& reſiſtit actui, auferťq; poteſtatẽ & facultatem vendendi, vt tradit Bar.in l. cum lex. col.2.ff.de fideiuſ.qui in hoc ab omnibus reci-
3 pitur † licet in alio mẽbro, quãdo verba eſſent præſentis tpis indicatiui modi, dubia ſit eius deciſio, vt videri põt apud Alci.in l. 1.in prin. ff.de uerb.obl.& Tiraquell.in lib.de legib. con nub.in glo.2.nu.9. poſt leges connubiales,vbi ſignanter adducit Iaſonem in l.Gallus.in prin. in 1.& 2. lect.ff.de lib.& poſth.reprobãtem diſtinctionem Bartoli, ſicut & idẽ Iaſ. in l. pacta.
4 col.fi.C.de pact. † eã nimis ſubtilem appellat, & in l.ſtipulatio iſta.§.alteri ff.de verb.obl.col.
5 6.dicit.†ꝙ in hoc Bar.nimis receſſit ab excellẽtia ſua;quia lex ſiue ſtatutũ ſemper dicitur prohibitiuè loqui ſiue loquatur per verba pręsẽtis
6 tpis indicatiui modi,ſiue ſubiunctiui † meritò ſi loquitur prohibitiuè, ſequitur actum in contrarium factum eſſe ipſo iure nullum, licet ſtatutum illum non annullet expresſim l.non dubium,& ibi not.Bal.& Iaſ.poſt alios C. de legibus, vbi dicunt, ꝙ lex prohibitiua ſimpliciter loquens, ſemper intelligitur habere clauſulam annullatiuam actus, vnde non eſt neceſſe, ꝙ lex vltra annullet, quia prohibẽdo ſatis dicitur annullare; vt ibi dicũt Fulg.& Caſt.igitur huic magiſ.Dominico nõ põt opitulari hęc vẽditio.

Nec ſibi videntur prodeſſe teſtes examinati per eum ad probãdum,quòd dictus Nicolettus fuit requiſitus à magiſt.Blaſio ante venditionẽ apotecę; & quod ipſe noluit eam emere,
7 † namque huiuſmodi teſtes ſunt ſingulares in loco & tempore;quatenus de hac requiſitione, & noluntate aliquid deponunt, meritò nõ probant c.cum dilecti. de elect.l. iuſiurandi. C.de teſtibus, & ibi Bald.dicens, ꝙ minus probant mille,quàm vnus, dominus meus Rimin.alios citans conſ.384.nu. 29. Crot.conſ.85.nu.13.
8 & conſ.106.nu.9. † vbi ſingulariter dicit poſt Corn.conſil. 181.hoc procedere etiam in cauſis,in quibus proceditur de iuregentium; quia cum vnus teſtis non probet etiam de iuregentium; quia duo requiruntur ad minus c. relatum, & c.cum eſſes. de teſta.multò minus probant teſtes ſingulares,licet in cauſa proceden-
9 dũ ſit ſecundùm terminos iuriſgentium, †& de bono & ęquo, vt dicit Cur.Iun. conſilio 186. nume.9. & ideò non defertur iuramentum habenti tales teſtes, licet habenti vnum tantùm ſic,vt tradit Bald.in l. de quibus, col.antep. ff. de legibus, Soc.in fallentiis ſuis regu.204. fallentia 67.Dec.in c.licet cauſam.nu.16.de pro-
10 bat. † & ſi dicatur ſaltem ex teſtibus conſtare, quòd ipſe ſciuit,quòd locator volebat vẽdere. Vnde cum fuerit certus vltra certiorari nõ debuit c. eũ qui certus. de reg.iur.in 6. Cur.Iun. conſ.217.nu.9. & fruſtra quærimus de modo, vbi habemus effectum; fruſtra eſt enim requirere, an velit emere, ſi venditioni conſentit,
11 ſicque declarat ſe nolle emere, † ſicut in ſimili videmus; quòd in omni actu præiudiciali debet pars citari l.nam ita diuus ff.de adopt.l. de vno quoque ff.de re iud.& tamen ſi citãdus
12 ſit pręſens, citatio alia non requiritur, † ſit enim citatio ad finem, vt citatus compareat, ſed ipſo pręſente & comparẽte redditur ſuperflua & nugatoria citatio,ſecundùm Bart. Iaſ.& alios in l.1.ff.de in ius voc.Dec.conſ.187.nu.3
13 Craue.conſi.4.num.25. † Reſpondetur,quòd regula d. capituli eũ qui certus,procedit quando denuntiatio requiritur ad certificandum duntaxat aliquem,non autem ad alium finem, & ſic, vt ipſe aliquid faciat, quo non facto excludatur, prout in caſu dicti ſtatuti; volentis infra menſem à die denuntiationis conductorem apotecæ declarare, an velit emere, vel non, & nolente emere infra dictum tempus poſſe alteri vendi; tunc enim non ſufficit, ſed denuntiatio, ſeu notificatio requiritur expreſſa,ita tradit Bartol.in l.prima §. fin.ff.de actio. empt.in l.denuntiaſſe, in prin.ff.de adult.cum
14 aliis multis per † Dec.cummulatis,qui dicit eſſe communem conſil. 74. col. 2. & in ſtatuto propriè ponit Soc.Iun. conſil. 4. in fi.vol.2.
15 † Confirmatur, nã quando requiſitio eſt de forma, vel ſubſtantia, non ſufficit ſimplex ſcĩa, & ꝙ res ad notitiã deuenerit;ſed neceſſaria eſt requiſitio & denũtiatio;vt not.Bart.poſt Dyn. & alios in l.qui vxori §. quid ergo ff. de adult. ſed in terminis ſtatuti noſtri, ne appothecę &c. denuntiatio,ſiue requiſitio eſt de forma; dicit enim, ꝙ locatores non poſſint artifici apotecas locatas, alicui alteri locare, vel vendere, niſi prius requiſiuerint conductores, an velint
16 vlterius reconducere, vel emere, † illa enim dictio,niſi,denotat formã.Bart.in l.1.nu.10. ff. de condit.& demonſtra.Dec. conſ.531. Senat. Pedem.deciſ. 174.in prin. Igitur omnino fuit neceſſaria dicta requiſitio facta Nicoletto,poſito, ꝙ aliter certus eſſet, ſicque concludit in ſtatuto Berous conſ.171.num.14.vol.1.
17 † Corroborať adhuc; nã quãdo ſtatutum quid inducit de nouo cũ certis modificationib.quicquid in eo exprimitur,reputatur eẽ de forma, vt tradit Anch.conſi.242.Dec.conſil.331.col. 3.conſil.434.nu.1.conſ.455.num.7.conſ.528. ad fi.& conſi.531.col.1. Crau.conſ.182. nu.10. Soc.conſil.92.vol.4.Senat. Pedem. deciſ.165. nu.11.ſed dictũ ſtatutũ de nouo inducit dictã requiſitionem per locatorẽ fieri, nec eam poſſe alteri vendere, ſi conductor velit emere, & alia; de quibus in eo, meritò dicuntur omnia

18 nia in eo dispositа esse de forma, † & propterea dicta forma statuti debuit omnino seruari; aliàs venditio facta Martinello ea forma non seruata fuit nulla, vt not. Cyn. & Bal. in l. ambiguitates. C. de testa. & post eos Cast. Ias. & alii, Bar. in l. cum quid. col. 2. ff. si cer. pet. cum simi
19 libus per Dec. in allegato conf. 531. † semper enim forma censetur esse præcisa taliter, vt nullitas actus inducatur ea non seruata. l. fin. & ibi glos. C. de vend. rer. ciui. lib. 11. Alex. consi. 50. nu. 4. vol. 5. Afflic. decis. 355. nu. 4. latè Ias. in l. sed & si quis. §. quæsitum. nu. 24. ff. si quis caut.
20 & Senat. Pedem. decis. 165. † nec à partibus remitti potest, vt per eum dec. 166. num. 7.

Istis tamen nō obstantibus dico, ꝙ in præsenti quæstione debet obtinere magister Dominicus, & succumbere sutor, moueor ex testibus examinatis per magi. Dominicū, nā primò D. Raphael Venturinus agrimensor deponit, Nicolettum præsente magistro Dominico dixisse, ꝙ sibi fuerat oblata dicta apotheca, nec eam voluerat, neq; volebat emere, dictoq; testi conformis est Io. Petrus alius testis, qui prius ante venditionē factam magistro Dominico dicit, ꝙ in eius apotheca, & eo præsente magister Blasius requisiuit Nicolettū, nunquid vellet apothecam prædictam emere, qui respondit, quòd
21 nequaquā, † hi nāq; duo testes licet singulares loco & tēpore deponētes de duabus cōfessionibus Nicoletti emanatis præsente magistro Dominico cōiunguntur ad plenā probationē; quia non inducuntur principaliter ad probandum confessionem, sed ꝙ Nicolettus noluerit emere apothecam, qđ ex illis confessionibus probatur. vt voluit Cast. cōs. 380. col. fi. vol. primo, Alex. conf. 53. col. 2. vol. 1. & Castrensem se
22 quitur Dec. conf. 650. col. 2. † Cur. in l. admonendi. ff. de iureiur. nu. 193. dicens doctrinam Castr. in iudican. esse obseruandam. Cur. Iun. nume. 61. dicens Caccialupum idem in effectu sequi, respondensq; motiuo Iasonis cōtra Castrēsem, vt per eum, Mantua. consil. 300. Soc. Iun. cōs. 90. nu. 13. cōs. 99. nu. 15. vol. 2. Crau. in tract. de antiq. temp. in 3. par. num. 157.

Secundo moueor principaliter, nam cōstat, ex duobus aliis testibus, qualiter vna vice per duobus menses ante venditionem huius apothecæ, magister Blasius absente magistro Dominico requisiuit magistrum Hippolytum an vellet emere dictam apothecam. quia eam vendere volebat, cui magister Hippolytus respondit, quòd eam nolebat emere, & quòd eā daret, cui sibi placeret, & inde rursus post mensem ab illo colloquio, magister Hippolitus Blasio dixit (ò ben Biasio che vuoi tu fare della tua botega) Cui respondit Blasius (io la voglio vendere, perche iò hò bisogno de danari) & magister Hippolytus respondit (vendila pur
23 che tu farai bene) hi namq; duo testes de cōfessione Nicoletti, licet facta absente magist. Dominico, probant aduersus eum plenè, secundū æquitatem iuris canonici, secūdum quod sola mens sufficit, vt tenet But. Card. Imol. & Fely.
24 nu. 27. in c. si cautio. de fide instr. † qui testatur hanc esse cōmunem eamq; sequitur Cor. cōs. 113. vol. 1. Aret. conf. 64. col. 5. Paris. conf. 120. nu. 7. vol. 1. Do. meus Rimi. cōs. 118. nu. 16. vbi post eum pariter dixi, & cōs. 23. num. 302. nunc tamen addo Alex. conf. 245. col. 1. vol. 6. Soc.
25 conf. 64. col. fi. vol. 3. † Dec. cōs. 163. qui dicit esse cōem, sicut, & Cur. Iun. conf. 168. col. 3. cū similibus, quos cumulat Ant. Gabr. Ro. lib. 1. tit. de cōfes. concl. 1. nu. 46. qui concludit esse
26 cōem, † & ius canonicum Ferrariæ seruatur. Card. conf. 2. & dato, quòd illi duo testes singulares de confessionibus factis per Nicolettum præsente magistro Dominico, & isti de confessione facta eo absente plenè non probarēt, cū tamen saltem semiplenè probent, coniungi de
27 bent ad plenā probationem. † Quoniam duæ imperfectæ probationes etiā diuersi generis, dūmodo perfectę in sua specie, vt vnus testis de ueritate facti, & duo de confessione parte absente, coniunguntur ad plenam probationē faciendā, sicq; coniunctæ plenè probant, vt tradit Bar. ad quem semper recurrimus in repe. l. admonēdi. ff. de iureiu. col. 8. n. 40. ver. his præmissis, cuius decisionem dicit esse cōem, & veram Ias. ibi nu. 257. & Rip. col. fi. in prin. dicēs, quòd cum Bar. transeunt alii, & pariter dicit ita communiter tenere omnes doctores ibidē Cacialup. nu. 151. post medium, Cor. conf. 13. circa princ. vol. 1. cum aliis deductis per Cur.
28 Iun. conf. 168. nu. 13. † qui pariter dicit esse cōem, sequitur Crauet. consi. 73. numero 34. conf. 267. & idem Dec. conf. 650. col. 2. nu. 10. & licet subiunxerit, vel saltem in tali casu iuramentum deferri debet: allegando Bal. in rubr. de contro. inuest. & idem tradit Dec. in c. cum
29 causam, nu. 16. de probat. † tamen aduerti debet, quòd eius dictum debet intelligi secundū Bal. quem citat ibi & alibi, loquentem in mutuo, quando vnus testis deponit de vera numeratione, & alter de confessione, non enim plenè probant ea ratione, quia plures sunt species mutui, merè naturale scilicet, aliud verò merè ciuile, quod fit per solam confessionem, primum verò per numerationem. Ideo testis deponens de vera numeratione deponit de mutuo uerè naturali, qui verò de sola confessione de mutuo ciuili, ideo cum deponant de diuersis speciebus, quæ non tendunt ad eundem finē, sed ad diuersum, nimirū si tāquā penitus singulares nō probant sine delatione iuramēti
30 partis inducentis, † sed in aliis contractibus, & actibus vtique communis opinio procedit, cum in eis cesset dicta ratio. Ita pulcherimè tradit Iason. in d. l. admonendi. numero 260. versiculo tu aduerte, & Dec. in d. c. causam. col. pen. nu. 16. de probat. vbi dixit esse speciale in mutuo, in alio verò contractu, secus, licet dictā rationē diuersitatis nō adducat, quia nō vidit Ia

sonem. nos autem sumus extra quæstionem mutui, ergo sumus in terminis dictæ communis opinionis; quæ euitari non potest; & quam pariter tenent Neuizan. cons. 27. num. 2. Crot. cons. 19. in fin. cons. 34. nu. 6. fusius cons. 131.
31 nu. 41. cum sequen. † vbi communem testatur.

Tertiò principaliter prædictis accedit, quòd primus & secundus testis dicūt de libriculo sutoris dato magnifico Dominico ante emptionem, super quo erant computus & rationes inter eum & Blasium ad finem, & effectum, vt magnificus Dominicus apud se retineret creditū sutoris, quod habebat cum Blasio ex affictibus solutis nondum decursis ex pretio dictæ apo-
32 pothecæ emendæ per eum. † Nam ex hoc facto declaratur, quòd non habebat voluntatem emendi dictam apothecam, immo quòd erat contentus, magnificum Dominicum eam emere, iuxta tex. cum ibi notat. in l. reprehendenda. C. de instit. & subst. Cur. Iun. consilio 303. numero 73. aliàs libriculum non dedisset, sed dixisset, nolle eum emere dictam apothecam sed ipsummet velle eam pro se, concurritque, prout tertius testis inquit, quòd facta emptione dictæ apothecæ sutor unà cū Blasio in sero simul accesserunt ad magnificum Dominicum in eius apothecam, eique Blasius dixit, quòd sutor inuenerat eum, conquerēs de ipso, quòd acceperat pecunias dictæ apothecę, nec dederat sibi debitas, tuncque subiunxit Blasius magnifico Dominico (Io ue gli hò lassati in mane, & l'hò menato qui da voi, accio che gli diate li suoi danari.) qui magnificus Dominicus sutori respondit (Io ho li vostri danari, & vegli daro, & se non fosse cosi sera, lo ve gli daria) & tunc sutor respondit magnifico Dominico. (Basta, se voi gli haueti, io non dico altro, se voi m'hauesti detto, che voi gli haueti hauuti, io non haurei detto altro; perche so che sono sicuri nelle vostre mani) quòd & hic testis inter cætera deponit de pecuniis sutori debitis per Blasium. retentis per magnificum Dominicum. Et inquantum sutor de hoc dubitans venit ad dictum magnificum Dominicū, vt id intelligeret, id non fuisset necessarium, si habuisset voluntatem emendi apothecam, & intellecta retentione dictarum pecuniarum à magnifico Dominico facta, non respondisset (Basta, io non dico altro &c. sed dixisset (Io non voglio; che sia fatta in voi que sta vendita, ma intendo sia fatta in me) & id genus. Ostendunt ergo hæc omnia, quòd ipse noluit emere dictam apothecam, sed fuit contentus, magnificum Dominicum eam emisse,
33 † & remittentibus iura sua, prout Nicolettus ex prędictis fecit, non datur regressus. l. quęritur. §. si venditor. ff. de ædil. edil. Tiraquel. de retrac. §. primo. Glos. 9. numero 119. Senat. Pedem. decis. 144. numero 6. Paris. consilio 5. nu. 155. vol. 4. Rol. à Val. consilio 57. num. 16. vol.
34 3. † vbi dicit, quòd qui aliis consentit perdit ius suum, & alienum fortificat, prout fecit iste Nicolettus, qui consentiendo Blasio vendenti & magnifico Dominico ementi dictam apothecam perdidit ius suum eam consequendi, prout ex statuto poterat, & fortificauit ius magnifici Dominici.

Sed vltra, non ne tempore mensurationis fuit præsens sutor: certè sic, & plus, posuit manum ad perticam, vt quintus testis apertè dicit, ergo noluit emere dictam apothecam, aliàs contradixisset mensurationi, non autem fuisset eius particeps & conductor.

Cum ergo constet ex his omnibus, quòd noluit emere dictam apothecam, non potest nunc
35 contrarium uelle † per regulam, quod semel placuit, amplius displicere non potest.

Nec dicatur, testes esse singulares, cum de diuersis actibus & uerbis depouant, uarioque lo-
36 co & tempore factis & prolatis † Quia considerandum est, quòd conueniunt omnes hi testes in prædictis in eundem rei finem, nempe quòd Nicolettus noluerit emere dictā apothecam; quo stante non dicuntur singulares, vt tradit Bal. consilio 337 proponitur, quòd celebratus & consilio 150. Quidam Gasparonus. mihi volumine primo, licet variato numero & volum. Crau. eum sequutus citet consil. 73. col. antep. circa fi. vbi addit etiam Paul. de Castr. consilio 148. Viso processu & attestationibus. colum. fi.
37 vol. 2. † dicentem, quòd testium singularitas solū nocet; quando probatio potest esse dubia, quia potest se habere ad esse, & non esse, secus, quando omnia tendunt ad eundem finem, sine quacunque dubietate; prout est hic ad vnguem, quòd sutor noluerit emere apothecam id dicendo. dando libriculum emptori, vt retineret creditum suum, dicendo (Basta, non dico altro) adiuuando mensurationem, & vltra Baldum Castren. & Craue. de quibus supra, concordat etiam Bal. post Oldrad. in d. c. cum causam. col.
38 2. de prob. † dicens quòd si vna probatio influit in aliam; & conferunt in idem, testes non dicūtur singulares, sed contestuales, & conferentes
39 ad eliciendum vnam conclusionem, † & tunc quę non prosunt singula multa iuuant, allegando tex. in l. qui sententiam. in ver. concordantes in unum rei finem. C. de pœn. sequitur. Ias. in d. l. admonendi. numero 255. Vnde nemini dubium esse debet, quin ex his testibus colligatur plena probatio, quoniam ex tot dictis testium Iudex adduci debet ad eis fidem pręstan-
40 dam, † cum omnis fides testium sit arbitraria, vt not. Castr. in d. l. admonendi, & in l. Lucius. ff. de his qui not. infam. sicque tenet per rationem prædictam. Socin. consilio 261. columna antep. Dec. consilio 163. col. 1. Cur. cons. 178. col. 1. Veron. cons. 3. col. fin. ciuilium Brun. in tract. de indici. col. 2. Mars. in pract. crimi. §. diligenter. col. 3. & in l. prima. §. si quis vltro. col. 1 2. ff. de quęst. cū simil. per Gabriel. lib. 1. titu. de teste, conclus. 2. nu. 62.

Quarto

41 † Quartò ulterius, cōcesso millies (licet verū non sit) quòd isti testes essent singulares, tamen probāt. Nam hic agitur de probādo istud in genere, videlicet ꝙ sutor noluit emere dictam apothecam, antequā magnifico Dominico venderetur quocunque modo, loco & tempore, quibusve verbis, aut actibus hoc declarauerit, de qua re testes dicunt, non est uis, quia non agitur principaliter de probando dictos actus aut verba, sed noluntatem emendi, quæ

42 dictis actibus, aut verbis inducitur, † probatur ista conclusio, quatenus passim, & crebrius dicunt doctores, ad probandum quid in genere

43 sufficere testes singulares, puta, † quòd quis possederit, probando per testes discordantes circa actus possessorios; quia aliqui, dicūt, ꝙ viderunt arari, quidam ꝙ seminari; quidam vites putari, nam tales testes singulares probant possessionem in genere, cum supradicti actus

44 eam inferant, † vel si agitur de probando iurisdictionem in genere, sufficiunt testes de actibus particularibus; ex quibus iurisdictio infertur; quia quidam viderunt decapitari, qui

45 dam verò suspendi maleficos. † Idem in probando, quem hęreticum in genere, satis est, testes deponere de actibus, licet diuersis, ex quibus hęresis inferatur, ita glo. & doct. in l. Ariani. C. de hæreti. Innoce. & Doct. in c. qualiter & quando, secundo, de accus. Bald. consi. 406. in causa Vincentii. col. prima volum. primo, Abb. consi. 81. col. 1. vol. 2. Alex. consi. 141. colum. 2. volu. primo, consi. 92. col. 4. vol. 5. Calcan. cōs. 9. col. 2. Cor. consi. 91. consi. 134. vol. 1. Cur. Iun consi. 63. col. 3. cum aliis multis per Cra. consi.

46 78. col. 2. & 3. & latius consi. 73. nu. 34. † vbi cōcludit, hanc esse opinionem magis communē & eam tenet etiam latè Soc. Iun. consi. 178. nu. 8. volum. 2. licet Dec. aliud tenuerit in c. licet

47 causam. de proba. † vltra quòd fuit sibi contrarius consi. 650. col. 2. in fin. vbi tenet conclusionem, de qua supra, quam etiam tenet Boer. decis. 23. n. 44. Rui. consi. 67. nu. 9. vol. 1. Nicol. Bellon. consi. 57. nu. 4. Rochus de Curt. in tract. de consuet. nu. 121. Laurent. de Silua in tract. de feud. recogni. q. 1. nu. 30. Cur. in tract. de testib. nu. 77. & latissimè de illa meminit Graue. in tract. de antiq. temp. in tertia par. car. 294. & Rol. à Val. consi. 82. nu. 43. vol. 2. & ego latissimè dixi idem firmans consi. 7. per totum.

48 † Quintò & vltimò, quando hæc omnia cessarent, & in specie, ꝙ iste non fuerit requisitus emere dictam apothecam ante eius venditionē, aduerti debet, ꝙ eam iā factam approbauit Probat hoc in primis Blasius vēditor, qui post dictam venditionem factam M. Dominico deponit dixisse sutori, quòd in futurum non deberet amplius recognoscere eum in dominum apothecæ, sed magnificū Dominicū ibi pręsentem, qui emerat illam, sutorque respondit (sia in buon'hora io son contento) pręsentibus se teste, magnifico Dominico sutore, & gargionis magnifici Dominici in eius apotheca, dicēdo enim sutor, (sia in buon'hora, io son contento) & sic assentiens venditioni, patet ipsam approbasse, & huic tēsti contestes sunt alii duo, quar-

49 tus & 5. qui pari modo deponunt, † quare stante dicta ratificatione, tollitur omnis nullitas pręcedens, si quæ causata fuisset in dicta venditione pręambulā. l. fi. C. ad maced. decis. Nea. 220. in fin. Senat. Pedem. decis. 139. nu. 15. Immò verò stante hac approbatione venditionis, frustra est eam velle impugnare ex causa interpellationis omissæ, quæ requirebatur ex forma statuti, nā cōsensus iste & approbatio sequens de ea facta, operatur, quòd valuerit & valeat, nec vltra possit impugnari, vt in notabili casu

50 † & statuto simili decidit Roma. consi. 54. uolens, quòd contractus factus à minore sine solennitatibus statuti, & sic nulliter, per eum factum maiorem approbari possit, & vigore dictæ approbationis subsistat, dummodo in eius actione dolus non interuenerit; quia cum solēnitas illa requisita à statuto, quę non interuenit, fauorem illius respiceret, superueniente eius consensu debet actus conualescere, secundum doctrinam Bar. in l. prima. §. sed si filius. ff. de leg. tertiò, & per l. filio præterito. ff. de inius. test. & candē opinionem tenet Bal. quem Roma. non citat conf. 47. ad intelligentiam. vol. 1. & Goz. neutrum ex prædictis allegans consi. 16. nu. 7.

51 † meritò pari modo, licet hæc venditio fuisset nulla, vt pote non interpellato dicto sutore iuxta formam statuti, quia tamen hæc solennitas eius fauorem respiciebat, superueniente eius consensu, vt supra ostendi, debet conualescere venditio, & certè nihil meliùs dictis decisioni

52 bus ad hoc adduci posset. † Non ergo amplius pōt improbare, quod approbauit. c. quod semel placuit, de regul. iur.

Et ex his optimè fundata ramanet intentio M. Dominici, sicut & contraria virtualiter ex prędictis remanent sublata. Nihilominus etiā

53 particulariter ego respondeo, † nam licet regulariter forma seruanda sit, nec à partibus remitti possit, tamen procedit, quando concernit fauorem publicum, secus si priuatum, ut in casu nostro. Is enim in cuius fauorem inducta fuit, potest renunciare l. filio præterito. cum ibi no. per Bartol. & alios. ff. de inius. testa. Ancha. in c. rescriptū. in fi. de resc. Dec. in c. 2. de test. & in c. cum accessissent, nu. 9. de constit. Castr. in l. non dubium. C. de testa. & in l. 1. ff. de lib. & post. Aret. in rub. eo. tit. dum citat Bar. in l. 1. §. si filius. ff. de leg. 3. qui hoc clarè dicit, & idē Dec. in l. posth. col. 10. C. de bon. poss. con. tab. & post eum Cur. nu. 34. Dec. in l. pacta, quæ contra. nu. 10. C. de pact. Rui. consi. 46. colu. fi.

54 vol. 5. Alciat. parad. lib. 3. c. 5. † qui communē testatur, Maria. in c. si diligenti. col. 3. de for. cō pet. Guliel. Bene. in q. de Episcopo, nu. 60.

*Hippoly. Rimin. Ferrar.*

Pro magistro Antonio Moretto.

ARGVMENTVM.

De licentia fabricandi data non probata, de Grã ma non remouenda ratione strepitus qui fit ex ea, & de aliis scitu dignis circa testes quando probent vel non.

SVMMARIVM.

1 *Successor non debet esse melioris conditionis auctore suo.*
2 *Princeps succedens facta sui praecessoris seruare dēt.*
*Et illis cõtraueniens sibi ipsi dicitur cõtrauenire.3.*
4 *Probatio incerta non releuat.*
*Lexq́ praesumit in ea pluralitatem, cum debeat necessario concludere.6.*
*Bidellus equo conducto si probauerit equum in via mortuum esse, non dicitur probasse fuisse illum quem conduxit.5.*
*Quae sententia communis est.*
7 *Probatio debet esse clara, certa & necessario concludens.*
8 *Agens ad promissionem puram si probat de conditionali quae extitit, nõ dicitur intentionē suā probasse*
9 *Contractus purus, & conditionalis purificatus aequiparantur.*
10 *Pluralitas praesumitur in actibus qui solent multiplicari.*
*Vt ars pistorum, & beccariorum dicitur.11.*
12 *Testis de auditu debet saltem nominare duos à quibus audiuerit.*
*Et de credulitate non probat non adducens rationem.13 14.*
*Et eatenus probat quatenus eam adducit.*
15 *Testes quorum interest non probant, & vbi tractat de se exonerando dicuntur in causa propria deponere.16.*
17 *Statuti qualitas probari debet, & verificari, vt illud habeat locum.*
18 *Poena cap.pri.de homi.in 6.locum non habet non probato quòd occisus esset Christianus.*
19 *Statutum si dicat, quòd ciues admittantur ad aliquid, probari debet quòd sit ciuis.*
*Et illud cessat vbi verba non conueniunt.20.*
21 *Aedificare quis potest in pariete comuni, de quo est Glo.communiter recepta.20.*
23 *Peritis in arte deferendum est.*
24 *Strepitus causa tantùm quis ab exercitio suo remoueri non potest in domo per eum conducta.*
*Nisi ad instantiam doctoris, scolaris, vel infirmi, iudicio medicorum.25.*
26 *Ab assuetis non fit passio.*
27 *Domus vsus cuique liber esse debet.*
28 *Verba plures & plures, de quatuor verificantur.*
28 *Testis de auditu à parte post litem motam non facit etiam praesumptionem.*
29 *Testis domesticus repellitur.*
30 *Liber homo conuenta mercede seruiens non dicitur idoneus testis.*
31 *Testis singularis non probat.*
32 *Absenti prius non acquiritur quàm ratificanti.*
33 *Notarius absenti quaerit secuta ratificatione, & non ante.*
*Quae sententia magis communis est.34.*
*Et in hoc Tiraquellus arguitur.35.*
36 *Ratificatio fieri non potest tempore incongruo, & re non integra.*
37 *Conditiones copulatae verificari debent omnes,*
*Et suspendunt actum.38.*
*Nec ille ante deducit in esse.*
39 *Perito vni tantum non est danda fides in loco vbi plures adsunt periti qui adhiberi potuerunt.*
*Et est communis opinio.40.*
41 *Euidentia facti superat alias probationes.*

## CONSILIVM CCVIII.

*Auxilium meum à Domino.*

CIRCA primum dubium, per quod supponitur, fabricã camini, de qua contenditur, factam fuisse à magnifico Baptista fabro de anno 1546. de licentia domini Ludouici Verrariç tunc domini domus vicinae, in qua postmodum successit magister Antonius Morettus, & ideo licentia peti non debuit per Fabrum à Moretto, cum petita fuerit
1 ab eius authore, † successor enim in re non debet esse melioris conditionis auctore suo. cap. nemo plus iuris. de regul. iur. in 6. l. si mulier. §. primo ff. ad velle. quae iura citat ad hoc dominus meus Rimin. consf.152. nu.27.
2 † Hinc etiam Princeps succedens facta sui praecessoris seruare debet, & illis ligari, vt not. Fel. Dec. & omnes in c. primo, de probat. abunde Senat. Pedem. decis. 139. num. 11. Roland. à
3 Val. cons. 13. nu. 36. vol. 3. † subdens post Bald. cons. 236. colum. 3. volum. primo. Quòd successor Principis contraueniens factis sui pręcessoris, dicitur contrauenire sibi ipsi, quare licentia petita à Verraria, petita videtur à Moretto, qui successit in locum Verrariae, & ob id vlterius ab eo non fuit petenda, cum tunc in dicta domo non habitaret.

Puto breuiter animaduertendum esse, nam super hoc reperio tantùm duos testes examinatos, dictum Verrariam, & alium qui frabri non probant intentionem. Nam Verraria quidem deponit, dedisse licentiam fabricandi in confinibus domorum Fabro pro libito voluntatis suae, eumque fabricasse, prout sibi placuit; durante habitatione ipsius talis in dicta domo, & sic antequàm Morettus successisset in ea, sed non deponit in specie, quaenam fuerit fabrica facta per Fabrum, cum potuerit esse alia, quàm camini, de quo conten-
4 ditur, † meritò talis probatio velut incerta nõ releuat. l. neque natales C. de probat. Et est notabile dictum Ioan. Andr. in c. auditis. de prae-

scrip.

scrip.de Bidello qui cōduxerat equum, deinde
conuentus dicebat esse mortuum naturaliter
in via, probando per aliquos equum quem e-
quitauerat in via mortuum fuisse, tamen, quia
non probauit equum, quem probabat esse mor
tuum, esse illum, qui sibi fuerat locatus; succu-
buit propter incertam probationem, sequitur
Alex.cons.118.colum.fin.& cons.119.col.pen.
5 uol.primo. † Dec. qui communem testatur
cons.91.in fi.cons.129.col. secūda, post mediū
cons.210. col.pen.Crau.cons.112. nu.3.Gram
mati. consilio 1.nu.13. ciuilium, Bonacossius
noster vti mihi frater honorandus in tract.de
6 equo q.425.cum simil. † quibus accedit Rui.
cons.46.nu.16.uol.4.dicens, quòd in materia
probationum, quæ debet neccessariò conclu-
dere, lex præsumit pluralitatem, cum semper
interpretationem faciat contra producentem
c.in præsentia: de prob.& per Bar.& alios in l.
inter stipulantem.§.1. ff.de verb.oblig. deinde
citat prædictam decisionem Io. Andreæ in d.
7 c.auditis.de equo conducto. † Hinc & Rol.
à Valle cons.27.nu.10.vol.tertio dicit, proba-
tionem debere esse claram, certam & neces-
sariò concludentem, & Crau. consil. impresso
post decis.Pedem.122.num.13.subdit, proba-
tionem generalem nō concludere, post Gemi.
cons.48.colum 5.& Romanum cons.321. in fi.
qualis est hæc de licentia data fabricandi in
confinibus non exprimendo qualitatem fabri-
cæ, nec in quo loco particulari confinium,
8 † & ultra prædictos benè facit, quod tradit
Bad.in l.edita.col.penul.C.de eden. in repet.
Patauina vbi concludit, ꝙ si egi contra te;
quia promisisti purè, & probo, ꝙ promisisti sub
conditione, quæ extitit, vel sub die, quæ præ-
teriit, intentio mea non est fundata; nec pro-
bata; quia contractus, de quo deponunt te-
stes, censetur esse diuersus c. cum Ioannes.de
fid. instrum. quàmuis secundùm eum plurali-
tas non præsumatur in his, quæ possunt esse
9 idem, † & sic vult Bald.quòd licet probetur
æquipollens; quia paria sunt, ꝙ contractus sit
purus, vel conditionalis, & conditio sit purifi-
cata l.si pupillus.ff. de cond. insti.l. sed & si de
sua ff.de acqui.hæred.Ias.in l.si pecuniam.col.
2.ff.si cert.pet.& in l.quoties in diem.col.3.ff.
de verb.oblig.Rui.cons.31.num.4.vol.4.Paris.
cons.11.nu.64.vol.1.Soc.Iun.cons.113. nu.2.
& cons.125. nu.1. vol.2.& conditio purificata
habetur pro pura, Soc. Iun.cons.160. num.73.
vol.2.Cephal.cons.272.nu.70. tamen, ꝙ actus
in materia probationis cēseatur esse diuersus;
& illam decisionem sequitur Nell. de sancto
Gemi.in tract.de test.nu.156.& Rui. consil.81.
num.4.vol.4.ex quibus patet in casu nostro nō
sufficere, ꝙ probetur istum ędificasse in dicta
domo tpe Verrariæ de eius licētia ad conclu-
dendū, ꝙ tunc fecerit caminū, de quo est quę-
stio, cū potuerit aliā fabricā, quàm istā camini
fecisse. Et sic ista probatio in certa nō releuat.
10 † Confirmanturque tanto magis prædicta
quoniam, vt inquit Dec.in d.c.in pręsentia, n.
13.in actibus, qui solent multiplicari, præsumi
tur pluralitas; vt in exemplo de equo cōducto,
& idem pulcrè confirmat Rui.cons.12.num.5.
11 uol 5. † vbi loquens de testibus deponētibus
de actu venditionis pistorū, & becchariorum,
qui frequentatur, uariatur & multiplicatur ex
natura exercitii eorū, dicit de facili præsumi;
ꝙ nō deponant de eodē, sed de diuerso actu,
quod in casu nostro conuenit; quia huiusmodi
fabricæ, quæ fiunt in domibus iam factis refi-
ciendo eas; & melius adaptando, solent multi-
plicari; propterea non sequitur, probo fabri-
casse, ergo tale quid, cum aliud esse potuerit.
Eodē morbo laborat secūdus testis super hoc
deponens; quia non deponit de isto camino,
de quo agitur, & quòd peius est, circa licentiā
habitam à Verraria, de auditu tantum ab illo
12 loquitur, † quod non sufficit; testis enim vt
de auditu probet, quis debet saltem nominare
duos à quibus audiuerit, vt videatur an eius
dictū habeat authores idoneos, c.licet ex qua-
dam, de testi. & ibi not.Butr. not. 4. sequitur.
Aret.cons.73. col.pen.Cur.Iun.cons.17.col.2.
Natta cons.170.nu 5.Præterea interrogati an
faber fecerit aliquas fabricas postquàm Moret
tus acquisiuit domum, vnus respondit se aliter
13 nescire, † alius verò credit, quòd non, & ra-
tionem credulitatis non allegat, quo fit, vt non
probent, iuxta not.per Ias. in rubrica ff. de iu-
14 reiuran.& in l.solam C.de testi. † testes enim
interrogati non probant, si rationem sui dicti
non reddunt, Rol.à Valle cons.9.nu.35.uol.3.
& eatenus probant, quatenus eā reddunt. Soc.
Iun.cons.69.nu.6.vol.primo.

Circa secundū dubium de fabrica camino-
15 rum, & altanæ factorum per Morettum, † quę
non probatur legitimè facta, videlicet de licen
tia Fabri; cum testes super hoc deponentes sint
muratores, & manuales, quorum interest ob
pœnam, quam illis statutū imponit.l.omnibus.
16 C.de testi. † quoties enim testis tractat de se
exonerādo, dicitur in causa propria deponere,
ad hoc vt repellatur, Bar.in l.deferre ff. de iur.
fis.Cast.cons.301.in vltimo dubio.vol.primo.
Crauc.cons.99. vol.2.Respondetur, statutum
ita demum pœnam eis imponere, si fuerit eis
denunciatum per aliquem, cuius intersit: vel
de mandato Iudicis, ne laborent, vel ut ab ope
re desistant, quod hic ex processu constare non
video, meritò pœna statuti prædicti locum ha-
17 bere non potest. † ad hoc enim, vt habeat lo-
cum statutum, qualitas ab eo requisita debet
verificari, & probari.Bart.in l.1.§.ait prætor ff.
ne quid in flu.pub. Dec. cons.356. numero 4.
18 cons.589.nu.7. † & benè facit: quod scribit
Ioan.And.in c.1.de homi.in 6. dicens se eua-
sisse à pœna illius textus illis imposita: qui
ꝑ assassinos quēlibet Christianū interficiunt,
cum probatum non esset: quòd interfectus
esset

esset Christianus, sequitur Bal. in l. si quis non dicam rapere, colum. 3. C. de epis. & cler. Nat.
19 cons. 254. col. 2. † Hinc & Bar. in l. non ignorat. C. qui accusare, scribit, quod vbi statuta dicũt, quod ciues admittãtur ad aliquid, debet fieri probatio, quòd sit ciuis parte citata, sequitur Natta cons. 388. in prin. & cũ prædictis etiam latè concordat Senat. Pedem. decis. 88. num. 6. cum ergo sint extra pœnam statuti, eorum non interest, meritò sunt idonei testes, & licentiam legitimè probant. Pręterea vltra muratores, & manuales adsunt quinque testes, quorũ alter est marangonus, alter pistor, qui indubitãter in exercitio murandi non se intromittunt, & sic nec muratores, nec operarii ad murãdum dici possunt, ita quòd in eis statutum, quò ad fabricam caminorum, & altanæ omnino cessat, meritò quando etiam licentia per alios legitimè non probaretur, ipsi sufficere debẽt de illa deponentes, & sic cessat ista difficultas omni respectu, si benè aduertatur.

Venio nunc ad tertium dubium de gramma remouenda; cum alibi commodè poni possit; idque Morettus promiserit; vt pro parte aduersa vtrunque dicitur esse probatum, & in eo prĕmitto, statutum nostrum quo ad grãmmã cessare; loquitur enim, quãdo quis de nouo construeret, aut ędificaret, vel ex antiquis reficeret in confinibus, quorum neutrum hic cadit, sed affixio grammę in muro communi,
20 † Vnde res hęc secundum ius cõmune metiri debet, & statutum cessare; ex quo verba eius non conueniunt l. 4. §. toties, & ibi not. ff. de damn. infect. l. hos accusare §. omnibus ff. de accusa. Dec. cons. 553. nu. 7. Senat. Pedẽ. decis. 50. nu. 9. Dominus meus Rimi. cons. 40. nu. 4.
21 Cur. Iun. cons. 294. nu. 57. † & de iure communi reperio, quòd in pariete communi quis potest nedum quid affigere, vt in casu nostro, sed etiam ędificare, & superędificare; quoniam non interest socii quominus id fiat, gloss. est communiter approbata in l. Sabinus. ff. com.
22 diui. † quam sequitur, & communiter receptam testatur Corn. cons. 113. nu. 4. vol. secundo, hic autem non interest huius Fabri, quòd gramma muro communi sit affixa; quoniam nullum damnum, præiuditiumve facit muro valdè stabili, & de tribus testis, vt dicunt testes examinati pro parte Moretti pratici & experti in arte murandi, & in cognoscendo muros,
23 † quibus ob id venit deferendum secundùm Bar. in procem. ffor um §. omnem nu. 8. Alexan. cons. 15. volum. primo, dominus meus Rimi. cons. 4. in principio, Card. in clem. prima q. 13. de homi. Roland. à Valle cons. 30. nu. 26. uol. 3.
24 † Nec interesse respectu strepitus grammæ generantis tædium Fabro, aliisque de domo sua, de quo nonnihil testes sui deponunt, est adeo considerabile, vt iste Morettus prohiberi debeat, ne ibi grammam teneat, & strepitum immittat in domum Fabri; quia ex consuetudine audiendi strepitum fit quidam habitus,
25 itaque somnus non impeditur, † toleraturque tantùm prohibitio in Doctore, vel scolare; qui ob strepitum nõ posit vti domo studendo in ea, idque ob publicã vtilitatẽ, & in infirmo, cui strepitus iudicio medicorũ foret nociuus, sed extra hos casus talis strepitus prohiberi nõ potest, ita in Fabro maleante traditi in specie Ripa in l. prima, nu. 128. ff. solu. matr. concludens, Fabrum maleãtem in domo sua nõ posse per vicinum prohiberi ob id, quòd strepitum immittat in domum vicini, nisi sit infirmus, doctor, vel scholaris, ratione prædicta habitus, qui fit audiendo strepitum, ex quo habitu non infertur impedimentum etiam somni.
26 † Idque pariter apud Philosophos expeditum est, quòd ab assuetis non fit pasio; sic ergo & in hac gramma dici debet, quòd de solo strepitu, qui grammando immittatur in domũ Fabri, remoueri non debeat ex loco, vbi reposita est, ex decisione Ripæ valde in terminis, & ad rem nostram, nec reperitur iure cautum, quòd ob id, quòd alio loco habili collocari posit gramma, Morettus teneatur eam remouere, vnde
27 reposita est. † cum vsus domus suæ sibi debeat esse liber, & in ea moderator & arbiter l. in re mandata C. manda. & fortè alia loca sibi necessaria sunt ad aliquid aliud, qđ in loco grammæ fieri non posset; vel ęque benè, vnde hæc libertas sibi auferri non debet.

Verùm quia conatur probare Faber Morettum sibi promisisse remouere grammam. Videndum est, an testes super hoc deponentes eius intentionem probent. Et in primis capio secundum testem, qui nihil penitus probat: dicit enim, quòd sunt plures & plures menses, quòd Faber conquestus fuit cum ipso teste, ex eo, quòd Morettus fecerat affigi in muro confinante vnam grammam à pane, propter quam recipiebat magnum tędium, & quòd Morettus promiserat ei ammouere eam, & postea recusauerat. Pondero, quòd ipse testis loquitur de auditu ab ipso Fabro, & post litem motam,
28 illa enim verba, quòd sunt plures & plures menses, verificantur in 4. cũ si simpliciter diuiset de pluribus mẽsibus, intelligeretur de duobus, secundum Bald. & Alex. in l. & si post tres ff. si quis cautio. ergo geminata de 4. sunt intelligenda, & tamẽ hæc lis de mẽse Aprilis. 1548. incepta fuit, ergo longè ante quatuor menses, quo fit, vt nec quidem præsumptionem faciat, cum deponat de auditu eorum, quæ dixit actoe post litem motam; quia potuit hoc esse dictum in fraudem, etiam si ab alio, quàm ab isto Fafro dictum fuisset, sed tantò magis, cum ab eo id audiuerit, cui in facto proprio non est credendum. Ita voluit Archi. §. 35. q. 6. cap. 1. circa fin. quem latius refert & sequitur Dec. cons. 82. col. prima, Paris. cons. 53. num. 11. vol. 4. Crau. cons. 112. nu. 12. Crot. consil. 34. num. 34. post Abb. & Aret. in cap. licet ex quadam. de testi. Corn.

Corn.consi.62.col.7.volum. primo,cons. 146.
col.2.volum.tertio, Roman. sing.768. Petr. de
Monca.in addi. ad Crot.in tract. de testi.num.
368.Craue.in tract.de antiq.tempo.num.307.
prima par.Anto.Gabriel.libro primo de testi.
29 conclus.3. nume. 9. † Tertius verò testis de
promissione deponens est familiaris, siue do-
mesticus Fabri, veluti stans cum eo in eius do-
mo ad unum panem & vinum, & sub salario
annuo, vt ipsemet fatetur in generalibus; quo
stante repelletur à testimonio l.secunda,& ibi
not.glo.Bal.Castr.Salyc.& alii C. de testi. Bal.
Imol.Fely. & cæteri in c. in literis, eod. titulo
Specul.in titulo de testi.§. primo versi.Item, qui
est domesticus; & not.in addi. decisionis To-
los.4. Idemque firmat Angel.cons. primo col.
cons.150.col.5. Bald.consilio 352.vol.5. Dec.
30 cons.133.col.2. † Nam liber homo conuenta
mercede seruiens,non dicitur idoneus testis,
vt per Cyn.in d.l.2. quæst.1. Alex.de famulo
loquens consil.5. col.3. volum.primo,Afflic.in
consti.regn.sub rubrica de Alea. nu. 10. Grat.
respon.81.col.penul.& respon.82.vol.secundo
Roma.consil.420.Grama.consil.26.col.6.& in
ciuilibus cons.164. col.pen.cum similibus per
Anton.Gabriel.concl.10. lib.1.de testi.meritò
super eius dicto fundamentum fieri nõ potest.

31 † Quartus verò testis succedit, in quo consi-
derandum est imprimis,quòd est singularis, vt
patet,dum nullum dat cõtestem præter ipsum,
sed vltra deponit de promissione Moretti au-
ferendi grammam facta filio Fabri, qui filius
tametsi ex dispositione iuris, ius patri acqui-
rere posit §.primo. instit.per quas perso.nob.
32 acquir. † requiritur tamen patris ratificatio,
nec prius sibi ius quęritur,vt tradit Aret.cons.
95.respondendo.in fin.per regulam l.si ego, &
ibi Bar.ff.de negoc.gest.vbi loquitur in termi-
nis statuti, quòd alteri per alterum ius & obli-
gatio quæri posit, subdens, quòd in casu suo
non erat opus statuto,cum etiam de iure com-
muni alteri per alterum posset acquiri l. prima
& secunda C.per quas pers. sed quòd ista intel-
liguntur, eo cui debet acquiri ratificante, &
non prius, sic ergo & in casu nostro dicamus.
33 † idem videmus in notario; qui ex stipulatio-
ne quærit absenti, secuta tamen ratificatione,
& non ante, vt tradit Cast.consi.197. visis his,
quæ narrantur,in secundo dubio,cũ aliis plenè
per Dec.cumulatis cons.226.nu.7.& sequenti.
& consi.531.in fi. latè Cagnol.in l. si librarius.
nu.64.ff.de reg.iur.& per Dec.in l.contractus.
num.16. ff.eodem titulo,cum concordantibus
à me latè deductis in rub.de donat.in prin.lib.
secundo institutionnm. latè Tiraq. de cõstit.3.
par.limit.30.nume.10.Vluius in suis commun.
opi.in ver.donat.Didac.in rubrica de testam.
Bart.3.nu.13.vsque ad 15.Gabriel.Roman.lib.
tertio de verb.oblig.conclu.1.nume.100. licet
34 infinitos alleget in contrarium. † Senat.
Pedem.decis.33. nume.4.cum sequent.dicens
esse magis cõmunem,cuius auctoritates essent
sigillatim videndæ; quia fortè deficerent, vt
illa Tiraquelli postremò loco per eum citata
35 in d.30.limit.nu.23.&49. † nam ponit ibi,
quòd notarii possunt pro aliis stipulari nullo
delectu stipulationum iudicialium,seu conuen
tionalium,nullaque mentione auctoritatis,vel
mãdati Iudicis,& quòd vtilis acquiritur absen
ti sine cessione,de quo non dubitamus, sed an
requiratur ratificatio. Vnde residendo in prio-
re sententia dico,quòd de hac ratificatione se-
36 cuta in processu nihil constat, † nec amplius
fieri posset nunc post hanc controuersiam ve-
lut tempore incongruo & re non integra l.
bonorum ff.rem rat.hab.Aret.consil.95.in fin.
Rube.cõs.132.in fi.ergo nec super dicto huius
testis uis fieri debet.

Solus ergo remanet quintus testis de hac
promissione deponens; sed sub multiplici
conditione annexa, videlicet vbi Morettus nõ
pateretur incommodum; & quòd posset facere
suum exercitium, quodque sibi damnum non
afferret, & postremò, quòd posset eam denuo
locare, vbi nunc est, quotiescunque sibi place-
ret, quia nolebat sibi præiudicare in iuribus
muri,vbi est affixa. Volens subindè fieri instru-
37 mentum. † Hæ autem omnes conditi ones
non sunt verificatę, cum tamen debuissent ve-
rificari, vt simul copulatiuæ annexæ l.si hęredi
plures.ff.de cõdit.institu.prius quàm potuerit
agi l.Thais ancila ff. de fideico.lib.l. legata sub
conditione ff. de condit.& demonst. Cęphal.
38 cons.207.nu.52. † conditio namque suspen-
dit actum, prius quàm conditionis euentus pa
teat,nec ante cõditionalis actus dicitur in esse
productus l.cedere diem ff. de verb.signi.l. sub
conditione ff. de condic. indeb.l. prima ff. de
reg.cato.Celsus Hugo cons.6.nu.4.& cons.60.
nu.14.meritò super dicta promissione nescio
quod nam fundamentum fieri posit.

Venio nunc ad quartum dubium super non
danda licentia Moretto faciendi solarolum;
quia columna tota est Fabri, vt deponit pro eo
39 magister Hieronymus Tristanus. † Et in hoc
dico facilem resolutionem dari posse, quòd
cum Tristanus solus in hoc examinatus de pe-
ritia deponat, sibi tantùm credi non debet,
cũ in hac ciuitate plures periti haberi posint,
iuxta doctri.Bart.in l.prima,in prin.ff.de venr.
inspi.Bart. & alii in proęm. fforum, Alex. in l.
40 prima §.fin.ff.de verb.oblig. † & ponit Dec.
qui dicit esse communem in l. iuris ignor. C.
qui admitt. & ita Alex.cons.148.in causa equi
empti.col.2.vol.secundo, qui quendam Mare-
scalcum arguit, quòd non probet, cum solus
fuisset in ea causa examinatus de peritia. Vnde
sic & in casu nostro idem dicendum est ad vn-
guem,& ob id nihil videtur impedire, quomi-
nus licentia dari debeat ædificandi solarolum,
maximè ex his, quæ in facto dicentur domino
41 Iudice, † & per euidentiam facti poterit di-
gnoscere,

gnoscere, quę omnes alias probationes superat, vt inquit Bald. in l. contra negantem, in fin. C. ad leg. Aquil. Gozad. consil. 34. numero 10. Et ex his remanet dubiis satisfactum.

*Hippoly. Rimin. Ferrar.*

## Pro egregio viro Iuliano de Agazzanis Carpense.

### ARGVMENTVM.

Nunquid testamento, vel illius prothocollo allegato fides sit præstanda. Quæ requirantur ad fidem prothocolli, quæue illud suspectum reddant. De comparatione literarum, & quando testes eam non probent. Quę requirantur, vt alius notarius instrumentũ releuare possit. Et quando solennitas extrinseca præsumatur, vel non ex antiquitate temporis. Et alia quædam tractantur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Appellatio non datur à mera interlocutoria.*

2 *Sententia dicitur habere vim diffinitiuæ quando per quandam consequentiam venit ad decidẽdum negocium principale.*
*Exemplum super exceptione solutionis.* 3.
*Præscriptionis aut pacti de non petendo.*
*Vel super peremptione instantiæ in causa appellationis.* 4.
*Cuius rationem reddit auctor.* 5.

6 *Appellatio datur à sentẽtia habẽte vim diffinitiuæ.*

7 *Prothcollo standum est, quando differt ab instrumento transumpto.*
*Nec dicto instrumento creditur.* 8.

9 *Statutum prohibens appellationem ab interlocutoria debet intelligi de mera non autem de habente vim diffinitiuæ.*

10 *Statuta, quæ prohibent appellationem odiosa sunt. & strictè sumenda.*

10 *Instrumentum producens manu talis notarij probare debet id esse scriptum manu dicti notarij.*

11 *Statutum de instrumẽto exequendo intentans probare debet, illud esse instrumentum cuius executionem petit.*
*Vel si de damno emendando loquitur, probare debet damum esse datum.*

12 *Testes in probanda scriptura si deponũt de præsentia sua quando scripta fuit, requiritur etiam comparatio litterarum, si verò deponunt etiam de contentis in ea soli sufficiunt.* 13.
*Sicq́, Bartolus, & Imola conciliantur per Corneum.* 14.

15 *Comparatio non dicitur probari legitimè per testes non electos vt peritos ad eam faciendam.*

16 *Testes dicentes habere notam manum eius qui scripsit, nec plenè nec semiplenè probant.*
*Nec testificari dicuntur sed indicare.* 17.
*Sicq́, indicatum fuisse testatur Grama.* 18.

19 *Notarij attestationi statur in his, quæ pertinent ad eius officium.*
*Quod declaratur.* 32. 33.

20 *Instrumẽto releuato in publicam formam stari dẽt. Licet matrix non inueniatur nam dicitur verum originale.*
*Tãtoq́, magis si reperitur registratũ ĩ memoriali.* 21

22 *Registrum benè tentum fidem facit.*

23 *Archiuum publicum fidem facit.*

24 *Comparatio scripturæ publicæ cum alijs scripturis publicis eiusdem solam fidem facit.*
*Secus in scripturis priuatis.* 25.
*Et idem in eis ex statuto Ferrariæ de scripturis priuatis.*

26 *Loca subiecta regũtur statutis ciuitatis dominantis.*

27 *Scriptura nec ex filcia nec ex aliquo libro notarij extracta sed ex alijs scripturis separatis non debet reputari pro imbreuiatura illius notarij, & quare.* 31.

28 *Testis approbatus à partibus solus plenam fidem facit.* 29.

30 *Voluntas verbis & factis declaratur.*

33 *Notario statur circa diem, mensem & similia: secus in his, quæ pertinent ad partes.*

34 *Notarius nullam fidem facit de commissione sibi facta, & auctoritate concessa leuandi instrumenta alterius.*
*Sed aliter fieri debet fides de dicta commissione.*

35 *Assertioni alicuius non statur super eo de quo se idoneum facit, qui aliàs non erat.*

36 *Argumentum à cõmuniter accidentibus validũ est.*

37 *Argumentum à consuetudine notariorum.* 40.

38 *Consuetudo notarij debet attendi circa prothocollũ. Eiq́, sicut matri debet haberi reuerentia.* 39.

40 *Scriptura non reputatur prothocollum, quando dicitur ex ea leuatum instrumentum, si non habet in ea leuatum, vel extractum.*

41 *Rogitus requiritur ad valorẽ instrumenti, vel prothocolli.*

42 *Prothocollum debet habere omnia, quæ publicum instrumentum.*

43 *Rogitus notarij arguitur, si asserat se fuisse rogatũ.*
*Vel dicat publicasse.* 44.
*Aut scripsisse.* 45. 48.
*Dummodo in quinterno rogationum scriptura reperiatur.* 46. 50.
*Sicq́, communiter tenetur.* 47.
*Vel si dicat, ego Petrus scripsi &c.* 48.

48 *Rogitus præsumitur propter dictionem &c.*
*Vt si dicatur præsentibus testibus &c.* 49.

51 *Inuocatio diuini nominis apposita in vno Instrumento in filcia censetur in alio instrumento in eadem filcia posito repetita.*

52 *Dies, mensis, vel annus in vno instrumento, non intelligitur in alio repetitus, cum sint variabiles.*

53 *Rogitus vniformis est, & ideo censetur repetitus.*

54 *Negatiua probatur ex inspectione scripturæ, vbi quid non reperitur.*

55 *Rogitus nõ præsumitur cũ sit solennitas extrinseca.*
*Quæ sententia communis est.* 56.
*Et magis communis.* 57.

*Consue-*

58 *Consuetudo debet attendi, quæ magis communiter est obseruata.*
*Et specialis probari debet persona de qua agitur non aliarum personarum.60.*
*Et in casu de quo agitur.61.*
*Cuius exempla dantur.62.63.*
59 *Instrumentum ex defectu rogitus impugnatur. 67.*
62 *Consuetudo alienandi castra per Principem quomodo probanda sit.*
64 *Rogitus non est necessarius in testamento nuncupatiuo.*
*Si notarius nõ interueniat in eo alioquin secus.67.*
*Et in eo Soc.Iun.& Afflic.taxati.79.*
*Sicq́; passim loquuntur Doctores.68.*
65 *Testamentum valet interogato testatore per verbum sic à notario.*
*Quæ fuit sententia Glo.communiter recepta.73.*
*Sed procedit dummodo prius testator notarium rogauerit de testamento celebrando.74.76.77*
*Vt Bal.& Io.Andr.voluerunt.78.*
69 *Testandi in scriptis modus valde periculosus est.*
*Tandemq́; defecit vnum conditum per solennem Doctorem.71.*
*Eiusq́; formam describit Rolan.à Valle.72.*
70 *Testamentum in scriptis corrueret si vnus ex testibus moreretur ante illius aperturam.*
75 *Rogitus notarij expressus, fictus, vel tacitus sufficit.*
80 *Solennitas extrinseca præsumitur ex diuturnitate temporis.*
*Vt rogitus notarij.82.*
*Tractatus,& consensus capituli.83.*
*Quæ conclusio procedit non apparente scriptura, ex qua defectus solennitatis detegatur.84.*
*Alioquin secus.85.*
*Vel quando imperfectè, & inepto modo fuit expressa solennitas.90.*
81 *Solennitas extrinseca vt præsumatur, quantum tempus requirat.*
86 *Citatio non præsumitur ex antiquitate*
*Temporis, vbi per inspectionem actorum constat de eius defectu.*
*Et est opinio magis recepta.87.*
*Maximè vbi actus annecti solet cum ipso instrumento.88.*
90 *Felinus in c. sicut, de re iudic. declarat Castrensem. consi.50.col.penul.*
91 *Citatio quæ requirat ad eius perfectionem.*
92 *Rogitus imperfecti exemplum.*
93 *Prothocollum requirit signum Notarij.*
*Sed an leuari possit ex eo instrumentum per alium notarium.94.*
*Cynus quòd sic, sed auctor contra.95.*
*Nisi specialis commißio notarij intercesserit.96.*
*Quæ sententia magis communis est.97.*
*Et quæ declaratur per Alexandrum.98.*
99 *Notarius ex comißione generali leuandi instrumentum alterius non potest leuare ex scriptura non reperta in libro, sed in folio separato, Nisi specialis commißio sibi detur.*
100 *Prothocollum cancellatum in partibus substantialibus fidem non facit.*
*Tanquam suspectum, nisi aliter comprobetur.*
101 *Instrumentum rasum in loco suspecto fidem nõ facit plenam nec semiplenam.*
102 *Institutio concellata facit, quòd cætera partes vitiantur.*
103 *Cancellatio in testibus facta reddit scripturam suspectam.*
104 *Instrumentum leuari potest ex abreuiatura, quãdo fuit in mundũ recepta, & in ea nullũ adest vitiũ.*

## CONSILIVM CCIX.

*Auxilium meum à Domino.*

EGREGIVS *vir Iulianus de AgaZanis vigore fideicommißi positi in testamento quondã Baldassaris de AgaZanis celebrato de anno* 1502. 24 *Septembris, rogato per quondam ser Ludouicum Cocapanum, & manu sua in publicam formam releuato, proposuit petitionem contra Marcum de Bellentanis, intendens sibi relaxari quædam bona dicto fideicommisso subiecta, tenta & possessa per dictum Marcum, tandemq́; in processu productum fuit pro parte dicti Marci quoddã assertum protochollum dicti ser Ludouici sub eodem anno, mense & die testamenti dicti Baldassaris diuersum circa fideicommissum, vt infra dicetur, à dicto testamento per d. Iulianum producto, & subindè orta quæstione, cui magis standum foret, & an id quod productum fuit per dictum Marcum esset prothocollum, & originalis matrix testamenti dicti Baldassaris. Prætor Carpi, coram quo lis cœpta fuit, pronunciauit id quod productum fuit per dominum Marcum fuisse ac esse prothocollum, à qua pronuntia dictus Iulianus appellauit, & tandem causa commissa fuit Magnifico Consilio iustitiæ non modo super dicto articulo, verùm etiam super negotio principali. Vnde de duobus videndum est, primò super appellatione & articulo appellationis, secundò super meritis.*

1 CIRCA † primũ, tametsi pro parte dicti Marci fuerit oppositum non deuoluere, cum à mera interlocuutoria non detur appellatio, tam de iure communi, quàm municipali, prout latius in processu, tamen non insistendo super non necessariis, dico breuiter, appellationem d. Iuliani deuolue
2 re.† Moueor, nam vbicunque sententia saltem per quandam consequentiam venit ad deciden dum negotiũ principale, tunc non mera interlocutoria dicitur, sed habet vim diffinitiuæ; cum ex ea sequatur decisio negocii principalis,
3 † exemplum in sententia super exceptione peremptoria, puta, solutionis, præscriptionis, vel pacti de non petendo, quia si pronunciatur talem exceptionem ohstare, excluditur petens, & sic diffinitur in consequentiam intentio sua
4 principalis. † idem in sententia; quæ fertur super peremptione instantiæ in causa appellationis;

lationis; quia per quandam consequentiam
diffinit negotiũ principale per primam senten-
5 tiam decisum. † Cum per talem sententiam,
lata in prima instantia firma maneat. Ita tradit
Imola in l. si finita §. non autẽ. col. 2. ff. de verb.
oblig. Bald. in l. prima, col. 5. uer. denuò quer
ro C. quando pro. per l. intra vtile ff. de min.
Alex. in rubr. ff. de re iudi. Bero. cõs. 101. nu. 13.
vol. 3. Spec. aur. in 3. par. 6. partis q. 1. ĩ fi. nu. 44.
6 Rip. ĩ l. quod iussit. nu. 27. ff. de re iud. † Et ideo
quia in prædictis casibus sententia habet uim
diffinitiuę, meritò datur appellatio, prout in su
periore exemplo de sententia lata super deser-
tione appellationis tradit Bald. ita seruari di-
cens in l. 2. columna fi. C. de epis. audi. quem se
quitur Corn. cons. 14. uol. 4. & Spec. aureũ in
prima parte 6. partis iudicii nu. 26. sed in casu
nostro talis sententia (prothocollum esse dicti
ser Ludouici id quod per dominum Marcum
productũ est) per quandam cõsequentiam dif-
finir negotium principale, ergo haber uim dif
7 fitiuæ, & ob id est appellabilis. † Probatur assup
tum: quia si est prothocollũ, & matrix testamẽ-
ti dicti Baldassaris, cum differat in substantiali-
bus ab hoc testamento releuato in publicam
formam, scilicet in substitutione, in qua tota
uis cõsistit, standum est dicto prothocollo tan-
quam originali, non autem huic transumpto,
vt est glo. & Ang. post eam in §. fi. in auth. de ta
belli. Bar. Castr. & alii in l. Sempronius. ff. de
leg. 2. Bald. in l. Imperator. in prima lect. ff. de
stat. hom. Bar. in l. si quis ex argentariis. §. præ-
14 set, † quæ diligentia quoque præsumitur in dubio, nō autem negligentia.c.nisi,de præben. c.ad audientiam,de præscrip.c.deputati. de appel.Cyn.in l.si decurio C.de fals.Abb. cōs.41. col.3.uol.primo,Craue.conf.77.nu.11.& sic patet,quòd cessat leuis culpa,meritò de eo; quod contigit,postea nō debet teneri,vt in caupone determinat Bart.per illum text.in l.& ita §. ait enim prætor ff. naut. caup. Vnde & in nauta idem dici debet; quia à pari procedunt, vt ibi in toto illo titulo.

15 † Quartò confirmatur ex nono teste Mathęi dicente ( ch'el detto Matheo stete nel luoco prædetto,perche le altre barche non se mosse-no, & non hauea doue andare; si bene hauesse voluto mouersi) ex quo enim apparet; ꝙ aliter fieri non poterat; quin ibi remaneret dictus Mathæus; sequitur, ꝙ de sumersione sequuta

16 teneri non debet,† sicut dicitur de agresso,qui aliter se tueri,& euadere nō poterat, quin percuteret,vel occideret, qui de tali percussione, vel homicidio sequuto non tenetur,vt declarat Bar.in l.scientiam.§.qui cū aliter.ff.ad l.aquil. & Doct.in l.vt vim ff.de iust.& iur.& in l.prima

17 C.vnd.ui. † de quo simili, quia uarii uaria dixerunt propter aliam doctrinam Bartoli in l. sed & si quęcunque,in prin.ff.ad l.aquil. lectores delego ad latius scripta per me ī d.l. vt vim nume.84.cum sequenti. cum non sit hic locus dicendi idoneus.

Postremò benè facit; quoniam, vt probant testes,audiuerūt dici ab antiquioribus Pisauri, ipsos à suo recordatu nunquàm vidisse;aut intellexisse, ꝙ ueneritvna alia fiumara ita impe-

18 tuosa ac terribilis prout ista,de qua agit, † quo stante patet hunc fuisse casum insolitū, ex quo communiter venire non cōsueuit,iuxta opinio nem Alexandri consi.107.col.penul.uol.3. vel rarissimè,ex quo à recordatu seniorum non ve nit, iuxta sententiam Cornei cons.182.col.4. uol.4. de quibus latius ponit Rip. in tract. de

19 peste.in secunda part.num.101. † meritò esto etiam, quòd Mathæus de casu fortuito aliàs teneri debuisset,puta,quia eū in se suscepisset;

de tali tamen insolito teneri non debet, iuxta decisionem Bartoli, & aliorum communem in l.sed & si quis.§.quæsitū. in fin. ff.si quis caut. sequitur Alex.consil.28.col.pen.volum.primo cons.30.col.4.uolum.2.consi.107.vol.3. Corn. consilio 282.col.5.uolum.4.cum similibus per Craue.consil. 95.col.2.Neuiz. consi.91.uu. 5. Dec.consi.7.col.1.Colleg.Taurinense cons.4. feudalium diuersorū nu.4.And.Sicul.cons.20. col.6.uol.2.& in c.fi.col.pen.de empt.& vend. Bossi.in tit.de remissi.merced. nu.68. Alciat. responso 157. num.3. & Roland.à Valle cons. 45.numero 8.uolum.3. Et ista uidentur vrgere ad fauorem dicti Mathęi, ita quòd absoluendus uidetur à petitis.

20 † Istis tamen non obstantibus dico non constare,quòd pecuniæ fuerint positæ in dicta naui, & maximè tempore eius summersionis, immò præsumendum est contrarium, & posito etiam, quòd hoc constaret, dico omnino hunc Mathæum teneri ad restitutionem earum, nec vllatenus excusandum esse.

Quòd autem non constet iam supra præsuposui, quinimmò quòd contrarium sit presumendum ostendo. Et primò: quoniam per tres testes examinatos pro parte Raynaldi probatum est,quòd nautę in huiusmodi itinere à ter ra Adriani vsque ad Senogaliam sunt soliti tenere pecunias suas, & aliorum sibi datas in capsis clausis, uel ut vulgariter dicunt (adosso) propter iter securum, & portum Pisauri tutum à depredationibus, & furibus; & ita ipsi non modò seruarunt, sed & ab aliis passim seruari viderunt, attenta ergo consuetudine aliorum nautarū præsumi debet, idem hunc Mathæum fecisse, sumpto argumento à consuetis, ut su-

21 pra dixi in principio, † confirmaturque. Nam præsumptio summi debet ex eo, quod communiter fieri consueuit. glos. in l.neque Natales C. de probat. & in materia præsumptionum validum est argumentum à communiter accidentibus. Bald.consilio 70. apparent. col. 2.

22 uolum.primo, † hinc idem Bal.consilio 351. in bonis feudalibus. in fin.uolum. primo, scriptum reliquit, quòd ex frequentia præsumitur ueritas,& consilio 390. tam profundè. col.

23 prima,uolum.secundo † quòd locus à communiter accidentibus in dubiis causis præsum tiuè concludit, & in consil.351.col.2. uol.5. ꝙ præsumptio inducitur ex communi cursu, pluraque id genus cumulat Crauet.in tractat.de antiq.temp.4.par. numero 229.& consil. 206.

24 numero 16. † Quòd autem in capsa tenuerit dictas pecunias non est credendum; quia omnes testes dicunt, quòd erat aperta, nec claudebatur propter defectum clauaturæ. Vnde cū non sit uerisimile, pecunias ibi positas, ubi poterant omnes intus respicere, non est uerisimile,eas in dicta capsa fuisse positas † non

25 enim fiunt præsumptiones de non uerisimilibus, Bald.in l.fin.colum.2. in ult.notab. C.de

 hæred.

hæred.instit.& in c.primo in §. si qua. de feud. guard.Corn.cõs.156.col.fi.vol.3. Soc.cõs.164. col.5.ver.& sic magis, uol.2.Crau.cõs.8.nu.6. & cons.75.nu.14. ergo super dotso præsumēdū est eum dictas pecunias tenuisse, maximè cum essent scuti aurei.122.de quibus agitur,modicū locum occupantes.

26 † Nec dicatur istos testes, hanc consuetudinem non probare, cum sint singulares ob diuersa tempora & actus, de quibus deponunt, vt uoluit Cyn.post Pet.in l.2.C.quæ sit long.cõsuet. nu.23.uers.sed quæro cum sit difficile,Io.And. in c.fin.de consuetud.Alex.consil.104.col.fin.

27 vol.3. † cum aliis per Dec.qui dicit esse communem consi.215.nu.3.consi.402.nu.15.cons. 538.col.pen.Grāma.cons.82.in fi.in ciuilibus,

28 † quoniam respondetur,quòd imò magis communis est; & vera conclusio, quòd consuetudo generalis probatur per testes singulares in numero factorū, in tempore & in personis; quia quando sumus in probando quid in genere, vel in vniuerso, sufficit, quòd testes concordēt in eundem rei finem, licet in aliis secus, iuxta glos.communiter approbatam in l.ob carmen §.fi.ff.de testibus, ita tradit in terminis consuetudinis Ioan.de Amic. consi.1.num.61.Crau. consi.73.nu.32.Alex.sibi contrarius cons. 171.

29 col.penul.uol.2. † vbi dicit, quòd ista pars est verior; & sequitur Paris.consil.25.in fin.uol.4. quibus annecti possunt infiniti, quos ego cumulaui consi.7.nu.27.cum multis sequētibus, discurrendo plures casus, in quibus agitur de probando quid in genere, quòd testes singula-

30 res sufficiant, † & nunc alios addo, videlicet Curt.Iun.consi.292.nume.22.longeque latius consi.344.nu.72.Bursat.consi.7.nu.9.cons.32. nu.15.& consi.88.nu.16.Socinum consil.295. col.2.uol.2.Celsum Vgonem consil.22.nu.10. Hiero.Gabriellium consil.55.nu.5.consil.178. nu.29.Menochiū cons.45.nu.24. Curt. Iuniorem in tractat.de feud.prima par.uol.5. Guid. Pap. consi.116.nu.4.& decis.Pedem.99.nu.27 meritò in probanda ista cõsuetudine generali in dicto itinere,sufficere debent testes quantūcumque singulares,ex qua consuetudine præsumendum est,ipsum habuisse pecunias, vt vulgò dicitur (adosso) non autem in loco secreto nauis, cum iter esset tutum, & marinarii sui affines,& fideles,vt testes dicunt.

Secundò confirmatur dicta præsumptio per decimum testem Mathæi, & quintū Raynaldi dicentes; quòd quando nautæ sunt in mari dubitantque de casu tempestatis,collocant pecunias super se,vt eas saluent, sicque dicit fecisse testis ille decimus in eodem portu manens,vbi

31 Mathęus erat, † qui probat aduersus eum vigore productionis,vt ponit Roma.cons.104.ad fi. cū simil. adductis ibi per Oratium Mandos.in addit.Ias.cõs.54.col.4.uol.1. Crau.cõs.201.nu. 7.Paris.cons.23.nu.1.uol.4.Cephal.cõs.201.nu. 47.cõs.141.nu.16. Tobias Nonius cõs.99.nu. 18.quare sic idem præsumi dēt de ipso Mathęo.

Tertiò posito,quod non adesset aliqua præsumptio, Mathęum pecunias penes se habuisse, sed in naui fuisse positas, tamē cum suas seruauerit

32 sicut & vestes suas,& armigia nauis,† præsumit in culpa fuisse non seruando quoque pecunias Raynaldi,vt not.Bartol.per illum text.in l.si vt certo §.quod uerò ff.commod.l. nauta ff.naut. caup.Cast.in l.qui mercedem.ff.locat.Bal.cõs. 404.uol.2.Roma.cõs.426.Crau.cõsi.97. nu.5.

33 † dicentes, leuem culpam dici, non facere in re aliena,quod in sua quis faceret.

Quartò non prætereo,quod testes dicunt examinati contra Mathæum, quod fiumara paulatim cępit hora noctis tertia, nauisque iuit extra portum paulo ante aurorā diei sequētis, faciliusq; fuisset Mathæo pecunias ex puppi leuare, quàm tres alias ex naui per eum desumptas:

34 † igitur impedimentum fiumaræ postea crescentis,illum excusare nō debet,cum mora sua illud præcesserit l.pen.ff. de cond.& demonst.

35 † casus enim non excusat,quando mora pręcessit casum l.cum proponas C.de naut.fęn. Doc. in l.quod te ff.si cert.pet.Soc.in l.si Titius.not. 3.ff.de cond.& demons. Crau.cons.202.col.2.

Quintò, dictus Mathæus teneri debet, nec

36 excusationem mereri, † nam clarum est in iure, quod licet aliàs quis non teneatur de casu, tamē si culpa eius pręcedit casum,tenetur de casu,§. at is,qui vtēdū,instit.quib.mod.re contra obl.l.si vt certo.§.sed interdum,& ibi not.Bar.ff. commod.& in l.in rebus §.alioquin,& ibi not.gl.ff. eo.Crau.consi.64.nu.5. Natta consil.79.nu.5.

37 † Hinc dixit elegāter Anch.ĩ c.Petrus,de homi. quod si clericus incepit rixam, propter quam eius amici siue consanguinei indignati præter volūtatem clerici occiderint rixātem cum clerico, fit clericus irregularis, cū culpa sua pręcesserit casum,per l.primā §.cum arietes ff.si quad.pauper.l.quoniam multa.C.ad l.Iul.de vi pub.c.de cætero.de homic.Curt.cons.61.col.2. Cast.cõs. 275.col.2.uolum.1.decis.Pedem.104. num.5.

38 † quod saltem procedit,quādo culpa fuit ordinata ad casum, hoc est, quia ex ea poterat contingere casus,vt declarat Bart.in d.§. sed interdum. Dec.in d.l.contractus. in fin.& post eum Cagnol.nu.117.Craue.cõs.8.nu.29.& plenius cons.247.col.fi.uer.sextò respondeo; & in casu nostro verificari potest,quia videndo principiū fiumaræ debilis tunc, paulatimque crescentis potuit remouere pecunias,si erāt in naui, quod non fecit, & ex illa sua culpa secutus est casus

39 amissionis earū. † Et ratio est in prōptu, quare de casu teneaē quis,quando culpa sua præcedit casum, quia nō dicitur propriè casus fortuitus ob culpam præambulā, vt tradit Castr.in d.l.in rebus,in principio,& Cagnol. dicto nume.117.

40 † tantoque magis quando casus communiter contingere solet per naturam. Nam debet esse inexpectatione, & consideratione, vt declarat Bar.in l.inter stipulantem.§. sacram,ff.de verb. oblig.

oblig.allegando textum in l.hęres meus. ff. de condit.& demonſ. in quo textu dicitur de ho-
41 ra mortis,† licet enim lex præſumat, quem poſ ſe fieri centenarium, tamen non tollit, quin ſæpiſsime contingat contrarium,& hæc accidẽtia naturaliter conſiderari debent: ſequitur Natta conſ. 125.nu.2.quod in tempeſtate,ſiue fiumara maris optimè uerificatur naturaliter cõtingente, meritò debuit per Mathæum conſiderari, & ante eius caſum ſequutũ ſibi con-
42 ſulere. † Quòd autem dictus Mathæus fuerit in culpa ante caſum ſequutũ, probatur apertè; quoniam tres teſtes examinati pręmonuerunt eum,& alius, qui ſic audiuit eum moneri, ne ſtaret in loco,in quo erat periculum ob fiumaram,quæ nocte ſequenti poterat venire,ſed, vt vulgariter dicũt(ſe douesse tirare piu in ſuſo in bone ſtallie,doue ſeria piu ſicuro, & come eſsi
43 haueuano fatto). † Hinc enim colligitur culpa Mathæi præmoniti non cogitando fiumaram facile contingere poſſe .l.qui bona. §. cum inter.l.in hac ff.de damn.infect.l.ſi idem cum eodem.§.fi.ff.de iur.omn. iud.l. habitatores.§.fi. ff.loca.quæ iura citat ad hoc Alex.conſ.52.col. 2.uol.6.ſequitur Crau.conſ.97.nu.4.conſ.170. nu.11.& conſil.179.nu.5. vbi citat pariter Baldum conſil. 395.Pro Domino Rinaldo,volum. ſecundo,&Alexandrum conſi. 41.col.3.vol.3.
44 † Quinimmo tanto magis augetur culpa Mathæi,ne dicam pertinacia, quòd ipſe noluit bonis monitionibus obtemperare, ſed reſpondit (che il volea ſtar li)& ut dicit vnus ex eis(per il lecco di vendere certe ſtuore, che hauea in terra) ſi enim ſe ſurſum magis traxiſſet, potuiſſet ſe ſaluare,ſicut & alii ſe ſaluarũt, meritò id nõ faciendo dicitur fuiſſe in culpa ante caſum, &
45 ob id de illo teneri debet.† Et de hoc mihi uidetur eſſe tex. pulcherrimus in l.item quęritur §.primo ff. locat.vbi ſi nauicularius onus ferendum conduxerit, & cum nauis flumen ſubire non poſſet in aliã id depoſuerit, quæ in hoſtio fluminis perierit,tenetur ex locato Domino, ſi quo non debuit tempore id fecit: ſic enim dici debet aduerſus hunc Mathæum; qui pecunias recepit pro uehendo frumento à Senogallia ad Arrianum, quòd ſi morari voluit cum naue in loco portus non tuto eo tempore, quo fuit præmonitus, teneri debeat Raynaldo Domino
46 pecuniarum de caſu ſecuto, † tantoque magis; quia ſi tali caſu venit imperitia .§.ſi gemma.in eadem lege poſito,ibi ſi imperitia faciẽtis, erit locati actio, &plenius confirmat Connanus in commẽtariis iuris ciuilis lib.6.cap.11.col.9. multò fortius durities Mathæi puniri debet.

Nec quicquàm facit, quòd ex aduerſo probetur,duas alias naues in dicto portu,tunc po-
47 ſitas,ſummerſas fuiſſe, † quia allegare inconueniens non eſt ſoluere, immò verò inconuenientia ſunt euitanda, l. nam abſurdum,ff. de oper.lib.capit.2.de oper.noui nunc.c. nihil, de
48 præſc. Bero.conſi.25.nume.10.uol.primo, † & vt inquit Bal.in l.lege 12.tabul. C.de leg. hær. dato vno inconuenienti, nõ debet dari maius, ſequitur idem Bero.conſil.147.num.19.uol.2.
49 nec inconueniẽtia multiplicari debent l. ratas C.de reſcind.vend. Curt.Iun.conſi. 214.num. 26.tantoque magis quòd non probatur, ipſas periiſſe non obſtãte, quòd eſſent magis ſurſum tractę in bonis ſtalliis, ſi enim perierunt id euenit forte; quia erant inferiores aliis, & propè mare, ſicut & illa Mathęi, vt de ipſa teſtes di-
50 cunt: † Præterea oportet probaſſe, quòd omnes naues, quæ tunc ibi reperiebantur, periiſſent; tunc enim licet Mathæus fuiſſet in culpa ante caſum: quia tamen dictus caſus eueniſſet omnino, etiam quòd non fuiſſet in culpa, non teneretur, vt eſt caſus in l.ſi vehenda §.1.
51 ff.ad leg. Rod. de Iact. † vbi ſi nauta merces poſuit in nauem deteriorem ſcienter,cum meliorem haberet,& ſic in culpa fuit, nõ tenetur, ſi modò utraque nauis ea nauigatione periit; quia omnino etiam ſi non fuiſſet in culpa dictus caſus eueniſſet .Hinc debitor excuſatur, ſi res debita, quæ interiit, omnino & in omnẽ euentum interitura erat apud Dominum. l.ſi plures,in fi.ff.depoſi.l.ſi is,in prin.ff.de iur.dot. Et licet aliàs periculum rei debitæ poſt debitoris morã peremptæ,ad ipſum ſemper ſpectet. Bar.in l.quod te. nu.10. ff.ſi cer.pet.& eſt communis opi.vt ibi per Alex.nu.8. tamen ſi eodẽ modo prorſus apud creditorem fuiſſet interitura, debitor non tenetur, vt ibidem Fulg. & alii tradiderunt, & eſt textus in l. ſi plures. §. ſiue autem ff.depoſi.ibi,vtique cum interitura eſſet ea res, etſi reſtituta eſſet actori; naturalẽ enim interitum eſt æquum ad actorem pertinere, ſequitur latius Bonacoſsius conciuis & vti frater meus honorandus in tracta. de equo. quæſt.396. ſed in caſu noſtro, non omnes perierunt, immò multæ aliæ ſe ſaluarunt, vt apparet ex teſtibus noſtris: ergo de tali caſu Mathęus teneri dẽt ob culpam pręambulã;ſi enim ſe ſurſum traxiſſet ſe ſaluaſſet,vt alii fecerunt.

Sextò teneri debet ex alio; quia in mane ſequẽti noctem, qua fuit fiumara, nauis viſa fuit in mari extra portum ſuper quodam ſcamno,in quo per tres, aut quatuor horas manſit, antequàm frangeretur, vt dicunt plurimi teſtes, dicentes etiam, ꝙ facile fuiſſet ire ad eam cauſa
52 accipiendi pecunias,ſi fuiſſent in ea, † meritò imputandum eſt dicto Mathæo ſi non iuit cũ aliquo batello ad dictã nauim pro recuperãda dictas pecunias, vt etiam quidam ex teſtibus hoc ei imputant,dicentes, quòd fuiſſet conueniens,quòd iuiſſet, vt probatur ex l. ſi merces. §.qui columnam.ff.loca.vbi qui columnam trãſportandam conduxit, ſi dum portatur fracta ſit,tenetur ad id periculum, ſi culpa acciderit. Culpa enim abeſt, ſi omnia facta ſunt,quæ diligentiſsimus quiſque obſeruaturus fuiſſet,igitͬ his non factis,ut in caſu noſtro, vult ille text.
53 à contrario ſenſu conductorem teneri. † Nec quic

quicquàm facit, quòd miserit quendam nuncupatum (il Facenda) qui reuersus retulit, quòd liberari non poterat dicta nauis, & quod erat fra-
54 cta. † debuit enim personaliter ire, si volebat excusari, prout in simili casu tradit Craue. consi. 8. nu. 23. ubi excusat quendam portitorem portus fluminis à culpa, quòd consuluerit quibusdam bubulcis, vt cum curru & bobus transirent per flumen, in quo vnus bubulcus, & boues perierunt, ex quo quod in se ipso prius expertus est iter per aquas super equa per illas tendens, & vadi iter bubulcis ostendens.

55 † Præterea si nauis erat iam fracta, quando Facenda fuit missus ad eã, vt ipse retulit, patet quòd nimis sero missus fuit, debuit enim mitti prius eo tempore, quo per tres, aut 4. horás stetit antequam frangeretur, ut dicunt pleriq; 
56 testes, † talis ergo negligentia Mathæi circa tempus commissa sibi debet nocere, vt in alio casu scribit Bertran. consil. 92. uolum. 1. & cum nautæ teneantur ad id, quod cuiusque saluum fore receperint l. 1. ff. naut. caup.

57 † Mathęus ad pecunias Raynaldi receptas saluandas ex officio nautę deuinctus negligens in eis saluandis, dicitur in dolo præsumpto fuisse, ut per Anch. consil. 158. ex naratis. col. 6.
58 † Soc. cons. 2. col. 2. ubi dicit, quod talis negligentia dicitur peccatũ mortale, sequitur Crau. cõs. 132 nu. 4.

Et tenendo istam partẽ non obstant contraria. Et in primis illa consuetudo tenendi pecunias in loco secreto, aliisque pręterquàm tenẽtibus incognito. Nam deponunt illi testes de consuetudine generaliter, vel in alio casu, non aũt specialiter in casu, de quo agit videlicet in itinere ab Arriano versus Pisaurum, & inde ad Senogaliã, meritò talis cõsuetudo eiusq; pbatio non releuat,
59 † quia consuetudo non dẽt probari generaliter, & in diuerso casu, sed specialiter in eo casu, de quo agitur, vt tradit Oldrad. consi. 237. col. prima Anch. cõs. 339. col. 5. ver. ad secundam rationem. Cur. Iun. consi. 26. col. pen. Crau. consi. 96. nu. 4.
60 † Et cum probata sit de diuersis locis, & iteneribus, uel informiter, non debet ad alia loca, & sic ad iter, de quo agitur, extendi, cum sit stricti iuris, vt per Innoc. & Doct. in c. fi. de off. Archid. Aret. cons. 44. in proposita. Dec. consi. 389. col. pen. Soci. Iun. latè cons. 101. col. 3. vol. secundò, Craue. cõsi. 30. col. fi.
61 † Secundò respondetur, quòd cum in itinere, de quo agitur, sit probata consuetudo specialis in contrarium, videlicet tenendi pecunias in capsis, vel penes se, non autẽ in secreto nauis, talis cosuetudo specialis derogat generali, cap. generi. de reg. iur. in sexto, & ita in cõsuetudine arguit Craue. consil. 111. nu. 16. post Bal. cons. 170. Ad euidentiam pręmittendũ est. vol. secundò.
62 † Simile uidemus, quòd pręsumptio in specie tollit præsumptionẽ in genere, ut per Alex. cõs. 150. nu. 9. uol. 5. Paris. cons. 29. nu. 87. uol. secundo, Soc. Iun. cons. 128. nu. 230. vol. 1 Cur. Iun. consi. 292. nu. 29. Natta consi. 164. nu. 8. & consilio 299. nu. 6. Siluanus cons. 2. nu. 22. dixi consi. 28. nu. 29. alios casus similes adducendo, & sic cessat obiectum.

63 † Nec obstat etiam, quod inquit ille octauus testis; quoniam pręter id, quòd est vnicus tantùm, qui non probat l. solam C. de test. cũ ibi notatis, deponit de vna vice, qua petendo pecunias à Mathæo uidit eũ ire sub puppim, & redi-
64 re cum vno scuto, quem sibi dedit. † Non enim per hoc probatur consuetudo dicti Mathæi in tenendo pecunias in dicto loco, cum de uno tantùm actu deponat; & non de frequẽtia actuũ; vt requiritur ad probationem consuetudinis, iux. notat. in l. 2. C. quę sit longa consue. per Bar. & alios in l. de quibus ff. de legib. & ita reprobat testes in consuetudine loquens Alex. consi. 44. uisis attestationibus. col. pen. in fi. vol. 2. & decis. Neap. 321. nu. 17.

65 † Nõ obstat etiã secũda pręsumptio de securi petita, quoniã de illa duntaxat vnus testis deponit, cum, quòd vni testi non credatur, pro-
66 cesserit ex ore Dei c. in omni, de testib. † & in his quæ redacta sunt etiam ad iusgentium saltem duo testes requiruntur. c. relatum. c. cum esses, de testa. & not. scribentes in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. & in l. finali, C. familiæ ercis. Cur. Iun. consilio 186. numero 10.

Quò verò ad tertiam pręsumptionem de Facenda misso ad nauim, respondetur, eam non releuare, cum tardè missus fuerit naue iam fracta, vt supra deduxi sexto loco.

Ad quartã præsumptionem dico, quòd cum illi testes audiuerint dici à dicto Mathęo, quòd pecunię erant in dicta naui, & quod amissæ
67 fuerunt, hoc nihil facit, † quia deponunt de auditu ipsius Mathæi. Vnde sicut ei non creditur de facto proprio. l. omnibus. C. de testibus, ita nec istis testibus, qui ab eo id dici audiuerunt,
68 † testibus enim non creditur, quorum repellũtur authores c. fraternitatis. de hæret. c. nullus 3. q. 4. aliàs sequeretur absurdum, quod is cuius testimonio non creditur rem ipsam publicè diceret, & testes inuenerentur, qui ab eo dici audiuissent, ita fraudem in terminis cõsiderat Dec. cõs. 82. post princ. idemque ponit Oldrad. cõs. 69. col. 2. Castr. cons. 284. col. 1. cons. 299. col. secunda, vol. secundo, Craue. cons. 41. nume. secundo, & consil. 112. numero 13.
69 † Nec quicquàm facit; quòd sibi tanquam probo viro debuerit credi. iuxta glos. in l. Titio fundus ff. de condit. & demonst. cum superius allegatis; quia benè dictum notabilis uiri operatur hoc, quòd si quis alius quid fecerit; quia id audiuit ab illo notabili uiro, debeat excusari, tanquam quòd illi debuerit credere. Et ita loquitur illa glos. & in notab. q. Bart. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. in 8. quæst. in fi. ff. de oper. nou. nunc. & in l. qui fundum, §. procurator. ff. pro empt. Alex. consil. 30. uol. 2. col. 3.

& de viro nobili ponit Rolā.à Valle consi.40.
70in fi.vol.primo, Cephal.cōs.76. num.31. † sed quòd dictum viri probi debeat operari, ut in eiusdem fauorem credi debeat iure cautum nō reperitur; immo potius contrarium ex regula l. omnibus.C.de testib.in sui generalitate; aliàs quis facile posset sibi parare probationem dicendo aliquid, & faciendo examinari testes,
71 quòd esset probus, † sed potius succedere debet, quod inquit glos. notab. in c. plerunque 2.q.7.dicens quòd bonus vir id, quod scit non posse probare, tacere debet, quam refert Roland.à Valle cons.68.nu.36.& cons. 88.nu.
72 18.vol.secundo.† Quinimò aduertendum est, quòd contra huiusmodi nautas est præsumptio iuris, quòd sint improbi.l.3.§.1.ff.naut. caup. stabularii, ibi reprimendę improbitatis, hoc ge
73 nus hominum. † quo stante requiruntur fortiores pbationes pro dicto Mathæo, quàm aliàs essent necessariæ, ut tradit Abb.in c.quia verisimile.secundo notab.de prę sump.& consi.11.
74 secundo dub.vol.primo, † dicens quòd probationes debent eē apertissimæ & tales testes, de quibus non sit aliqua verisimilis dubitatio, ꝙ debeant dei erare, notāt glo.& doct.in l. transactione. C.de transact. Soc.cons.263.col.6.vol. secundo, Ias.in l.si extraneus, notab.6.ff.de conditi.ob caus.& in l. sciendum. col. 5. ff.de verb. oblig. Dec.consi.105.col.3.cōsi.175.col.5.cōs. 177.col.1.Cur.Iun.cons.52. col.3. Crau.cons. 75.nu.12.Cephal.cons.35.nu.12. Port. Imol. cons.6.nu.48. Menoch.cons.101.nu.52.Et ex his patet sublatas esse coniecturas, & præsumptiones, quibus arguebatur, pecunias fuisse in naui tempore quo sumersa fuit.
75 † Sed & hoc admisso non obstant fundamenta facta ad excusationem dicti Mathæi. Et primò, quòd casus fuit improuisus & subitaneus, & ex quo teneri non debet; quoniam respondetur, hanc fiumaram cœpisse paulatim uenire, ita quòd à Mathæo, & ab aliis potuit præuideri, quinimmò aliqui testes dicunt, dictum Mathæum uidisse principium dictæ fiumaræ, sicut & fuisse præmonitum. Vnde cum in culpa fuerit, teneri debet, ut quinto loco deduxi. Quin addunt testes, alios nautas solitos esse, quando pluit ante, stare attentos, & in portum currere ob fiumaram, quæ consueuit ve-
76 nire † eamque sæpius viderunt venire; quādo prius pluit, quare sequitur, quòd Mathæus secus faciens, fuit in lata culpa, l.latæ culpæ. ff.ad uerb.signif. Quinimmò cum locus, in quo erat adueniente fiumara esset periculosus, tāquàm nimis propè mare, ut dicunt aliqui testes, sequitur, quòd Mathæus; qui voluit remanere in eo, non obstante; quòd sibi fuit dictum, ut sursum magis se traheret, teneri debet de casu sequuto
77 † quia potest dici pręmeditatus, & imputandū est ei si non considerauit euentum, quem status loci indicabat l.si quis domū.§. primo ff.locat. ita Bald. cons.279. casus talis est, quidam Nic. col.fi.nu.3.Calcan.cons.23. col. 4.& 5.Gozacons.74.nu.4. Igneus in l.contractus.nu.39.ff. de reg.iur. & Ripa in tract.de peste 2. par. nu. 36.cum simil. Vnde patet, quòd omnino dictus Mathæus de isto casu teneri debet.
78 † Nec obstat quod dicebatur, quòd fuerit insolitus, quia stāte culpa præambula cessat obiectum, & illa conclusio procedit in casu insolito qui nec in genere, nec in specie uerisimiliter cogitari potuit, secus si saltem in genere, licet non in specie, ut pulcrè distinguit Corn. consilio 12. columna 3. volumine 4. Ripa in dicta secunda par.nu.99.
79 † Nec obstat etiam decisio Cy. Baldi & aliorū in dicta l.3.C.de epis. aud. quia procedere posset, si probata fuisset illa Mathæi cōsuetudo tenendi pecunias absconsas in naui, quæ non est probata per vnum testem tantùm, ut supra dixi, sed contraria tenendi eas in capsis, uel super se in itinere, de quo agitur; quæ illi debet præualere c.generi per speciem.de reg.iur. in 6.& Crauc.cons.3.nume.16.cum aliis supra deductis.

Non obstat etiam, quod fecerit omnem diligentiam: quia superius ostendi totum contrarium in 3.4.5.& 6.fundamento.

Non obstat etiam, dum quarto loco dicebatur, dictum Mathæum non potuisse inde moueri, sicut, nec alios, quia mentitur ille testis & est solus, contrarium enim testes nostri.& numero plures adfirmāt, qui magis sursum se traxerunt & illum præmonuerunt, rogarunt, seseque obtulerunt adiuuare illum in trahendo se magis sursum versus pōtem, quibus noluit assentire.

Et ex his remanet firma conclusio pro istis actoribus cōtra eū, ꝙ teneri debeat illis ad restitutionē dictarū pecuniarum ab eis habitarū.

*Hippoly.Rimin.Ferrar.*

## Pro Domina Leonora de Vsancia.

### ARGVMENTVM.

De restitutione bonorum uectorum in domum condam mariti tempore contracti matrimonii petita. Quando testes qui tractant de se exonerando probent. Et quando de facto proprio deponunt. Et quando singulares sunt, idcoque non probant. Quando iuramentum in defectū semiplenæ probationis sit deferendū. Et quando sola facti veritate inspecta procedit iudex, quid facere possit, libellusque continet clausulam, omni meliori modo ius & iustitiam ministrari.

### SVMMARIVM.

1 *Testes præsumuntur esse contestes, puta si dicant, & aliis etiam præsentibus, quia de non nominatis intelligi possunt.*

*Tempus*

2 *Tempus quando est de substantia testes illud nõ exprimentes præsumuntur esse singulares.*

*Sed in aliis actibus vbi de tempore non agitur secus est.* 3.

4 *Testes qui tractant de se exonerando non probant.*

*Quod procedit in dubio stante præsumptione exonerationis aduersus eos nec alia pro eis, aliàs secus, vt si alius testis concurrat cum eis integer.* 5

6 *Præsumptio vna tollit aliam.*

7 *Depositarius ad restitutionem tenetur, & eius hæres.* 8.

9 *Clausula ius fieri & iustitiam ministrari, in libello posita operatur, vt super narratis possit iudicari, licet in eis non sit conclusum.*

*Et intentatum dicitur, quod est actori fauorabilius.* 10.

*Vixq́; finit illa clausula periclitari libellum.* 11.

*Nam dicitur actor petere reum condemnari iuxta narrata per eum.* 12.

13 *Clausula omni meliori modo, in libello posita operatur, quòd actor noluerit se restringere ad specificata per eum.*

*Et per eam sustinetur actus eo modo quo potest.* 14.

15 *Clausula sola facti veritate inspecta, qua iudex procedit, operatur, vt cõdemnare possit super vna causa deducta, & alia diuersa probata.* 16.

17 *Iuramentum defertur in causa magna, quando plus quam semiplenè probatum est; & illud deferri potest etiam parte non petente vigore clausulæ ius & iustitiam ministrari.* 18.

*Testis de facto proprio magis fidem facit quàm de alieno.*

*Modo nõ tractet de aliquo interesse, nec aliqua qualitas in eo concurrat, quæ minuat eius fidem.* 20.

21 *Testis vnus alium suplet & multo magis duo.*

*Et eorum dicta sunt adiuuanda non autem calumnianda.* 22.

23 *Confines probant identitatem rei.*

24 *Fructum succedit loco rei in vniuersalibus, & etiã in particularibus in subsidium.* 25.

26 *Testes dicentes talem possedisse domum pro sua, & tanquam suam, non probant dominium nec aliquẽ titulum in ea.*

*Sed saltem probant, quòd non alieno nomine possidebat eam.* 27.

28 *Locupletari nemo debet cum aliena iactura.*

29 *Testes singulares reddũtur tempore & loco, vnde nõ probant, cum in eodem actu non sint contestes.* 30.

*Nec ex eis iuramentum defertur in suplementum semiplenæ probationis.* 31.

32 *Testium singularitas vbi adest, ibi est varietas & vnitas.*

*Eaq́; diuidit & lacerat testimonia.* 33.

34 *Tempus vbi est de substantia, sicut & locus, diuersitas eorum inficit testimonia.*

35 *Testis interogatus de causa scientiæ eam non reddens non probat.*

*Eamq́; reddere debet etiam non interogatus, quando deponit de his, quæ sunt tantùm perceptibilia intellectu.* 36.

*Et de dominio.* 37.

38 *Testis vnus vt semiplenam faciat probationem debet esse omni exceptione maior; & quis dicatur omni exceptione maior, idq́; debet articulari & probari.* 40.

39 *Testis cuius fides vacillat propter aliquam qualitatem non facit semiplenam probationem.*

41 *Testis domesticus repellitur.*

42 *Inimicitia capitalis contrahitur ex verbis iniuriosis & altercatoriis ac minatoriis.*

43 *Quod est notandũ, quia quilibet diceret contrariũ.*

44 *Testis non confessus peccata sua non probat.*

45 *Testes inhabiles admittuntur, quãdo veritas aliter haberi nõ potest; quod procedit vbi actu & habitu alij testes verisimiliter haberi non potuerunt.* 46.

*aliàs secus.*

*Nec vbi testes patiuntur plures defectus* 47.

## CONSILIUM CCXI.

*Auxilium meum à Domino.*

NARRAT honesta domina Leonora vxor quondã domini Caroli de Vsantia contra dominum Hippolytum eius fratrem, & hęredem ab intestato tpe cõtracti matrimonii inter eam & dominũ Carolum, portasse in eius domum plura bona mobilia, de quibus in inuentario, ad quorum restitutionẽ petit condemnari Do. Hippolytum hæredem fratris.

Breuiter dicitur omissis argumentis ad partes, eum teneri iuxta petita: quoniam ex testibus suis fundata est eius intentio, nam primus præsens fuit quando Do. Carolus portari fecit ea bona à domo ipsius dominę Leonorę posita super via magna ad domum suam, positam in contrata Rosæ, & etiam quoniam fuerunt in eius domo reposita præsente dicto domino Carolo & bobulcis, qui ea duxerunt, videlicet Petro Maria Zaggo & Antonio Panza, quos nominat, & qui de dicta conductione bonorum de prima domo ad secundam satis abundè deponunt,

1 † & licet non nominent in contestem dictum primum testem, qui eos nominat, præsumi tamen dẽt eos esse contestes, cum congrua interpretatione id fieri posit, quia præter eos, quos exprimunt, dicunt, & aliis etiam prę sentibus; quæ verba verificari possunt in persona primi testis, & ita tradit Alex. in consi. 46. abundè, col. secunda, vers. decimò non omitto. vol. secundo, Crau. cons. 78. nu. 9. Domi. meus

2 Riminaldus consil. 310. nu. 8. † quibus accedit Ruinus cons. 35. nu. 16. vol. 4. vbi dicit, ꝙ licet quando tẽpus est de substantia, testes in dubio prȩsumantur esse singulares, ut colligitur ex not. per Bar. in l. Celsus. in fi. ff. de vsuc. Bal. in l. fi. oppo. 15. C. de edicto diui Adri. Butri. in c.

3 licet causam, de proba. † tamen in aliis actibus secus est, per not. per Bal. & alios in l. secunda

C. de

C. de bon. poss. secundum tab. maximè Iasonem, quem sequitur Bossius in tract. de test. nu.39. in tit. de oppo. contra testes.

4 † Nec dicatur, quòd illi duo bubulci tractāt de se exonerãdo, meritò nõ probāt, iux. doctr. Bart. in l. deferre. ff. de iu. fi. quã sequitur Abb. in c. insuper, nu.8. de test. Alex. in cõsi. 186. nu. 13. vol. secũdo, Cuma. consil. 68. in prin. Dec. cons. 44. cons. 133. & cons. 256. Guid. Pap. cõs.

5 74. & Mars. cons. secundo nu.45. † quia dici potest, illam decisionem procedere in dubio, ut quando cõtra testes adest illa præsumptio exonerationis, nec alia subest pro eis, aliàs secus vt hic, vbi eorum dictum iustificatur ex primo

6 teste & inuẽtario in fi. ubi sunt descripti: † vna enim præsumptio tollit aliam. l. diuus. ff. de in integ. rest. Bar. in l. 1. §. ad quęstionẽ. ff. de quęs. Do. meus Rim. consi. 93. nu. 33. Craue. consilio 145. nu. 11. Rol. à Val. consi. 50. nume. 50. vol. 3. Anguissol. consilio 51. nu. 12. libro 3. Cor. consi. 295. nu. 18. volu. 1. Neuiza. consi. 81. nu. 24. Franci. Marci quest. 423. nu. 21. quibus probationibus sic stantibus sequitur, quòd bona portata fuerint in domum domini Caroli ad eius instantiam, & vltra fuerint ei consignata,

7 eaque receperit, ut testes dicunt † sicuti si uiueret ex deposito teneretur ad eorum restitutionem, l. prima, in prin. ff. depos. §. pen. inst. quib.

8 mod. re contr. obli. † sic & aduersarius hæres eius teneri dẽt. l. si hominẽ. §. datur. l. depositi. ff. eo. & quando huiusmodi bona ad ipsum Carolũ per uenissent, ex æquitate tamen actio dari deberet huic Dominæ ad repetendum. l. si me & Titium. ff. si cer. pet. quoniam iure naturali æquum est, neminẽ cum alterius detrimẽto fieri locupletiorem. l. iure naturæ. ff. de reg. iur. sicq; te Dec. tradit in dicta lege si me & Ti-

9 tium, in prin. † Et licet in supplicatione non ita clarè fecerit hæc Domina conclusionem circa prædictas actiones, tamen cum produxerit eam loco libelli, petiturque super omnibus & singulis in ea contentis sibi ius fieri, & iustitiã ministrari, nihil impedit, quominus secũdũ narrata in supplicatione, & probata quę tendũt ad depositum vel ęquitatem prædictam, possit ferri sententia, iux. decisionem Innoc. & Cald. in c. cum dilectus, de ord. cog. vbi dicũt, ꝙ quãdo quis in libello narrauit respicientia petitorium & possessorium, & concludit in possessorio, si subiiciat clausulam, petens de prædictis omnibus & singulis iustitiam fieri, possit super petitorio probato sententiã ferri, sequitur Abb. dicens esse valde notabilem decisionem, sicut & in c. pastoralis. col. 1. de cau. poss. & pro. Ias. in l. naturaliter. §. nihil commune. col. fi. ff. de acqu. poss. cons. 54. nu. 8. vol. 4. Neuizan. abun-

10 dè consi. 79. nu. 5. † ubi dicit, illud intentatum fuisse quod est actori fauorabilius, & eo modo libellus est interpretandus, quo melius eius in-

11 tẽtio iuuari potest, † & ideo dicta clausula vix sinit periclitari libellũ, & idẽ Neuiza. ponit cõs. 97. nu. 5. & cum prædictis etiam cõcordat Nat-

12 ta cons. 532. nume. 52. † nam per eam dicitur actor petere reum iuxta narrata condemnari secũdùm Imol. in l. cũ nulla. ff. de re iud. D. meũ Rim. consi. 285. nu. 8. tantoque magis, quia sub

13 iunxit & aliã clausulam. † & omni meliori modo, valde salutarem, cum eius virtus ea sit, ut se noluerit ad specificata restringere, secundùm Bal. in l. vinum. col. 5. ff. si cer. pet. & consi. 489. in cã vertente inter capitulum, vol. 3. Alex. cõs. 113. vol. 3. Soc. consi. 142. col. antep. vol. primo Rui. cons. 9. nu. 14. vol. 5. Crau. cons. fi. nu. 15.

14 † & per eam sustinetur actus eo modo quo potest, ut not. Bal. in l. cum pater. §. filius. ff. de leg. 2. Car. in c. cum ex officii. de pręscri. Dec. cons. 14. col. 2. & cons. 77. col. 2. Celsus Vgo cõs. 120. nu. 54. Anchar. Iunior quæst. 57. nume. 8. libro secundo.

15 † Prædicta quoque confirmantur, quòd hic agitur coram magnifico Cons. Iudice delegato & de causa viduæ, quibus casibus procedit sola facti ueritate inspecta, vt de primo adsunt literæ Ducales apud magnificum Consil. de secundo reformatio. 21. iuncto statuto. quib. cas.

16 suma. proce. † quo casu reus potest cõdemnari, licet vna causa deducta sit, & alia penitus diuersa probata, ut uoluit Butri. cons. uiso puncto. quem refert & sequitur Alex. in l. si ita stipulatus, §. Grisogonus ff. de verb. obl. Ias. in l. certi condictio. §. si numos. ff. si cer. pet. Mars. singul. 272. Paris. consi. 131. nu. 14. vol. primo, Crau. consi. 73. nu. 23. Do. meus Rimi. cons. 571. nu. 15. Ruin. cons. 5. nu. 12. & cons. 12. nu. 11. uol. 4. & licet ex prædictis satis appareat intentio

17 huius Dominę plenè probata, tamen † ex abundanti dici põt, negari non posse, illã plusquàm semiplenè probatam esse, quo casu sibi venit deferendum iuramentum, etiam ꝙ causa sit magna, ut eleganter dicit dominus Procurator citans Alex. consi. 121. viso processu, col. 3. uol. 2. quam conclusionem firmat etiã Castr. Alex. & Ias. in l. 3. ff. de iureiur. Rom. Sal. Alex. & Ias. in l. admonendi. ff. eo. vbi Ias. in rep. nu. 281. latè insistit, idemque firmat Goza. cons. 11. col. 4. Crau. consi. 73. nu. 24. & cons. 198. nu. 10. Do. meus Riminaldus consi. 137. num. 10.

18 & consilio 261. numero 22. † & quia pro parte huius Dominæ (vt dixi) petitum fuit ius & iustitiam ministrari, poterit Do. Iudex, si opus ei videbitur (quòd non puto) etiam parte nõ petẽte deferre hoc iuramentum, vt not. Abbas in c. fin. in fi. de iureiur. sequitur Alex. cons. 91. vol. 5. Dec. cõs. 252. nu. 3. Gratus respon. 42. nu. 8.

19 vol. 2. † ꝙ autem hic plusquàm semiplena probatio concurrat, patet: quia primus testis est in facto proprio, nam fuit ille qui manu propria scripsit inuentarium de voluntate & cõmissione. D. Caroli & ad eius dictamen, & qui nomina bubulcorum, qui bona conduxerunt in domum suam, in fine inuentarii descripsit, prout ita reperitur in eo, & ipse testis deponit, quo

stante

stante clarum est ei magis credendum esse quã alteri simpliciter deponenti de facto alieno, ut uoluit Inn. in c. inquisitioni, de accus. Butri. in c. cum causam, de prob. Cast. consi. 186. in causa, quæ vertitur Pisis. col. 3. uol primo, Areti. cons. 71. col. 2. versic. secundò cõuincitur, Cur.
20 consi. 73. nu. 30. cons. 178. nu. 7. & abundè Bennitend. decis. 67. † ubi post relatos hinc inde qui dicunt tali testi fidem adhibendam esse vel non, concludit, quòd si non tractatur de aliquo interesse ipsius testis, nec aliqua qualitas in eo concurrat, quæ diminuat eius fidem, magis ei creditur, & eius probatio potentior fiet. Vnde si regulariter vnus testis de facto alieno facit semiplenã probationẽ, & huic de facto proprio magis, quàm illi crediẽ, sequiẽ cũ plusquàm se-
21 miplenè probasse. † Vltra ꝙ cõcurrũt alii duo testes memorati, qui dato, ꝙ non essent omnino integri, negari tamen nõ põt, quin iunctis cũ eo, plusquàm semiplena probatio inducatur vt exemplificãt doctores, qui de hac plusquàm semiplena probatione loquuntur, nã dant exẽplum in eo, qui haberet duos testes, quorum vnus nõ esset omnino integer, vt tradit Abba. in c. mulieri, col. pen. nu. 6. ad finem de iure iur. & Ias. in d. lege admonendi. nu. 281. & nos nedum duos sed tres testes habemus, sicque sumus in fortioribus terminis quàm doctores loquantur. Hæc tamen ex abundanti sint dicta, quia verè hi testes plenè probant intentionem huius dominæ ita, vt absque refugio iuramen; reus possit condemnari.

Nec vlla difficultas fieri debet super tertio teste, dum dicit quòd D. Nicola primus maritus huius Dominę tẽpore suæ vitę possedit res, & bona mobilia, & immobilia, descriptas, & descripta in lista & in inuẽtario pro suis, & tanquam sua, & tamen in dicto inuentario non adsunt bona immobilia, vt Do. Iudex aduertit; ꝙ iste testis hallucinetur, & in fide deficiat, qa debet animaduerti, quòd rectè dictum procedit reddendo singula singulis, videlicet mobilia in inuentario; immobilia verò listæ, prout vtrunque reperitur in processu post capitula. ad quę testis se remittit. Voluit ergo dicere, quòd Nicola possedit bona mobilia, de quibus in inuentario, & immobilia de quibus in lista,
22 & sic reddendo singula singulis † hæc interpretatio fieri dẽt, cum dicta testium sint adiuuãda nõ calumnianda, ut not. Bal. in l. de quibus. col. fi. ff. de legib. Ang. in l. ex militari. in fi. ff. de test. mil. Dec. consi. 109. nu. 2. tantoque magis quia idem testis statim post in reddendo rationem sui dicti, dicit, quòd vidit omnia, & singula bona descripta in inuentario, fore & esse in domo Nicolę, & ipsa præmanibus habuit, & sic loquendo de inuentario separatim ei tantùm mobilia attribuit non etiam immobilia, ex quibus sequentibus præcedentia declarantur, l. si seruus plurium, in fin. ff. de leg. primò, vnde patet cum bene locutum, & fidem facere tanquã bene de his instructum.

Quò verò ad domum venditã per Do. Carolum, cuius pretium petit hæc Domina, adsunt duo testes de ipsa deponentes, quòd in ea Nicola stabat, & habitabat pro sua, & tanquã sua, quodque erat posita super via Zodechæ cũ horto ante posito, hæc autem domus reperitur posita per hanc Dominam hæredem ex testamẽto Do. Nicolę in lista per eam facta iuxta confines ibi descriptos, inter quos fit mentio de D. Gurone Estense & Do. Nicolosa Marineta, qui pariter in instr. uenditionis reperiuntur expresi
23 † quo stante dicitur identitas probata, vt per Bar. in l. demonst. consi. 7. ff. de cond. & demõ. Alex. cons. 133. col. 3. ad fi. vol. primo, Crau. cõs. 198. col. prima in fi. Hiero. de Monte in tract. fin. regundorũ. cap. 87. ubi latius prosequitur, vt per cũ, meritò sequitur, quòd ius Nicolę in hac domo translatũ fuit in hanc Dominã eius hęredẽ tã de iure cõi, quàm ex forma statuti nostri, ꝙ poss. de fuc. Et ob id aduersarius hæres,
24 Do. Caroli tenetur ad eius pretiũ † qđ succedit loco rei, postquàm sumus in uniuersalibus, uidelicet, ꝙ ista domus est de hæreditate Nicolę iux. doct. Bar. in l. si rem & pretiũ. ff. de pet. hęr. vltra quod stante venditione facta usque de anno 1542. & cridis factis per emptorem intra annum, & sic pręscriptione iux. formam statuti de pręs. anni, ex quo amplius hæc domus præstari non potest per aduersarium huic Dominæ
25 † debet in subsidium pretium loco rei succedere, posito quòd essemus in particularibus, ut dicit Bal. in l. mater tua, col. prima in fi. C. de rei vind. Alex. in l. si cũ seruum, in fine. ff. si. cer. pet. decis. Neapoli. 369. col. 2. nu. 4.
26 † Et vt omnis difficultas tollatur, si diceretur, testes deponentes, ꝙ Nicola tempore vitæ suæ tenuit & possedit d. domum pro sua, & tãquam suam, in ea stando & habitando, non ꝓbare dominum vel aliquem titulum Nicolæ in ea, vt tradit Bar. post glos. in l. prima. ff. pro suo. Alex. & Ias. in l. si is ad quem. ff. de acq. hęr.
27 & Alex. cons. 89. col. 1 uol. 5. † respondetur saltẽ ex illis esse probatum, ꝙ Nicola nõ possidebat pro alieno seu alterius nomine, ut conductor uel similis, ut concludit idem Bar. in d. l. prima in fi. quod ius cum in hanc Dominam sit translatum, tum ex d. statuto, quòd posses. de fun. cum etiam ex eius aditione, non debuit eo iure per eius venditionem priuari, quominùs
28 saltem ad pretium agere possit, † aliàs esset dicere, ꝙ Do. Carolus, & successiuè aduersarius eius hæres deberent locupletari cũ aliena iactura, quod esse non debet. l. nam hoc natura. ff. de cond. indeb. ex quib. iam patet, intẽtionem huius Dominæ quò ad petita per eam fuisse & esse de iure satis fundatam

Venio nunc sequenti loco ad recõuentionem partis aduersæ, super qua breuiter dico, eã obtinere non posse, cum minimè super deductis
29 in ea sit fundata eius intentio, † testes enim inducti

29 ductis in ea sit fundata eius intentio, † testes enim inducti & examinati deponunt de solutionibus diuersi temporis & loci, quæ reddunt eos singulares. Bal. consi. 39. proponitur quòd celebratus. col. 2. uol. 3. Castr. cons. 137. & cōs. 155. ad fi. vol. 2. Anch. cons. 64. col. secunda &
30 cons. 147. col. prima, Crau. cons. 9. nu. 17. † quo sit, ut non probent: quoniam in eodem actu non sunt contestes, & in eis non est dare numerum, & ideo minus probant quàm unus, vt tradit Bal. in l. ut iurisiurandi. col. 3. C. de iureiur.
31 † Hincque sequitur iuramento in defectum probationis locum esse non posse, quia vnus debilitat dictum alterius, ut tradit Bal. in l. de qui bus, col. antepen. ff. de legib. sequitur Decius cons. 463. nu. 11. cons. 534. nu. 12. in c. licet causam. nu. 16. de prob. Soc. in fallentiis suis, Regu
32 la. 204. fallentia 67. † hinc eleganter dicit Bal. cons. 406. in causa Vincentii. uol. 1. quòd ubi est singularitas, ibi est uarietas & unitas, quā quilibet testis est solus, & contra ius diuinum, & humanum est, quòd credatur dicto unius tantùm, utque tradit idem Bald. cons. 25. punctus
33 infrascripti, col. 1. in fi. uol. 3. † singularitas testiū diuidit & lacerat testimonia; quia diuisum laceratum est, ideo testes singulares tanquam diuisi & lacerati non probant, sequitur Crau. cons. 41. nu. 7. tantoque magis hoc est dicendū
34 quoniā eadem solutio nō est reiterabilis. † vnde cum tempus & locus sint de substantia, vtiq; diuersitas temporis & loci inficit dicta testiū. Rom. cons. 30. Corn. cons. 247. col. 8. uol. 2. D. meus Rim. cōs. 385. nu. 32. Crau. cōs. 78. nu. 3. sed vltra concurrit, quòd interogati de cuius pecuniis Do. Carolus fecerit dictas solutiones, respondent se nescire, ergo non probant, quòd de
35 pecuniis dicti. D. Caroli solutum fuerit; † quia testis interogatus de causa scientiæ eā non reddens non probat. l. testium, cum ibi not. C. de
36 test. Cur. Iun. cons. 186. nu. 14. † tantoque magis quia testis etiam nòn interogatus reddere debet rationem, ubi deponit circa ea, quæ sunt perceptibilia duntaxat intellectu, vt per Bart. & Bal. in l. solam. C. de test. Alex. in addit. ad Bar. in l. de minore. §. plurimum. ff. de quest. cons. 24. col. 1. & cōs. 57. col. 3. uol. 7. Dec. cōs. 37. col. 5. Rol. à Val. cons. 3. nu. 52. vol. 1. prout est, quòd pecuniæ solutæ per Do. Carolū essent suæ, & sic in eius dominio, quod est iuris &
37 intellectu percipitur † Vnde licet non interrogatus testis reddere debet causam scientiæ dicti sui, prout signanter tenet Inno. in c. cū causam. de test. Speculator in §. nunc tractandū. eo. titulo. & Bar. in trac. de test. nu. 5. & Nellus de S. Gemi. in eo. trac. nu. 134. & ultra prædicta in particulari quò ad illam Chaterinam aduerti debet, quòd ex ea fundamentum fieri non potest, nec plenè nec simiplenè sic, vt dicto iura-
38 mento locus esse posśit, † quoniam ad hoc ut unus testis semiplenam faciat probationem requirit, quòd testis sit omni exceptione maior. tuncque talis reputatur, quādo ei nulla macula impingi potest, glos. in §. item verborum. inst.
39 de inut. stip. Dec. cōsi. 163. col. 5. in princ. † Vnde si testis productus esset alicuius conditionis, propter quam fides eius uacillaret, tunc non facit semiplenā probationem, nec inducit iudicē ad opinionē, sed ad suspicionem, ita magistraliter dixit Bar. in l. admonendi. col. 8. ff. de iure iur. quem sequitur Ange. Bal. Sal. Alex. & omnes alii, prout refert Ias. in repet. sua num. 178. idemque tenet Alex. cons. 32. uol. primo, Dec. cons. 105. col. 3. ad fi. Do. meus Rimi. cōs. 368.
40 cum simil. quæ nota sunt, † quinimmò debet articulari & probari, quòd talis testis sit omni exceptione maior, aliàs producēs succumbere debet, secundùm Bar. & Ang. in l. 1. §. si quis neget. ff. quemad. test. aper. cum infinitis aliis cumulatis per dominum meum Vber. in l. fin. C. de edic. diui Adr. toll. nu. 83. versus finē, quod & latè firmat Soci. Iun. cons. 39. num. 62. uol. 2. Alci. in tract. de præsump. in 3. regula. præsum. secunda, nu. 9. Do. meus Rimi. cons. 17. nu. 16. hanc autem Catherinam vltra, quòd non est probatū esse omni exceptione maiorem, clarè constat non esse talem, immo plures defectus
41 pati. † Primò, quòd stat & habitat in domo partis aduersæ, & comedit ad eius panem & vinū, quo stante non probat, & repellitur l. 2. & ibi Bald. Sal. & omnes. C. de test. c. in literis. eod. tit. l. præsenti. §. fi. C. de his qui ad eccl. confug. Specul. in titulo de teste. §. 1. uersic. item, quòd est domesticus. Natta consil. 315. numero 8. &
42 consi. 354. nu. 4. † Secundò, quòd verba altercatoria, iniuriosa & minatoria inter eas interuenerunt, quibus contracta dicitur inimicitia capitalis, vt voluit Bal. in c. ueniēs, in fi. de iure iur. quem sequitur Ias. in l. procurator. C. de
43 procur. in fin. † vbi dicit, hoc esse notandum: quia quilibet diceret contrarium, & cum eo transit Mars. consi. 2. nu. 12. & consi. 20. nu. 28. Rol. à Val. consi. 24. nu. 38. concludens ex hoc,
44 testem talem repelli. † Tertiò, quòd non fuit confessa peccata sua, nec sacramentum altaris suscepit, quo fit ut existens in peccato mortali nō probet, nec admittatur, ut notat Spe. in tit. de teste. §. 1. uer. itē excipitur, Alex. in l. 3. §. lege Iulia. ff. de test. in addi. ad Bar. Lanfr. in c. quoniam contra. uer. testium, de prob. Emilianus conciuis meus cons. 76. nu. 3. ergò iā patet iuramento necessariò locum esse non posse.
45 † Nec quicquam facit, quòd de rebus in domo existētibus deponat, sicque casu quo veritas aliter probari nòn posśit, quo casu aliàs inhabiles tolerantur, iux. not. in l. consensu. C.
46 de repud. in c. 3. loco. de prob. † quia ultra declarationem Butrii, Fely. & Dec. ibi, Gramma. cons. 59. nu. 12. Paris. cōs. 55. col. pen. in fi. uol. 4. Soc. Iun. cons. 61. nu. 17. uol. 2. quòd illa regula procedit, vbi actu, & habitu verisimiliter alii testes haberi non possunt, in quo casu non sumus; quia alii testes potuerunt in domo

conuersari

conuersari, per quos de dictis rebus probaret.
47 † dico, quòd illa regula nõ procedit, vbi testes patiuntur plures defectus, vt contingit in ista Catherina, quos supra deduxi, ita tradit eleganter Barb. consi. 54. col. 9. vol. 1. consil. 65. col. 4. vol. 4. Mar. consi. 102. col. fi. Gramma. consi. 45. nu. 23. Cepha. consi. 65. num. 28. Rolan. à Valle consi. 3. nu. 51. vol. 1. qui præceptorem meum citat consi. 99. num. 26. & me quoque consi. 106. num. 18. lib. primo, criminalium diuersorum.

Reliquum est igitur, quòd principalis mea à petitis per aduersariũ absoluatur, illi verò sibi condemnetur; quia ille non probauit, & ipsa benè probauit.

*Hippoly. Rimin. Ferrar.*

## Pro Reuerendo D. Agamemnone Pasqualetto.

### ARGVMENTVM.

De sententia habente vim diffinitiuæ, & de lata ad consilium peritorum quando sit reuocabilis, pulcrè ponit.

### SVMMARIVM.

1 *Sententia determinans negocium principale, vel eius partem substantialem dicitur habere vim diffinitiuæ, & ideo reuocari non potest. 2*
3 *Periti quando fuerunt concordes, pars altera non potest petere reuideri, quod procedit in electis à partibus, secus si à Iudice. 19.*
4 *Sententia lata ad relationem medici imperiti retractatur Iudicio peritiorum,*
*Perinde ac si lata fuisset per falsas attestationes, & est communis conclusio. 5.*
*A qua in Iudicando, & cõsulendo nõ est retenẽdũ. 6.*
7 *Sententia lata secundùm consilium Sapientis nunquàm transit in rem iudicatam.*
*Si consilium peritioris proferatur; quæ sententia communis est. 8.*
*Et cordi perpetuò tenenda. 9.*
10 *Sententia lata super ætate ex aspectu non transit in rem iudicatam.*
11 *Sententia mercatorum nõ transit in rem iudicatã.*
*Et idem de sententia æxtimatorum, quæ opinio communis est. 12.*
13 *Sententia lata ex probationibus priuilegiatis non transit in rem iud.*
14 *Hippolytus Benacoßius nominatur.*
15 *Probationes peritorum dicuntur priuilegiatæ, idest non ordinariæ.*
16 *Periti non dicuntur propriè testes, sed vt iudices*
*Nec in eis timor subornationis attenditur. 17.*
*Et alii recipi poßunt publicata eorum relatione. 18.*
*Si per Iudicem fuerint electi, secus si à partibus. 19.*
*Et idẽ in eis si nihil imputari poßet, cur peritiores non elegerint. 20.*
21 *Peritorum relationem secundam iudex debet admittere infinitatis gratia vitandæ.*
*Nisi secundi dissentiãt à primis omnes enim summæ cumulari debent, & tres partes fieri, quarũ vna summi debet, vt per Salycetum. 22.*
*Quem licet Alcia. taxet. 23.*
*Et Petrus Gerardi de petra Sãcta de illo dubitet. 24*
*Auctor tamen eum defendit.*
24 *Intellectus legis si decem. ff. loca.*
25 *In summis subintelligitur taxatiua.*
26 *Iudices in eligendis æxtimatoribus non taxant eis certam summam.*
27 *Intellectus legis dicẽ proferre §. si plures. ff. de arbitr.*
28 *Sententia habens vim diffinitiuæ reuocari non potest, fallit in lata ad relationem peritorum.*
*Et quando expectas aliam diffinitiuam post se. 29.*
*Cuius exemplum datur. 30.*

## CONSILIVM CCXII.

*Auxilium meum à Domino.*

CONTRA Reuerendum D. Agamemnonem Pasqualetum dubitatur per Reuerendum D. Vicarium, quòd ex eo, quòd relatio super mensuratione & æstimatione domus, de qua agitur, reperitur facta per ambos peritos concorditer, lataque est sententia super eius validitate, quæ ex facie processus transiuit in rem iudicatam, vtique nõ amplius possit reuocari: maximè quia videtur habere vim diffinitiuæ talis sententia, cum diffiniat negotium, de quo agitur, videlicet, quòd Reuerendus D. Agamemnon teneatur soluere residuum pretii æstimationis prædictæ domus detractis detrahendis iuxta prædictã relationem, & oblationem ipsius Reuerendi D. Agamem-
1 nonis, in processu factam † quo casu sententia sic determinans negotium, vel eius partem substantialem dicitur habere vim diffinitiuæ, & ad eius instar redigitur, vt tradit Bald. in l. prima, col. 5. versic. denuo quæro. C. quando prouo. sequit Alex. in rubrica ff. de re iud. in fin. Imol. in l. si finita. §. non autem, col. 2. ff. de dam. infe. Aret. consi. 20. col. prima, Ias. in dicta rubr. post prin. Butr. consi. 6. nu. 4. Fely. in rubr. de re iud. col. 3. in prin. Specul. aureum in tertia parte 6. partis prin. q. prima, in fin. nume. 44. Ripa in l. quod iussit. nu. 27. ff. de re iudicata, quicquid idẽ Ripa in dicta rubr. nu. 15. & Corn. cõs. 262. col. tertia, & 4. vol. 4. aliter, & malè senserint,
2 cũ præcedens opi. sit frequẽtior. † Vnde sequit, quòd si tali casu sententia dicitur habere vim diffinitiuæ, reuocari non põt, vt notat Alex. in dicta l. quod iussit. nu. 17. uers. 4. fallit Butr. Abb. Imol. & Perus. in c. cum cessante col. 4. de appel. meritò rescissio petita dictæ agrimensurationis domus pro parte Reuerendi D. Agamemnonis lo-
3 cum habere non dẽt, cum sic dicta sententia reuocaretur, quod fieri non põt † tantoq; magis quia Reuerendus D. Vicarius dicit in iure non uidere, quòd quando periti fuerunt concordes in referendo, pars altera possit petere, reuideri relatio-

relationem eorum, immo dēt eos admittere, & eorum relationem, vt not. Fely. in c. proposuisti. col. fi. versi. primo, dummodo Iudex, de probat.
4 † Istis tamen non obstantibus ęquissima mihi videtur esse petitio Reuerendi D. Agamemnonis, & ad eius petita deueniri debet, moueor ex decisione Bald. in l. si ab hostibus. §. fin. & ibi sequitur Alex. post alios. ff. solut. mat. nume. 10. vbi dicit, quòd si Medicus imperitus testificatur, & Iudex secundùm eius testimonium, aç relationem fert sententiam à qua non fuerit appellatum, & postea peritorum Medicorum iudicio apparet contrarium, reuocabitur dicta sententia, perinde ac si lata esset per falsas attestationes, l. dinus. ff. de re iud. l. secunda, C. si ex fal. iustrum. & idem tenet Ioan. And. (licet Bald. non citet) in titulo de homi. §. 1. in addi. Spec. vers. noscuntur, post Gui. de Suza. Roma. in l. admonendi, nume. 36. ff. de iureiu. Floria. in l. si dominus seruum. cum l. sequenti. ff. ad legem aquil. Angel. in l. quod si nolit. §. si manci-
5 pium. ff. de ędil. edi. Butrius Imol. & Fely. † qui plures alios cumulat, & dicit esse communem, in dicto capitulo proposuisti. num. 10. versic. 4. conclusio, quod etiam Decius testatur, licet in puncto iuris teneat opinionem Abbatis con-
6 trariam, sed in consil. 278. in fin. † dicit à superiori opin. velut communi in iudicando & consulendo non esse recedendum: eandemque opin. tenet & dicit esse communem Fely. in c. significasti. col. 3. de homici. sequitur Franciscus Marci quæstio. 646. num. 9. in prima parte. Natta consil. 444. nume. 6. 7. Ruin. consil. 34.
7 col. 1. vol. 5. † simile videmus in sententia secundùm consiliū sapientis, quę nūquàm transit in rem iudicatā, si consiliū diuersum peritioris proferatur, vt voluit Butr. in d. c. proposuisti. Rom. in l. cum quidā. §. quod dicitur. ff. de acq. hær. & consi. 228. ad fin. & in addi. ad eum Man
8 dosius allegās plures, † & cōem affirmans, vt per eū, Alex. in l. si ab hostibus. col. 4. ff. sol. mat. vbi reputat hoc dictum singularissimum. Ias. in
9 dicta l. admonendi. nu. 40. † vbi dicit cordi perpetuò tenendum: quia tota die apud nos seruatur, & feruns sententiæ secūdùm cōsilium Sapientis, idque sæpe statuta disponūt, & cum prædictis ēt concordat Natta consi. 444. nu. 7.
10 dicens simpliciter, † sententiam latam super ętate ex aspectu nō transire in rem iudicatam: quia non lata fuit ex veris probationibus, ideo eis superuenientibus quandocunque poterit retractari, secundùm But. in c. fraternitatis. de frig. & malef. & in capitulo significantibus. de
11 purga. vulga. † idem quoque videmus in voto seu sententia mercatorū, vt tradit decis. Neapo. 33. nu. 5. & in terminis in sententia lata ab ęstimatoribus domus in arte peritis. Idem concludit abundè Ioā. de Amicis consi. 202. col. 2.
12 † vbi dicit, ex prædictis hanc esse magis communem opi. talemque sententiā posse retractari ad peritiorum iudiciū, comprobaturq; ista cō
13 clusio, vt dicit Dec. in dicto c. proposuisti † ex decisione generali, quæ habet, q sententia lata ex probationibus priuilegiatis nunquam transit in rem iudicatā, sed semper veritas pōt perscrutari, vt tradit Innoc. in c. tua nos. versic. sed quod est mirabile. de cohab. cler. & mul. sequit Ange. in l. sub specie. C. de re iud. in l. diuus. ff. de test. mil. Abb. in c. ex tuarū. circa finem. de purg. cano. cum simil. vt per Doctores in locis præallegatis, & abundè per Ias. in repe. l. admo
14 nēdi. nu. 38. ff. de iureiur. † Bonacossius meus cōciuis & egregius Doctor in suis quęstionib. criminalibus in verbo sentētia post alios quos
15 allegat, Natta in d. consi. 444. num. 6. † & istud ppriè contingit in istis peritis, quorū pbationes dicūtur priuilegiatæ, idest non ordinariæ,
16 sed contra regulas iuris. Quod patet: † quia tales qui attestantur de peritia non sunt propriè testes, sed potius vt iudices dicunt, vt not. Bar. in trac. testiū. col. 5. uers. testis dicit aliqua, Io. de Anna. in d. c. significasti. & ideo iura, quæ loquuntur de testibus, non videntur habere locū
17 in istis peritis. † Vnde timor subornationis, qui cōsideratur in testibus in talibus peritis nō attenditur, vt tradit Io. de Anna. ibi, Bal. & Dec. in dicto c. proposuisti. col. fi. Quibus sic stātibus sequitur, q si sententia lata secūdùm relationē peritorū reuocari pōt reperto cōtrario ex peri
18 torum iudicio, † vtique licet relatio peritorū sit publicata, put in casu nostro cōtingit, nihilo minus adhuc alii periti recipi possunt tam ad petitionē partis quàm ex mero iudicis officio, sicque in terminis decidit Bal. in c. cām, & post eum Fely. col. 1. de probatio. meritò iusta est petitio Reuerendi D. Agamemnonis petentis dictam mēsurationem reuideri per peritiores, & potissimè, quòd periti prędicti fuerūt electi
19 per Iudicem, † non autem per partes: tunc enim sententia eorum transiret in rem iudicatā, nec per peritiores posset retractari, veluti, q esset quid partibus imputandum, vt tenet Ias. in d. l. admonendi. nu. 34. dicēs, q est limitatio sua noua, quem sequitur ibidem Purpu. nu. 46. Speculū aureum in primo actu 3. partis sextę partis princip. nu. 131. & Niconitius in l. qui Romæ. §. duo fratres. nu. 105. ff. de uer. obl.
20 † quamquam si daretur casus, q partibus nihil īputari posset, cur peritiores nō adhibuissent, adhuc idem dicendum foret, vt ad iudicium peritiorum deueniri posset, & ex his sententia retractari per primos lata licet à partibus electos, vt sentit Abb. in c. cām matrimonii. col. 2.
21 de prob. † benè verum est, q cū erit facta noua relatio per secundos peritos, Reuerendus Do. Vicarius indifferēter debebit eos, relationēq; suam admittere: quia officiū iudicis est infinitatē resecare. c. cum in multis. de rescr. in 6. Et hoc est quod elegāter dicit Fely. in d. cap. proposuisti. col. fi. ver. 1. dummodo Iudex, qui allegatur in dubiis ad aliud propositum, de quo supra, quod nō dicit, sed istud, quod mox dixi.

Hippol. Rimi. T. Secundus. Nō licet

22 †licet secus esset si nec inter se nec cum primis conuenirent: tunc enim recurrendum esset ad doctrinã Salyceti in l. hac edictali. §. his illud. C. de secun. nup. col. 2. quẽ sequitur Catellia. Cotta lib. memorialium, versi. æstimatores. qui voluit, oẽs æstimationes simul vniri, & eas sic coaceruatas in tres partes æquales diuidi, &
23 vnam earum censeri iustam æstimationem, †& licet eum reprehendat Alcia. in l. 1. §. si stipulanti. nu. 26. ff. de verb. obl. motus argumento tex. in l. si decẽ. ff. locat. vbi videmus, ꝙ si tibi loco fundum pro decem, tu verò existimes pro quinq; conducere, nihil agitur: quia lædor, & fit disproportio numeri ad æstimationem rei, vt dicit Bal. ad illum tex. in rubr. de arbit. circa finem: resultat enim, vt subdit Alci. eadem disproportio attenta opi. Saly. meritò illa nõ dẽt
24 attendi, † & præter Alciatum Petrus Gerardi de Petra Sancta singul. 25. dubitat de prędicta decisione Salyceti per l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbi. Nihilominus Alciati cõsideratio mihi nõ placet, nã ratio dictæ legis si 10. quare non sustinetur locatio ẽt in quinq; ea est: quia si dico, loco tibi pro 10. exprimo hanc summã
25 ad exclusionem minoris summę: † quia in summis, subintelligitur taxatiua. l. rogasti. §. si tibi ff. si cer. pet. vnde nimirum si in 5. non tenet locatio, postquàm ita volui decẽ, & non quinq; ita declarat illũ tex. Butigel. in d. §. si stipulanti nume. 10. sed ista ratio cessat in casu nostro.
26 † Nam quando partes, vel Iudices eligunt æstimatores, neuter illis taxat certam summã, intra quam æstimetur, meritò data discordia inter eos & tertiũ nihil impedit, quominus fieri possit cumlatio & diuisio postmodum eo modo
27 quo dicit Salyc. † quò verò ad tex. in d. §. si plures. quo mouetur Pet. Gerar. respondetur, ꝙ loquitur in arbitris, nos aũt loquimur in æstimatoribus, inter quos est differentia, vt declarat Salyc. in d. §. his illud. Ias. Soc. Guil. Pontan. & Galiau. in d. §. si stipulãti. Peruſ. in c. 1. col. 2. de
28 arb. in 6. & ex his dubia remanẽt soluta. † Nã licet aliàs interlocutoria habẽs vim diffinitiuæ non possit reuocari, fallit tamẽ in sentẽtia lata ad relationem peritorum: quia licet sit millies diffinitiua reuocatur ex cõsilio peritiorũ secũ
29 dũm cões conclusiones, vt supra deduxi. † Præterea aduerti debet, quòd illa conclusio, quòd sententia habens vim diffinitiuæ non põt reuocari, procedit quando talis sententia non expectat aliam sententiam diffinitiuam post se, aliàs secus: tunc enim benè põt reuocari, ita tradit singulariter Imol. in d. cap. cum cessante, col. 2. ver. item aduerte. refert & sequitur Alex. in d.
30 l. quod iussit, in loco citato superius. † Nos aũt in secũdo casu versamur: quia licet sit facta relatio istorum peritorum, & super eius validitate lata sententia, requirit tamen alia sentẽtia diffinitiua post eã, videlicet, ꝙ Reuerendus D. Vicarius uiso an detractis detrahendis quid sit perfit, in eo condemnet Reuerendum dominũ Agamemnonem ad satisfaciẽdum aduersariæ pro dote sua, & ita patet ĩ processu pluries fuisse positum ordinem ad eius instantiam ad audiendũ sententiam: meritò quia dicta pronuntia super relatione expectat post se sententiam diffinitiuam, reuocabilis est sui natura ultra dicta priore loco. Deueniendum est igitur omnino ad reuisionẽ dictæ æstimationis, & mensurationis dictæ domus per alios peritos eligendos utrinque &c.

*Hippoly. Rimin. Ferrar.*

## Pro magnifico D. Antonio Valentino Mutinense.

### ARGVMENTVM.

Scriptura aliàs producta quam fidem faciat, & an fieri possit, ꝙ priuata probet, seu per testes qui viderint eam scribere, seu qui notam habeant manum scribẽtis iustificetur. An instrumentũ scripto tollatur. Quandoue dominium traslatum retransferatur, vel non. Et quando scriptura dicatur incontinenti facta. Item de teste vno, vel pluribus quando non probent, sicut nec ad ęternam memoriam recepti. Pluraque id genus pulcherrimè pertractantur in eo:

### SVMMARIVM.

1 *Producens scripturam fateri videtur cõtenta in ea.*
*Et si falsa sit præsumitur eam falsificari fecisse.* 2.
*Et semel producta fidem facit.* 3.
4 *Scriptura priuata regulariter fidem non facit.*
*Quæcunq; sit, nisi recipiat aliquod somentum, vel suplementum.* 5.
*Etiamsi sit manu Massarij communis sine subscriptione notarij.* 6.
*Nec etiam Princeps statuere potest, quòd scriptura priuata probet.* 7.
*Nisi ex magna causa.* 8.
*Nec ex conuentione partium id fieri potest.* 9.
*Licet aliqui contradicant.* 10.
*Veriusq; sine magis cõiter receptum esse dicant.* 11.
12 *Scripturam priuatam qui produxit dicere potest, quòd fidem non facit non obstante confessione, quæ ex productione colligitur.*
13 *Confessio surgens ex productione scripturæ intelligitur quatenus illa scriptura probat.*
*Rationes adducuntur pulcræ.* 14. 15.
16 *Confessio tacita plus operari nõ dẽt quàm expressa.*
17 *Confessio surgens ex productione non præiudicat in alio Iudicio, quando quis fuit condemnatus in Iudicio productionis.*
*Nec ex illa reprobata per Iudicem surgit aliquis effectus.* 18.
*Et de ratione Abbatis.* 19.
20 *Confessio tacita in vno Iudicio non nocet in alio etiam inter easdem personas.*
21 *Confessio procuratoris in vna causa non nocet domino in alio Iudicio.*

*Quę*

*Quæ sententia communis est.22.*
13 *Scriptura iustificatur ex testibus solis qui viderunt eam scribi.*
*Quæ conclusio communior dicitur.24.*
*Licet duo tantùm subscripserint, quoniam plures ad cautelam interponuntur.25.*
*Nec comparatio videtur necessaria.26.*
*Sed, quòd immo præter testes prædictos necessaria sit comparatio.27.*
*Et est communis.30.*
*Distinctioq; Cornei recitatur.32.*
28 *Dictio etiam denotat vtrumq; requiri.*
29 *Intellectus. §. sed & si quis, in auct. de instrum. fide, & caut.33.*
31 *Comparationis effectus.*
34 *Scriptum incontinenti factum post instrumentum dicitur ei connexum, videturq; ei derogare.*
35 *Contractus diuersus à primo circa idem quando sequitur incontinenti, primus censetur simulatus.*
36 *Nemo præsumitur velle se incontinenti corrigere.*
37 *Pactum resolutiuũ contractus incontinenti positum post contractum informatur ab eo & eum resoluit.*
38 *Scriptum quando præcedens instrumentũ nõ tollat.*
39 *Argumentum à contrario sensu valet, & procedit in contractibus.*
40 *Pactum resolutiuum sub conditione demum locum habet si purificata fuerit conditio.*
41 *Clausula in vno capitulo posita refertur ad omnia,*
*Nisi ratio poßit aßignari, cur magis ad vnum quàm ad aliud referri debeat.42.*
43 *Partes nõ videtur se voluisse incõtinenti corrigere.*
44 *Relatio ad præcedentia fieri non debet, quando induceretur correctio.*
*Fieri verò debet, vt euitetur correctio.45.*
46 *Contrarietas vt euitetur fieri debet interpretatio.*
47 *Titulus licet annulletur dominium non trasfertur.*
*Fallit in pacto legis commissoria.48.*
*Et adiectionis in diem.*
*Modo sit formiter conceptum.49.*
*Et sit appositum in ipso contractu.50.*
51 *Pactum in contractu quando factum dicatur.*
52 *Clausula actũ, in fi. instrumenti denotat rẽ perfectã.*
53 *Scriptum incontinenti factum dicitur quod eodem die, loco & testibus factum fuit.55.*
*Dummodo ea constent.54.*
57 *Iudex primò debet attendere quod est verisimile in cognosenda veritate.*
58 *Verisimilitudo dicitur cognata naturæ.*
59 *Dictio post, denotat interuallum.*
60 *Ignorantia præsumitur in facto alieno.*
61 *Citatus à delegato sine transmißione copiæ delegationis non tenetur comparere.*
62 *Instrumentum facit probationem paratam.*
63 *Testis vnus de veritate rei, & omni exceptione maior facit semiplenam probationem.*
*Et si de facto proprio deponit facit plusquam semiplenam.64.*
65 *Probationes semiplenæ cõiunguntur ad vnam plenã faciendam.70.*
*Licet ex eodemmet teste resultent; sed contra.93. vbi declaratur.*
66 *Testes ad æternam rei memoriam parte non citata recepti faciunt qualemqualem præsumptionem.*
*Sed contra, quòd nec indicium faciunt.95.*
67 *Testes dicentes habere notam manum alicuius semiplenè probant.*
*Sed contra per auctorem post alios.109.*
68 *Præsumptiones duæ simul iunctæ faciunt probationem plenam.*
69 *Quæ non prosunt singula multa iuuant.*
71 *Testis non est idoneus, cui laus, vel oprobrium potest imputari super eo quod dicit.*
72 *Mediator non admittitur in testem.*
*Nisi vtraq; parte volente.73.*
*Et quid de clerico tali.77.78.*
*Si vilis sit, & sperat proxoneticum.74.*
*Quia lex habet eum suspectum.75.*
*Et an iudicis arbitrio stetur.79.*
*Secus si sit prolocutor, & amicabilis compositor.76.*
*Qui non facit exercitium proxonetæ.*
*Sed auctor paßim tenet opinionem primam velut receptam.80.*
*Baldum & Bertrandum taxans.81.*
*Ratione quam subijcit.82.*
82 *Proxoneta præsumitur apetentior, quòd contractus per eum tractatus perficiatur.*
*Idest ambitiosus est.83.*
83 *Verbum appetens vertitur in ambitionem.*
84 *Testes de tractatu non probant.*
*Quia multa tractantur, quæ non perficiuntur.*
85 *Testis quomodo mentiatur.*
*Et si est in vno falsus, in cæteris sibi nõ creditur.86.*
87 *Testis dictũ qui patitur plures defectus anihilatur.*
88 *Testes dicentes factum fuisse scriptum non concludunt, quòd eis præsentibus factum fuerit.*
*Immo fieri debet interpretatio, quòd alter ab altero fuerit absens.89.*
90 *Confeßio præsumitur in absentia facta.*
91 *Testis solus non facit indicium, vbi duo tantùm semiplenam facerent probationem.*
92 *Mutinæ ius ciuile seruatur.*
94 *Testes parte nõ citata nec plenè nec semiplenè probãt*
*Nec indicium quidem.95.*
*Etiam in crimine læsæ maiest.97.*
*Vel vbi solùm de iuregentium proceditur.*
*Vel ex argumentis & præsumptionibus.98.*
*Vel sola facti veritate inspecta.99.*
*Licet Ruinus contra.100.*
*Et Gramma.101.*
*Quia contra communem loquuntur.102.*
*Aut in diuerso casu Ruin à præsenti auctoris.103. 104. & 105.*
96 *Verba nullius momenti excludũt indicium modicũ.*
101 *Testis nõ iuratus facit ĩdiciũ, quod declaratur.102.*
103 *Bartolus in l. admonendi. ff. de iureiur. de testibus contra tertium procedit in antiquis.*
105 *Testis plures defectus patiens non probat.*
106 *Testes ad perpetuam rei memoriam, vt probent, multa requiruntur.*
*Quòd à iudice causæ examinentur*
*Quòd subsit causa mortis, vel absentia testiũ.107.*
*Quòd pars citetur.108.*

*Et index informatus interloquatur eos examinandos esse ad perpetuam memo.*
*Testes deponere debent de proprijs subscriptionibus non aliorum.*
*Et ratio differentiæ subijcitur.* 111.
112 *Testium coniunctio quando fieri non potest declaratur.* 113. 114. 115.
116 *Probationes imperfectæ in sua specie nõ coniungũtur.*
117 *Procurator testis esse non potest pro suo domino.*
118 *Probationes præsumptiuæ non sufficiunt ad tollendum instrumentum.*
119 *Actore non probante reus debet absolui.*
*Reusq́; debet exceptionem suam probare.*

*Auxilium meum à Domino.*

## CONSILIVM. CCIII.

DVBITATVR contra D. Antonium Valentinum Mutinensem super scripto probato, vt dicitur, facto manu condam Marci Meloni Carpensis producto ex ad-
1 uerso per Do. Alphonsum Melonum. † cum enim aliàs D. Antonius illud produxerit contra d. Marcum in diuersa lite, videtur fassus uera fuisse contenta in eo l. prima, §. editiones. ff. de eden. l. cũm precum. C. de lib. ca. Paris. cons. 79. nu. 2. lib. 3. & est originale dictũ Inno. in capitulo cum venerabilis. de exceptionibus, vbi Abb. Imol. Fely. & Dec. latius tradunt, quibus accedit Natta cons. 333. col. 1. & cons. 573. nu. 37. Portius Imol. cons. 102. nu. 34. post Spe. in titulo de instr. edit. §. vidẽdum. ver. itẽ nota. qui dicit, errorem allegari non posse, sed imputandum esse producenti, si melius non conside-
2 rauit, sequitur Alba cons. 59. ad finem † quinimò tam nocet productio producenti, ꝙ si quis produxerit instrumentum falsum, prӕsumitur illud falsificari fecisse, nisi ostẽdat, vel nominet auctorem, vt signanter tenet Iacob. Butriga. & Bal. in l. maiorem. C. ad legem Corneliã de fal. Alex. cons. 77. col. 3. vol. 1. Ias. cons. 168. nu. 3. vol. 4. Ioã. de Ana. in c. ad falsariorum. col. 5. de crimi. falsi. Bossius in tit. de falsis nu. 126. † &
3 vltra prӕdictos adduco Bal. in l. fi. C. de fid. instr. vbi dixit in terminis nostris, ꝙ scriptura semel producta, & in actis copiata fidem facit, ex quo semel fidẽ assumpsit, sequitur Paris de Puteo in tractatu de reassumptione instrumentorũ, Rub. 20. nu. 15. meritò videtur ex prædictis, ꝙ Do. Antonius nõ possit aduersus dictum scriptum niti, nec illud impugnare.
4 † Sed ad hoc respõdetur, ꝙ immo nõ obstante dicta productione potest. D. Antonius dicere, ꝙ dictum scriptum nõ probat, nec fidem facit: quia scriptura priuata regulariter fidem non facit. l. exemplo. C. de probationibus, Doctres in l. nuda. ff. de don. & in cap. scripta. de fid. instr.
5 Soci. cons. 33. & cons. 41. vol. 1. † vbi concludit, ꝙ scriptura priuata non facit fidem quæcũque sit illa, nisi recipiat aliquod fomentum, vel supplementũ, propter quod fiat auctentica, sequit
6 Rol. à Val. cõs. 2. nu. 139. vol. 1. † & hoc adeo verum est, ꝙ fidem non faceret scriptura priuata, etiã si eẽt manu Massarii cõis sine subscriptione Notarii. Bal. in l. Imperator. ff. de sta. ho. Bart. & Alex. ĩ apost. in l. fisco. C. de cõue. fis. deb. lib. 10. Fran. Marci quæst. 203. col. prima, par. secũda.
7 † & adeo scriptura priuata nõ ꝓbat, ꝙ nec Princeps statuere posset, ꝙ priuata scriptura plenè probet. c. secundo, de fi. instr. in verbo non pos-
8 sumus, & ibi not. Ab. & Dec. † nisi ex magna cã, vt ibi ꝑ eos, & Ripa in l. admonendi, nu. 96. ff.
9 de iureiur. † pariq́; modo nec ex conuentione partiũ põt approbari priuata scriptura, ita vt fidẽ faciat, vt not. Inno. in c. cũ P. tabellio, de fid. instr. Bal. in l. Imperator ff. de sta. hom. Bal. Ang. & Cast. in l. pactũ inter hӕredẽ. ff. de pact. Rom. in dicta lege admonẽdi. col. 18. cõs. 204. & seq. col. 1. Cato Sacbus in d. l. admonendi, nu. 60. Ias. in l. nõ est impossibile. col. 1. ff. de pact. & in l. iusiuran. qđ ex conuentione. col. secunda, ff. de iureiur. Crau. in tract de anti. temp. in 4. parte primæ partis nu. 25. Menoch. cons. 1. num. 328.
10 † quamquam pleriq́; non desunt quos cumulat Oratius Mandosius. in addit. Romani cõs. 205. qui contrariũ tenẽt, videlicet, ꝙ pacto fieri possit, quòd stetur scripturæ priuatӕ, & illa probet.
11 † dicens esse verius & magis cõiter receptum, in qua re distinguit vno modo Alex. in l. 1. §. fi. col. 1. ff. de verb. obl. & alio Mars. in rub. C. de prob. nu. 280. quod non examino velut alienũ
12 à proposito nostro, † sed non omitto Decium consi. 612. col. 2. vbi concludit in terminis nostris, eum qui produxit scripturam priuatam posse dicere, quòd fidem non facit nõ obstante confessione, quæ ex productione colligitur.
13 † Secundò respondetur, quòd dicta cõfessio intelligitur facta quatenus scriptura producta probat, ita Bar. in l. post legatum. vers. item contra. ff. de his quibus, vt indi. Innoc. in d. c. cum venerabilis. loquẽs in scriptura nõ authentica producta, quæ si producatur contra, producẽtẽ
14 non nocet ei † ea ratione: quia veritas gestorũ prӕferenda est opinioni. l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. prӕsi. idemq́; tenet Roma. cons. 294. hæc
15 confessio in tertio casu, † vbi pariter alia pulcherima ratione mouet: quia si pars cõfitetur, ꝓut continet in instrumento, verba confitentis intelliguntur prout continetur in instrumento effectualiter. l. 1. §. hæc verba. ff. quod quis. iur. l. penul. §. docere. ff. ne quis eum. sed in instrumento nihil effectualiter continetur, ex quo propter defectum solennitatis nullus effectus probationis inde deducitur, ergo confessio nõ nocet, vt per Bald. in l. 1. C. de erro. aduo. quem citat Romanus. Vnde sic in tacita confessione
16 dicamus, quӕ resultat ex ꝓductione, † ne plus operetur expressa confessio sed eiusdem sit iudicij. l. cum quid. ff. si cer. per. & cum prædictis etiam concordat Alex. consil. 108. col. 3. vol. 5.

consi.

consil. 124. col. secunda, vol. 7. Fely. in dicto c. cum venerab. col. 7. vers. intellige secundo.

17 † Tertiò respondetur, ꝙ ex quo D. Antonius non obstante dicta productione scripti postea fuit condemnatus in iudicio facto cōtra ipsum per dictum Marcum & eius hæredes, vtiq; talis cōfessio ex productione resultans postea reprobata ei non pręiudicat, cum nec expressa tali casu præiudicaret. ita Innoc. in c. mulieri. de iureiur. & Ab. ibi Bar. in l. Papinianus. §. sed nec impubes. ff. de inoff. test. Bal. in l. si qs hoc genus. C. de epis. & cler. Bald. in l. 1. C. de confes. col. pen. Roma. consi. 167. & pulcrius consi. 59.

18 nu. 10. † ubi dicit, ꝙ ex confessione partis sentētia Iudicis reprobata nullus effectus oritur, neq; parti prouenit vtilitas, ibique Mandosius in apostillis citat Abbatē consi. 17. in quæstione Ottonelli. primo dubio, secunda par. in eisdem terminis loquentem sic, vt patet alterum ab altero furtum cōmisisse, quod de Romano magis credit, laico forte: & cum prædictis ēt concordat Alex. in l. magistratib. col. 2. ff. de iur. om. iud. & in l. secunda, C. de eden. Fely. in capitulo causam quę, col. secūda de test. & plenius Natta

19 consi. 38. nu. 7. & cons. 505. † citans rationem Abbatis in d. c. mulieri, ꝙ ex quo Iudex talem confessionem nō recepit, nec pars approbauit, nō pōt pars super illa se fundare, & cogere aliā partem ad obseruantiā. c. ex eo. de reg. iur. in 6. cū similibus per eū, & hoc est quod alibi quoq; uoluit Saly. in l. iubemus. C. de lib. ca. & Ias. in l. qui Romæ. §. cohęredes. ff. de uerb. obli. quos non allegat Natta, sed benè Hyero. Albanus consil. 7. num. 7.

† Quartò respondetur, ꝙ dicta productio nō

20 debet nocere D. Antonio: quia confessio, quæ ex illa colligitur est tacita & ficta, quo stante resultat conclusio, ꝙ confessio ficta seu tacita in uno iudicio non nocet in alio ēt inter easdē personas, vt tradit Bart. in l. eius qui delatorem in fi. ff. de iu. fis. Bal. in l. 2. col. fi. C. de eden. ubi ēt Alex. & Dec. col. pen. Corn. consil. 42. vol. 2. Fely. in c. causam, quæ, primo col. 3. de testi.

21 † Sed accedit quinto loco, posito, ꝙ esset expressa, ꝙ emanauit à procuratore tunc D. Antonii, qui dictum scriptum produxit. Vnde sequitur, ꝙ talis confessio procuratoris in una causa non debet nocere domino in alia causa, vt voluit Compostell. & Ioan. Andr. in c. per inquisi-

22 tionem, de electi. † vbi dicit Abbas esse cōem, sequitur Alex. in addi. Bar. in l. certam §. an ipsos. ff. de confes. Corn. cōsi. 144. vol. 4. Albanus in d. consil. 7. nu. 9. & sic pluribus modis cessat hoc primum dubium.

23 † Secundò dubitatur, ex alio standū esse huic scripto; quia reperitur in processu iustificatum per testes subscriptos, qui deponūt vidisse illud scribi per dictum Marcum, ex quibus solis resultat plena probatio, vt tenet Hosti. Ioan. And. & Imol. in c. secundo, de fid. instrumen. Imol. & Roma. in l. nuda. ff. de don. Alex. in d. l. admonendi. nume. 31. circa medium Cato Sachus, nu. 63. Curt. Iun. num. 35. versi. 2. casus, Ias. in

24 repet. nu. 89. † vbi dicit, quòd ista pars est communior, eamque tenet insuper Alex. cons. 181. col. 2. vol. secundo, & Ruin. consil. 46. nume. 9. & 14. vol. 4. & licet duo tantùm testes subscripti fuerint scripto, tamen sufficere debent, vt voluit Fulg. quem simpliciter sequitur Alex. in dicta lege admonendi. per §. si quis igitur, in authen. de instru. caut. & fid. dum dicit Imperator, quòd non intendit arctare facultatem

25 probandi, ergo duo sufficiunt, † Et quamuis in alia parte videatur dicere contrarium, tamē, loquitur ad cautelam, vt patet in verbo, cautè, & est de mente Imolę in dicta l. nuda, & aliorū, de quibus supra, qui dicunt, quòd soli testes

26 sine comparatione sufficiunt. † Vnde sicut hoc vltimo casu arctaretur facultas probādi, si comparatio requireretur, pariter & in superiori restringeretur, si tres testes requirerentur, meritò pariter vtroque casu idem dici debet, sicq; comparationem necessariam nō esse, & duos testes sufficere, ita Ruin. pulcrè concludit in d. consi. 46. num. 14. vol. 4.

27 † Sed super his est diligentius cōsiderandū, nam præter testes requiritur etiā comparatio: nec enim soli testes deponentes, ꝙ viderunt scribere plenè probant, ita Bart. in dicta l. nuda. in auth. & si contractus. C. de fid. instr. in l. scripturas. C. qui pot. in pign. hab. & in d. lege admonendi. quo loco tenet idem Cacialup. post dominū suum nu. 45. per text. in §. sed etsi quis in authētico de instr. caut. & fid. quam latè ponderat Aret. idem tenens cons. 64. col. 4. Primò, dum superius in §. si quis igitur, dicitur, vt non in sola scriptura & eius examinatione, idest cō paratione pendeamus, sed sit iudicantibus etiā

28 testium solatium, † quæ dictio implicatiua demonstrat vtrumque requiri, deinde clarius in d. §. sed & si quis, subiicitur, fidē causa ex vtroque percipiat, idest ex testibus & comparatione, quòd etiam statim declaratur subiiciendo etiam, literarum examinatione penitus non expulsa, meritò patet, ꝙ illa requiritur secun-

29 dùm Aret. † qui concludit, ꝙ hæc est veritas, & mens illius text. & cum pṛedictis etiā tenet Cor. cōs. 169. col. 3. vol. 1. cons. 58. col. 2. vol. 3.

30 Ripa in d. l. admonēdi. nu. 107. † qui dicit opi. Bartoli cōiter esse receptam. Calcan. cons. 29. col. fi. decis. Neap. 181. Rui. sibi cōtrarius cons. 79. col. 2. vol. 4. Bertran. cons. 32. in fi. vol. 2. ex quibus apparet longè plures esse pro hac parte quàm deductos in dubio pro contraria parte.

31 † nec immerito præter testes, etiam cōparatio desideratur, cum per eam veritas probationis depræhēdatur. l. comparationes C. de fid. instr. Bart. & Angel. in auct. de fid. instr. Port. Imol.

32 consil. 4. nu. 56. † Vel ad tollendum omnem difficultatem recurri potest ad distinctionem Cornei in allegato consil. 58. dictis, quòd ubi testes deponunt tātùm fuisse præsentes scripto

& vidisse illud scribere, & tunc procedit opin. Bartoli & sequacium. Aut etiam deponunt de tenore & contentis in ipso scripto, & tunc procedit altera opi. quam distinctionem probat ēt Dec. in c. 2. nu. 7. de fid. instr. Cacial. in d. l. admonendi, post dominum suum num. 45. quem puto fuisse Corneum, & Curtius Senior ibidē nu. 87. versus finē. Et secundū hanc distinctionē (meo iudicio) procedit, & intelligendus uenit tex. in d. §. si quis igit, à Fulg. & Alex. & Ruino,
33 de quibus supra ponderatus. † nam loquendo de testibus & comparatione necessaria subdit: etenim tales testificationes suscipimus, quę dicant, ꝙ his præsentibus subscripsit, qui documētum fecit, & hunc nouerunt; loquitur enim de testibus deponentibus de pręsentia sua, quādo scriptura facta fuit, non aūt de illius tenore, & dum subdit Imperator; neque enim, vt abreuiemus probationes, ponimus legem, voluit intelligere de testibus probantibus tenorem cōtractus, quā probationē nō intendit abreuiare sed in sua ui remanere, vt duo sufficiant eo casu l. vbi numerus ff. de testi. sed ut ēt eas esse, hoc est firmas remanere, & vt cautè esse faciamus illas, quę de pręsentia sua loquūtur, videlicet iuncta comparatione, & hic est verus (mea quidē sententia) sensus illius textus. Sed in casu nostro si testes inspiciantur, non exprimunt quid cōuentum fuerit aut scriptum, sed tantum ad ipsum scriptum se referūt, ergo necessaria quoq; fuit comparatio, quæ tamen non interuenit.
34 † Tertiò præsupposito, quòd dictum scriptum de iure iustificetur, dubitatur ꝑ illud derogatū esse instrumento dationis in solutum domus inter Marcum & D. Alfonsum celebratū quatenus scriptum reperitur cōtrariū dicto instrumento; qa cum incontinenti sit factum post instrumētum, hoc est eodem die, loco & testibus præsentibus, dicitur connexū primo cōtractui dicti instrumēti, eiq; derogat, ita quòd nullū ius D. Alfonso ex primo instrumento & cōtractu fuit quæsitum, iuxta decisionem Baldi in l. pen. §. mulier. ff. sol. mat. in l. legem. col. 1. C. de pact. & ibi Ias. in fi. Rui. cons. 42. nu. 28. vol. 1. &
35 Corn. latius cons. 36. vol. 2. † vbi dicunt, quòd quando vnus contractus circa idem sequitur incontinēti post alterum diuersus à primo, primus cēsetur simulatus, argumento l. si ventri. §. in bonis. ff. de priui. cred. & incontinenti sequi dicitur, quādo fit eodem die, loco & coram eis-
36 dem testibus. † hoc confirmat Ruin. allegata ratione: quia nemo præsumitur, velle incontinenti se corrigere. l. non ad ea ff. de cōdi. & demons. ideo potius præsumendum est, quòd tpe primi cōtractus, & ab initio actum sit inter partes, quòd pacta quibus reperietur in sequenti contractu derrogatum vsque ab initio non haberent effectum, & quòd fuerint simulatè con-
37 cepta. † Comprobatur ēt, nam pactum resolutiuum contractus appositum incontinēti post contractum informatur ab ipso contractu, ita quòd prodest ad resolutionē contractus l. sed Celsus §. si fundus. ff. de contra. emp. l. si conuenerit. ff. de rescin. vend. per quæ iura sic tradit Io. de Monte spere. in l. lecta. ff. si cer. pet. Et ibi refert Soc. col. fi. Ias. nu. 24. & in l. legata inutiliter, nu. 7. ff. de leg. primò, & in l. petens. nu. 14. C. de pac. Cacialup. in tractatu de pac. quæst. 2. col. secunda, cum similibus:
38 † Sed istis non attentis contrarium dico, videlicet quòd immo ex dicto scripto instrumētum prædictum dationis insolutum non sit sublatum: qm̄ in scripto dicitur conuentum esse (che non obstante la detta consegnatione ogni rasone che competesse à don Alphonso gli sia salua, ogni volta che se gli satisfacesse al termino che si contiene nel detto instrumēto del credito) pondero, ꝙ dicta reseruatio iurium facta fuit sub conditione, ubi Marcus soluerit illud creditum D. Alfonso in dicto termino, ergo à contrario sensu sumitur argumentum, ꝙ si Marcus non soluet in termino, ius crediti nō remaneat saluum D. Alphōso, & subinde quòd
39 subsistat consignatio † Quod argumentum in cōtractibus procedit. Rom. in cōs. 399. & ibidē confirmat in addi. Horatius Mandosius post Cur. Seni. cons. 16. num. 13. & consil. 54. nu. 12. Gratum respon. 104. vol. secundo, Rubeū. cons. 138. nu. 5. idemq; tenet Ias. in l. prima, ff. de officius. & ibi Dec. nu. 48. & post eos ego nu. 395. sicut ēt post dominū meum Rim. cons. 277. nu. 19. decis. Neapol. 298. col. secunda, & alios ple-
40 rosque per me cumulatos, † & ꝙ pactū resolutiuū sub conditione ita demum locum habeat si purificata fuerit conditio & non aliàs, tradit Dec. cons. 187. col. prima, sed non apparet Marcum soluisse in termino, nec satisfecisse. Dom. Alphonso, ergo datio in solutum subsistit, & ius crediti non remanet saluum. D. Alphonso.

Nec obstat dum in scripto subiungitur (perche siamo stati in concordia, & cosi è la intention de l'una, & de l'altra parte, che la detta cōsignatione sia per non fatta) quasi, ꝙ ex dictis verbis videat simpliciter derogari & annullari
41 dicta consignatio † quoniā eadem cōditio de qua supra, subintelligitur, scilicet si soluerit in termino instrumenti creditū suū D. Alphonso: qm̄ clausula posita in vno capitulo generaliter ad omnia referri dēt l. talis scriptura. §. fi. ff. de leg. primò, l. prima, C. de lib. & post. c. secundò
42 requiris. de app. † quod clarè procedit quādo ratio non potest assignari, quare magis ad vnū capitulum referri debeat quàm ad aliud, secundùm Bart. Bald. & Dec. in locis prædictis, id-
43 que in casu nostro procedit, † immo fortius militat ratio, quòd dicta conditio intelligatur repetita, ne videātur partes incontinenti se voluisse corrigere, cōtra l. non ad ea. ff. de cond. &
44 † demons. sicut em̄ relatio cessare dēt quādo si fieret induceret correctio. glo. ī l. si idē. §. fi. ff. de iur. om. iud. Bal. consi. 357. vol. 4. Alex. consi. 48. col. 4. vol. primo. Dec. consil. 195. colum. 4.

Ias.

Iaſ.in l. talis ſcriptura. nume. 39. ff.de leg. 1.
Rub.conſi.49. colum.fi. D.meus Rim.conſ.56.
45 nu.12.† econuerſo dēt habere locum relatio,
vt euitetur correctio per eam, vt contrariorum
ſit eadem diſciplina.l. fin.§. contra quoque.ff.
46 de leg.3. † tantoque magis quoniam quælibet
diſpoſitio ſic eſt interpretāda, vt excludatur re-
pugnantia ſiue contrarietas. c.inter dilectos.§.
cęterum.de fid.inſtrum.latè Dec.in l.pacta no-
uiſsima.C.de pactis,col.ſecūda,in l.fi.nu.1.& 2.
C.de eden.& in l.vbi repugnātia.ff.de reg.iur.
47 † Secundò principaliter aduerti debet, ꝙ
per verba dicti ſcripti non reſultabat, ꝙ domi-
nium translatum in dictum Alphōſum virtute
conſignationis dicatur eſſe retranslatū in Mar
cum, quia etiam quòd titulus anulletur, do-
minium tamen translatum non transfertur, vt
gloſ.ponit, Bal. Caſtr. & alii.in l.1. ff.ſol matr.
poſt D.Macagna.col.3.in l.cum mulier,col.10.
verſ. in contratium. eo. titulo. & ibi ſeqnitur
Alex.col.pen.& conſ.199.in prin.uol.6. Aret.
in rub.inſt.de excep.col.18.verſ.ſecundò quæ-
ro, Bar.in l.ſi ita quis.§.ea lege. ff.de uer.ob.&
48 poſt eum Iaſ.nu.40.† Speciale eſt enim dunta-
xat in pacto legis commiſſoriæ, & adiectionis
in diem, in aliis verò ſecus; quia reſoluto con-
tractu non retransfertur dominium, gloſ.Bart.
& Imol.in l.1.ff.de don.Alex.conſi.10.& conſ.
92.volu.primo, Cur. Sen. conſil.12.Iaſ.in l.ab
emptione.col.3.ff.de pactis, Ruin.latè cōſi.32.
vol.primo, latè Cagnolus in l.ſecunda nu.133.
C.de pac. int. emp. & vend.aliique plures cu-
mulati per Tiraquel. de retrac. in titu. de retr.
conuent.§.1.glo.7.nu.16.meritò quia non ſu-
mus hic in pacto adiectionis in diem, legiſuè
49 commiſſoriæ, † oportet enim, quòd formiter
ſit conceptum, ideſt ſecundùm formam traditā
à lege in pacto l.commiſſoriæ, & in diem adie-
ctionis, vt inquit Angel.in l.ſecunda, C.de pac.
int.emp.& Alex.in dicto conſi.10.col.fin.quod
nō eſt hic, ſi videatur ſcriptū, iuncta l.1.ſecūda
& quarta, ff.de l. cōmiſ.& l. prima, ff.de adiec.
in di.ſequitur, quòd pactum huius ſcripti non
poteſt operari translationem dominii domus
datæ in ſolutum D. Alphonſo in dictum Mar-
cum, meritò adhuc durat ſolutio facta dicto
50 Alphonſo non obſtante dicto pacto. † Quin
immo etiam in dictis pactis legis commiſſorię,
vel adiectionis in diem non reſultat effectus
trāſlationis dominii, niſi ſint appoſita in ipſo
contractu, & ſic antequam ſit acquiſitum ius ex
contractu, ſecus autem ſi poſt, vt eſt gloſ.in
d.l.ab emptione, in ver.cogitur, quam doctores
ſequuntur Bal.& Saly. In l.traditionibus. C.de
pact.& Bald.in l.ſecūda, C.communia de lega.
51 † dicitúrque factum in contractu, quod eſt fa-
ctum antequàm contractus ſit abſolutus à par-
tibus, l.contractus, C.de fid.inſtru.Sed quando
per notarium coram partibus & teſtibus le-
ctum & publicatum eſt inſtrumentum, & par-
tes ita conſenſerint, vtique contractus dicitur
abſolutus, vt not.gloſ.in d.l.contractus, Saly.in
l.in bonæfidei. C.de pact. cum aliis per Alex.
qui ſic iſta declarat.in d.conſi.10. col.fi.verſic.
quintò confirmatur, ex quibus apparet tanto
minus hic retranslationi dominii locum eſſe
poſſe; quia tale pactum non fuit poſitum in di-
cto inſtrumento dationis inſolutum, ſed extra
in ſcripto, abſoluto prius dicto contractu datio
52 nis inſolutum, † vt apertè denotant verba il-
lius inſtrumenti ibi, actū Mutinę, cum ſequen-
tibus, quæ rem perfectam, & contractum abſo-
lutum ſignificant. Bal.in authentica quod ſine.
C.de teſta.Caſtr.in l.ſi is qui.ff.eo.& conſ.306.
ad primum quęſitum.col.1.vol.2.Card.cōſ.133.
col.2.in princ.Alex.conſi.14.in fin.vol.6.Ruin.
conſi.159.nu.11.vol.4.Iaſ. conſil.8.col.prima,
vol.3. Soc.conſil.142. col.1.vol.1. Menochius
conſi.48.num.3.
53 † Nec obſtat dum dicitur, hoc ſcriptum fuiſ-
ſe factum incontinenti; quia eodem die, loco,
& teſtibus, ergo videtur ineſſe, & inſtrumento
54 derogat; quia aduerti debet, † quòd etiam
conſtare debet, quòd eodem tempore quid ſit
factum, ad hoc, vt dicatur incontinenti factum,
ita ſignanter loquitur Bald.in d.l. legem. Aret.
in l.in bonæfidei, col.ſecūda, ibi, aut dubitatur.
C.de pact.Dec.conſi.544.nu.19.Ruin.in dicto
conſil.42.nu.28. & pulcrè Cagnol.in l.lecta, ff.
55 ſi cer.pet.n.154.cū ſequenti, † vbi declarando
illam opi. ꝙ pactum dicatur incontinenti appo
ſitum anteꝗ̄ partes diuertiſſent ad extraneos
actus, licet lectus ſit contractus, exemplificat,
quando eodem loco & tpe & coram eiſdem te
ſtibus fuit factum, at hic non apparet, ꝙ eodem
tpe interceſſerit hoc ſcriptum, licet de die &
loco forſan conſtaret. Quinimmo fortius ſaltē
præſumptiuè cōſtat contrarium; qm̄ ille Seba-
ſtianus vnus ex teſtibus inſtrumētariis non fuit
pręſens dicto ſcripto, & ſic poſt eius diſceſſum
manauit ſcriptum: ergo dat intelligi hoc factū
poſt diuerſionē ad alios actus, aliàs ſi ante, veri-
ſimiliter & dictus Sebaſtianus interueniſſet,
56 † & iſta veriſimilitudo multum dēt in materia
probationis attendi, iuxta doctrinam Bal. in l.
ſcripturę.C.de fid.inſtr. quē refert & ſequitur
Cur.Iun.cōſ.202.nu.15.conſ.241.nu.16.& 19.
& cōſ.319.nu.14.dominus meus Rim. cōſ.156.
nu.14.& ibidem in apoſtillis dixi, & conſ.471.
57 nu.101.† immo iudex in depręhēdēda verita-
te dēt in primis attendere, qđ eſt veriſimile, vt
inquit Aret.conſ.60.col.ſecunda, quem refert
58 Crau.conſil.61. num. 9.† nam veriſimilitudo
dicit̄ eſſe cognata naturæ, Bal.cōſ.180.mortuo
filio, vol.3. & adeo potens, ꝙ habetur pro lege.
Oldr.cōſ.15.cum quæſt.in fi. Secundò, quoniā
Vignola ſup ſcripto examinatus, dicit, ꝙ eodē
die & poſt celebrationē dicti inſtrumēti Mar-
cus, & Alphonſus fecerūt inſimul cōpoſitionē:
59 † illa eñ dictio poſt, in dubio denotat interual
lum, vt per illum tex. benè ponderat D.meus
Rimi.in l. petens.pen.not. C. de pac.ſi ergo ſic

inteligendo Vignolam, quòd post scilicet ex intervallo fuit facta cōpositio, sequitur quòd nō in continenti, sicq; dubiū cessat omnino. Et stāte ex prędictis instrumento dationis insolutū in suo robore, nō obstante scripto, sequit̄ dominū Alphonsum malè agere cōtra dominum Antonium, cum ex datione insolutū sit satisfactus.

Venio nunc ad reconuentionem ipsius Do. Antonii, in qua repetit lib. 607. per errorem solutas do. Alphonso. cum enim ignorauerit dictum cōtractum dationis insolutum factum de dicta domo inter dominum Marcum & D.
60 Alphonsum, † prout præsumitur ingnorantia in facto alieno. iux. not. in l. 1. ff. de cōdictione indebit. l. fi. ff. pro suo, unde Bart. in l. ex quacū
61 que. ff. si quis in ius voc. † dicit, citatū à delegato nō trāsmissa copia delegationis non teneri comparere, cum probabilis sit eius ignorantia delegationis: sequitur dominus meus Rimin. cons. 270. nu. 27. repetioni locus esse debet. quia soluit ut creditori vero dicti Marci, cum non esset, eiusque intentio fundatur in instru
62 mento solutionis dictarū pecuniarum, † quod facit probationem probatam. iux. not. per Cy. & doct. in l. prima C. de prob. Soci. cōs. 89. Ias. & alii in l. prima ff. de oper. no. nunc. Dec. consil. 36. cum simil. quæ sunt notissima. Verū quia pro parte D. Alphōsi producitur quoddā scriptum priuatum, quod dicit fuisse factū manu propria domini Antonii, per quod annullatur instrumentum solutionis, & ab eo receditur cum expressa confessione Do. Antonii, quòd sibi fuerunt restitutæ pecuniæ; videndum est an dictum scriptum sit de iure iustificatum: quoniam dominus Antonius negat illud fecisse, & manu sua unquam scripsisse. Et in hoc puncto dubitatur contra ipsum D. Antonium: quoniam reperitur examinatus in primis Do. Franciscus Capellina deponens fuisse requisitum à Dom. Antonio, vt rogaret D. Alphonsum, quòd eidem domino Antonio vellet facere instrumētū absolutionis; quia ipse postea sibi faceret vnum scriptum priuatum, in quo discederet à dicto instrumento, subiungitque de hoc rogasse dictum Alphonsum ex parte domini Antonii, qui id facere promisit, & sic precibus ipsius testis remanserunt concordes de faciendo dictum instrumentum & scriptum in præsentia sua, & illicò iuerunt ad notarium, & deinde ambo eidem dixerunt fecisse instru
63 mentum & scriptum modo quo supra; † hic enim testis facit semiplenam probationem, quatenus deponit de veritate rei, cum sit omni exceptione maior; quia tunc erat Vicarius terræ Plebis, iuxta not. per Bar. & omnes in l. ad
64 monēdi. ff. de iureiur. † immo plusquàm semiplenam; quia deponit de facto suo, iuxta not. per Paul. de Cast. in l. quicunque. C. de ser. fug. in fi. cū aliis per Dec. consi. 342. quatenus verò deponit de confessione partium præsentium sibi facta de instrumento & scripto celebratis,
65 facit aliam semiplenam probationem; † Quæ ambę semiplenę probationes simul coniunguntur ad faciendum vnam plenam probationem, licet ex vno & eodemmet teste resultent, cum super diuersis capitulis tendāt, iuxta decisionē Bald. in l. Gallus. §. ille casus. ff. de lib. & posth. quem Ias. Soci. & Claud. Aquens. sequūtur ibi, illum saluantem ab obiectis Alexandri, idemq; sequitur Paris. consi. 57. num. 22. cum sequent. vol. 1. & Ruin. consi. 46. num. 11. vol. 4. ubi concludunt, quòd vnus testis de ueritate & confessione parte præsente pariter plenam probationem debet inducere.
66 † Fortificatur & secundò, hæc conclusio, dato quòd dictus Capellina semiplenè tantùm probaret; quoniam examinati sunt duo testes aliàs ad ęternam rei memoriam subscripti dicto scripto, deponentes illud fuisse scriptum manu D. Antonii ipsis præsentibus, & videntibus, qui licet videantur nulliter recepti ob defectum citationis, qualemqualem tamen faciunt præsumptionē, ut in terminis probat Ruin. cōsi. 46.
67 nu. 10. uol. 4. † Itē concurrunt plures alii testes examinati super recognitione subscriptionum dictorum duorum testium, dicentes eas esse manu illorum; quia habent notas eorum literas, & manum, qui licet non deponant uidisse fieri per eos dictas subscriptiones, semiplenè tamen probant, ut latè tenet idem Ruin. in d. cons. 46. nu. 9. qui testes examinati ad ęternā rei memoriam licet parte non citata de ueritate scripti, & alii super recognitione dictarum subscriptionum iuncti cum dicto Capellinæ deponētis de ueritate scripti plenam probationem faciunt, probātque dictum scriptum esse manu præfati Do. Antonii, ut latissimè deducit in terminis Ruin. in d. consi. 46. nu. 10. & sequenti per totū:
68 † sic etiā uidemus, duas præsumptiones simul iunctas unam probationem facere, glo. in l. instrumenta. C. de probat. & in c. cum dilectus, de success. ab intest. Calcan. cōsil. 8. col. 5. Crau. cōs. 143. nu. 12. ulterius accedit alius testis, 6. in ordine, deponēs se allocutum fuisse D. Antoniū ex parte D. Alphonsi de eius credito, qui sibi respōdit (sel se acquietasse mastro Marco Melono, lui satisfarebbe dō Alphōso) ergo præsuponebat eius creditū durare, & solutionem dictarum pecuniarum, de qua in dicto instrumento,
69 fuisse sublatam ex dicto scripto. † qui testis corroborat aliqualiter ꝓbationes supradictas simul eis unitas, iuxta uulgare dictū, quòd quæ non prosunt singula multa iuuant l. excusantur in princ. & ibi glos. concordantes allegat. ff. de excusa. tut. Corn. consil. 101. in fi. uol. secundo, Paris. consi. 17. in fin. uolum. 4. Luchin. de Cur. cons. 61. nu. 11. Francis. Mar. de Plot. consil. 67. nu. 22. & Antonius Galea. Maluaticus cōs. 110.
70 nu. 7. primo Tomo crimi. † & notant abundè doctores in c. cum causam. de probat. maximè Dec. dicētes, quòd plures imperfectę probationes coniungunt̄ ad vnā plenā probationē faciēdā.

Istis

Istis tamen non obstantibus sustineri pôt intentio D. Antonii ex dicto instrumēto solutionis, quod eã probat, vt supra dixi. Nec obstant dubia superiora: quia sigillatim respondendo
71 ad vnumquodque, † circa primum dico, quòd ille Capellina quatenus deponit de facto suo: quia rogatus rogauit, non est idoneus testis, cum laus, vel oprobrium ipsi posset euenire super eo quod dicit, iuxta decis. Spec. in titul. de test. §. 1. versic. sed pone, & tradit Alex. in Vicario loquens, prout erat iste, consil. 85. col. pen. uol. secundo, & in alio officiali, Abb. consil. 16. col. fi. uol. primo, Curt. Iun. cons. 165. col. pen. Ias. in l. sanum. C. de transact. Natta consi. 609. num. 46. Dec. consi. 463. num. 11. Cephal. cons. 65. num. 23. Senatus Pedemontanus decis. 79. nu. 40. Celsus Vgo cōs. primo nu. 38. Probatur assumptū, nã deponit, quòd ipse testis promisit domino Alphonso, quòd D. Antonius faceret ei scriptum priuatum: quia ergo si dictus Antonius faceret scriptum posset sibi sequi laus, si verò non faceret scriptum D. Antonius ipsi testi sequeretur oprobrium nō adimplendo pro-
72 missa, meritò fides ei non est danda. † Secundò patitur alium defectum: facit enim se mediatorem inter D. Antonium & D. Alphonsum: quia rogatus ab vno dicit aliū rogasse, & quòd
73 eius præcibus remanserunt in concordia: † fuit ergo mediator compositionis huius instrumenti & scripti, ergo non est idoneus, nisi vtraque parte volente, etiam si non recipiat salarium, vt latè tradit, & dicit esse communē Alex. cōs. 13. col. 5. vol. 1. consil. 127. vol. secundo, cons. 18. col. 5. vol. 4. consi. 167. volum. 6. Corn. cons. 81. vol. 9. Cassa. cons. 18. nu. 11.
74 † Benè verum est, q Bal. cons. 216. videndum est primò de testibus, col. 2. vol. 2. in anti. & Bertran. cons. 225. vol. 3. nouissimorum dixerunt, proxenetas, siue mediatores communiter esse viles homines, & qui sperāt proxeneticū vnde
75 percipitur commodum, † quapropter ex his lex habet eos suspectos, nisi producantur de cō sensu eiusdem partis c. 1. de testi. in 6. & officiū sordidū habere dicuntur, glo. in l. fi. ff. de proxe.
76 sed † secus est in his, qui non sunt huius professionis, licet sint prolocutores & amicabiles tractatores. l. si de meis. §. recepisse. ff. de arb. vnde si forte casualiter interfuerunt contractui, & pro eius impleméto partes adiuuarunt, aut ad eorum tractatum partes transigerunt, & suas differentias composuerunt, nō possunt propriè dici proxenetæ, nec repelli debent, vel in toto, vel in tanto à testimonio, sed in dubio repu-
77 tari debent omni exceptione maiores. † Quin in proxeneta dixit Alex. consil. 43. numero 4. vol. 7. ex qualitate fidem augeri, veluti quia
78 sit clericus seu sacerdos, † cum tales testes sint maioris fidei, & eorum testimonium cęteris paribus præferatur testimonio laicorum. Butr. in c. secundo, de elect. Ang. in auten. de testi. ad
79 fi. prin. Abb. in c. ad nostrã. de prob. † demumq; pariter Alex. cōs. 127. col. fi. vol. 7. post Ab. in c. dilectorū. de testi. cogn. declarando cōclusionē doctorū de qua supra, quòd mediator deponere non possit altera parte contradicente, eam intellexit quò ad plenam fidem, at secus quò ad fidem Iudicis arbitrio, qui considerabit ex circunstantiis, qualitate personæ, & causæ quanta fides ei præstari debeat.
80 † Sed tamen à recepta doctorum sententia recedendum non puto; quoniam Alex. in allegato cons. 85. col. pen. vol. 2. loquit in Vicario. Abb. in cons. 16. col. fi. in prima par. in officiali, diuerso. Dec. in cons. 463. in quodã magnifico Domino Iacobo Saluiato viro magnæ auctoritatis, Celsus Vgo in d. cons. 1. nu. 38. in duobus Secretariis Illustrissimi cuiusdam Ducis, qui singuli nec erant viles homines, sed graues, & nobiles, nec anhellabant ad aliquod proxeneticum, nec officio proxenetarum incumbebant,
81 † & tamen concludunt eos inuita parte nō admitti in testes, igitur ex eis impugnantur, & Bald. & Bertran. tantoq; magis attenta ratione Doctorū post glos. in §. quoniam, in authético de testi. vt refert Alex. consil. 13. col. 5. vol. 1. &
82 cons. 85. col. penul. vol. 2. † quia verisimile est, quòd optet proxeneta perfici, & firmitatem habere quod tractauit, & in quo perficiendo laborauit: hæc enim ratio militat quicunque sit ēt nobilis, & graduatus, vt quæ fieri procurauit firma sint, & seruētur honoris sui gratia, cuius immodici appetētior est, vt describit Egidius, lib. 1. de regi. princ. par. 3. Guil. Benedi. in c. Ray-
83 nutius, glos. 1. de testa. † & Tiraquel. in tracta. de nobili c. 23. qui verbum appetentior in ambitiosiorem vertit, post Georgiū Trapesuntiū, & quicquid de Clerico, vel Sacerdote dixerit Alex. in d. cos. 43. uol. 7. nos uersamur in laico, nec ad arbitrium Iudicis reuerti potest ex circunstantiis in casu nostro, quo magis huius Capellinæ fides augeatur, sed potius, vt funditus prosternatur: quoniã præter duos memoratos defectus, q de laude sua, vel oprobrio tractat,
84 & quòd fuit mediator, † tertius concurrit, quòd deponit de quodam tractatu, ex quo non probatur conclusio; quia multa tractantur, quę non fiunt, Bald. in l. cum allegas. C. de vsur. Alexander in dicto consil. 13. col. penul. dicto
85 cōs. 18. col. 6. † Quartò, quia deponit de instrumento absolutionis faciēdo per dictū Alphonsum Do. Antonio, sine aliqua solutione pecuniarum, vocando dumtaxat se satisfactum à domino Antonio, & tamen instrumentum absolutionis aliter cantat, videlicet nedum de confessione dicti Alphonsi, sed etiam de uera & actuali numeratione pecuniarum ei facta, ex quo instrumento apparet testem mentiri, &
86 de falso reprobari, † cumque in hoc reprobetur in aliis etiam sibi non creditur, Innoc. in capit. fraternitatis. de hæret. Alex. cons. 27. col. 2. uol. 2. cum aliis per Dec. cons. 105. colum. 4. in fin.
87 Crauc. cons. 6. col. 4. † igitur cum tot defectus patiatur,

patiatur, sequitur dictũ suum annihilari: sicut
enim plura adminicula ampliant probationẽ,
ita plures defectus eã anihilant, & destruunt,
vt ponit Soci.cons.118.col.antep. vers.postre-
mò.uol.primo. Mars.singul.385.Grat.respons.
59.num.41.uol.2.Gramma.consi.45.num.22.
Rol.à Valle consi.24.nu.61.uol.1. Cephal.cõs.
65.nu.27. minus etiã probat quatenus depo-
nit de prædicta confessione: licet enim dicat,
quòd deinde ambo sibi dixerunt fecisse dictum
instrumentum & scriptum, nõ tamen infertur,
quòd fuerint præsentes, & aliter dixisse potuit
88 in absentia alterius: † ergo non concludit
amborum præsentiam.l.non hoc C. vnde legi.
89 † immo fieri debet interpretatio contra pro-
ducentem, quòd alter ab altero fuerit tunc ab-
sens.l.inter stipulantem.ff.de uerb.oblig.Alex.
90 cons.19.uol.4.† cumq; talis confessio pariter
in absentia sicut in præsentia fieri potuerit, in
dubio præsumitur absentia, ex quo testis non
dicit ambos præsentes id dixisse.iuxta not.per
Castr.& Aret.in l.Titia.§.pen.ff.de uerb.oblig.
Castren.in l.illud.C.de sacr.sanct.eccles.Ruin.
91 cons.154.nu.11.uol.5. † quo sic stante talis te-
stis nõ facit indicium, cum solus deponat, nam
si duo essent, facerent solùm semiplenam proba-
tionem, ita tenet Alex.cons.13. col.pen.in fin.
uol.1.consil.18. uol.4.cons.59.uolum.5.decis.
92 Neapol.364.nu.4. † maximè verò, ꝙ Mutinæ
ius ciuile seruari dẽt, uelut Imperii ciuitate,
& ab eo recognita, vt testatur Socin.cons 28.in
princ.uol.3.vnde cessant, quæ dicit Fel. in c.si
cautio.de fid.instr.de cõfessione absente parte
secundùm terminos iuris canonici. Et ex præ-
dictis dubium primum corruit: cum enim nec
in primo nec in secundo dicto semiplenè ꝓbet
cessat coniunctio de duabus semiplenis proba-
93 tionibus resultantibus in eodem teste.† Præte-
rea Bal. in dicto. §.ille casus, loquitur quando
vnus testis deponit de veritate, idemque vnà
cum alio de fama.ita quòd ipse solus nõ adim-
plet plenam probationẽ, prout in casu nostro
arguit, & quo casu Bal. non loquitur nec eo ca
su Alex.Ias.Soc.Aquens.& Paris.admittunt de
cisionem Baldi vt per eos.

94 †Ad secundum verò de testibus examinatis
ad ęternã rei memoriã, qui faciũt præsumptio
nẽ, licet parte non citata, respondetur, Regulã
esse, quòd testes qui iurarunt parte non citata
nõ probant nec plenè, nec semiplenè l.si quan-
do C. de test.c. secundo, eo.titulo, tradit Imol.
consil.137.Roma.consil.192. colum. prima.&
ibi Horatius Mandosius in addi.alios adducit
Alex. consi.24.in fi. uol.4.Aret.consi.163.col.
95 secunda, Cur.consi.62.col.3. †adeo quòd etiã
non faciunt indicium, Bart. in l. maritus, & in
l.fin.in fin.ff.de quæstio. Abb. Imol. & Fely.in
dicto.c.secundo, per illum tex.in uerbo nullius
96 momenti, † quæ verba excludũt indicium ẽt
modicũ. Fely.in c. cũ dilecti. de acus.Aret. de
malef. in ver.fama publica, versiculo quæro,
quælibet.Mars.consi.8.cons.35. consi.59. cum
similibus, quos latè congerit Senatus Pedemõ
97 tanus decis.79.nu.18.† vbi citat Marsilium in
l.1.ff. de quæst. qui loquitur in crimine maie-
statis lęsę, Felynum in dicto c.secundo, qui lo-
quitur in causa expedienda iuris, omissa solen-
98 nitate, & solùm de iure gentium † immo verò
etiam si essemus in casibus, in quibus procede-
retur ex argumentis & præsumptionibus, nam
tunc etiam testes recipi non possunt parte non
citata, secũdũ Felynum ibi nu.12. Soc.cõs.12.
nu.5.uol.1.cõs.13. nu.6.uol.4. Brun. cons.21.
99 nume.7.† immo dato quòd sola facti ueritate
inspecta procedatur, non potest etiã credi testi
bus examinatis parte non citata, secundũ Bar.
in extra.ad repri.verbo figura. col. fi.uer.sed
an præsente parte, & Senatus Pedẽ.loco præal-
100 legato, † quorum omnium sententia. vincere
dẽt, quicquid dixerit Ruin.in d.cons.46. Dec.
in d.c.secundo.col.5.Soc.cons.90.col.6.vol.3.
101 & Gramma.decis.11.nume.12. † qui moue-
tur ex not. per glo.in c.cum olim.de priui.vbi
testis non iuratus facit indicium, ergo etiam
receptus parte non citata. Item mouetur Dec.
ex not.per Bar. in l. admonendi. ff.de iureiur.
vbi testes inter alios faciunt contra tertium se-
102 miplenam probationem, † quoniam loquun
tur contra communem opinio.ut ex prædictis
patet. Et ad glos.prædictam respondetur, illam
loqui quò ad adiuuandas alias probationes
factas, non autem quòd testis receptus parte
non citata per se faciat præsumptionem, uel
103 indicium: † decisio uerò Bart. uel est contra
cõmunem, uel in antiquis tantũ procedit, ut
per Ripam col.pen.& Cur.in d.cons.62.col.3.
in super casus Ruin. in d. consilio 46. à no-
104 stro differt: † ibi enim aderat unus testis legi
timè examinatus, quique defectum non patie
batur, qui fuerat pręsens confectioni scripturæ
concurrebãt & alii habentes notas literas, po-
stea aderat alius examinatus parte non citata
ad ęternã rei memoriam, quẽ uult facere præ-
sumptionem, quod tolerari põt ad coadiuuan-
das alias probationes ibi extantes. iux. glo.in
d.c. cũ olim, maximè quia fuerat examinatus
in articulo mortis. ut inquit Ruin. quę hic ces-
105 sant, † nam Capellina multos defectus pati-
tur, vt supra deduxi, ita quòd nihil probat, te-
stes uerò cognoscẽtes literas deponunt de sub
scriptionibus scripti, nõ autem de ipso scripto,
quæ longè differunt, ut mox dicã. nec examina
tio ista ad ęternã &c. facta est in articulo mor-
tis, ergo non debet facere præsumptionem, cũ
non adsint aliæ probationes, quæ coadiuuari
possint. & sic consilium Rui. à casu nostro di-
106 uersum est. † Sed ulterius aduerti debet, ꝙ ad
hoc ut testes ad perpetuã memoriã examinati
fidem faciant, multa debent cõcurrere. Primò
ꝙ examinentur à suo Iudice, idest ab eo qui in
cã principali, quando moueretur, esset futurus
Iudex. ita Bart. in l. societatẽ §. arbitrorũ col.4.
ff.pro

ff. pro soc.in l. cum hi. §. transactiooes. ff. de
transa. Alex.cons. 108.col.2.uol. 5. saltē quan-
do sunt in loco iudicii præsentis aut futuri.
107 Soci.cōs. 244.col.3.uol.2.† item quòd subsit
causa,uidelicet timor mortis uel absentiæ secū
dùm Bar.in d.l.fi.C.de usur.pup.Fely.ī c.signi-
ficauit.col. 3. de testib. Dec.cons. 302. col. 2.
108 †Tertiò,quòd pars citetur Doct.in authētica
si quis C.de testibus. Quartò,q̄ Iudex benè de
causa informatus prius interloquatur & pro-
nuntiet, testes examinandos esse ualetudina-
rios uel diu absfuturos, & sic quòd constet de
timore mortis vel absentiæ. ita Spec. de offi.
omnium iud.§.postremò,uers.itē si testes.glos.
& Bart. In l.l.aquilia ff. ad leg. aquil. Soci. d.
cons.244.col.4. Guido Pap.quæstione 231.at
nullum istorum quatuor hic concurrit, meri-
tò sequitur, quòd isti duo testes etiam ex hoc
capite nullam fidem faciunt,& ita in terminis
in notab. casu decidit ex prædictis Soci. Iun.
cons.86.nu.14. vol.secundo,quod benè notan-
109 dum est † ad aliud de testibus examinatis su-
per recognitione subscriptionum ex notitia
manus, qui(ut dicitur)faciunt semiplenā pro-
bationem secundùm Ruin. in dicto consi. 46.
aduertendum est, quòd immo nec semiplenè
probant, cum testes debeāt deponere, se fuisse
præsentes scripturæ,& uidisse eam scribi, non
autem modo supradicto §. si quis igitur. & §.
sequenti §. sed & si quis tamen, in authentico
de instr.cau.Bar.in authentica & si contractus.
C.de fid.instr.In l. nuda ff.de don. Bart. in d.l.
admonendi.& post eū Fulg. Saly. Cast.& alii ff.
de iur.iur. Butr.& Ab.in c.secundo,de fid.instr.
Corn.cōs.18.uol.3. Alex.cons.76.vol.3 Rui. si
bi contrarius cons.131.in fi.uol.primo,cōs.193.
in fi.vol.secūdo,consi.12.nu.8.uol 3.& cōs.79.
col 2. vol.4.decis.Neap.181. ad fi. Dec. cons.
615.col.2. Bertran. consi. 140. uol. 2.Soc.Iun.
cons.57.col.pen.nu. 18.uol. secundo,cū simil.
110 †sed vlterius accedit, q̄ isti testes deponūt nō
de propriis subscriptionibus (nō enim sunt de
subscriptis)sed de subscriptionibus aliorū quo
modo scriptura priuata non iustificatur,nam te
stes debent deponere de propriis subscriptio-
nibus,non autem attestari de subscriptionibus
aliorum, ut tradit in terminis Aret. cons.64.
111 col. 3.vers.sed dato † Et ratio differentiæ sub
est,quia si deponunt de scripro uel propriis sub
scriptionibus adiectis scripturæ ipsam iustificāt
secus in recognitione scriptionū aliorū,cū stet
simul,eas esse manu eorum qui eas fecerunt,&
tamen quòd principalis scriptura nō sit manu
eius cuius esse dicitur, priore autē casu loqui-
tur Rui,in d.cons.46. non autem.2. meritò ad
rem non facit.
112 Nec obstat coniunctio istorum testium ad
plenam probationem considerata in casu no-
stro per Ruin. in dicto cons. 46. quia quicquid
esset in casu Ruini,clarū est in casu nostro, hoc
113 fieri non posse † prima enim probatio ex dicto
Capellinæ est imperfecta, quia est unicus tatū
& non idoneus multipliciter, vt ostendi, nec
in dicta confessione semiplenè probat, ut dixi.
114 † Secunda verò probatio de duobus testibus
examinatis ad æternam memoriam pariter est
imperfecta in sua specie multis respectibus,qui
bus supra,ita quòd non facit indicium, ut fuit
115 ostensum.† Tertia quoq; de testibus super sub-
scriptionibus non facit ad rem,neque conclu-
116 dit,vt dixi † meritò sequitur quòd tales pro-
bationes imperfectæ in sua specie non coniun
guntur,vt not.Bal. in l.si q̄s ex argentariis.§.1.
in 4.nota.ff.de eden.sequitur Alex. consil. 13.
col fi.uol.1.Fely.& Dec.in c. cum causam. col.
pen.de prob. Ripa in dicta.l.admonendi.col.fi.
secunda fal.Paris.consi.79.nu.15.uol. 3.
117 †Ad vltimum respondetur,q̄ ille testis est p-
curator domini Alphonsi, ut ipse dicit, ideo
admitti non debet,Alex.cons.13.uol.1. itē de-
ponit de confessione conditionali,cuius cōdi-
tio defecit. quia Marcus non aquieuit, sed
fecit condemnari. D.Ant.Item deponit de cō-
fessione parte absente, quæ requirit duos te-
stes,ut semiplenè probet, ur supra dictum fuit
meritò cum aliis probationibus coniungi non
118 potest ex prædictis † & cum ex prædicto instru
mento solutionis sit fundata intentio domini
Antonii ad tollendum illud non sufficiunt præ
sumptiuę probationes, & coniecturæ, sed cla-
ræ, vt in simili de rescisione laudi tradit Soc.
119 cons.194.col.fi.uol.2.† & sicut actore nō pro-
bante reus debet absolui. l. qui accusare. C.
de eden. ita actore probante, ut in casu nostro
dominus Antonius solutionem probauit ex
dicto instrumento, si dominus Alphonsus reus
non probat concludenter & clarè exceptionē
suam,condemnari debet. Bar. Alex. & Ias.in l.
non solum.§.sed ut probari. ff.de op.no.nunc.

*Hippoly. Rimin. Ferrar*

## Pro Figassechis & Nobilibus, omnibus de Sarzana Ciuitate.

### ARGVMENTVM.

Pulcherimè tractatur iuris patronatus materiam inter duas familias contendentes, quarū quęlibet illud esse suum pręcipuum dicebat. Ad vtranque ęqua lance id spectare deciditur,sicq; concordia communis inter litigātes seruatur.

### SVMMARIVM.

1 *Præsumuntur acta omnia nomine proprio non autem alterius.*
*Fallit si quid prius factum fuit nomine cōi. 45. 49.*
*Et quando præsumptiones sunt in contrarium. 48.*
2 *Tempus antiquum dicitur centum annorum.*
*Quæ sententia communis est. 3.*

*Coniectura*

4 *Coniecturæ sufficiunt, & indicia ad probandum antiquitatem.*

5 *Præsumuntur oĩa intercessisse ex tẽporis antiquitate. Fallit in multis casibus remissiue.49.*

6 *Eius est nolle cuius est velle.*

7 *Nemo potest dare quod non habet.*

8 *Recognoscens rem ab aliquo fateri videtur illum esse dominum.*

9 *Confessio auctoris nocet omnibus habentibus causam ab eo.*

10 *Ius patronatus cessione probatur. Secus absolutione pactoue de non petendo.51.52.*

11 *Ius patronatus venit in hæreditatis venditione. Quæ sententia communis est.*

12 *Præsentatio debet ad eũ pertineri ad quem priuatio spectat.*

13 *Declaratio dispositionis præcedentis sumitur ex sequentibus & subsecutis postea.*

14 *Possessio præsentandi quæritur per primam præsentationem.*

15 *Ius patronatus præscribitur spacio 40. ãnorũ ad plus. Saltim vbi ecclesia supponitur patronata.16. Licet simpliciter articulus sit amplus.*

17 *Præsentatio diutina facit eos præferri qui eã fecerũt.*

18 *Temporis longi lapsus habet vim tituli.*

19 *Institutio habet vim sententiæ quæ transit in rem iudicatam, si quis cõparet & opponit vel consentit.*

20 *Ius patronatus ex quibus ad litigantes equa lance pertineat.*

21 *Originaria natura iuris patronatus attendi debet. Sicut & cuiusque contractus.*

22 *A primordio tituli posterior euentus formatur.*

23 *Ius patronatus per solam dotationem acquiritur. Etiam si dos constituatur ecclesiæ futuræ.24. Saltem subsecuta constructione.25. Ius enim perfectè queritur. Et vbi dos à pluribus constituitur. Ius patronatus omnibus acquiritur.26.28. Licet plus vnus alio contulerit.44. Idemque in dotatione capellæ vel altaris, quòd in ecclesia locum habet.27.*

29 *Ius patronatus ex indicijs antiquis probatur. Et per verba enunciatiua.30. Et nomine communi factum præsumitur.31.*

32 *Argumentum ex testamento reuocato sumi nõ potest. Voluntas tamen sic.33. sicut ex nullo. Si verisimilis sit.34.*

35 *Principalis intentio debet attendi.*

36 *Obseruantia subsecuta supplet probationem tituli præcedentis. Sicut & actum præcedentem declarat.37.*

38 *Soluens vigore transactionis censetur eã approbare.*

39 *Communio bonorum donatorum verisimilis est inter fratres.*

40 *Præsentatione vnius communi nomine, facta duorũ ius alterius conseruatur. Nec requiritur ratificatio.41*

42 *Voluntatis mutatio non præsumitur.*

43 *Consensus Episcopi lapsu longi temporis præsumitur.*

44 *Dotantes licet inequaliter ius ambo acquirunt.*

45 *Præsentatio facta per vnum tantum non tollit ius alteri quæsitum. Et facta simpliciter præsumitur facta cõi nomine. sicut præcedens iam facta.46.*

47 *Interpretatio fieri debet per quã delictũ excludatur.*

50 *Institutio Capellæ non tollit ius duobus quæsitum.*

51 *Instituens potest alium licet extraneum in socium admittere.*

52 *Absolutio & pactum de non pet. quid operetur. Et absolutionis verba restringũtur ad suam causam.*

53 *Instrumentum non includit id de quo non loquitur.*

54 *Pracij quantum confert ad interpretationẽ cõtractus*

55 *Petimus quod non habemus.*

56 *Verba specialia restringunt generalia quibus subijciuntur.*

57 *Priuatio limitata ad vnum finem non operatur aliũ*

58 *Limitata causa limitatum producit effectum.*

59 *Testator dans facultatem dandi prædium ecclesiæ non dicitur hæredem patronum ecclesiæ constituere.*

60 *Legato simplici legans non acquirit ius patronatus.*

61 *Ius patronatus non præscribitur cum mala fide.64.*

62 *Præsumitur contra non producentem testamentum, sicut nec librum.63.*

65 *Præsentatio procuratoris sine mandato nullum ius tribuit.*

66 *Bona fides requiritur ẽt in præscriptione centum annorum.*

67 *Mala fides defuncti impedit hæredes præscribere. Et est communis opi.68.*

69 *Institutio quatenus & quando præiudicet.*

70 *Petitorium cumulari potest cum possessorio de consensu partium, Et petitorium absorbet possessorium.71.*

## CONSILIVM CCXIIII.

*Auxilium meum à Domino.*

*CVM almo Collegio Ferrariæ casus infrascriptus consulendus decisiuè trãsmissus fuisset, & onus id peragendi mihi fuisset impositũ eo peracto, cum cæterisq; Iureconsultis ipsius Collegij communicato & approbato, visum mihi fuit consilium sub nomine totius Collegij conditũ in publicum edere per modum infrascriptum, videlicet.*

IN causa nobis transmissa à Reuerendis Canonicis ecclesiæ Cathedralis ciuitatis Sarzanæ, vt consulamus, quæ sint eorum partes in causa vertente inter descendentes olim Ludouici Figasechę ex vna, & filios olim D. Lazari de Nobilibus de Marcaisio seu de Cataneis ex altera.

Aliqua videbantur suadere, quòd ius præsentandi ad capellam sancti Leonardi sitam in Ecclesia cathedrali ciuitatis Sarzanę in totum pertineret ad prædictos de Nobilibus.

Et primò, quia de anno 1452. Do. Franc. Figascha, cuius in effectu sunt hæredes prędicti de Nobilibus, solus præsentauit, & ab eo præsenta-

præsentatus fuit admissus à Reuerendis Canonicis. Item de anno. 1554. solus cõpromissum fecit de re ad dictam Capellam spectante. item & de anno. 1456. solus bona Capellę locauit, omniaque gessit vti dictæ Capellę patronus, vt in instrumentis super hoc exhibiti videri
1 potest † Quæ omnia censentur gesta ꝓprio nomine, non autem ẽt fratris, vel alterius. l. & magis. ff. de solut. Bar. in l. si patruus. col. 2. C. comu. vtriusque iud. & in l. Titia. §. altero. ff. de adminis. tut. & Dec. consi. 651. sub. nume. 2.
2 † & cum simus in antiquis, in his scilicet, quæ acta fuerunt vltra metam centum annorum iuxta notata per Innoc. in capitulo veniens. de veb. signi. cum similibus, per Alexand. in l. cũ aliquis. C. de iure dell. qui dicit communiter teneri, tempus annorum centum sufficere ad dicendũ quid esse in antiquis, quod ẽt tradit Dec. cons. 13. col. 6. decis. Neap. 245. col. 3. Boeri. decisi. 39. col. 4. Et latè Craue. in tract. de anti. temp. in princi. Petrus Duenas regula 299. fall. 7. Cephal. cons. 250. nu. 18. Iason cons.
3 148. nu. 7. & 8. vol. 4. † Senarus Pedemõ. decis. 173. nu. 8. qui communem fatetur, profectò faciunt prædicta instrumenta plenissimã fidem
4 iuris patronatus, † quia ad eius probationem propter tẽporis antiquitatem sufficiunt coniecturæ, & indicia. Bald. consil. 310. vol. 5. Abb. consil. 54. vol. primo, Dec. cons. 135. col. 1. &
5 174. col. 2. circa medium † & præsumuntur ẽt ob diuturnitatem temporis omnia requisita intercessisse, vt habetur in dictis locis per glos. & Doctores in c. peruenit. de emp. & vẽd. Anch. consi. 135. ex consiliis. cum aliis copiosè deductis per Dec. cons. 341. nu. 3. Do. meus Riminaldus consi. 429. nu. 28. 29. 30. & in specie per Roch. in trac. de iure patro. in ver. Pro eo, quod de dioecsani. in 7. q. princip. & Paul. de Cittadinis in eodẽ tract. in prima cã 3. partis q. 31. Nec videbãtur admittendi descendẽtes Ludouici Figasechę, vbi vellẽt negare, ꝙ ius patronatus in totũ pertinuisset ad D. Frãciscũ ex eo quòd in secundo testamento suo dat facultatem Do. Io. Francisco priuandi Capellanum, & etiam Do. Io. Franci. eorum Auctor in prima præsentatione per illum facta, & ab eisdem producta fatetur se fuisse constitutum patronum ab eodem in suo vltimo testamento,
6 † cum enim eius sit nolle cuius est velle. l. eius. ff. de reg. iur. Do. Franc. dans facultatem priuãdi Capellanum videtur habuisse ius eum prę-
7 † sentandi, & cum nemo posit dare, quod non habet l. nemo põt. ff. de reg. iur. l. traditio ff. de acqu. rer. domi. vtique Do. Ioan. Franc. qui fatetur se ab illo patronum constitutum, dicitur
8 etiã fateri, quòd ille patronus erat, † quemadmodum regulariter rem ab alio recognoscens dicitur fateri illum esse dominum. Bal. in lege censualis. C. de donatio. Anch. cons. 310. col.
9 2. & Guid. Pap. q. 172. † & confessio Auctoris nocet omnibus habentibus causam ab eo, auct. qui rem. C. de sacr. sanct. eccles. Salyc. in l. fin. col. fin. C. de iure emphite. Soc. cons. 50. col. secunda vol. quarto & Ruin. cons. 128. nnmero. 16. vol. secundo.
10 † Secundò videtur comprobari iura illorũ de Nobilibus ex cessione facta de anno 1520. per Io. Baptistam de Figasechis, nepotem prædicti Do. Io. Franci. in qua renunciat hæreditatem tam Do. Mariæ filię D. Francisci. Figasechæ, quàm hereditatẽ prædicti Io. Franc. eius Aui paterni, per quam vniuersalem hęreditatũ renuntiationem proculdubio, si quod ius in dicto iurispatronatu competebat eidem. D Baptistę, id totum fu it translatum in Do. Lazarum
11 de Nobilibus: † quia iuspatronatus venit in venditione hęreditatis secundùm communem opinionem. Io. And. Card. & alii in c. ex literis de iure patrõ. Fely. in c. causam, in quarta col. de præscriptio. Roch. in dicto trac. in versic. ipse vel is à quo, in 22. quæst. Lambertinus in eodẽ tracta. lib. primo articulo. 15. nu. 2. vbi dicit hãc partem communiter teneri. Sublata ergo videtur omnis difficultas ex dicto instrumento.

Ex aduerso autem aliqua videbantur suadere, quòd totum iuspatronatus pertineret ad descedentes ex Ludouico Figasecha.

Et primò: quia Franciscus Figasecha in suo vltimo testamento transtulit in Io. Franciscum eius nepotem facultatem priuandi Capellanum, ergo videtur ẽt dedisse facultatem præ-
12 sentandi: † quia ad illum debet pertinere prę sentatio, ad quem priuatio, arg. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. & l. nemo qui condẽnare eo. titulo, quòd præsertim videtur verum stantibus subsecutis ꝓræsentationibus factis per
13 eundem Io. Franciscum. † Ex quibus sumitur interpretatio dispositionis præcedentis, & declaratio verborum in ea appositorum. l. si de interpretatione. ff. de legi. & c. cum dilectus. de consuetud. Dec. consi. 262. col. 3. in fin. Craue. consilio 101. columna 1. in fin. & seq. & consil. 259. numero. 11.

Secundò videtur comprobari iura eorũdem; quia à tp̃e primæ præsentationis Io. Francisci quæ facta fuit de anno 1457. vsque in præsentẽ diem lapsi sunt cẽtum anni, intra quos ipse Io. Franciscus, ac eius descendentes continuè presentauerunt, vt cõstat ex præsentationibus & institutionibus subsequutis in præsenti cau-
14 sa productis, † & per illam primã præsentationem fuit acquisita quasi possesio presentandi. Bal. consi. 33. in fin. lib. primo, Corn. consi. 47. col. prima in fin. & seq. uol. 3. Dec. consi. 117.
15 col. 2. cons. 127. & cons. 129. † Et spatio 10. vel 20. annorum & ad summum spatio 40. annorũ pręscribitur huiuscemodi iuri secundũ cõmunem opinionem, vt per Corn. in allegato consi. 47. uol. 3. nu. 5. & Roch. in d. trac. in ver. ipse, vel is à quo, nu. 13. & Balb. de præscrip. in pri.
16 parte. 5. partis q. 9. † quæ opinio procedit præsertim, vbi præsupponitur ecclesiam esse patro

natam

natam, & non agitur de præsenti iudicio ecclesiæ, sed laici, qui asserit se verum patronum, vt declarat Rip. in rubrica de iudic. nume. 79. & hoc casu cessat latissimus disputandi campus in vtranque partem, quem ponit Lambertinus in tract. de iure patro. artic. 5. decimæ quæstio. princ. primæ partis, & libro. primo; in partem negatiuam inclinans, quem non est operæpretium generaliter hic tractare cum ad casum mox relatum stet quęstio nostra. Cęterũ cum non tantùm 40. sed & centum anni fuerint lapsi, proculdubio videtur ius pręsentandi quod fuisset penes Franciscum, fuisse translatũ
17 in nepote ac nepotis descedentes. † adeoque debet attendi talis diutina præsentatio, prædictorum de Figasechis, vt præferri debeant prædictis de Nobilibus successoribus D. Fran. licet veri patroni, vt per Innoc. Butri. & Abb. in c. consultationibus, de iure patro. Dec. cons.
18 126. col. secunda, † cum potissimè lapsus tanti temporis vim habeat priuilegii l. 1. §. ductus aque. ff. de aqua quoti. Soc. cons. 127. col. pen. in princ. Dec. cõsi. 85. col. 2. Balb. in tract. de pręscr. 2. par. 3. par. princi. nu. 17.

Tertiò accedit ad eorũdem fauorem, quòd vnus ex dictis Nobilibus vti canonicus fuit præsens pluribus ex dictis præsentationibus & institutionibus, illisque consensum adhibuit, & rursus voluerunt illi de Nobilibus ter præsentare, & se opponere præsentationibus aliorum, & tamen spretæ fuerunt eorum præsentationes, & instituti ex aduerso præsentati, ob quam institutionem dicuntur alii exclu-
19 si, † quia institutio habet vim sententię, & transit in rem iudicatam, si non opponatur c. fin. de electio. in sexto, Roch. in d. trac. in ver. competens, nu. 45. & latè Lambert. in secunda parte, articulo. 4. dubitatione 4. nu. 4.

20 Nos † autem, re maturius cõsiderata, existimamus istud ius in totũ non pertinere ad aliquem ex prædictis, sed pro dimidio ad illos de Nobilibus, & pro alio dimidio ad descendẽtes
21 Ludouici Figasechę. † Nosque in hanc sententiam trahit primęua ac originaria istius iurispatronatus natura, ad quam omnis dispositio trahenda est, & secundũ quam omnia subsequẽtia sunt interpretanda. Bar. in l. fin. de solutio. Cur. Iun. consi. primo, sub nu. 7. Crau. consi. 144. nu. 1. & 2. Crot. in l. filiusfa. §. diui. nu. 74. cum seq. ff. de leg. primo, & Cagnol. in rubrica de orig. iur. nu. 30. Natta consi. 328. nu. 3. pulcher tex. in l. si procuratorem, in princ. ff. mand. vbi dicitur, quòd vniuscuiusque contractus initium spectandum est & causa. glos. in l. in ratione legis falcidię. prima §. si filio, verbo opes patris. ff. ad l. fal. dicens, omnia debere referri ad id à quo originẽ trahũt, vnde Bal. C. de nouo cõd. compo. circa princ. notab. inquit, ꝙ omne causatũ referri dẽt ad princ. sequitur latiũs Sena.
22 Pedem. decis. 167. nu. 27. † atq; hinc dicitur, ꝙ à primordio tituli, posterior formaẽ euentus l. unica circa fin. C. de impo. luc. decri. lib. 10. Crau. cõs. 277. col. 4 & Sena. Pedẽ. loco citato nume. 26. ab initio enim fuit acquisitum ambobus fratribus, scilicet Francisco & Petro. Nam ambo fratres dotem costituerunt Capel-
23 læ, antequàm construeretur, † per dotationem autem solam iuspatronatus acquiritur, vt latè probat Lambert. in primo articulo. primæ q. primæ partis primi lib. col. 6. & in primo art. 3. q. eiusdẽ lib. & in 15. articulo quintæ q. primæ partis primi libri. vbi reprobat Rochum, qui aliter dixit in suo tract. in ver. & dotauit. in pri
24 ma q. & etiam in sua diffinitione nu. 2. † & acquiritur huiuscemodi ius etiã si dos constituatur futuræ ecclesiæ, secundùm Bero. in c. quo-
25 niã, nu. 81. de iure patro. † & saltẽ subsequuta constructione perfectè acquiritur iuspatrona. vt omnes asserunt, & tradit Roch. in principio sui tract. numero 2. in diffinitione iurispatro-
26 natus, † & vbi dos à pluribus constituitur, oĩbus acquiritur iuspatronatus. Ab. in rubrica de iurepatro. gl. in summa 60. distinc. & Roch.
27 in ver. & dotauit nu. 20. † Et quæ de dotatione & constructione ecclesiæ dicuntur, locum etiã habent in constructione & dotatione Altaris, vel Capellę, Roch. in ver. construxit. q. 7. & in
28 ver. & dotauit q. 13. 14. & 15. † cũ ergo dos fuerit data de bonis cõmunibus inter Franciscum & Petrum, vt asserit Franc. in suo primo testõ. & vlterius, prima pręsentatio per eum facta fuerit cõmuni nomine, vtique ambobus fuit acqui-
29 situm iuspatronatus, idque probatur ex indiciis prædictis tam antiquis, vt per Bal in l. cum
30 super. C. de rei vend. † sicut etiam per d. verba enuntiatiua dotatio prædicta. vt per Bart. consi. 123. Titius & Seius, & in terminis dotationis ecclesię Abb. in c. cum sicut. de conse. eccel. vel alta. & Dec. cõs. 135. col. 1. vbi loquitur in specie de dote Capellę. sicut in casu isto.
31 † & cum subinde reperiatur dotata de bonis assertis in testamento, præsumitur id factum cõmuni nomine, vt per Abb. cõsi. 54. col. 2. vol. 2.
32 † Nec repugnant huic rationi, quòd ex testamento reuocato nullum potest sumi argumentum, vt per Barb. cons. 60. col. 6. vol. primo.
33 † Quia imò ex testamento reuocato arguitur voluntas testatoris. Corn. consil. 275. col. 3. circa prin. vol. quarto, sicut ex actu nullo l. fi. ff. de reb. dub. l. fundum. §. fi. ff. de fund. instru. l. legatum. §. fi. ff. de adimen. leg. Senatus Pedemon. decis. 101. num. 23. & Crau. consil. 113. in fin.
34 † q. declarat tunc demũ volũtatis præsumptionem ex testamento reuocato procedere, ubi sit uerisimilis, quod in casu nostro accidit; quia nulla ratio excogitari potest, cur testator fassus fuerit bona communia fuisse dedicata in dotem dictæ Capellę, nisi ita veritas se haberet: & rursus reuocatio facta fuit ob natiuitatem posthumę, vt præcisè euenit in casu Craue. Et ideo principalis intentio testatoris fuit reuocare testamentum, vt filia haberet hæreditatem

tatem, non vt reuocaret cōfeſſionem illam,
35 † & principalis intentio eſt attendenda l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cert. pet. & rurſus ex pręſentatione poſtea facta per ipſum Franciſcum communi nomine, ſcilicet ipſius & fratris com probatur aſſertio, de qua in dicto teſtamento
36 † Nam obſeruantia ſubſequuta ſupplet probationem tituli præcedentis, etiā quòd in aliquo eſſet imperfecta & defectiua, vt inquit notabiliter Crau. conſi. 277. col. 4. in fi. & ſequen.
37 quem ſequitur Cephal. cōſ. 272. nu. 144. † ſicut & actum pręcedentem ambiguum declarat c. cum uenissent. de inſtitu. Vbi cum dubitatur nunquid concesſio fuerit perſonalis an realis præſumitur realis: quia velut realis fuerat obſeruata & poſſeſſa ſecundùm Butri. & Imol. ſe
38 quitur Natta conſ. 406. nu. 28. † hinc Communitas aliquid ſoluens virtute tranſactionis, cenſetur ipſam trāſactionem approbare, quæ aliàs ipſi Communitati non nocebat, vt tradit Calcan. conſ. 101. colum. 2. in fi. Craue. conſil. 158.
39 col. 1. † & cum eſſent fratres, magis veriſimilis eſt communio bonorum donatorū, ex traditis per Alcia. de præſumptio. reg. 1. præſump. 25. ueriſimilitudo ergo rei, aſſertio Franciſci gemi nata, & ad effectū præſentationis redacta, temporiſque antiquitas debent perficere penes vnumqueque hanc probationem. Nec curandum eſt, quòd nō appareat de ratificatione præ
40 ſentationis factæ per Franciſcum, † quia cum ex dotatione iam ambo fratres eſſent effecti patroni, per pręſentationem vnius communi nomine factam etiam alio negligente conſeruatur ius alterius. Cal. conſi. 15. tit. de iurepatro. Fed. de Sen. conſ. 102. & 147. Abb. cōſ. 54. col. 2. vol. primo, Rochus de Curte in ver. cōpetens q. 17. & Lamber. in 16. articulo. 3. q. primę partis 2. libri, vbi Doctores loquuntur, quando ſimpliciter vnus ex patronis præſentauit. Vnde multo magis eorum deciſio probatur, vbi ſocius nomine communi præſentationem fecit.
41 † Nam quicquid ſit, quò ad noui iuris acquiſitionem, certiſsimum eſt, quòd ad iuris conſeruationem non requiritur aliqua ratificatio, vt concludunt Docto. ſuperius citati, & Roch. in d. ver. competens. q. 17. item non poteſt dici dedicationem, de qua meminit teſtator, non habere vim dotationis ex eo, ꝙ potuerit eos fra
42 tres pœnitere, † quia pœnitentia, mutatioque voluntatis nō præſumitur l. cum hic ſtatus. poſt. prin. & ibi not. Bart. ff. de don. inter vir. Alex. cōſ. 113. nu. 19. vol. 6. Rui. cōſ. 81. nu. 15. vol. 3. imò ex ſubſequutis conſtat, eos fratres perſtitiſſe in eadem ſententia, & illam dedicationē fuiſſe dotationem, ex qua fuit acquiſitum iuſ-
43 patronatus, † & per conſequens fuiſſe factam cum conſenſu Epiſcopi, qui lapſu tanti temporis pręſumitur. Rom. ſing. 320. Roch. in ver. pro eo quòd de dioceſani. in 7. q. & Dec. conſ. 135. nu. 1. Vnde ex iſtis concluditur, ius iſtud patronatus ad quamlibet ipſarum partium ęqualiter
44 pertinere; † quia licet ēt plus vnus contuliſſet, ꝗ alter, puta quia Frāc. ſolus poſtea conſtruxiſſet, tamen æqualiter dicuntur conſtituti patroni, quemadmodum dicitur in dotantibus inęqualiter: quia etiam minus conferens, æquale ius adipiſcitur. Hoſtienſ. in ſumma de iure patro. Roch. de Curte in ver. & dotauit. q. 12. & Bero. in rubrica de iure patronatus, numero 101. & 103.

Nec huic ſententiæ aduerſantur deducta ſuperius pro vtraque parte, nam quatenus attinet ad præſentationes, compromiſſum & locatio-
45 nem factas per ſolum Franciſcum, † illud ius, quod fuerat acquiſitum Petro fratri ex dotatione, & conſeruatum ex prima præſentatione communi nomine, non fuit ſublatum per præſentationem poſtea factam per Franciſcum proprio nomine, vt declarat Cald. conſi. vlt. de
46 iure patro. † imò cum ſemel communi nomine fecerit præſentationem, cenſetur etiam cōmuni nomine poſtea præſentaſſe & alia feciſſe ne videatur voluiſſe ſpoliare fratrem, aut nepotē, vbi frater tunc temporis eſſet prædefunctus
47 † Nam illa interpretatio eſt ſumenda, per quam delictum euitetur. vt docet Bar. in l. gerit nu. 20. verſ. Aſſumo primum. ff. de acqui. hære.
48 † Et licet aliàs in dubio quis præſumatur actū feciſſe nomine proprio potius quàm alieno vel communi. l. & magis. ff. de ſolutio. tamen id nō procedit ſtantibus aliis præſumptionibus in contrarium, ut per Bart. & doct. in l. cum oportet. in princ. C. de bon. quæ lib. Alex. conſi. 82. col. fi. vol. 2. Craue. conſi. 129. nu. 2. vbi conſiderat inter cęteras coniecturas coniunctionem perſonæ, quæ hic concurrebat inter Franciſcum & Petrum fratres, ſeu eius nepotem, vltra teſtamentum & præſentationē primo loco
49 factā, vbi de communi nomine fit mentio † & quia quādo præcedit actus factus alieno homine, ſequens ſimpliciter factus pariter cenſetur factus d. nomine, licet non fuerit dictum Bar. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Griſogonus. ff. de verb. ob. cum quo tranſeunt alii, Alexand. in l. 1. §. nuntiatio. ff. de oper. no. nunc. Rui. conſ. 14. nu. 6. vol. 1. & ad præſumptionem, quæ ex antiquitate temporis adducebatur ſatis erit deducere Senatum Pedē. deciſ. 173. plures reſponſiones adferentem, quarum aliquas poterit ſerioſus lector hic accomodare potius, quàm quòd ego eas tranſcribam, vt breuitati conſulam.

Non aduerſatur etiam, quòd Io. Franciſcus confeſſus fuerit capellam fuiſſe inſtitutam à Franciſco. & per eius teſtamentum fuiſſe con-
50 ſtitutum pationum. † Quia inſtitutio Capellæ non tollit, quin propter donationem ambo cō-
51 ſtituti eſſent prius patroni, † & ſi inſtituens poteſt admittere in ſocium & compatronū penitus extraneum ſecūdùm Lambert. in decimo articulo quartæ quęſtionis, prim partis, primi libri. multo magis potuit Franciſcus id facere de fratre, qui contulerat ad dotationem.

Nec

Nec iuri Io.Franc.Figasechæ intelligitur renuntiatum per cessionem & renuntiationem, vt dicitur facta à Io.Baptista eius nepote. Quia allegatum instrumentum cessionis hæreditatum tam aui, quàm D.Mariç continet tantummodo absolutionem, & pactum de aliquid non
52 petendo ab ipsis de Nobilibus, † quæ absolutio, & pactum reddit ipsos de Nobilibus tutos, ne possint super absolutis inquietari, sed non propterea fit præiudicium absoluenti, quò ad alia, & quò ad alios. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact. vbi Ias. infert ad renuntiantem hipothecæ in aliquibus bonis, & ad commodum vnius, vt scilicet possit hipotheca vti, quò ad alia, & quamuis verba absolutionis sint ampla, tamen ad suam causam restringuntur. l. si de certa. & ibi not. C. de transact. & nullum verbum sonans cessionem continetur, sed verba dispositiua sunt, quòd fecit absolutionem & pactum de non petendo, vt in ipso instrumento
53 videri potest. † Quinimò licet prædictum instrumentum mentionem faciat de hçreditate Aui, tamen in secundo nulla de illa hæreditate fit mentio, sed tantummodo de hæreditate dominç Mariæ, super qua erat controuersia inter ipsos de Nobilibus & Io.Baptistam, & non multum verisimile est, quòd quicquam dictum fuerit de hçreditate Aui: tum quia de ea nulla cadebat contentio: tum quia modicitas pretii, scilicet librarum ducẽtarũ suadet, quòd ita de omnibus non fuerit conuentum, vt ex aduerso
54 dicitur. † pretii enim quantitas multùm cõfert ad interpretationem contractus. Bart. & Alex. in l. 1. §. qui superficiem. ff. de superficie, & quicquid sit, sufficit finem, & absolutionem, ac pactum de non petendo factum fuisse, non
55 autem cessionem iuriũ. † Idque confirmatur petimus enim quod non habemus, non autem quod penes nos est, cum id amplius nostrum fieri non possit. §. sic itaque. inst. de acti. ergo faciendo finem de non petendo, non intelligitur Io.Bap. voluisse remittere Iuspatronatus in eũ pro dimidia iam translatum & suos antecesso
56 res. † Et stante illo verbo de non petendo speciali, cætera quæ sequuntur illi adiecta licet generalia restringi debent. Bar. in l. sed si adiiciatur. ff. pro soc. Gozc. consi. 60. col. fi. Rub. cõs. 50. col. pen. Paris. cons. 102. nu. 12. volum. 1.
57 † Non aduersantur etiam ea, quæ suadebãt totum Iuspatronatus esse translatum in descẽdentes Ludouici Figasechç. Et primò, ꝙ Franciscus transtulit in nepotem facultatem priuandi Capellanum, ex qua arguebatur etiam facultas instituendi. Namque facultas data à patruo fuit limitata de priuãdo Capellanum ab vsufructu quarundam petiarum terrç, quas in eodem testamento legauerat d. capellæ, sed non de remouendo Capellanum. Vnde nullo pacto potest inferri ad vniuersalem præsen-
58 tationem, vel remotionem, † cum limitata causa limitatum producat effectum. l. in agris ff. de acquir. rer. domi. ad quod seruiũt tradita per Lambert. in 6. artic. 6. q. 1. partis 1. lib. nume
59 ro 30. & 31. † quòd legans Ecclesiç, & dans facultatem hçredibus dandi illud prædium Capellano, non dicitur constituere hæredes pa-
60 tronos. † Et cum legatum prædictum non inferat ad ius patronatus: quia ex eo simpliciter & sine consensu Episcopi facto legans non acquirit ius patronatus, vt per Rochum in ver. & dotauit q. 6. & Paulũ de Citadinis 2. causa q. 4. & quinta, tanto minus nec facultas data Io. Franc. priuãdi Capellanum vsufructu d. legati potest importare ius patronatus esse concessũ d. Io. Franc. Nec ex subsequuta obseruantia, scilicet institutionibus postea factis ad prçsentationem Io. Franc. & descendentium potest sumi aliqua interpretatio, cum illud testamentum nunquam fuerit productum, sed ad simplicem assertionem Io. Francisci, & aliorum semper fuerunt factæ institutiones, vt in institutionibus ipsis inspici potest. Quinimò quãuis de anno 1530 Reuerẽdi Canonici assignauerint terminum mensis Io. Baptistæ instituto ad docendum de patronatu, tamen nunquam istud testamentum fuit productum, nec aliquod ius probatum.
61 † Non prodest etiam descendentibus Ludouici allegata prçscriptio. Quia quò ad præsentationes factas à Ioan. Francisco certissimum est, illum mala fide versatum esse: quia cum haberet noticiam eorum, quæ disponebantur in testamento patrui, & posset scire nullum ius ex eo competere, dicitur in mala fide, fundans se ex illo testamento. Bellam. decis. 701. in fin.
62 † tantoque magis: quia in præsentatione per illum facta non exhibuit testamentum, sed tantummodo asseruit, se effectum patronum virtute illius, & credendum est, quòd si ipse putasset ex eo testamento fundatam esse intentionem suam, illud produxisset, quòd cum non fece-
63 rit, contra eum præsumitur, † vt in valdè simili casu arguit Crau. contra Capitulum prætendens ius conferendi beneficium consil. 134. nu. 17. dicit enim, quòd ex quo Capitulum habebat librum, quo erant descriptç Capellæ ad ipsum pertinentes, & illud non producebat, prçsumitur contra ipsum. Item & præsentatio prima facta fuit absque scientia & patientia D. Mariç hçredis, & pupillç tunc temporis. Vn-
64 de prçscriptio non potest habere locũ: † quia in iuribus incorporalibus, & in specie in iurç patronatus quasi possessio, vel saltem prçscriptio non procedit absque bonafide & patientia aduersarii. Crau. d. consi. 134. nu. 14. & 15. Roch. de Curte in ver. competẽs, nu. 36. & seq. Rip. in c. cum ecclesia Sutrina, nu. 91. & seq. de causa possess. & propriet. Et non percurrendo sigillatim interruptiones quç inciderunt in isto tempore, nam Reuerendi Canonici de anno 1458. contulerunt Capellam ad nullius prçsentationem Do. Andreç. Item de anno. 1496. nõ apparet

apparet præsentātē nomine D.Io.Frācisci ha-
65 buisse mādatū.† Itē de anno 1530. D.Io.Bap. semet p̄sentauit per eius procuratorē,quæ præsentatio nullū ius tribuit.Roch.in ver. honorificū.nu.25.& Cassad.de præben. decis. 18. Itē eidē Io.Baptistæ tunc tēporis fuit assignatus terminus mēsis ad docendū de iuribus suis, & tamē nihil egit. Et fuit etiā institutus intuitu
66 pietatis .† Et postremò cū cōstet de initio vitioso,lapsus cētum annorū nihil prodest: quia bonafides etiam in isto lapsu tēporis requirit. Franc.in c.1.col.fi.de præscrip.in 6.Paris.cōs. 26.nu.31.in primo,& Crau.de antiquit. in 4.
67 parte nu.160. † Et mala fides defuncti impedit hęredes p̄scribere,cū teneātur illius cōsciētiā exonerare.Butri.& Abb.in c.si diligēti. de præscr.Alex.in l.Pomponius.§.cum quis.ff.de acqui.poss.Dec.latè cons.272. nu.6. Riminal.
68 cons.100.nu.54.† qui communem testantur.

Non prosunt postremò allegatæ institutiones reiectis institutionibus illorū de Nobili-
69 bus.† Quia cū de iuribus partiū nō fuerit cognitū,nō pōt dici per illas institutiones esse p̄iudicatū,nisi quò ad solā possessionē, & respectu instituti c.cū olim. de causa poss. & propriet.& Bal.in l.si fine.in fi. C.ad Velleia. Imò in multis institutionibus patet Reuerēdos Canonicos noluisse præiudicare iuribus alicuius.

70 †Postremò,quoniā partes ambę se patronos allegarunt, iuraq; ad merita huius patronatus cōserētia deduxerūt,patet hinc inde cumulatū fuisse petitoriū cum possessorio de ipsarū voluntate, quod fieri posse nō ambigitur, vt per Imol.in l.naturaliter.§.nihil cōe.ff.de acquir. poss.vbi & Alex.nu.91.Ias.n.161. & cęteri scribentes,vt refert Bolog.nu.29.& Claudi. Mar-
71 mer.nu.55. vnde cū petitoriū soleat possessoriū absorbere,vt per Bar.i d.§.nihil cōe.q.pen. Alex.cons.130.& cōs.159. vol.5.meritò nō est faciēda vis sup allegata possessione dictorū de Figascechis.pq̄nā totū ius patronatus sibi vindicare vellēt,sed ad petitoriū respiciēdū est,secūdū q̄ apparet hoc ius patronatus inter eos & Nobiles esse cōe,vt ex pręmissis deprehēditur.

Inherentes igitur nos conclusioni superius firmatæ,vt tandem consilium decisiuū à nobis petitum per vos Reuerendos dominos Canonicos Ecclesię Cathedralis Sarzanæ p̄feramus & q̄d iuris in pręsenti cā vobis referamus,viso processu ac omnibus scripturis in eo contentis sub sygillo vostro ad nos per nūtiū vestrū trāsmissis,diligenterque ipsis consideratis cū allegationibus dominorum aduocatorum ambarum partium, sæpiusque inter nos habito super eis colloquio,maturaque cōsideratione solū Deū,tremendūmq; illius iudicium præ oculis habentes cōsulimus partes D. Vestrarū fore & esse in indicando & diffiniendo præsentem cōtrouersiam in hunc,qui sequitur modū.

*Christi Saluatoris nostri nomine repetito.*

Quia dicimus & sentētiamus D. Augustinā & alias mulieres de Figascechis ex vna & Reuerēdū D. Hieronimū & alios ex Nobilibus de Marciasio ex altera, & de quibus vtrinq; sigillatim fit mentio in vltima p̄sentatione concorditer facta,fuisse & esse patronos,vnde quamlibet partem pro dimidia iuris pręsentandi & nominandi Capellanū ad Capellaniam S. Leonardi sitam in ecclesia Cathedrali ciuitatis Sarzanæ nominationemque & præsentationē per ambas partes factam de Reuerendo D.Ioāne Callano Sarzanense, subindeque eius admissionem in Capellanum & pro Capellano dictæ Capellanię, eiusque collationem in eum cum iuribus & pertinentiis suis,institutionemque & prouisionem illius per nos Canonicos factam dicimus & declaramus censeri factam & pro facta haberi ad instantiam & communi nomine ambarum partium, vti communiter ex æquo patronorum d.Capellaniæ & iuris pręsentandi ad eam nunc & ita in futurum quandocunque d. Capellaniam vacare contigerit communi nomine prouidendum esse,& pręsentationē debere per ambas partes diuidi earum hæredes & sorores, & hæc rationibus & causis mouentibus, partesque ab expensis absoluimus hincinde factis,excepto salario cōsultorum in hac causa, viaticique nuncij per nos transmissi ad quę ambas partes pro dimidia cōdemnamus.Et ita dicimus & sentiamus omni meliori modo, quo possumus.

Collegium I. V. Doctorum magnificæ ciuitatis Ferrarię.

*Hippoly.Rimin.Ferrar.*

## Pro Illustre D Blanca Estense.

### ARGVMENTVM.

Quando filius naturalis dici possit vel spurius.Et an assertioni patris de naturali sit standū. Nūquid legitimari possit stante patris licentia in præsenti casu,& quę debeant in petitione legitimationis exprimi. Et an fieri possit in terris ecclesiæ per Comitem Imperialem.De conditione annexa institutioni filiæ, si monachabitur an vitiet seu vitietur.

### SVMMARIVM.

1 *Filius naturalis vt sit capax successionis paterna requiritur quòd sit natus ex concubina in domo affectu maritali retenta.3.8.*
*Secus cum quis plures habebat.*
*Vel ex non retenta in domo natus est.2.*
*Et requiritur protestatio,quòd sit concubina.4.*
*I ecq; probari debent.5.*
*In quo articulo Natta mordet Crauetam.6.*
*Et hac cessant secundum vulgarem,& communem vsum loquendi.*
*Et aquitatem iuris Canonici.76.*

*Licet Ruinus contra sentiat.* 86.

*Quem taxat auctor.* 87.

7 *Filius ĩ dubio præsumitur spurius nõ aũt naturalis.*

*Sed contra per auctorem post Crane.* 97. 98.

9 *Delictum minus videtur in spurijs saltem de iure canonico: quod declaratur.* 105

*Ibiq; ratio adfertur colorata.*

10 *Spurijs filijs relinquere cur fuerit prohibitum.*

11 *Filius vt naturalis dicatur requiritur, quòd inter parentes suos legitimum potuerit esse matrimonium. sed declaratur.* 106.

12 *Filius natus ex nobili viro, & muliere vili non legitimatur per subsequens matrimonium.*

13 *Pater ĩ testamẽto nominãs filiũ suũ simpliciter dicitur eũ legitimare, si erat naturalis.* 111. 112. 113.

*Et concubina talis cum qua potuisset honestè contrahi matrimonium.*

14 *Posse non dicimus quod honestè non possumus.*

15 *Actus duo per testatorem dispositi eodem tempore videntur correspectiui.*

16 *Legitimatio secuta præter ordinem patris prodesse non debet.*

*Quod in præsenti casu non verificatur.* 113.

17 *Legitimatio ad vnum casum limitata debet effectum limitatum producere.*

18 *Concessionis vel dispositionis diligenter est attendendas, & inspiciendus.*

19 *Dispositione limitata ad certum gradum probari debet, quòd personæ sint infra illum gradum.*

20 *Legitimatio impetrata non expressa qualitate matris quæ potuit esse vilis nec sola cõcubina viciatur.*

*Secus si constat de volũtate legimãtis quòd oĩno fuisset concessurus legitimationem, nam sustinetur legitimatio.* 124.

21 *Legitimationem impetrans debet exprimere qualitatem legitimandi.*

*Num naturalis sit, spurius, vel incestuosus.*

*Et generalis, & inuolucris expresso propriè dicitur obreptio.* 22.

*Sed implicitè & expressè fieri debet aliàs impetratio redditur subreptitia velut incerta, & obscura.*

23 *Generalitas parit obscuritatem.*

24 *Legitimatio ex taciturnitate vitiatur & corruit.*

*Requiritur enim quòd omnis qualitas facti exprimatur, vt effugiatur surreptio.* 25.

*Secus si qualitas facti erat nulla nec opponi poterat.* 129.

26 *Surreptio vitiat literas nedum si causa fuit finalis, & inductiua. sed etiam si impulsiua.*

27 *Comes Imperialis legitimare non potest in terris subiectis ecclesiæ.*

*Quæ sententia communis est.* 28.

*Nec ab ea recedendum in iudicando.*

*Etiam si pluries fuisset seruatum contrarium.* 29.

*Sed hæc opi. dubitabilis videtur & non tuta.* 130.

*Et maximè quando legitimatio facta fuit viuente patre, & ad eius instantiam, nam tunc admittitur legitimatio.* 131.

*Et est communis, & magis communis.* 132.

*Et idem si post mortem patris de eius ordinatione processerit.* 133.

*Et vbi legitimatio imperialis apostolica coniuncta fuerit.* 134.

30 *Sũmus Pont. non præsumitur habuisse notitiam de actib. particulariũ & de statutis locorũ specialiũ.*

31 *Papa in bonis sitis Ferrariæ non potest disponere de plenitudine potestatis.*

32 *Comes Imperialis legitimare nõ põt in ducatu Mediolani licet infeudato ab Imperatore.*

*Sed contra.* 130.

*Et pulcre declaratur.* 148.

33 *Legitimandi potestas tota pendet ex priuilegio.*

34 *Clausula in priuilegio legitimãdi, sine præiudicio venientium ab intestato, quid importet, remissiuè & & pulcrè declaratur.* 156.

35 *Legitimatio principis nostri nõ solet concedi quò ad feuda nec quò ad fideicommissa. Expressio tamẽ de fideicommissis non porrigitur ad vulgarem.* 157.

36 *Prĩceps nõ vult nec põt ius quæsitũ ex testõ auferre.*

37 *Substitutus vulgariter tractat de maiori præiudicio quã fideicõmissarius, si p legitimationẽ excludatur.*

*Sed contra per auctorem.* 159.

28 *Extensio fit ex vnica ratione.*

39 *Conditio monachationis adiecta institutioni filiæ seruanda videtur ab ea si vult succedere. aliàs ea nolente monacari quòd excludatur.*

*Nam si conditio, si Titio nupserit, seruari debet.* 40.

*Multo magis si Deo monacando tali loco.*

*Et in eo Bartolum taxat Castrensis.* 51.

*Sed prædictam conclusionem dubitabilem putat auctor & non veram, post Glossam.* 165.

*Potissime verò in virgine* 167.

*Licet secus in vidua.* 168.

*Quæ sententia celebrior est, & communior.* 169.

40 *Conditio, si mulier nupserit Titio, seruari debet vt legato sit locus. Et de ratione.* 183.

41 *Vita contemplatiua maioris est perfectionis matrimoniali, & excellentior quàm actiua.* 185.

*Actiua tamen vtilior est reipublicæ, & ob id contemplatiua præferenda.* 186.

*Et cũ matrimoniũ ab initio fuerit à Deo cõstitutũ.*

42 *Conditio monachationis si fuerit adiecta filiæ institutæ seruari debet, quando ea nolente eam seruare translatio bonorum facta fuit in piam causam.*

*Sed contra per auctorem.* 193.

43 *Legatum virgini si non nupserit, translatum in ecclesiã si nupserit, nũ ea nubẽte dicatur. ei.* 44. 194.

45 *Filia instituta si monachabitur, sin minus instituta in 25. tantùm, prima conditione nõ impleta cessat primum relictum, & secundum tantùm debetur.*

*Sed contra per auctorem quò damnat Beroum.* 197

*Cum sequentibus.*

46 *Filius naturalis non extantibus legitimis in totum patri succedit.*

*Et ex testamento potest ab eo institui.*

47 *Filius naturalis ali debet à patre nobili, & dotari si est filia, licet haberet aliquam artem.*

48 *Filia si congruè nubere non potest quin det vniuersa bona subiecta fideicommisso in dotem, id facere potest.*

49 *Legitimari filius sæpius potest, & ex pleniore legitimatione se fundare.*

*Legitima-*

50 *Legitimatus succedit ex testamento & ab intestato. Item contra testamentum ad similitudinem filij praeteriti.51.*

52 *Filiae naturali legitima non debetur.*
*Legitimatae verò secus.53.*

54 *Legitimatus rumpit testamentum siue ante siue post illud fuerit legitimatus.*

55 *Filia legitimata quãdo nõ teneatur cõsequi suplemẽtũ legitima, sed possit totã hereditatẽ petere.56.*

56 *Filius astrictus ad non querelandum testamentum potest omisso supplemẽto legitimae illud querelare, & totam hereditatem consequi.*

57 *Amissio lucri magni iustum metum inducit.*

58 *Metus inducitur quando quis non est in libertate faciendi sed cogitur ad aliquid.*
*Metusq́; seruitutis dicitur iustus.59.*

60 *Monachus acquirit monasterio sicut seruus domino.*

61 *Seruitus ius naturae violat & mortalitati comparatur.*

62 *Testatoris dispositio metũ cõtinẽs ipso iure uitiatur.*

63 *Verba testatoris diligenter inspicienda sunt.*

64 *Noluntas consistit in animo & verbis detegitur.*

65 *Mentis nostrae nullum maius est testimonium, quàm qualitas inspecta verborum, cuius exemplum Socratis adfertur.66.*
*Et alterum Diogenis.*

67 *Confessio verborum maior est quolibet instrumento.*
*Et quibuscunque depositionibus testium.*

68 *Conditio prius purificari debet quàm sit locus substitutioni sub qua collata fuit.*
*Et ea deficiente corruit dispositio.69.*

70 *Paria sunt nihil fieri vel sub cõditione nõ purificata.*

71 *Protestatio ad exonerationem facta neminẽ grauãs potest vbique fieri.*
*Nec alterius quàm testium praesentiam requirit.*

72 *Substitutus filiae si decederet antequam fieret monialis, locum nõ habet in vita filiae nõ factae monialis.*

72 *Substitutio facta uno tempore non extenditur ad aliud tempus.*

73 *Verba tunc & eo casu. substitutionem restringunt ad casum expressum.*

74 *Conditio impleri debet in forma expressa, & non per aequipollens.*

75 *Monialis nihil proprium habere potest: sed acquiritur monasterio.*

76 *Filius naturalis dicitur natus ex solutis, licet ex furtiuo coitu secundùm vulgarem & communem vsum loquendi & aequitatem iuris Canonici.79.81.83.*
*Duobusq́; modis dicitur naturalis.77.78.*

79 *Cõis vsus loquendi praefertur proprio significatui.*
*Et ob id obseruari debet.80.*

81 *Filius natus ex fanticella dicitur naturalis largè loquendo.*
*Et capax successionis.82.*

84 *Filius natus ex muliere extra domum legitimatur per sequens matrimonium, etiam per rescriptum.*
*Canonistisq́; magis est standum quàm legistis.85.*

86 *Communis vsus loquendi probandus, nec doctori illum attestanti standum. Sed contra per auctorem.87.*
*Saltem quò ad praesumptionem, quae transfert onus probandi contrarium in aduersarium.88.*
*Et est communis opinio.*
*Saltem quando plures doctores attestantur.89.*
*Cum tali casu probari non debeat.90.*
*Quia praesumitur.91.*

92 *Doctori attestanti de communi vsu loquendi sua curia standum videtur, secus aliena.*
*Si particularis sit, secus si generalis, & vniformis vbique.93.*

94 *Communis vsus generalis velut notorius non indiget probatione.*

95 *Doctori attestanti de consuetudine nõ statur, de qua non potest haberi certitudo, sicut nec de statuto.*

96 *Communis vsus loquendi interpretatiuus bene per Doctores potest allegari & eis statur.*

99 *Baldi auctoritas non parua in causis decidendis.*

100 *Baldus. consi.448. quaerit in primis, an Valeat. nu. 4. vol.2. defenditur aduersus Nattam.101.102.*

101 *Conuentus ad relaxanda bona patris si dicat se legitimum & institutum, id probare debet.*
*Et qua ratione subijcitur.103.*

102 *Illatio non fit ex diuersis.*

104 *Assertioni patris de naturalitate filij standum est*

105 *Concubinatus maius peccatum continet propter actum successiuum, minus tamen ex eo quòd plerunque concubina ducitur in vxorem.*

107 *Matrimonium legitimum cũ serua contrahi potest.*

108 *Speculator in tit. de successi. ab intest. §. 1. de quo matrimonio fuerit locutus declaratur.*

109 *Dictum doctoris est intelligendum secundùm legem quam citat.*

110 *Angelus in §. sed & aliud. in auth. quib. mod. nat. effi. leg. de quo matrim. loquutus fuerit.*

111 *Legitimatio inducitur per nominationem filij in testamento.*
*Idq́; Veronae fuit obseruatum.112.*
*Et quando id procedat.113.*

114 *Sequentia declarant praecedentia.*

115 *Pater non cogitur filio naturali quicquam relinquere tit. institutionis.*

115 *Potestati alicuius subiecta non sunt necessitatis.*

116 *Legitima filio naturali non debetur.*

116 *Filiorum cum patre magna proximitas est, & necessitudo.*
*Et vna cum patre censentur eadem persona.117.*
*Aut Socij vel participes.*

118 *Superfluum nihil dictum videtur.*

119 *Caroli. V. motus. Plus vltra.*

120 *Clausula omni meliori modo, operatur, vt quis non videatur voluisse se restringere.*

120 *Legitimatio per clausulã omni meliori modo, videtur petita per omnem viam, & modũ magis proficuum legitimato.*

121 *Legitimatio petita generaliter per procuratorem generaliter est intelligenda.*

121 *Licentia legitimãdi data filiae per patrem, si fieret monacha, non infert à contrario sensu prohibitionem legitimationis, si nolit fieri monialis.*

122 *Argumentum à contrario sensu stricte summi debet ad limites verborum.*

Quæ conclusio saltem procedit, quando resultaret correctio iuris cõis, si in sensu cõtrario induceretur noua dispositio contraria sensui directo. 123.

124 Surreptionis vicium allegari non potest quando princeps omnino fuisset concessurus.

125 Spurius filij nomen non meretur.

126 Legitimatio facta non obstante quocunque defectu natalium non expresso aliquo defectu particulari non potest dici surrepticia vel obreptitia. 128.

Quia de quocũque videtur in genere cogitatũ. 127.

Et qualitates in genere sufficit exprimere, non autẽ necesse est ad speciem vel indiuidua venire. 128.

129 Surreptio opponi non potest occasione actus nulli taciti, & non expressi.

130 Imperator potest vbique & in toto orbe legitimare non subditos, & ad bona non subiecta.

Et habens auctoritatem ab eo.

Quod declaratur facta legitimatione viuente patre & ad eius instantiam. 131.

Quæ communis est, & magis communis. 132.

Vel post mortem patris ex eius præordinatione. 133

Et apostolica legitimatione sibi coniuncta. 134.

135 Instrumentum fauorabilius præcessisse præsumitur aliud minus fauorabile.

136 Legitimatio debet in dubio valida reputari.

137 Præsumptio validitatis actus cæteris fortior, & efficacior reputatur.

138 Posterius in ordine præsumitur prius, vt actus valeat.

Cuius exemplum datur.

139 Præsumptio per quam fit bona prouisio, & tollitur malus euentus est laudabilis.

140 Actus qui duobus modis fieri potuit, præsumitur factus, vt est vtilius facienti.

140 Via vtilior præsumitur intentata.

141 Legitimationes pontificiæ in terris subiectis ecclesiæ valent ex obseruantia diutina in iudicijs.

142 Summus Pont. inuestiendo censetur sibi reseruasse ea quæ concernunt superioritatem, & sibi competunt in signum supremæ potestatis.

Sicut est ius legitimandi. 143.

144 Comes Imperialis posito quòd non posset legitimare in terris subiectis ecclesiæ, debet intelligi domino immediato hoc allegante non alio tertio.

Et quando principis non intersit. 145.

146 Legitimatio sine licentia superioris loci videtur inualida.

Sed auctor contra post aliquos. 147.

148 Imperator non potest quem inuestiuit de feudo sine causa priuare.

Sed vasallos inferioris domini bene potest habilitare, & obstaculum ab eis remouere.

149 Intellectus c. per venerabilẽ, qui filij sint legitimi.

150 Imperator dicitur dominus orbis vniuersi quò ad usum, & exerticium iurisdictionis.

Quæ sententia communis est.

151 Illustris dici põt genitus ex familia valde nobili.

152 Illustrare pro nobilitare sumitur.

153 Princeps dicitur Imperator.

Vel latius habens aliquã dominationẽ vel Baroniã.

154 Legitimatio filij Comitis fuit facta quia filij taliũ fuerant excepti in priuilegio Comitis.

155 Qualitas dispositionis probari debet, vt habeat locum dispositio.

157 Substitutio vulgaris differt à fideicom. & differunt nomine. 158.

159 Substituto vulgari non dicitur ius quæsitum dum pendet instituto tempus adeũdi vel repudiandi.

160 Princeps potest tollere ius quærẽdũ etiã sine causa.

Et dicitur intellexisse de bonis subiectis fideicommisso valido non nullo. 161.

162 Statutũ de Gabella de contractus soluenda intelligitur de valido non de nullo.

163 Fideicommissum nullum aliqua ratione non dicitur fideicommissum.

Sicut nec instrumentum nec sententia nulla. dicitur instrumentum vel sententia.

163 Satutum si dicat, quòd contra instrumentum vel sententiam nulla exceptio opponi possit, opponi tamen potest, quòd non est instrumẽtum nec sentẽtia.

164 Institutio inutilis non dicitur institutio.

165 Legatum virgini, si non nupserit, debetur licet ea nupserit, & procedit etiam in foro animæ. 173

In virgine namque nihil est.

Immutatum secũdùm Doctores communiter. 167.

Et est opinio celebrior & communior apud eos. 169.

Et ab ea non est temere recedendum. 171.

Quam Costa ratione confirmat. 172.

168 Ratio nõ nubẽdi in virgine & vidua diuersa est.

Quam subijcit auctor. 170.

174 Virgo pupillariter substituta, si monachabitur in tali loco. potest succedere ex pupillari licet nolit monachari.

Sicut si vocata sit, si non nupserit. 175.

175 Conditio, si non nupserit, inducit viduitatem, & nuptias prohibet.

176 Conditio si monachabitur, & si non nupserit, æquiparantur.

177 Conditio impossibilis adiecta institutioni pro non scripta habetur.

Viciaturq; & non viciat dispositionem.

178 Conditio impossibilis de iure reputatur, quæ sit difficilis: cuius exemplum datur. 179.

179 Conditio monachationis reputatur impossibilis, quia difficilis ob mutationem status.

Et in eam rem Baldum taxat auctor. 180.

180 Virginem arctare ad ingressum monasterij dicitur quid illicitum continere.

Ratioq; subijcitur pulcra. 181.

181 Timor amissionis bonorũ pœnã continet maximã.

182 Bona sunt hominum substantia & vita.

182 Conditio, si Titio nupserit, seruari debet.

Secus si Deo se desponsauerit.

Ratio diuersitatis adducitur, & numero sequẽti. 183.

187 Castrensis in auct. cui relictum. C de indic. Vidu. damnatur per auctorem.

188 Cõditio nõ nubẽdi vel monachationis nõ cõsideratur à legib. quia nõ põt ĩde uacari liberis procreãdis.

Quod est contra rem publicam

189 Intellectus leg. Titio vsufructus. §. serui. ff. de cõd. & demonst. 190.

Et quid de alio Gulielmi de Cuneo, & sequaciũ. 191

Quid

192 *Quid dicens probare debet.*
193 *Agens vt agnatus tenetur probare se agnatum.*
193 *Libertatis causa fauorabilior est cā matri.nonj.*
194 *Filiorum causa potior est, quàm ecclesia.*
*Nedum quò ad legitimam, sed etiam præter eam re-
spectu totius hereditatis.*
*Quæ fuit sententia Baldi & aliorum.* 195
196 *Ecclesiæ fauor non sic immoderatus esse debet vt sit
iniustitiæ productiuus.*
197 *Legatum mille filiæ si nupserit, ducentorum verò
si fiet monacha, debetur prima summa, licet fiat
monialis.*
*Sicq; fuit iudicatum Bononiæ.*
*Et communem Crot. testatur.* 198.
*Nec ab ea in iudicando recedendum est.* 199.
*Et licet aliqui contrarium teneant, qui communem
testantur & de facto seruari.*
*Prior tamen opin. plurium auctoritate munita est.
nec ab ea recedendum.* 200.
201 *Summa ratio est quæ pro religione facit.*
202 *Probationibus vel sententijs pluribus repugnanti-
bus illa prævalere debet, quæ fauet piæ causæ.*
203 *Intellectus leg. Titia. ff. de cond. & de. secundū li-
teram negatiuam placet auctori.*

## CONSILIVM CCXV.

*Auxilium meum à Domino.*

ILLVSTRIS D. Guronus Estē-
sis instituit hæredem Illustrē D.
Blancā eius filiam naturalē qua-
tenus efficiatur monialis mona-
sterii S. Antonii ciuitatis Ferr. &
in eo professionem emittat, & quatenus non es-
set capax hęreditatis, eidem dedit licentiam pe-
tendi & se legitimari faciendi à quocunq; po-
testatē ad hęc habente, vt reddatur capax dictæ
successionis, & si noluerit esse monialis dicti
monasterii & in eo profiteri, eidem reliquit iu-
re institutionis scutos 25. auri pro omni eo &
toto quod petere posset in bonis & hęreditate
ipsius testatoris, & hæredes instituit & substi-
tuit Moniales dicti monasterii. Quo testatore
mortuo & Illustre D. Blanca nolente fieri mo-
nialem dicti monasterii, nec in eo profiteri, na-
ta fuit controuersia dictæ successionis inter eā
& moniales prędictas. Vnde de iuribus partiū
discutiendum est.

Et in primis dicendum videtur, hanc filiā
1 velut incapacē repellendam esse. † Nam vt fi-
lius naturalis capax successionis patris ex testa-
mento dici possit, quando non extant filii legi-
timi, iuxta textum in auct. licet. C. de natur. lib.
non sufficit, q; sit natus ex soluto & soluta, sed
etiā requiritur q; natus sit ex vnica concubina
in domo affectu maritali retēta, vt declarat A-
zo in summa. C. de natur. lib. Bar. in l. penul. C.
eod. tit. Alberic. in rubr. eod. titul. Areti. in §.
tam autem. inst. de inoffi. testam. Oldra. consi-
lio 196. factum. Signorol. consilio 219. nu. 12.
2 dominus meus Rimi. cons. 220. † vnde natus
ex cōcubina, cū quis plures habebat, vel non re-
tēta vt supra, spurius dr̄ & incapax institutionis
paternę. Bar. in l. fi. col. 1. ff. de his q. vt ind. Rui.
cōs. 88. nu. 6. vol. 3. Goz. cons. 21. nu. 23. Alc. in
trac. de præsum. 2. reg. præsum. 5. n. 4. & melius
cęteris Alb. loco citato, dicēs q; pro declaratio-
ne, qui filii sint naturales, est aduertendū, q; ma-
gna quęstio fuit in prouincia de quodam nobi-
li qui se conuertit ad quandā suam familiarem
ignobilē, ex qua habuit filium, quā tractabat si-
cut famulā in cibo, potu & indumentis, illaq; 
ducebat aquam de fonte ac alia ministeria &
seruitia faciebat in domo: quærebatur, an talis
filius esset naturalis, vt sibi posset relinqui secū-
dùm formam d. auth. licet, & respondit Alberi.
3 determinatum fuisse q; non, † quia oportet, q;
mater sit in schemate cōcubinæ retenta. §. si quis
autem defunctus, in auth. quibus mod. nat. effi.
sui. & in §. pręsens. in authen. de tri. & se. ibi. in
habitu concubinæ cum eo degens. At illa mu-
lier non erat talis, ergo nec filius erat naturalis
4 nec capax relicti, † nam schema concubinę adeo
affinis est vxori, quòd lex propter discretionē
vnius ab altera requirit protestationem quòd
sit concubina. Et hoc vltimum quoque de pro-
testatione dicit Dominus meus Riminal. in-
dicto consilio 220. post Ioann. Andr. in addi.
ad Specul. in tit. qui fil. sint legi. & Bal. in l. etiā
in fin. C. de testi. consideratq; e, quòd mulier
in casu suo non fuerat in domo retenta indubi-
tato affectu, sed vti pedissequa, cui conformis
est ad vnguē Oldra. consil. 196. factum tale est
& latè ponit etiam Bermōdus in titulo de pu-
blic. concubi. in versiculo Papa hic impropriè.
vbi de protestatione & aliis requisitis loquitur
ad hoc vt concubina dicatur & filii naturales.
5 † quare cū nō appareat, qualis esset illa mulier,
ex qua nata fuit Illust. D. Blāca, nec quomodo
retēta fuerit ab Illus. D. Gurono genitore suo,
nec de illius protestatione constet, nō videtur
obtinere posse: debuit. n. hęc probare Illust. D.
Blāca, vt signāter determinat Natta cons. 421.
dicens, quòd si conuentus ab agnatis proximio-
ribus ad relaxandam hęreditatem prętendit se
potuisse institui tanquā naturalem, non extan-
te legitima prole, debet ostēdere se natum ex
vna concubina in domo retenta, vxorio affe-
ctu, aliàs probādo se tantū natū ex soluto & so-
luta non poterit obtinere, vt ibi latius per eum
6 † qui per hoc mordet Crauctam cons. 166. con-
trarium tenentem, & vltra Nattam confirmat
idem Bertrand. cōs. 135. quia scienti. secū. par-
te priorū. & Alciat. in tract. de pręsum. secū. re-
7 gula, pręsum. 5. ad finē, † vbi per hoc infert, in
dubio filiū præsumi spuriū, non aūt naturalem,
sicq; incapacē remanere. Meritò nequaquam
standum videtur assertioni patris, qui Illustrē
Do. Blancam naturalem appellauit in tali ma-
teria prohibita propter pręsumptionē spurie-
tatis, & quòd in fraudem legis sic appella-

uerit,vt latè concludit Alciat.respon.268.& se
quenti,& cum prędictis etiam concordat Car
dinalis Albanus.ĩ lucubrationibus suis ad Bar.
8 in l.si gener.ff.de his quib.vt ind.nu.7.† vbi pri
mò dicit, q multa requiruntur, vt quis dica-
tur esse naturalis tantũ, scilicet vt sit natus ex
cõcubina retenta in domo affectione maritali
& reliqua,quę cum sint facti,non præsumuntur
in dubio,& propterea dixit Bal.consi.262.vol.
9 2.paucos esse naturales.† Immo verò si præsu-
mimus eos esse spurios, p̃sumi videtur minus
delictum saltẽ de iure Canonico:quia in natu
ralibus exigitur concubinam esse relictam in
domo,atque ita ex multiplicitate actuum suc-
cessiuorum maius peccatũ prouenire solet,quã
cognoscere semel vel bis aliquam, ex qua spu-
rius nascatur. & hęc quoque consideratio fuit
Pauli Perusi.cons. 176.nu.52.primo Tomo vl-
timarum voluntatum,dicentis,q hodie fauora
biliores sunt nati ex soluto & soluta, quàm ex
concubinatu: quia ius Canonicum magis ab-
horret concubinatum,quàm simplicẽ fornica-
tionẽ, cũ concubinatus inducat diuturnum &
continuum peccatum, simplex autem fornica
tio momentaneũ,vt no.in c.ex parte.de testi.&
in alio casu tradit Abb.in c.tãta.q fil. sint legi.
10 † Hęc autem prohibitio relinquendi spuriis
cõstituta videtur,vt eleganter declarat Conna-
nus in cõmentariis suis lib. 10.cap.1. col.3.nã
si liceret filiis spuriis tantum quantum legiti-
mis relinquere, veri matrimonii cogitationẽ
quisque abiiceret, contentus vsu concubinę ex
qua nec amicitiæ minus speraret, nec volupta-
tis.& fortasse plus aliquanto,sanè quidẽ multo
magis, & libertatis, & licentiæ, cum ex ea li-
beros quos æquè ac legitimos pro sua volunta-
te posset instituere.
11 † Secundò principaliter repugnare videtur
huic Illust.Do.Nam,vt filius dicatur naturalis,
etiã requiritur,vt inter parentes suos potuerit
esse legitimum matrimonium,secundùm Spe-
cula. in tit.de succes. ab intest.§. 1. versi. nunc
de naturalium.Ioann.Andr.in addi.ad eum in
rubr.q fil.sint legi.Signor.cõs.219.Abb.in c.p
venerabilem.& in c tanta.qui fil.sint.legi. Ca-
cia.in l.si qua illustris. C.ad orfici.Bal.cõs.206.
casus talis est, quidam A. vol.3.& alii plerique
quos cumulat Alciat.in tract.de præsum.2.reg.
præsum.5.nu.4.& post eum Ioann.Nicol.in ad-
di.At hoc esse non potuit,cũ Illustris D.Guro-
nus ex nobilissima familia Estẽsiũ descẽderit,
mulier aũt,cũ qua rẽ habuit,vilis esset respectu
dignitatis suæ,& ob id cũ honestate nõ potuis
12 set inter eos cõtrahi matrimoniũ † vt in simili
casu tradit Ang.in §.sed & aliud.in auth.quib.
mod.natur.effi.legi.vbi dicit,natos ex nobili vi
ro & cõcubina vili nõ legitimari p sequẽs ma-
trimoniũ,cũ nõ possit inter eos honestè cõtra-
hi matrimoniũ,ideõq; tenet Bal.in aut. itẽ si qs.
col.2.C.de natur.libe.& in c.illud. de pręsum.
Cur.Iun.cons.136.nu.10.Veronens. caut. 250.
Card.Alexand.in dicto c.tanta.q.16. & Præpo
sit,col.pen.qui fil. sint legi. Picus in l. Titia. §.
Titia cum nuberet.nu.52.ff.de leg. 2. Cagnol.
in dicta l.si qua illustris.numero 5. Martin.Lau
dens. in disputa. sua Augerius. columna 23.
Ioann.Lup.in c.per vestras.§ 7.columna 2.de
don.inter vir.& vxor.Rui.consilio 211.nume-
ro 10.volumine primo,consilio 92. nume. 16.
in fin.vol.3.consi.51.numero 8.vol.5. Mantua
cons.38. numero 11. vol. 2. Aldroband.in §.fi.
inst.de nup.sub nu.12.Soc.Iun.consi.52.num.
secundo,volumine primo,Cephal.consil. 186.
13 nume. 26. & consilio 286. numero 19.† Simi-
lem casum proponit Bar.consilio.120. Verru-
tius Corradini.& in quæstione 11.incipi. ha-
beo filium naturalem colum.pen. quando pa-
ter habet filium naturalem, quem filium suum
simpliciter nominat in testamento,vnde resul
tat legalis legitimatio filii,nam requirit Bar. q
mulier illa fuerit talis concubina,cum qua se-
cundùm bonos mores ciuiles honestè potuisset
contrahi matrimonium, secus si vilis erat con
14 ditionis † non enim possumus, quod honestè
non possumus l.filius.ff.de cond.insti.sequitur
Bal.in c.innotuit. col.pen.de electi.Oldra.cõs.
196.Ang.in §.ad hæc, in auth.vt liceat matri.
post Bar.Franciscum de Pisis, Angelum de Au
reli.& Hugolinum,Curtius Iun.consi.136.nu-
mero 1:.quare sic & in casu nostro videbatur
ad vnguem dici posse.
15 † Nec prædictę Illustri D. Blancæ prodesse
videbatur legitimatio sibi concessa per Comi-
tes palatinos ex pluribus.& primò,veluti cõtra
mentẽ sui Genitoris secuta,nã eã instituit sub
conditione monachationis, sibique dedit li-
centiam se legitimari faciẽdi,quo fieret capax
successionis,ita q isti duo actus dispositi per te
statorem eãdẽ tẽpore videnť fuisse correspecti
ui,& vnus propter alium factus,& ordinatus,vt
notat Bal.in l.petens.col.pen.C.de pact.Corn.
cons.36.col.2.volum.2. cons.57. colu.5.vol.3.
cõs.206.nu.6.vol.4. Dec.in dicta l.petens. no-
tab.2.vnde licentia legitimationis uideť ei per
patrem cõcessa in euentũ q succedat facta mo
nialis,si nolit ergo fieri monialis, non uidetur
16 ei data licentia legitimationis. † Immo uide-
tur prohibita potius eam impetrare,prout in si
mili casu legitimationis determinat Berous
cons.177.nu.76.uolum.2.post Baldum consilio
133.uol.tertio,(quẽ tamẽ inuenire nõ potui)
Nam si pater ordinauit filium legitimari infra
annum, ut capax fieret successionis, censetur
prohibuisse, quòd post annum legitimari pos-
sit ad illum successionis effectum, sicque legiti-
matio secuta post annũ nõ dr facta ex pręordi
natione patris,unde pariter nec in casu nostro.
17 † Quod præterea cõfirmatur ex eo, q cũ cõ-
cessio legitimãdi fuerit ad illũ casum monacha
tionis limitata,debuit effectũ limitatũ produ-
cere,nempe,vt demũ procederet monachatio-
ne secuta,& nõ aliter.l.in agris.ff.de acqui.rer.
domi.

domi. Paris. cōs. 12. nu. 179. vol. 2. & cons. 112.
18 nu. 19. vol. 4. Cephal. consi. 288. nu. 43. † quo-
niam tenor cuiuslibet concessionis siue dispositionis diligenter est inspiciendus, vt tradit iu-
risconsult. in l. fideiussores magistratuū. §. pro
Aurelio. ff. de fideiuss. ibi. lecta subscriptione,
& in capitulo 1. in final. verbis, de duob. fratr.
à capi. inuest. c. porrò. de priuil. Bal. in l. liberti.
libertæque. C. de oper. libert. col. 5. in l. cum an
tiquioribus col. 5. C. de iure del. Cast. cōs. 165.
19 vol. 2. & Bero. cons. 84. nu. 79. vol. 2. † Vnde vi
demus, quòd quando dispositio limitata repe-
ritur ad certum gradum, debet probari quòd
personæ, de quibus agitur, sint intra illum gra-
dum. Alex. cons. 82. col. 2. vol. 1. Dec. cons. 321.
col. 3. in fi. Hinc idem Dec. dixit cons. 13. col. 2.
quòd si statutum præferat agnatos cognatis vs
que ad tertium gradū, probari debet per agna
tum, quòd sit agnatus, & intra tertium gradū,
de quo pariter ponit cons. 222. col. pen. Paris.
cons. 30. nu. 60. & consil. 37. nu. 67. vol. 2. sequi
tur Roland. à Vall. cons. 32. nu. 21. vol. 3.
20 † Secundò quoque cessare debet nec suffra-
gari dēt legitimatio: quoniā procurator huius
Illust. Do. qualitatē matris suæ tacuit, quæ po-
tuit esse vilis, nec sola cōcubina, vnde simplex
& generalis expressio de soluto & soluta, cętera
tacēdo, quę reddidissent Comitē Palatinū dif
ficiliorem, debet legitimationem vitiare, vt de
clarant Innoc. & Abbas in c. veniēs. de pręscr.
Cuti. cons. 17. col. fin. Gozad. consi. 6. numero 6.
Et pulcrè Butri. in c. per venerabilem. col. 15.
versi. nunc venio ad secundum. qui fil. sint legi.
21 † diocēs, quod impetrās debet exprimere qualita-
tatem legitimandi, nū naturalis sit, spurius, vel
incestuosus, quia difficilius dispensatur cum in
cestuoso, vel spurio, quàm cum naturali tantū,
sequitur Rui. consi. 88. num. 8. vol. 5. Roland.
à Valle consi. 89. nu. 74. vol. primo, subiungens
post Abbatem in c. cum dilecta. Glossa secun-
22 da, de rescri. † Quòd generalis expressio est
propriè ipsa obreptio: non enim generaliter
& confusè, sed in specie, & explicitè fieri de-
bet expressio, aliàs impetratio redditur subre-
ptitia velut incerta & obscura. Oldra. consilio
81. quòd processus. Bald. consilio 359. propo-
nitur quòd, volumine primo, Roman. consilio
272. & plenius consilio 326. in fin. vbi dicit,
quòd vt impetratio saluetur à surreptione, nō
sufficit exprimi generaliter id factum, quod si
tacetur, reddit rescriptum surrepticium, nisi
etiam exprimatur modus, per quem id factum
extitit consumatum, adducit Glossam. in c. di
lectus filius Abbas. de rescr. quam sequitur In
23 nocent. ibi. subditque rationē Roman. † quia
ex ea generalitate, quę parit obscuritatem,
prout dicit Glo. in l. quoties. ff. de ver. oblig. &
in l. ita fidei. ff. de iur. fis. l. in tradendis. ff. com-
mū. præd. l. prætor edixit. §. quod autem. ff. de
iniur. Craue. consilio 162. numero secundo, fa
cile potest princeps circumueniri. l. fin. C. de
dot. promiss. & Romanum latius comprobat
Oratius Mandos. Romanus in addi. suis post il
lum, plures adducens in verbo modus. quibus
addo Ancharanum cons. 16. viso proc. col. fin.
Soc. consi. 273. ad finem, vol. 2. cons. 59. col. 3.
consi. 65. colum. 3. vol. 3. Craue. cons. 68. nu. 3.
& consi. 79. nu. 11.
Tertiò (quod est fortius) narrauit tantùm
procurator dictæ filiæ, quòd pater dedit licen-
tiā quādocunque se legitimari faciēdi, tacuit
tamen, quod volebat eam monachari loco prædi-
cto, si volebat ei succedere, aliàs quòd ei scu-
tos tantùm centum relinquebat, & quòd illa
nollebat fieri monialis dicti monasterii, & nihi-
lominus volebat hęreditatem patris obtinere
24 † vnde dicta legitimatio dicitur fuisse surre-
ptitia, & uitiari debet. Abbas & Fel. in c. super
literis. de rescri. Gozad. consi. 25. num. 6. quæ-
libet enim surreptio reddit literas gratiosas vi
tiosas. c. si super gratia. de offi. deleg. in 6. c. ad
audientiam. & ibi not. Abb. de rescr. Bero. cōs.
25 50. nu. 72. vol. 1. † requiritur enim quòd om-
nis qualitas facti exprimatur, vt effugiatur surre
ptio. clem. 1. de præb. clemen. 2. de offi. ordi.
& nihil dēt taceri quod potuisset concedentē
in contrarium mouere, secundùm Oldra. cōs.
22. Immo verò concessio vitiatur, si tacetur il-
lud, quo expresso cōcedēs adhuc cōcessisset, sed
nō ita de facili. c. postulasti. ibi. de leui nō scri-
26 bimus, de rescrip. † quem tex. multùm cōmen-
dat Abb. in vltimo notabili eūq; semper dicit
esse menti tenendū, quod surreptio vitiat literas,
nedum quando causa fuit finalis & inductiua,
sed et si fuit impulsiua, ita quòd princeps aliàs
concessisset cessante surreptione, sed non ita de
leui, sequitur latiùs Natta loquens in terminis
legitimationis consi. 368. nu. 4.
27 † Quartò, respectu legitimationis Comitis
Imperialis particulariter obstare videtur, quod fa-
cta fuit in terris subiectis respectu dominii di-
recti Ecclesiæ, quibus in locis tales Comites Im
periales legitimare non possunt, velut in locis
nō subiectis Imperatori, vt voluit Bar. in l. qua
in prouincia. §. diuus. ff. de ritu nup. Bal. post
Butrig. in l. 1. C. de iure aure. anul. Signor. cōs.
223. tertio dubio. Anch. consi. 321. Fulg. consi.
28 23. col. 3. † vbi dicit hanc esse cōmu. Soc. cōs.
47. nu. 31. vol. 3. Alex. cons. 67. col. pen. & fin.
vol. 1. cōs. 11. col. 2. vol. 7. quibus in locis & cō
munem testatur, & ab ea non esse recedendum
in iudicando. Dec. cons. 150. col. 2. cons. 155.
col. 1. consi. 557. col. pen. Ias. cons. 70. col. 2. vol.
3. & plures alios cumulat Roland. à Valle con
silio 88. numero 25. volumine primo, Idemq;
ponit Alciat. respon. 25. loquens de legitima-
tione facta Ferrarię per Comitem de Campe-
29 giis † Quinimò Castrens. cons. 343. colum. 2.
vol. 2. hoc amplias, etiam si pluries contrarium
fuisset seruatum: quia non fuisset introducta
cōsuetudo valida in præiudiciū iurisdictionis
& superioritatis Ecclesiæ Romanæ, cui subest

 ciuitas

ciuitas, in qua sit facta legitimatio per Comi-
30 tem Cęsareum † cum Summi Pontifices non
præsumantur in dubio notitiam habuisse de
talibus actibus particularium personarum, si-
cut nec de statutis specialium locorum, & hanc
opi. latius etiam confirmat idem Castr. consi.
468. col. 4. & 5. vol. 2. Vbi deducit textum in c.
per venerabilem, qui fil. sint leg. quem plenius
ibidem ponderat Abbas notab. 1. & nu. 23. sed
breuitatis causa ad vtrunque me remitto. Idē
quoque dicendum videtur respectu legitima-
tionis Comitis Apostolici, vt tradit Alciat. re-
31 spon. 201. nu. 22. † vbi tenet, Papam in bonis
existentibus Ferrariæ, cū sint sub dominio Ex-
cellentiss. Ducis, non posse disponere de pleni
tudine potestatis: quia illam nō habet, sed tran
stulit in Ducē, reseruato sibi certo censu. Ideo
tenet legitimationem illius nō valere factam
Ferrariæ, & illi decisioni conformis est alia
32 Curtii Sen. cons. 73. quinto dub. † vbi conclu-
dit, q Comes palatinus creatus ab Imperatore
non potest legitimare in Ducatu Mediolanēsi,
quāuis infeudato ab Imperatore, sine consen-
su Ducis Mediolani, cum in illo sit Princeps
perpetuus, & in eum sit translata omnis pote-
stas Imperialis, sequitur Ias. cons. 70. col. 3. vol.
3. Paris. cons. 2. col. 2. vol. 2. Rol. à Val. cons. 88.
nu. 27. vol. 1. Soc. Iun. cōs. 100. nu. 21. vol. 2. cōs.
126. nu. 22. vol. 3. Ceph. cons. 23. nu. 78. quorū
decisio pariter obstare videtur huic Illustri Do
minæ, quę legitimata fuit sine cōsensu superio
ris Ciuitatis Ianuę, sine quo nō potuit se subii-
cere iurisdictioni Comitis eam legitimantis.
33 † Quintò non omittitur, quòd in priuilegio
Comitis Imperialis sibi data fuit auctoritas le
gitimandi quoscunque, Illustrium tamen filiis
duntaxat exceptis, igitur non potuit ille Co-
mes legitimare pręfatam D. Blancam filiam pa
rentis Illustris. si quidem tota potestas legiti-
mandi pendet ex tenore priuilegii. c. porrò. de
priuileg. plenè Doctores in c. per venerabilem.
qui fil. sint legi. in l. Gallus. §. & quid si tantum.
ff. de lib. & post. Castr. consil. 161. in præsenti
causa, consi. 227. super primo dubio. Alex. cons.
67. vol. 1. Soci. cons. 212. col. 2. vol. 2. cons. 63.
col. 1. vol. 3. Paris. cōs. 14. nu. 36. vol. 2. & Paul.
Lancellot. Perusin. consi. 176. nu. 16. primo To
mo diuersorū vltimarum voluntatum.
34 † Sextò, respectu legitimationis Comitis
Apostolici considerandum est, quòd in priuile
gio sibi concessa fuit potestas legitimandi, sine
tamen præiudicio venientium ab intestato, de
cuius clausulæ interpretatione varia dicūt Do
ctores enumerati per Soc. cons. 41. vol. 3. sed
quancunque interpretationem teneamus, ne-
gari non potest quin adesset præiudicium Illu
stris D. Francisci Marii nepotis ex fratre D. Te
statoris, ergo legitimatio non videtur prodesse
posse Illustri D. Blācę ex defectu potestatis legi
timandi tali casu denegata.
35 † Septimò, si niti velit ex legitimatione po-
steriore sibi concessa per superiorem loci, vide
tur adhuc sibi parum prodesse posse: quia vo-
luit ipse princeps eam legitimare quò ad bona
feudalia, & fideicommisso subiecta. ibi. feuda
libus bonis, & fidecommisso suppositis sem-
per exceptis ac reseruatis. quòd non alia sanè
36 ratione constituit, vt arbitror, nisi † quia ter-
tio noluit pręiudicare, iusque sibi quęsitum ex
testamento auferre, quod sine causa facere nō
potest, vt ponit Bar. in procœ. ff. orum. Doctores
vbi Ias. in l. si testamentum. C. de test. Abb. Fel.
Dec. & oēs. in c. quæ in ecclesiariū. de const. &
infinitos congerit Anto. Gabriel. Romanus in
suis cōclusionibus lib. 3. de iure quęsito nō tol
lēdo. col. 2. At in casu quo Illustr. D. Blāca mo
nialis esse nollet, nec in illo monasterio profite
ri, testator substituit ei moniales dicti monaste
rii, quę substitutio licet vulgaris sit, l. 1. ff. de
vulgar. & pup. & inst. eo. in prin. tamē in ea mi
litat eadem ratio præiudicii tertii, iurisq; sibi
37 quæsiti. immo verò maior † cū substitutus vul
garis iure directo veniat & à se ipso capiat, nō
autem de manu alterius, prout in fideicommis
sario contingit. l. quia poterat. ff. ad treb. §. re-
38 stituta. inst. de fideic. hæred. † meritò fieri dēt
extensio ex dicta ratione vnica, iuxta not. per
Gl. Castr. Alex. & Ias. in l. quamuis. C. de fidei
com. Ias. in auth. quas actiones. nu. 22. C. de sa
crosan. eccle. & in l. si constante, vbi Ripa pari-
ter, Crot. & Soc. Iun. ff. sol. mat. cum similibus.
Tertiò principaliter, posito quòd hæc Illu-
stris D. Blanca capax esset, nec dictis legitima-
tionibus indigeret, adhuc tamē nō videbatur
posse summere fuundamētum ex institutione
de se facta, si nollet conditionem monachatio-
nis annexam seruare, & implere, sed ab hæredi-
tate patris excludēda videbatur, & illam debe-
39 re monialibus prędictis applicari † per doctri-
nam Baldi in auth. cui relictum. C. de indi. vid.
toll. vbi dicit, q si legatur alicui virgini sub cō
ditione, si monasteriū intrauerit, seruanda est
cōditio. Nā volūtates defunctorū nihil illicitū
habentes frustrari non debent. §. quę verò. in
auth. de nupt. planè, subdit Baldus, supradicta
conditio nihil habet illicitum, igitur est seruā
40 da. † Quòd si conditio illa, si Titio nupserit,
seruari debet, vt legato sit locus. l. Titio cētum
§. 1. ff. de cond. & demon. l. 1. & 2. C. de insti. &
sub. multo magis seruari dēt conditio: Si Deo
se desponsauerit ingrediendo monasterium, &
41 cum Baldo resident etiā Corn. & Ias. † & prior
eis Castr. in dicta auth. cui relictum. reprobās
decisionem Bar. cōs. 184. D. Nutta qui voluit,
talem conditionem remitti, legatumque debē
ri: quoniam vità cōtemplatiua maioris est per-
fectionis quàm matrimonialis & excellentior
est quàm actiua. §. 2. vbi glossa in ver. cessionē.
in auth. de monach. Archid. in c. scripturis. 8.
q. 1. & Sen. Pedemon. decis. 127. nu. 2. & ideo
dicit idē Castr. in l. Titio centū. §. 1. ff. de cond.
& demonst. se mirari de illa decisione Bartoli,

&

& credit quòd malè consuluerit, sequitur Soc. in l. mulieri & Titio, n. 12. eo. tit. Alex. in apostill. ad Bart. in l. 1. C. de insti. & substi. Dec. in c. in præsentia. nu. 58. de proba. & Emanuel Costa in repe. l. cum tale. §. si arbitratu. 3. limi. ff. de cond. & demon.

42 † Quartò fortius accedit, quòd institutio facta de ill. D. Blanca sub illa conditione monacationis, in eius defectum translata fuit in dictas moniales, & sic in causam piam & fauorabilem: quia si noluerit esse monialis, institutæ fuerunt & substitutæ dictæ moniales, quo stante non reiicitur illa conditio sed seruanda videtur, per doctrinam Guilielmi de Cun. per illum textum, quam refert & dicit esse menti tenendam Castr. in l. Titio vsufructus. §. serui ff. de cond. & demon. prout & Ias. in l. 1. ad fi. C. de indic. uid. toll. summat enim Castr. illum textum in hunc modum, quòd conditio viduitatis non reiicitur, si in defectum eius legatum fuit in causam piam, & fauorabilem translatũ, quod innuit casus ibi propositus de vsufructu serui legato mulieri quò ad esset vidua, si verò nupsisset, seruus ille liber esse iussus est, nam si mulier nupserit, & sic conditionē viduitatis nō seruauerit, liber erit, inquit textus: quia potior est legato libertas. Vnde nō reiicitur eo casu conditio viduitatis adiecta legato: quia in eius defectum legatum translatum fuit in causam piam & fauorabilem, qualis est libertas ser-
43 uo ascripta † Hinc enim determinat Guil. de Cun. quòd si legatum factum fuerit etiam Virgini, si non nupserit, & si nupserit legatum trāslatum est in ecclesiam vel hospitale si contingat eam nubere, non habebit illa legatum, sed ecclesia vel hospitale. Sic enim dici debet in hac conditione adiecta illustr. Dominæ Blancæ Virgini, si monalis fiet, & sic si non nupserit, vt ea nolente monachari, non habeat illa bona relicta sed ecclesia monialium, in
44 quas tranlata sunt. † Et licet Bar. ibidem dubitauerit de prædicta decisione Guilielmi de Cuneo, dicens quòd an sit vera ad præsens non firmat, attamen Imola bene firmat & dicit hoc esse tenendum, per ea quæ ipsemet Bart. posuit in l. proximè. §. si. ff. de his quę in testa. dele. vbi æquiparat fauorem pię causę fauori libertatis. Igitur argumentum Guilielmi de libertate ad piam casam bene procedit.

Quintò considerandum est, quòd illust. D. Testator & Genitor fecit diuersa relicta dictæ D. Blancæ, nam eam instituit hæredem vniuersalem, si fiet monialis in dicto monasterio, si verò noluerit ibidē monachari, eam instituit in scutis 25. tantùm, & sic in vtrunque casum
45 prouidit ei. † Quo stante relictum primum sibi factum sub conditione, si fieret monialis, quod est simile relicto facto sub conditione negatiua, si nō nupserit, ita demum debetur, si fuerit adimpleta ipsa conditio, si verò ea non fuerit adimpleta: quia velit nubere non autem monachari, ei non debetur primum relictum, sed secundum. sicque non tota hæreditas sibi debetur, sed tātū scuti 25. textus est notabilis in l. Titię. ff. de cond. & demon. per quem sic declarat Bero. cons. 5. nu. 6. vol. 2. licet de monachatione non loquatur. Et hæc sunt quæ discurrendo casum præsentem, valde periculosam reddere videntur intentionem D. Blancæ.

46 † Quibus tamen non obstantibus arbitror & veriorem & æquiorem, magisque iuridicam esse conclusionem pro ipsa Illustri D. Blanca, nā genitor suus eam naturalem appellauit, & hæredem instituit, nec ille legitimam prolem habebat, igitur talis institutio valuit, & in vniuersum potest illa succedere sine ullo legitimationis fomento, casus est clarus in auth. licet C. de natur. lib. & ibi notat in specie Cardinal. Alban. in lucubrationibus suis ad Bartolum, dicens ex illo textu colligendum esse, patrem posse ex testamento suam hæreditatem relinquere filio naturali, quod ex aliis confirmat, & præter eum est textus in §. ne igitur. & ibi Bar. & Ang. in aut. quib. mod. natur. effi. sui, ponit Paris. cons. 1. nu. 29. vol. 2. & Ioannes Paulus Lancello. cons. 186. nume. 51. volum. 1. vltimarum voluntatum.

47 † Secundò confirmatur, nam cum hæc ill. Domina esset filia viri valde nobilis, qualis erat illust. D. Guronus, debuit & ali & dotari per eum, posito quòd illa haberet aliquam honestam artem, vnde se sustentare posset, cum sine dedecore non posset eā exercere. ita voluit Bald. Nouellus in tract. dotis 6. parte priuile. 16. col. 1. & in l. 1. n. 141 ff. sol. ma. sequitur Ro-
48 land. à Valle cons. 14. nu. 51. vol. 3. † immo specialiter in dote constitutum est, quòd si filia nō possit congruè & secundùm qualitatem personæ suæ nubere, quin det vniuersa bona in dotē licet fideicōmisso subiecta, vtique id facere possit, vt dicunt Bald. & Castr. in auth. res quę col. 2. sub nu. 5. & Ias. post eos sub nu. 32. C. commu. de lega. quod optime conuenit huic Illustri D. tam nobili, quæ nubendo virū nobilem sueque nobilitati parem nō inueniet, nisi tota substantia patris in dotem conuersa.

49 † Tertiò tanto magis hæc conclusio procedit, stante legitimatione huius Ill. Dominæ sæpius obtenta ad finem vt ex pleniore se tueri possit, quòd sibi de iure cōceditur, vt declarat Cast. cons. 227. viso testamento. circa fin. Dec. in c. bonę. col. 1. nu. 14. de appell. & Bero. cons. 172. nu. 24. vol. 2. idemque Bal. ante eos cons. 131. Titulus principis. in fine vol. 3. Dec. cons. 55. nu. 6. cons. 338. nu. 8. & cons. 394. nu. 3. Iacob. Emilian. cons. 130. ad finem, nam legitimata fuit vltimo loco ad successionem parentum & bonorum paternorum tam ex testamento quàm ab intestato vel contra testamentum quo stante succedere debet Illustr. Genitori suo nedū ex testamento, in quo fuit hęres vni-
50 uersalis instituta † sed ab itestato, casu quo nul-
lum

lum esset testamentum §.fin.in aut.de tri.& se
mis.§. secundo.in aut. ut liber. decæte. & in §.
si quis igitur naturalis,in aut.quib. mod. nat.
effi.sui,sed etiam contra illius testamentum,
quatenus in defectum cōditionis monachatio
nis adiectę successionem transtulit in monia-
51 les † nam legitimatus ad similitudinem filii
præteriti succedit contra testamentum, secun-
dùm Bal.& Imolam in l.certum, in prin. ff. de
iniust.test.Roma.consi. 34.licet naturalis.An-
cha.cons.290.cum aliis per Dec.cons. 52.post
prin.cōs.393.col.pen.cons.365.n.7.cō.366.n.
5.D.meus Riminal.cons.41.in prin. Tiraquel.
in l.si vnquam.ver. susceperit liberos, nu. 66.
C.de reuoc.dona.Anton. Rosellus in tract. de
legitima.titu.de legitimationis effectu,nume.
22.Dec.in l.posthumo. vbi quoque Do.meus
Zuccard. in prælud. & ego post eos dixi, num.
79.C.de bon. poss.contra tab. Tantoque ma-
gis hoc dici debet: quoniam testator eam con
siderauit vti legitimatam, & eam pro tali tra-
ctauit & reputauit, quando dixit, quòd si no-
luerit esse monialis dicti monasterii,nec ibidē
profiteri,eidem dicto casu reliquit iure institu
tionis & oī meliori modo scutos 25.pro om-
ni eo & toto quod petere posset in bonis & hæ
reditate ipsius testatoris. Hæc enim prouisio
non erat necessaria ea remanente ac conside-
52 rata simpliciter naturali † nam filiæ naturali
legitima non debetur l.iubemus, l.legem.& l.
hmnanitatis. C.de natur. lib. nec potest con-
tra testamentum succedere: glo. notab. in l.1.
in prin.ff.de bon.poss.contra tab.quæ singula-
ris est & communiter approbata, vt per Bar. in
l.Gallus.§.etiam si parente,ff.de libe. & posth.
sequuntur Alex.& Ias.in l.ex factos, col.fi.ff.de
vulga.& pupilla.Fortunius in dicta l.Gallus.§.
1.nume.47.Iason in §.& quid si tantùm, num.
20.lectura 2.& Fernand. Vasquius de success.
53 creatione,§.20.nume.194.lib.2. † Quòd se-
cus est in legitimato, cui bene legitima debe-
tur, sicuti filio legitimo & naturali.Bald. in c.
de causis, colum. pen.de offic.deleg.Benedic.
Plumbi. in disputa. statuto Pisano. secundo &
tertio dubio.Cur. cons. 13.nu.13. Dec.consil.
257.col.2.Ias.& Fabia. de Chiocchis in auth.
nouissima.C.de inoffi.test.Paris.consi.55.nu.3.
54 volu.3.& plenius cons.7.col. 2. vol.2.† & pre-
teritus rumpit testamentum, nedum si fuerit
ante testamentum legimatus, sed etiam si post
testamentum, prout in casu nostro D. Blanca
fuit,vt per Roman.cons.34.Iacob. de Beluisio
in sua disputa. facta Perusii. & latius Fabian.
de Chioc.loco citato.n.26.Nec dicatur,quòd
cum testator Ill. Do. Blancæ reliquerit scutos
25.Iure institutionis pro omni eo & toto, illa
debet agere ad supplemētum legitimæ,nō au-
tem totum testamentum impugnando potest
totam hæreditatem consequi.l.omnimodo.cū
55 ibi not.C.de inoffi.tes.† Quoniam procedere
posset obiectum, quando testator eam simpli-
citer instituisset in illis scutis 25. pro omni eō
& toto &c.& hæredes uniuersales fecisset di-
ctas Moniales. sed res aliter se habet in casu
nostro: quia eam hæredē vniuersalē instituit,
si fieret monialis, si uerò nollet, hęredes vni-
uersales fecit dictas moniales, relictis ei tantū
coronatis 25.vnde pater dicitur eam astrinxis
se religioni, si uelit successionē habere, uel ad
eam dimittendam pusilla recepta, si nollet mo
naehari † quo stante non tenetur acquiescere
56 iudico testatoris supplemētum petēdo, sed po
test testamentum totum querelare,& impugna
re, totamque successionem consequi; iuxta
notata per Glossam, quam Castrens. dicit esse
menti tenēdam & sequuntur Fulgos. & Aret.
in l.si quando.§.1.C.de inoffi.testa.ubi dicunt
quòd si pater filio quid minus legitima reli-
querit, & filium per pactum astrinxerit ad non
querelandum testamētum,filius omisso reme-
dio agendi ad supplementum legitimæ potest
querelare testamentum, & totam hęredita-
tem consequi.
57 † Præterea considerandum est diligenter,
ꝗ amissio lucri magni iustū metū inducit.Cy.
in l. interpositas. C.quod met.causa. Anch.in
c.1.eo tit.lib.6.Ias.in l.Titia.nu.10.ff.de verb
obli.Ioan. Andr. & cæteri in c. cum dilectus
de eo quod met. causa. Rm. cons. 121. vol.4.
Cephal.consi.295.nu.17.& Neuizan. cons.47.
58 n.18. † Rursus metus inducitur,quando quis
non est In libertate faciendi,sed cogitur ad ali
quid venire, ut declarat Crane. consi. 49.nu-
me.6.libertas enim naturalis est facultas eius
quod cuique facere libet,nisi quod ui aut iure
prohibetur.l.4.ff. de sta.ho. quam facultatem
appellat Florentinus,vt declarat disertè Con-
nanus in comentar. suis iur.ciuil. lib.2. cap.1.
col.3.qa facti potius est quàm iuris,si per se at
tendatur.Quod enim ante liberè fungerentur
homines corporis & animi muneribus,non id
ullo suo proprio Iure faciebant, sed quòd eam
facultatem nacti essent à natura pariter cum
59 omnibus hominibus. † Item metus seruitutis
dicitur iustus metus l.vel similium. ff.qđ met.
causa,Bal.cons.36. vol.3. & in l. falsus.col.fin.
C.de furt. Roland. à Valle cons.2.nu.30.vol.
1.& cons.57.nu.41.uol.3. sed hæc omnia con-
curunt in institutione facta de Ill. D. Blanca
sub cōditione monachationis & translationis
bonorum in moniales, si nolit esse monialis,
nam hinc & inde metus, & scopuli dicuntur si-
bi patēter, ne dicam latenter illati. Si enim ve
lit successionem consequi,cogitur fieri moni
lis & in seruitutem monasterii se redigere, &
60 † quod etiam plus est,nec successionem reti-
nere potest, sed acquirit eam monasterio, si-
cut seruus Domino.l.si cōmunis seruus. & ibi
Bar.ff.de stip.ser.Innoc.in c.cum olim, secun-
do,de priuil.& Abb.in c.quanto,col.2.de offi.
ordin.Si verò seruitutem prędictā effugere ve
lit, nolendo fieri monialis, quod efficere na-

turæ

61 turæ conuenit † cum seruitus ipsa ius naturæ violet, quo nascimur omnes liberi, vt Conanus scribit in cõmentar. suis lib. 1. cap. 5. col. 4. & lib. secundo, cap. 3. in princip. dicit seruitutem mortalitati comparari, post Vlpian. in l. ser uitutem. ff. de reg. iur. nam qui liber non est, ne in viuorum quidem numero censetur, successionem perdit dicta filia, & ab eius lucro magno remouetur. ita q nõ est in libertate faciẽdi, qđ sibi magis placet, sed vt est i Carmine *Incidit in Scillam cupiens vitare Carybdim.*

62 † Quare ut concludam, cum dispositio testatoris metum contineat in personam huius Illustr. filiæ, sequitur illam ipso iure vitiari. c. 1. de his quę ui, metusve causa, lib. 6. & per cõsequens super illis scutis 25. relictis uis fieri non potest, cum non remoueant amissionem magni lucri circa residuum magni ponderis & momenti, nec tollant seruitutem, nec impedimentum libertatis faciendi pro libito, & ita non remoueant iustum metum illatum dictæ filię ex tali dispositione:

63 † Quartò si diligenter verba testatoris animaduertantur, prout in inuestitura seruari uidemus. c. 1. uerbo tenorem. de duob. frat. & ibi Bal. Rol. à Valle consi. 60. nu. 14. vol. 1. & in priuilegio c. porrò. de priuileg. & idem Rol. cons. 61. nu. 1. vol. 1. Paris. cons. 9. nu. 84. vol. 2. & in libello idẽ Paris. consi. 42. n. 78. vol. 1. nullũ probabile fundamentum possunt ex eis moniales prędictæ suscipere. vocantur enim moniales in tribus casibus.

Primus est, si Do. Blanca noluerit esse monialis dicti monasterii & in eo profiteri, nã relictis ei scutis 25. moniales in vniuersum vocantur, qui sanè primus casus intelligendus est si D. Blanca noluerit esse monialis, idest si de-
64 clarauerit se nolle fieri monialem. † Quia cum nolũtas consistat in animo & mente, nullo modo meliùs quàm verbis est detegenda, cum verba demonstrent mentis conceptum, c. secundò requiris. de appella. Corn. consi. 192. nu. 9. vol. 2. & sint notæ passionum mentis secundũ Philosophum, de quo meminit idem Corn.
155 tinetur, † quādo enim quid profertur cum aliqua qualitate, debet probari siue uerificari qualitas illa, vt dispositio locum habeat, vt est doctrina Bartoli in l. 1. §. 1. ff. ne quid in flu. pub. Ioan. And. in c. 1. de homic. in 6. Alexan. consi. 261. in prin. uol. 5. Dec. consi. 334. in prin. consi. 440. in prin. volum. 5. Dec. consil. 13. colum. 3. consil. 18. col. 2. consi. 43. in princ. consi. 356. nu. 4. consi. 434. in prin. consi. 440. in principio consi. 550. nume. 4. consi. 589. nu. 7. Marsi. singu. 187. Rubeus consi. 16. nu. 14. D. meus Rimi. cōsil. 58. in fi. & consil. 114. nume. 8. & alios plures quoque cumulat Senatus Pedemontanus decis. 71. nu. 21. & sequenti. & decis. 88. nu. 6.
156 † Ad sextum, de clausula (sine tamen præiudicio venientium ab intestato) posita in priuilegio pontificio potestatis cōcessæ Comiti Palatino, respondetur, nihil referre, quòd adesse posset præiudicium Illust. D. Francisci nepotis testatoris ex fratre: quia per illam clausulam non impeditur pater in testamento instituere filium taliter legitimatum & excludere uenientes ab intestato, qui non essent de descendentibus tenentibus primum locum, & sic transuersales, qualis erat præfatus D. Franciscus, sed solum operatur dicta clausula, quādo pater decederet ab intestato. ita voluit Castrens. consi. incipiē. In nomine Domini amen. videndum est primò. quem refert & sequitur Alexan. consil. 193. viso themate. continuato numero. aliàs consilio 50. volumine secundo, & illud consilium Castrensis ponit Alexander sub num. 22. licet inuenire non potuerim, sed Alexandrum sequitur Card. Albanus in suis lucubrationib. ad Bartol. in l. virum, ff. si quis ali. testa. prohib. quare non obstat in casu nostro dicta clausula.
157 † Ad septimum fundamentum primò dico, quòd in casu nostro non extat aliquod fideicommissum, sed uulgaris tantùm substitutio, quæ differt ab eo re & nomine, re: quia directa est. Ias. in l. 3. nume. 4. C. de hære. instit. Doctores in l. 1. ff. de vulg. & pup. fideicommissum verò obliquum est; quia de manu hæredis capitur, l. Centurio, cum ibi not. ff. de vulga. & pupilla. nomine: quia illa dicitur substitutio vulgaris, id autem substitutio fideicommissaria, ergo diuersa sunt ex diuerso nomine. l. si
158 idem. C. de codicil. † meritò sub exceptione facta de fideicommisso non includitur. licet enim exceptio quandoque porrigatur ad casus similes, vt per Dec. in l. 1. ad fi. ff. de reg. iur. nō tamen ad diuersos: quia repugnat regula. l. Papini. exuli. ff. de minor. qua cauetur, quòd de
159 diuersis ad diuersa non fit illatio. † Nec ratio præiudicii tertii considerata in fideicommisso militat in vulgari, sicut enim dum pēdet tempus instituto adeundi uel repudiandi, nō est locus vulgari substituto, nec illi dicitur esse ius quæsitum, ut in effectibus uulgaris tradunt Bar. & alii, ubi Ripa num. 118. ff. de uulg. & pup. Ita hic dum pendet tempus declarandi Ill. Dominæ Blancæ, nunquid uelit uel nolit esse monialis, uulgari monialium non est locus,
160 nec eis ius quæsitū dicitur † sed de iure quærendo tractatur, quod bene Princeps tollere potest, etiam sine causa. Bald. in l. 2. C. de iure aure. anul. Castr. & omnes in l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de lib. & post. Ruin. consilio 7. colum. 2. uolumine primo, & in aliis locis cumulatis per Antonium Gabrielium Romanum in suis conclusionibus libr. tertio titulo de iure quærendo non tollendo, conclusione prima, num. 30.
161 † Secundò dico, quòd ubi fideicommissum aliquod hic extaret, id non esse ualidum per dicta superius in 4. fundamēto. At Princeps censetur intellexisse de bonis subiectis fideicommisso ualido non autem nullo & inualido. l. 4. §. condemnatum. cum ibi notatis, per docto-
162 res. ff. de re indi. † dant exemplū simile præ cæteris de statuto disponente, quòd de quolibet contractu soluatur gabella sub pœna perditionis rei, de qua contrahitur, ut non procedat in contractu nullo & inualido, secūdū Bar. in l. fin. §. fin. C. cōmu. de legat. Bal. in l. secunda. in fin. C. de eunuch. Bal. Fulg. & Castr. in l. non dubium. C. de legat. notabi. 5. Alex. consilio 104. colum. 2. uolumine primo D. meus Riminal. consilio 565. Catellian. Cotta libro suorum memorialium, ver. actus nullus. cum aliis
infinitis

infinitis cumulatis per Tiraquel. libro de retractu. §. primo, columna secunda, numero septimo. Gramma. decis. 84. nume. 27. & Ripa in dicto §. condemnatum, nu. sexto, unde sic exceptio facta de bonis fideicommisso subiectis, ad quæ noluit Princeps D. Blancam legitimare, debet intelligi de fideicõmisso valido, non
163 autẽ de nullo & inualido. † Nam fideicõmissum nullũ ratione aliqua nõ dicitur fideicommissum, sicut nec instrumẽtũ nullũ, vel sñia nulla dicitur instrm vel sententia. Et ideo si ex forma statuti prouisum est, ꝙ contra sentẽtiã, vel instrumẽtũ nulla possit opponi exceptio, tamẽ opponi potest, ꝙ illa non est sentẽtia, vel istud nõ est instrumẽtũ ratione alicuius nullitatis, vt notat Bar. in l. diuus. ff. de test. mil. & in l. 1. §. & parui. ff. quod ui aut clam. Ioann. And. in addit. Speculat. de sent. prola. §. vt autem. Bal. in l. 2. col. 1. C. de exec. rei iud. Alex. consi. 33. col. 1.
164 vol. 1. † Et magis ad rem nostrã videmus, ꝙ inutilis institutio non appellatur institutio. l. qui demum. ff. de bon. poss. secun. tab. & inualida exhæredatio non est exhæredatio nominanda. l. nõ putauit. §. nõ quæuis. ff. de bon. poss. contra tab. cũ similibus per Ripam in dicto §. condemnatum. col. 1. sicque cessat obiectum.
165 † Nunc ad tertium principale contrariũ descendo super doctrina Baldi in aut. cui relictũ. C. de indic. vid. toll & sequacium, de cõditione intrandi monasteriũ adiecta D. Blancæ per eam seruanda, si velit hæreditatem consequi, quam doctrinam dubitabilem puto, nec esse veram, motus auctoritate Glossæ ibi, quæ considerans illum textum volentem conditionem de nõ nubendo adiectam legato facto viduæ seruari, quęrit an idem de primis nuptiis dicendũ sit, vt si relinquo virgini, ne nubat, & respondet secũdũ Ioannem, legem veterem seruari, vt nubere possit & habere legatum. l. cum tale. l. Ti-
166 tię. & l. quoties. ff. de cõd. & demon. † quarũ legũ posterior multũ signari debet, & adnotari nã dicit, ꝙ si mulieri legatur sub conditione, si nõ nupserit, & ei fideicõmissum sit, vt Titio restituat si nubat, cõmodè statuitur, etiã si nupserit, legatũ eã petere posse, & nõ esse cogendã fideicõmissum præstare. Quare sic & in proposito dici dẽt, ꝙ instituta D. Blanca sub conditione, si monasterium sanctæ Claræ intrauerit. Quæ conditio similis est illi, si non nupserit, & substitutis ei monialibus dicti monasterii, si noluerit fieri monialis ibi eam nihilominus hæreditatem consequi posse, nec esse cogen-
167 dam eã monialibus relaxare. † Quia, vt summat Bartolus illum textum. fideicommissum relictum sub conditione, quæ à iure remittitur, non debetur, & vt ad Glossam memoratam reuertar, Baldus ibi contra eam tenens tandẽ testatur, ꝙ cõiter tenent doctores, in uirgine nihil esse mutatum, quia textus in corpore nõ facit mentionem nisi de nupta, & idem testatur
168 Salyc. col. 2. † subdens rationem non esse eandem in virgine, & uidua sed diuersam, quia lex reputauit secundas nuptias valde odiosas, secus in primis. Ideo cõcludit primam opinionẽ esse uerã in virgine, quę remittit ei conditionẽ non nubendi, & vltra prædictos Albericus ibi dicit, ꝙ opinionem Ioannis tenẽt Odofred. Riccard. Cynus & moderni. Vnde poterit virgo, cui relictũ est sub conditione, ne nubat, conditione spreta legatum consequi per iura vetera, quę non reperiuntur correcta in virgine: & qa
169 lex dicit, secundas nuptias odiosas esse. † & cum prędictis tenens Fulgosius dicit, quòd sententia Ioannis est celebrior & cõmunior apud Doctores, primùm quidem ratione, qua utitur glo. per l. præcipimus. in fine. C. de appel. uidelicet, quod non mutatur, cur stare prohibetur.
170 † & quia non habet eandem rationem, quæ nupta fuit & uirgo: quia mulier quę semel nupserit saltim semel satisfecit Reipublicæ, ideo toleratur in ea conditio, si non nupserit, uirgo uerò nõdũ soluit, meritò reiicitur dicta conditio, nec in ea tolerat, ut Reipublicę satisfaciat & ante Fulgosium pariter Ang. dicit illam opinionem esse ueram & per omnes approbari, sicut & Azo testatur in summa illius tituli, dicẽs quòd si relinquatur uirgini, ne nubat, indubitanter putat, ꝙ debeant seruari leges ueteres, quod & Faber confirmat, demumq́ue Grat. respon. 18. col. fi. uol. 2. quare patet ab illa glossa
171 temere recedendum non esse. † Cum potissimè sit alia consimilis in l. cum tale. §. Meuiæ. ff. de cond. & demon. sequitur Imol. in l. Titię. ff. eo. Ias. in dicta auth. cui relictum. Ange. in §. quod uerò nunc. in fin. in auth. de nup. Alex. in l. stipulatio hoc modo, nu. 4. ff. de uerb. obliga. Roland. à Valle consil. 35. nume. 17. uolum. 3.
172 † Et confirmat ratione Emanuel Costa in d. l. cum tale §. si arbitratu. in fi. prin. quam plenius deducit Didac. Couuarru. uariar. resolut. lib. primo, cap. 19. nume. 9. uersus finem, dicit enim, ꝙ frequenter adducitur, illam conditionem. Si non nupserit, non scriptam censeri, aut secutis nuptiis seruatam fuisse, id à ueteribus iurisconsultis factum est in publicæ frugis commodum, in odium cęlibatus, & fauorem prolis suscipiendæ, ut omnes maiori conatu & studio procreandis liberis operam darẽt, quemadmodum ex ipsis iurisconsultis constat. Lex igitur reiecta dicta conditione legatario etiam nubẽti aduersus certissimam testatoris uoluntatem, legatum defert, non in pœnam legantis, sed in fauorem Reipublicæ & prolis suscipiendæ. ne legatarius retrahatur à procreandis libe-
173 ris † quo fit, ut etiam in animæ iudicio & conscientiæ foro legatum legatario debeatur. Quamuis is refragante conditione legato ascripta nuptias contraxerit, atque itidem legatarius iustè legatũ percipiet; hoc etenim lex uoluit & sanciuit, sancireq́ue potuit cõtra aper-
174 tissimũ testãtis iudiciũ. † Imò uerò ꝑ glossam iuraq; prædicta Bar. adductus in cõsi. 184. Do.

na Nutta. ponit casum in terminis nostris de Virgine substituta pupillariter, sic quòd tenere tur intrare monasterium Sancti Iacobi, & deinde quòd exitit conditio pupillaris substitutionis, illa verò virgo nolebat intrare monasterium prædictum, dubitat Bartolus, an posse hęreditatē dictę pupillæ obtinere, & determinat q sic, nā in virgine modus, siue cōditio, quæ viduitatē inducit, totaliter respuitur per dicta iura, Glossam, Azonem & Cynum, sed per dictā conditionē intrandi monasterium viduitas in
175 ducitur, & nuptiæ prohibētur, ergo &c. † & cū misterio pōderādus est Bar. qui ponit illā cōditionē adiectā virgini, si monasteriū ingredierur, moueturq; ad eā quęstionē decidēdam per Glossam, iura & doctores ponentes illā cōditionē adiectā virgini, si nō nupserit: quoniam reputar ambas conditiones vniformes licet diuersis verbis compositas. Sicut. n. conditio, si nō nupserit, inducit viduitatem, & nuptias prohibet, dicta l. cum ita. sic & illa si monasterium ingredietur, vnde si prima reiicitur, vt volunt
176 omnes, pariter & secunda † & ita refert eum Castrens. in l. Titio. §. 1. col. 2. ff. de cond. & demonst. dicens quòd ista conditio, si monasterium ingrediatur, inducit viduitatem: quia perinde est ac si fuisset relictū, si non nupserit; & hoc res ipsa demonstrat, nam per ingressum monasterii necessariò sequitur, quę nō nubere. Quod manifestè probatur in dicta aut. cui relictum. & in corpore vnde sumitur, vbi conditio de non nubendo adiecta viduæ impletur ea facta monacha. Signum quòd per monachationē impediuntur nuptiæ, & quòd conditio non nubendi vel monachationis æquiparātur, quare si in virgine conditio non nubendi reiicitur secundum omnes post Glossam, pariter idem dici debet in conditione monachationis.
177 † Et hæc opinio confirmatur noua ratione prętet alios. Nam pro regula constitutum est in vltimis voluntatibus, q conditio impossibilis adiecta institutioni pro non scripta habeatur; sic quòd vitietur, & non vitiet dispositionem. §. impossibilis. inst. de hære. insti. l. 1. l. cōditiones ff. de cond. inst. l. obtinuit. ff. de cond. & de. Idēque tenet Glossa, Bar. Ang. Imol. cęterique scribentes in dicta l. 1. Rui. consi. 123. numero 9. volum. 4. Natta cons. 618. nume. 13. Capra cō
178 sil fina. nu. 7. † at impossibilis de iure reputatur illa cōditio, quæ fit difficilis; qa nō posse dicimur, quod commodè non possumus. l. nepos
179 Proculo ff. de ver. signi. † & talis dicitur esse conditio monachationis, reputatur namque difficilis propter mutationē status, ut post Dynum tradit Bart. in l. fin. ad finem. ff. de cond. in stit. igitur adiecta institutioni Do. Blancæ viciari debet non autem uiriare institutionem. sed illa ueluti pura debet remanere, reiecta dicta conditione.
180 † Nec (meo iudicio) bene sentiunt, qui à Bartolo recedunt. Et in primis Baldus in dicta aut. cui relictū. motus: quia uolūtates defunctorū nihil illicitum habentes frustrari non debēt ut hæc est, si filia monasterium ingrediatur. Quoniam negatur ista conclusio, q astringere uirginem ad ingressum monasterii, non dicatur quid illicitum continere. Probatur in primis ex psalmo dicente (uoluntariè sacrificabo tibi) & in c. non est: 5. quæstio. 1. ibi (uoluntarium militem sibi eligit Christus) Item ex sacro concilio Tridentino libro quinto, de regulari. cap. 19. & 20. ubi nullus cogere debet uirginem ad ingressum monasterii, sed perquiri debet, an libera uoluntate ingrediatur. Quare non debuit arctari D. Blanca ad ingressum monasterii, si uolebat hæreditatem consequi, prout suadet eius institutio cōditionalis, si fiet monacha, adiecto si noluerit fieri monialis, habeat
181 rantum scutos centum. † Sic enim arctatur ad ingressum monasterii timore amissionis bonorum, quę est maxima pœna, secundū Anch. cons. 21. talisque timor est iustus. ut per Glos. in l. Iulianus. ff. si quis omi. caus. test. Cephal. consi. 295. nu. 15. adeo q si quis uereturaut dubitat, ne sibi bona auferantur per alium, potest ad eorum tutelam illum occidere, ut tenet abūdè Mars. in l. furem. ff. de fur. & consilio. 4. Carrer. in pract. crimi. §. circa. num. 29. Cassane. in Consuetu. Burgun. rubr. 1. §. 5. Franc. Marci. quæst. 771. Didac. in 3. parte relecti. §. unico. n. 6. Glossa Dec. Aquens. Fortun. & Zoannet. in l. ut uim. ff. de iust. & iure, quos ego retuli la-
182 rius ponens nu. 338. † res. n. nostræ siue bona sunt hominis substantia & uita. l. aduocati. uer bo uitam, & ibi Glo. Bald. & alii. C. de aduo. di uers. iud. ergo talis uoluntas defuncti patris cōtinet quid illicitum respectu compulsionis intrandi monasteriū. quod sacri Canones damnant, & ita cessat prima ratio Baldi. Quò uerò ad secundam, quòd sicut illa conditio, si Titio nupserit, seruari debet, dicta. l. Titio. §. 1. multo magis hæc, si Deo se desponsauerit ingrediēdo
183 monasterium † dico terminos non esse pares, nam conditio, si Ticio nupserit, stat pro matrimonio, nec illud impugnat, ut. n. declarat illum textum Connanus eleganter in commentariis suis lib. 8. cap. 2. colum. 5. ponens exemplum propriè textus de Titio, cui centum ita relicta sunt, ut Meuiam uxorem ducat, huius legati spe Titius subinuitatus ad ducendam Meuiam, quod honestum est, quare debet obtinere legatum, si eam ducat.

Nec obstat, quòd hoc modo Titius quasi cogitur ad matrimonium Meuiæ, auferturque sibi cum alia contrahendi libertas. Nam qui legauit hoc rarō spectauit, ut excitaret Titium ad ducēdā Meuiam, non ut arceret eum à cętera rum coniugio, nec ut ei præriperet potestatem coniugis eligendę, sed ut aliquo præmio Titium adduceret ad Meuiæ matrimo-
184 niū. † At cōditio monachandi repugnat matrimonio, sicq; reipublicæ sobolisq; procreandæ

dæ,meritò ſeruari non debet, ſicut nec illa, Si
Titio nupſerit, quando Titius indignus eſt nu
ptiis: poteſt.enim legataria beneficio legis cui
libet nubere,& nihilominus legatum cõſequi.
l.cum ita.ff.de cond.& demonſt.
185 † Adducit etiam Caſtr.in dicta auten.cui re
lictũ .rationẽ pro Baldo. quia vita contẽplati-
ua perfectior eſt quàm matrimonialis,iuxta il-
lud.Optimam partem elegit Maria,quę nõ au-
feretur ab ea.ſed parum facit: licet enim me-
186 lior & tutior eſſe videatur † actiua, tamẽ qua
lis eſt,mr̃imonialis vtilior eſt reipublicę,& ob
id contemplatiuæ pręferenda. Gloſſa in c. ſan
cta.2.q.7. cum potiſſimè matrimonium fuerit
in paradiſo delitiarum ſexto die à Deo con-
ſtitutum,quando dixit creato Adamo & Eua.
Creſcite & multiplicamini. vt tradit Io.Bru-
nell.in tract.de ſponſ.& matri. num.9.Felix Ma
leol.in tract.de matri.in prin. Ioann. Lupus in
eo.tract.nu.7.citans illud Geneſ.ſecundo.Hoc
eſt nũc os ex oſſibus meis,& caro de carne mea
ſicut & Anton.de Roſſell. in tract.de legitima.
nume. 9. poſt notata in c.nemo.32.quæſtio.4.
Demũque Ioann. Boſch. in tract. de nup. nu-
me.19.Rurſus idem Caſtrenſis in dicta l.Titio.
§.primo.damnat primã rationem Bartoli,dicẽ
tis remitti conditionẽ monachationis, veluti
viduitatis inductiuam : dicit enim Caſtren-
ſis, quòd non inducit viduitatem ſpiritualem
licet auferat carnalem : qnia vita contempla-
tiua altior eſt quàm temporalis. Item non re-
putatur eſſe contra publicam vtilitatem : quia
animæ ſunt præferendæ corporalibus.l. ſanci-
187 mus C.de ſacroſanc.eccleſi. † Ego verò Ca-
ſtrenſi non adhereo. Bartolus enim conſidera
rauit vuiduitatem , quæ ſoboli procreandæ
repugnat, prout lex eam conſiderat.l. hoc mo-
do.ff.de cond.& demon.vbi legatum factũ mu
lieri.ſi Ariciæ non nuſperit,Si ea ſit talis, quæ
alibi nuptias non facile poſſit inuenire, debe-
tur,licet ibi nubat,eaquę conditio reſcinditur
ipſo iure:lex enim vtilis reipublicæ, ſobolis ſci
licet procreandæ cauſa lata adiuuanda eſt in-
terpretatione. Vnde ſi mulier illa, quę præter
Ariciam non facile nnbere poteſt, nec Ari-
ciæ nubere poſſet , & ſic conditio ſeruari de-
beret, remaneret vidua , nec liberis procre-
andis operam dare poſſet , quod eſſet contra
188 rempublicam. † Quòd ergo monacha videa
tur nupta Deo,nec eſſe vidua ſpiritualiter,& ꝗ
animę ſunt præferendæ corporalibus , non at-
tendunt leges in materia legatorum, vel in-
ſtitutionis, quibus annexa ſit conditio non nu
bendi , vel monachationis. ſed attendunt,
quòd inde non poteſt vacari liberis procrean-
dis, vnde remittunt dictas conditiones uelut
contra rempublicam. Ideo non obſtat conſi-
deratio Caſtrenſis, & ita defenditur Bartolus
in allegato conſilio ſuo.184. reſpectu primæ ra
tionis ſuæ, quę nobis ſufficere debet, poſito
quòd aliæ dubitabiles forent , quod vti non
neceſſarium non attingo, ne omnia volatilia
cœli perſequi velle videar,& vice conſilii rem
ad volumen redigere.
189 † Ad quartum de l. Titio vſufructus.§.ſerui.
ff.de cõd.& de. cum ibi not.per Guil.de Cun.
& Caſtren.ſuperius deductos, ego reſpondeo,
dando nouum intellectum ad illum textum,
quem ponit ingenioſè Cuman. ibi. Quatenus
enim dicitur ibi, quòd ſi mulier illa nuſperit,
ſeruus liber erit, opponit Cuman.nam liber-
tas illa ſeruo relicta uidetur in pœnam mulie-
lis nubentis,igitur tanquam rei illicitæ lega-
tum videbatur inualidum. iuxta.§.fin. inſti. de
lega.& propterea Guiliel. & Bar. videntur ma-
lè locuti,dicentes legatum virgini , ſi non nu-
pſerit, & ſi nupſerit eccleſię relictum, virgine
nubente ad eccleſiam pertinere : quia velut in
pœnam virginis nubentis relictum valere non
debet. Poſtea ſoluit Cumanus, quòd illa condi
tio de vſuſructu ſerui legato mulieri, quoad vi
dua eſſet, non videtur appoſita ad viduitatem
inducendam, ſed potius ad alimenta interim
præſtanda illi mulieri viduæ: quia ſubeſt cauſa
pietatis,quòd illi velut miſerabili perſonæ ſuc
currarur, meritò dicta conditio non reiicitur.
190 l.legatum.ff.annu.lega. † & in quantum tex-
tus ſubdit,quòd ſi mulier nupſerit,ſeruus liber
erit;quia potior eſt legato libertas.illa ratio,di
cit Cumanus,debet intelligi,quòd potior eſt,
ſcilicet propter defectum legati. Nam quãpri-
mum nubit illa mulier, non ſunt amplius ſibi
præſtanda alimenta , cum maritus eam debeat
alere,& ſic ceſſat illa cauſa pietatis, & ſubinde
legatum. Hic eſt ergo pulcherrimus ſenſus ad
illum textum,ſecundùm quem patet,quòd vbi
legato mulieris virginis annexa ſuit conditio
viduitatis, illa remittitur, dato quòd in caſu
nuptiarum legatum transferarur in eccleſiam
vel aliam piam cauſam, at ibi legatum debe-
tur ſeruo, vel eccleſiæ ſecundùm Guil. muliere
nubente : quia conditio viduitatis non erat
adiecta legato mulieri facto,ſed ad alimenta,
donec eſſet vidna ratione cuiuſdam pietatis,
191 quod bene nota. † Secundò, poſito quòd in
tellectus Guilielmi de Cnneo,& ſequacium ve
rior eſſet & tenendus, prout eum tenet Ema-
nuel Coſta in l. cum tale. §. ſi arbitratu. 10. li-
mita.ff.de conditio. & demonſt. Attamen ad-
uerti debet,quòd ille textus loquitur de mulie
re ſimpliciter,cui relictus fuerat vſufructus ſer
ui quò ad vidua eſſet,vnde intelligo,quòd illa
mulier eſſet extranea teſtatori,non autem eius
filia,neque coniuncta ſanguine, cum textus id
192 non dicat † & qui vult id dicere probet. l.2.
ff.de prob.l.ab ea parte.eod.tit.Soc.conſil.92.
in cauſa D. Anton. colum. 9.volumine tertio,
Bellame. deciſ.618. ſi executor. de offici. del.
Anch.in c.in præſentia. in princ.de prob.Are-
tin.conſ.110.col.pen.& alii propemodũ plures
cumulati per Franc.Niconitium.in rubr. ff. de
oper.no.nunc.numero 107.nam qui ſe fundat

in filiatione, debet eam probare, cum sit fundamentum intentionis suæ, vt declarant Ang. & Castr. in l. liberorũ. ff. de his q. not. infa. Ias. in l. neque professio. col. 1. C de testa. Dec. cõs. 54. col. 1. Paris. cons. 10. nu. 28. & consi. 11. nu. 19. vol. 2. dicẽs, quòd filiatio semper est ab eo pro banda, qui se asserit filium, siue agat, siue conueniatur. Et ideo si quis prætendit habere hæreditatem alicuius, debet probare se talem, sequitur Rolandus à Valle consi. 22. in prin. vol.
193 3. † & idem videmus in agnatione constitutum, nam qui agit vt agnatus tenetur probare se agnatum, vt ponit Castrens. cons. 69. super eo. Dec. consi. 471. col. 1. & idem Rol. à Valle consi. 3. nu. 44. vol. 1. vnde tolerari potest in casu dicti. §. serui. quòd conditio viduitatis annexa legato dictæ mulieris extraneę non remittatur eo translato in causam fauorabilem vel piam, puta libertatis vel ecclesiæ, conuenitq; bene ratio Iuriscõsulti dicẽtis: quia potior est legato libertas, nam tantus fauor non suadebat, illud legatum deberi mulieri extranei remanenti viduę, sicut seruo facto libero ea nubẽte. Licet enim causa matrimonii sit fauorabilis, tamen causa libertatis est fauorabilior, vt Imola & sequaces ibidem dicunt, vt not. in l. 1. ff. solut. matrimo. at in filia, de qua nos agimus, instituta si monachabitur, sin minus monialibus vocatis, secus esse debet. Si quidem remitti debet omnino conditio monachationis veluti cessante ratione, de qua ibi: nõ enim po
194 tior est ecclesia legato facto filiæ † Quoniam nedum quò ad legitimam sed etiam pręter eã, sicque respectu totius successionis, potior est causa filiorum quàm ecclesiæ, vt declarat Dec in l. licet. columna secunda, C. de pact. & ibidem Alcia. verbo fauore. Dec. in l. generaliter. col. tertia. C. de inst. & substitu. in c. 1. nu. 27. de prob. & consi. 492. columna fi. Hiero. Butig. in l. stipulatio hoc modo. num. 13. ff. de verbo. oblig. latè Tiraquell. in l. si vnquam. verbo libertis. num. 72. C. de reuo. dona. Soci. Iun. con
195 silio 189. nume. 77. volum secundo. † Et fuit de mente Baldi in l. iubemus. columna 1. C. de testa. & Anch. in c. 2. de testam. & in Rubri. eo. titul. libr. 6. quatenus dicunt simpliciter, causam liberorum fauorabiliorem esse quàm ec-
196 clesię. Quod, & ex eo cõfirmatur, nam † fauor ecclesię, vel pii loci non debet esse sic immoderatus, vt sit iniustitię productiuus. c. nuper. de don. inter vir. c. generalis. 54. distin. Emilian. consi. 109. nu. 12. & ita patet, quòd textus in dicto §. serui. iuncta decisione Gulielmi de Cun. non offendit vllo pacto casum nostrum.

Ad vltimum fundamentum sumptum ex cõsilio Beroi 50. nu. 6. vol. 2. breuiter respondetur, illud conuinci ex communi doctorum con
197 clusione, qui dicunt † quòd si pater filiæ mille legauerit, si nupserit, ducenta verò si ingressa fuerit monasterium, debet adhuc habere mille, si fiat monacha, & sic licet in vtrunque casum prouiderit testator, maius tamen legatum consequitur filia, licet illius conditioni non paruerit. Ita tenuit Thomas de Thomagnis, quem refert Ioann. And. in addi. Specul. in rubr. de statu mon. Bar. in l. 2. ff. de his quę pœnæ no. vbi Soc. alios citat, videlicet Matesilanum notab. 52. nota quòd si testator. & Albericum de Rosate q. 164. sicut & Alexandrum in apostillis, dicentem quòd pro ista parte cõsuluit Ioan. de Ana. & quòd ita iudicatum fuit Bononię. Idemque tenuit Aret. in c. in præsentia. nu. 62. de prob. & post eum Felyn. nu. 37. sicut & Bero. num. 495. qui eam veriorem appellat. idemque Soci. consil. 241. col. 4. vers. & magis in specie. vol. 2. Alex. consi. 120. viso themate. col. 3. vol. 2. cons. 35. col. 3. vol. 3. Rom. in l. stipulatio hoc modo. nu. 17. ff. de verbo. obli.
198 † vbi pariter Crottus. nu. 42. communem testatur. Ias. in auth. si qua mulier. col. 2. C. de sacrosanc. eccle. Soc. Iun. cons. 160. nu. 68. vol. 2. Ripa in l. 1. nu. 62. ff. solut. matri. qui dicit esse communẽ. Abb. in c. ecclesia S. Marię. sub nu. 35. de constitu. vbi sequitur Henric. Fernãd. in addit. Ferratius cautel. 9. Calcane. cons. 59. col. pen. Ang. Aret. in §. fin. inst. de lega. Boeri. decis. 3. nu. 14. Mars. singul. 215. Campeg. in
199 tract. dotis quæst. 30. † Dec. cons. 674. vbi dicit ab hac opi. in iudicando non esse recedendum, & alios refert Roland. à Valle consil. 35. vol. 3. clarè defendens hanc partem, & licet nõ desinit aliqui contrariũ tenentes, qui & cõem testãtur, & de facto seruari, quos refert Rui. cõ si. 98. num. 20. vol. 4. Dec. consil. 419. Senatus Pedemont. decis. 126. & Didac. Couuar. variarum resolut. libr. pri. cap. 19. sub nu. 9. tamẽ,
200 vt ille fatetur, † prior sententia plurium auctoritate munita est, nec ab ea recedendum est secundùm Felinum loco citato. Quod tam iudicando quàm cõsulendo fieri confirmat Soc. consi. 269. col. 1. vol. secundo, cum potissimè Papinianus in l. sunt personę. ff. de rel. & sump.
201 fun. nos docendo moneat. † Summã esse rationẽ quæ pro religione facit, vnde Io. Bap. Asinius eo loco dicit, quòd cõiter notant Doctores ex illo textu, & quòd semper ad hoc allegatur. In dubio semper eligendam esse eam partem, quę religioni & pię causæ fauet, vt tradit Alex. consilio 190. & consilio 204. numero 17. volumine sexto. Cur. Iun. cõsilio 35. colum-
202 na tertia in fine. † Atque hinc Roman. in auth. similiter. C. ad leg. fal. primo & secundo speciali piæ causæ circa iudicia, scribit, ex pluribus probationibus vel sententiis repugnantibus, illam debere pręualere, quæ fauet pię causæ. Tantoque magis prędicta conclusio teneri debet, quòd eam bene probat textus in dicta l. Titiæ. prout animaduertit Alexand. in addit. ad Bartolum in dicta l. secunda. ff. de his
203 quę pęnę no. & nouiter inducit Soc. ibi † sed pręter eum comprobatur. Nam secundùm literam negatiuam, quę in pandectis Florentinis habe-

habetur,& de qua pariter testatur Anton.Aug. emendat.lib.1.cap.2.quem sequitur Didac.loco citato.dicitur ibi.quòd testator legauit Titiæ.200.si nõ nupserit, si verò nupserit.100.tespõdet Papi. ꝗ si nupserit illa mulier 200. petere debet.nec simul ẽt. 100.patet enim quòd licet conditionem primi legati negatiuam nõ seruauerit. sed affirmatiuam secundi legati,tamen primum legatum maius consequitur, nõ autem secundum, & ob id ille textus confundit opinionem Beroi in d.consil.50. non autẽ pro illo facit: quia non est verum,quòd illa Titia,cui diuersimodè prouisum fuit,si non nupserit in plus,si verò nupserit in minus, nubẽdo consequatur minus. Immo plus consequitur. vnde sic & in casu nostro dici debet, in quo plus relictum est.Ill.Do. Blancæ si monacabitur, minus uerò si noluerit fieri monialis, ut plus habere debeat,licet nolit monachari, sed uelit nubere.

Et ita tandem sublatis omnibus contrariis remanet eius intentio de iure fundata,ut vniuersam patris successionem debeat obtinere,licet nubere uelit & mater filiorum fieri.

*Hippoly. Rimin. Ferra.*

## Pro honesta D. Hortensia Riccia.

### ARGVMENTVM.

Disputatur, quando maritus uxori legauit omnia & quæcunque bona mobilia, vestes, iocalia,torques, anulos, monilia, nunquid verba generalia restringãtur ad species enumeratas.Et posito quòd nequaquam. Quæ veniant appellatione bonorum mobilium ut supra facta,quæ sunt pulcherrima.

### *SVMARIVM.*

1 *Verba specialia generalibus adiecta restringunt eorum significatum.2.*
*Quod quando procedat declaratur.36.40.41.*
3 *Verba ratione adiuncti suam naturam mutant.*
*Non passim sed aliquando.42.*
4 *Verba generalia ad specificasa restringuntur.*
*Quando salua ratione recti sermonis restringi possunt, alioquin secus.44.45.*
5 *Verbum nullum est adeo generale vel vniuersale quin ex consideratione debitarum circunstantiarum debeat limitari.*
*Quando circunstãtia colligi possunt ex verbis,cuius exemplum datur.46.*
*Sicut & aliud.47.*
6 *Verba generalia ciuiliter non ruditer assumenda sunt & quomodo,declaratur.52.*
7 *Statuta benignè sunt interpretanda non rigidè.*
8 *Verba cum tẽperamẽto sunt interpretãda nõ amarè.*
9 *Legatorum materia strictè debet interpretari.*
*Quod duabus rationibus confirmatur.10.11.*
*Natta tamen in eis fauorabilem & largam concedit.12.*
*Quam pleniorem appellat,licet plenissimam non admittat in eis.13.*
*Cuius exemplum accomodat.14.*
*Auctor quoque latam admittit in legato per maritum uxori facto.34.35.57.*
10 *Verba sumuntur secundũ latam & impropriam significationem in materia fauorabili.*
11 *Testator videtur magis hæredem diligere quàm legatarium.*
*Respectu vniuersi patrimonij.non rei legatæ.83.*
14 *Legatum de armaturis equi,de quibus sit intelligẽdum aureis vel corij.58.*
15 *Punctus solet haberi pro copula.*
16 *Genus ubi præcedit & sequitur species, id per eam restringitur.*
*Quod declaratur, vbi genus & species non sunt diuersa.61.*
*Alias secus,vt per exemplum auctoris.62.*
17 *Lucrum quæstu latius patet.*
18 *Legato generis species enumerata videntur ex abũdantia adiecta.22.*
*Si genus per substantiuum exprimitur.41.*
*Secus si per adiectiuum.40.*
19 *Verborum multiplicatio non necessaria non mutat substantiam rei.*
20 *Legato generali non derrogatur expressa specie per imperitiam.*
*Cuius exemplum adfertur.21.*
23 *Legatum omnium & quorumcunque bonorum mobilium pannorum, auri, iocalium,anulorum non restringitur ob species expressas.*
24 *Verba omnia & quæcunque in dispositione Hominis comprehendunt ea quæ non solent sub simplici sermone venire.25.*
25 *Dispositio hominis generalibus verbis concepta non recipit restrictionem de habilitate sicut legis.*
26 *Vendens omnia blada semina non deducit.*
27 *Geminatio fortius operatur & ex ea magis enixè dicitur apparere de voluntate disponentis.28*
29 *Geminatio verborum operatur licet incontinenti sit facta.*
*Nisi sint vocabula sinomina cumulata.30.*
31 *Verbum omnia & simpliciter vniuersale.*
*At verbũ quæcunque, dicitur vniuersale geminatũ.*
32 *Verba non debent esse superflua & sine effectu operandi.*
32 *Argumentum sumitur à cõtrario sensu ad correctionem iuris communis, vt verba aliquid operentur.*
33 *Superfluitas euitari debet.*
34 *Maritus & vxor dicũtur personæ inter se coniũctæ.*
35 *Legatum coniunctæ personæ factum latè debet interpretari.*
36 *Intellectus.l.sed & si adijciatur.ff.pro socio.*
37 *Lucrũ in societate de quæstuario venit intelligẽdũ.*
38 *Natura vis potens & maxima,de quo Bessi exemplum recitatur.*
39 *Contractus & delicta parificantur.*
40 *Genus per genitiuum neutrale expressum per speciem restringitur, secus si per substantiuum.41.*

*Argu-*

## CONSILIVM CCXVI.

*Auxilium meum à Domino.*

EGREGIVS vir admodũ dominus Terentius Ricius iure legati reliquit & omni meliori modo honestæ dominæ Ortẽsiæ coniugi suę dilectißimæ oĩa & quęcũq; bona mobilia, vestes, iocalia, torques, anulos, monilia. Quib. ex verbis exorta fuit cõtrouersia non mediocris inter hæredem & illam, quid ea significarent seu continerẽt. Et ad fauorem hæredis quibusdam videbatur dicendũ quòd species enumeratę tantùm continerentur & legato cederent.
1 † Quoniam quoties verbis generalibus adiiciuntur specialia restringitur significatus generalium l. sed & si adiiciatur. ff. pro soc. si enim in pacto societatis duorum adiiciatur, vt quæstus lucri socii sint, verũ (inquit Paulus) non ad aliud lucrum quàm qđ ex quęstu venit hanc adiectionem pertinere. id enim verbum lucrum, quod velut generale continet omne lucrum, restringitur ratione verbi quæstus adiecti, quod est speciale secundùm
2 Glo. † sicque signanter adnotat ex eo textu. Bart. ibi, quòd vnum verbum speciale additum alteri verbo generali restringit illius significatum. ad idem tex. notab. in l. fi. §. cui dulcia. ff. de tri. uin. & oleo. leg. vbi si vinum amphorarium, animeum, Græcum & dulcia omnia legata sint, nihil inter dulcia Labeo cõtineri putat nisi quòd potionis fuisset ex collatione vini amphorarii: illa enim specialis adiectio restringit significatum illorum verborum generalium & dulcia omnia, prout ibi pariter notat Bart. quòd enumeratio speciei restringit significatum generis. hancque doctrinam Bartoli probant Goza. cons. 60. col. fi. Rube. consi. 50. col.
3 pen. Paris. consi. 102. nu. 12. vol. 1. † Et hoc est quod alibi dicunt Doctores, ratione adiuncti verba suam naturam mutare l. 1. vbi Doctores. ff. de his qui latro. ocult. Alex. consi. 1. nu. 22. vol. 3. Soc. Iun. cons. 167. num. 26. vol. 2. decis. Neap. 3. n. 4. quos refert Menochius cons. 97.
4 nu. 125. † Eodemque tendit, quod dicitur, verba generalia ad specificata restringi. l. si de certa. C. de transf. l. qui cum tutorib. §. fi. ff. eo. l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. Ang. in l. obligatione generali. ff. de pignor. consi. 248. nu. 3. cum similibus

milib.per Alex.conf.117.in prin.vol.1.cōſ.11 vol.2.Rui.conſ.10.nu.9.vol.4.Ceph.conſi.198 nu.5. igitur cum maritus prius generaliter fuerit locutus legando coniugi ſuæ omnia & quęcunque bona mobilia, poſtea uerò ſtatim plures rerum mobilium ſpecies enumerauerit, ut ueſtes,iocalia, torques, anulos & monilia.ſub illa generalitate bonorum mobilium duntaxat ea contineri videntur, quæ verificentur, & cadant in veſtibus & aliis ſpecificatis, non etiam pręter ea. Cum ſignificatus dictorum verborū generalium reſtringatur adiectione ſpecierum ſuamque naturam mutent ea verba generalia ratione adiunctarum ſpecierum, & ad eas reſtringantur.

5 † Secundò confirmatur hæc concluſio deciſione Oldradi conſ.148.nu.7.vbi dicit,nullum verbum eſſe adeo generale vel uniuerſale,quin ex conſideratione debitarum circunſtantiarū debeat ciuiliter intelligi & limitationem recipere,& idem conſ.268.vbi loquitur de dictione quibuſcunque,de qua in hoc legato. eumq; refert & ſequitur Neuiza.conſi. 40.nu.12.poſt Fel.Iaſonē,Purp.& Zaſium,quos citat. idemq; ponit Senat.Pedemonta. deciſ.90.num.20.& latius deciſ.169.nu.9.ſic ergo dicendum videtur in caſu noſtro, quòd ex circunſtātiis ſpecierum,quas teſtator expreſsit, verba illa generalia vel vniuerſalia, omnia & quæcunque bona mobilia, reſtringi debeant & limitari ad illas ſpecies,& in eis tantùm uerificari.

6 † Tertiò prædictis accedit, quòd verba generalia ciuiliter intelligenda ſunt non autem ruditer.l.ſi cui ff. de ſerui. & interpętatio dura non eſt admittenda l.filio pater. & ibi Iaſon

7 exornat.ff.de leg.1.†vnde Statuta benignè ſunt interpretanda,non rigidè, Bal conſ.183.Statuto ciuitatis Veronæ. vol. 2. & interpretatio recipienda eſt in humaniorem partem quę rationi naturali conueniat,licet interpretatio rigoroſa videatur fortior. Romanus conſi. 16.col.

8 1.Soc.conſ.23.col.8. volu. 1.† Sicque fieri debet interpretatio, quòd amarè uerba non intelligantur ſed cum temperamento quodam Roma.conſ.500.col.8.& in dubio verba referri dēnt ad mediocritatē.l.ſi quid vēditor. ff.de ædil.edic.l. legato generaliter.ff. de leg.1.l.ſi. §.ſed & ſi quis.C.cōmu.de lega.cum ſimilibus per Craue. conſi. 259. ſub nu.7. ſed ſi diceremus, teſtatorem voluiſſe legare ueſtes, & alia ſpecificata dictæ Dominæ, pariqꝫ modo omnia & quæcunque bona mobilia, prout verba ſonāt,ruditer,& rigidè nimis, & amarè, ſineq; ullo temperamento fieret interpætatio. Quia coniunx omnia cōſequeretur, & illis omnibus hæres nudus ac deſtitutus remaneret. At ſi dicamus,quòd mobilia conſequatur ille, quæ nec veſtium nec cęterarum ſpecierum expreſſarum numero continentur,lectos,linteamina, tapezarias, & id genus, ciuilis, benigna & cum tēperamento ſit interpretatio. illas enim res hæres conſequetur, & vxor ſpecies enumeratas, meritò non prior, ſed poſterior interpretatio fieri debet, & eſt amplectenda.

9 † Quartò confirmat hanc concluſionem ſubiecta materia legatorum,de qua tractamus, in quibus ſtricta ſolet interpretatio fieri.l.apud Iulianum. §. Seio. ff.de leg.1.l. nummis. ff.de leg.3.l. qui concubinam.§. cum ita. eo.tit.Iaſ. in l. non dubium,col.10.C.de legib. & in l.qđ Seruius.ff. de cond.cauſ.data.Dec.in l.in teſta

10 mentis.ff.de reg.iur.† & probatur ratione.Nā in materia fauorabili uerba accipiuntur ſecū dùm latam & impropriam ſignificationem.c. odia.de reg.iur.in 6.l.cum quidam.ff. de lib.& poſth.Sed in legatis uerba debēt intelligi ſecū dùm propriam ſignificationem & non impropriam.l.non aliter. ff. de leg. 3.l. ille aut ille §. cum in verbis ff. eo.ergo inde deprehenditur, legata non largè ſed ſtrictè potius eſſe inter-

11 pretanda † ſed & alia concurrit ratio, quòd teſtator videtur magis hæredem diligere quā legatarium, meritò ſumi debet interpretatio quòd uoluerit minus hęredem grauare quàm ſit poſsibile l.vnum ex familia.§.ſi rem.l.Titia. §.qui in uita.ff.de leg.ſecūdò,quod uerificatur ſtrictè ſumendo legatum, prout in caſu noſtro de rebus tantùm ſpecificatis, & non vltra

12 † Et licet non ignorem Nattam conſ.626.latè demonſtrantem pluribus argumentis in legatis fauorabilem & largam interpretationem fieri, quæ non ſunt à me repetenda, cum videri

13 poſsint in eo † Non omitto, quod ille ſubdit. nu.19. in legatis quidem pleniorem, non tamē plenisſimam interpretationem fieri, per tex.in l.qui lancē.ff.de aur.& arg.leg.ubi teſtator,qui habebat lācē maximam, minorem & minimā legando minorem lancem intelligitur mediā

14 legaſſe,ſicque fuiſſe uidetur de mente † Baldi in notab.q.de milite qui diuerſis modis armabat equum: tendens enim ad torneamenta ponebat ei phaleras gemmis & auro munitas, ad pręlium verò iturus phaleris corii tegebat eum legauit hic teſtator armaturas equi, dixit Baldus in l. 1.verſ.ſed pone. C. de uer.ſi. phaleras mediocres deberi. quia medium eſt uiri prudētis & legis à ſapientibus inſtitutæ,hæc certè deciſio Baldi ſuperiorem confirmat, quòd ſpecies enumeratæ tantùm debeantur,non cętera quoque mobilia.nam primo caſu plenior ſiue media ſit interpretatio, non autem pleniſſima, prout contingeret, ſi deberentur & ſpecies expreſſę,cæteraque mobilia coniugi prædictę.

Quintò conſidero, quòd in hoc legato præceſsit genus, cū teſtator legauit omnia & quæcunque bona mobilia, deinde ſecutæ fuerunt ſpecies.punctis interpoſitis.veſtes,iocalia, tor-

15 ques,anulos, monilia. † Qui puncti ſolent haberi pro copula.Glo.in l. prætia rerum. & poſt eam doctores.ff. ad l. fal.l. triplici.ff. de ver. ſi. cum ſimilibus per Rui. conſ. 136. nu.5. vol.4. Bar.in l.ſi duobus §. in coeunda.ff.pro ſoc. Bal. in

ſin.poſt.Fel.in c.in præſentia.col. 11.de prob.
† undeRuin.cõſi.65.col.fi.vol.1.dicit,ꝙ ſi quis
26 vendit omnia blada,ſemina non deducit: quia
illud verbum omnia,prolatum ab homine pro-
hibet omnem deductionem, quæ aliàs fieri po
tuiſſet, ſi illud verbum expreſſum non fuiſſet.
& cum prędictis etiam tenet Natta conſ. 159.
nu.7.Roland.à Vall.cõſ.96.nu.48.vol.1.& cõſ.
55.nu.46.vol.3.† ſed & tertiò pręter Ruinum
27 cõſiderari poſſunt dicta verba legati omnia &
quæcunque bona mobilia, ꝙ geminata ſunt,
quę geminatio fortius operatur, ut notãt om-
nes. in l. baliſta.ff.ad treb.Bar.in l.cum ſcimus.
C.de agri.& cenſ.lib.11.latè Craue.conſ.294.
col.5.vbi dicit,quòd verba geminata ſignificãt
pręciſam intentionem diſponentis,poſt Baldũ
in c.eam te.col.2.de reſcri. Curtium conſi.30.
28 col. 2. & Iaſonem conſ.6.col.4. vol. 3. † qui-
bus accedit Caſtren.conſi.115.ſuper primo vi
detur dicendũ, col.2.vol.1.dicens quòd ex ge-
minatione verborum magis enixè dicitur ap-
parere de uoluntate diſponentis,ſequitur Cra-
ue.conſ.114.nu.8.Pariſ.conſ.32.nu.52. vol. 1.
conſi.9.nu.43.vol.2.cõſ.89.nu.22.vol.3. Dec.
conſi.118.num. 5. Senat. Pedemont. decıſ.40.
nu.5.& deciſ. 128.nu.14.Marſ.in l.1. col.2.ff.
de quęſt.Rol.à Vall.conſi.55.vol.2.Vaſqui.lib.
contro.illuſtri. c. 83. nu. 12. Mandoſi.in regu.
29 de infir. reſig. q.16.Burſat.cõſ.13.nu.12.† pro
ceditque geminatio verborum & operatur li
cet incontinenti ſit facta,vt declarat Iaſ.in l.1.
nu.13.ff. de offi.eius cui mand. eſt. iuris.& in l.
pen.in fi.C.de pact.Pariſ.conſ.71.nu.21.vol.3.
quos ego ſecutus ſum in addi.ad D.meum Ri-
30 minaldum conſi.27.ſub litera G.† & licet Cor
neus in l. ſi idem. poſt Bar. & alios quos citat.
C.de codicill.dixerit, nomina & vocabula ſino
nima ad idem cumulata non producere maio-
rem effectum quàm ſi vnum illorum tãtùm po-
ſitum fuiſſet, ſicque geminationẽ tali caſu nul-
lius effectus eſſe, quem ſequitur Pariſ. latius
conſi.110.nu.45.vol.1.quod in caſu noſtro ve-
rificari uidetur,in quo uerba omnia & quæcũ-
que,ſinonima videntur velut ambo uniuerſalia
31 † Tamen diligentius conſiderando, ſecus di-
ci poteſt & debet, nam verbum,omnia,dunta-
xat eſt vniuerſale.l. Iulianus.ff.de leg.3. l.om-
nia.ff.ſi cer.pet. cum ibi not. At verbum. quę-
cunque,eſt uniuerſale & geminatum, ut tradit
Rui.cõſi.103.nu.8. vol.3. & de verbo quicquid
conſimili Rol.à Val.cõſ.55.nu.52.vol.3.Dein
de concludit Ruinus in allegato conſi.32. vol.
2.quòd prædicta verba generalia legati non re
ſtringuntur propter illam enumerationem ſpe-
cierum ſequẽtem.maſſaritias, pannos &c. quo
niam facta fuit ex abundanti & gratia dubita-
tionis tollendæ, quo caſu ſignificatio generis
non reſtringitur,ſecundùm Bar.in d.l. quæſitũ
§.ſi quis fundum.ff. de ſund. inſtructo, quare
per doctrinam Ruini caſus noſter ad unguem
determinatur.

32 † Sed & ſexto loco non amitto vulgatum il
lud in iure noſtro, quòd uerba non debent eſſe
ſuperflua & ſine effectu operandi prolata. l.ſi
quando. ff. de leg.1. c.ſi Papa. de priuil. in 6.
Rol.à Val.conſ.53.nu.8.vol.2.quod adeo uerũ
eſt,ut argumentum ſummatur à contrario ſen-
ſu ad correctionem iuris communis,ut aliquid
operentur uerba, ut tradũt Fulg.Rom.& Mod.
in auct.ex teſtamento. C.de coll. Caſtr. conſi.
175.caſus præſens valde dubitabilis.col.4.vol.
1.& conſ.83.præſens caſus.col.3.vol.2.Craue.
conſi.92.nu.5. At ſi diceremus, in hoc legato
non cõtineri niſi ſpecies enumeratas expreſſè,
verba præcedentia. omnia & quęcunque bona
mobilia,redderentur ſuperflua: quia ſine eis ſa
tis fuiſſet dicere,quòd maritus legebat ueſtes,
33 iocalia & alias res,quas expreſſit † meritò cum
ſuperfluitas euitanda ſit,Menoch.conſ.81.nu.
32.nec aliquod uerbum in inſtrumento poſitũ
ſuperfluò poſitum cenſeri debeat.Bero. conſ.
108.n.17.vol.primo, ſequitur,vt dicere debea
mus,pręter res expreſſas alias contineri, lega-
taſque cenſeri,quę poſſunt includi ſub illis,om
nia & quæcunque bona mobilia, de quibus ſta
tim dicemus.

Septimò & ultimò conſiderãdum eſt, ꝙ hoc
legatum reperitur factum per maritum uxori
& quidem dilectiſſimę per eum ſic nuncupate
34 † Quæ perſonæ dicuntur admodum inter ſe
coniunctæ l.ſi.§.fina. C. de furt.& quando mu-
tua amicitia,beneuolentia,concordia,familia-
ritateque detinẽtur,ut hi cõiuges ſe proſeque
bãtur, beatitudinis partes attingũt,ut inquit Ec
cleſiaſticus cap.25. de quo meminit Tiraquel.
35 de legib.connubial.quarta lege.nu.16.† At le-
gatum propter coniunctionem perſonæ latè ſo
let interpretari.l. Aurelius.§. Titius teſtamen-
to.ff.de liber.leg.l. ſi ſeruus plurium. §.fi. ff.de
leg.1.Dec.conſ.289.col.2.verſ. octauò coadiu
uantur,Corn.conſ.103.nu.5.uol.4. Natta cõſ.
186.& conſi.296. in fi. Et in uxore tradit Dec.
conſi.601.nu.6. meritò pręter ſpecies expreſ-
ſas alia cedere debent legato, quæ denotant
illa verba omnia & quæcunque bona. ſicq; per
hæc fundamenta iuſtificatur optimè pars hæc
ad fauorem vxoris.

Quam tenendo non obſtant contraria ſi-
36 gillatim eis reſpondendo, † namque ad pri-
mum de l.ſed & ſi adiiciatur,dico ueram eſſe ſo
lutionem,quam ponit Bar.in d.l. quęſitum. §.
ſi quis fundum.nu.6.ff.de fund. inſt. quòd ille
intellectus aſſumitur ibi:quia ſic communiter
fieri ſolet. vel,vt inquit Fulg. in l. coiri. ff. pro
ſoc. id contingit ex natura contractus & eius
conſuetudine,quod recidit in dictum Bartoli.
Nam quando contrahitur ſocietas, nec fuerit
diſtinctum,de quibus coita ſit,videtur eſſe coi
ta vniuerſorum, quæ ex quæſtu ueniunt, hoc
eſt ſi quod lucrum ex emptione,venditione,lo
catione, vel conductione deſcendit. Quæſtus
enim intelligitur,qui ex opera cuiuſque deſcẽ
dit.

dit,vnde legata non cōtinētur, vt subdit Vlpianus in l.nec adiecit, quoniam non ueniunt ex
37 quæstu sed propter merita † est igitur(vt inquit Salycetus ibidē) speciale in societate,ut lucrū de quęstuario tm̄ intelligatur.Quia ad si omne lucrum extenderetur, esset contra mentem & naturam societatis,quæ fit de quæstu prouenien te ex opera.vnde secundùm naturam contractus intelligitur id verbum lucrum, prout fit aliàs in l.si olei. C.locati.in l. insulā.ff.de præscr.ver.cū simil.est enim natura potens, & eius vis maxima, quæ plerunque cogit homines ad
38 aliquid,† ut scribit Connan. in commentar.iuris ciuil.lib.1.c.1.col.5. dās exēplum de Betto quodā,ut est apud Plutarcū, qui cū patrem suū clam necasset,vixissetque multos annos,postea sine vllius criminis suspicione, quadam forte die proficiscens ad cęnam, quò fuerat ab amicis inuitatus, nidum hirundinum qui pendebat in uia,baculo diruit,pullosque,qui inde exciderant, pedibus conterens, ad vnum omnes occidit, de quo reprehensus ab iis qui tūc astabant vicinis,quòd crudele & inhumanum videretur in innoxias animātes nulla de causa sęuire.Nimirū enim diu (inquit)distulerunt accusantes me paterni parricidii, quo audito detulerunt illi Bettum ad Regem, qui re diligenter quæsita & probata, meritis cum suppliciis affecit.At non erant illæ Hirundinum voces, sed naturę,quæ instabat,quæ vrgebat, quæ hęc illi duo verba suggerebat assiduè. Quid egisti? vt ne punctum quidem temporis respiraret à me
39 tu † Quod ergo natura potest in delictis & in contractibus itidem, cum eorum par sit libramen.l.omnem.ff.de iudic.auct. qua in prouincia.C.vbi de crimi.c. fi. de for.comp. Et ponit Euerar.in centu. sua loco 20.At in legatis (vt ad ea redeamus) naturę stimulum nō habemus qui nos impellat ad dicendum, quòd species adiecta generi restringat illud, & ad se trahat, sicut in societatis contractu contingit, ideo de illo ad casum nostrum non valet illatio. l. Papinianus exuli, ff. de minori. & ita cessat obiectum.

40 † Ad textum.in l.fi.§.cui dulcia.ff.de tri.vin. & ole.leg.respondet Bartolus ibi, quòd procedit,quando genus exprimitur per aliquod adiectiuum neutraliter positum, nam testator ibi legauit vinum & omnia dulcia,quod vltimum verbum est adiectiuum, ut norunt Grāmatici: hoc enim casu genus restringitur:quia cum tale adiectiuum requirat substātiuū, debet intelligi de substantiuo qualitatis eius,quam testator expressit in alia parte testamenti coniuncta.vnde cum legauerit vinum amphorarium, amicenum,Gręcum,quod est potabile, subiiciendo,& omnia dulcia,debet intelligi de dulci-
41 bus potabilibus.† Et quando genus fuit expressum per nomen substantiuum,tunc per enumerationem specierum non restringitur,& de hoc mihi uidetur esse tex. in allegata l. legata.ff. de supp.leg.ubi dicitur, legata suppellectili cū species ex abundanti per imperitiam enumerentur, generali legato non derogatur: genus enim fuit ibi expressum per substantiuum, quales est verbū suppellex. idemque casus est noster ad unguem. nam legando maritus omnia & quęcunque bona, dicitur expressisse genus per nomen substantiuum, prout est verbum bona,propterea species adiectæ, vestes, iocalia & quę sequūtur,nō debent illud genus restringere,secundùm distinctionem Bartoli memoratā quam sequitur Soc.cons.300.col.2.vol.2.& Paris.consi.92.col.fi.vol.1.

42 † Ad aliud verò,quo dicebatur,adiuncti ratione verba suam naturam mutare, dico Doctores nō passim loqui, sed addito temperamēto dictionis interdum vel aliquando,prout scribit Affli.in c.1.nu.29. de feud.Guar. & in c.1. n.24.de contr.inter epis. & vasall.ita quòd apparet illud secundùm quid, non autem simpliciter procedere.meritò non procedit argumentum à secūdùm quid ad simpliciter tale,ut notant Orian.Niger & Moder.Patauini in rub.ff. de offic.eius. Andr.Sicul. in rubr. de offi.delegat.Corras.Missclan. lib. 3. cap. 19. Dominus meus Zuccar.in rubr. ff.si cer.pe.nu.20. Et ego
43 pariter dixi priore loco.nu.31.† sic & videmus argumentum à speciali, quod est argumentū à secundùm quid, non debere sūmi nisi in casu de quo loquitur speciale l. quod uerò. ff.de legib.dixi in l.præcibus,nu.342. C. de impub. & al.substi.unde ꝯ quandoq; ratione adiuncti uerba mutent naturam suam, non licet in casu nostro dicere,nisi probetur id in eo verificari,& ita patet quàm fallax & fragile sit argumētum prædictum.

44 † Sed nec illud est tutum,quod dicitur,uerba generalia ad specificata referri, procedit enim & intelligitur, quando (salua ratione recti sermonis)referri possunt & restringi ad specificata. Exemplum in l. emptor.§. Lucius.ff. de pact. quando calculatis rationibus mēsæ fecit generalem quietationem dicēs, quòd si qd instrumentum vel scriptum cuiuscunque summæ ex quacunque eam remansit,vult id esse uanum & pro cancellato haberi, talis enim uerborum generalitas restringitur,si quid mansit pertinens ad rationem mēsæ, siue calculationis factę, non autem ad ea quæ non sunt de ratione mēsæ sed extra,ut est negocium mādati. Et ratio est:quia dicta verba quantumcunque generalia restringi possunt,salua ratione recti sermonis,ad rationem mensæ,cum in illa ratione plures & diuersi contractus uenirent,vt dicitur in
45 princ.illius textus. † Secus autem si fuisset adiectum ex quacumque causa tam pertinēte ad mensam quam non pertinente,tunc enim non restringeretur ad specificatam rationē mensæ. cum talis restrictio fieri non posset,salua ratione recti sermonis. ita Bar. Castr.Alex. Iason & omnes ibidem declarāt,sicut & Bar.Saly.Cast. Alex.

Alex.& Iaſ.in l.ſi de certa.C.de tranſ. vbi quoque Do.meus Rim.Curt.& alii,Alex.conſ. 1 1. vol.2.Pariſ.conſ.39.nu.27.uol.1.Burſat. cõſ. 114.nu.23.& pulcrè deciſ.Neapo.285.nu.7.& 354.nu.12. ubi firmat hanc regulã, q quando verba generalia non poſſunt, ſalua ratione recti ſermonis, ad ſpecificata referri, nunquam reſtringuntur ad ſpecificata,citat Imolam in c. 1. de tranſ.& Alex.conſ.46.col.2.verſ.præſertim,vol.1.At nos in ſecundo caſu verſamur,nã ſi uelimus illa uerba generalia legati,omnia & & quæcunque bona mobilia, ad veſtes & alia ſpecificata reſtringere, ſalua ratione recti ſermonis,id efficere non valemus,cnm multa contineãtur appellatione bonorum mobilium, maximè vniuerſaliter,& bis,ut hic facta, quæ non ſunt ueſtes,iocalia,torques,anuli, vel monilia. vt mox dicam.meritò non debent ea verba generalia ad ſpecificata reſtringi ſicque ceſſat obiectum.

46 † Nunc ad ſecundum transeo poſt Oldradũ conſi.148.nu.7. & ſequaces ſupra citatos, qui dicunt, nullum eſſe verbum adeo vniuerſale, vel indiſtinctè, quod ex conſideratione debita rum circunſtantiarum non debeat ciuiliter intelligi & limitationem recipere. At reſpõdeo, id eſſe verum,quando circunſtantię colligi poſ ſunt ex verbis.exemplum patet in l.ſi mihi Męuia,iu ſi.ff.de leg.3.vbi ſi quis legauerit domus ſuas in quibus habitat, nullo omnino excepto, cnm omni inſtrumento, & repoſitis omnibus, non inde uidetur teſtatorem de pecunia numerata, aut inſtrumentis debitorum ſenſiſſe. Ratio eſt:quia circunſtantia domus legatæ id operatur,vt illa uerba vniuerſalia.nullo omnino excepto. veniant intelligenda de pertinentibus ad illam domum,& illa verba(cum omni inſtrumento)debeant intelligi ſcilicet domus, ſicut & illa repoſitis omnibus, videlicet vſus gratia dictæ domus, meritò non venit pecunia numerata, nec inſtrumenta debitorum continẽtur ſub legato,cum non ſint inſtrumentum domus nec uſus eius contemplatione,prout ſentit Bar

47 to. ibi, licet ſtrictius loquens † Pari modo videmus in l.vt gradatim. verſ. & ſi lege.ff. de mun.& honor.Modeſtinum dixiſſe ; quòd ſi l. municipali caueatur,vt præferantur in honoribus certæ conditionis homines,id obſeruandũ eſſe,ſi idonei ſint,nec illa verba generalia, certæ conditionis homines,ſine ullo delectu ſummi debent,ſed interpretantur ut ad habiles re-

48 ſtringantur † id enim ſuadet honoris circunſtantia,de qno ſtatutum loquebatur,qui virtuoſis, morigeratis,ac bene circunſpectis conferri debet. ut enim dicunt Bart.& Ioann. Platea in l.1.C.de digni.lib.10. & Ioann. Rayner. in tract.nobili.q.1.princ.plerunque uirtutem dare cauſam nobilitati:quoniam ad eam conferẽdam Princeps ſępius mouetur & moueri debet illius virtutibus, cui uult honorem concedere l.fin.C.de ſtat. & ima.vbi uirtutum pręmia tribui merentibus conuenit. Ideoq; honores vir-

49 tutum ſtudioſis ẽt decerni.†Cũ honor ſit virtutis pręmium.ut ſcribit Ariſto.lib.ethic.4.& iterum.8.& rurſum lib.8.cap.14.ſicut Tullius Epiſtol.fami.lib.10. ad Plancum,Epiſtola 10.vnde Marius,quem refert Tiraqnell.in tract.de nobili. cap.4.nu.15. dicebat. Nobilitatem ex uirtute cœpiſſe. & Liuius lib. 1.ab Vrb.cond.quòd Romæ omnis repentina atque ex uirtute nobilitas ſit, unde ſatis inconſentaneum foret, ſi deſides, inhabiles, & non idonei fungerentur honoribus eo velamento tantùm, quòd eſſent homines illius conditionis, de qua ſtatutum

50 loquebatur,ſed reſtringi debet vt ſupra. † Si quidem verba quantumcunque generalia reſtringi debẽt,quando generaliter ea capiendo ſequi poſſet abſurdum.Glo.in Clemen. literas de reſ.Imol.in l.ſi uerò.§.de uiro.ff.ſol.ma.Soc. conſi.84.col.3.uer.3. principaliter. vol.1. Caſtrenſ.conſi.50.uiſo codicillo.col.2 uol.2. Crauc.conſ.86.nu.8. At in caſu noſtro(ut ad eum reuertar)quando maritus uxori legauit omnia & quęcunque bona mobilia,bene fateor,quòd ex illo verbo mobilia.colligitur circunſtantia, qnòd teſtator excludere uoluerit à legato bo-

51 na immobilia † item iura & actiones,quæ non ueniunt appellatione bonorum mobilium, immo nec immobilium,ſed tertiam ſpeciẽ conſtituũt l. quã Tuberonis §.in peculio.ff.de pecul. & ibi Bar. & Salyc.l. à diuo Pio.§. in uenditione.ff.de re iud.Bar.in l.poteſt.ff.de auth.tut.in l.monentiũ.ff.de uer.ſig. & conſi.49.ſicut & in l.Centurio col.8.ff.de uulg.Abb. in c. nulli.de reb.eccl.non alie.col.3.Domi.in c.a.col.2.co. ti.lib. 6.Maria.in trac.obla.libello 8.q.6.Ang. conſi.328.conſultatio.col.2.& in auct. de non alie.§.1.Oldra.cõſi.219.Lapus allega.91.Card. in cle.1.de reb. eccl.non alie.& conſ. 66.latius que conſ.72.Guid.Pap.quæſt. 489.Dec. conſ. 237.col. 1.Silua. conſ.37. col. 1. & 2.ſed dum ſubiunxit teſtator.ueſtes,iocalia,torques, anulos,monilia, non ſunt illæ cicunſtantiæ, propter quas uerba generalia,quę præcedunt, reſtringi debeant: quia non referuntur illæ.ſpecies ad uerba omnia & quęcunque bona mobilia,ſed ad uerbum legauit,& ad actum legandi, quo caſu genus non reſtringunt, ſecundũ Bar. in d.§.ſi qui fundum.& in d.§.cui dulcia. meritò patet,& hoc argumentum ceſſare.

52 † Ad tertium, quòd verba benignè mediocriter,& cum temperamento,ciuiliter & humanius ſummi debent, non ruditer, rigidè, nec amarè,dico quòd ex qualitate legantis mariti, & legatariæ coniugis, & dilectiſſimæ lata fieri dẽt interpretatio,ut in ultimo fundamẽto pro uxore deduxi, benignaque,mediocris, ciuilis & humana ſatis redditur interpretatio, ſi dicamus pręter ſpecies expreſſas, cęteras mobiles ad eam ſpectare, cum ſolùm iura & actiones ad hæredem pertineant, ſibique remaneant maioris ponderis & momenti.

Et

53 † Et hęc interpretatio multùm verisimilis redditur ea ratione; quoniam hæres institutus, sua suppellectili, suisque bonis mobilibus satis fulcitus erat, at uxor non itidem, meritò uoluit res mobiles ad eam pertinere, ut eius necessitati subueniret, arg l. 1. ff. de contr. emp. immobilia verò voluit hęredi remanere, qui frater erat
54 agnationis gratia, † nam familiarum dignitas per diuitias conseruatur & per inopiam minuitur, in auc. de defen. ciui. in principio, & ut omnes obed. §. 1. cum similibus per Curt. cons. 34. nume. 12. Paris. cons. 35. nu. 32. vol. 2. vbi dicit, quòd sine diuitiis sordescit. Bero. consi. 115. nu. 5. & cons. 120. nu. 61. vol. 1. Soc. iun. consi.
55 141. nu. 13. cons. 168. nume. 38. vol. 2. † eaque per masculos conseruatur nō autem per fœminas, sed potius destruitur. l. pronūciatio, in fi. ff. de uer. sig. Bal. in suo pulcro consi. Martinus Ioann. de Florentia. impresso inter consilia Angeli. nu. 68. quem refert & sequitur Andre. Sicul. consi. 57. col. 11. ver. facit etiam. vol. 4. Soc. iun. cons. 141. num. 12. vol. 2. Dec. & alii. in l. 2. C. de in ius. voc. Grat. resp. 5. nu. 16. vol. 2. Bero. consilio 57. numero 46. uolumi. tertio, Rol. a Valle. cons. 56. nu. 26. vol. 3. Paris. con. 30. nu. 25. vol. 2. vnde prudens testator vtrique consuluit, bona mobilia dans vxori, immobilia uerò fratri dimittens.

56 † Ad quartum de materia legatorū, in quibus stricta fieri solet interpretatio, dico ꝙ immo lata fieri debet in casu nostro, cum per maritum factum reperiatur uxori, prout in vltimo fundamento deduxi. Quod etiam confirmatur: nam sicut videmus, legatum generale filio factum continere merces uenales, si patris facultates sint amplæ. l. quæsitum. §. sed & ipsæ. iunct. Glo. ff. de fun. instr. quæ non continerentur in legato simplici. l. Gaius. in prin. ff. de leg.
57 secundò. † idem in uxore procedit: quoniam quò ad legata priuilegiata est sicut filius & aliæ cōiunctæ personę. l. cum alienam. C. de lega. §. non solùm. inst. eo. ponit Soc. in l. 1. not. 5. ff. de reb. dub. & post eum Bero. cons. 44. nu. 22. vol. 2. ponderans etiam textum pulcherrimum in l. prædia §. affi. vers. idē quęsiuit. ff. de fund. inst. ubi dicitur cum plenissima testatoris erga affinem volūtas ab eo quoque manifestetur. & ad rationes deductas in eo quarto fundamento, quia respondet Natta in allegato cons. 626. remissione ad illum contentus ero, ne sim prolixior & oculos legentium nimis offendam.

58 † Et quod inquit Bal. in d. l. 1. C. de verb. sig. ver. sed pone. de phaleris mediocribus, q̄ legatis armaturis equi cedūt legato, non aureæ uel gēmatæ, tollitur ex eodem Baldo, qui subdit, nisi propter eximiam nobilitatem testatoris atque legatarii amplius pręsumatur. l. plenum. §. equitii. ff. de usu & habi. quare sic etiā dicamus, si
59 charitas, & affectio legatarii concurrat. † Quin etiam dato quòd nobilitas aut affectio legatarii non concurrat, in ea quæstione Baldi dicerē phaleras illas pretiosas nō cedere legato facto de armaturis equi, cum de solitis & ordinariis ueniat intelligendum legatum, quales erant ad bellum paratę, non autem de extraordinariis, quales erant, quibus miles in torneamentis utebatur & ad pompam: quia in materia legatorum dictum generale non refertur ad extraordinaria. l. Seio. §. medico. & ibi not. Bar. ff. de ann. lega. vbi si medico Sēpronio quę uiuus pstabat dari uoluerit testator, relicta uidentur quę certam formam erogationis annuę non incertam liberalitatis voluntatem habue-
60 rūt. † Hinc infert elegāter Bar. ibi de procuratore generali qui facere potest ea quę dominus solitus est facere. l. uel uniuersorum. ff. de pign. acti. nam debet intelligi de his, quæ facere consueuit ordinariè, non āt extraordinariè, quod etiam ponit in l. sed & si quis §. quæsitum. ff. si quis caut. Oldra. consi. 129. & Dec. cons. 430. col. 2. simile uidemus, eum qui renunciauit casibus fortuitis, ad eos teneri modo communiter contingentibus, secus si raro velut extraordinariis, ut post Glo. notāt Doct. in d. §. quæsitum. & Rube. cons. 153. post Baldum cons. 145. casus talis est. vol. 4. & Corneum cons. 12. col. 2. uol. 4. at quòd in casu nostro præter uestes & alias species memoratas omnia & quæcunque bona mobilia dicantur uxori legata per maritum, nō est quid insolitum nec inauditum sed frequens. & consuetum, meritò debet admitti ad eius fauorem.

61 † Ad ultimum respondetur, ꝙ quando genus pręcedit, & sequitur species per copulam, ea stat expositiuè, ut lucrum & quæstus, idest quæstus, illud est uerum ac procedit, quando genus & species non sunt diuersa, ut in eo exēplo. nam quæstus, qui est species lucri, lucrum est, lucrum, uerò latius, patet, cum possit esse sine quæstu, hoc est opera §. 1. inst. per quas pers. ibi. ne quod ei laboribus suis, vel prospera fortuna accesserit. Primum enim arguit quęstum secundum lucrum, igitur illo casu species re-
62 stringit genus. † sed quando copula ponitur inter diuersa, ut genus & speciem, tunc venit utrunque, & sic species non restringit genus exemplum, si lego alimenta & medicinas, alimenta namque sunt genus, medicinæ species, differuntque, nam possunt esse medicinæ quæ non alant, ac potius noceant, quàm prosint, incuria forsan medici uel egroti desump-tę, ita Imol. in l. si cum dotem. §. sinautem. ff. sol. matr. Felyn. in c. 2. col. 12. de rescr. decis. Neapol. 106. col. fin. At nos versamur in 2. casu, nam bona mobilia genus sunt, vestes & aliæ res nominatę sunt species bonorum mobilium diuersæ tamen ut genus & species: quia multæ res mobiles esse possunt, quæ tamen non sint vestes, anuli, torques & id genus, ut linteamina, tabulæ, uasa & id genus, igitur illa uerba omnia & quęcūque bona mobilia, vestes, iocalia, torques, anuli, monilia non debent intelligi

ligi per copulam conuersam in expositiuã,id-
est, vt sic stent restrictiuè, sed omnia venire de
bent & operari.

Superest vt profligatis cõtrariis paucis per-
stringamus quænam contineantur seu compre
hẽdãtur in legato prædicto pręter spẽs particu
63 lariter enumeratas,† & in primis dico sub illis
verbis oĩa & quæcunq; bona mobilia, cõtineri
suppellectilia quęcunq;, sic.n.in communi ser-
mone homines mobilia sua,suppellectilẽ appel
lant,vt dicit Oldr.cons.219. factum tale est. &
Ioann.Andr.in addi.ad Specul.in titulo de fru
cti.& inter.§.1.vers. sed pone,latiusq; confir-
mat Natta consil.117.num.5. col. penult. Dec.
cons.472.nu. 10.& vltra comprobatur: quo-
64 niã hæc nomina † mobilia,massaritiæ, suppel-
lectilia,siue fulcimenta sunt nomina appellari
ua collectiua,vt de peculio,grege & hæredita-
te tradit Bar.in l.fin.§.1. ff. de leg.secundò, &
Bero.ponit in casu nostro cons.44.nu.8.vol.2.
meritò nimirum si vnum sub alio continetur.
65 † item comprehenduntur omnes fructus à so-
lo separati, secundũ Specul.loco citato.col.3.
vers.3.quæritur.& vers.sed pone prælatus. Bal.
in c.1.de pac.Cõsta.in prin.& post eum Aluar.
col.fi.& est textus clarus in l.fi.ff.de requi. reis.
ibi ( sed & diuus Traianus inter se mouentia
fructus quoq; habere rescripsit, ) & cum prædi
ctis etiam concordat Bursatus cons.43.nu.12.
per hoc dicens, quòd veniunt in confiscatio-
66 ne bonorum : † Quinimò comprehenduntur
etiam fructus pendentes,& nondum separati à
solo:qa sunt res mobiles in habitu,quæ de pro
ximo sperant̃ fieri mobiles,cum sint ad hoc or
dinati & destinati secũdùm suam propriam na
turam,vt de frumẽto tradit Cast.cõs.239.vñ di
67 cendũ,ꝙ dictum frumentum.in antiqs. † licet
Cõnanus in cõmentar. suis.lib.3.cap.2.col.fi.
secus senserit,nõ aĩaduertẽs ad rõnem Castrẽ
sis satis efficacem,velut in ea regula iuris fun-
datam,ꝙ de proximo futurum pro facto habe-
tur,& ꝓpinqua potẽtia actui habetur pro actu,
l.pen.& ibi not.Bal.ff.de test.mil.vnde notabi
68 liter infert † ad licentiatũ, q. dẽt statim docto
rari,ꝙ debeat pro doctore reputari.licet dicat
non esse nerum propter aliud examen necessa
rium,& insignia Doctoratus,q̃ nõ habet,ꝙ ego
nõ admisi,in st.qbus alie.licet.ĩ prĩ. n.100.post
Alciat. in tract.de præsum.reg.1. præsum. 45.
col.pen.& Grat.resp.116.col.fi.vol.2.ubi cãm
meã successumq; suum narraui.Nec me mouet
69 rõ Baldi de alio examine necessario, † qa ho-
die licentiatus pleno iure discutit̃ & examinat̃
nec alind ĩ eo desiderat̃ pter doctoreas ĩfulas,q
bus decoretur,quarũ cõsequendarũ quãdocun
q; cũ liberam habeat potestatẽ ab ordine Iure
cõsultorũ sibi cõcessam,ꝓ habitis censeri dẽnt
vt idem Bal.adnotauit, ꝙ potentia propinqua
70 actui habet̃ pro actu, † sicut & ille subdit,ꝙ de
proximo consecrandus habetur pro consecra-
to.Et in specie reperio,ꝙ Ioannes Lupus, quẽ
Pallatios Ruuios appellant,in rubr. de don. in
ter virum & vxorẽ.§.38.nu. 10. facit mentio-
nem de dicto Baldi in d.l. pen.ꝙ etiam replica
71 uit in l. atletæ.in prin.ff.de excu.tutorum: † de
inde dicit,illud procedere in odiosis & pęnali
bus,in quibus sermones strictè sunt interpretã
di. vnde si Episcopus excõicat doctores non
disputantes,nõ includunt̃ licentiati, secus aũt
quando agitur de fauore,nam tunc appellatio
ne doctoris comprehenditur licentiatus,quia
est in potentia propinqua actui,vt idem Bald.
tradit in l.1.col.pen.ff.sol.ma.Imol. & Domi.
72 in procẽ.sexti cum aliis per ipsum Lupum. † q.
dicit hanc esse magis cõem conclusionẽ. Qui-
nimò post multa subdit col. pen. & fin. quòd
cum omnia q̃ in doctore requiruntur fuerint
obseruata in licentiato,quia pręsentatus docto
ribus & ecclesiastico rectori, qualis est Reuer.
Vicarius Reuerendissimi Episcopi,fuit exami
natus super genere, moribus & scientia,data-
que sibi fuit licentia,quãuis deficiant ea q̃ sunt
de solennitate,scilicet biretum & similia, nihi
73 lominus habebit doctoris priuilegium † quia
non debet nomen,sed substãntia actus attendi.
l.fi.ff.pro donat.l.insulã.ff.de præs. ver. & quia
biretum nõ ponit̃, nisi,vel ad ornãdum, vel ad
honorem doctoratus iam inductum designan-
dum.vnde cum oĩa requisita in doctore cõcur-
rãt ĩ licẽtiato,nõ dẽt curari de birreto, & aliis
similibus,quia licentiato non deficit nisi exer
citium,puta legere,non autem dignitas.

Et postquã incidimus ĩ doctoratus insignia
placet hic delectationis lectorũ gratia modum
inserere,quẽ semel obseruaui in illis elargien-
dis magnifico D.Io. Francisco Pistophilo Pro
rectori nostro,discipuloque meo quamgratissi
mo, tempore quo finito magistratu suo doctu
ræ dignitatẽ consecutus fuit in amplissimo col
74 legio nostro. † Præclarissimus ille vates Ludo
uicus Ariostus non minor vrbis Ferrariæ splẽ-
dor & gloria, quàm Virgilius Mãtuę, in suo ce
leberrimo libro Furiosi quædã memoratu di-
gna de animoso Rugerio collocauit,q̃ mihi sa-
tis apposita videntur insulis in te,Prorector di
gnissime,conferendis:narrat ille ꝙ cum fraude
Pinabelli Bradamans excelsa virgo in antrum
incidisset & in ecclesiam Venerabilem Ingres-
sa à Mellissia maga ad sepulcrum Merlini du-
cta fuisset. Ille protinus ex concauo saxo sic
eam allocutus est.

*Fauorisca fortuna ogni tua voglia.*
*O casta, ò nobilissima donzella.*

Subindeque progeniem ex ea futuram breui-
bus perstringens subiunxit placidissimè lo-
quens, & eam immenso solatio,atque incredi
bili cordis lætitia replens

*Perche donque il voler del ciel si metta*
*In effecto per te,che di Rugiero.*
*T'haper moglier fin dal principio eletta,*
*Segui animosamente il tuo pensiero.*

Et cum racuisset Merlinus,Mellissia Bradaman-

tem in circulo quodam constituit.

*Et le dice che tacia, e stia à mirarla.*
*Poi scioglie il libro è coi demonij parla.*

Qui profluentes ex illo libro velut ex equo Troino numerosi milites prodierunt, illi præclarę virgini propalarūt oēs & singulos inclitę maximæq; domus Estensis heroes & Principes vsq; ad reuerendissimū Hippolytum & Excellentissimum Alphonsum Cardinalē & Ducē nūquā delendæ memoriæ, qui ex illa & Rugerio velut Palmites germinare debebāt. Igiť hoc exēplo raro ductus librū hūc tibi solutum exhibeo, in quo non dæmones, sed sacratissimæ leges habētur, vt eas ad omnipotētis Dei gloriā de cætero velut earum Sacerdos factus bene meren-

75 tib. valeas ministrare. † Suborta nō mediocri cōtrouersia inter Rugerium & Mādricardū ob Aquilā cādidā, quā vterq; in clipeo gerebat, ea que periculosa admodū pugna inter eos diffinita, in qua Mandricardo perempto Rugerius victor extitit, Poeta de illo scriptum reliquit.

*I Re, i Signori, i Cauallier piu degni*
*Con Rugier ch'affatica era rissolto,*
*A ralegrarsi, & abbraciarsi vanno,*
*E gloria senza fin'è honor gli danno.*

Quare cum tu pariter ex hodierno certamine victoriā fueris assecutus, honoris tui gratia et Laureæ coronæ loco hoc pileo tuū caput exorno.

76 † Idem Rugerius, cū post duellū cō Mādricardo gestū sautius toro iaceret, strenuaq; nō minus quā decora Marfisia sępius eū visitaret, nec alter ab altero diuideretur, tam mutua beneuolentia se prosequebantur. Miles Guasco fidæ Bradamanti retulit, vulgò credi matrimonii fidem inter eos fuisse pręstitam, idque Rugerio ad salutem pristinā redacto publicari debere summo omnium Regum ac Principum plausu & lætitia ea ratione vt miles dicebat.

*Che de l'vno è de l'altro sopra vmano*
*Conoscend' il valor sperano in breue*
*Far'vna razza d'huomini da guerra.*
*La piu gagliarda che mai foss'in terra.*

Ego verò nō expectatis eorū nuptiis, quæ nec postea secutę sunt, cū essent germani tibi, qui cū legali sapientia matrimonium fęlix contraxisti aureo anulo digitos tuos cingo.

77 † Virgo Bradamās cū mirū in modū Rugeriū adamaret, & Guascono militi falsò credidisset, illū Marfisiā amore ꝓsequi, in Arlis veniēs vt eā ꝑderet, post Serpētinū, Grandoniū, & Ferrautū, qui prius ī cāpū ꝓdierāt equestres, pedites missos, cū Marfisia pariter equo diecta acerrimā pugnā habuit, qua tū ob milites Agramātis, cum Caroli separata, nec vt optabat ad finē redacta, Rugerium ad Aquilam Argenteā recognoscens, eumque contemplans mira venustate & immensa gratia præditū vt Poeta scribit.

*Immaginando ch'altra ne gioisse*
*Da furor'assalita cosi disse.*
*Donque bacciar si belle, & dolce labia.*
*Deue altra, se bacciar non le poss'io.*

Igitur ego summo incensus desiderio id, qđ illa nequiuit ad effectū ꝑducere, te ī vtrāq; maxillā deosculor, & lætus excipio, vt sicuti tibi sum deditissimus, vberrimè certus sis amoris erga te

78 mei. † Rugerius cū ex naufragio natās fluctus maritimos egressus esset, & à Sācto Heremita ad religionem fidemque nostram conuersus, illucque peruenissent comes Orlandus, Marchio Oliuerius & Rex Sobrinus post Agramantem, & Gradassum peremptos, & inde postea simul omnes essent recessuri, vt Poeta memorat.

*Fur benedetti dal Vecchio deuoto.*

Nos igitur pariter benedicat Deus Optimus Maximus, cuius est propriū benedicere, & in terris fœlices, cœloque beatos reddat.

79 † Postremò, vt ad iuramētū tibi deferēdū deueniā, eiusdē Poetæ præclarū exēplū in mediū deducā. Nā cū ingēs bellū gereret inter Agramātē Regē Affricanū, & Carolum Regē Gallorū, eos demū principes cōuenisse refert, ꝙ vniuersalis Duello dirimereť, ad qđ exequēdum ꝓ Carolo Rinaldus, & ꝓ Agramāte Rugerius electi sunt, qui in cāpū prodirent, ea cōditione vt q eorum succumberet, Rex suus alteri cederet, & tributum p̄staret, idq; reges illi se illibatē seruaturos iureiurando pręstito promiserunt, vt de Carolo meminit Poeta dicens.

*Cosi dicendo Carlo sul vangelo.*
*Tenea la mano, & gli occhi fissi al cielo.*

Et de Agramante subiungens.

*Chiamando in testimonio il gran Maumette.*
*Sul libro ch'in man tien'il suo papasso,*
*Cio che dett'ha, tutto osseruar promette.*

Igiť librū tibi patētē porrigo, vt postquā hodierna die ab hoc amplissimo Senatu nr̄o tā ingēs beneficiū recepisti, ad delationē Notarii nostri Sacrosanctis his legib. manu tactis iureiurādo fidem tuam obstringas, nec aduersus Eminentissimum Principem nostrum, nec hunc ordinem nostrum, nec rempublicam nostrā patrocinium, cōsiliumve tuum in posterū redditurū.

Hæc de doctorum insignibus dicta sufficiāt, & ad rem nostram deueniens, in qua dicebam, bonorum mobilium appellatione fructus pendētes de proximo separados à solo venire, per eam regulam, ꝙ potentia propinqui actui, pro actu reputatur. dico ꝙ præter exempla licētiati, de quibus supra locuti sumus, alia non deessēt, qbus ea regula cōmuni posset & īsigniri, q̄ cumulat Ias. in l. diuortio. §. interdū. col. fi. ff.

80 sol. ma. & Ioan. Lupus in d. §. 38. sed ne sim verbosior, missa faciā † dūtaxat addēs, ꝙ in terminis inquit Bar. ibi cæteriq; sequuntur, ꝙ fructus q sunt de proximo recolligēdi habenť pro recollectis: igiť mirū videri nō dēt, si bonorum mobilium appellatione cōtinenť. Et licet Ias. ibi col. fi. dicat illam regulam Bartoli generaliter sumptam nō esse veram: quia sequereť, ꝙ si quis vēderet fundum, in quo essent fructus maturi, nō spectarēt ad emptorem, cuius tamen contrarium cauetur in l. Iulianus. §. si fructibus iam maturis. ff. de actio. empti. & in l. fina. §. ut

fructus.

fructus.ff.de his quæ in fraud. cred. attamen, quicquid in terminis Iasonis, si quando fit mētio de fundo vendito, secus in nostris esse dēt, quando de bonis mobilib. fit legatum propter rōnē Castrensis supra memoratam. Et in emptore fundi particularis uiget illa rō Iasonis; quia præsumitur emptor soluisse pretium pro fundo & ꝓ fructibus pendentibus, cū pars fundi censeātur. l. fructus pendētes. ff. de rei vind.
81 † sed & alia considerari potest: emptor enim causam onerosam prætēdit. §. si res aliena. inst. de lega. quia soluit precium conuentum, at hæres, qui recusat prestare fructus legatario oīum & quorumcunque bonorū mobiliū, tractat de
82 lucro, † licet. n. hæreditas possit esse damnosa. l. si hæreditatem. ff. mand. §. neq; tamē, inst. de auct. tuto. quia tamen originem trahit à lucro, de illa iudicaē vt de lucro. Glo. Bar. Cast. Alex. & Ias. in l. 2. & 3. C. de iur. & fac. ignor. & in l.
83 iuris ignorantiā. & ibi dixi. C. qui admi. † sed & aliud in legatario cōcurrit, videlicet prædilectio respectu rei legatæ, licet in vniuerso patrimonio fuerit hæres prædilectus, vt declarat Natta consilio 626. in fin. meritò nimirum si fructus licet pendentes ad eum spectare debent, quę sunt notatu digna.
84 † Rursus sub hoc legato bonorū mobiliū pecuniæ cōtinenē: q̄a moueri possunt de loco ad locū, ideo sub nomine mobiliū cōtinenē. §. & quia parū, in auc. de nup. & ibi not. Ang. & est cōsimilis tex. in auct. hoc nisi, C. de soluti. idq; voluerūt Cy. Bal. & Alber. in l. eā demū. C. de colla. Dec. cōs. 381. & cōs. 472. col. 1. Tiraq. de
85 retrac. lignag. §. 1. gl. 7. n. 102. † Tātoq; magis quia legatū fuit per dictiones vniuersales oīa & quæcūq; factum, quo casu ueniunt pecuniæ stante verborū geminatione, quæ lationem voluntatem demonstrāt, vt in terminis cōsiderat Afflictus dec. 106. n. 6. sicq; procedit Alex. cōs. 118. col. 2. vol. 5. loquens de legato facto oīum rerū, q̄ quoquo modo sunt in domo, qđ cōprehendit ēt res venales. Nā idē iuris esse dēt quò ad pecuniā, loquendo de mobilibus oībus, & q̄buscunq;, & in his terminis saluari pōt Dec. in allegato cons. 492. & Plotus in l. si quādo. n. 16.
86 C. vnde ui. & de plano procedere. † hæq; pecunię venire debent vbiq; sint, cū ad aliquē locū testator nō se restrinxerit, vt cōsiderat Negu. in
87 tra. de pignο. 2. mem. secūdæ par. nu. 37. † Demū veniunt in eo bestię. l. mouenti ū. & ibi Gl. Veronens. & Alcia. ff. de ver. signi. Rui. cōs. 32. col. 2. vol. 2. & Decis. in allegato cōs. 472. q. dē ouibus loquitur. Et ita mihi visum fuit in pręsenti consultatione de iure determinari posse.

*Hippoly. Rimin. Ferra.*

## Pro Sallano inquisito.

### ARGVMENTVM.

Disputatur quis ex duobus rixantibus primus fuerit ensis euaginator.

### *SVMMARIVM.*

*1 Mulieres in criminalibus regulariter in testes non admittuntur.*
*Siue de iure Canonico & in terris ecclesiæ. 2.*
*Siue de iure ciuili propter magnitudinē præiudicij, quæ procedūt in accusatione, secus in īquisitione. 3.*
*Item ad offensā rei 4. Secus si ad eius defensam. 6.*
*5 Mulieres tres de furto deponentes non sufficiunt ad condemnandum reum pœna mortis.*
*7 Testes de credulitate non probant, secus ad defensionem, item nec domestici. 8.*
*Secus ad innocentiam tuendam.*
*9 Defensio per coniecturas probatur. 10.*
*Quarum plures enumerantur 11. cū sequen. Prima si massarius denūciet aduersariū rei ensē nudasse.*
*Secūda, si aduersarius dicat, il me ha anco me assaltato questi di passati. 12.*
*Tertia, si dicat, io non l'ho mai potuto trouare fuori di piazza, se non hora. 16.*
*Quarta, si associatus erat, Reus verò solus. 18.*
*Quinta, si rixosus erat. Reus pacificus. 21.*
*Sexta, si pacem peti curauit à reo. 22.*
*Septima si reus sponte se cōstituit in carceribus. 27.*
*10 Testes coniecturis & præsumptionibus adiuuātur.*
*11 Percutere incipiens semper præsumitur in culpa.*
*12 Dictio quoque, implicat.*
*13 Confessio tacita, quæ per statutum vel ex verbis inducitur, probat contra sic confitentem.*
*14 Confessioni tacitæ quæ surgit ex probatione libri vel scripturæ, statur.*
*15 Confessus tacitè testamentum esse validū, non auditur postea volens ei contradicere.*
*16 Aggressura quibus verbis probetur.*
*17 Insultantes quærunt, & insultati quæruntur.*
*18 Verisimile non est solum duos aggressurum.*
*19 Ne Hercules quidem contra duos.*
*20 Fama stātib. alijs cōiecturis plenā facit probationē.*
*21 Aggressor præsumitur fuisse rixosus, nō āt pacificus.*
*22 Bona vita tollit præsumptionem delicti.*
*23 Argumentum à cōiter accidentibus est validum.*
*24 Princeps non potest facere gratiam Bannito ante pacem offensi vel hæredum suorum.*
*25 Offensus cogi nō pōt ad faciēdū pacē, nisi causa corā supremis iudicibus sit, vt Imperator vel Papa. 26.*
*27 Constituens se sponte in carceribus præsumitur innocens, aliàs esset insanus ingrediendo carceres, si esset reus criminis. 28.*
*29 Præsumptiones cum vno teste de veritate concludunt. & duæ simul iunctæ faciunt vnam plenam probationem. 30.*
*Maximè si consonet eis veritas. 31.*
*32 Iacobus Thomingius Germanus iureconsultus memoratur.*
*33 Testis vnus per alios conuincitur.*
*34 Verisimilitudo ī probationib. maximè cōsideratur. Cum habeatur pro lege, dato, quòd per testes non conuincatur. 35.*
*35 Iudex in deprehendenda veritate primò debet attendere, quod est verissimile.*
*36 Testem plures defectus annihilant.*

## CONSILIVM CCXVII.

*Auxilium meum à Domino.*

SALLANVS absoluendus est à contētis in inquisitione cōtra eū formata velut secūdus ensis euaginator non primus, id.n. deponūt apertè mulieres illæ duæ examinatæ.† Circa quas aduerti debet, q licet mu
1 lieres in criminalibus regulariter non admittā tur.c. forus.§.testes.de ver.si. not.in c.tam his. de testib.& plenius Abb.Fel.Dec.& omnes in c.quoniam,eo.tit.Alex.consi.11.cōs.99.col.1. vol.1.cōs.176.vol.2.Veronen.cōs.32.col.2. Alciat.in tract.de præsum.reg.1.præsum.42.Marsconsi.18.nu.34.& cons.22.Laurēt.ab Occa cōciuis meus cōs.60.col.4.& Paul.Mereda cons. 92.nu.14.Tomo.2.criminaliū.Francis.de Placentia cōs.84.iu fi.lib.1.crimi.lōgè verò latius Oratius Lucius cōs.161.n. 16.1. Tomo crimi.
2 † siue de iure Canonico loquamur & ī terris ecclesiæ,post Mars.cōs.101.nu.8.siue de iure ciuili,propter magnitudinē præiudicii,post Gādinū in tract.de malefi.tit.de furib.col.4.vers.pone quæstionē de facto,cum similibus, quos allegat post Tiraquel.de legib. connub. nona lege
3 nu.62.76.& 77.† id intelligi debet in accusatione criminali,secus verò quando proceditur per viā inquisitionis, prout in casu nostro: tūc eam bene mulieres admittuntur. Ita voluerūt Ang.Aret.& Ioann.Platea in §.testes. inst. de testa. Stepha. Aufrer.in tract.de testi.n.69.qui dicit, quòd ista fuerunt verba Floriani in l. ex eo.ff.de testi.idemque voluit Lancellot. Corrad.libr.primo de prætore.§. 2. vers. mulier. & Lanfran.de Oriano in tract.de testib.sub.n.80. post Innoc.in c.quoniam.de testibus.
4 † Secundò procedit illa conclusio,quādo mulieres ad offensam interuenirēt: tunc enim nō admittuntur in criminalibus,sicque loquūtur & intelligendi sunt prædicti doctores, vt deno
5 tat illa ratio magnitudinis præiudicii. † Vnde Follerius in pract.crimi.n. 128. tractās de furtò,pro quo pœna mortis sit irroganda,dicit q si de illo non deponunt nisi tres mulieres,vtique non potest ex eis ad condemnationē procedi. & qđ inquit Angel.Aret.cōs.71.n.58.1.Tomo crimi.furtum probari per duas mulieres, quæ fuerant etiam sociæ criminis, procedit quādo ciuiliter agebatur ad restitutionē rei,non autē criminilater ad vindictam publicam, vt semet
6 ipsum declarat.† At quādo mulieres ad defensam rei deponunt in criminalibus admitti debent,vt in casu nostro cōtingit, & ita de muliere etiam famula ad defensam deponente tradit Alex.consi.5.col.3.vol.1. & clarius Craue. consi.119.nu.9.vbi loquens in crimine homicidii dicit admitti mulieres ad probandum talis criminis innocentiam, post Cast.cōs.273.visa
7 relatione.ad fi.vol.1.† confirmatur à simili.Nā licet aliàs testes deponentes de credulitate nō probent.l.testium. C. de testi.Iason in rubr. ff. de iureiur. tamen ad defensionem rei probās in criminalibus, vt tradit Bart.in consi.incip. Vanutius.quē sequitur Alex.cō.76.visa inquisitione, in fi.& cons. 109.uisis,vol.1.Ias.in l.uo vim.col.2.vers. istud probo.ff.de iust.& iu.Dec.
8 cōs.102.n.26.1.Tomo crimi. † pariq; modo licet aliàs testes domestici non probent. l. 2. C. de testi.& ibi not.omnes,tamē ad probādā defensionem & innocētiam in criminalibus probant,vt ponit Specul.in tit.de inquisi.§.1. vers. sed nunquid.Ioan.de Ana.cons.59.visa inquisitione. Bal. & Sal. in l. parentes C. de testibus Bal.consi.479.vol.5.Cast.consi.207.super primo.Flori.in l.testis idoneus.col.fi. ff.de testib. Ang.Aret.de malef.verb.& dictus Ticius se defendendo.vers.aduertas etiā, Alex.cōs.76.vol. 1.cōs.24.animaduersis. col. 13. vol. 2. Marsil. sing.19.plures allegans,potissimè verò Baldū
9 in l.vnica C.de confes.† dicētem, q fecisse ad defensionē probaē per coniecturas, sequiē Laurē.ab Occa cons.60.n.48.2.Tomo crimi.sicut ergo p testes credentes,domesticos, & p cōiecturas defensio probaē,q aliàs nō sufficerēt,pariter & p mulieres dēt posse iustificari, sicq; cōcludit & cōfirmat hęc singula ponēs Petrus Follerius in pract.crim.secūda parte secūdæ partis titulo recipiantur defensiones reorum. nu.13.
10 † Tantoque magis admitti dēnt illæ duę mulieres ad defensā Sallani,q pluribus coniecturis & præsumptionibus adiuuantur, ex quibus defensio vel innocentia probatur,vt dixi.confirmatque Bar.in l.1.§.de illo.ff.de his qui sibi mortem consci. Veronens.consi.60.col. 3. Craue.consi.119.nu.9.mox citato.
11 † Prima est conictura siue psumptio,q colligitur ex denūtia Massarii referētis primò Panigalcū Sallanum percussisse, ergo præsumitur Panigaleus in culpa fuisse nudandi prius ensem Sallano: quia q incipit percutere, semper in culpa præsumitur, Bal. in l. si ex plagis.§. tabernarius.ff.ad leg.aquil.Marsil. consil.68.nu. 12.& in delictis principium spectari debet, & origo.l.illud.§.fin.ff.ad leg.aquil. not. in l. qui de crimine.C.de accus.Iacob.Butrig.consi.17. num.10.libro primo criminal.
12 † Secunda succedit ex verbis prolatis à Panigalco, quæ referūt duo testes (El me ha anco me assaltato questi di passati cō sette ò otto)in telligēdo de Sallano, inferūt.n.dicta uerba,Panigaleum tūc ense nudato fuisse aggressorem Sallani,sicut fuerat ante Sallanus aggressor Panigalei propter illam dictionem (Ancho) id est quoq;, implicatiuam.l.seruum quoq;. ff. de procu. Confirmatur,nam ex dictis uerbis Panigalei duplex cōfessio resultat,prior expressa,q Sallanus antea fuerat aggressus Panigalcum :
13 † posterior uerò tacita, quòd Panigaleus aggressus fuerit Sallanū, quę dēt aduersus ipsum

Panigaleū probare proueniēs ex eius verbis, sicut tacita cōfessio, quæ per statutū inducitur aduersus cōtumacē. l. manifestæ. ff. de iureiu. & ibi not. Alex. Rui. cōs. 19. n. 3. vol. 5. vbi dicit, q
14 est liquidissima probatio. † Et sicut stat tacitæ cōfessioni, quæ surgit ex pductione libri vel alterius scripturæ cōtra producētē. Bar. in l. post legatū. ff. de his quib. vt indi. latè Dec. in c. venerabilis, de excep. Bar. in l. 2. §. creditū. ff. si cer. pet. Rui. cōs. 76. n. 4. vol. 4. D. meus Rimi. cons.
15 202. nu. 12. † & sicut insuper tacitè confessus testamentum esse validum non auditur postea volens ei contradicere, vt docet idem Do. meus Rimi. cons. 259. nu. 20. tantoq; magis hęc procedunt, quòd dicta confessio Panigalei manauit ab eo sponte nec astricto, & sic in vim voluntariæ iurisdictionis, vt declarat Bar. in l. certum §. sed an ipsos. ff. de cōfess. Doctor. in c. 1. vt lit. non contes. D. meus Riminal. consi. 368. nu. 8.
16 † Tertia surgit coniectura pariter ex aliis verbis Panigaleæ relatis per duos testes. (Io non lho mai potuto trouare fuori di piazza se non hora.) intelligendo de dicto Sallano, quę verba denotant Panigaleum voluisse aliàs eum aggredi, sed non potuisse, nunc ergo præsumitur id assecutum fuisse, prout in terminis aggressuræ probat Franciscus Aluaro. consil. 74. nu. 7. & 8. libro 1. criminalium. vbi cum quidā Ioannes Petrus dixisset, q ipse cum sociis fecerunt currere Dauid, eique multas bastonatas dederunt, arguit & coniecturatur Aluarotus, q & postea Ioan. ille Petrus prius illū Dauid sue rit aggressus: quia qui nocuit primò vult nocere secūdò, & q semel malus semper pręsumitur malus. l. non oēs. §. à Barbaris. ff. de re mil. c. semel malus, de reg. iur. in 6. sic igitur in casu nostro dici dēt ad vnguē, q sicut aliàs voluit ense nudato Panigalens aggredi Sallanum, pariter postea tempore rixæ, de qua agitur, fuerit il
17 lū ad ortus, † idq; verba suadēt nā insultatens quęrunt, & insultati quæruntur, vt experientia docet rerum magistra. c. quàm sit, in princ. de electi. lib. 6. Corn. cons. 25. num. 14. uolum. 3. sicut & quætentes inueniunt, iuxta illud. Quærite, & inuenietis.

Quarta surgit coniectura sanè probabilis, & vera, ne dicam tantùm verisimilis, q Panigaleus erat associatus, Sallanus autem solus, vt di
18 cunt testes. † At non est uerisimile, quòd ille solus duos fuisset aggressurus. Iudex enim dēt animi sui motum confirmare argumentis, quæ rei aptiora veroque proximiora, & magis verisimilia compererit. l. ob carmē. §. si testes. ff. de testi. sicque signanter arguit illemet Aluarot. in allegato cons. 74. nu. 5. cuius sententia fa
19 cile comprobatur ex eo. † Ne Hercules quidē contra duos, & prȩter illud adagium comprobatur auctoritate Marsilii consilio 51. numero 47. & clarius Blancus in pract. crimi. tertia par. defensionis nu. 17. quos ille non allegat.

Accedunt huic quartæ coniecturę plures testes deponentes, quòd soluta rixa publicè dicebatur in ea via à pluribus & diuersis personis, quas nominant, q duo fuerant qui aggressi fue
20 rant Sallanum, † quæ fama stantibus aliis cōiecturis & memoratis & memorādis plenam probationem inducit, vt declarat Domini. in c. 1. §. & quia, de usur. in 6. Bal. in l. si quis ex argentariis. §. 1. ff. de edend. vbi dicit, q in causa criminali sufficiunt vnus testis de ucritate, duoq; de fama, idemq; scribit Aret. in c. veniens. col. 7. primo, de test. & consi. 13. col. 6. Deci. consi. 163. col. pen. Ang. Aret. consi. 71. col. 6. primo Tomo crimi. cū similibus à me cumulatis cōs. 84. nu. 20. 2. Tomo criminalium. quibus nūc addo Marf. consi. 3. col. 2. & planius cons. 82. nu. 15. post Alex. consi. 5. vol. 1. cū similibus per eū.
21 † Quinta succedit ēt potēs coniectura surgēs ex qualitate personarū Sallani & Panigalei, q prior erat persona quieta, & pacifica, nec solitus rixeri, meritò præsumitur, q non fuerit aggressus Panigaleum, contra verò Panigalleus rixosus erat & armorum professor, igitur ille præsumitur aggressus Sallanum. ita signanter concludit Veronens. consi. 28. col. 3. & consilio 29. col. 4. Gramma. cons. 29. voto. 22. & 24. Blācus in practi. crimi. tertia parte defensionis. n.
22 22. † & bona vita & consuetudo Sallani tollit præsumptionem delicti, q ensem prius nudauerit & Panigaleum fuerit adortus. Bal. in l. 1. in fin. C. loca. Marsil. in practi. crimi. §. diligenter. nu. 197. & consi. 117. nu. 48.

Sexta pariter accedit cōiectura pacis tā ennixè p Panigaleū petitæ à Sallano medio Margoti & Illustris admodū, ac ordinis Christianissimi Regis Equitis D. Guidi Betiuoli, nā pacē petit offendens ab offenso non contra † vt à
23 cōiter accidentibus est notissimū, qđ argumētū concludit in materia probationis, latè Ias. in l. non hoc. n. 18. C. vnde leg. Dec. cons. 184. col 2. cons. 569. in fi. D. meus Rimi. cōs. 345. n. 11. sicq; supponit Plotus cons. 73. n. 52. 2. Tomo crimin. dicēs, q de iure diuino requiritur pax
24 offensi vel eius heredū † nec sine ea princeps licet esset Imperator, Rex, aut Dux pōt alicui facere gratiā uel liberationē delicti rōne scandali, q oriri possit inter offensum, & suos heredes & offendentē. † Hinc ēt dicitur, q offen
25 sus cogi nō pōt ad faciendū pacē. §. quia ucrò in auct. ut litig. iurent. & ibi not. Ang. Bal. in l. ex stipulatione. C. de sent. & interlo. om. ind. Glo. Bar. & Alberic. in l. furti. §. qui Iussu. ff. de
26 his q not. infa. latius Marf. cōs. 98. col. 1. † nisi causa cotam supremis iudicibus ageretur, ut Imperatore uel Papa, qui bene compellere possunt offensum ad ineundā pacem, ut uoluit Butri. in c. 1. col. pen. de mut. peti. cum similibus per Marf. mox citatū nu. 7. quare si pertinet ad offensum facere pacē, partes offendentis esse dēnt in eam petendo, & ideo si Panigaleus petiit pacem, colligitur q ille fuerat aggressor, & qui prius ense nudato Sallanum offenderat.

27 † Septima quoq; concurrit non leuis conie ctura, quòd Sallanus sponte se in carceribus cõ stituit, signum euidens innocentiæ suæ, ꝙ nec primus ensem nudauit, nec Panigallium fuit aggressus, prout tradit Veronens. consi. 31. col. 4. vers. Decima. Marś. consi. 117. num. 49. & in practi. crimi. §. diligenter. nu. 204. Carreri. in practi. crimi. in prin. nu. 158. col. a. Grammat. cons. 61. nu. 3. Bartholo. Bertazolius in alma ci uitate nostra primarius aduocatus cons. 70. nu. 28. & Ioannes Turrius cons. 80. nu. 82. 2. Tomo
28 Criminal. † vbi referendo Marsilium dicit, quòd verè fatuus, & insanus esset ille, qui si est nocens, & verè reus delicti, velit se priuare libertate & constituere in carceribus, putans ce lare veritatem, citatque pariter Grammaticū consi. 29. & Craue. cons. 6. nu. 39.
29 † Igitur tot præsumptiones Cutiæ conclude re dēnt: quia si pręsumptiones persuadentes cū vno teste de veritate cõcludũt Iudici. Bal. cõs. 136. proponitur ꝙ Titius. ante fi. vol. 2. Craue.
30 cons. 35. numero 6. † duæq; præsumptiones simul iunctę faciũt vnam plenam probationē, glo. in l. instrumenta. C. de prob. Calcane. cõs. 8. col. 5. Craue. consi. 143. num. 12. Iustinianus Bõdēnarius aliàs cõciuis meus. cõs. 54. nu. 30. Laurētius ab Occa cõciuis quoq; cons. 63. nu. 22. Tomo 2. criminal. vbi pariter dixi cõs. 84. num. 20. sicut & primo Tomo consi. 128. ad finem. multo fortius longè plures duabus, duobusque testibus de veritate deponentibus eā facere debent.
31 † Cumque talibus pręsumptionibus veritas cõsonet, indubitanter faciũt plenam probatio nem secundum Bart. in l. 2. vers. quæris Glo. ff. de excus. tut. sequitur Vldaricus Zasius consi. 12. num. 14. primo Tomo diuersorum Germanię cuius occasione cum Germanus. fuerit, &
32 magni nominis iurisconsultus † silentio præte rire non possum Iacobum Thomingium docto rem clarissimum Germanum sic eloquentissimum quemadmodum eruditissimum publicè profitentem Collegiique iureconsultorum or dinarius vel Decanus in Academia Lipsica nunc florentem, qui commentariis tantũ meis ex parte cognitis, ac perlectis tanta me prosecutus est humanitate simul ac beneuolentia, vt nedum vnam, sed & plures ad me literas miserit, me prætermodum extollens, seque mihi deditissimum significans, cui quam plurimum me debere sentio, tantumque quòd sentio me tantam tanti viri gratitudinem non facilè possem persoluere, sed vt potero satisfaciam literis meis eum salutando scriptisque celebrando.

Superest ad rem nostram deueniens breuiter attingā duos testes deponentes Sallanum primogladium euaginasse, facileq; demõstrē, ꝙ illis minimè sit deferendum. nam quod atti net ad vnum eorũ, cum dicat se fuisse in societate duorum Nobilium, qui cum peruenissent ad locum rixæ mox sopitæ, interogauit quid il lud fuisset, vt illi deponũt, est impossibile ꝙ il le testis absens inde tempore quo cępit rixa, cernere potuerit quis fuerit primus ensis vibra
33 tor aut euaginator, † vnde cum per illos nobi les cõuincatur, vt per Abb. & Dec. in c. at si cle rici. not. 1. de iudic. dictum suũ nullatenus est curandum. & vbi testis deponit non verisimilia vel impossibilia, pter id quod nõ probat, su spectus est de falso, c. non ne, de præsum. & ibi not. Abb. l. ob carmē. §. fi. ff. de test. Gabriel Ca satus cõs. 59. nu. 50. 2. Tomo crimin. Iul. Scarla tinus cõs. 106. nu. 23. eodem Tomo, dato ꝙ ēt per testes nõ conuincatur, vt tradit Bar. in l. Lu cius. in fi. ff. de infami. Alba. consi. 70. num. 8.
34 † nec id mirũ videri debet, nam cum verisimi litudo in probationibus sit in maxima cõsideratione. l. 3. l. ob carmē. ff. de prob. Bal. in l. scri pturæ. C. de fid. inst. D. meus Rim cõs. 156. nu.
35 14. & in addi. ad eũ dixi, † quibus nūc addo Ol dradũ. cõs. 13. in fin. & Crau. cõs. 135. nu. 33. di centes, ꝙ verissimilitudo multũ debet attendi, cũ habeatur pro lege, quod etiam reperit Sena tus Pedemont. Decis. 170. num. 10. & vt inquit Aretin. cons. 9. col. 2. iudex in deprehendenda veritate debet in primis attendere, quid sit verisimile. sequitur Craue. cõs. 61. nu. 9. Roland. à Valle. cõs. 61. nu. 35. sequitur vt cõcludamus illum testem deponētē nõ verisimile, fidē nõ
36 faciat. † Quod verò pertinet ad alterũ cum fuerit amicus Panigallei, sociusq; suus in itinere, quo Sallanum perquirebat, ut supra vidimus, & in rixa quoque, in qua cum Panigalleo nodauit ensem, sicque defectus plures patiatur vtiq; nullatenus admitti dēt, nā plures defectus pro bationē anihilāt, & destruũt, vt scribit Soc. cõs. 118. col. antep. vers. postremò. vol. 1. Grat. cõs. 59. nu. 41. uol. 2. Gramma. cons. 45. nu. 22. Rol. à Valle. cons. 24. nu. 61. uol. 1. Quare remanet ut Sallanus à contentis in inquisitione sicut & à carceribus liberetur.

*Hippoly. Rimin. Ferra.*

## Pro Camera Fiscali Illustrium Comitum de Calcagninis Dominorum Fusignani.

### ARGVMENTVM.

Luculenter vsurarum materia tractatur, vt quãdo sub nomine frumēti datur pecunia, vel sub affi ctus velamēto: Itē quando res emitur cum pacto de retrouendendo, vel simpliciter, uel à cer to tempore usque ad tale. Pluraque pulcherrima ac scitu digna cumulantur, quæ mirum in modum lectores oblectabunt.

### SVMMARIVM.

1 *Loca subiecta regũtur statutis ciuitatis dominātis. Nisi respectu pœna si nõ fuerint in loca publicata.* 2.

*Vsura*

3 *Vsura rapina sunt.*
*Et earum vorago animas deuorat, & facultates exhaurit.4.*
5 *Vsuras exercentes reputantur pessimum genus hominum, & idolatriam committunt.6.*
6 *Vsurarius plus diligit pecuniam quàm Deum.*
*Si quidem auarus est.*
7 *Auarus inquit, quod Iuuenalis.*
8 *Vsurarius dicitur turpis persona, nec potest querellare testamentum fratris, qui turpem personam instituit.*
9 *Infamis alteri infamiam obijcere non potest.*
10 *Vsura iure diuino sunt prohibita.*
*sed & humano & quocunque iure 11.*
11 *Vsura sunt contra Deum, & hominem, ac contra bonos mores.*
*Et contra naturam, cum pecunia non germinet pecuniam.12.*
*Item contra bonum publicum.*
*Et aquiparatur igni.*
*Maximè ladens licet non sentiatur, & dicitur exactio iniquißima, & quatuor blasfemias inducit abominabiles contra Deum.*
14 *Contractus qui frequentatur, & licitus in loco reputatur licet verè sapiat vsuram, non tamen vsurarius dici debet.*
*Quod reputat notandum Salyc.14.*
*At id verum non putat auctor de iure Canonico 53.*
*Sicut nec Cardinalis Albanus.56.*
15 *Consuetudo regionis allegari potest ad excludendam præsumptionem vsurarum.*
16 *Consuetudo licet iniusta & inualida excusat à pœna saltem in foro contentioso.17.*
*Nisi manifestè appareat ex forma contractus vsurã esse commissam.57.*
18 *Vsura non committitur nisi in mutuo vero seu ficto ex conuentione partium.*
*Sed immo in quocunque genere contractuum ex deprauata intentione contrahentium.59.*
19 *Contractus forma debet inspici ad iudicandum illum vsurarium in foro contentioso.83.*
20 *Contractus in dubio præsumitur licitus, legitimus ac iustus, & in essentia iudicatur qualis apparet in prima sui figura.21*
*Secus vbi sumus in claris ex coniecturis.63.*
22 *Fama bona purgantur sinistra suspiciones.*
*Nisi actus subsequentes contradicant.65.*
23 *Vsurarius criminaliter puniri non potest.*
*Quia nulla lex hoc dicit.*
*Nisi extẽt statuta in loco pœnam imponẽtia.70.71.*
24 *Vsurarum crimen pertinet ad cognitionem Iudicis ecclesiastici non secularis.25.*
*Quia est crimen ecclesiasticum ideo spectat ad ecclesiasticum.26.*
*Quæ sententia communis est.* (28.
*Vbi quæstio versatur super iure non super facto. 27.*
*Sed auctor contradicit & dubitabilem putat opinionem prædictam.72.*
*Et magis esse communem probat.*
*Sicq́ fuisse iudicatum.*
27 *Exceptio si opponatur, quòd causa est usurarũ, remissio fieri debet ad ecclesiasticum. sed contra.73.*
29 *Statuere non possunt laici super causa vsuraria, fallit vbi per aliud statutum disponitur, quòd omnia statuta valeant, & seruari debeant.80.*
30 *Statutum Ferra. sub rub. quo tempore æstimationis frumenti soluendi ratio habeatur.*
31 *Dolo versari dicitur transgrediẽs statutum.*
32 *Verbum poßit, præposita negatiua resistit potẽtiæ et prohibitionem inducit.*
33 *Testes de fama quando probent.*
*Et quando nõ, vt quòd publicè dici audiuerunt. 34.*
*Quæ sententia communis est.35.*
*Secus si dixerunt, audiuisse dici à pluribus & diuersis personis, vel à maiori earum parte.36.*
*Saltem nominãdo personas à quibus audiuerũt.37.*
38 *Fictũ dicitur factum & assumptũ cõtra ueritatẽ.*
39 *Contractus simulatus & in fraudem vsurarum quando factus dicatur.*
40 *Simulatio de cõtractu ad contractũ qualis dicatur.*
41 *Vsura dicitur quicquid accedit sorti.*
*Etiam in casibus, in quibus aliquid pro interesse debetur.*
*Quia probandum est ipsum interesse.*
42 *Precia variantur tempore.*
43 *Vsurarius contractus præsumitur quando pacta omnia sunt in fauorem creditoris, debitoris verò nequaquam.*
44 *Ratio finalis ex prœmio statuti colligitur.45. & multùm operatur.*
46 *Vsurarij contractus occultè plerumque ineunt.*
47 *Extensio fit in pœnalibus quoties agitur de remouẽdo fraudem.*
48 *Masculinum concipit fœmininum in statuto facto ad obuiandum fraudibus.*
49 *Extensio fit quando ratio est expressa.*
*Licet simus in pœnalibus.50.*
*Fallit in pœnalibus & correctorijs simul.51.*
53 *Corrigi non potest quod non est inductum.*
53 *Consuetudo contra ius naturale non excusat, quando est nutritiua peccati.*
*Et quando præbet materiã delinquendi non valet.*
*Vel applicandi animum ad maliciam.*
54 *Consuetudo contra ius Canonicum & æquitati naturali contraria irrationabilis dicitur.*
*Igitur non valet.55.*
*Nisi princeps sciens eam tolerauerit.56.*
58 *Vsura dicitur empto frumento tempore messium mensurando tempore paschatis.*
*Quia tunc plus valet regulariter, & licet quandoque contra contingat.*
*Non consideratur, quia sufficit spes contraria.*
60 *Contractus quò ad formam non est vsurarius sed quò ad deprauatam intentionem.*
61 *Societas, quòd vnus ponat pecuniam lucrumq́ tantùm consequatur, & alter operam damnumq́ illi cedat, dicitur mutuum.*
62 *Contractus forma inspici debet alio non apparente.*
62 *Probationes leniores admittuntur in vsuris.*
63 *Præsumptiones, & coniecturæ dicũtur liquidißimæ probationes. & Alexander in eo declaratur.64.*
66 *Fama dua cõtraria quãdo probãtur eiusdẽ tẽporis,*

attenditur illa quæ processit ex verisimilioribus præsumptionibus.cuius exemplum datur.67.

68 Testes qui negatiuam astruunt nō probant, magisq́; creditur affirmantibus quàm negantibus.69.

Et de ratione.

72 Vsurarius dolum committit in exigendis vsuris contra prohibitionem.

Et punitus per Episcopum poterit etiam puniri per Iudicem Secularem in excessu pœnæ.

Cuius rationem subdit,quia tale crimen est de foro suo, cum vtroq; iure vsura sint prohibita.

73 Iudex ecclesiasticus si inhiberet seculari procedenti in causa vsurarum vigore statuti secularis qui dei respondere possit.

74 Leges ciuiles in causa ecclesiastica possunt allegari.

75 Audiri non debet,cuius non interest.

76 Excipere nemo potest de iurisdictione iudicis alicuius præter ipsum iudicem.

Ratioq; pulcra subijcitur.77.

78 Commune Bononiæ si potest auferre bona bannito nullus opponere potest præter ipsum ad eius vtilitatem.

79 Emphiteuta propter canonem non solutum nō cadit à iure suo nisi volente domino.

Nec alius id opponere potest.

80 Statutū Ferra.de obseruantia statutorū recitatur.

81 Actum valere vel esse nullum,sed de nullitate opponi non posse procedunt à pari.

82 Sententia quando nulla dici non potest, perinde est ac si valeret.

82 Statuta vel decreta principum quæ prohibent vsuras,& puniunt,valida supponuntur.

84 Contractus, quādo dubitatur qualis sit, cognoscitur ex tenore verborum.

Mens enim contrahentium non melius elucescit quā per nomen contractus expressum,& est communis opinio.

84 Contractus qui non sonat in vsuras vsurarius censeri non debet.

Contractus non ex verbis considerari debet, si constet aliter de vsuraria prauitate contrahentis cum alio.93.

85 Mercator solitus negociari potest probare se cæterosq; mercatores tantum lucrari solitus, vt illud pro interesse petere possit.

Sed contra quòd immo probare debeat habuisse merces paratas, ex quibus tātum fuisset lucratus, si pecunias habuisset. 100.

86 Pecunia summa magna si detur alicui non adiecta causa non præsumitur causa donationis.

Sed mutui si numerata fuit.

Et si conuentum fuit de vniformi præstatione,velut octo pro quolibet centennario , inducitur crimen vsurarum.87.

Licet aliter asseratur in scriptura.88.

Quodcunque nomen exprimatur puta cambium.

89 Consuetudo non excusat à pœna, quando apparet ex forma contractus vsuram fuisse commissam.

90 Interesse certum non potest ab initio conueniri, etiā in casibus in quibus solet concedi.

91 Mutuaui si tibi 10.quæ promittis in nundinis reddere vel 15.pro interesse dicitur vsura.

Nec statur assertioni de interesse nisi illud probetur, & quantum,ratioq́; pulcra subijcitur.92.

93 Contractus licet ex verbis emptio videatur.locatio tamen aut conductio quandoque debet iudicari.

Quia in conuentionibus mens verbis præualet.

94 Contractus natura facit vt à falsa denominatione recedamus.

95 Societas non dicitur propriè,licet sic nominetur,cū rei dominium translatum fuit.

96 Effectus spectandus est spreta denominatione.

97 Verba super loco, denotant ius pignoris constitutum.

97 Contractus venditionis quando non sit sed pignoris & in fraudem vsurarum.98.

99 Interesse lucri cessantis vt debeatur,primò probari debet, quem esse solitum negociari.

Et est communis opinio.

Vel esse mercatorem.

Item merces in promptu fuisse,de quibus tantū fuisset lucratus.100.

Et lucrum fuisset quasi certum.102.

Et in actu,vel quasi in actu.103.

102 Tutor conueniri non potest ad interesse, quia non emerit prædia,nisi probetur,quòd extabāt venalia & quòd super hoc tractatum fuisset.

103 Intellectus.l.quemadmodum.§.si nauis.ff. ad leg. aquil.

104 Intellectus.l. continuus.§. cum ita.ff.de ver. oblig.

105 Interesse solito negociari non debetur ante moram.107.

106 Morosus æquiparatur furi.

106 Interesse sine culpa non debetur.

108 Contractus reputatur vsurarius ex tribus simul concurrentibus,pacto de retrouendendo,modicitate pretij,& emptoris soliti fœnerari.

Et ita seruatur.109.

Et est magis communis.110.111.

Parsq́; verior.112.

Et communior.113.114.

Et probabilioribus rationibus , sicut maximis auctoritatibus suffulta.115.

Sed quòd immo duo sufficiant ad arguendum contractum fœneraticium, paruitas pretij pactumq́; de retrouendendo.122.

Sicq́; collegia Mediolanensis ac Papiensis consuluerunt.123.

Et coram peritis obtinuit Albericus.

Estq́; magis communis opinio.124.131.132.

Et approbata conclusio.

Sicut verior,communis,& communior.127.

Et animæ salubrior.128.135.136.

Et ita seruatur in iudicando.129.133.134.

Et Ferrariæ iudicatum fuit.130.

Item communis & æquissima data pretij modicitate,& necessitate vendendi.137.

Nec ab ea recedendum est in iudicando, & consulendo.111.

115 Verba maioris auctoritatis esse videntur , quando quis magis vtitur ratione.

116 Intellectus.cap.ad nostram de empt. & vendi. per Veron.& Didac.

Sea

*Sed aliũ magis probat auctor Antonij Burgos.* 142.
*Et nouum ac ingeniosum ponit* 144.
117 *Pactum de retrouendendo facit ut res minus æstimetur. quàm si simpliciter venderetur.*
*Vt quæ centum valeret, septuaginta tantùm vendatur.* 118. *uel iudicis arbitrio.* 120.
119 *Res minus valet ob onus adiectum.*
121 *Modicitas precij re vendita cum pacto de retrouendendo ad excessiuam restringitur, quid autem stante statuto Ferr.* 149.
125 *Romanus consi.* 304. *in dictione maximè, ponderatur à Mandosio.*
*Et melius ab auctore.* 126.
126 *Dictio maximè, denotat idem iuris in casu incluso quòd in expresso.*
138 *Opinio pro qua stat Glossa præualet.*
139 *Glossa idolum aduocatorum vocatur.*
*Et Doctores somniant volentes infringere opiniones Glossarum.*
*Et de laudibus earum & auctoritate.* 140.
140 *Glossa iuris Canonici dicitur maioris auctoritatis Glossa iuris ciuilis.*
143 *Opinio pro anima tenenda est. Et pro qua Collegia consuluerunt magis altera, pro qua Doctores particulares.*
143 *Vsurarium facit nedum pactum sed intentio.*
145 *Appellationi deferendum in dubio.*
146 *Dolus continet fallaciam & machinationem.*
147 *Ratio vbi eadem militat eadem dispositio locũ habet*
148 *Pactum de retrouẽdendo post tale tẽpus reprobatur*
149 *Statutũ Ferra. de pœnis cõtra vsurarios recitatur.*
150 *Extentio fieri debet ut delicta puniantur.*

## CONSILIVM CCXVIII.

*Auxilium meum à Domino.*

IN præsenti causa, in qua D. Ioannes Gallus inquiritur in terra Fusignani de cõtractibus illicitis ac in fraudem vsurarum conceptis tam sub nomine depositi, uel affictus, quàm uenditionis cum pacto de retro uendendo, cum tamen uerè mutuauerit sub usuris ad decem pro centenario in anno. Tã & si moris mei non fuerit in præteritum contra reos in criminalibus scribere. Nihilominus secus nunc me facturum putaui: quoniam nõ agitur de pœna corporali, sed pecuniaria tantùm, partim denunciatori, partim fisco, partim Christi pauperibus applicanda, secundùm formam statuti Ferrariç sub. Rubr. de pœnis contra vsurarios. Quod &t Fusignani seruatur Illustribus Comitibus de Calcagninis infeudati per excelsam Domum Estensem, ut literis Alfonsi Ferrariç Ducis Amplissimi positis ante statuta Ferrariæ manifestè significatur, & insuper ita de iu-
1 re communi cauetur, † nam loca subiecta reguntur statutis ciuitatis dominantis in defectum statutorum suorum. §. fi. & ibi Glo. & docto. inst. de satisda. Soc. cons. 81. n. 3. uol. 1. cõs. 128. uol. 3. Fel. in c. Rodulph. col. 3. de resc. Ias. in §. rursus. nu. 40. inst. de act. Dec. consi. 429. nu. 5. Grat. resp. 11. n. 12. uol. 2. D. meus Rimi. cons. 72. in fi. cons. 361. in fi. & cons. 575. nu. 7.
2 † Et licet idem cons. 9. nu. 22. dixerit hoc non procedere respectu pœnç, nisi statuta fuerint in loco subiecto publicata, per not. per Abb. & Imol. in c. 2. de consti. tamen & huic limitationi prouisum reperitur in castro Fusignani, cũ statuta Ferrariæ fuerint ibidem publicata.
3 † Tãtoque magis ad scribẽdum descendi, quòd usuræ, de quibus agitur, rapina sunt. c. si quis usurá 14. q. 4. Natta cons. 498. nu. 23. ubi per illum textum dicit, quòd quicumque usuram accipit rapinam cõmittit.
4 † & usurarũ uorago aĩas deuorat, & facultates exhaurit. c. 1. de usur. ĩ 6. pulcreque ponit Fortunius Garzia in tract. de vlt. fine. iur. n. 101.
5 † Hinc exercentes vsuras pessimũ genus hominũ reputantur, ut ꝑ Hosti. in c. ad nostram. de emp. & uend. Lauren. de Rodup. in tract. de usur. q. 60. nu. 3. veluti comittentes Idolatriã, quç est Idolorum seruitus. c. auaritiæ. de præb.
6 † plus enim diligit vsurarius pecuniam quàm Deum, arg. c. sicut hi. 17. distin.
7 † si quidem auarus, qualis est usurarius, non solùm dicit quod Poeta Iuuenalis (vos nũmi estis fratres) sed ĩsuper (vos nummi estis ipse Deus) ut refert Ambros. de Vignate in tract. de vsur. nu. 239.
8 † & vsurarius in specie dicitur turpis persona. unde si frater est usurarius non potest querelare testamentum fratris, qui turpem personam scripsit hæredem, cum & ipse sit talis, ut docet Bal. & cæteri sequuntur. in l. in arenam. C. de inoff. testam. Iason ibi & in l. fratres. eo. tit. Vasquius de success. creati. §. 10. nu. 592. Grat. respon. 6. nu. 30. vol. 2.
9 † Motus ea ratione: quia iniquum est tolerare quempiam alteri infamiam obiicere, cum & ipse sit infamis. iuxta illud, nil iudæus iudęo, nil Catilina Cetego. & quòd sit infamis ipso iure tenent Iacob. Butrig. Bald. Saly. & omnes in l. improbũ
10 C. quibus ex caus. infam. irrog. † Nec immerito tales usurarii reputantur: quoniam vsuræ iure diuino sunt prohibitæ, ut scribit Iacob. de Belui. in tract. de excõmuni. nu. 25. Petrus de Bays. in tract. de electi. cap. 33. par. 2. nu. 2. frater Hieron. de Luca in tract. de camb. §. sequitur. n. 15. Laurent. de Rodul. in tra. de vsur. par
11 2. §. 120. nu. 39. † immo, nedum iure diuino tã ueteris quàm noui testamẽti sed & humano, sicque quocunque iure sunt usuræ prohibitæ, veluti contra Deum & hominẽ ac bonos mores c. quia in omnibus. & c. super eo. de usur. Bero. consi. 207. nu. 10. vol. 3. Vuoglfgangus Germanus consi. 40. nu. 42. Tomo diuersorum Ger-
12 maniæ: † item & contra naturam, cum pecunia pecuniam non germinet, ut ostendit Abb. in Rubric. de vsur. & Ioannes Andre. in reg pec-catum, de reg. iur. in mercurial. Natta cõs. 670. nu. 2. Francis. Marci. q. 891. nu. 14. secunda parte. pulcherimè Bal. consi. 449. ius naturale. vol. 3. ubi

3.ubi demonstrat, quòd vsura est contra bonū publicum propter eius uoracitatem, æquiparās eam igni, qui comburit & in infinitum si cōbustibile habeat sibi proximum, sic usura consumit quæcunque, quæ quis etiam recipiens habet in bonis, quia consumptio bonorū est eius alimentū, & maximè lædit, licet non sentiatur sequitur Natta conf. 369.nu.5. hincque vsura dicitur exactio iniquissima §.erit autem 45.distin.Alex.consi.1.col.1.vol.4.Rol.à Val.consi. 35.in fi.vol.1.meritò concludens, quòd iudices boni & optimi tales usurarios repellere debent à limine iudicii & eos seueriter punire, cum sint deuoratores pauperum & insidiatores oppressorum, nec omitto, quòd vsura generat quatuor abominabiles impietates contra Deum, quæ sunt quatuor Blasphemiæ, quas ne trāscribam videndus est Alex.de Neuo referēs eas conf.102.nu.7. pleniusque varios effectus iniquissimos vsurarum commemorat Senatus Pedemon. decis.136.nu.7.quem pariter videre licet, meritò pariter vsuras in præsenti casu detestari constitui.

Ad rem igitur deueniens aggredior primum caput de contratibus sub nomine depositi factis in hunc modum. nam diuersi contrahentes cum dicto Gallo penes se uocarunt in depositum certam quantitatem frumenti ab eo, quod promiserunt ei reddere ad omnem illius requisitionem, & quando frumētum pluris valebat, illud Gallus petiit ab eis, cumque frumētum (quod redderēt) non haberent, illud appreciauit, ut tunc valebat, seque tantæ pecuniæ debitores illi constituerunt, tantumque frumentum, quod ascenderet ad illam summā, in aliud tempus se daturos illi promiserunt, cumque postea frumētum pariter auctum fuisset in precio, petiit illud ab eis Gallus. & non habentibus illis, rursus se tantam pecuniam soluturos Gallo promiserunt. Et ita bis, ter, & quater facientibus illis, modica plerunque summa pecuniæ ab initio mutuò recepta licet sub nomine frumenti depositi in immēsum excreuit,
13 ut à centum ad mille † Quæritur igitur, an huiusmodi contractus tolerandi sint.

Et prima consideratione dicēdum videtur, quòd sic, cum frequententur & fieri consueuerint in terra Fusignani, per doctrinam Barto.in l.quis sit fugitiuus.§.apud Labeonem. ff.de ædil. edic. ubi dicit, quòd si quis facit aliquem actum, qui communiter æstimatur licitus, contrarium tamen est in ueritate; quia sapit vsurariam prauitatem, ex hoc non dicitur vsurarius,
14 & illud dictum Bartoli † reputat esse notandum Salyc. ibi propter leges imponentes pœnam vsurariis, sequitur etiam Veronens. consi. 13. stante quodam decreto, colum. pen. Natta consi.586.colum.fin.corroborans ex eo quod scribit Bal.in l.unica, 3.q. C. de his quæ pœnno. Quòd contractus quamuis sit suspectus, tamen non debet fœneraticius iudicari, si in regione communiter frequentatur, & inter bonos seruatur, & apud mercatores: nam quia verisimile ideo permissum, dicit Bal. per l.3.§.fin. cum sua Glo. ff.de eo quod cer.loco.& cū prædictis etiā concordat Alex. de Neuo consi.95. nu.19.& 20.Bero.consi.167.numc.9. uolu.1. Anton.Fero.tit.de feud.§.20.in consue. Burdegal.quos citat Bursat.eleganter consil. 117. nume.6.quibus addendus est Iason ad vnguē consi.173.Septimo fundamento, uolu.4. Ab-
15 bas consi.15.col.1.vers.quid ultra.vol.1. † vbi ad excludendam præsumptionem vsurarum consuetudinem allegat regionis. sicque pariter arguit Oldra.conf.207.vniuersis, in fine. & tenet Ias.in l.1.n.62.ver.quartò quæro.C. de suma trin.D.Ant.Rondinellus consi. 21.nu.18. Tom.secundo crimina. Benuenutus Stracca in tract.de mercatu. prima par.nu.37. Cacial.in tract.de Ludo.nu.22.& Roland.à Valle consi. 75.nu.42.vol.1. qui citat etiam Bertrandum consil. 62.col.1.vol.2.& Dec.conf.170. col.
16 pen.idem tenentes, † Hincque sequitur, quòd ex quo tales contractus communiter fieri consueuerunt, talis consuetudo debet excusare Do. Ioannem Gallum à pœna: quia cōsuetudo etiā iniusta & inualida excusat à pœna. ut per Glo. in c.denique 4.dist.& in c.cum venerabilis.de cōsuc.vbi pariter Butrius & Abbas, Anch. cōs. 50.circa fi. latiusq; Dec. in d.conf.170. col.fi. dicens ob id inquisitionem formari non posse etiam ad pœnam extraordinariam. idemque Dec. conf.175.col.7. vers.3. hoc idem Plotus conf.108.col.fi.lib.primo criminal.& latius in l.si quando.n.324. C.vnde ui, ad quem locum
17 se remittit.† idemque ponit Craue.conf.6.nu. 103.& conf.145.nu.12.vbi dicit, quòd talis cōsuetudo licet iniusta excusat à crimine & pœna saltem in foro contentioso, cum quibus etiā consentit Natta consi. 498.n.25. vbi sic intelligit doctrinam Bar.in d.§.apud Labeonē, quatenus dixit, contractum non censeri vsurarium videlicet quò ad pœnam euitandam. & idem sentit in simili casu Do.meus Rimin.conf.164. nu.42.vbi loquens de non nullis hebreis faciētibus illud, quod cōiter alii faciebant, dicit eos excusari nedum à dolo, sed insuper à culpa, per not.per Bar.in d.§.item apud Labeonē.
18 † Secundò mirum in modum videtur adiuuare Do.Ioannem Gallum, quòd usura nō cōmittitur nisi in mutuo vero seu ficto ex conuētione partium, prout notat Abb.consil. 62.circa fi.lib.1.Dec.in l.2.§.creditū, not.3. ff.si cer. pet.sed hic agitur de contractibus depositi, locationis & venditionis celebratis à Gallo, qui nihil habent communionis cum mutuo, nec illud in eis considerari potest vllo modo, meritò
19 vsurarum suspicio cessare debet omnino † ad iudicandum enim contractum vsurarium in foro contentioso inspici debet forma contractus c.in ciuitate.de vsu. Abb.conf.15.in fi.& conf. 49.col.2.volu.1. vbi dicit donec probetur de

vsura

vſura ſtandum eſſe formæ cõtractus.quare cum inſtrumenta contractuum quę exhibentur non ſonent in vſuris, vſuraria cenſeri non debẽt ſic arguit & cõcludit in terminis vſurarũ Crau. cõſil. 145. colum. 2. Roland. à Valle conſ.75.in princ.uolum.1.& Burſa.in allegato conſ.117. numero 10. poſt Pariſ. conſ.77. volum. 3. loquens de cõtractu dationis in ſolutũ & liuelli, qui cum ſint omni iure permiſſi,contractus eorum nõ debet nec poteſt uſurarius quoquo mo-
20 do cenſeri. † Tantoque magis hoc dici debet, quòd famulatur in propoſito communis Doctorum ſententia, ſemper in dubio præſumi cõtractum fuiſſe legitimum, licitum,atque iuſtũ. Bal.in l.rogaſti.§.ſi tibi.circa fi.ff.ſi cer.pet.rurſus validum & verum.l. cum præcibus. vbi Bal. C.de prob.& in rubr. de offi.iud.8.col.verſ.ad officium iud.vbi dicit,omnem contractum cenſeri bona fide,ac abſque labe vſurarum celebra-
21 tum. † & Alex.conſi.220.col.2.nu.2.vol.2.dicens, contractum in eſſentia iudicari qualis in prima ſui figura apparet.idemque Bal.in c.1.in prin.de feud dat. in vic.leg.cõmiſſ.& in l.quãuis. C.ſi quis alte.vel ſibi. Soc.Iun.conſ.83.nu. 6.vol.3.ſi quidem nemo præſumitur delinquere.l.meritò.ff. pro ſoc.Dec.cõſ.167.Pariſ.cõſ. 77.in princi.vol.3.Cagnol.in l.2.C.de pact.inter emp.& vend. Veronenſ.de ſimula. contra. prẽſump. 2. igitur hinc iure meritò quilibet actus licito magis modo,quàm illicito prẽſumitur celebratus., ut per Roma. & poſt eum latè Mandoſ.conſi.113. quos citat Burſat.in d.conſi.117.nume.4.
22 † Tertiò concurrit bona fama dicti Galli,ꝙ nequaquam fuerit ſolitus pecunias ſuas ad vſuras concedere,per quàm purgari videntur omnes ſiniſtræ ſuſpitiones,ſi quæ laborarẽt aduerſus eum.Bar.in l.1.§.pen.per illum tex.ff.de re mil.Bal.in l.fi.col.fi.C.de prob. & conſ.410.in cauſa & quæſtione Antonii.col.2. vol.2. Caſtr. conſ. 284. viſo quodam tali quali in fi.uol.2. Craue.in allegato conſ. 145.in fine. Iaſ.in l.1. in fine.C.cõmu.deleg.Dec.conſi.175.col.pen. Craue.conſ.99.in fi.cõſ.151.nu.21. Rol.à Valle conſ.38.nu.34.& cõnſ.73.nu.35.vol.1.Boſſ. in titulo de inquiſitione.nu.36.

Quartò & ultimò,poſito quòd prædicta non procederent, Quòdque cõſtaret dictos contractus vſurarios fuiſſe, tamen adhuc dicendum videretur,quòd aduerſus eum non potuerit inquiſitio formari per D. Cõmiſſarium Fuſignani iudicem laicum ad irrogandam ſibi pœnam
23 ſtatuti contra vſurarios promulgatam: † Quoniam vſurarius non venit aliqua pœna criminaliter puniendus, ut declarat Bal.in l. improbũ C.ex quib.cauſ.infa. irrog.ea ratione, quia nulla lex hoc dicit. vnde infert quòd vſurarius nõ tenetur pœna quæ imponitur pro crimine ſtellionatus:quia agit ex conuentione & conſenſu partis. idemque ſequitur Salyc. ibidem.Calder.conſil. 3.de for. compet. dicens quòd vſuratii per pęnas eccleſiaſticas & non per ſeculares aſtringuntur, & plenius confirmat Dec.
24 conſi.170.col.pen. † ubi dicit eſſe ſpeciale in crimine vſurarum,ꝙ iudex eccleſiaſticus procedere poſſit per inquiſitionem ad priuatam vtilitatem,videlicet quò ad reſtitutionem.At ſecus eſt in iudice ſeculari,qui ad perſecutionem ciuilem criminaliter procedere non poteſt, vt notat Bal.in c.1.§.ſimiliter.col.2.verſ.extra nota.quod inquiſitio de contro. inueſt.& in l. ea quæ.col.12.verſ.item quæritur. C.de accuſ.cũ ſimilibus per Soc.conſ.219.circa primam diffi-
25 cultatem, volumine 2. † Quinimo plus ſubdit Dec.in allegato conſ. 170.col.fi. dato quod contra vſurarium criminaliter agi poſſet & inquiſitio formari, pertineret hoc ad iudicem eccleſiaſticum, nec per ſecularem id fieri poſſet; quia crimen uſurarium eſt crimen eccleſiaſticum,ut per Glo. in capitulo cum ſit generale. de for.comp. in c.1.de offi. ord.11.q.1.in ſum-
26 ma.& in c.ex literis in fi.de iure iu. probatq; in cle.diſpendioſam.de iud. † ideo ſpectat ad eccleſiaſticum, ut dicit Glo. in dicto c. 1.de off. ordi.cum ſimilibus, ut tradit Lapus allegatione 56. Reuerende Domine, & allega. 70. ſæpe vidi dubitari in prin. Cald. conſi.3. an cauſa vſurarum.in fi.de for.compe.Bal.in l.1.in fi.C. de uſu.in l.in contractibus.§.in omni. C.de nõ num.pec.in l.quoties, C. de iudi. & in l. omni nouatione.C.de ſacr.ſan.eccl.latè Burſa. conſ. 90.nu.27.vbi dicit, quòd hęc eſt omnium cõſenſu communis ſententia, & inter alios citat Didacum Couuaru. variarum reſolut. lib. 3. cap.3.& alios plures citat Natta conſi. 369.nu.
27 12. Rolan. à Val.conſi.75. uol. 1. † & ideo ſi corã ſeculari opponitur exceptio, quòd cauſa ſit vſuraria, remiſſio fit ad Epiſcopum, ut not. Bar.in d.l.quoties: hæcque concluſio procedere uidetur in caſu noſtro, in quo non eſt quęſtio ſuper facto, ſed ſuper iure. Quia cognoſcendum ęrit & iudicandum, nunquid iſti
28 contractus ſint vſurarii vel non. † ideo tali caſu Doctores omnes concludunt, quòd cauſa debeat per ſolum iudicem eccleſiaſticũ cognoſci & iudicari, ut concludit Bar.in l. Titia.ff.ſol. ma.Feder.conſi.245.D.Andræ.circa finem cũ ſimilibus, ut tradit Alex. in d.l.Titia. col.4.& conſi.9. præſtantiſſime Doctor. vol.4. Natta plures cumulans loco proxime citato,& ſicut iudex ſecularis non poteſt de cauſa uſura-
29 ria cognoſcere, † ita ſubdit Dec. non poſſunt Laici ſtatuere quid in tali cauſa, quia à pari procedunt poteſtas cognoſcendi, iudicandi,& ſtatuendi,ut concludit Federic.conſ.96.apparet Caſtr.conſ.71.viſis & ponderatis.col.1. ſequiturque Decius in c. eccleſia. S. Mariæ nu. 46.de conſt.quare ſequitur ex prædictis quatenus ſtatutũ prædictũ.De pęnis cõtra uſurarios diſponit tales & tales vſurarios cenſeri ,& concedit quòd contra eos procedi poſſit & debeat per Poteſtatem & eius curiam, id non valere

lere,nec statui potuisse,iuxta satis abundè not. per Abb.Imol.Fely. Dec.&omnes per illũ tex. in dicto c.ecclesia S.Mariæ, de constitu. & vltra Decium Berous conf.167.nu.5.vol.1.dicit quòd statuere super vsuris,vt quòd contractus sit vsurarius in aliquo casu,ad seculares nõ spectat,sed solùm ad conditorem canonis.& ideo seculares non possunt statutum facere,quòd aliquis contractus sit usurarius,idque dicit Bero. velle Canonistas communiter in cap. quod clericis.& in c.cum sit generale. de for.compe.& ita pluribus mediis Gallus iste uidetur absoluẽdus & liberandus.

30 † Illis attamen minimè refragantibus arbitror veritatem esse in contrarium,moueor, nã tales contractus indubitanter fuerunt contra statutum Ferrariæ sub rubr. quo tempore æstimationis frumenti soluendi rõ habeatur,quod Fusignano seruatur,ut de alio superius dixi, eo namque cauetur,quòd debitores alicuius quãtitatis frumẽti ex quacunque obligatione, vbi dies solutionis aut tempus apposita vel appositum non fuerit,teneatur dare,& soluere frumẽtum vel communem æstimationem eius tempore natæ obligationis, nec possit crescere æstimatio ex mora aliqua. At in casu nostro diuersi contrahentes cum Gallo constituerunt se debitores illius ex causa frumenti penes eos ab eo depositi, illudque reddere promiserunt ad omnem illius requisitionem. & sic solutioni dies aut tempus non fuit apposita vel appositum, deinde cum frumenti valor excreuisset lõgè plus quàm tempore natæ obligationis valuisset. Gallus illud æstimauit quantum valebat sic auctum,tantæque summę se debitores illi constituerunt,quæ quidem facta fueruut contra di-

31 ctum statutum, † meritò dicitur Gallus in dolo fuisse trãsgrediendo dictum statutũ,pront inquit Bal.cõſ.35.quæritur utrũ pactũ.col.1.vol. 3.Craue.conf.193.nu.3.& alteri statuto locum fecit sub rubr. de pœnis contra vsurarios, vel illicitè contrahentes. ubi col.pen.dicit, illum usurariũ intelligi,vel illicitè cõtrahẽtẽ, contra quẽ duo testes deposuerint,eũ esse vel fuisse tẽpore cõtractus,ante,uel post p annũ vsurarium vel illicitè contrahentẽ. Vel contra quẽ tres testes deponerẽt se cũ illo illicitè contraxisse,ad uersus.n.hunc Gallum nedum duo vel tres, sed longè plures deponunt cum aliis,& ipsosmet cum eo sic pluries contraxisse, qui contractus illiciti fuerunt appreciando frumentum pluri quàm tempore contractę obligationis valeret,contra claram alterius statuti prohibitio-

32 nem dicentis. † Nec possit crescere æstimatio frumenti ex mora aliqua. nam per illud uerbum possit,futuri temporis pręposita negatiua,dicitur indubitanter resistere statutum potentiæ secus faciẽdi & eam prohibere,secundũ doctrinam Bartoli,in l.cum lex.col.2. ff.de fide iuss.quem sequuntur Doctores omnes in eo casu,de quibus in l.1. in prin.ff. de ver.ob. in l. Gallus,in prin.ff.de lib.& post. Soc. in l.1. col. 2.eo. tit. Iaſ.in l.frater à fratre.col.14.uer.tertia difficultas.ff.de cond. inde.& Tiraquel. de legib.counub.Glo.2. post leges. nu. 8. licet in alio casu de uerbo non potest,præsentis tempo ris illum taxent,quod ut impertinens missum

33 facio † Tantoque magis uetificatur illud statutum de pœnis contra usurarios, quòd hic cõcurrunt nedum quatuor testes, ut illud requirit ad finem,sed longè plures deponentes de publica voce & fama. quibus tempore dictorum contractuum erat & habeatur usurarius, uel illicite contrahens Gallus prædictus, dicentes eos audiuisse publicè dici per apothecas, plateas& super triuiis à pluribus & diuersis personis communiter siue à maiore earum parte, quarum etiam non nullas nominant, illum fuisse tentum pro tali, fecisseq; tales contractus de quibus supra,qui testes sic deponentes indu

34 bitanter probant famam: † non enim tantùm dicũt sic publice dici audiuisse, quo casu fama non probaretur, cum posset esse quòd unus publicè diceret, ut tradit Bar. in l. de minore §. si plurium. col. 2.ff.de quæſt. & in l. Labeo. co.3.ver.& ideo si testis.ff.de sup.leg.sicut & in l.3.§.eius quoque,in fi.ff.de testib.Bald. in tit. de sent.in addi.Specul.col.24.ver.illud etiam Imol.in c.cum oporteat.de accuſ. Dec. consi. 57.n.4.Marſ.consi.88.n.12.& Rol.à Val.conſ. 54.nu.18 uol.1. post Imol. in l.hæredes palam

35 in princip.ff.de testa. † qui communem testatur, & idem tenet Alex.conſ.35.col.2.uolum. 7.Dominus meus Rimi.conſ.300.nu. 45.& in apostill.ad eum confirmaui post Pariſ. consi.

36 169.nu.47. vol.4. sed addunt, † à pluribus & diuersis personis uel maiori earum parte, quo modo bene fama probatur, ut per Bar.in d.§.si plurium. col.5. verſ. sed quid si dixi. & in d. §. eiusdem.Ang.in l.3. ff.ad maced. Imol. in d. l. hęredes Alex. conſ.20.col.6.vol.5. Dec. conſ.

37 54.col.2. † saltẽ uerò nominando personas à quib. audiuerunt,ut per Bar. de quo supra col. 5.uerſ.quæro si testis interogetur.Alex.cõſi.3. ſup processu col.5.uol.4.Dec.conſ.429.col.fi.

Secundò corrobatur hæc conclusio contra Gallum per idem statutum in princ.disponens ꝙ nulla persona,iudeis exceptis,quibus per priuilegiũ permissum est, audeat vel pręsumat alicui dare uel mutuare ad usuras aliquam pecuniæ quantitatem, seu aliquam conuentionem contractum, uel pactum conficere fictitium &simulatum in fraudem usurarum conceptum

38 sub pœna, quam subiicit † sed isti contractus fuerunt fictitii,nam fictum dicitur illud quod factum est & assumptum contra veritatẽ,secundùm Bar.quem sequuntur omnes, in l.si is qui pro emptore. ff.de usucap. nu.21. & in terminis dicti statuti arguit Grat. respon.11.nu.27. uol.2. propterea si uerè frumentũ non fuit depositum penes contrahentes cum D.Io.Gallo, & illi se constituerunt debitores illius de certa quan-

quantitate frumenti,puta 10.15.uel 20.corbibus,sequitur vt dicamus, totum hoc fuisse figmentum quoddam contra veritatem,sicque cōtractus tales iure meriro ficticios appellandos
39 esse. † Quòd etiam dicti contractus simulati fuerint in fraudem usurarum concepti probatur ex l.3.& ibi Bald.Salyc.& alii. C. plus ual. quod agi.ibi namque res fuit pignorata creditori in veritate, tamen in fictione factum fuit instrumentum venditionis, sicut fęneratores fępe faciunt,volendo percipere fructus in fraudem vsurarū,stamus enim tali casu ueritati nō autem scripturæ† Hęcque appellatur simulatio
40 de contractu ad contractum,quando vnus contractus agitur & alius simulatur,vt per Bar.cōs. 65.incip.Petrus, Doctores in c.illo vos.de pignor.Bero.consi.147.nu.28.vol.2.& consi.166. nu.2.uol. 1. sic enim contingit in casu nostro, Nam pecunia verè fuerat mutuata per Gallum sed instrumentum fuit factum de certa summa frumenti deposita, quod tunc æquiualebat illi pecunię,postea petita fuit restitutio frumēti,quando plus valebat,& à non habentibus illud,vt se constituerent debitores de tanta pecunia,prout plus valebat, vel si habebāt,illud præstarēt maioris valoris pecunia recepta, ad finē ut Gallus perciperet commodum pecuniæ mutuatæ,puta centum vigintiquinque pro centū tantùm mutuatis. igitur patet tales contractus fuisse simulatos in fraudem usurarum confe-
41 ctos † Nam usura dicitur quicquid accedit sorti, capit.plerique.14.q. 3.Vuolsgangus Schelis consi.40. Tomo 2. diuersorū Germanię nu. 3.quod procedit etiam si essemus in casibus, in quibus aliquid pro interesse deberetur.quia ipsum interesse probandum esset, & pręter eius quantitatem nihil debetur, ut concludit Ioan. Andre.& cæteri post eū in c.salubriter. de vsu. Bal.in l.rogasti.§.si tibi. vers. quid ergo si mutuo.ff.si cer.pet.Ioan.de Anna.in c.fi. de usur. Alex. consi.27.viso temate,col.fi.vol. 4. Natta consi. 417.nu.5. sic ergo patet, dictum Gallum per huiuscemodi contractus incidisse in pęnā dicti statuti.
42 † Tertiò non omittitur, q̄ dicti contractus fuerunt in totum fauorabiles Gallo & onerosi personis secum contrahentibus. Primò, quòd loco pecuniæ mutuò receptæ,quæ solet regulariter uniformis esse,se constituerent debitores tantę quantitatis frumenti, quod singulis annis variatur in præcio,immo & inter annum sepius.l.præcia rerum .cum ibi not.ff. ad leg. fal. & vsu cōprobatū est. Secūda, q̄ illud præstare deberent ad omnem requisitionem Galli, qui petebat illud, cum plus valebat & non ante, ut vel illud, vel eius ualorem excedentia pecuniā mutuatā cōsequeretur, sicque similis cōuentio renouaretur sæpius (ut prędixi) perniciosa contrahētibus cum Gallo,sibique multum lucrosa
43 † quare sequitur doctrina Cardinalis in clemen. 1.§.cæterum.q.3.de usu.dicens, q̄ ubi pacta sunt omnia in fauorem creditoris, parùm verò in fauorem debitoris,contractus præsumitur vsurarius, quem sequitur Natta consi.670. nu.10.considerans pariter in casu suo plura pacta in fauorem creditoris, ex quibus arguit & concludit,contractum vsurarium fuisse, & hæc etiā fuit Hostiēsis doctrina in summa de vsur. §.fi.ver.2.Laudens.in clemen. prædicta. Bero. consi.165.in prin.vol.1.
44 † Quartò & vltimò moueor considerando procemium statuti prædicti, de pœnis contra vsurarios.Quod(inquit) Christianæ religionis præcepta, honoremque sectantes, & usurarū uoraginem,quæ crescente malitia nouis continuè excogitatis fraudibus pullulat, ac frequentari in dies magis uidetur, pro utilitate & bono Reipublicæ,quantum nobis est possibile re-
45 secātes,hac salubri lege statuimus&c. † ex quo procemio ratio finalis ipsius statuti colligitur, ut notat Bar.Castr.& Imol.in l.fi.ff.de hęr.inst. vt inquit Bal. in §. quibus, prima consti. Cod. col.2.sequitur Dec.consi.10.col.2.consi.410. col.3.Alex.consi.36.col.2.vol.5.Rub. consi.11 in prin. consi.89.nu.5.D.meus Rimi.consi.33. nu.19. sed nulla sanè maior fraus excogitari poterat in hoc Gallo, malitiaque dari,quàm q̄ cum ampla lataque horrea possideret, in quibus frumentum suum securè collocabat, apud rusticos & abiectas personas id deponere simulauerit,quę facile poterāt illud uendere vel in vsum suū conuertere,ut inde post aliquot dies aut menses,illud ab eis petēs nec consequens, eos tantæ pecunię debitores crearet,quantum excreuerat à tempore simulati depositi citra, nec hac excogitata fraude contentus, sed usurarum uoragine malitia magis in eo crescente illos induceret ad promitendum ipsi Gallo tātum frumentum, cum uellet reddere, ut cum pariter ad immensum valorem illud ascendisset,idque petens non consequeretur, miseros illos homines rursus de tanta pecunia, quantū ualebat frumentum,debitores crearet,eādemcantilenam successiuis temporibus ter & qua-
46 ter repeteret,donec illos excoriaret.† Ad euitandas igitur has & similes fraudes statutum inductum fuit,& iure merito,quia fęneratores sic ut plurimum contractus usurarios ocultè ineunt & dolose,quod uix cōuinci possunt de usuratia prauitate.cle. 1.§.cæterum,de vsur.unde debet illud in casu nostro sibi locum vindica-
47 re.† quoniam quoties agitur de remouendo fraudem,fit in pœnalibus extensio, ne dispositio reddatur elusoria.c.si ciuitas.& ibi Domini 2.notabi.de sent.excom.in 6.Glo. notab. & ibi Doct.in c.quamquam.de usur. in 6.Dec.in l.factum.§.in pœnalibus. nu.14. ff.de reg. iur. Sarmientus lib.1. selectarum interpretationū cap.12.nn.7.idemque Dec.consi.5. in fi. consi. 196.col.1.consi. 277. col.2. consi.301. col.2.& consi.398.in fi.Ias.in l.1.in prin.col.3.ver.breuiter ista decisio.ff.de uer.ob & in l.non dubium col.

48 col. 10. C. de legi. † Alex. conf. 65. col. fi. uol. 6. vbi dicit, q in statuto facto ad obuiādum fraudibus masculinum concipit fœmininum, sequitur Craue. in tract. de anti. temp. 4. par. nu. 75. Tantoque magis quòd hoc statutum manauit pro utilitate & bono Reipublicæ, ut supra retuli quæ versantur in puniendis delictis, & ne remaneant impunita, meritò fit extensio, licet materia sit pœnalis, ut tradit Bar. in l. 2. §. exercitus. ff. de his qui not. infa. & in l. quemadmodum, notab. 5. C. de agri. & censi. lib. 11. Ias. in l. cum quidam. ff. de lib. & post. Roma. consi. 105. in fi. & post eum Mandos. Castr. conf. 23. viso puncto. col. pen. Dec. in d. §. in pœnalibus. nu. 15. & consi. 65. cum similibus per Craue. in d. tract. 4. par. nu. 96. & habetur per Moder. rep. in l. si
49 constante. ff. solut. matr. † Demumque quòd in hoc statuto reperitur expressa ratio supra relata in eius proœmio, quæ facilem extensionem præbere solet, & ei aditum præstare, ut no. Alex. in l. cum mulier. not. 5. ff. sol. mat. per omnes in d. l. si constante. Ias. in auc. quas actiones. C. de sacr. sanct. eccl. Domi. in c. si ciuitas. §. 1. in princi. de sent. excom. in 6. Dec. in d. §. in pœnalibus. nu. 18. & abundè Crau. loco citato nu. 107. plures cumulans, quos nō transcribo, sed addo
50 Nattā conf. 346. nu. 4. † vbi citat inter alios Archidiaconum in c. pœnæ. de pœn. distinc. pri. vbi dicit, quòd in pœnalibus fit extensio, ubi est eadem ratio & omnimoda similitudo, sequitur Saly. in l. si serui uestri. col. 7. C. de nox. & concordat Anton. Galeacius Maluatic. cōs. 85. nu. 21. matrimonialium diuersorum.

Et si dicatur, aduertendum, quòd dictum statutum nedum pœnale dicitur, sed etiam correctorium: quia pœnā inducit aduersus vsurarios
51 iure cōi nō inductā † quo stante cū sit correctoriū simul & pœnale non dēt extendi posse, tametsi ratio sit in eo milies specificata, ut est Gl. singularis in clemēt. ut hi qui. verbo eisdem, de æta. & qual. quam cōmendat Rom. consi. 129. & post eum Mandos. alios addit, Ias. in d auc. quas actiones, col. 7. vers. intellige tamen. Bologni. in addi. ad Annani. conf. 61. secundo dubio, Claud. Aquens. in l. Marcellus. in fi. ff. ad Treb. Alex. conf. 29. col. 2. vo. 5. Ias. cōs. 84. col. 3. vol. 1. Dec. in c. translato, in prin. de consti. Paris. conf. 69. nu. 189. uol. 3. Rol. à Vall. consi. 27. nu. 19. uol. 1. & consi. 74. nu. 18. vol. 3. Respondeo fallatiā in obiecto versari. Nam bene ius commune pœnam non statuit criminaliter aduersus usurarios, nam (ut inquit Bal. in allegata l. improbum. C. ex quib. caus. infa. irrog.) nulla lex hoc dicit, sed non dicit, q puniri non possit, omittit igitur tantùm, nec puniēdo nec
52 absoluendo. † Quare statutum pœnam inducēs correctorium dici non potest, cùm quod non est inductum corrigi nō potest, ex eo quòd correctio uelut priuatio præsuponit habitum. l. manumissiones. ff. de iust. & iure. & ibi Cast. & alii. l. decem. ff. de verb. ob. remanet ergo pœnale tātùm, quo stante bene locus est extensioni. tum ratione expressa, tum aliis respectibus, de quibus supra, & ex his fundata remanet hæc conclusio contra D. Io. Gallum. Sola superest difficultas in tollendis contrariis, in quorum solutione clarior & illustrior (vt spero) reddetur hæc pars aduersus eū proposita. Deueniens igitur ad primum, quo dicebatur, contractum qui cōiter licitus reputatur in aliquo loco, licet sapiat vsurā, non censeri per hoc vsurarium ratione consuetudinis & eius frequentia in tali loco, secundùm Bar. in d. l. quis sit fugitiuus, §. apud Labeonē. ff. de ædil. edic. & sequaces.
53 † Dico id uerum non esse de iure Canonico, nam consuetudo, quæ est contra ius naturale, quamuis excuset, non tamen procedit quando est nutritiua peccati, ut volunt communiter Canonistæ in c. fi. de consu. & est tex. in c. inter dilectos. de excess. prǽl. ita latius respondet Bero. conf. 167. col. fi. vol. 1. & præter eū confirmatur auctoritate Crauetæ conf. 116. col. 2. ubi dicit, quòd quando consuetudo præbet materiā delinquendi non valet. l. conuenire ff. de pact. dota. c. fi. de consue. c. mala, distinc. 8. sicut & quando dat occasionem personis applicandi animum ad auaritiam, secundùm Bar. in l. omnes populi 3. q. prin. ff. de iust. & iu. Ias. in l. 2. in prin. not. 1. ff. de uul. Craue. latius consi. 137.
54 col. 1. & secunda. † Rursus cum talis consuetudo sit contra ius canonicum, & æquitati naturali contraria, irrationabilis dici debet. Aret. conf. 92. col. 3. uers. 3. confirmatur & conf. 145.
55 col. 2. sed † consuetudo contra ius canonicum & irrationabilis non valet, quia dicitur abusus & non consuetudo, clement. 1. ubi Card. de pœnit. & remiss. sequitur Craue. in allegato consi. 116. nu. 5. tantoque magis hæc procedunt, q quàm primum Ill. Domini Fusignani cognouerunt hanc consuetudinem, quæ sibi latebat irrepsisse, pati noluerunt eam longius serpere, sed extirparunt, inhibentes fieri tales contractus, nec præteritos approbantes, aut tolerātes, velut eis insciis factos, eos iudicio peritorum remiserunt, ut nunquid valerent iudicarent.
56 † At secus esset, si eam tolerassent: quia uelut rationabilis esset seruanda, per Inno. in c. fi. de consue. Calca. conf. 58. col. 4. Craue. conf. 137. nu. 10. quæ dicunt igitur Bart. & sequaces in cōtrariū deducti procedunt iure Cæsareo, at Pōtificio secus. Quinimmo Cardinalis Albanus notabiliter in suis Lucubrationibus ad Bar. in d. l. rogasti. §. si tibi. eum mordet nu. 9. nam talis consuetudo non opitulatur, nisi in iis quæ iure positiuo prohibita sunt, secus si etiā prohibitio diuini iuris concurrat, ut notab. docet Fel. in c. ea quæ, de simo. sed vsura prohibita est utroque iure, igitur corruit opinio Bartoli, contra quam subdit Albanus, vrgere decisionē Baldi dicētis, quicquid annuatim percipitur Venetiis & Genuæ vsuram esse, & tamen isti contractus quotidie fiunt, & liciti existimantur.

Me

Me parum quoque mouet aut angit, ꝙ con suetudo sic contrahendi communiter excuset
57 à pęna: † nam respondet Natta consilio 586. col.fi. se credere, ꝙ si manifestè appareret ex forma contractus, usuram esse commissam, talis consuetudo non excusaret à pęna, dans exemplū, de quo dicetur infra. hoc enim uerificatur in casu nostro. Nam firmare depositū frumenti non factum, deinde cùm creuisset in precio, tantæ pecunię debitores creare', qui promitterent in aliud tempus certum certam summam frumenti dare, & subinde tunc illud nō dando, tantam pecuniam extorquere, ma-
58 nifestam sapit usuram, † cum potissimè frumentum præstandum semper ad illud tempus redigebatur, quo communiter & verisimiliter pluris erat valiturum, quo casu contrahitur vsura prout declarant Laurent. de Rodulp. in tract. de vsur. 2. par. princ. q. 29. ubi dicit, quòd si quis emat frumentum tempore messium soluto precio venditori, pacto apposito, quòd sibi mensuretur tempore pascatis, quo tempore secundū communem cursum uerisimiliter plus valet, contrahitur usura. sequitur Natta consi. 670. nu. 7. subdens, quòd si dicatur, quandoque contrarium contingere, respondetur, id habendum non esse in consideratione, propter spem in huiusmodi casibus probatam, quia quis sperat hoc contingere, quod ferè semper accidit, & ideo iura adaptatur ad ea, quæ frequentius accidunt. l. nam ad ea. ff. de legib. & idem tradunt Butri. Hosti. & Abb. in c. fi. de usur. quos allegat Natta, quare tanto magis hoc dici debet in isto Gallo, qui toties nedum semel in dictis contractibus se redigebat ad verissimè cō muniter contingens, & certum lucrum quòd usuram diceretur committere.
59 † Nunc ad secundum contrarium transeo, ꝙ vsura non cōmittitur nisi in mutuo. Et dico quòd immo in quocunque genere contractuū sub quacunq; verborum cōceptione factorum potest usura comitti ex deprauata intentione contrahentium, vt in contractu emptionis & venditionis. c. ad nostram. de emp. & uend. c. in ciuitate. de vsur. in contractu pignoris. c. illo vos, de pign. & in aliis tam nominatis quàm innominatis, quos prosequitur Bero. cōsi. 168. num. 12. volum. 1. subdens num. 16. in dictis casibus contractum quò ad sui formam esse contractum emptionis, vel alterius nominis, ut verba sonant, sed fictè & impropriè propter malam creditoris intentionem censeri fuisse mutuum, prout tradunt Doct. maximè Henric.
60 Boic. post Glo. in d c. in ciuitate, † & idem tradit egregiè Natta in allegato cons. 670. nu. 9. ubi dicit, ꝙ quò ad formam contractus non est usura, sed quò ad intentionem deprauatam secus, nā ius fingit, quòd illa pecunia mutuetur venditori, ut creditor recipiat illud quod est ultra verā estimationem rei. Sic igitur & in casu nostro dici debet, quòd licet quò ad formā verborum contractus, de quibus agitur, sonent in depositum, tamen respectu malę intentionis Galli fictè fuerint mutui fœneraticii, cum pro modica pecunia ab initio mutuata uolue-
61 rit processu temporis amplè lucrari † simili uidemus argumento uti Nattam cōs. 403. col. 3. qui loquitur de societate, in qua posuit unus pecuniam & alter operam, conuento, quòd ponens pecuniam lucrum consequatur, periculū uerò nequaquam subeat: dicit enim hanc non esse societatem, sed mutuum. & licet partes illum societatem appellauerint, tamen non rele uat, cum fiat in fraudem usurarum, nec est curā dum quo nomine contractus nuncupetur à par tib. sed quis sit eius effectus. l. si uno, in prin. ff. locati l. insulam. ff. de præs. ver. l. co tem. §. qui maximos. ff. de publicanis. Igitur ut concludamus, cum misterio dictum fuit in contrario, ꝙ vsura non committitur nisi in mutuo uero, seu ficto ex conuentione partium, nam posterio ra verba de mutuo ficto conuentione partium de notanт cōtractus alterius nominis apparēter, ut in casu nostro depositi, sed intus & in effectu
62 mutui fœneratitii, † & ad illud quod dicebatī, ad iudicandum contractum usurarium in foro contentioso forma contractus inspici debere, eiusque formæ standum esse, donec de vsura probetur. Respondeo, quòd procedit alio non apparente, secus si de fraudibus usurarū colligatur extrinsecus, vel aliter ex coniecturis, nam cum cautè fęneratores contrahant, ut uix eorū fraus & simulatio detegatur, & ob id fit difficilis probationis, leuiores ac præsumptiuas lex admittit, ut per Alex. consi. 24. nu. 6. cum suis additionibus Moderni Parisiensis, & cons. 54. nu. 2. uol. 6. Roma. consi. 54. in fi. & post eum Mandos. cum similibus per Bursat. consil. 117. nu. 19. quibus addendus est Grat. resp. 11. nu. 13. & resp. 81. nu. 43. vol. 2. At hic non desunt coniecturæ depositi non verisimilis frumenti, petitio illius cum creuisset & eius reductio ad pecuniam, prout plus valeret, quàm tempore depositi. item ꝓmissio dandi tantum frumē tum in certum tempus futurum, quo uerisimiliter solet plus uendi: hæc enim cum mala fama Galli ꝓbata formiter in his & aliis illicitis cōtractibus celebrandis, planè suadent, demō strant, ac impellunt nos ad dicēdum, quòd isti contractus fuerint in fraudem usurarum cōce-
63 pti † Hincque pariter cessat, quod subiungebatur, in dubio p̄sumi contractum fuisse legitimum, licitum & iustum, bona fide, & absque labe usurarum celebratum. Nam verum est in dubio, vt motiuum loquitur, at nos in claris uersamur, cum præsumptiones, & coniecturę liquidissimę probationes appellentur, siue per eas quid euidenter apparere. l. licet Imperator. & ibi Bar. secundo notab. ff. de leg. 1. l. quidam testamento. & ibi Bal. Cuma. & Aret. ff. de uul. & pup. cum similibus per Ias.
64 cons. 140. col. 9. vol. secundo, † qui dubitat de

Alexan-

Alexandro in d.l.licet,dicente,quòd istud tan tùm procedit in casibus,in quibus hoc reperitur à iure expressum, deinde subdit, eum procedere,quando res aliter verè probari posset quàm per coniecturas:tunc enim non sufficerent coniecturę,sed deberet uerè probari,aliàs secus. At nos in eo casu versamur, quòd hi cōtractus aliter verè ꝓbari nō posśūt vsurarii :qa nec id exprimūt,nec Gallus confessus fuit esse tales,meritò coniecturis debent tales probari.

† Ad tertium de bona fama dicti Galli, qui
65 non fuit solitus pecunias suas ad vsuras concedere,respōdetur, dictę famę deferendum non esse propter actus contrarios subsecutos, qui nō conueniunt tali famę, prout in alio casu,sic respondet Paris.cōs.23.nu.256.vol.1. prout ex tot contractibus in fraudē vsurarum confectis.

66 Pręterea,quando duæ famæ contrariæ probatæ sunt, posterior elidit priorem,& si eodem tempore concurrant,statur illi famæ quæ processit ex verisimilioribus pręsumptionibus, vt dicit Bar.in l.de minore.§. tormenta. col.5. vers.quæro utrum possit.ff.de quæst.& in l. is qui,col.1.vers.sed quæro.ff.de acqui.hær.Bald. in l. si mater. in princ.C.ne de stat. defunc. & in c.1.§.notandum.vers.quęro, quid de fama. qui feud. dare poss.Hinc eleganter Alex.consilio 143.Quoniam abundè. col.fi. vol. 2. & post
67 eum Natta consi.473.num.21.† dicunt,quòd stantibus duabus famis contrariis,vna pro matrimonio altera contra matrimonium, præfertur illa quę est contra matrimonium, tanquam orta ex verisimilioribus causis, attento quòd mulier incedebat in habitu viduali, quod arguebat illam non esse nuptam. sic enim dici debet in casu nostro, quòd præferri debeat fama contra Gallum,quòd sit fęnerator, velut orta ex verisimilioribus causis, attentis tot instrumentis malè olentibus, famæ contrarium suadenti,quæ pro se nihil adducit,sed in generali quodam potiùs odore bonæ vitæ vagatur.

68 † Tertiò non omitto, quòd testes de fama bona Galli meram astruunt negatiuam, quòd pecunias suas ad vsuras non concesit. At Fiscales aduersus eum deponūt affirmatiuam,quòd tales & tales contractus fecit secum, & cū aliis de depositis frumenti,cū deberent pecunias,& seriem narrant, quam non repeto, supra satis narratam,ex qua concludunt, illos contractus vsurarios fuisse,vel in fraudem vsurarum confectos, cum redigendo frumentum ad pecunias, & deinde pecunias ad frumentum, rursus,& illud ad pecunias, successu temporis parua summa pecuniæ sibi debita in immensam ascen-
69 dit, cuius excessus vsura fuit,vt deponūt. † igitur potius Fisci testibus affirmantibus quā Galli negantibus est adhærēdum,secundùm Glos. Bar.& cęteros in l.diem proferre.§.item quæritur.ff.de arb.Rip. in c. cum ecclesia Sutrina. num. 89. de caus.poss. & pro. pulcrè Bal.in l. actor. col. 3. C. de prob. quem reuellat Natta consil.283.nu.4.dicens hoc euenire: quia deponens super affirmatiua potest reddere causam magis credibilem, quàm super negatiua: quia illa non ita se offert sensui sicut affirmatiua.Idemq; dicit Bal.in l.testiū.col.fi. C. de testib.sequitur Rol.à Vall.consi. 38.nu. 26.vol. primo, D.meus Rimi.consi.430.num.32.qua re multis nominibus cessat allegata bona fama Galli,quę cor eius non penetrauit, vt ab his contractibus abstineret.

70 † Ad quartum, ꝙ inquisitio formari non potuit per D.Cōmissarium Fusignani: quoniam vsurarius non uenit aliqua pęna temporali criminaliter puniendus,ex quo nulla lex hoc dicit.Respondetur,id esse uerum, nisi extent in loco statuta,pœnam vsurariis imponentia,pro ut in casu nostro signanter extat memoratum de pœnis contra vsurarios:tunc enim bene vsurarius de tali pœna conueniri potest coram iudice seculari dicti loci. Ita Butrius in c. cum sit generale. col.2.de for.comp.mouetur ea ratione:quia inquantum etiam ecclesiasticè delinquit laicus,potest iudex secularis ipsum distringere & punire sub illa ratione: quia interest eius laicos habere bonos.l.congruit. ff. de offi.præs.ideo punit eum quatenus deliquit in ecclesia.l.si quis,C.de adult.& hoc dictum Butrii sequitur Beto.consilio 207.num.21.uol.3. vbi ponendo cōclusionem, de qua supra,quòd vsurarius puniri non potest aliqua pœna pecuniaria vel corporali per iudicem secularem
71 quia hoc nulla lege cauetur, † quam dicit esse de iure veriorem, & de mente doctorum magis communiter, subdit,nisi in loco extent statuta,pœnam vsurariis imponentia: illa enim dicto,nisi,præcedente negatiua ponit & affirmat,vt per Bart. & omnes in l. actione. C. de transf.& per consequens,quòd iudex secularis vbi viget statutum puniens vsurarium, bene se possit intromittere,& usurarium repertum culpabilem punire, prout statutum disponit, idque clarius tenet idem Berous inferius nu.46. post Archid. Ioann.Andr. & Domini.in c. 1.
142 9. n. 50. † Nec me mouet illa ratio prioris opinionis, ad destructionem secundę facta, quòd iure cautum non reperitur, illa duo sufficere, videlicet pręcii modicitatem, pactumq; de retrouendendo, nisi concurrat & tertium de solito fœnerari, vel aliud, de quo in cap. ad nostram, quòd res post annos septem tantùm redimi posset & non ante. Quoniam textus ille bene probat opinionem secundam, prout eum citauit Gl. in d. c. conquestus. si rectè consideretur, vt deducit Anton. Burgos super eo. num. 47. nam licet R. allegauerit ab initio mutuum petiisse, postea tamen quando dixit cõtractum fuisse fœneraticium, nixus est duntaxat in pacto de retrouendendo & modicitate precii, ut ibi (quod patet ex eo, quod creditor debitori promisit, quòd quandocunque daret 60. vnicas Tarenorum, quæ uix dimidiam iusti precii contingebant, domos eius restitueret & oliuas) Summusque Pontifex audito casu mandat (quatenus si res ita se habet domos, & oliuas restitui, non obstante instrumẽto venditionis in fraudem canonis aduersus vsurarios promulgati confecto.) & licet dicat quòd à septennio vsque ad nouennium liceret R. restituere pecunias illas & res redimere, quasi non ante, quod erat tertium concurrens, vt dixerant Veronens. & Didacus supra rela-

143 ti. † Attamen respondet egregiè Burgos, quod cum vsurarium faciat non solùm pactum sed intentio sola. c. consuluit. de vsuris. ibi (nihil inde sperantes) sequitur, vt si de septennio cõuentum non esset, sed de anno, mense, vel etiam simpliciter; dum tamen vtilitas aliqua posset accedere creditori interim, quòd debitor non redimeret, idem iuris esse, propterea sufficiunt illa duo, minoritas pretii, pactumque redimendi: quia tertium, videlicet spes lucri, subintelligitur, & sub eis tacitè continetur. Hic est intellectus Antonii Burgos, secundùm quem textus ille probat opinionem secundam, nec amodo dici potest, quòd iure nõ probatur, & ob id cessat ratio superius in contrarium deducta.

144 † Secundò præter eum potest & aliter ille textus intelligi, quòd ibi decidit casus patens & clarus, vt probatur ibi. Quod patet ex eo: habuit enim Innocent. Doctor egregius, ut ex eius commentariis constat, illum casum pro claro, & indubitabili, quòd ubi retrouenditioni tempus est limitatum, post quod & non ante, usque ad aliud res redimi potest, & ultra concurreret modicitas pretii, contractum usurarium patenter esse. Confirmatque: quoniam mandat domos illas, & oliuas restitui appellatione remota, quæ clausula denotat rem cla-

145 ram † quoniam in re dubia deferendum esset appellationi. Speculat. in tit. de appella. §. nunc dicendum. uer. primo, Bal. in l. properandum. §. fin autem reus. C. de iudic. sequitur D. meus Riminal. consi. 99. nu. 75. concludentes, quòd in dubio debet iudex appellationem admittere. Meritò per illum casum sic apertè decisum, non infertur, secus esse debere, quando pactum de retrouendendo simplex esset sine pręfinitione temporis adiectum modicitati prætii. Immo quod idem iuris esse deberet, suadet ratio decisionis quam subdit Innocẽt. dicens. (Quia igitur fraus & dolus cuiquam

146 patrocinari non debent) nam † cum dolus in se fallaciam, & machinationem contineat. l. 1. §. dolum. ff. de dolo. sic ille fallit & machinatur, qui rem modico pretio emit cum pacto simplici retrouendendi, re uera gerẽs in animo contractum usurarium, sicut qui retrouenditioni tempus adiicit, intra quod redimere non liceat, tametsi patenter magis secundus agat, magisque fraudem detegat quàm primus, iuxta illud. *Furari non est Aquila venatur apertè*, & ut nostros auctores referam, negari nisi malignè ac proteruè non potest, quin illud pactum sic appositum, quòd non liceat nisi post aliquod tempus redimere, facilius citiusque faciat præsumi contractum usurarum, quàm si simpliciter fuisset appositum sine expectatione alterius temporis, ut post per eum supra citatos refert Tiraquell. in §. 1. de retract. conuenti. n. 69. & præter eos Bal. in rubr. C. de de fruct. & usur. lega. ad fin. consil. 487. apparet lib. 1. consi. 322. instrumento. col. 2. uol. 2. Alex. consi. 109. uiso processu, in fin. uol. 4. Cor. cõs. 366. uisa copia. col. penul. uers. illa enim temporis.

poris.vol.1.Ambros.à Vigna.in tract. vsurarū,
147 in decimo indicio. † Igitur cum militet in vtroq; casu ratio summi Pontificis,decisio sua debet habere locum,l.illud, ff.ad l.aquil. l.à Titio,ff.de verbo.oblig.l.fina.C.ad leg. falc.cum vulgaribus; & ita patet, ꝙ tex.in allegato c.ad nostram.temerè non fuit adductus ad hanc opinionem: Sed quid opus est expiscari tam subtiliter medullam dicti capituli præter eius casum apertū cum in eo versemur? Adsunt enim duo venditionis instrumenta sibi factæ cum pacto,ꝙ non liceat venditoribus retro emere nisi ad finem termini præfixi non alia rōne, quàm
148 vt fructus interim Gallus lucraretur, † quos contractus reprobat vt vsurarios Innoc. in d.c. ad nostram,tenentque pariter Hostien.Ioann. Andr.cæterique tam ibi,quàm in cap. illo vos, de pignor.Castren.consi.109.colum.2.volum. 2.Guid.Pap.quæstio.516.singu.477.&in trac. de contra.illicitis.§ pone circa,col.7.cum similibus per Tiraquel.loco citato nume.66.Ruin. consi.16.colum.pen.volum.quarto. Veronen. in tracta.de simul.contract. præsumptio. decima.Paris.cons.55.col.5.Cagnol.in d.l.2.n.60. vers.& inter cęteras.C.de pact.inter emp. quin etiam concurrit, quòd ipse solitus est fęnerari, contractus illicitos & in fraudem vsurarum celebrando, vt sunt illi de frumento in depositū vocato,& alii de mutuo sub vsuris in effectu,licet sub nomine affictus facti cum diuersis, ita quòd etiam primæ Doctorum sententiæ satisfactum reperitur, quando verior esset secunda.
149 Postremò nos uersamur præter omnem difficultatē stante statuto memorato col. 2. vers. suspectum,vbi sic scriptum, constitutumque reperitur; suspectum & improbatum contractum etiā per omnia intelligi declaramus,si aliquis de suspectis,de contractibus illicitis, aliquam rem mobilem vel immobilem emerit cum conditione, vel pacto, ꝙ liceat venditori si uoluerit vsque ad certum tempus rem quam vendidit redimere pretio restituto emptori, si res ipsa tempore emptionis pluris valebat communi ęstimatione, quàm fuisset pretium constitutum vsque ad quartam partem inclusiuè.] hic enim Gallus quando emit suspectus erat de cōtractibus illicitis sub nomine depositi & affictus celebratis. Item emit cum pacto redimēdi à tali tempore vsque ad tale, puta à septem annis vsque ad nouem, quod pactum deterius est posito per statūtum: non enim redimi potest infra 7. annos, post uerò sic vsque ad nouem & non vltra,quod est breue tempus annorum duorum tantùm, in terminis verò statuti redimi potest vsque ad annos septem, vel longius tempus plerunque conuentum. Et intra illud quandocunque, sicque longioris temporis spatio venditor vtitur, maiusque beneficiū consequitur. rursus emptionum tempore res plus valebant communi æstimatione nedum vsque ad quartam partem, sed tantundem & vltra quàm fuerint emptæ, cum centum viginti libris q̄libet tornatura valeret,& empta fuerit 50.seu 55.tantùm,meritò cum simus in longè fortiori casu quàm statutum loquatur; de-
150 bet habere locum statutum † quo crimen istud vsurarum tam detestabile, vt pręfatus fui, puniatur, iuxta nor.per Bar.in d.l. 2.§. exercitus, ff.de his qui not.infam.Ias.in d.l.cum quidam,ff.de libe.& posthum.cum similibus supra citatis. Et ita contra Gallum concludo in singulis capitibus inquisitionis aduersus eum formatę per magnificum Cōmissariū Fussignani.

*Hippoly. Rimin. Ferra.*

## Pro Reuerendis Fratribus S. Pauli Ciuitatis Ferrariæ ordinis Carmelitarum.

### ARGVMENTVM.

Disputatur,an legatum annuum factum monasterio Fratrum S.Pauli semper & in perpetuo pro anima testatoris, expiret pòst annos centū,vel diutius duret in infinitum, quod secundum pulcherrimè tenetur & probatur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Legatum annuum, & vsusfructus aquiparantur.*
*Sed contra tenent Doctores.* 2.43.
*Et ratio differentia subijcitur.* 44.
3 *Ciuitas & ecclesia procedunt à pari.*
4 *Verbum perpetuò, intelligit Bartol. vsque ad annos centum.*
*Sed contra per auctorem.* 31.
*Et quando limitatur ad tempus.* 33.
5 *Legatum hospitali dicitur hospitalarijs factum. nec vltra* 100.*annos durat.* 46.
*Sed contra ratione,de qua per auctorem.* 47
6 *Legatum Monasterio factum singulis annis perpetuò finitur annis centum, quæ sententia magis cōmunis est,vt inquit Alex.*
*Et verior ,vt Marcus Mantua.*7.
*Sed contra per auctorem post multos quòd immo duret in infinitum.* 11.
*Sicq; communiter in praxi seruari testatur Albericus.* 12.
*Et verior hæc opi videtur Didaco* 13.*maximè seruata cautela Durantis.* 8.
7 *Infinitas est euitanda.*
*Nisi verba testatoris tendant ad denotandam infinitatem.* 49.
9 *Frater Ioan. Maria Verratus Ferrariensis magni nominis prædicator.*
10 *Bernardus Bergoncius Parmensis Consiliarius Iustitiæ Ferrariæ meritissimus.*
13 *Paulus Bauniatus Bergomensis Iurisconsul. auctoris amicus.*

*Opinio*

14 *Opinio communis dicitur quæ plurium numero confirmatur.* 16.
*Maiorem'q; partem sufficere, nec omnium necessariam fore.* 15.
17 *Opinio quandoque uno tempore communis est. alio verò contraria.*
18 *Practica communis attendi debet, nec ab ea recedi.*
19 *Opinio consuetudine approbata seruari debet, dato quòd communis esset in contrarium.*
*Et quando sapit humanitatem rigorem verò communis.* 20.
21 *Legatum per annos centum durare vel perpetuò differunt.*
22 *Intellectus legis annuam, ff. de ann. leg. per Pōtanū. & per Ripam.* 23.
24 *Intellectus, l. si vsufructus municipibus, ff. de vsufruct. legat.*
25 *Intellectus legis in annalibus. C. de legat.*
26 *Dictio semper, denotat temporis infinitatem: quandoque contra.* 29.
27 *Intellectus legis semper. ff. de iure imm.*
28 *Maiores dicuntur supra tritauum.*
30 *Dictio semper, generalis est respectu tēporis & casus*
31 *Verba in perpetuum non respiciunt aliquam temporis determinationem.*
*Secundum suam genuinam naturam.* 32.
*Licet secus ubi refertur ad hominem.* 33.
34 *Legatum factum monasterio dicitur ad pias causas.*
*Idem si pro anima sit factum.* 35.
36 *Legatum ad pias causas pinguius interpretandum.*
*Et multas habet prærogatiuas.* 37.
38 *Animæ defunctorum quatuor modis soluuntur à pœnis.*
39 *Legatum cessat cessante illius causa. Et durat ea durante.*
40 *Annuum legatum dicitur multiplex, vtilitasq; præponitur propter præscriptionem.* 41.
42 *Opinio debet in dubio capi, quæ fauet piæ causæ.*
45 *Intellectus legis in singulos, ff. de annu. leg.*
47 *Legatum factum ciuibus censetur factum ciuibus vt uniuersis.*
48 *Populus idem est qui retro fuit per annos 100.*

## CONSILIVM CCXIX.

*Auxilium meum à Domino.*

EXORTA fuit quęstio pulcherrima super legato scutorum viginti singulis annis præstandorum semper & in perpetuum monasterio Fratrum sancti Pauli Ciuitatis Ferrarię ordinis Carmelitarum, vt p eos annuatim celebrari debeāt officia diuina pro salute & suffragiis animæ ipsius testatoris. Nunquid ex eo q̄ à die relicti transacti fuerunt anni centum, sopitum dicatur, nec amplius debeatur. Vel potius in infinitum porrigatur, & durare debeat quousque dictum monasterium Fratrum durabit & aderit in hac ciuitate.

Et prima cōsideratione nō defuerunt priorem partem tenentes, q̄ centum annis expiret
1 † vt in primis voluit Glo. notab. in l. si vsufru-
ctus municipibus. ff. de usufr. leg. dicens quòd
si legetur Ciuitati quid singulis annis, non de-
betur ultra centum annos; quia legatum an-
nuum & legatum usufructus æquiparantur. l. in
2 singulos. ff. de annu. leg. † Sed sic est, q̄ legatū
usufructus Ciuitati relictum non durat ultra
centum annos d. l. si usufructus. & l. an usufru-
ctus, ff. de usufr. igitur idem iuris esse debet in
legato annuo, demumque subdit Glo. idem esse, si tale legatū annuū fuerit ecclesiæ, uidelicet
relictū ut annis centum finiatur † cum Ciui-
3 tas & Ecclesia procedant a pari l. fi. C. de sacr.
eccle. & hoc argumentū sic plenè deducit Ale
xan. consi. 60. uolum. 1. loquens in legato reli-
cto conuentui Fratrum de tertia parte usufru-
ctus pensionum, & redituum perpetuò per-
cipiendi ex tali domo, quod annis centum fi-
niri concludit. & ad hanc opi. citat Alexan-
der Bartolum in d. l. si usufructus. † qui subdit
4 non obstare iura dicentia perpetuò deberi ta-
le relictum annuum l. annuam, ff. de annu. leg.
ubi dicitur annuam pecuniam ad ludos Ciui-
tatis relictam in perpetuum Reipublicæ debe-
ri, & magis in terminis Ecclesiæ tex. in l. annua
§. 1. eod. titu. dicens quòd decem legata ex re-
ditu horrei Sacerdoti & Gerophillacio, hoc est
Capellæ ecclesiæ in perpetuum pręstanda sunt.
Quia dicit Bar. ea iura debere intelligi perpe-
tuò deberi, idest vsque ad annos centum, quod
est longissimum uitæ tempus d. l. finali. eiusdē
que sententiæ fuit Bar. in d. l. annua. §. 1. post
Iacobum de Raue. Andręam de Pisis & Nico-
la. de Neapo. Anch. in cap. fi. de testa. Feder. de
Sen. consi. 12. Card cons. 66. Alex. in l. 3. §. fina.
ff. ad l. falc. sicut & in l. 2. in prin. ff. sol. mat. post
eumq; Vincen. Hercu. col. 2. Claud. Aquens. &
Lancello. Decius, Ioan. de Anna. consil. 29. &
5 post eum Bologninus † occurrens obiecto,
quòd in casu suo legatum factum fuerat hospi
tali, quod durare poterat annis mille & ultra, si
cut & in casu nostro monasterium Fratrū San
cti Pauli, meritoque non uidebatur coarctari
posse ad centum annos, Nam respondet Bolo-
gninus, quòd intelligitur relictum hospitala-
riis, in quibus militat eadē rō, quæ in munici-
pibus, quibus annuum legatū factū ad annos
cētum limitatur d. l. an vsufructus, igitur idem
ius esse debet. Sic enim dicendum videt̄ in ca-
su nostro, quòd relictum monasterio debeat in-
telligi factum Fratribus dicti monasterii, & ad
instar municipum legatum annuum illis factū
limitari debeat ad annos centum. Et cum prę-
dictis concordat quoque Rui. consi. 143. num.
11. vol. 4. Petrusque de Perus. in tract. Cano.
Porti. relatus à Socino, in d. l. 3. §. 1. ff. ad leg.
6 fal. † Alexanderque cons. 60. præallegato di-
cit hanc opi. magis communem esse & ab ea iu
dicando, consulendoque recedēdum non esse
sicut & Catell. Cotta libro memorialium, ver-

bo

bo perpetuum. Quibus accedit Borgninus Ca
ualcaneus in tract.de vsufru.mul.relic.nu.228.
post Veronensem in tracta.de seruitu. vrbano.
prędio.cap.4.colum.fina.Decius consi.378.co
lum. fina. Cephal. consil. 268. nume.25.& 26.
Demumque D.Marcus Mantua Iurisconsultus
Patauinus ob ætatem in iure nostro consuma-
tissimus in suis apophteg. apophtegmate 52.
7 † veriorem hanc conclusionem reputans.

Secundò confirmat hanc opi. Alexander in
dicto consi.60.ratione infinitatis euitandę,cui
locus esset, si tale legatum præter annos centũ
dilataretur, quod minimè dici debet, cum in-
finitas sit euitanda d.l.fi.C.de sacr. san. eccl. Et
in alio casu sic arguit Cephal.consi. 202. num.
14. & Grat.respons. 105.nume. 9.volu.primo.
8 † Quòd si testator voluisset legatum prædictũ
in infinitum porrigi,seruare debebat cautelam
quam proponit Io. Duran.ad effugiendas dif-
ficultates in tracta.suo de arte testan.titu. 6.de
legatis,caut.57.dicens velle tale legatum per-
petuò, & sine vlla temporis præfinitione dura-
re.cum quilibet possit rei suæ legem imponea-
re, l.si ita quis.§.ea lege.ff.de verbo. oblig. At
dicendo velle legatum esse perpetuum, non di-
citur esse sublata quæstio voluntatis testatoris,
cum vox perpetuum,secundùm aliquos non si-
gnificet maius tempus annorum centum,vt cõ-
cludit Durantes ibi, & varios habeat significa-
tus,vt discurrit Andr.Sicul.in c.fi.de testam.&
consi.20. colum. secunda, volum. quarto, vn-
de dubia videtur intentio dictorum fratrum
S. Pauli petentium legatum prædictum transa-
ctis annis centum.

9 † Ego verò iam superioribus annis decem
& octo pro eis respondi, tunc in humanis agen
te Reuerẽdo fratre Ioanne Maria Verrato Fer-
rariense magni nominis Prædicatore, qui in li-
bello suo disputationum contra Luteranos edi-
10 to pluribus rationibus, & auctoritatibus hanc
partem tenens consilium meum subiecit† cum
subscriptione Clarissimi Iurisconsulti Domini
Bernardi Bergoncii Parmensis, tunc Ferrariæ
moram trahentis,& honorificum magistratum
Consilii Iustitiæ meritissimè gerentis. Nũc au
tem, quòd idem Consilium meum inter hæc
ædere constitui, facile patebit, quàm luculen-
tius & illustrius in lucem prodierit.

Moueor in primis ex eorũ sententia,qui di-
xerunt, tale legatum durare præter annos cen-
tum in infinitum, &(vt inquiunt) per secula se
11 culorum: † hoc enim tenet in primis Roge-
rius ab Accursio relatus in d. l. an vsufructus.
Abbas post Petr.& Guil.quos refert in d.c.fin.
de testa.Andræ. Sicul. cons.20. vol.4.sicut & in
d c.fi.col.9.Ang. Cuma. & Soci.colum. 8. post
Dyn. & Rayner.de Forlin. quos citat in l.3.§.
fi.ff.ad leg fal.Corn.consi.22.nu.19.vol. 3. Ias.
in l.in annalibus.C.de legat. qui de sententia
Bar.cõtraria plurimũ dubitauit & aperto mar-
te secutos fuit hanc partem in l.videamus.§.de.
ferre, colum. 2.ff.de in lit.iur.sicut & in l.2. in
princ.ff.solut.matr.vbi pariter Crot.Guil. Pon
tanus Perusiuus,Parpaleus & Ripa confirmant
12 † & prior eis Albericus in d.l.an usufructus,
adfirmans se uidisse hanc opi. communiter in
praxi seruari, quibus tot celeberrimis viris ac
cessit Viuius in suis communibus opini.verbo
legatum de me, consilioque meo iam per Re-
ueren. Verratum promulgato mentionem fa-
ciens.Et præter eum Didac.variarum resolut.
13 lib.3.c.9.col.per. † dicens, quòd sibi verior
videtur, demumque Tiraquel.in tract. de pri-
uileg.piæ causę. priuilegio 90.Nec omittẽdos
censeo Modernos Gallos in addit. Alexandri
consi.60.vol.1.qui relata illius opi.subdit. Sed
contrarium tenet Panormit.in c.fin.de testa.&
plures alii, quibus ex verbis apparet, eos Mo-
dernos in opinione secunda residere velut po
steriore loco relata. iux.not.in l. si idem cum
eodem. §.fina.ff.de iur.omn.iud. D.meus Zuc
card.in rubr.ff.si cer.pet.ad fi.cum vulgaribus.
Quinetiam plus addo, quòd literis suis iam se
ptem annis mihi significauit eruditissimus Iu-
reconsul. Do. Paulus Banniatus Bergomensis,
qui me nunquã visum plurimum diligebat,eo
postulante sic iudicatum fuit per sententias cõ
formes: Hactenus patet hanc opinionem Do-
ctorum numero priorem vincere, nam pro illa
sunt 22. pro hac 23. si sigillatim numerentur
14 præter consilium nomenque meum. † Qua-
re conuincitur in primis Alexander in allega-
to consi.60. dicens illam priorem sententiam
magis esse communem, sed potius hæc secun-
da talis dici debet; siquidem illa verè dicitur
opinio communis, quæ plurium numero atq;
auctoritate confirmatur, l.1.versic. & sanè cre-
brior.& ibi not. Bal.ff.de off.quæst. Ias.in l.si qs
15 mihi bona.§.iussum.ff.de acqui.hære. † & in si
mili Tiraquel.de legib.connub.glo. 6. nu.158.
qui tractans materiam cõmunis opinionis ho-
minum dicit necesse non esse,quòd omnes con
sentiant aut sic opinentur,sed eorum maiorem
partem sufficere,l.3.iun.l.2.ff.& C.ad macedo.
Rain.Alber.Alex.Corn.& Iason in l.1.C.de te-
16 sta.cum similibus per eum. † & præter eos in
terminis nostris id confirmant Ferrat. caut.31.
manifestum est.colum.2.& Ioan. Paul. Lancel
lot.in sua disputatione, an & quando commu-
nis opi.demumque Antoniusmaria Corratius
in tracta.de commu.opin.tit.2.cap.1.dicentes
opinionem communem constitui ex numero
& auctoritate doctorum, quod uis & significa
tio verbi communis, indicat,quod uerificari
non potest in unius opinione sed omnium uel
maioris partis.Aut si tempore Alexandri prior
illa sñia magis cõis erat, ut ille testatur,fieri po
tuit & tractu temporis euenire,q illa desineret
17 esse communis uel magis cõis. Et id nomen
hæc secunda cõsequeretur. † Contingit enim
quandoque, quòd una opinio communis e-
rit vno tempore, & contraria alio tempore,ut
inquit

inquit Ias. in l. sciendum, colum. 10. ff. de verbo. oblig. Neuiz. in Silua nupti. lib. quinto, tit. quomodo iudicandum, nume. 4. & in præfatione sua tradit ille Corrati. nume. 38. dicens quod sæpius accidit, vt aliqua opi. tractu temporis magis communis efficiatur per adhæsionem aliorum auctorum, quæ donec permanet magis communis, attendi debet ac seruari. Vnde sic in casu nostro dicere debemus, vt huic opinioni secundæ tractu temporis effectę magis communi sit adhærendum, cum potissime testetur Albericus supra relatus in practica illā seruari Banniatusque meus singularis amicus
18 ita fuisse iudicatum: † nam à cōmuni practica temerè nō est recedendum, vt per illum tex. tradit Bal. in l. illud, ff. de excusa. tut. Craue. consi. 91. nume. 7. Dec. cons. 11. nu. 9. & latius consilio 131. colum. fina. Hiero. Zancus cons. 169. num. 21. primo Tomo vltimarum voluntatum,
19 † adeo quòd opinio consuetudine comprobata seruari debet, dato quòd communis esset in contrarium, vt ex multis docet Neuiza. loco citato nume. tamen 64. Grat. respon. 111. nume. 51. volu. 2. Emanu. Suarez in thesau. recept. senten. ver. opinio. cum multis aliis quos cumulat ille Corratius in tracta. de commu.
20 opinio. tit. 9. casu 18. † Et cum prior opinio rigorem sapiat velut extingueus legatum pro anima factum, quæ cæteris rebus est præferenda. l. iubemus. C. de sacrosanc. eccle. posterior verò sapit æquitatem ac benignitatem, velut animæ saluti consulens. vnde debet attendi non obstante priore, dato quòd esset communis. ut concludit Aret. cons. 163. Dec. in c. 1. lectu. 1. ad fi. de const. Purpu. in l. admonendi. col. 9. ff. de iureiur. sub nu. 55. & in l. cum quid, nu. 84. ff. si cer. pe. Vincent. Hercul. in l. cum prolatis. col. fi. limit. 13. ff. de re iud. Neuiz. vbi supra limit. 4. nume. 68. Grat. respon. 2. nume. 68. volum. 1. Lancello. Corrad. lib. de præto. offi. §. 2. titu. de senten. sub nume. 25. Quintil. Mandosi. in commentar. ad regulas cancel. regula 29. q. 10. in fi. cum similib. congestis ab eodem Cor-
21 ratio tit. 9. casu 19. † Et hæc opinio, missis auctoritatibus, fundatur in primis, vt aliàs dicebam in meo consilio, per duo iura simul iuncta diligenter considerata per Soc. in l. 3. §. fina. ff. ad leg. Falc. col. 8. quæ sunt lex annuam. ff. de annu. leg. & lex si vsufructus municipibus, ff. de vsufru. leg. quibus probatur, aliud esse dicere, legatum per annos centum durare, vel perpetuò. Si quidem legato vsufructu municipibus, quærit Gaius in d. l. si vsufructus. quousque tuēdi sunt in eo ciues, nam subdit [ si quis perpetuò] eos tuetur, nulla vtilitas erit nudæ proprietatis, semper abscedente usufructu. unde centum annos obseruandos esse placuit ] hic enim patet, quòd perpetuò tueri ciues denotat, quòd in infinitum legato sit locus, at eo loco restringitur ad annos centum; quia non fuerat dictum quòd annuum, vel singulis annis præstaretur, vnde sequitur quòd Modestinus in d. l. annuam, dicens annuam pecuniam ad ludos ciuitatis relictam in perpetuum præstandam esse, non autem ad tempus, vt dubitauerat, intelligi debere in perpetuum, hoc est sine temporis præfinitione & pręter annos centum, qualis est casus noster & efficacior, vt infra dicetur.

22 Secundò corroboratur hæc conclusio in d. l. annuam. ponderando illius rationem dubitandi, prout egregiè perpendit Guil. Pontan. in d. l. secunda, colum. 3. cum enim testator reliquisset annuam pecuniam ad ludos Ciuitatis, quibus hęredes pręsidere voluit, & illi defecissent, videbatur eorū successores nō teneri, & ita negabant se debere, quasi testator tandiu præstari voluisset, quandiu præsiderent hęredes, unde iure meritò quærit Iurisconsultus, an cum præsidendi mentionem fecerit, ad tempus fideicommissum, an perpetuò præstari uoluerit, & tandem decidit aduersus illos successores hæredum, quòd fideicommissum quot annis Reipublicæ in perpetuum sit præstandum, non alia sanè ratione: nisi quia annuum fuerat relictum. Si in perpetuum ergo non ad tempus annorum 100. vel aliud tempus, cū supra in quæsito suo Iurisconsultus fecerit apertam differentiam inter fideicommissum præstādum ad tempus, vel perpetuò.

23 † Tertiò ponderat adhuc illum tex. Ripa in d. l. 2. col. 1. à fortiori. Nam videmus ibi, quod legatum pecuniæ annuæ relictum ciuitati pro ludis celebrandis simpliciter & sine verbo perpetuò, intelligitur in perpetuum, ergo multo fortius idem iuris esse debet, si testator dixerit, se perpetuò legare, prout in casu nostro.

24 † Quartò fortificatur ex dicta l. si vsufructus quam ponderat Andræ. Sicul. in d. cons. 20. & dicto cap. fi. Nam videmus, quòd vsufructus relictus simpliciter municipibus durat centum annis tantùm, non autem perpetuò. ergo si perpetuò fuerit relictus, vltra progreditur, alioquin adiectio dictionis perpetuò, nihil operaretur, contra l. si quando ff. de leg. 1. & hoc fundamentum fuit etiam Cornei consi. 22. nume. 19. volum. 3. vnde Viuius hæc animaduertens in d. verbo legatum, bene dixit esse casum legis expressum in d. l. annuam. & in l. annua. in fine. ff. de annu. legat. qui non potest euitari, nisi cum magna cauillatione, & falsa interpretatione.

25 † Quintò comprobatur per l. in annalibus. iuncta glo. C. de legat. quem textum ponderat Guil. Ponta. in d. l. secunda, vult enim in annalibus legatis pręstandis certę personę & eius hęredibus, eorum exactionem omnibus hęredibus & eorum hęredibus conseruari, etiam in infinitum, secundùm glo. communiter approbatam. Sicut igitur ex parte hęredum legatarii tale legatum annuum non est determinatum tempore, pariter idem dici debet ex parte grauati,

uati, quòd nedum ipse & hęredes sui, sed & hęredes hæredum suorum teneantur, cum recipientes semper pręsupponant dantes, nec vnus sine altero velut correlatiui dari possint l.fi.C. de indic.vidui.tollen.

26 † Sextò consideranda sunt diligenter verba testatoris ĩ casu nostro, qui voluit p̃stari monasterio Fratrum S.Pauli singulis annis 20.coronatos semper, & in perpetuum. Nam dictio. Semper, in primis ab eo prolata denotat temporis perpetuitatem vel infinitatem, l.1.ff.soluto matrimonio, vbi cum textus dicat. Dotis causa semper & vbique præcipua est, Pontanus num. 17.prècæteris exponit semper, idest omni tempore & casu. Idemq; dicit Lexicon iuris in verbo semper, & in notab.casu Bero.consil.80.nu.

27 9.volum.2 de quo pondero † diligenter textum in l.semper, ff.de iure immu.vbi dicit Calistratus [semper in ciuitate nostra senectus venerabilis fuit] hactenus enim tempus non præfigit à quo citra senectus fuerit veneranda, sed vt ostendat tempus immemorabile, subdit[nanque maiores nostri penè eundem honorem se-

28 nibus, quem magistratibus tribuebant] † pondero verbum maioribus, quod est supra tritauum. l.Iurisconsultus. §.parentes, ff.de gradi. tritauus verò dicitur esse supra nos in 6.gradu. §.fina.institu.de gradibus, quare si honor senibus semper adhibitus obseruabatur in præteritum tempore maiorum nostrorum, dici debet hoc fuisse longè superius ab annis centum, & à tanto tempore cuius initii memoria non existat, igitur è cõtra quando dictio semper, respicit futurum, prout hoc legatum, dici debet ꝙ in tempus indeterminatum, quod est infinitum, porrigatur, vt contrariorum sit eadem disciplina l.fi.§.contra quoque, ff.de leg.tertiò, cum vulgaribus.

29 † Et licet non ignorem, talem dictionẽ semper ciuiliter intelligendam fore, secũdùm Bal. in l aduersus.C.de vsur.qui dicit illud verificari in triennio, decennio vel vicennio.tamen in casu nostro talis interpretatio tolerari non potest, nec debet admitti; quia testator cautè subiunxit. & in perpetuum.ad omnem dubitationem tollendam, vt sensus esset, ꝙ legabat 20.singulis annis semper & in perpetuum, idest sine temporis præfinitione & indeterminate.

30 † Probatur, nam dictio semper, generalis est velut respiciens tempus & casum, cum significet omne tempus & casum, vt supra dixi, post Pontanum, Lexicon iuris & Beroum. dictio verò perpetuum, denotat tempus, & sic est species. sed quando præcedit genus, & subiicitur species respiciens actum legandi, species adiecta dicitur causa dubitationis tollendæ, secundùm Barto.in l.quæsitum, §.si quis fundum. ff.de fun.instr.& post cum Rui.consi. 56.numero 8.uol.1.qualis est casus noster, ꝙ testator legauit semper & in perpetuum dictam summam

31 † Quòd autem verba illa, & in perpetuum non respiciãt aliquam determinationem temporis, clarè probatur in l.purè.§.fina.ff.de exceptio.dol.vbi dicit̃, non sicut actio de dolo certo tempore finitur, ita etiam exceptio eodem tempore danda est. Nam hæc perpetuò competit, ergo perpetuum tempore non limitatur, ad idem textus egregius inst.de perpet.& tempo. act.vbi dicit̃. Admonendi sumus eas actiones, quæ ex lege, Senatusve consulto, siue ex sacris constitutionibus proficiscuntur, perpetuò solere antiquitus competere, donec sacræ constitutiones tam in rem quàm in personalibus actionibus certos fines dederunt. Quod ergo perpetuò competit finem non habet, & sic du-

32 rat in infinitum, † & hæc est certè genuina natura verbi perpetuum, secundùm Albericum in dictionario suo verbo perpetuò, Baldum consi. 275.col.2.vol.1.Butrium consi. 48. vbi exponit

33 in perpetuum, idest sine fine. † Quanquam fateatur res restringi posse secundùm subiectã materiam, ut est quando refertur ad actum respicientem vitam hominis: tunc enim limitatur & restringitur ad tempus uitæ illius, l.1.ff. pro socio, quæ res casui nostro conuenire non potest, nam certus homo moriturus est.l.1.ff. de conditio.& demonstratio. at ecclesia nunquam, cap.libertas.10.q.2.c. si gratiosè. de rescr.in 6.Tiraquel.de priuile. piæ causæ. priuil. 105.colum.fi.in prin.

34 † Septimò considero, quòd cum testator fecerit legatum prædictum *monasterio fratrũ* S.Pauli.& sic loco religioso, dicitur indubitanter ad pias causas factum, ut voluit Specul. in tit.de inst.edi.§.nunc verò aliqua, vers. & scias ꝙ inter.Bal.in auct.similiter, in prin. C.ad l.fal. Roma.consi.235.col.3.& post eum Mandos.citans Tiraquellum in pręfati.tractatus de priui leg.piæ causæ, col.1.Idemq; ponit Bursatus cõsi.47.nume.12.& Federi.Scotus respon. 3.lib. primo Tomi primi. sicut & Alexander de Neuo consi.14.num.4.vbi dicit, non esse dubium quòd quæ relinquuntur ecclesiis vel hospitali-

35 bus, relicta dicantur in piam causam † sicut & quę pro anima relinquuntur, secundùm glo.& Bart.in l.si quis Titio.ff.de leg.secundò, quod in casu nostro dixit expressè testator, subiiciẽs, ut dicti fratres singulis annis debeant celebrare unum anniuersarium pro salute animę suæ.

36 † Hinc ergo sequitur, tale legatum pinguius interpretari debere, quàm aliud ad pręiudiciũ hæredum, ut tradit Ias.in l.si domus. ff. de leg. 1.& est tex.singularis in l.Titia.§.fin. & ibi glo. Bar.& alii. ff.de aur. & arg.leg.Soc.consi.247. col.6.Ferratius singul.515.& Hierony. Alban.

37 postea Cardinalis factus, consi.fi.nu.7. † cum multas habeat prærogatiuas, de quibus per Doctores in l.1.C.de sacrosanct.eccles. Romanum in authen. similiter.C.ad l.fal.Campeg.consi. 156.n.22.primo tomo ultimarum uoluntatum. Igitur cõcludi debet, ꝙ in infinitum debeatur.

Octauò ponderari debet diligenter huius legati

legati causa, quod factum fuit, ut fratres illius
monasterii deberent orare pro anima ipsius te
statoris, & eam subleuare à pœnis purgatorii;
38 quibus ob peccata sua detineretur † animæ
nanque defunctorum soluuntur à pœnis, obla-
tionibus sacerdotum, sicut precibus Sanctorũ
charorum, elęmosinis, aut cognatorum ieiunio.
c. animæ 13. q. 2. & anima testatoris semper in
diguit, indiget & indigebit oblationibus & sa-
crificiis illorum monachorum, donec in extre-
ma die iudicii sententia salutaris vel horrenda
proferatur. ergo tandiu debet legatum durare
donec causa finalis & expressa, propter quam
39 factum fuit, durare potest † sicut è contra vi
demus, quòd cessat legatum cessante causa pro
pter quam factum fuit, l. Seiæ, in prin. ff. de an-
nu. leg. l. Pamphilo. §. fina. ff. de leg. 3. l. alteri. ff.
de adi. legat. Bar. in l. filio. §. matri, eodem titu.
Ruin. consi. 160. nume. 17. uol. 3. Berous consi.
32. nu. 3. vol, secundo.
40 Nonò † cõsidero, quòd opinio contraria sta
re non potest, & miror quòd Doctores non ad
uerterint. Nam clarum est, quòd annuum lega
tum non vnum dicitur sed multiplex, iura sunt
aperta satis in l. si in singulos. ff. de annu. lega.
vbi dicit Paul.: si in singulos annos alicui lega-
tum sit, Sabinus, cuius sententia vera est, plura
legata esse ait, primi anni purum, sequentium
conditionale, ad idem tex. in l. cum in annos.
eo. tit. ubi repetens Paulus dicit, cum in annos
singulos legatur, plura legata esse placet, & per
singula legata ius capiendi inspicitur, demum
confirmat Vlp. in l. cum in annos. ff. quan. dies
lega. ced. dicens. Cum in annos singulos lege-
tur, non unum legatum esse, sed plura con-
stat, nec refert singuli aurei in annos singu-
los legentur. prout in casu nostro fuit ad vn-
guem, in quo viginti scuti singulis annis fuerũt
legati, id quod firmant omnes in l. si Stichum
§. stipulatio. ff. de verborum obligat. Soc. iun.
consi. 157. nu. 16. vol. 2. Natta consi. 548. nu. 5.
& ego dixi insti. de donat. in princ. nume. 440.
41 † Huius autem rei succedit vtilitas, quòd cũ
tot sint legata, quot sunt anni, tot sunt necessa-
rię prȩscriptiones, quot sunt petitiones, quę cõ
petunt ad ipsa legata, vt est gl. not. & ibi Bar. &
omnes. C. de præs. 30. anno. Cast. Alex. & Ias. in
d. §. stipulatio. & in l. de pupillo. §. si in pluribus
ff. de oper. no. nunc. Ruin. consi. 34. col. 2. vol. 2
& dixi loco memorato. n. 461. vnde lapsis annis
30. dicitur esse prȩscriptum dũtaxat legat o pri
mi anni à quo triginta cucurrerunt. non au-
tem legatis annorum sequentium, nisi post an
nos triginta sigillatim decursos. Quæ cum ita
sint, nescio uidere, quomodo legatum istud fa-
ctum monasterio dictorum fratrum. 20. scuto-
rum singulis annis, sublatum siue præscriptum
dici possit lapsu centum annorum, nisi respe-
ctu illarum solutionum, post quas anni centum
decurrerint, vnde si (exempli graria) fratres S.
Pauli nunc instant ad soluendos sibi scutos du-
centum pro 10. annis decursis. vel ad 400. pro
annis 20. dici non potest extinctum fuisse lega
tum iam præter annos centum factum, cum li-
cet respectu temporis, à quo centum anni tran
sacti sunt, eatenus legatum præscriptum dici
possit, à tempore tamen à quo nondum cen-
tum anni lapsi sunt, secus dici debet, & ob id
peti potest, quare sic considerando (meo iudi
cio) conuincitur opinio contraria Bartoli
& sequacium, & hæc iustificatur.
42 † Quæ licet ex prædictis mihi satis clara vi-
deatur, concurrit etiam, quòd in dubio semper
eligi debet ea pars, quæ piæ causæ fauet, & reli
gioni. l. sunt personæ. ff. de relig. & sump. fun.
tradit Alex. consil. 190. & cons. 204. nu. 17. uol.
6. Cur. Iun. cons. 35. col. 3. Gozad. consi. 39. nu.
13. & Roman. in auct. similiter. C. ad leg. fal. di-
cens ex pluribus probationibus, vel sententiis
repugnantibus illam debere præualere, quæ fa
uet piæ causæ.

Sola superest difficultas in tollendis contra-
riis, & missis auctoritatibus illius opinionis,
quas æquant, ne dicam superant, allegatæ pro
hac parte. venio ad rationes, & in primis non
obstat æquiparatio legati annui, & usufructus,
iũcto quòd legatum usufructus ciuitati relictũ
non durat præter annos centum, ergo nec lega
tum annuum factũ ecclesiæ, cum ciuitas & ec
43 clesia parificentur. † nam talem æquiparatio-
nem confutant omnes doctores hanc partem
tenentes, potissimè uerò Ias. in l. 2. in prin. ff.
sol. matri. per l. in annalibus. C. de legat. iuncta
l. antiquitas. C. de usufr. primo namq; loco di
citur. In annalibus legatis alicui & hæredibus
eius præstandis, exactionẽ competere omnibus
hæredibus & eorum hæredibus, & sic legatum
diutius durat. At secundo loco videmus, fundo
cuidam legato, remanente usufructu penes hę
redem, primum duntaxat hæredem illum con
secuturum, sicque restringitur usufructus apud
primum hæredem. Quare patet ex illis duabus
legibus annuum legatum, & usufructus difer-
44 re. † Nec sine ratione differentię res procedit
ut declarãt Bal. Salyc. Fulg. & Ias. in d. l. in anna
lib. quia si quãdo quis acquirit usufructum pro
se & hæredibus, intelligeretur de hęredibus in
infinitum, proprietas esse penitus inutilis, ex
quo usufructus non esset vnquam ad eam re-
uersurus. l. 4. §. ne tamen. ff. de usufr. quæ ratio
cessat in annuo legato, puta scutorum 20. velut
in casu nostro, cum prȩter illam summam prȩ-
standam non desit utilitas residui penes hȩre-
dem, quam consequitur. Sed & aliter obiecto
respondet Ripa in d. l. secunda, quòd usufructus
est seruitus personalis seu mixta, quę debetur
à re personę. l. 1. ff. de serui. & sic usufructus reli
ctus ciuitati vel ecclesiæ censetur relictus per-
sonis tunc incolis, qui incolę uiuere non pos-
sunt prȩter annos centum, meritò non ultra
porrigitur, quæ ratio cessat in lęgato annuo.
45 † & ad tex. in l. in singulos. ff. de annu. leg. illius
fructui.

ęquiparationis auctorem dum Gaius dicit (in singulos annos relictum legatum simile est usu fructui.] dico, quod procedit quando relictum fuit certæ personæ, puta Titio vel Seio in singulos annos, quod patet ex ratione, quam subdit Gaius [cum morte finiatur] quæ conuenit personis certis morituris. Ideo tali casu legatum annuū & vsufructus habent similitudinem, cum morte legatarii finiatur vtrunque. At non idem iuris est, quando monasterio, vel ecclesiæ, quæ nunquā moritur fit legatum annuum, & potisimè verbis illis adiectis. semper & in perpetuum. prout in casu nostro contingit, nam deuiat ab vsufructus legato, nec isto casu procedit dicta lex in singulos. quod bene notandū est ad eius intelligentiam

46 † Non obstat insuper expositio Bolognini post Ananiam consi. 39. de legato annuo relicto hospitali, quod exponit, idest hospitalariis, igitur ad annos centum restringi, sicut municipibus factum. l. an vsufructus. ff. de vsufr. l. si vsufructus municipibus ff. de vsufr. lega. Quare sic in casu nostro dicendum videtur, hoc legatum annuum monasterio fratrum, fratribus censeri legatum ad annos centum restringi. Nam si dicendo hospitali pro hospitalariis, uel monasterio fratrum pro fratribus, resultarent certæ personæ, quibus diceretur vt particularibus relictum, posset consideratio Bolognini tolerari.

47 † Sed hoc est falsum: quia quando fit legatum ciuibus, censetur factum ciuibus vt vniuersis, in quibus dicitur ciuitas consistere. l. ciuitatibus. ff. de leg. 1. l. ciuibus. cum notat. ibi per Bar. & alios. & in l. cum senatus. ff. de reb. dub. Berous consi. 21. nu. 33. vol. 2. quo casu non resultant personæ particulares sed in uniuerso, & quæ semper durant, sicut populus, qui semper idem dicitur, & hoc tempore qui ab hinc centum annis fuisset, cum ex illis nemo nunc viueret l. proponebatur. ff. de iudic.

48 † vt enim declarat Alberic. ibi. idem est populus, & vniuersitas ciuium cuiusque ciuitatis & loci, qui fuit retro mille annis: quia successores representant eandem uniuersitatem. Sic & ecclesia iudicatur eadem, quæ fuit retro mille annis, & sedes Apostolica non moritur sed semper durat in persona successoris. Igitur etiam quòd fratribus S. Pauli diceretur annuum legatum relictū non inde sequeretur, ut ad annos centū restringeretur, cum semper iidem fratres censeantur qui retro mille annis fuerunt, cum successores eandem congregationem representent. tantoque magis additis uerbis, semper & in perpetuum. Et quod dicitur in l. si usufructus municipibus. de quibus supra, procedit in legato usufructus, inter quod & annuum discrimen datur ut supra declaraui contra Bar.

49 † Ad aliud uerò contrarium secundo loco propositum, quòd legatum restringi debeat ad annos centū ratione infinitatis euitandæ, respondent Doctores id esse uerum in dubio, secus ubi de mente disponentis fuisse dicitur, ut admittatur infinitas tunc enim toleratur, ut declarat Imol. in l. si ita ff. de fideiuss. Alex. consi. 145. uolumine secundo. Bero. cons. 155. in princip. uolumi. 1. quod hic uerificatur, relinquendo monasterio fratrū semper durabili. Item relinquendo semper & in perpetuum. Et insuper ratione animæ suę, ut à pœnis subleuetur purgatorii. quod quando futurum sit, dum uiuimus & successores uiuēt, incertum est, nisi per declarationem Ecclesiæ Catholicæ. Et ita resolutis contrariis nitida remanet & inconcussa cōclusio pro monasterio, fratribusque prædictis iamdiu per me firmata, nunc verò non mediocriter locupletata.

*Hippoly. Rimin. Ferra.*

## Pro Parrochianis diocesis Regiensis.

### ARGVMENTVM.

Tractatur. Parrochianos ad certas primitias Rectoribus soluendas cogi non posse, sed ab eis recipiendum, quod sibi uidetur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Parrochiani tenentur ad primitias quæ sunt in præcepto morali. 3.*
*Iureq́ diuino debita.*
2 *Exigere sit ab inuito.*
3 *Deum recognoscimus & illi seruimus per primitias, decimas, & oblationes*
3 *Primitias tenemur soluere iure naturæ, diuinæ scripturæ, & legis euangelicæ.*
*Quod sigillatim probatur 4. 5.*
5 *Maria virgo turturas obtulit in templo.*
6 *Primitiæ sunt de præcepto prohibitorio.*
*Quod obligat semper & ad semper. 7.*
8 *Primitiæ fuerunt tempore Atheniensium & quales essent tunc. 9.*
*Deinde tempore Romanorum. 10.*
11 *Consuetudo licet diuturna non potest excusare à non solutione primitiarum.*
12 *Primitiæ spectant ad Rectorem parrochialis ecclesiæ de iure communi.*
*Et ex diutina consuetudine. 13.*
14 *Primitiarum quid & quantum sit ecclesiæ soluendū variæ sunt opiniones & consuetudo ecclesiæ seruanda est & secundùm eam Parrochiani tenentur. 15.*
16 *Oblationum quasi possessio seruanda.*
17 *Primitiæ non debentur Rectoribus qui se de redditibus beneficij alere possunt. 22.*
18 *Primitiarum quid & quantum sit soluendum est in arbitrio parrochianorum, dummodo quid minimū non soluant.*
19 *Aut summa præfinita dicitur intra quadragesimam & sexagesimam*
20 *Qui modus quare sic taxatus fuerit rō subijcitur*
21 *Res de facili reddit ad naturam suam.*
23 *Parentes liberis suis tenentur alimenta præstare nisi filij*

*filij habeant vnde se alant.*

24 *Parrochiani sunt veluti filij spirituales Rectorum suorum.*

25 *Consuetudo non potest allegari, quando actus sunt difformes*

*Sed ius commune seruatur.*

*Cuius exemplum datur.* 26.

27 *Senatus Pedemontanus decisione 99. declaratur.*

28 *Sententia qualis proferri debeat inter parrochianos & Rectorem super primitijs.*

## CONSILIVM CCXX.

*Auxilium meum à Domino.*

DVBIA mihi visa fuit intentio hominum Villarum Ciuitalis, Quarantulæ & Mortizolli, quæ sunt in territorio Mirandulæ diocesis Regiensis, quatenus insteterunt coram Reuerendo Vicario Reuerendissimi Episcopi Regii aduersus Reuerendos Rectores eorum Parrocos, eos compelli ad desistendum à molestiis & grauaminibus ipsorum hominum ratione primitię, quam dicti Rectores captis pignoribus conati sunt à dictis hominibus exigere singulis annis in rationem unius minæ frumenti à quolibet bubulco & unius quartarii à quolibet Bracento, ad quam primitiam dicti homines se non teneri, nec obligatos esse contendunt.

1 † Nam totum contrarium de iure uerius esse uidetur, ut est glossa notabiliter, quam sequuntur Innocentius, Butrius, Abbas, Ancharanus & omnes, in capitulo primo, de decimis, ubi dicunt, quòd primitiæ sunt in præcepto sicut decimæ, & id probat Abbas ponderando textum in uerbo exigere, quod est

2 necessitatis: † nam exigere est ab inuito extorquere, argumento l. fideicommissa §. si rem, ff. de legatis tertiò. Idque plenius confirmat Andræas Hispanus in tractatu de decimis. quæstione quarta, ubi dicit, solutionem primitiarum esse de præcepto morali: includuntur enim sub præcepto. Dominum tuum

3 adorabis & illi soli seruies: † quia per decimas, primitias & oblationes Deum recognoscimus & illi soli seruimus. Et ad primitias iure naturæ, iure diuinæ scripturæ, & iure legis euangelicæ tenemur, iure naturæ: quia consonum est rationi naturali, quòd mercenarius mercede sua sit dignus, quodque seminantes spiritualia, carnalia metiantur, secundùm Apostolum. vt sit ratio

4 dati & accepti, secundùm Philosophum † iure uerò diuino, cum sit scriptum Exodi uigesimosecundo. Non apparebis in conspectu meo vacuus & Exodi decimo. Loquere filiis Israel, ut tollant mihi primitias ab omni homine. Et primo loco dicitur. Decimas tuas ac primitias non tardabis offerre, primogenitum filiorum tuorum dabis mihi, & de bobus & ouibus similiter facietis. Sed in Leuitico quoque scribitur. Cum messueritis segetem, offeretis manipulos spicarum primitiarum uestræ messis ad Sacerdotem, qui leuabit fasciculum coram domino, ut ac-

5 ceptabilis sit pro uobis. † Iure demum legis euangelicæ suadetur in oblationibus exemplo Christi, pro quo uirgo Maria obtulit in templo turturas aut duos pullos columbarum, quod idem de decimis & primitiis Christus intellexit dicens. Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Concludit igitur ex prædictis Andræas Hispanus, solutionem primitiarum esse de præcepto morali quod si non fiat, obligat ad peccatum mortale.

Et præter eum tenet hoc idem Berous consilio decimonono, columna prima, uolumine primo, & Boerius latè decisione ducentesimatrigesimosexta, columna prima,

6 † dicens quòd primitiæ sunt de pręcepto prohibitorio, quatenus Exodi uigesimosecundo dicitur. Decimas & primitias non tarda-

7 bis offerre † quod præceptum obligat semper & ad semper, idest omni tempore, idemque tenet Petrus Rebuffi in tractatu de decimis, quęstione prima, numero decimosex-

8 to, cum sequentibus. ubi refert, quòd † Athenienses cum ex ephebis decessissent, primitias crinium Delpho deferebant, & cum antiquiores comam circa tempora, aut posteriorem crimen Apollini & Flaminibus tonderent, æuo succedente Theseus anteriorem capillum Delphis dedicauit, vnde Thesei ton-

9 sura prodita est, † cuius exemplo iuuenes, cum ex ephebis excessissent anteriorem comam Phæbo & Esculapio, aut Libero primi-

10 tias obtulere † postea Romani adolescentes magnæ indolis primam lanuginis barbam Diis consecrare usurparunt, teste Alexandro libro Genial. quinto, capitulo decimooctauo, unde dubium non est, primitias deberi, sicut etiam firmat Bertrandus consilio sexagesimoquarto, uolumine primo, posteriorum.

11 † Quinimmo plus addit Andræas Hispanus loco memorato, quòd aliqua consuetudo quantumcunque diuturna non potest aliquos excusare ab earum non solutione, cum sint de iure diuino, contra quod nec aliqua consuetudo, nec ipse Papa potest dispensare simpliciter, & perpetuò,

secundum Innocen. in capitulo uenerabilis, de confirmatio. vtil. Quod vltimum uidetur aduersari nominatis hominibus in positionibus, qui per testes probans, se nunquam soluisse dictam primitiam, nec ab eis eam fuisse petitam. Nam per hoc non intelliguntur liberati, quominus teneanrur ad eam stante decisione prædicti Hispani loco memorato, quod etiam firmat Berous in dicto consilio decimonono, post Abba. & Hostiens. in capitulo in aliquibus. de deci. cum aliis de quibus per eum

12 † Qui dicit etiam, quòd ius exigendi primitias spectare dicitur ad Rectorem parochialis ecclesiæ, tam de iure communi, ut in capitulo finali, de parochi. & ibi scribentes. Hostien. in summa de decim. §. finali, circa finem. capitulo cum contingat. & ibi glo. 17. quæstio ne c. apostolicæ. de decimis. capitulo ex transmissa. & ibi Doctores de præscriptio. capitulo secundo, de restitutione spoliatorum in sexto, capitulo primo, de præscript. eodem libro. c. de decimis, & capitulo statuimus, 16 quæstione prima, gl. notab. in summa 13. quæstione 1.

13 † quam etiam ex diutina consuetudine, quæ in solutione decimarum multùm operatur & pollet dicto capitulo finali, de paroch. & ibi Abbas glo. in capitulo primo, de præscrip. cum similibus per Beroum, vnde parochiales ecclesiæ, de quibus agitur, & eorum Curati Rectores dicuntur habere fundatam intentionem contra omnes suos parochianos agenses super solutione primitiarum, prout ibi concludit Berous, dicens ecclesiam parochialé posse conuenire & cogere ad soluendum primitias possessores prædiorum & rerum, siue suo nomine possideant, siue alieno colans. capitulo si quis laicus 16. quæstio. 1.

14 † Et licet quid & quantum pro primitiis ecclesiæ soluendum sit variæ sint opiniones doctorum, quas seriatim refert Berous in dicto consilio 19. columna secunda, tamen concludit seruandam esse consuetudinem ecclesiæ, cũ in decimis & primitiis consuetudo multùm operetur, quæ fuit sententia Innocentii & Abbatis in dicto capitu. primo, de decimis, quia (ut ille ludit) consuetudo est optima legum interpres l. si de interpretatione, ff. de legibus. & capitulo cum dilectus. de consuetudin. meritò cum testes omnes Rectorum deponant, unam minam frumenti fuisse solutam per bubulcos, vnum verò quartarium per Bracentos, qui testes fuerunt præsentes exactionibus, vel eas fecerunt nomine dictorum Rectorum per quã

15 plurimos annos, de quibus loquuntur, † sequitur, ut idem debeant isti homines & parochiani sui soluere & obseruare, ut pulcrè concludit Bertrand. in allegato consilio 64. quòd si rector Modernus & sui prædecessores fuerunt in pacifica & quieta possessione recipiẽdi quolibet anno à singulis parochianis capus domus facientibus id de quo in casu, & ita consueuerint dare & soluere, talis consuetudo ueluti rationabilis sit per eos seruanda, & quò ad illius obseruationem iudicis officio, hoc est Reuerendissimi Domini Episcopi Diocesani cogi possint, per id quod habetur in capitulo ad apostolicam. & ibi Hostiensis, Ioannes Andræas, Cardinalis Florentinus, Butrius & Abbas de simo. cum similibus per eum, quæ bene conferunt ad casum nostrum, & illum de-

16 serminant. † Et præter eum addo decisionem Senatus Pedemontani nonagesimonono. numero vigesimotertio, vbi loquens in materia oblationum uult eas deberi & ad eas parochianos cogi posse, si probata fuerit quasi possessio eas exigendi, quæ probata uidetur, cum plures testes deponunt, Rectorem fuisse & esse iam longo tempore præterito, excepta præsenti molestia, in pacifica possessione seu quasi exigendi à quolibet parochiano habitante in montibus unam minam grani, & ab incolentibus planitiem unam minam uini occasione parochionagii, de quo loquitur, quod soluitur propter labores Rectoris siue curati ecclesiæ in deferendis & ministrandis sacramentis in domibus parochianorum ægrotantium, & interrogati testes de causis scientiæ, quidam respondent, quòd uiderunt aliquos, quos nominant soluentes plures uerò de solutionibus propriis loquuntur & suorum antecessorum, & dici audiuisse quòd alii parochiani pariter soluerunt, nonnulli uerò quòd nomine rectorum exegerunt. Ex quibus concludit Senatus Pedemontanus probatam dici consuetudinem diutinam offerendi & exigendi dictum parochionagium ex doctrina Bartoli in l. de quibus, numero vigesimoquarto, ff. de legibus. Et ut ibi plenius per eum, quæ pariter casui nostro famulantur, in quo de primitiis solutis & exactis pariter his modis testes Rectorum deponunt. Et hæc sunt, quæ pro Rectoribus conuentis in præsenti causa breuiter dici possunt.

17 † In oppositum uerò pro parrochianis suis actoribus in primis adduci potest, quòd per eorum testes aliquot constas, quòd Rectores, de quibus agitur, habens & possident in eorum parochiis tot terras illis subiectas, ex quibus uiuere possunt, séque clericum & ancillam alimentare, quo stante uidetur dici posse, primitias eis non deberi, tunc enim demum debentur, quando Rectores indigent & ipsas petuns, uel extat consuetudo, ut senet Alexander de Ales in sertia parte summæ, incipiente prima pars frugum. Angel. de Claua. in sua summa uerbo primitia, quos refert & sequitur Boer. decis. 236. col 2. sub nu. 2.

18 † Secundò posito, quòd dicti homines tenerentur de iure ad solutionem primitiæ, prout in contrariũ supra satis firmatũ fuit, Attamẽ. aduerti:

aduerti debet, quòd quid & quantum pro primitiis ecclesiæ soluendum sit, est in arbitrio soluere debentium constitutum, dummodo minimum non soluatur. ita post Innoc. concludit Abb. in c. 1. de decimis. idq; tex. ille planè determinat, dicens [at verò primitiæ quas de frugibus offerebant, non erant speciali nomine diffinitæ] in qua quantitate dari deberent, vt inquit Glo. [sed offerentium arbitrio derelictæ] per quæ posteriora verba notat expresse Card. Zabarella, quòd primitiæ quò ad quotitatem non fuerunt in præcepto, & idem tenet Petrus Rebuf. in tract. de decim. quæstio. 1. nume. 17.

19 † aut si quæ summa solutioni præfinita fuit, dicitur esse inter quadragesimam & sexagesimam partem frugum, iuxta Diui Hieronymi sententiam, relatam in d. cap. primo, vbi Hostien. Abb. Henric. Boic. & alii passim, prout testatur & probat Bero. consi. 19. nume. 10 uol. 1.

20 † & ille soluendi modus fuit ob auaritiam sacerdotū sic diffinitus, qui nimis à populo in primitiis offerendis exigebant, vt inquit Boeri. decis. 236. nu. 1. & certè si Rectores, de quibus agitur, non ita rigidi fuissent à quatuor annis citra, prout ante, suique præcessores nō fuerant, sed recipiendo quod eis dabatur, plus vel minus frumētum vel fabam, pullos aut, operas secundùm commoditatem soluentium, & de his contenti remanentes, & taciti stantes, vtique ad hanc litem non deuenissent homines prædicti; sed cum Biruarii fuerunt ad eos missi per Rectores, qui voluerant ab eis minam frumenti siue quartarium extorquere, prout erāt bubulci vel Bracenti, coacti fuerunt hanc litem instituere, ut ad pristinum suum soluendi arbitrium tam circa quid, quàm quantum iure medio redigerentur. idque plures eorum testes deponunt, vt videri potest ex eorum lectu

21 ra, † quod de facili sperant obtinere, cum res de facili redeat ad suam pristinā naturam. l. si unus. §. pactus ne peteret ff. de pact. & ibi dixi nume. 41. post Alexand. Ias. & Ripam in l. si constante, ff. soluto matrimonio. Cozadinum consi. 101. numero 24. Grammatic. decisio. 92. numero 15. & alios, de quibus per me loco prædicto.

22 † Nec obstant in contrarium deducta, nā quod attinet ad primum latius deductum, quòd primitiæ sint de præcepto & iure obligationis debitæ, respondetur, quòd illud procederet, si Rectores isti pauperes adeo forent, quòd non haberent vnde se alerent, at se cus eum redditus terrarum suarum Parrochiarum sufficiant ad eorum alimoniam moderatam & condecentem non autem superfluam &(da signore)ut dicunt aliqui testes, nam tali casu primitiæ non debentur, ut dixerunt Alex. de Ales, Angelus de Clauas. Boerius, q; supra ci-

23 tati. † Hec planè Doctorum distinctio satis probabilis & æqua redditur ex eo, quòd uidemus, parentes liberis suis teneri præstare alimenta l. si quis à liberis, in principio, ff. de agnoscen. lib. ibi[alere parentes debere] & tamen si filius se exhibere posit, hoc est habeat unde se alat, iudex æstimare debet, ne non debeat ei alimenta decernere, ut ibi dicitur in §. sed si filius. & ibi notat Bartol. citans alia iura, de quibus per eum, quibus addo Decium & dominum meum Riminaldum in l. de alimentis. C. de transac. & decis. Neapo. deci-

24 ma columna secunda. † ergo uersa uice pariter dicamus, hos homines ueluti filios spirituales Rectorum suorum, aliàs obligatos ad dandas primitias, quando rectores non habēt tantum unde se alant. ad eas non teneri, quando redditus ecclesiarum suarum sunt idonei ut in casu nostro.

Circa uerò secundum de consuetudine seruāda certum quid dandi pro primitiis, ut in casu nostro supponitur probatum pro parte Rectorum, dico contrarium uerius esse. Nam tam per testes eorum, quàm dictorum hominum probatur, plures fuisse, maximè nominatos in positionibus, qui eas non soluerunt, nec ab eis petitæ fuerunt primitiæ, quosdam verò minus soluisse, alios aliud & aliud pro commoditate sua, ut pullos, operas & id genus. aliis uerò pauperibus remissas fuisse dictas primitias, & eas in summa non habuisse certam ac determinatā solutionē siue præstationē. Et qđ oblatum fuit ab hominibus à Rectoribus receptū fuisse, eoq; contentos fuisse, & acquieuisse.

25 † Quibus probationibus ita stantibus, non potest allegari consuetudo aliqua soluendi minam & quartarium frumenti: quia ex difformi usu populi non intelligitur intentio introducendi consuetudinem probata, talique casu ius commune seruari debet, ut not. Bar. in l. 2. in princ. circa fi. ff. solut. mat. not. Alex. consi. 5.

26 col. 2. & consi. 27. circa fi. uolu. quinto. † Et in pulcro casu consuetudinis circa quid præstandum pro funeralibus, tradit Corn. consil. 196. columna secunda, & post eum Decius consilio 215. columna secunda, præter quos addo Beroum signanter in terminis nostris in allegato consilio 19. columna tertia, uolumine primo, qui dicit, quòd ex quo testes hominum & Rectoris difformiter & diuersimodè probabant solutiones primitiarum; quia aliqui dicebant consuetum fuisse primitias solui ad rationem duorum stariorum pro quolibet pari bouum, quidam uerò, quòd pauperibus remitti solebant primitiæ, & quòd aliquæ erant possessiones pro quibus nihil soluebatur, & quidam minus soluebant, meritò non dicebatur probata consuetudo soluendi primitias, & ideo non debebat attendi. Quare sic & in casu nostro concluditur ad unguem, ubi testes, ut supra retuli, clarè deponunt.

27 † Nec obstat Senatus Pede. deci. 99. quia loquitur in casu, in quo certa quasi possessio

pro parte Rectoris erat probata, velut exigendi nimiam grani à montanis, & nimiam vini à planiciem colentibus, & sic quando certa præstatio & vniformis erat probata. At hic nequaquam. vnde de diuersis ad diuersa non fit illatio l. Papi. exuli. ff. de minor.

28 † Et ita remotis contrariis concludi potest, partes Reuerendi Do. Vicarii Reuerendissimi Domini Episcopi Regiensis esse debere, parochianos, de quibus agitur, grauandos non esse per suos Rectores ad certum quid pro primitiis eis soluendum, & à dictis grauaminibus & molestationibus dictos Rectores decætero abstinere sub illis cēsuris seu pœnis, quæ dominationi suæ videbuntur. Parochianos verò teneri ad primitias eorum arbitrio soluendas, vt antea faciebant, casu quo Rectores tantum non habeant, quòd ali possint, alioquin secus, iuxta superius allegata.

*Hippoly. Rimin. Ferra.*

## Pro Illustre Comite Ioanne Antonio Montecuculo.

### ARGVMENTVM.

Quòd Comites infeudati cum mero & mixto Imperio ac gladii potestate & omnimoda iurisdictione proclamare & alia facere possint, pulcrè ponitur.

### SVMMARIVM.

1 *Comites concesso sibi feudo cum mero & mixto imperio ac gladij potestate & omnimoda iurisdictione proclamare possunt.*
*Sicut & statuere contra ius. 2.*
*Et habentur loco Principis in eorũ territorio. 2. magis quàm præsidis. 5.*
*Et in eo possunt omnia facere, quæ potest Imperator per vniuersum orbem.*
*Et est communis opinio. 3-8.*
*Habentq; omnia iura imperialia. 6.*
*Nihilq; differunt ab Imperatore nisi ambitu minoris circuli. 7.*
9 *Statutum prohibens alienationem bonorum immob. in forenses est fauorabile.*
*Eiusq; ratio subiicitur. 2.*
10 *Dispositio dicitur fauorabilis, quando principaliter ob fauorem mouetur.*
12 *Comites proclamare possunt data sibi auctoritate per sententiam.*
13 *Rei iudicatæ auctoritas quanta.*
14 *Statuta recusari non possunt sæpius seruari petita.*
15 *Statutum vsu non receptum non debet attendi.*
16 *Relatio incerta non releuat.*
17 *Pluralitas præsumitur in actibus qui solẽt reiterari*
18 *Iudex succ essor non potest declarare sententiam dubiam præcessoris.*
*Nisi ex verisimilibus coniecturis. 20.*
19 *Dictio nisi ponit, & affirmat, quãdo præcedit negatiua*
21 *Statutum quando disponit, quod erat consuetum, addendo vel minuendo non dicitur dispositum de consuetudine sed lege scripta.*
22 *Contrarius sibi quis esse non præsumitur.*
23 *Qualitates statuti probari debẽt quæ eis innituntur.*
24 *Statuto posteriori vetus tollitur.*
25 *Qualitates vbi principaliter copulantur qualibet effectum per se producit.*
26 *Forenses pro terris collectãtur, quæ in loco possident*
27 *Statutum vetus non habens clausulam derogatoriã per sequens tollitur cum clausula generali cõditum*
28 *Vltima derogant prioribus.*
29 *Probatio debet esse concludens.*
30 *Rei iudicatæ renunciari potest nedum expressè sed etiam tacitè.*

## CONSILIVM CCXXI.

*Auxilium meum à Domino.*

FVNDATA reperitur intentio Illust. & magnifici Comitis Ioan. Antonii Mõtecuculi contra suos homines, quòd eis prohibere potuerit, proclamando, per eos alienationes fieri bonorum immobilium in forenses, & ad hoc pluribus rationibus impellor.

1 † Prima: quoniam cum sibi, cæterisque Nobilibus Comitibus de Montecuculo fuerit feudum perpetuum concessum cum mero & mixto Imperio, ac gladii potestate, & omnimoda iurisdictione, sine dubio potest proclamare, sicut & statuere etiam contra ius, ut clarè decidit Castren. cons. 34. super primo dubio, colum
2 na secunda uolumine 2. †, ubi dicit, quòd Duces, Comites & Barones, & similes habẽtes Dominium temporale perpetuum habentur loco Principis in eorum territorio, & in eo possunt facere, quæ potest Imperator per vniuersum orbem, vnde possunt facere statuta generalia derogatoria iuris communis. sicut & concedere rescripta contra ius cum clausula non obstãtibus, & illud consilium Castrensis sequitur Alexan. consi. 1. colum. octaua, volum. quinto. Socin. consi. 3. columna quinta, & latius consi. 66. columna 6. uolum. tertio, Dec. in cap. pastoralis, colum. 2. vers. immo quod plus est. de app. & consi. 192. colum. 2. Cur. iun. consi. 1. colum. 10. vers. Duces enim & Comites. Calca. consil. 2. colum. 8. consi. 7. col. 26. & consil. 67. colum. secunda, quos omnes refert & sequitur Craue. consil. 135. col. 2. quibus addi possunt Decius consi. 403. col. 2. Andr. Sicul. consi. 34. col. pen. uol. 2. Cur. Sen. consi. 48. col. 10. Ias. consi. 101. nu. 2. uol. 4. Cur. Iun. consi. 61. nu. 9. consi. 100. nume. 3. Bertrand. consil. 156. numero quarto, uolumine tertio, Rip. lib. secundo respon. capitulo 3. in fine. Paris. consilio primo, numero 25. uolum. primo. Brun. consil. 3. col. secunda,
3 † quorum plerique asserunt, hãc esse commu-

sicut

sicut & Soci.iun.eos cumulans cōsi.76.colum. 1.vol.3.loquens de Domino Saxolli,idemq; tenet Alex.consi.2.nu.25.& 26.vol.1. Rui.consi. 200.nu.2.&3.vol.2.&consi.130. nu.20. vol.5. Afflict.in c.1.ver.& bona comitentium. nu.21 Quæ sint Rega.quos addit Soc.iun.consi.126.
4 col.2.vol.3. † loquens de Dominis de Boiardis in Castris eis cōcesis in feudum.& de Comite S.Vitalis,in territorio Parmę tradit idem Soc.iun.consi.75.col.2.vol.4.& cum prædictis quoque latè concordat Rol.à Val.consi.86.nu. 13.cum seq.vol.1.citans inter alios Bal. inl.re
5 ceptitia, col.1.C.de consti.pec. † vbi dicit,quod Comes in Comitatu suo magis assimilatur Principi quàm præsidi, & ideo quòd eius statutum dicitur ius ciuile & non prætorium.Hinc etiā
6 Natta consi.661.nu.18. † dicit,quòd Duces, Marchiones, & Comites à summis Pontificib. creati Vicarii perpetui habent omnia iura imperialia & idem possunt in suo territorio,quod
7 Imperator in vniuerso orbe, † & (vt inquit Bald.in rub.Quæ sint Rega.)nihil differunt ab Imperatore, nisi ambitu minoris circuli, sicut Scapha differt à Naui.l.fi.ff.de fund.inst.& dat exemplum de Comite virtutum, de quo per Ang.consi.217.& de Pandulpho Domino Fani quem Sum.Pontifex constituerat Vicarium, vt
8 per Roman. consil.59. † concluditque quòd hæc est communis sententia, quam confirmat aliis quotis Senat.Pedem. decis. 155. loquens de Duce Sabaudiæ & Comitatu Astensi, Hier. Gabriel.consil. 163.nu.18.&de Duce Vrbini, Ferrariæ & Mantuæ,recognoscentibus summū Pontificem vel Imperatorem tradit Menoch. consi.92.nu.32.sicut & Cur.iun.consi.188.nu. 22.& consi.219.nu.70.Quare secundùm hanc receptissimam Doctorum sententiam potuit hic Comes Io.Antonius proclamare,quòd subditi sui non possint bona stabilia forensibus a-
9 lienare. † tantoque magis: quoniam tale proclama dicitur esse fauorabile, sicut de statuto similis tenoris scribit Alex.consi.116.nu.8.volum.6.Barb.consi.43.colum.9.uol.1.Rip.in l.filiusfamil.§.diui.nu.80.ff.de lega.1.& Soc.iun.
10 consi.25.nume.10.vol.3. † Idque iure meritò dici debet: quoniam dispositio quælibet censetur fauorabilis,quando principaliter mouetur ob fauorem alicuius,vt docent Bar.& alii per illum tex.in l.qui exceptionem. ff.de cond. inde.Alex.cōsi.197.col.1.vol.7.latè Dec.Cur. Iun.& D.meus Rimi.in l.2.C.de in ius vocan. & latius Tiraq.de utro.retra.§.30.gl.1.num.5.
11 † sed dictum proclama sicut & statutum mouetur principaliter ob fauorem publicum, uidelicet vt bona conseruentur inter ciues, nec ipsi malè vtantur substantia sua, transferendo eam inter forenses & non subditos, & vt onera per habitatores melius sustineantur, meliusque prouidere possint eorum liberis & familiæ,quo ditiores erunt,vt considerat Corn.consi.78.colum.2.volum.1.Alberic.in 2.par.statu. q.2.col. 5.& Barba.in d.consi.43.meritò censeri debet tale proclama fauorabile, sicque permissum fieri per dictum Comitem.
12 † Secunda ratio dictæ potestatis Comitis in proclamando fuit & est: quia sibi concessa fuit in 20.capitulo sententiæ magnifici Consilii iustitiæ, vbi dicitur, eum posse facere proclamata & cridas iuxta solitum & consuetum aliorum Comitum. At videmus(vt probauit) Illust.Comitem Federicum Montecuculum,& post eum filios suos Comites Montis Cineris & aliorum Castrorum sic proclamasse, sicut & Illust.Comitem Herculem Trottum in Castro Pigneti & Prignani, & ego aliàs vidi proclamata similia Illust.Comitum de Contrariis in terra Vignolæ, Sauignani, & aliorum Castrorum suorum.& Illustrissimi D.Alfonsi Estensis
13 Marchionis Monticuli in eo loco: † Obstat igitur hominibus istis exceptio rei iudicatæ vigore dictæ sententiæ inappellabilis,& quæ amplius reuideri non potest,ut per Abbatem & alios in rub.de re iud.& cuius auctoritas est tanta, quod facit de non ente ens, & de falso uerum & de albo nigrum, vt tradit Ias. in l. Iulianus. secunda.ff. de condictio.indebi. Speculum aureum in tertia & vltima parte, sextæ partis, numero 129.

Tertia ratio est, qua confirmatur potestas dicti Comitis ex statuto quod uiget in Comitatu suo, de bonis immobilibus non alienandis inter forenses per subditos suos. iuncta sententia magnifici Consilii,in qua condemnati fuerunt dicti homines ad recipienda & ob-
14 seruanda dicta statuta, † Quinetiam concurrit, quòd bis & pluries homines prædicti fecerunt instantiam,dicta statuta seruari per officiales deputatos à præfato Comite, unde nunc non possunt ea recusare.c. quod semel placuit. de regu.iur.in 6.igitur pro d. Comite iudicari debet: Sola uis(ut audio)fit super quadam monitione sibi facta de anno 1535.de non grauandis dictis hominibus præter statuta dictorum Comitum & antiquam consuetudinem dictorum locorum,quæ fuit vendendi bona sua immobilia uolentibus emere licet forensibus,sicque inuiolabiliter seruatum fuisse,vt per testes probare conati sunt,& cū ferè sint omnes pauperes,si forensibus vendere non possent, priuarentur facultate disponendi de suis bonis,ut ii
15 dem testes deponunt. † Quibus sic stantibus duo sequi uidentur. Primum, quòd statutum prædictum uelut in usu non receptum non dēt attendi,iux.gl.& scribentes ubi Fely.in c.1.de treu.& pace.not.Bar.in l.fi.§.sed cum antiquitas.in fi C.de cur.fur.& consi.144 iudex communis Assisii.Anch.consi.183.Alex.consi.132. col.1.uol.1.Dec.consi.649.n.8.Alterū est,quod potestas proclamādi ī pñti casu sibi sublata fuit per dictam monitionem velut aduersus antiquam consuetudinem suorum locorum, & per consequens dictum proclama sibi suffragari non dēt

16 vllo modo: † Hæc difficultas (meo iudicio) subtiliter & pulcrè duobus modis sedari potest. Primò, quòd relatio magnifici Consilii, vnde colligitur dicta monitio de non grauandis dictis hominibus prę̨ter antiquam consuetudinē dictorum locorum, ambigua satis est, & in incerto vagatur, cum non aperiat de qua antiqua consuetudine loquatur, puta prohibendo dictos homines alienare bona stabilia forensib. vel alia. & tamen potuerunt esse plures consuetudines in dictis locis præter hanc, quæ nunc
17 allegatur: † quoties.n. tractatur de rebus vel actibus, quæ, seu qui multiplicari solent, pluralitas præsumitur, ut notat Dec. in c. in præsentia. nu. 13. de proba. quod etiam sensisse vr̄ Bald. in repe. Paduana legis edita. col. pen. C. de eden.
18 & Rui. consi. 12. nu. 5. vol. 5. † Nec dictam relationem incertam & dubiam in ea parte factā per magnificos Cōsiliarios illius temporis possunt præsentes eorum successores declarare, vt determinat Bal. in l. hac lege. col. pen. C. de sen ten. ex bre. recitan. ea ratione motus non ibi sed in d. l. edita. in 10. oppo. quia quæ sunt animi non transeunt ad successorem, dicens hoc esse nota. dignum. Idemq́ue tenent Bal. Ange. & Imol. in l. ex facto, in prin. ff. de vul. & pupil. Bar. in l. inter stipulantem, §. 1. ff. de uerbo. obl. cum similibus per Feli. in c. qualiter & quando primo, nu. 26. limit. 3. de accus. Quòd si dicant homines isti, dictam relationem incertam declarari ex statuto antiquo per eos producto in serto cum aliis cōmunium Farneti & Gussoli. vbi dicitur, quòd non possint uendere alicui ꝑsonæ non subiectæ, nisi soluat collectas & susti-
19 neat onera pro terris &c. † igitur soluenti collectas & onera sustinenti possunt vendere: quia dictio nisi, sequens orationem negatiuā ponit & affirmat, ut per Barto. & cæteros in l. actione C. de transact. & ad hoc voluerunt tendere sui testes, dicentes consuetum fuisse, quòd homines Farneti & Gussoli potuerint vendere eorum bona quibus uoluerunt etiam forensi, consuetum namque fuit vigore dicti statuti, quo stante videtur adhuc quòd magnifici D. Consiliarii præsentis temporis possint interpretari dictam relationem loquentem de antiqua consuetudine, videlicet alienādi bona in forenses
20 uigore dicti statuti: † quoties enim tractatur de declaratione vel interpretatione, quæ faciēda sit ex uerisimilibus coniecturis & actis. tunc talis interpretatio cuique iudici committitur. l. voluntatis. & ibi not. C. de fideicom. ideoq́ue talis interpretatio transit in successorem obscurè iudicantis, vt singulariter uoluit Imo. in l. ab executore, in prin. ff. de app. & plenius sequitur Fel. in d. c. qualiter, loco citato.

Ego pariter huic motiuo respondeo, quòd dici non potest Consiliarios relatores intellexisse de antiqua consuetudine uigore d. statuti
21 † quoties. n. lex aut statutū disponit id quod erat consuetum addendo uel minuendo, tunc illud non dicitur de consuetudine dispositum, sed potius lege scripta, vt concludit Soci. in l. l. 2. notab. primo. ff. de uul. & pup. at illud statutum non simpliciter permittebat uendi forensibus, sed ita demum si soluerent collectas & onera sustinerent pro terris & possessionibus, & ꝙ illæ semper manerent obligatæ cum dictis cō munitatibus pro dictis collectis & oneribus sustinendis, igitur de tali statuto nec Consiliarii relatores, nec testes hominum intellexerunt, tantoq́ue magis quòd de aliquo statuto ꝑmissiuo non fuerunt locuti.

Secundò confirmatur: quoniam iidem Consiliarii in sua sententia de anno 1542. condemnarunt d. Comitem ad seruandum d. hominib. statuta iuxta relationem suam cum modificationibus tamen infrascriptis, inter quas nō reperitur, quòd non possit prohibere uendi bona forensib. nec ꝙ hoīes sui vēdere possint bona sua forensibus. ergo d. Comes id prohibere
22 potest. † Tertiò dico, quòd in d. relatione noluerunt Consiliarii intelligere de facultate alienandi bona in forenses, cum in vigesimo capitulo d. sententiæ concesserint d. Comiti posse facere proclamata iux. solitum & consuetum aliorum Comitum, qui possunt prohibere d. alienationes, aliàs dicti Consiliarii sibi fuissent contrarii, quod non est dicendum. argum. l. 1. C. de inoff. dot. nam facile fuisset eis dicere, ꝙ possit proclamare iuxta solitum aliorum Comitum, præterquam in prohibendis alienationibus bonorum in forenses. Igitur cum hoc non dixerint Consiliarii nec nos dicere debemus, l. si uerò. §. de uiro, ff. solut. mat. & remanet d. Comiti ꝑmissum facere. Quartò dico, cū dictū statutū uetus nō loquatur simpliciter de alienatione permissa in forenses, sed cum d. qualitatibus, quòd soluant collectas, & sustineant onera pro terris, & ꝙ illæ sint pro eis obligatæ,
23 † debuerunt homines prædicti dictas qualitates probare in statuto positas, si eo nitunē, ut est doctrina Bartoli in l. 1. §. 1. ff. ne quid in flu. pub. Ioan. And. in c. 1. de homic. lib. 6. Alexan. consi. 161. in prin. uol. 5. Dec. consil. 18. consil. 356. & consi. 550. nu 4. Marl. sing. 187. Rub. consi. 16. nu. 14. & D. meus Rimi. consil. 114 nu. 8. quod cum non fecerint, succumbere debent. l. qui accusare. C. de eden.

Quintò quoque fortius ego respondeo, ꝙ cum post relationem prædictam de anno 1535 & monitionem principis secutam uenerint ad litem dicti homines de anno 1542. cum dicto Comite Ioan. Antonio, & in ea fuerit condemnatus ad obseruandum dictis hominibus statuta edita tempore Ducatus Ducis Borsii, inter quæ aderat statutum plenius prohibitiuū dictis hominibus alienationis bonorum suorum in forenses, ut mox dicam. Et subinde gratia seruandi æqualitatem inter dictum Comitem & suos subditos fuerint illi condemnati ad recipienda & obseruanda eadem statuta

sequi-

24 † ſequitur per dictum ſtatutum ſublatum
fuiſſe uetus illud, quo nituntur homines
prædicti, quatenus hoc illi repugnat, aut
ſecus loquitur, §. ſed naturalia, in fine, in-
ſtitutione de iure natura. at hoc ſtatutum,
quod pro ſe Comes adducit, diſponit, quòd
nulla perſona dicti Comitatus poſſit ven-
dere terras alicui perſonæ non ſubiectæ, &
non exiſtenti & habitanti in dicto Comita-
tu, vel non ſoluenti collectas cum dicto Co-
25 mitatu. † quæ qualitates cum per ſe prin-
cipaliter copulentur, quælibet ex eis pro-
ducit effectum incapacitatis, & ſufficit eam
verificari ad excluſionem acquirentis, iux-
ta doctrinam Bartoli in l. 1. ff. de his, qui
notantur infam. ſicque declarat in termi-
nis ſtatuti Regii Decius conſil. 661. colum-
na prima. & in noſtro Ferrariæ Ruinus con
ſilio ducenteſimo, numero decimotertio
26 & decimoquarto, volum. ſecundo. † Po-
ſito igitur, quòd emptores pro terris colle-
ctarentur in dicto Comitatu, prout inua-
luit in Italia conſuetudo, ſecundùm quòd
teſtatur Bartolus in l. prima, columna quin-
ta, numero decimonono, C. de muli. & in
quo loco, libro decimo. Alexander conſilio
ſexageſimoſeptimo, viſo. columna quarta,
volumine ſecundo. Baldus in l. etiam. co-
lumna penultima, C. de executo. rei iudi-
ca. Curtius iunior conſilio ſexageſimopri-
mo, numero ſeptimo. & Crauetta conſilio
ducenteſimoprimo, numero decimoquar-
to, tamen ſatis eſt ad eorum incapacitatem
& ſuam excluſionem, quòd non ſint ſub-
diti, vel quòd non exiſtant nec habitent in
dicto Comitatu. Deinde progreditur ſta-
tutum annullando venditionem, & aliena-
tionem, poſtea ſubdit, non obſtantibus
aliquibus in contrarium facientibus, qui-
bus derogatum eſſe intelligatur per præſens
27 ſtatutum. † Nam cum dictum ſtatutum
vetus non habeat clauſulam derogatoriam,
per dictum ſecundum ſiue poſterius cum di-
cta clauſula generali dicitur ſublatum: quo-
niam etiam ſine ea, nullaque mentione fa-
cta diceretur ſublatum, vt tradit Caſtren-
ſis in l. humanum. C. de legibus, poſt prin-
cipium. nam quæ ponit ibi Baldus, & latè
Felynus in c. nonnulli, ſub numero quin-
to, de reſcriptis, procedunt in lege vel ſtatu-
to, priori habente clauſulam derogatoriam,
non autem ſimplici, qualis eſt caſus no-
28 ſter: † vnde ſine dubio per hoc ſtatutum
poſterius dicitur illud primum ſimplex ſu-
blatum, per regulam legis pacta nouiſſima,
C. de pactis, cum vulgaribus, quòd vlti-
ma derogant prioribus.

Remanet igitur ex prædictis iuſtificatus
primus modus, quo remanet ſublata dif-
ficultas excitata de monitione ſeruandæ
conſuetudinis antiquæ dictis hominibus,
quòd velut incerta dicta monitio non con-
cludat in hac de alienatione in forenſes per-
miſſa, cum de alia potuerint relatores, &
29 Princeps ſentire, † & probatio quælibet
debet eſſe concludens, l. neque natales, C.
de probationibus, aliàs contra facientem
eam fit interpretatio, c. in præſentia. cum
vulgaribus, de probationib.

Nec per Dominos Conſiliarios ſucceſſo-
res illorum poteſt declarari, aut ſi poteſt,
vigore dicti ſtatuti veteris non poteſt, non
probatis eius qualitatibus, eoque per alium
poſterius ſublato, prout ſigillatim ſuperius
deduxi.

Secundus modus quoque, quo difficul-
tas prædicta penitus euacuatur, eſt, quòd
cùm poſt monitionem prædictam deuene-
rint partes ad litem coràm Magnifico Con-
ſilio de Anno MDXLII. quod in vi-
geſimo Capitulo ſuæ ſententiæ determina-
uit, dictum Comitem poſſe facere proclama
ta & cridas iuxta ſolitum & conſuetum alio-
rum Comitum. Rurſusque idem Conſi-
lium de Anno MDXLIII. condemnaue-
rit dictos homines ad recipienda & conſer-
uanda ſtatuta locorum dicti Comitis, inter
quæ adeſt hoc ſupradictum, De non alienan
dis bonis immobilibus in forenſes. Quin
(& fortius) homines prædicti de Anno
MDLXII. & MDLXVII. inſteterunt ſer-
uari ſtatuta per eos exhibita ab Officialibus
dicti Comitis. demumque Comes proba-
uerit alios Comites ſic proclamari ſolitos.
Sequitur, quòd homines prædicti dicuntur
renuntiaſſe dictæ monitioni, patiendo, quod
iterum cognoſceretur ſuper dicta facultate
30 proclamandi. † Clarum enim eſt, quòd
rei iudicatæ renuntiari poteſt, nedum ex-
preſsè, ſed etiam tacitè: quia ſi fuerint ad-
miſſæ probationes in contrarium, parte non
opponente, Iudex debet primam ſententiam
quæ tranſiuerat in rem iudicatam, reuoca-
re & retractare: videtur enim tunc pars, quæ
ſententiam obtinuerat, tacitè renuntiare di-
ctæ ſententiæ, quod facere poteſt. l. iuriſg.
§. ſi paciſcar. ff. de pact. Ita notabiliter vo-
luit Innocen. in c. cum dilecta. de reſcript.
& in c. cum Bertoldus, de re iudica. ſequi-
tur Alexander in l. Iudex poſtquam. ſallent.
6. ff. de re iudica. numero 8. Butrius conſi-
lio 27. columna tertia. Abbas conſilio 89.
columna tertia, lib. primo. Romanus con-
ſilio 174. columna finali, & ibi Mandoſius
in apoſtillis, Decius in l. res iudicata, ff. de
regulis iuris. quare ſuper dicta monitione
nullum fundamentum facere poſſunt homi-
nes iſti. Et ita ſublatis omnibus, rema-

net vt iudicandum sit ad fauorem dicti Comitis, vt etiam Magnifici Domini Consiliarii considerabant.

*Hippoly. Rimin. Ferrar.*

## Pro magnifico Domino Iacobo Trotto nobili Ferrariæ.

### ARGVMENTVM.

Diffusè ponitur, an matrimonium per nobilem cum muliere uili contractum ualeat & prosit filiis antea natis ad exclusionem substituti. Item nunquid filii legitimati per sequens matrimonium substitutum excludant, quando testator dixit, si quis decesserit sine filiis legitimis & naturalibus ex legitimo matrimonio, quæ luculenter & doctè tractantur, ut nihil melius.

### SVMMARIVM.

1 *Legitimatus per subsequens matrimonium excludit substitutum alicui, si decesserit sine filijs de legitimo matrimonio natis.* 23.
*Sed auctor contra.* 25.
*Et longè plures.* 94.
*Qui communem testantur.*
*In Senatu Mediolani bis terq; iudicatum.* 95.
2 *Capitulum innotuit & cum in cunctis, de delectione, procedunt in dispositione legis, non autem hominis.*
*Sed Alciat. contra.* 3.
*Cui replicat auctor.* 96.
2 *Lex facilius moderatur suam dispositionem quàm hominis.*
*Quod auctor confirmat.* 100.
3 *Verba testatorum referuntur ad ius.*
*Et ad intellectum iuris.*
*Quod quando procedat declaratur.* 103.
4 *Testator præsumitur se voluisse conformare cum dispositione iuris communis.*
*Quod procedit in dubio, secus in casu claro.* 107.
*Et facilè recedi solet ab ea præsumptione.* 114.
*Debilisq; reputatur, nec sola sufficit.* 115.
4 *Filij nati in figura matrimonij substitutum excludunt vocatum, si quis decesserit sine filijs natis ex legitimo matrimonio.*
*Licet ex adulterio sint nati.* 5.
*Et cur id procedat declaratur.* 116.
6 *Verba si decesserit sine filijs, trahuntur ad nepotes.*
*Et quare.* 119.
*Etiam si dictum fuerit sine filijs ex suo corpore natis.* 7. *& quare.* 121.
*Si verò de proximioribus dictum sit, veniunt etiam fratris filij.* 8.
*Et quare procedat.* 126.
9 *Legitimatus per sequens matrimonium admittitur in materia loquente de filijs ex legitimo matrimonio natis tertio non præiudiciali.*
10 *Fideicommissarius dicitur habere ius in spe probabili consistens, antequam veniat conditio fideicommissi.*
*Vnde potest petere cautionem de restituendo sibi purificata conditione.*
11 *Legitimatio non trahitur retro in præiudicium tertij.*
12 *Matrimonium intermedium mulieris postea mortuæ non impedit legitimationem filij ante illud nati, si concubina ducatur uxor.*
13 *Legitimatus per sequens matrimonium contractum cum concubina non præfertur alteri filio nato prius ex legitimo matrimonio, post illum tamen ex concubina.*
14 *Legitimatio filij naturalis per sequens matrimonium non præiudicat fratri, cui feudum fuerat renunciatum.*
15 *Substituto dicitur ius probabile quæsitum mortuo testatore.*
26 *Legitimatio per sequens matrimonium operatur in præiudicium tertij.*
*Vt in casu legis si vnquam. C. de reuocan. dona.*
*Cur autem id procedat declaratur.* 131. 133.
17 *Verba si decesserit sine filijs legitimis & naturalibus ex legitimo matrimonio, posita videntur ad exclusionem legitimatorum per rescriptum.*
*Sed contra, quòd etiam ad exclusionem legitimatorum per sequens matrimonium.* 134
18 *Verba de filijs legitimis & naturalibus ex legitimo matrimonio, nō respiciūt natiuitatem, nec ad eam videntur referri, & ob id legitimatis sequenti matrimonio conuenire videntur.*
*Sed auctor contra, cum verbum natis suppleatur & tacitè subintelligatur.* 144.
*Et exempla doctorum de filijs ex legitimo matrimonio natis sunt expressio eius quod tacitè inest, quæ nihil operatur.* 145
19 *Matrimonij subsequentia tollit omnia vitia præcedentia.*
*Quod procedit quò ad officia, dignitates, vel honores, non autem quò ad successiones, in quibus alteri ius sit quæsitum.* 151.
20 *Legitimatio per sequens matrimonium dicitur fieri per fictionem translatiuam, nam matrimonium retro trahitur & contractum fingitur ante natiuitatem filiorum.*
*Quæ fictio quando censeatur exclusa per testatorem declaratur.* 152.
21 *Legitimati per sequens matrimonium verè & naturaliter dicuntur filij legitimi secundum legem naturæ.*

*Quod*

*nore Domini praestatur.*
*Et dicitur beneficium quod ex beneuolentia procedit & datur.*
179 *Donatio procedit affectionis gratia.*
180 *Merita praecessorum transeunt ad posteriores.*
*Etiam si descendentes essent rei criminis.* 181.
182 *A; pius cum in vincula duceretur suorum maiorum merita memorabat, vt poenam deprecaretur.*
183 *Pherenice meritis suorum maiorum fuit absoluta.*
184 *M. Posthumius 10. mill. condemnatus ob memoriã Connati patris fuit absolutus.*
185 *Plautio Laterano poena mortis remissa fuit ob patrui meritum egregium.*
186 *Haereditates deferuntur iure legitimae successionis quae causatur ex legitimo matrimonio.*
187 *Testator dicens si filij decesserint sine filijs legiti. & natur. & ex legiti. matrimonio natis, de quibus intellexerit.*
188 *Verba sic intelligi debent, vt aliquid operentur.*
*Aliàs ludibrio censerentur apposita.* 189.
*Quod dici non debet.*
*Immo debẽt intelligi impropriè & contra eorum naturam potius, quam quòd nihil operentur* 190.
*Etiam ad correctionem iuris communis.* 191.
192 *Castrensis consi.* 180. *n.* 15. *vol.* 1. *declaratur.*
193 *Ripa in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Treb. nu.* 47 *pro substituto facit non confectis instrumentis dotalibus.*
194 *Doctores in quaestione de legitimato per sequens matrimonium, nunquid excludat substitutum si decesserit quis sine filijs ex legi. matrimo. natis, non omnes in terminis eius loquuntur.*
195 *Consilium collegij Patauini pro legitimato contra substitutum declaratur quomodo procedat.* 196.
*Immo periculosum reputat illud auctor* 200.
197 *Legitimatio per sequens matrimonium caeteris plenior & efficacior reputatur.*
198 *Argumentum à minori ad maius non procedit, quando quod minus uidetur, est in veritate maius aliquo respectu*
199 *Equum magni valoris quandoque quis dare potest non autem Capram.*
201 *Legitimatus per rescriptum non excludit substitutum alicui, si decesserit sine filijs legitimè natis vel ex legi. matrimonio.*
*Quae decisio uerissima est & communis.*
202 *Clausula motus proprij non operatur in praeiudicium tertij.*
*Nec clausula ex certa scientia.* 203.
*Nec alia de plenitudine potestatis.*
204 *Legitimantis voluntas non debet valere in praeiudicium substituti.*
205 *Socinus Iun unus ex quatuor relatoribus noluit subscribere consilio collegij Patauini.*
206 *Sfortia Oddo dixit auctoritates esse pares pro legitimato & pro substituto.*
*Et ideo tenendam opinionem in fauorem filiorum & matrimonij. Sed auctor contra.* 207.
208 *Voluntas testatoris est lex. Seruariq; debet in omnibus.*

## CONSILIVM CCXXII.

*Auxilium meum à Domino.*

MAGNIFICI DD. Bartholomeus & Iacobus Philippus fratres de Barbalungis se inuicem institutis in testamentis concorditer factis, substituerunt morienti D. Iacobum & Paulum fratres de Trottis, & si alter eorum quandocunque decesserit sine filiis masculis legitimis & naturalibus ex legitimo matrimonio, substituit eidem per fideicommissum alterum, vel alterius premortui filios masculos, legitimos & naturales ex legitimo matrimonio, & si ambo decesserint quandocunque sine filiis masculis legitimis & naturalibus ex legitimo matrimonio, substituit ei quosdam de Vincentuis & praemortui, vel praemortuorũ filios masculos, legitimos & naturales ex legitimo matrimonio. Postea decessit Do. Paulus Trottus relictis duobus filiis ab eo beneficiaro licet in minoribus constituto conceptis & natis, demumque per subsequens matrimonium legitimatis, vnde suborta fuit inter eos controuersia & D. Iacobum Trottum eorum patruum quis eorum praeferatur in bonis dictorum testatorum, & sic an illi substitutum excludant. Vel
1 illi potius excludantur ab eo. † Et in primis dicendum uidetur D. Iacobum debere excludi per doctrinam Imolae in c. innotuit. de electi. Decii in c. cum in cũctis, co. tit. & in consi. 155. Ripę in l. si unquam. q. 32. C. de reuo. dona. & in rub. ff. si cer. pet. qui tenent, substitutionem factam alicui, si decesserit sine filiis de legitimo matrimonio natis, deficere relictis filiis legitimatis per subsequens matrimonium, prout etiam tenet D. meus Riminal. consi. 78 nu. 12. & in simili dispositione consi. 226. mouetur per dictum c. cum in cunctis. vbi non potest in Episcopum promoueri, nisi natus de legitimo matrimonio, & tamen legitimatus per sequens matrimonium reputatur habilis, vt per Glos. Abb. Butri. & alios in d. c. innotuit. quare sic & in ca-
2 su nostro dicendum uidetur. † Et licet Alex. consi. 5. uol. 7. post Butrium in c. per uenerabilem. qui fil. sint. leg. quos sequitur D. meus Zuccar. in prę ludiis l. posthumo C. de bon. poss. cõtra tab. nu. 20. dixerint, illud procedere in dispositione legis, at secus dici debet in dispositione testatoris: quia lex facilius moderatur suam dispositionem quàm hominis, vt per Gl.
3 in l. assiduis. C. qui pot. in pigno. † Attamen Alciatus aduersus Alexãdrum & sequaces insurgit respon. 501. dicens quòd Alexandri responsio fragilis est: quia regula est in contrarium, quòd uerba testatorum referuntur ad ius, Bal. in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de lib. & post. vbi notat postremo loco, quòd uerba referuntur
4 ad intellectum iuris, † & praeter eum confirmatur,

tur, nam verba testatoris à iure communi recipere debēt interpretationem, & eum eo censetur se voluisse cōformare. Bar. in l. heredes mei §. cum ita. ff. ad Treb. exemplumq́; præcæteris adferri potest in materia legitimationis, vbi nati in figura matrimonii substitutum excludunt non alia de causa, quam q lex ipsa eos habet pro natis ex matrimonio, à qua lege verba testatoris sumunt interpretationem, vt per Dec. consi. 153. Soc. Iun. consi. 39. & consi. 63. vol. 3. Rip. respon. 217. idem ergo in legitimatis par sequens matrimoniū dicamus, † tanto
5 que magis, quòd ibi verba repugnant: quoniā non sunt nati ex legitimo matrimonio sed ex adulterio, Capra consi. 116. nec vmquam qualitatem legitimitatis assumpserunt, at hic secus, ubi si non verè nati sunt ex legitimo matrimonio, saltem ea legitimitate donati sunt, quę
6 par est legitimis natalibus. † Quinimò tanta reputatur illa doctrina Bartoli & inconcussa, q procedit licet aliquo modo verba repugnent, vt si dicatur, si decesserit sine filiis, dispositio trahitur ad nepotes. Aret consil. 145. Cephal.
7 consi. 16. † aut si dictum fuerit, sine filiis ex suo corpore natis ueniunt nepotes. Bald. consi. 13. vol. 3. in l. 1. nu. 3. C. de cond. inser. Item uenit monasterium. Doct. in c. in pręsentia. de prob.
8 † Si uerò proximiores vocentur, venit etiam fratris filius. Bald. in d. consil. 13. Alex. consilio 88. vol. 1. consi. 114. vol. 7. Ias. consi. 159. vol. 4. Alci. Respon. 670. Soc. consi. 151. col. 2. vol. 4. & uerba si noluerit, non poterit, hęres non erit, paria iudicamus. l. 1. cum ibi not. ff. de vulg. licet dissimilia sint. Vnde periculosa uidetur omnino responsio Alexandri in allegato
9 consi. 5. vol. 7. supra relata. † Nec etiam tuta videtur alia, quam secundo loco proponit ibidem, dicens quòd in casu notato per Gl. & Doctores in d. c. innotuit. non afferebatur præiudicium tertio, licet legitimatus per subsequēs matrimonium posset admitti ad illam dignitatem, ad quam vocabantur legitimè nati, secus autem in casu nostro: qnia fieret præiudicium substituto per fideicommissum D. Paulo si diceremus per talem legitimationem D. Ia-
10 cobum substitutum excludi † cui etiam ante mortem Do. Pauli dicebatnr competere ius saltem consistens in spe probabili: quia etiam antequam veniat conditio fideicommissi, dicitur fideicommissarius habere ius in fideicommisso consistens in spe probabili, vnde potest petere sibi caueri de restituendo fideicommissum eueniente conditione, quod petere non posset, si spes esset improbabilis. l. cum Archimedoram. C. ut in poss. leg. † & ubi agitur de p iudicio tertii legitimatio non trahitur retro. §. liceat aliàs si quis ergo. in authen. quib. mod. nat. effi. legi. ibi (& hoc facto exinde filios) & ibi not. Ang. & patet ex not. per Ioan. And. in reg. sine culpa. de reg. iur. in 6. vbi concludit, q legitimatio per subsequens matrimonium nō trahitur retro in præiudiciū alterius, cui erat quæsitum ius primogenituræ, exempli gratia. Titius ex concubina filium suscepit, deinde cum alia matrimonium contraxit, ex qua pariter alium filium procreauit, ea deinde mor-
12 tua in uxorem duxit eam concubinam † propter quòd filius inde susceptus sit legitimus, 11
cum medium illud matrimonium alterius mulieris legitimationem illius filii non impediat ut tradunt Ioan. Andr. Petr. Anch. Butri. Abb. Card. Floren. & Alexandrinus in c. tanta. qui fil. sint leg. cum pluribus cumulatis per Tiraquell. in tract. primigeni. quæst. 34. col. 1. & per Didacum in 4. Decretal. par. 2. cap. 8. §. 2.
13 num. 15. † talia enim legitimatus post legitimè natum, licet primò natus, non pręfertur illi uelut primogenitus, immo uerò ille huic præfertur, quia talis legitimatio non trahitur retro in pręiudicium suum, secundùm Ioann. Andr. in d. reg. sine culpa. quem plures sequuntur cumulati per Ruin. consi. 92. num. 16. uol. 3. & infiniti propemodum per Tiraquell. in d. q. 34. col. 2. demum nu. 43. vbi dicit, hanc partem tenendam esse, quæ numero, & auctoritate, & ratione uincit, quam & communem fatetur Didac. loco citato nu. 28. licet contrariū teneat, eamq́; sequitur Garzias Hispa. in l. Gallus. §. & quid si tantùm, num. 167. ff. de lib. &
14 posi. † sicut & in simili quæstione confirmat Afflict. in c. 1. §. naturales. si de feu. fuer. cōtro. not. 4. colum. penul. de quodam habente feudum & filium naturalem, postea facto clerico, qui feudum fratri refutauit, demum uerò filii naturalis matrem in vxorem duxit, & sic eum legitimauit per sequens matrimonium, concludit enim Afflict. dictam refutationem per talem legitimationem superuenientem dicti filii non reuocari: quia dicta legitimatio non operatur in præiudicium tertii, sicq́; dicti fratris, cui ius erat quęsitum, citat Io. Andream in d. reg. sine culpa. & plures alios de quibus
15 per eum † sic igitur in casu nostro dicamus, in quo ius fuerat quæsitum D. Iacobo Trotto in spe probabili tempore dictæ legitimationis per sequens matrimonium factæ per Do. Paulum, veluti iam mortuis restatoribus, qui fideicommissum fecerant, iuxta doctri. Bar. in l. is potest. col. 3. vers. sed si esset. ff. de acqui. hære. quem sequitur Alex. ibi. & consi. 94. col. pen. volum. 1. consilio 218. visis uerbis. col. 2. uol. 2. Dec. in consi. 425. colum. 2. & Ruin. consi. 60. num. 16. uol. 3. quòd dicta legitimatio filiorum D. Pauli retro trahi non debeat in præiudiciū D. Iacobi & per consequens eum non excludi.
16 † Quoniam etiam prędictam responsionem diluellit Alciat. in d. respon. 501. cum nimis restringat textum in d. c. innotuit. ut non procedat si de præiudicio tertii ageretur, tantoque magis quòd ista legitimatio per subsequens matrimonium operatur etiam in præiudicium tertii, secundùm Bal. in l. 1. C. de inoff. don. vbi vult

vult reuocari donationem per.l.si vnquam.C.
de reuo.don.per talem legitimatum,vnde si ta
lis legitimatio tollit ius quęsitum donatario
tanto magis auferre debet ius quæsitum sub-
stituto.vnde remanet primum fundamentum
relatum superius inconcussum.

17 † Secundò confirmari videtur hæc conclusio
pro legitimatis aduersus substitutum. Nã ver-
ba,si decesserint sine filiis legitimis & natura-
libus ex legitimo matrimonio,de quibus agi-
tur,posita fuisse uidentur ad exclusionem legi-
timatorum aliter quã per matrimonium, puta
per rescriptum principis;vt in illis uerbis si de
cesserit sine filiis ex se legitimè descendenti-
bus,tradunt Moder.Galli in apostil.Alexandr.
in dicto consi.5.vol.7.meritò non interest te-
statoris,an admittantur potius nati ex legiti-
mo matrimonio,quales sunt post illud nati,vel
prius editi per illud sequens legitimati,de q-
bus agitur in casu nostro.

18 † Tertiò considerandum est, hic non adesse
uerba quæ ad natiuitatem referantur, quoniã
mẽtio de filiis legitimis & naturalibus ex legi-
timo matrimonio,connenire uidetur etiam le
gitimatis,qui dici possunt legitimi ex matri-
monio uerè & propriè,si non ob natiuitatem,
saltem ob legitimationem, nec licere debet
supplere verbũ, natis,in euersionem sensus te
statoris,vt per Bal.in l.precibus.C. de impub.
cum enim substituerit legitimos ex matrimo-
nio,& tales sunt ex eo legitimati, non licet ad
natos ex eo solùm confugere,& ob id Decius
consi.155.in finalibus uerbis distinxisse uide-
tur, vtrum testator dixerit de filiis legitimis &
naturalibus ex legitimo matrimonio, an verò
etiam addiderit uerbum natis.

19 † Quartò,posito quòd & illud uerbum na-
tis,esset expressum, tamen adhuc his legiti-
matis ex sequenti matrimonio verba conueni
rent,nam subsequentia matrimonii tollit om-
nia uitia præcedentia,ut per glo. communiter
receptam in d.c.tanta.meritò dicti filii censen
tur legitimè nati quò ad omnia,de quibus per
20 Ias.consi.168.num.6.volum.3. † Item quia le
gitimatio per sequens matrimonium dicitur
fieri per fictionem translatiuam, nam matri-
monium retro trahitur & fingitur contractum
ante natiuitatem filiorum,& filii censentur na
ti tunc temporè contracti matrimonii, ut tra-
dit Abb. in d.c.tanta.col.2. Præpo.in c. lator.
col.5.eo.tit.Ias.in d.consi.167.col.4.Soc. Iun.
consil. 39.col.fin.vol.3.& Angussolius consil.
74.col.2.lib.6.

21 † Quintò uidetur, quòd isti filii verè & na-
turaliter legitimi dicantur secundùm legem
naturæ, quę nullam descretionem introduxit
filiorum,sed legibus & Principum constitutio
nibus id factum fuit,ut habetur consi.3.colle-
gii Patauini primo Tomo vltimarum uolunta
tum num.57.Item secundùm leges principum
quæ legitimatioues inuenerunt.§. fin. inst. de
nup.quæ licet fingendo, uerè faciunt, ut per
Tiraquel.in tract.le mort sais.6.decla.2.par-
tis.nu.7.& in d.consil.nu.48.

22 † Sextò uidetur istis filiis optimè deserui-
re,nam lex appellat eos procreatos ex matrimo
nio, casus est in l. cum quis. ad fin. C.de nat.
lib.ibi ( sed qui ex eiisdem matrimoniis pro-
creati sunt ) & cum matrimonium cõtrahitur,
tũc legitimi nasci dicũtur,ut tradit Cin.ĩ l.nu
per.C.eo.tit.nec illa uerba referenda sunt ad
natos tãtùm post matrimonium. Quoniam Iu
stinianus vult, ut omnes filii sint in patris po-
testate,& ea utitur ratione, quòd qui ex iisdẽ
matrimoniis nati sunt, simili debent perfrui
fortuna,vnde si & ad ante natos hanc clausu-
lam non referamus, inepta redderetur ratio
Iustiniani,qui vult ideo priores posterioribus
ęquales esse;quia ex eodem matrimonio nati
sunt,& illum textum perpendit ad hac quæstio
nem Angussol.in dicto consi.74.dicens quòd
ibi iam legitimati per subsequens matrimo-
nium quàm nati post contractum matrimoniũ
appellantur procreati ex eisdem matrimo-
nium,sicq; deciditur ibi quæstio nostra.

23 † Vltimò uidetur hęc conclusio pro legiti-
matis pluribus probatissimorum virorum au-
ctoritatibus esse fusulta, quos ad plenum con-
gerunt Roland.à Valle consilio fin.num. 18.
volumine secundo,& Petrus Duenas in suis re
gulis. regula 350. numero 8. quibus adden-
dus est Salyc.in l.si totas. C. de inoffic.donat.
Boer.decis.159.nu.5.post Bal.consi.328. pun-
ctus.vol.2.in antiquis.Butri. in d. c. innotuit.
& D.meus Riminal.cons. 8.num.13 qui dicit
habere consilium Alexandri penes se,tenen-
tis hanc opi.Et Petrus Duenas allegat aliquos
qui testantur hanc esse communem, meritò se-
quitur ex prædictis, quòd periculosa reddi ui-
deatur intentio Do.Iacobi agentis ex fideicõ
missis memoratis aduersus dictos filios D.Pau
24 li † Nec uidetur eis quicquam repugnare, q
D.Paulus eorum pater esset clericus in mino-
ribus constitutus, nam nihilominus bene po-
tuit per subsequens matrimonium filios suos
legitimare, prout tenet Ioann. Andr. in d.
Reg.sine culpa,quem sequitur Bald.& Ang.in
l.Paulus.ff.de sta.ho.Bal.in d.§. naturales, col.
2.versi.quęro an natus.num.9.& ibidem Affli.
not.5.num. 38.loquens etiam de beneficiato.
Dec.consil.155.colum. 1.Butri.in d.c. tanta. &
post eum Pręposi num.12. per tres col. Didac.
in 4.decretal.2.parte col.8.§.2. nu.5. loquens
de beneficiato.Meritò dicti filii uidentur om-
nino capaces bonorum,de quibus agitur,& ad
mittendi remoto D.Iacobo substituto.

25 † Istis tamen minimè refragantibus in fauo
rem D.Iacobi libentius & pro ueritate descẽ
do,pro quo respondit in terminis Cephal.con
ciuis meus in consil. 276. ut per eum, de quo
prout opus erit inferius mentionem faciemus
& ut nihil omittatur eorum,quæ sępius scribẽs
in

in hac causa deduxi. Dubia redditur in primis intentio dictorum filiorum super allegato matrimonio. Nam ad illud iustificandum nō nullos testes induxerunt isti filii, sed tamen illud (mea sententia) nō probarūt, primus enim, secundus & decimus deponūt de auditu tantū dicti matrimonii cōtracti inter D. Paulū & D. Laurā, vnde succedit notabile dictum Ful. cōs. 77. col. 2. vers. ad quartum. quē refert Cur. Iun. consi. 17. in princ. quòd ex quo testimoniū de auditu fundatur in priuilegio siue iure speciaciali, facilius prosternitur, si in aliquo deficiat, iux. tex. in l. eius militis. §. militia missus. ff. de
26 test. mil. † vnde Cur. Iun. infert se putare, ꝙ in casibus, in quibus admittuntur testes de auditu, necesse est, quòd saltem nominent duos à quibus dici audiuerunt, vt videatur, an dictum suū habeat authores fide dignos nec ne. c. licet ex quadam. & ibi not. Abb. & Mode. de testi. sequitur Natta consil. 170. num. 5. meritò subdit Cur. Iun. quòd cum testes in casu suo non nisi vnum nominarent à quo dici audiuissent, non probare intentionem producentis, atque idem Cur. Iun. consi. 52. col. 3. simpliciter dicit, matrimonium non esse concludenter probatum: quia multi testes deponunt de auditu, at hic primus & decimus nullos nominat, se-
27 cundus unū tantùm † quod non sufficit, cum saltem duo requiruntur à quibus audiuerit aliàs non probat, vt & ante Cur. Iun. uoluit Innoc. in c. ueniens. & in c. quid per nouale. de ver. si. Aret. in c. tam literis. co. ti. de test. Soc. in l. Gallus. §. ille casus, ad fi. ff. de lib. & post. Aret. in d. c. licet ex quadam. col. 1. Corn. consi. 78. col. 3. consi. 146. col. 2. vol. 3. Ripa. in l. 1. n. 88. ff. si cer. pe. post Fel. in c. cum causam, col. 2. de
28 prob. Ceph. consi. 250. nu. 22. † qui plus subiūgit, nec sufficere, si testis dixerit, audiuisse ab vno, quem nominet, & subiungat, & ab aliis pluribus, quos tamen nōn nominet, ut per Corn. in dicto cons. 78. nu. 7. & hoc etiam si non fuerit interogatus à quibus audiuerit, nam ipse debet id exprimere. Natta consil. 170. num. 5.
29 † Rursus oportet, quòd testes de auditu nominent non tantùm plures personas, sed easdem à quibus audiuerint non autem diuersas, alioquin dicerentur singulares & nihil probarent, ut declarat Cor. in allegato consil. 78. num. 7. post Bald. in l. fi. 15. oppo. C. de edic. diui Adr. Alex. consil. 82. colum. 2. ver. & per hoc infertur vol. 1. Dec. consi. 321. num. 2. ver. præterea.
30 Cra. in tract. de anti. temp. 1. par. nu. 310. † Demum uerò testes de auditu debent esse graues, & bonę famę d. c. licet ex quadam. Cor. d. cons. 78. col. 4. Soc. cons. 47. col. 2. uol. 4. Dec. consil. 321. sub. nu. 11. ubi dicit, sic esse articulandum & probandum. Quod confirmat Cephal. in d.
31 consi. 250. nu. 27. † Nam in probatione extraordinaria, prout est ista, testes esse debent omni exceptione maiores, ut tenet Dec. consil. 105. nu. 4. ver. tertiò respondetur, & plenius in c. 1. num. 14. de app. vnde cum non concurrant hęc in testibus prædictis, non probant intentionē reorū. Sed nec vndecimus & duodecimus probant allegatum matrimonium, licet dicat vnus quisquis eorum, quòd scit, uidit, cognouit, audiuit, & intellexit, inter Do. Paulum. & Do.
32 Lauram contractum fuisse matrimoniū. † Nā interrogati de causa scientiæ eam non red dūt, sed dicunt, se non recordari, meritò non probant. Glo. Et Doct. in l. solam. C. de testi. Bald. consi. 219. testes. vol. 3. consil. 385. ex quadam scriptura, vol. 5. Abb. consi. 105. col. 2. vol. 1. Ias.
33 in l. fin. col. 1. ff. de offi. proc. Cæs. † Immo tales testes non assignantes causam scientiæ dictorum suorum dicuntur deponere ut pecora non vt homines, Bal. in l. edita col. 32. C. de eden. quem refert Alex. cons. 150. col. fin. vol. 6.
34 † Secundò, posito ꝙ dictum matrimonium probaretur, tamen ex eo dicti filii dici non possent legitimati: quoniam proponitur eorum matrem fuisse uilis conditionis, nec talem, cū qua D. Paulus nobilis & diues de honestate & secundùm bonos mores ciuitatis potuerit matrimonium contrahere, quo stante non sequitur legitimatio filiorum quò ad successionis effectum, nedum enim requiritur, ꝙ matrimonium de iure contrahi potuerit, verùm etiam de honestate, ita tradit Ang. in §. sed & aliud. in auth. qui b. mod. nat. effi. leg. dicens ꝙ ita ui-
35 dit de facto seruari † instituitq; aduocatum cōtra filios naturales, qui dicunt se legitimatos per sequens matrimonium, & subinde prætendunt se succedere debere, ut inspiciat, an mater eorum fuerit matrimonio digna, habito respectu ad conditionem suæ personæ & ad conditionem sui amasii. Idemque tradit Bald. in auct. Item si quis, secunda C. de nat. lib. ponderando verba (poterat esse vxor) intelligendo de iure & de facto secundùm naturam, & secundùm bonos mores, aliàs non fieret legitimatio, ut ille concludit. Et idem uoluit Gl. in authen. quib. mod. nat. effic. leg. §. fit igitur. in ver. permittimus. & post eam Bal. in c. Illud. de præsum. dicens ꝙ si talis sit mulier, quam possit quis commodè in uxorem habere, per matrimonium tantùm filios legitimari: sic enim vult à contrario sensu, ꝙ si talis sit mulier, quæ commodè in vxorem haberi non possit, filii ꝑ tale matrimonium sequens non legitimentur, vt eam deducit Cur. Iun. consi. 136. nu. 10. & Veronens. cautela. 250. debes scire, in fin. & cum prædictis tenet etiam Bald. in l. 2. 9. oppo. C. quib. res iud. no. Card. Alexand in d. c. tanta. quęst. 16. ver. aduerte ad hoc. & Præpos. col. penul. Picus in l. Titia cum testamento. §. Titia cum nuberet, num. 52. ff. de leg. 2. Cagnol.
36 in l. si qua Illustris. num. 5. C. ad orfi. † Marti. Lauden. in sua disputa. inci Augerius. col. 23. dicens hanc esse magnam limitationem & singularem ad c. tanta. qui fil. sint leg. Ioan. Lup. in c. per uestras. de don. inter uir. in notab. §. 7. col.

col.2.qui concludit, dictum Angeli esse satis
singulare, & mirabiliter limitare textum in d.
37 cap.tanta.† Ruin.cons.211.num.10.volum.1.
consil.92.num.16.ad fi.uol.3.consil.51.num.
8.vol.5.dicēs Angeli dictum à nemine impro
batum reperiri, sicut & Mantua consi.38.num.
11.vol.2.Aldroband.in §.fi.insti. de nup. sub
nu.11.Soc.Iun.consi.52.nu.2. vol. primo, qui
testatur hanc esse communem, meritò nefas es
se ab ea in iudicando recedere, demumque Ce
phal.cons.186.nu. 26. & in hac causa. consilio
38 2.6.nu.19.† & horum patrum sententia cō-
firmatur præter eos ex his, quæ scribit Bar.cōs.
120. Verucius Corraducii.& in q. 1.habeo fi-
lium naturalem. col.pen. vbi circa dispositio-
nem auth.Item si quis, secūda.C.de natur.lib.
quę uult, quòd quando pater habet filium na-
turalem, quem filium suum in testamento suo
nominat, resultat legalis legitimatio dicti filii,
requirit Bar.quòd debeat esse talis concubina
mulier illa, cum qua secundùm bonos mores ci
uitatis honestè potuisset contrahi matrimoniū
secus autem si uilis esset conditionis, nec po-
39 terat esse uxor secundùm bonos mores † non
enim possumus, quod honestè non possumus.l.
filius.ff.de cōd.inst.l.nepos Proculo.ff.de ver.
sig.& ut ibi latius per eum.quem sequitur Bal.
in d.c.innotuit.col.pen.dicens q non somnia
uit.Omne enim, quod non potest fieri sine bla
smo bonorum virorum, dicitur esse taliter qua
liter pręter bonos mores, at bonum nomē por
tare & famę studere congruit bono uiro.l.facta
§ in danda, cum sequen.ff.ad Treb.quia dulcis
& suauis est sonus bonæ famę, ita Bal.eleganter
ibi.& hāc opi.tenet insuper Oldra.consi.196.&
Ang.in §.ad hęc, in authe.ut lic.ma.& auiæ, di
cens, quòd ita consuluit Bar. ( prout patet in
d.consilio 120.) Et Franci. de Pisis Do.Ang.
de Aurelianis. & D. Hugolinus.sicut & Curt.
Iun.in d.consil.136.num.11.vnde sic & in legi
timatione per sequens matrimonium seruan
dum est: quia ita est legitimatio legalis indu-
cta facto patris uno casu sicut in alio. vnde idē
ius esse debet in utroque casu l.illud.ff. ad leg.
aquil.l.à Titio.ff.de uerbo.oblig.cum vulgari-
40 bus.† Non omitto tamen, q aliqui conantur
prędictam cōclusionem mirum in modum ani
hilare. & Angelum eam tenentem impugna-
re.Nicolaus enim de Vbaldis in tract.de succ.
ab intes.co.mihi.18.num.62.dicit, satis sibi vi
deri durum, quod inquit Ang. videlicet quòd
matrimonium cum muliere meretrice, vel vi-
lissimæ cōditionis non legitimet sobolē prius
conceptam; aut enim præsuponit Ang. matri-
monium tenere cum tali muliere, & tunc per
tationem.c.tanta.qui fil.sint.leg.quod conside
rauit, an tempore coitus potuerit esse matrimo
nium, & nihil aliud; dicendum est filios legiti-
41 mari.† Aut uerò supponit Ang.matrimonium
non valere cum tali muliere, & tunc licet iure
ciuili id uerum sit: quia prohibitum est inter ta
les.l.humilem.C.de inces.nup.tamen de iure
Canonico, quod sequendum est c. pen. & fin.
de secun.nup.tenet; quia & cum serua scienter
contractum tenet.c.propoluit, & c.fi.de coniu.
seruo & cum meretrice.c.inter opera.de spon.
c.integritas.§.fin.32.q.1.Immo uero merito-
rium est, ut ibi dicitur. meritò proles suscepta
42 debet legitimari. † Quinimò subdit Idē Ni-
col.de Vbald.q Ang.met.in §.quia uerò, in au
then.ut lic.mat.& auię sentit, hanc opi. dum di
cit, & inter alios casus nota de eo qui vult per
matrimonium legitimare filios ex eo natos &
muliere uili uel meretrice, quia non potest, nisi
instrumenta dotalia sequantur, sentit ergo à
contrario sensu, q illis interuenientibus legiti
matio filiorum per illud sequatur non obstan-
te vilitate, vel inæqualitate mulieris.
43 † Accedit & huic sententię Bal.in l.eam quā
col.6.vers.deinde quæro putans.C.de fideicō.
dicens q per matrimonium sequens possunt
omnes legitimari pręter uulgò conceptos; eo
quia pater est incertus, sed si esset certus per
confessionem patris & matris, tunc bene pos-
set legitimari, ut in meretrice, quæ concepit
ex Scolari, quam postea duxit in vxorem, & sic
clarè tenet ibi Bald. per matrimonium con-
tractum etiam cum meretrice filios antea na-
44 tos legitimari data corū certitudine † & cū
prædictis sigillatim relatis residet insuper Ias.
consilio 234. volumine secundo, plus addens,
hoc esse uerum nedum attento iure Canonico
sed etiam ciuili: eo quia etiam de iure ciuili si
quis contrahat matrimonium cum ancilla vel
liberta retenta in cōcubinatu, certè filii prius
nati legitimantur, etiam quò ad succeden-
dum patri. prout est tex.in §.fin. in authen. de
tri.& sem.& in §.secundo, in authen. ut liber.
decęte. & tamen ancillæ & libertæ sunt humi-
les, & abiectæ personæ d.l.humilem, ergo per
illa iura de directo confunditur opini. Ang.
contraria.

Idq; postremò confirmat Ias.quia filii Iacob
ex ancilla nati possederunt regnum & terram
promissionis, ut inquit tex.in c.recurrat.32. q.
4.eo quia Iacob postea contraxit matrimoniū
cum tali ancilla, & ita legitimauit filios prius
editos, ut declarat Glos.not. in c.non omnis.
in ver.constituente 32.q.2.
45 † Sed & ultra Iasonem non omitto Castren
sem consilio 85. præsuposito quòd iste pater.
in anti.colum.2.qui loquens in terminis Bar-
toli in legato consil. 120.& quæstionis. 112.
de nominante filium suum quempiam in te-
stamento, quem prius habuerat ex concubi-
na, qui ex hoc dicitur eum legitimare, authen.
Item si quis.2.C.de nat.lib.inquit q quamuis
de iure ciuili demum hoc procedat, quādo mu
lier erat matrimonio digna, secundùm Barto-
lum. Attamē de iure canonico secus est: quia
contrahere cum tali non reputatur indignum,
Immo uerò inter opera charitatis connumera
tur

tur, capere in vxorem mulierem indigniorem d.c.inter opera.de spons.& cum prædictis etiā cōcordat Didac.in 4.decretal.cap.8.§.2.nu.9. qui citat insuper Ioannem Lupum in c.per uestras.notab.3.§.21.de don.inter uir.vbi tamen de hoc non agit, sed contrarium tenet loco superius à me citato.

46 † Sed & postremò Siluanus consi. 3. nu. 41. tuetur ac tenet hanc partem, motus ex eo quòd apud Deum nulla habetur ratio qualitatis personarum c.nouit.de iudi.nec propter imparitatem earum matrimonium reprobatur c. super eo, secundo, de testi. & cum illud contrahi possit etiam cum meretrice & persona ignominiosa l.3.§.si emācipatus. ff.de contra tab. l. cum ita, ubi Bar.ff.de cond. & demon.videtur omnino dicendum, quòd per illud filii prius nati legitimentur per d.cap.tanta.passim loquēs. nec reperitur tex.qui contrarium probet, ergo standum est regulæ. l.pręcipimus.C.de appel.

47 † Nobilisque mulier satis dicitur honestate morum prædita, ut per Bar.in l.fin.C.de condi.in publi.hor.lib.10. Fely. in d. c. super eo. Bald.& Salyc.in l.humilem C. de inc. nu. & cū postremò uideamus in dies contrahi matrimonia inter nobiles & viles personas, & tamen legitimari sobolem prius natā, minimè sunt mutanda quę longam consuetudinem habuerunt

48 l.minimè ff.de leg. † Et ad tex.in §.sed & aliud. in authen.quib.mod. nat. effic. legi. quo moti sunt Ang & sequaces in oppositum, respondēt Veronens. in cautela 250. Iason in dicto consilio 234. Didacusque loco citato, quòd loquitur in meretrice concubina ibi (Quæ etiā se met ipsam iniuriauit) & rursus ibi [per id quod peccauit) & sic dum fuit in concubinatu meretricata fuit, quo casu non est certum ex quo uiro proles sit suscepta, secus autem quando solùm adesset uilitas personæ, puta; quia rustica, ancilla & id genus. Quin fortius & secundò respondet Siluan.numero 44.quòd ille tex.potius probat contrarium, non negās matrimonium contrahi posse cum ea quæ inhonestè uixit, sed permittens & subinde filios legitimari, & electionem dat uiro, ut si id nolit facere eo modo, possit per rescriptum dictos filios legitimare, sicut & matre mortua vel occultata. & cum prædictis latè tenet decis. Senatus Pedemontani. 154. saltem de iure canonico, cui in materia matrimonii standum est, per allegatos ibi per eam, alioquin si secus diceremus (subdit) quòd nulli uel pauci per subsequens matrimonium filios legitimarent: quoniam mulier ubi præter figuram matrimonii cum uiro rem habet, inhonestè uiuere dicitur, & ob id uilis in iure reputatur. l. si vxor. ff.de adult. Mates.notab.100.nota ꝙ concubina. Ang.in §.consideremus, col.3.in fin. in aut. de tri.& se.sicque superflua redderetur disputatio, nunquid honestè potuerit contrahi uel nō matrimonium cum concubina, nam nunquam posset honestè, demunque cum Siluano testatur vt plurimum consuetudine receptum esse, quòd etiam nobiles contrahentes matrimonium cum propriis concubinis, filios antea natos legitimos efficiant.

49 † Sed hęc à communi sententia me nullatenus retrahere possunt, aut deuiare, licet enim concedam matrimonium cum serua uel etiam cum meretrice contractum valere per iura citata per Nicolaum de Vbald.& insuper etiam de iure ciuili filios natos ex ancilla vel liberta legitimari per sequens matrimonium, etiam quò ad successionem, ut Iason dixit in dicto consilio 234.nec propter imparitatem personarum matrimonium improbetur, ut inquit Siluanus. Attamen tantùm abest, ut concedā dictos filios legitimari per sequens matrimonium contractum cum muliere uili vel indigna viro ad succedendum in bonis fideicommissi dispositi per alium quàm eorum patrem, sed tantùm quò ad succedendum in bonis suis propriis, & ita propriè loquuntur iura citata per Ias. videlicet.§.fin. in auth. de tri. femi. ibi (& ab intestato hæredes genitori) & in §.2.in auth.vt liber.decætero. ibi.(& sui & patris suc-

50 cessores) † Quod etiam confirmatur exemplo legitimationis per rescriptum, quæ licet fieri possit uiuente patre agnatis non citatis quantùm ad bona ipsius, de quibus pro libito poterat disponere, ut declarat Bar.in l. Gallus. §. & quid si tantùm.col.pen.ff.de lib.& post.quē cæteri sequuntur ibi.tamen secus est quò ad bona subiecta fideicōmisso, & in quibus pater grauatus est: non enim valet talis legitimatio in prę iudicium substituti non citati, cui ius in spe ꝓbabili quæsitum fuit illo grauato decedente, stante morte testatoris sic eum grauantis: non potest enim grauatus ius fideicommissi subuertere per talem legitimitionem: esset enim ista quædam species alienationis rerum fideicommisso subiectarum, cum per ipsam legitimationem in alium deuoluerentur, quàm testator disposuerit, contra aut. res quę.C.com.de leg.ita Petr.de Anch.cōs.427.circa primū quæsitum. in 2.dubio, quē sequitur Alex.cōs.68.cōsideratis, in secundo dubio, & cōs. 94.cōsideratis his vol.1. Dec.cōs.55.col. 1.& 2.& latius cons.425. columna 3.latè Paris.consilio 9. numero 29.& 30.uolumine secundo, Rūin.consilio 3. columna 3.volumine primo, repetentes in dicto §.& quid si tantùm.potissimè verò Soc.colum. pe.

51 in fi.vers.quartum corollarium, † vbi dicit, ꝙ illa cōmunis conclusio, quæ tenet, legitimatū excludere substitutum, declaranda est & intelligenda procedere, si citatus fuerit substitutus aliàs secus, & subdit quòd ita tenuit in indiuiduo Franc.de Rampo. & alii quos ibi citat. Se

52 quitur Gallia. numero 82. & sequenti. † Sed & alio exēplo persuaderi potest declaratio mea de qua supra, quod ponunt Gemini.& Imol.in c.grandi, de suplen.negli.prælа.in sexto, & ad

rem nostram deducit Dec. in allegato consilio 55. columna secunda, vbi dicunt, quòd primogenitus naturalis non potest ad instantiam patris legitimari ad hoc, vt secundogenitus legitimus excludatur, nisi fuerit requisitus secundogenitus stante consuetudine, quòd non extantibus legitimis & naturalibus deferatur regimen proximioribus; quia non erat in potestate patris legitimis auferre ius succedendi, qualis erat secundogenitus vigore dictæ consuetudinis remoto primogenito non legitimo, & illam decisionem refert & sequitur Alex. in dicto §. & quid & si tantùm, colum. pen. parique modo Ias. in prima lectura colum. 18. versic. primò limita, & in secunda lectura colum. 14. versi. limita istam conclusionem, Ruin. colum. penul. Alexand. consilio 75. colum. 3. versic. ad prædictorum confirmationem, consilio 68. colum. 4. versic. iuuatur ista conclusio, & consi. 94. col. penul. versi. 7. confirmo. volum. 1. quibus in locis istud singulare reputat & notabile, & idē Dec. consi. 85. colum. pen. postremoque Tiraquel. in tracta. de iure primige. q. 34. num. 48. & per me superius in consi. 46. nume. 65. vnde sic & in legitimatione per subsequens matrimonium facta per grauatum fideicommisso mortuo iā testatore, dicendum est, quòd nō præiudicet substituto, cum non debeat esse in potestate grauati per talem legitimationem ius fideicommissi

53 subuertere † & secūdùm hanc interpretationem planè iuridicam potest declarari textus in d. c. tanta. cum ibi & alibi notatis, quòd tanta uis est matrimonii, vt antea geniti, post illud cō tractum legitimi habeantur etiam quātùm ad successionem, videlicet in bonis paternis, secus in fideicommisso subiectis, in quibus ab alio grauatus est eorum pater: nec enim inconueniens est, quòd ius canonicum quamuis generaliter loquens limitetur & distinguatur

54 per ius ciuile † quia canones non dedignantur sacras leges imitari. cap. 1. de no. oper. nunciа. & iura canonica debent cum iuribus ciuilibus concordare. c. cum expediat. de electio. & ita ad aliud propositum Iason arguit circa d. c. tanta, in d. consi. 234. colum. 1. uolu. 2. hincque tollitur, quod dicebat Siluan. in dicto consilio tertio, quòd ille tex. indistinctè loquitur: quia sic distingui debet. Eodem planè modo potest intelligi decisio Angeli in §. quia verò. in auth. ut lic. matr. & aui. & Baldi in l. eam quā.

54 C. de fideicom. † & Castr. in d. consi. 85. qui concedunt, legitimationem filiorum fieri per matrimonium postea contractum cum muliere uili uel meretrice, videlicet quò ad succedendum in propriis bonis patris sui, secus in alienis, quibus grauatus iam diu reperitur legitimans ab alio testatore per fideicommissum: hoc enim operatur præiudicium substituti, quod aliàs sibi ingereretur, nam in dubio legitimatio sic est interpretanda, ut minus lædat tertium, l. 2. §. meritò. & §. si quis à principe ff. ne quid in loco pub. Ruin. consi. 80. num. 6. volum. 3. Brun. consil. 15. nume. 12. Soc. iun. consilio 63. numero 16. & consilio 110. nume. 26. volum. 3. Cephal. consil. 285. nume. 48. Nec huic conclusioni repugnat decis. Senatus Pedemontani 154. in principio & fine, volens, tales comprehendi in fideicommisso petito ab ab auo relicto & eius esse capaces, nam loquitur quò ad faciendum cessare causam intestati, & sic quò ad exclusionem eorum qui venirent ab intestato, at secus in casu nostro quò ad exclusionem substituti, & qui uenit ex expressa uoluntate testatoris, siquidem magis expressa nocent quàm non expressa. l. expressa ff. de regulis iuris.

56 † Quo uerò ad capitulū recurrat. 32. quæstione quarta, de filiis Iacob ex ancilla natis, qui simul cum fratribus natis ex libera regnū & terrā promissionis possederunt, nō illa fuit ratio, quam Ias. sibi confinxit in dicto consilio 234. post glo. in c. non omnis, 32. quæstione 2. quia per sequens matrimonium fuerint legitimati: sed quia ex semine nerbi Dei nati sunt, quod figuratur in Iacob. ut in specie dicit tex. in d. c. recurrat, & sic casus ille specialis nō est ad consequentias trahendus l. quod uero. ff. de legib. nam de cæteris filiis ancillarum secus dicebatur, ut refert ille textus ibi. (Eice ancillam

57 & filium eius) † Et ad cap. nouit. de iudic. quòd apud Deum non habetur ratio personarum, vt dicebat Siluan. in dicto cons. tertio, respondetur. ut per Abba. quod procedit quò ad correctionem peccati, vel ut Ancharan. & Imola tradunt, quò ad iustitiam ministrandam, sed non inde sequitur, ut omnes passim legitimentur per sequens matrimonium in succedendo in bonis fideicommisso subiectis per superius dicta.

58 † Ad ultimum uerò dictum Siluani de usu quotidiano, cui pariter adhæret decisio Senatus Pedemonta. præallegata. contrarium testatur Angel. in dicto §. sed & aliud. in authen. quibus mod. nat. effi. leg. cui magis quàm Siluano credendum est, uel in illud saltem incidimus, ꝙ si uario modo obseruatum fuerit, consuetudo adduci non potest, & à iure scripto non debet recedi, ut not. Bar. in l. 2. in prin. ff. sol. mat. Dec. cons. 8. nu. 4. cons. 129. col. 2. Craue. cons. 96. col. 2. aut si soboles legitimatur & succedit id contingit: quia non patitur controuersiā legitimorum, uel non extantium, uel id tolerantium, quibus dissimilis intēdit esse D. Iacobus & quod inquit illa decisio Sena. Pede. de disputatione vana & superflua, non est verum: quia doctores cōsiderārunt utilitatē mulieris respectu familiæ suæ inæqualis & abiectæ quò ad familiam uiri longè digniorem, non autem respectu uitæ concubinalis & inhonestæ, ut ex eorū dictis patet. quo casu quæstio non est superflua quia bene dari possunt concubinæ pares familia uiro, seu parū distantes, ut experiētia docet

Postre-

Postremò, posito quòd Doctores plerique concedant legitimationem induci de iure canonico in quocunque matrimonio licet illicito propter imparitatem, quos enumerat Gabriel. Roman. in suis conclusionibus in tit. de legitima. lib. 6. conclu. 1. num. 50. tamen, vt ille subdit, in materia successionum, in qua attenditur ius ciuile. illa opi. non seruaretur, vt per Cy. in l. & si contra, in fine. C. de nup. vnde quia sumus in hoc casu, viget adhuc cõclusio Angeli & sequa
59 cium, de qua supra. † Postremò verò, posito quòd intellectus datus per Veronens. & sequaces ad d. §. sed & aliud. procederet de concubina meretrice, & in alia licet vili & abiecta muliere postea in vxorem ducta legitimatio filiorũ procederet, aut alius nouus, quem confutatis aliis ponit Emanuel Costa in l. Gallus. §. & quid si tantùm, secunda par. num. 105. ff. de lib. & posthu. tamen hoc intelligi debet quò ad succedendum in bonis patris, non autem fideicommisso subiectis, per tex. in d. §. fina. in auth. de tri. & sem. & in §. 2. in auth. vt lib. de cætere. quos superius induxi, qui illum. §. sed & aliud. & si qui sunt alii, glossare debent. Et ita tandem remanet secundum fundamentum pro substituto factum superius, optimè defensatum, sicut & est passim receptum.

60 † Tertiò in hanc partem me trahit mens testatorum, quæ totum facit, l. in conditionib. ff. de condi. & demonst. cum enim D. Iacobum D. Paulo substituerint, si decesserit sine filiis masculis legitimis & naturalibus ex legitimo matrimonio, vtique illa qualitas ex legitimo matrimonio, apposita in conditione, dicitur apposita, ne nati ex legitimo matrimonio (qualis est D. Iacobus) à fideicommisso excluderetur per filios legitimatos, & sic videtur intentio testatorum fuisse velle natos ex legitimo matrimonio præferendos esse filiis legitimatis. ita formaliter argumentatur Soc. consil. 63. col. 12. ver. postremò ad minus. volum. 3. prout & in alio casu simili Goz. consi. 29. num. 28. dicens ꝙ si testator substituisset casu quo quis decesserit sine filiis legitimè natis, substitutus admitteretur ex expressa voluntate, non autem legitimatus, & hoc idem pulcrè considerat Soc. iun. consil. 39. nu. 42. uolumi. 3. dicens quòd si testator restrinxit successionem ad natos de legitimo matrimonio, uoluit excludere natos ex illicita coniunctione, etiam quòd postea legitimentur ad reprimendas fornicarias coniunctiones & prauos & illicitos coitus suorum descendentiũ vt sic ipsi matrimonia contraherent cum nobilibus fœminis, & inde postea digna proles, & honorabilis proueniat, ad quam & modum nascendi naturaliter & legitimè testator habuit respectum.

61 † Quartò mens quoque testatorum magis augetur, nam non fuerunt contenti dicere, si decesserint sine filiis legitimis & naturalibus, sed addiderũt ex verbis ita geminatis, ex legitimo mr̃imonio, quibus clara uolũtas elicitur, legitimatos per sequens mr̃imonium excludendi, ut in terminis tradit Rui. consi. 92. nu. 14. volu. 3. Dec. consi. 155. in finalibus verbis. Afflict. in c. 1. §. naturales. notab. 5. num. 19. si de feud. fuer. contro. Grat. respon. 65. nume. 48. volum. 1. Cephal. consi. 111. nu. 14. & in præsenti causa consi. 276. nume. 29. Bucri. ante prædictos in c. per uenerabilem. colum. 15. vers. Quid si dixit sine filiis. qui fil. sint leg. Soc. iun. in consi. 12. col. fi. vol. 4. Rol. à Valle consi. fi. nu. 16. uolum. 2. & Bero. consi. 167. colum. 1. & secunda, uol. 2. qui passim considerant prædictam geminationem uerborum, dicuntque in hoc casu neminem discrepare sed communiter conuenire tanquam claro & aperto. Nec istud fundamentum bene diuellit Angussolius in allegato consilio 74. si dicta sua cum dictis Ruini diligenter conferantur.

62 † Quintò prædictis accedit, quòd eadem uerba testatores replicarunt in aliis sequentibus substitutionibus, vnde deprehenditur magis enixa uoluntas sua, substitutos admittendi exclusis legitimatis quibuscunque, prout formaliter arguit Paris. consilio nono, nume. 42. consilio duodecimo, numero 145. uolumine secundo. Mantua consilio 38. numero duodecimo, & 13. volum. secundo.

63 † Sextò corroboratur hæc conclusio, nam procedunt à pari, quem dici legitimè natum, uel ex legitimo matrimonio: sic enim simul exemplificat Cur. consilio 35. numero 21. Durantes de arte testandi titulo quinto, cautela 15. columna secunda, & clarius Cur. iun. consilio 64. numero 12. & Soc. iun. consilio 39. numero 39. uolum. 3. dicunt enim, quòd in effectu ista æquipollent, quòd fideicommissum fuerit factum per illa uerba, si decesserit sine filiis legitimè natis, uel sine filiis legitimis & naturalibus & ex legitimo matrimonio descendentibus, idque probant duo textus simul iuncti c. innotuit. & in c. cum in cunctis. de elec. nã textus in c. innotuit. referendo, c. cum in cunctis, vtitur uerbo legitimè natis, textus uerò in cap. cum in cunctis. vtitur illis verbis ex legitimo
64 matrimonio natis. † At quando testator alicui fideicommissum iniunxit, si decesserit sine filiis legitimè natis, legitimatus non excludit substitutum. ita Baldus in l. Gallus. §. si eius. ad finem. ff. de liberis & posthumis. Angelus in disputatione sua Nobilis quidam genere, columna tertia, cum similibus, de quibus per Alexandrum in l. generaliter §. cum autem. C. de institutio. & substitutio. Dec. consilio 425. Curtius iunior in dicto consilio 64. numero duodecimo. Parisius consilio nono, numero quadragesimosexto, uolumine secundo, Durantes de arte testandi, titulo quinto, cautela decimaquinta, columna penultima, Socinus iunior consilio trigesimonono, numero quadragesimotertio, cons. sexagesimotertio

nũmero 34.volumine tertio. Cephal. consilio 117.numero 21.Natta consilio 368. colum. 2. & communem testatur Alexander consil. 172. volumine septimo, dicens ab ea non esse in iudicando recedendum, meritò nec legitimatus excludere debet substitutum, si decesserit sine filiis legitimis & naturalibus ex legitimo
65 matrimonio natis. † Et licet pleriq; doctorum loqui videantur de legitimato per rescriptum, & ideo Dec.in dicto consilio 155.in finalibus uerbis, & in dicto capit. cum in cunctis, numero uudecimo,dixit, secus esse in legitimato per sequens matrimonium,citans Butrium in dicto capitulo innotuit, columna secunda, & Castrensem in l.finali.C. de his qui ven.æta.impe.Andræam de Isernia,& Affli. in dicto §.naturales,notabili quinto; numero 19. vbi hanc partem tuetur. Attamen si attendatur ratio motiua doctorum post Bal.in d.§.si eius. Quia testator habuit respectum ad modũ nascendi naturaliter; & quia testator se retulisse videtur ad legitimitatem secundùm tempus natiuitatis, & quòd verba referuntur ad natiuitatem veram, non ad fictam, vt tradit Butri.in dicto capitulo per venerabilem. nu-
66 mero 17.ad finem, † vtique tales rationes manifestè denotant idem seruandum in legitimato per sequens matrimonium, quod in legitimato per rescriptum, igitur idem ius esse debet. Vt formaliter concludit Natta consilio 624.numero 19.Et hoc efficaciter ipse confirmat numero 23.& 26.sicut & in consilio 602.
67 † nam qualitas adiecta uerbo intelligitur secundùm tempus uerbi l.in delictis. §. si extraneus; ff. de noxalibus.Sed legitimatus per sequens matrimonium non potest dici natus ex legitimo matrimonio,nam ordo est præpostérus. Quia matrimonium, quod est causa legitimitatis,debebat præcedere, & tamen subsequitur,& sic effectus præcedit suam causam, vt bene perpendit Bald.in dicto capitulo innotuit. vnde hoc non potest fieri per naturam,& licet fiat per fictionem legis, in qua inductum est,quòd subsequens matrimonium efficiat filios ante natos legitimos, perinde ac si nati fuissent ex præambulo matrimonio; quod est de natura cuiuslibet legitimationis, vt fingat retro l.finali,ff.de natal.resti. tamen vt hanc fictionem testator excluderet, addidit illa ver-
68 ba,ex legitimo matrimonio procreatis. † Et vltra Nattam non omitto,quod inquit Bal. in capitulo primo, columna 9.de constitutio. legitimationem esse Alchimiæ similem : quia facit apparere illud quod non est : licet enim legitimatus gerat figuram legitimi, tamen non habet eius naturam, & ideo dicit Butri.in dicto capitulo per uenerabilem, quòd legitimatio est quid arduum & monstruosum,vt non legitimus efficiatur legitimus, sequitur Portius Imolensis consilio 106.numero 97.decisiones igitur Doctorum, de quibus supra post Baldum in dicto §.si eius. deseruiunt etiam legitimato per subsequens matrimonium stantibus eorum rationibus, sicque de illo loquitur etiam Baldus in dicto capitulo innotuit.dicto capitulo per uenerabilem. Baldus in dicto §. naturales.& post eum Aluaro. Gozadinus consilio 25.numero secundo. Hostien. in capitulo primo, qui fil. sint legitimi,Lucas de Penna in l.eos.C.de his qui spon.mun.libro vndecimo; dicens quòd istam partem putat ueriorem Imola in l.ex facto.§.si quis rogatus, ff.ad Trebellia.Andræ.Sicul.in l.cum acutissimi. C. de fideicommiss.quos omnes citat Afflictus in dicto §.naturales, notab.quinto,columna secunda. Ruinus in dicto consilio 92. numero 13. post Alexand. consilio quinto, uolumine septimo, & Cur.iunior consilio 64.columna septima, vnde longè plures Doctores aduersantur legitimato per subsequens matrimonium, quando substitutio loquitur de filiis legitimè natis,vel (vt in casu nostro) ex legitimo matrimonio natis, quàm quòd ei famulentur.
69 † Et ultra prædictos illam rationem Nattæ, quòd qualitas adiecta uerbo regulatur secundùm tempus uerbi, meritò dicto de filiis legitimè natis uel ex legitimo matrimonio, non uerificatur illa qualitas legitimitatis tempore quo nascuntur, cum tunc adsit coitus illegitimus inter patrem & concubinam,non autẽ matrimonium, præsensit Bald.consilio 206.uidemus,uolum.2.in nouis,cons.17.super legitimatione,uolumine quarto,& consilio 367. uol.5. Alex.in d.consi.5.uolum.7. Durantes in dicta cautela 15.ad fi.Alcia.responso 201.nume. 51. & responso 666.
70 Non † omitto tamen, ut nihil intactũ remaneat, quòd idem Alcia.responso 501. dicit ad eam rationem respondere Andræam de Isernia & Martinum de Laud. in cap. unico, §.naturales,si de feu.fuer.cont.quòd usque à principio natiuitatis filiorum videtur inesse tacita conditio,ut sint legitimi,si mater desponsetur; quæ conditio retrotrahitur. l. qui balneum.in prin.ff.qui pot.in pig.& ideo facit quòd usque à principio dicantur legitimè nati,& ista retrotractio conditionis habet locum etiam in ultima voluntate d.l.qui balneum.§.sed & si hæres.
71 & l.Neratius.ff.manda. † Sed ego puto talẽ responsionem non esse bonam. Nã tametsi proditum sit, in contractibus conditionẽm casualem uel mixtam, quæ non dependet à mera uoluntate debitoris retrotrahi ad diem contractus,dicta l.qui balneum. & l. qui potior, eodem titulo.Bartolus, Alexander,Iason & alii in l.si filius, in principio, ff. de uerborum obligatio. latè Socinus, consilio 41.columna prima,uolum.4.tamen in ultimis uoluntatibus secus est constitutum,l. 1. §.serui appellatione, ff.ad Sillan.& ibi gl.Bar.Rom.& alii,Bar.in d.l. si filius.& l.si is qui pro emptore,in 5.q.prin.ff. de usuc.& latè ponit utrunq; Negus.in tractat.
de

de pignor. primo memb.5.par. num.20. & in secundo membro dictę partis ampliatione.16.
72 † vnde infero, quòd cum Andreas de Isern. in d.§.naturales. dicat, de contractu loquens, quādo concessum fuit Feudū Titio & hæredibus eius ex suo corpore legitimè descēdētibus legitimatum per sequens matrimonium ad mitti: quia illa conditio, quę inerat, filium esse legitimum, si mater desponsaretur, retro trahitur d.l. qui balneum, potest tolerari decisio sua. Sed non bene deseruit ad ultimam voluntatem, de qua loquitur Alciatus in dicto respon. 501. prout nec in casu nostro, cum in vltimis uoluntatibus conditio non retrotrahatur.
73 † Nec obstat textus in d.§.sed si hęres. quo motus fuit Alciat.sicut & Matesi. contra Bar. notab.196.& Imol.in d.l.si filius. Quoniam respondet ad illum Iason ibi columna 3. quòd ille textus non dicit, in legatis conditionem retrotrahi, sed bene decidit, quòd in pignore pręfertur legatarius: quia pro re legata pignus ei prius fuit datum, & ut per eum latius, qui clarius dicere potuisset, quòd ibi loquitur de contractu pignoris conditionali causato propter legatum conditionale, quod denotant uerba textus dicentis. [Sed si hęres ob ea legata, quæ sub conditione data erant de pignore suæ rei conuenisset] in quo contractu conditio retrotrahitur: quia non sequitur in hoc
74 naturam ultimę voluntatis. † Ad textum uerò in d.l.Neratius, dici potest, illud esse speciale fauore libertatis constitutum, iuxta.§.fi.inst. de dona.quare secus regulariter dici debet. l. quod uerò.ff.de legib.

Secundò potest etiam subuerti responsio Alciati, quòd cum testatores respexerint ad modum nascendi naturaliter ex matrimonio, & quòd originaliter ex illo in specie filii deberent nasci, loquendo de filiis legitimis & na-
75 turalibus ex legitimo matrimonio, † legitimatio per subsequens matrimonium non debet retrotrahi quantum ad interpretandum uoluntatem testatoris, per ea quæ tradunt Bald. Ang. Salic. & Roman. in l. in testamento C. de test.mil. Ang. Imola & Alexand. in l. Lucius.ff.de uul. & pup. numero 17. dicentes quòd si testator habens unum filium naturalem tantùm, & alterum legitimum & naturalem, eos inuicem substituerit, postea fecerit legitimari naturalem, quòd ex post facto non continetur pupillaris in persona naturalis legitimati: quia (ut ipsi inferunt) licet legitimatio retrotrahatur ad tempus natiuitatis, ut per Bar. & alios in d.§.& quid si tantùm, tamen nō retrotrahitur quantùm ad interpretandum uoluntatem testatoris. Quare sic & in casu nostro dicendum est, ubi constat qualis fuit uoluntas testatoris, non debet interpretari per retrotractionem subsequentis matrimonii; & cum prædictis etiam consentit Ruin. in dicto consilio 92. columna sexta in fin. sicque deficit omnino responsio Alciati supra memorata.
76 † Qui non contentus ea, velut forte sentiens eam non esse tutam, proponit secundam, dicens quòd cum lex præsumat usque à principio fuisse matrimonium, filii dicuntur legitimè nati propter præsumptionem legis, quę est ueritas.l.fin.ff.de proba.præsumptio autem legis in hoc consistit: quia lex retro præsumit affectionem maritalem & præcedentem intentionem ex sequentibus l.Iulianus. §. proinde, ff.ad Mace.meritò retro dicitur fuisse legitimè natus & procreatus secundùm Alci.qui dicit, hanc rationem deduci ex Bald.& Alber.in
77 l.cum quis C.de nat.lib.† Sed & in hac secunda responsione diligentius animaduerti debet quæ fallaciam quādam continet, nam præsumptio cadit super dubio, fictio uerò super certo, Glo.est & alii notant in l.unica in, princ.C. de rei uxor. ac. Bar.in l. siue possidetis. C. de proba.& in d.l.si is qui pro emptore. Ioan. Nicol.in addi.Alci.in tract.de præsum.in princ.
78 † Et ideo dici solet, quòd pręsumptio cessat, vbi constat de ueritate, sicque sumus in casu certo.l.fin.ff.de proba.Cephal.consilio 289.numero 23. vnde quatenus ad animū uiri, qui cōcubinam postea desponsauit, quia nescitur & est incertum qualis fuerit ante, vel affectione maritali eam tenendi, vel uti concubinam lex super eo potest præsumere secuto matrimonio
79 quod eam tenuerit affectione maritali, † sed respectu matrimonii secuti, quod certum est, quando contractum fuit, si retrotrahitur, non est, nec fit per uiam præsumptionis, sed fictionis, ueluti super certo. Nam legitimatio per sequens matrimonium dicitur fieri per fictionem translatiuam: quia matrimonium retro trahitur ad tempus primæ coniunctionis, sic ut filii dicantur per hanc uiam nati de legitimo matrimonio. ita Docto.in d.c.tanta, & Præpos.in c.lator, col.5.eod. tit. Soc. Iun. consilio 39.numero 63.volumine 3.vnde bene Bald.& Alber.in d.l. cum quis. allegati per Alci.hanc legitimationem fictonem appellant non pręsumptionem, sicut & Anto. Rosel. & Ludo. de Sard.quos refert Cephal.consi. 111.num. 10. & pulchrè Natta consil. 624.col.4.post Bal. in l. eam quam.col.11.vers.quæro utrum. C.de fi-
80 deico.† dicens quòd legitimatio restituit in integrum sicut ius postliminii, quod habet duo capita, vnum secundùm ueritatem, nam eo ipso quòd captus reuertitur, uerè recuperat omnia sua iura, alterum est secundùm fictionem: quia fingit retro fuisse in ciuitate, sic legitimatus ut ex nunc est uerè legitimus, ut ex tunc fictè. Idque probat etiam Natta ratio-
81 ne post Aret.in d.§.si † eius, nam retrotractio de tempore ad tempus non fit nisi secundùm fictionem, etiam in his quæ sunt iuris, vnde legitimatus secundùm tempus præsens non po-

teſt uocari ſpurius, dicendo tu es ſpurius, ſed
per uerba præteriti temporis bene dici poteſt,
82 tu fuiſti ſpurius † quare ſequitur, q dicta legi
timatio non tantùm poteſt, nec tam latè porri-
gitur, ut legitimatus dicatur uerè legitimus
originaria legitimitate in ſpecie, quæ ex matri
monio procedit, ut notabiliter declarat Bene.
de Plumb. in ſua diſputa. incip. Statuto Piſano
quem ſequitur Alexan. conſi. ſecundo, colum.
quarta, nu. 34. volu. 1. Et ratio adferri poteſt,
quia quamuis ſequens matrimoniũ faciat eos
verè & propriè legitimos, verum eſt ut ex nũc,
tempore ſcilicet contracti matrimonii, non
autem facit eos uerè legitimos retro, ſiue in
præteritum à tempore natiuitatis, textus eſt in
d. c. tanta. ibi ( poſt contractum matrimo-
nium ) tunc ergo conſtat, quòd verè adhuſ-
83 que fuerunt illegitimi † Quinimò eſt impoſ-
ſibile facere, quin tales fuerint, cum ad præte-
ritum ſtatum immutandum nulla ſit potentia
ſecundùm Philoſophum, & l. in bello. §. factæ.
ff. de capt. & poſtli. re. ſed bene poteſt lex ex
nunc fingere, prout fingit, retro in præteritum
eos fuiſſe legitimos, & eſt fictio translatiua de
tempore ad tempus, vt declarant Mod. Galli
in conſuetu. Pariſ. §. 8. numero 35. quibus ita
ſtantibus, cum teſtatores reſpexerint ad mo-
dum naſcendi naturaliter & originaliter in
ſpecie ex ipſo matrimonio, non debet atten-
di fictio, quæ ex legitimatione inducitur, ut
per Bal. in d. l. in teſtamento, quæſtione nona.
C. de teſta. mili. quem citat Alciat. in d. reſpon.
201. numero 51. vnde patet, quòd eiuſdemmet
Alciati dictis alibi conuincitur ſua ſecunda re
ſponſio, de qua ſupra.
84 † Venio nũc igitur ad tertiam, In qua dicit,
q illa qualitas filiorum natorum ex legitimo
matrimonio refertur ad tempus mortis graua-
ti, & ſic D. Pauli in caſu noſtro. vnde ſatis fuit,
q tempore mortis ſuæ filii ſui reperti fuerint
eſſe natos ex legitimo matrimonio præambu-
lè contracto inter eum & dominam Lauram,
licet tempore quo uerè nati ſunt non ſic eſſet;
quia de conditione cuiuſq; non quæritur, priuſ
quam hæreditas ad eum pertineat. l. non opor-
tet. ff. de leg. ſecũdò l. interuenit. ff. de leg. præſt.
& ita dicit Alciat. reſpondere Alexandrum in
diſputatione ſua. Sigiſmundus. in quarto du-
bio. Idemque cõfirmat Sfortia Oddo in tract.
compendioſę, particula. 6. verbo an legitimati.
in 2. caſu, col. 2. nam quod dicitur, qualitas ad-
iuncta verbo &c. non procedit, quando quali-
tas eſt appoſita ad determinandum tempus à
quo diſpoſitio ſummit effectum, ut docet Bar.
in l. ex facto. n. 1. ff. de iud. ſed hoc contingit in
iſtis uerbis, ſi deceſſerit ſine filiis ex legitimo
matrimonio natis: quia iſta conditio ſic qua-
lificata appoſita eſt ad determinandum verbũ
deceſſerit. l. ex facto. §. ſi quis autem. ff. ad treb.
ergo deficit ob matrimonium præcedens. Et
ſi quis inſtet, quòd ipſa qualitas adeſſe non
videtur: quia nunquam uerum erit, tales filios
natos eſſe ex viro & uxore, & ſic ex legitimo
matrimonio, reſpondet Oddo, quòd quando
lex requirit aliquod factum talis ſimpliciter
non requiritur illum fuiſſe talem dum fecit,
ſed tantùm deceſiſſe talem. l. Titius. ff. de teſt.
mil. à contrario ſenſu, ſed teſtator non requi-
rit, quòd iſti filii dicantur geniti ab exiſtente
marito tunc, ſed ex eo qui de præſenti ſit uir,
quando moritur.
85 † Sed hęc reſponſio periculoſa eſt, ut etiam
non negat Alciat. qui non ſe firmat in ea di-
cens, quòd ſecunda tutior eſt. Namque immo
in hęreditate capacitas & conditio perſonæ re
quiritur etiam tempore teſtamenti, nedũ mor
tis & hæreditatem conſequendi, textus eſt
in l. ſi alienum §. in extraneis. ff. de hær. inſti. per
quem ſuppletur tex. in d. l. non oportet. ubi de-
86 clarat Imola † Secundò ( meo iudicio ) ſubeſt
æquiuocatio non leuis in dicta reſponſione,
nam textus in d. l. non oportet. & in d. l. inter-
uenit, loquuntur in uocatis ad hæreditatem
vel legatum, meritò conditio ſua tempore uo
cationis attenditur. Sed in caſu noſtro non agi
tur de uocatis ſed de poſitis in conditione, ſi
grauatus deceſſerit ſine filiis legitimis & natu-
ralibus ex legitimo matrimonio natis, iuxta
notata per Gl. & omnes. in l. Lucius ff. de hær.
87 inſti. † Quæ conditio cum debeat impleri in
forma ſpecifica l. qui hæredi l. Meuius. ff. de
cõd. & de. & tradit in terminis Alex. cõſ. 5. col.
2. vol. 7. meritò non verificatur, niſi in talibus
tempore ſuæ natiuitatis originalis & naturalis
non autem ciuilis, de qua prima teſtatores in-
tellexerunt, non autem de ſecũda l. fi. C. de his
qui ven ętat. & in ſpecie tradit Alciat. in d. re-
ſpon. 201. num. 50. & ad obiectum Sfortiæ di-
co non eſſe uerum, quòd qualitas filiorum re
ſpiciat uerbum deceſſerit: id enim procederet
ſi teſtator ſimpliciter dixiſſet, ſi deceſſerit ſi-
ne filiis, ut loquitur Bar. in d. l. ex facto. ſed ſub
iunxit in caſu noſtro ex legitimo matrimonio
natis, quę qualitas determinat verbũ filiis, nõ
uerbum deceſſerit. nã illa verba. ſi deceſſerit ſi-
ne filiis, denotant conditionem defectiuam fi
liorum, & illa ex legitimo matrimonio natis, de
notant qualitatem filiorum, & quòd illa quali-
tas legitimi matrimonii fuerit in eis tempore
quo nati fuerunt, & hoc bene probat tex. in d. l.
Titius. vbi propriè Bal. ſumãdo dicit, quòd qua
litas quę certo tempore requirtur poſtea ſuper
ueniens non patrocinatur. nam teſtamentum
præcedens Tribunatũ, nõ valet iure militari ſu
perueniente Tribunatu: cõſtitutionibus enim
principum non militum teſtamenta prius fa-
cta confirmãtur, ſed quæ à militibus facta ſunt.
& ſic qui milites erant eo tempore quo teſta-
ti ſunt, ſic igitur filii extantes ipſius graua-
ti debent habere qualitatem legitimi matrimo
nii tempore quo nati fuerunt, nec ſuper-
ueniens ei prodeſſe poteſt. Remanet igitur

ex

ex pdictis optime densensata ratio prædicta,quæ
qualitas adiecta verbo &c.sicut & decisio Bal.i
d.§.si eius. & sequaciū, quę bene confirmatur
88 ex alia † quam ponit idem Bal.in c.1.§.natura
les.si de feu.fuer.contro.vbi tenet,quòd si feu
dum fuerit alicui concessum pro se & filiis legi
timè descendentibus,non ueniunt tales legiti
mati per subsequens matrimonium:quia talia
uerba respiciunt principium genituræ, & non
est,nostrum extendere scripturas.l.contractus.
C.de fid.inst.principiumque Bal.intelligit,sci
licet cōceptionis vel natiuitatis.Et illam deci
sionem sequitur Hostiensis in c.1.qui fil. sint
leg.Luc.de Pen.in l.eos, vers.itē legitimus,C.
de his qui spon.nu.lib.11.Ang.cons.29.Imo
la in l. ex facto,§. si quis rogatus. ff. ad Treb.
Andr.Sicul.in d.l.cum acutissimi. quos refert
Afflict.in d.§.naturales.& ad q.nostram dedu
cit eam Alexan.in d.consilio quinto,volumine
7.dicens q si bene consideretur, Bald. decidit
casum nostrum , in quo tractamus de dispositione
tione facta ab homine, sicut etiam Bald.loqui
tur in suo casu. Et idem facit Natta consilio
624.numero 21.Goza.consilio 25.numero se
cundo,Ruin.consilio 92.numero 13. volumi
ne tertio,Cur.Iun.consilio 64.columna 7.Soc.
Iun.consilio 39.numero 43.consilio 63. nume
ro 34.volum.3.consilio 12.volum.4.Ceph. cō
silio 117.num.21.Bero.consilio 167. numero
89 tertio,volumine secūdo.† Et licet illa decisio
Baldi nonnullos habeat contradictores , ut
Andr.de Isern.Marti.Laud.& Præpositum ibi
Abbatem.in d. c. tanta, & Alciatum, qui eos
refert,respon.501.tamen saltem procedit,quā
do filius nedum conceptus fuit, sed etiam na
tus ex concubina priusquam matrimoniū fue
rit subsecutum, prout in casu nostro uerifica
tur,secus autem quando conceptus tantùm sui
set ante matrimonium,& post illud secutū na
tus:quia procederet opi.contraria.Ita distin
guit Aluaro.in d.§.naturales. col. sexta. quem
sequitur Cur.Iuni.in tract.de feud. 3. parte. q.
17.num.41.sol.2.Rui.in dicto cons.92.sub.n.
13.Alex.in d.consi.5.nu.3.vol. 7.Natta in d.
cōs.624.n.22.Et nouissimè Antonius Gabrie
lius Romanus in suis conclusionibus lib.6.de
legitimatione,conclus.1.nu.23.licet corruptè
sit impressus,qa primo casu deficit negatiua se
90 cundo uerò abundat. † Quorum sententia ue
lut aliàs ad concordiam reducens est tenenda,
ut per Gl.in c.literas, in vet.niam mediam.de
rest.spol:Ang. cons. 376. nobiles uiri.num. 2.
Alex.cons.50.nu.7.vol.7.Paris.consi.92.n.30.
vol.2.Ioan.Iacob.de Leonar.inter consilia So
cini Iu.consi.39.n.78.& cōs.121.n.36.vol.2.&
91 † in iudicando sequēda est,ut per Sal.in l.filiæ
C.fam.er. Grat. resp. 34. nu. 8.vol.2.& omni
bus præferenda,vt per eūdē respon.101. nume
ro 9.volumine secundo,tantoque magis tene
ri debet hęc distinctio, quòd optima ratione
sustineri ac persuaderi potest. Nam quando fi
lii cōcepti, natique fuerunt ante matrimoniū,
vtique dici non potest, quòd nati sint ex legi
timo matrimonio, nisi per fictionem retrotra
hendo matrimonium, quod fieri non potest in
præiudicium tertii, hoc est substituti. l. bono
92 rum,& ibi Bar.ff.rem rat.hab.† & in specie le
gitimationis tradit Ioann.And.in reg.sine cul
pa.de regul.iur.in sexto,Alexan.in l.Gallus.§.
instituēs.ff.de lib.& post.Rui.consilio 72. nu
mero 15.volumine secundo,meritò tali casu,
qualis est noster,substitutum non excludūt, at
quando concepti fuerunt ante matrimonium
& post illud nati, quamuis impedimento vi
deretur esse conceptio, quominus legitimè na
ti censeantur,tamen pro legitimè natis aut ex
legitimo matrimonio censeri debent,natiuita
tis solius tempore spectato, ita ut satis sit eos
post matrimonium nasci,vt ex matrimonio le
gitimo nati dicantur, conceptionis tempore,
93 non attento † siquidem conceptio quem facit
censeri natum quò ad eius cōmodum, nō aūt
quò ad incommodum.l. qui in utero.prima &
secunda.& ibi not.ff.de sta.ho.prout esset con
siderando tantùm tēpus conceptionis:exclude
retur etenim talis uelut illegitimè natus.
94 † Vltimò non desunt infiniti summi legum
vertices, qui hanc partem substituti contra le
gitimatos per subsequens matrimonium te
nuerunt, quando testator substituit alicui,si de
cesserit sine filiis legitimis & naturalibus, ex
legitimo matrimonio natis , vel similibus ver
bis vsus fuit. Et in primis Bal.consilio 367.qui
dam tres hæredes, volumine quinto,& in l.fi
lium, lectura 3.in fi.ff.de his qui sunt sui,quem
sequitur Anto. Rosel.in tract.legitima.ad fin.
plenius Alexand.consilio 5.not.7. Barba. in l.
cum acutissimi,num.250.C.de fideico.Fracis.
Niconi.in rub.ff.sol.ma.nu.35.Dec.cōs. 624.
num 4.Rui.cons.92.num.13.vol. 3. Cur. Iun.
cons.64.col.7.Bru.in tract.Quòd stant.mas. ar
ticu.12.q.4.limitatione 3.D.meus Zuccard.in
rub.ff.si cert.pet.Ioan.And.in reg. sine culpa.
de reg.iur.in 6.citatus ab Alexandro in d. con
silio quinto,Natta in l.hac consultissima. §. ex
imperfecto, numero 94.C. de resta. cons. 368.
numero secundo,consilio 602.numero 9.& cō
silio 624.numero 19. Grat.respon.29.numero
45.volumine secundo,Alciat.respō.666. Cur.
cons.73.col.27.ver.& idem Barb. Ceph. cons.
82.nu.16.cons.111.nu.12.cons.117.n.21. Rol
land.à Valle cōs.fi.nu.42.uol.2.Soc.Iun.cons.
65.volumine secundo,cons.39.num.43. cons.
64.numero 34.cons.110. numero 25.& 27. vo
lumine tertio,cons.12.volumine quarto.Man
95 tua cons.38.col.pen.volumine 2. † Bero.cons.
166.uol.2.qui sicut & Rui.& Rol. à Val. com
munem testantur, Alciatusque bis uel ter ita
fuisse iudicatum in amplissimo Senatu Medio
lani.Et ex pdictis apparet,hāc partē p substitu
to prius relatæ pro legitimatis præualere,qd &
in tollēdis adductis pro illa clarius apparebit.

96 † Ad primum igitur, quod pendet ex nota-
tis in c. innotuit. & c. cũ in cunctis. de electi. ve
ra est & communis illa solutio, quòd procedũt
in dispositione legis, in qua appellatione nati
ex legitimo matrimonio venit legitimatus per
subsequens matrimonium. At secus est in di-
spositione hominis, vt testatoris, de qua nos
agimus, vt dixerunt Butr. Alex. & D. meus Zuc
card. superius citati, quibus addo Præpos. in d.
c. per venerabilem. §. quod autem. nu. 104. Rui.
consil. 92. num. 14. volum. 3. Roland. à Valle
consilio fin. num. 42. volum. 2. Alciatum lib. 3.
de uerbo. signi. colum. 6. Cephal. consilio 82.
numero 70. Nattam consilio 602. colum. 2. con
silio 624. columna fin. vnde non debet à tam
97 communi resolutione recedi † tantoque ma-
gis quòd fundatur in l. fin. C. de his qui ueni.
æta. vbi videmus, quòd verba testatoris debent
intelligi verè, naturaliter & non ciuiliter per
fictionem: si enim fiat ab eo mentio legitimæ
ætatis, intelligi debet de legitima ętate natu-
raliter, & non ciuiliter, puta si quis veniam
ętatis impetrauerit, meritò cum in testamen-
tis, de quibus agitur, fiat mentio de filiis legiti
mis & naturalibus ex legitimo matrimonio,
verba prædicta sunt intelligenda de legitimè
natis naturaliter, scilicet tempore natiuita-
ris & non per subsequens matrimonium, &
sic ciuiliter & per fictionem. Ita Roland. à Val-
le in terminis arguit in d. consilio fin. numero
35. cum sequenti. volum. secundo, & fuit indu-
ctio formalis prius eo Curtii Iun. consilio 64.
98 colum. pen. † & licet Dec. cõsilio 155. colum.
fi. adducat Castrensem in contrariũ in d. l. fin.
vbi dicit, quòd licet legitimatus secundùm in-
tentionem testatoris & statuti non dicatur ve
rè legitimus; quoniam eorum verba debent
intelligi secundùm communem usum loquen-
di vulgarem; quia dicitur, talis est naturalis
tantùm sed legitimatus, tamen secus subdit in
legitimato per subsequens matrimonium: qa
comprehenditur per verba testatoris vel statu-
99 ti. iuxta notata in d. c. innotuit. † Tamẽ non
animaduertit Decius, Castrensem non se fir-
mare in ea conclusione, cum videndum remit
tat de his quęstionibus Butrium in d. c. per ve
nerabilem. qui distinguit inter dispositionem
legis & hominis, meritò videtur hanc poste-
riorẽ opi. approbare, iuxta not. in l. si idem cũ
eodem. in fin. ff. de iur. om. iud. & in rubr. ff. si
cert. pet. vbi D. meus Zuccard. post alios ponit.
Non omitto quoque, quòd Sforcia Oddo in
tract. cõpendi. partic. 6. ver. an. legitimati. col.
7. prædictam solutionem confutare conatur.
quia in materia, de qua agimus (quicquid sit
in aliis) mitius agitur cum homine quàm cum
lege, & latior fit interpretatio de uerbis homi
nis quàm legis, videmus enim, in dispositione
legis naturales non excludunt substitututum.
l. generaliter. §. cum autem, cum ibi not. C. de
instit. & sub. sed in dispositione hominis sic. l.
ex facto. §. 1. ff. ad Treb. ea forte ratione: quia
testatore ut plurimum naturali affectione dili-
git eos, quos odio lex habet, idest non natos
in figura matrimonii. Sed & hoc motiuum re
ctius intellectum nihil urget, tex. enim in d. §.
cum autem. loquitur in conditione liberorum
subintellecta à lege tacitè. at in §. 1. de condi-
tione liberorum expressa à testatore, prout cõ
muniter utrobiq; dicit Accursius, ut Alex. Ias.
& Dec. tradunt, sicut & Ripa, reddens rationẽ
differentię. vnde propter imparitatem termi-
norum non procedit illud obiectum.
100 † Quinimò ratio, qua communis illa solutio
bene iustificatur, quòd lex facilius modera-
tur suam dispositionem quàm hominis, vl-
terius comprobatur. Nam uerba legis gene-
ralia recipiunt interpretationem iuris aliquan
do, ne resultet aliarum legum correctio, quod
secus est in verbis hominis, cum cesset in eis
ratio correctionis, ut tradit Bald. in l. fi. colum
na prima, C. sine cẽs. Iason in vsib. feud. nume-
ro 49. Ruin. consilio tertio, volumine primo.
consilio 40. volum. 3. consilio 161. numero 35.
volum. 5. D. meus Riminal. consilio 675. nu-
101 mero 9. † Item stricta magis interpretatio
fit in dispositione hominis quàm legis. Bal. in
l. quisquis, nu. 3. C. ad leg. iul. ma. Dec. in l. 1.
columna prima, C. de transf. Iason in l. dic̃ fun-
cto, numero 30. ff. de offici. ass. & in specie ma-
gis hæc diuersitas probatur ex Imola in l. Gal-
lus. §. & quid si tantùm, numero 36. ff. de lib. &
post. & in l. 1. §. lex falcidia. columna prima, ff.
102 ad leg. fal. † vbi tenet, facilius legem aut sta
tutum ad casum fictum trahi quàm dispositio-
nem hominis, sequitur Alexan. ibi. & Dec. con
silio 258. num. 9. vers. secundò respondetur.
Quare mirum non est, si in casu d. cap. innotuit
& c. cum in cunctis. appellatione legitimè nati
venit legitimatus per subsequẽs matrimoniũ.
At secus in casu nostro, in quo tractatur de di-
spositione hominis. Ex hinc patet, non esse ve
rum, quod inquit Angussolius in dicto con-
silio 74. columna fin. quòd hæc distinctio non
probatur auctoritate vel ratione, & quòd Bu-
trius in dicto c. per venerabilem. id non di-
cit, si rectè videatur, nam auctoritates adsunt
& rationes probabiles. & si bene Angussolius
aperuisset oculos, ut ego feci, vidisset Butrium
sic distinguentem.
103 † Nec obstat doctrina Baldi in d. §. quidam
rectè. quia procedit in terminis illius textus,
quando nepos nasciturus ex filio simpliciter
fuit institutus, nulla facta mentione de morte
filii præambula eo viuo: hoc enim subintelli-
gitur, & dispositio sua refertur ad intellectum
iuris necessitate sic suggerente: cum enim tem
pore Galli non posset ille posthumus instituti,
nisi dicto casu quo nasceretur filio præmortuo
viuo patre, & esset opus tali casu eum vocare,
ne alius rumperet testamentum l. posthumorũ,
ff. de iniust. test. meritò dicta simplex institutio
cen-

censetur à testatore facta eo modo quo de iure fieri poterat, ut Iason & Socin. ibi declarant.
104 † Sed quando sumus in dispositione testatoris voluntaria magis vno modo quàm alio, prout in casu nostro, in quo erat in potestate præferre substitutum legitimatis per sequens matrimonium, sicut econtra. vtique sua voluntas debet attendi. l. in conditionibus. ff. de cōditio. & demonstratio. & illa totum facit. l. ex facto. la grande. ff. de hæred. inst. nec tali casu
105 reducitur ad intellectum iuris: † immo verò lex ipsa persequitur eam sicut venator leporem, vt inquit Bald. in l. finali. C. de necess. ser. hære. inst. in ore enim & mente præsumitur esse vnum & idem, Bald. consi. 472. colum. 1. volu. 2. & voluntas hominis consistit in verbis, sicut facies in speculo, Bal. consi. 102. col. 3. uol. 3. Cra. consi. 20. col. 1. consi. 35. num. 18. At Doctores passim dicunt, quòd facta substitutione alicui si decesserit sine filiis legitimè natis, aut legitimè descendentibus, aut ex legitimo matrimonio natis, testator respexit ad modum nascendi naturaliter, & ad originariè legitimum non autem ad ciuilem & fictum, merito talis uoluntas debet attendi, secundū quā legitimatus per sequens matrimonium non cōprehenditur, cum secundùm veritatem naturæ non fit à natiuitate legitimus, vt dicebat
106 Ioan. Andreæ in d. reg. sine culpa. † Et ita solutio memorata multùm bene iustificatur & ab Alciato defenditur, immo uerò præsentit eam lib. 3. de verb. signi. colum. 6. dicens in dispositione legis eos admittendos esse, quos lex pro legitimè natis habet d. c. innotuit: sit enim latior interpretatio: sic enim sentit secus esse debere in dispositione hominis, ut in casu nostro.
107 † Nec me quoque quicquam mouet doctrina Bartoli in l. hæredes mei. §. cum ita ff. ad treb. dicētis, quòd testator censetur se voluisse conformare cum dispositione iuris. Quoniam procedit in dubio, secus in casu claro, Bero. quęstione 18. nu. 6. versi. Quartò respondetur. Natta in terminis nostris consi. 602. colum. 2. dicens, argumentum procedere, nisi uerba testatoris apertè repugnarent. Probatur, nam cū dixerint testatores. Si decesserit sine filiis legitimis & naturalibus ex legitimo matrimonio, sine dubio uoluerunt eos esse tales ab origine
108 natiuitatis suæ † ponderando illam dictionē ex, quę sui natura denotat principium temporis & causam proximam & immediatam. Bart. & doctr. in l. ex hoc iure. in prin. ff. de iust. & in l. 1. ff. de incen. rui. & nauf. & in terminis legitimationis sic arguit Paris. consi. 9. nu. 44. & consil. 12. nu. 146. volum. secundo. Quod in legitimatis per subsequens matrimonium non
109 uerificatur, † quoniam post illud tantū legitimitatē cōsequuntur. c. tanta. qui fil. sint. leg. in versiculo [post contractum matrimonium legitimi habeantur] ergo non ante, prout ponderat Alciat. parad. lib. 3. cap. 12. in fi. Cephal. post Rosellum & Sardum consi. 111. nume. 10. Natta consil. 623. colum. 4. & Moder. Galli in consuetu. Paris. §. 8. nume. 35. dicentes, quòd quamuis matrimonium faciat eos uerè & propriè legitimos, uerum est ut ex nunc, tempore scilicet contracti matrimonii, non autem facit eos uerè legitimos retro siue in præteritū à tempore natiuitatis, & hoc insuper præter eos comprobatur in §. legitimi. in authen. quibus mod. nat. effi. sui, vbi dicitur [legitimi siquidem successores procedunt hominibus ex nuptiis quas cōtrahunt] ergo ante nuptias contractas non sunt legitimi successores. Confirmatur in uersiculo quapropter. ubi dicitur [Quapropter nuptiis procedētibus ex hoc ipso sunt successiones certæ & sic inter legitimos connumeretur] si igitur ex hoc ipso per processum nuptiarum succedunt & inter legitimos numerantur, sequitur quòd antequam procedant nuptiæ, non succedunt, neque legitimi dicuntur, ut à contrario sensu uult Imperator l. 1. ff. de offic. eius. Accedit quoque tex. in §. si uerò etiam, in auth. quibus mod. nat. effi. legi. vbi dicitur [his ita gestis & nuptias & ex eis sobolem esse legitimam] si soboles igitur est & fit legitima ex ipsis nuptijs, manifestè patet, eam
110 ante illas talem non esse † quia inclusio unius temporis est alterius temporis exclusio l. cum prætor. ff. de iudi. & tradit Paris. consilio 68. nu. 104. uolu. 4.

Postremò confirmatur ex l. nuper. C. de natur. lib. vbi dicitur, quòd filius nascitur iustus, si nascatur post matrimonium, quamuis prius fuerit conceptus, unde præsupponit ille tex. quòd filius non dicatur nasci iustus, si matrimonium sequitur natiuitatem, sicque ponderat eum Ruin. consilio 92. colum. 5. circa fi. uol. 3.
111 † & cum prædictis concordat ad unguē Bal. in c. innotuit. colum. pen. uers. & nota, de electio. ubi dicit, quòd omnis legitimatio est prępostera: quia facit quem legitimum ex post facto. Sed legitima ratio est ordinata processio secundū uiā naturæ, nā præcedit mr̄imonium ut cā, de inde nascūtur legitimi, ordo enim naturæ est, ut causa præcedat causatum suum l. 2. §. prius. ff. de uulg. & quamuis, subdit Bal. ista legitimatio per matrimoniū sit restitutio, per quam absoluitur sordes peccati, tamē qui moritur cum filiis sic legitimatis, non dicitur decedere cum filiis legitimè natis: quia legitimatio est ordo præposterus, & macula est impressa origini, ex quibus (ut ad rem nostram reuertar) patet, quòd si Do. Iacobus substitutus fuit D. Paulo fratri suo, si decesserit sine filiis legitimis & naturalibus ex legitimo matrimonio, & sic qui tales qualitates sortiti fuerint in initio sui ortus & immediatè quòd orti fuerint, dictam conditionem non defecisse per filios legitimatos per subsequens matrimoniū qui legitimorum nomen non fuerunt sortiti, nisi post illud matrimonium contractum, non

autem

autem ante, ſed dudum poſtea contracto ma-
trimonio, de quo ſecundo tempore teſtatores
non fuerunt locuti, ſed de primo, ponderando
dicta verba ex legitimo matrimonio, virtute
dictionis ex, vt ſupra deduxi.

112 † Quod vltra prædicta comprobatur, nam
ſi ea verba, ex legitimo matrimonio, reduci-
mus ad ſermonem vulgarem, dicemus, de legi-
timo matrimonio. quo ſtante verificari non
poſſunt in filiis legitimatis per ſubſequens ma
trimonium, prout præclarè declarat Do. meus
Zuccard. in rubr. ff. ſi certum petatur, colum. 1.
vbi notando poſt Dec. quòd præpoſitio de, de-
notat cauſam materialem, ut per Bald. in l. ex
arali. C. de actio. emp. ſubiungit & infert, quòd
aliàs ſubſcribendo conſilia excellentiſsimorũ
virorum dicebat, fideicommiſsi caſum eueniſ
ſe ei, qui erat grauatus hæreditatem reſtituere,
ſi deceſſerit ſine filiis de legitimo matrimonio
natis, & deceſſerat cum filio nato ante matri-
monium, ſed per ſubſequens matrimonium
legitimato; quia hæc præpoſitio de, denotat
cauſam materialem, at illorum filiorum mate-
ria non erat de legitimo matrimonio: quia
quando ad materiam reducti ſunt, non erat ma
trimonium, ergo non erant tales, qui facerent
deficere fideicommiſſum. Et hoc idem, licet
conciſè ſatis, præſenſit Bal. in l. filium, lectura
3. in fine, ff. de his qui ſunt ſui, vbi dicit, quòd
quantumcunque quis legitimetur, non dicitur
natus de matrimonio, habens fortè reſpectum
ad illam dictionem de. & ultra prædictos ad-
do Decium conſil. 624. colum. 2. vbi dicit, ꝙ
licet illa verba de legitimo matrimonio, non
verificentur in legitimatione facta ex ſequen-
ti matrimonio, tamen in caſu ſuo pro uerifi-
catis habentur propter ſupremam auctoritatẽ
ſummi Pont. & Imperatoris, qui voluerunt le-
gitimatum haberi ac ſi natus eſſet de vero & le
gitimo matrimonio. & ita Dec. admittit in ca-
ſu noſtro ſententiam Baldi in allegato conſi-
lio 368. de quo mentionem ibi fecerat.

113 † Accedit prædictis, quòd iſta verba, ſine
filiis legitimis & naturalibus, ex legitimo ma-
trimonio, denotant ad excluſionem ſubſtituti
filios eſſe debere ſecundùm leges & naturam
ex legitimo matrimonio, quales non ſunt legi
timati per ſequens matrimonium, cum eſſent
nati ante matrimonium, ſed ſi ſunt legitimi
ſunt ex iuris ciuilis mera diſpoſitione contra
naturam diſponente d. c. tanta. nam lex fingit
ab initio matrimonium, & hanc conſideratio
nem facit in terminis Cephal. in hac cauſa cõ-
ſilio 276. nu. 23. & inſuper Natta, ſi bene conſi
deretur, conſi. 602. in princ. & conſi. 624. num.
26. ubi ponderat Baldum in d. cap. innotuit. ad
demonſtrandum, quòd legitimatio ſit contra
ordinem naturę, conſiderans quòd in legitima
tione per ſubſequens matrimonium ordo eſt
præpoſterus; quia matrimonium, quod eſt cau
ſa legitimitatis, debebat præcedere, & tamen
in iſto caſu ſubſequitur, & ſic effectus præcur-
rit ſuã cãm, quod non põt fieri per naturam,
fit tamen per fictionem legis, quare inductum
eſt, quòd ſubſequens matrimonium efficiat fi-
lios ante natos legitimos perinde ac ſi nati
fuiſſent ex præcedenti matrimonio.

114 † His ergo tam firmatis & optimè cõpro-
batis recedere licet ab illa regula, quòd teſta-
tor præſumatur ſe voluiſſe conformare cum di
ſpoſitione iuris; quoniam facile recedi ſolet
ab ea, ut plerique voluerũt, nempe Corn. conſ.
83. colum. 2. conſi. 91. colum. 2. volum. 1. conſi.
202. nume. 9. conſil. 229. colum. pen. uolum. 3.
Cra. conſil. 180. ſub nume. 4. conſil. 250. col. 2.
Soc. in l. Gallus. §. nunc de lege. prope fin. ff. de
lib. & poſthum. & Soc. iun. conſi. 158. nume. 50.
115 volum. 2. † Quinimmo plus addo, quòd val
de debilis eſt illa præſumptio, nam ſola nõ ſuf
ficit, niſi concurrat alia, ſecundùm Alex. in d. §.
cum ita. colum. 5. dum dicit, quòd in caſu Ca-
ſtrenſis concurrebat etiam, quòd teſtator exclu
ſerat proprias filias. idemque tradit Rip. num.
80. Torniell. ante nu. 154. & Zanchus inſignis
Modernus Bergomenſis ſicut & copioſus num.
1159. poſt Soc. iun. conſ. 168. col. antepe. vol. 2.

116 † Ad exemplum verò de natis in figura
matrimonii, & ſic de matrimonio putatiuo, fa-
cilè reſpondetur, quòd ille caſus à noſtro dif-
fert, cum ibi matrimonium extaret verè con-
tractum & opinione validum, quòd ſicut ve-
rum ſufficiebat ad legitimationem prolis, &
tantùm operabatur quaſi poſſeſsio & opinio co
lorata matrimonii, ſicut veritas matrimonii. c.
quod nobis. c. ex tenore, & ibi Butr. not. 5. & 6.
qui fil. ſint leg. Soc. iun. conſ. 39. nume. 35. vol.
3. & latius idem declarat conſ. 31. num. 40. eo.
117 volum. † & licet filii nati fuiſſent ex adulte-
rino matrimonio ſecundùm Capram in d. con
ſi. 116. tamen quia opinio erat in contrarium,
quæ pro ueritate habebatur, non attenditur
adulterium, uelut non ex animo commiſſum
propter bonam fidem coniunctorum uel alte-
118 rius eorum. † Quia uoluntas & propoſitum
diſtinguunt maleficia. l. qui iniuriæ, ff. de furt.
l. quod reipublicæ. ff. de iniur. c. ſignificaſti. ſe-
cundo, de homic. unde cõmittens delictum ſi-
ne dolo non punitur uigore legis punientis de
lictum, l. 1. §. præterea, ff. de ſicar. Bald. in l. data
opera. colum. 4. C. qui accuſ. in l. quicunque. co
lum. 5. C. de ſer. fug. Caſtr. in l. 1. C. ubi ſena. cũ
ſimil. per Marſ. conſ. 91. colum. 2. conſ. 124. nu-
me. 11. meritò ſi non habuerunt animum com
mittendi adulterium, credẽtes matrimonium
contractum valere, non debet nocere filiis, ꝙ
uerè ſit adulterium. At in caſu noſtro tempore
natiuitatis filiorum nullum extabat matrimo-
nium uerum ſeu putatiuum, ideo filii non poſ-
ſunt dici nati ex legitimo matrimonio, neque
ſecundùm ueritatem, neq; ſecundũ opinionẽ:
quia non entis nullę ſunt partes nec qualitates
l. eius qui in prouincia. cũ ibi not. ff. ſi cer. pe.

119 † Non obstant insuper alii casus excogitati, quibus illa doctrina Bartoli in d. §. cum ita, dicitur procedere, licet uerba repugnent; id enim contingit propter alia quae concurrunt, ut in primo casu, quòd appellatione filiorum ueniant nepotes, de quo loquitur Aret. in d. cons. 145. nam procedit quãdo nepos subintrat locum patris defuncti, & cum patruo concurrit. §. cum filius. inst. de hære. quæ ab in-
120 testato: † nepos enim succedens in locum patris sui præmortui intelligitur succedere in gradu proprio suorum parentũ, vt perinde succedant & tantum habeant, quãtum haberet pater suus, si viueret. ita Bar. in l. 1. §. si sit nepos ff. de colla. dot. & in l. 1. §. si filius. ff. de coniung. cum emanc. lib. & succedit cum patruo non tanquam nepos: quia sic esset inferioris gradus sed tanquam repræsentans eius patrem, ut inquit Ruin. consilio 127. numc. 7. uolumi. 3. & Cephal. cons. 16. numc. 17. & intrans in eius locum & gradum, vt probatur in auth. post fratres. C. de leg. hæred. vbi dicitur, quòd fratrũ filii sunt pares defuncti fratribus, ergo à iure reputantur esse in eodem gradu, & æquè proximi, & consimilis est tex. in authen. ut fra. fil. in prin. vbi dicitur, quòd ad hæreditatem patrui vocantur cum fratribus præmortui fratris filii paternum adingredientes gradum & illius ferentes portionem, quæ iura ponderat Iaf. cons. 159. columna secunda, uolum. quarto, Igitur vt concludamus ex ingressu in eundem patris gradum, illiusq; repræsentationem, quæ contingunt eo casu, facta mentione filii fit interpretatio, quòd testator voluerit se conformare cum dispositione iuris, vt nepos veniat & concurrat cum patruo, quod non fieret in alio casu, quando prædicta cessarẽt, cum alio nomine filii & alio nepotes appellentur. l. quòd si nepotes. ff. de testa. tut. at in casu nostro cessat ista repræsentatio filii legitimi ab initio per legitimatum per subsequens matrimonium; tũ quia non agitur, quòd legitimatus succedat in locum legitimi: tum quia hoc facere nõ potest, cum nunc dicatur legitimus ex quo legitimatus est, non autem prius, dicto capitulo tanta, superius ponderato.

121 † Ad aliud verò si dictum fuerit sine filiis ex suo corpore natis. & tamen ueniant nepotes, pro solutione diligentius obseruari debet, qua ratione procedat, quam ponit Ange. in l. Lucius. secunda, ff. de hæred. insti. nempe propter suadentem naturalem æquitatem seu rationem, quæ agnatos ad agnatorum hæreditatem inuitat, at ista ratio cessat in casu nostro.

122 † Nam legitimatus cum hoc ꝙ habeatur vt editus de legitimo matrimonio, & vt agnatus efficiatur, intelligitur non extãtibus aliis agnatis legitimis, ut tradit Cur. cons. 13. nume. 23. Grat. respon. 65. nume. 5. vol. 1. respons. 29. nu. 62. uol. secundo, meritò stante in medio D. Iacobo Trotto agnato legitimo, non debent aduersarii uelut agnati considerari in hac successione, & ideo stãdum est proprietati verborum de legitimis ex legitimo matrimonio, s. immediatè, ut supra dictum fuit.

123 † Pari modo cessat & illud de monasterio quod excludit substitutum, si grauatus decesserit sine filiis ex suo corpore natis. Quoniam primò Doctores in ea quæstione valde variarunt, vt inquit Bero. in d. c. in præsentia. nu. 482. vn de non debuit in medium adduci, vt in simili dicit Alex. in l. prima, colum. 1. ff. soluto matr.

124 † Secundò, opinio quæ fauet monasterio, fundatur in ratione vitæ contemplatiuæ, quæ remoueri non debet, vel fauore monasterii & religionis, ut per Butri. Areti. Fely. & alios ibi maximè Beroum contra Decium solum. Quare casus ille ueluti specialis & ualde priuilegiatus non est ad consequentias porrigẽdus. l. quod uerò, ff. de legib. Immo verò retorqueri potest ille casus, ut D. Iacobo potius assistat, quàm re-
125 sistat, † Nam fatentur Doctores, voluntatem testatoris sic loquentis tendere contra monasterium & substituto fauere, tamen eam non attendi sed vanam & irritam esse, quare sicut in eo casu dicendo de filiis ex suo corpore, non intelligitur de monasterio ab ipso testatore, ita nec in casu nostro, quando dicit de filiis legitimis ex legitimo matrimonio, intelligit de legitimatis, nec alia est differentia: nisi quia in illa quæstione doctorum non ualet nec attenditur voluntas sua fauore religionis, at hic bene ualere debet & attendi, cum cesset ille fauor.

126 † Ad illud verò de uocante proximiores ubi uenit filius fratris & concurrit cum patruo, breuiter respondetur, illud esse: quia repræsentat personam patris sui, & in eius locum & gradum subintrat, & succedit, unde sic proximus reputatur sicut patruus suus, ut latè declarat Iaf. in allegato cons. 159. col. secunda, volu. 4. nam uerbum proximus, aut proximior, non ita finibus coarctatur, quin in eo possit uerifi-
127 cari † cum proximus ille dicatur, quem nemo præcedit l. proximus ff. de uerb. signifi. l. 1. §. proximus ff. unde cog. unde si pater filium non præcedit: quia decessit, & filius in eius gradum & locum succedit, eumque representat, nihil impedit, quin proximus & proximior etiam dici possit, sicut patruus suus, propter iuris æquiparationem factam de illo ad patruum, At in casu nostro verba magis coarctata reperiũtur, cum nedum de filiis legitimis & naturalibus dictum sit, sed additum fuerit ex legitimo matrimonio, ne legitimati quouis modo comprehenderentur, sed qui legitimitatem per matrimonium consequerentur ab initio temporis
128 quo nascerentur, † vnde de diuersis ad diuersa non recta fit illatio l. Papinianus exuli. ff. de minorita.

Postremò verò quod dicitur deuulgari concepta uno modo, quæ ad alium porrigitur, ut si noluerit, uerificatur si non potuerit. l. Gallus

lus.§.& quid ſi tantùm.ff.de libe. & poſthu.aut
dicto,ſi hæres non erit,verificatur ſiue noluerit
ſiue non potuerit l.3.C.de hære.inſt.reſponde
tur id eſſe: quia tales caſus parificantur.l. 1.§.
vſus ff.de procura.& declarat Bar.in d.l.1.ff.de
vulg.colum.3.nume.14.At non reperitur hic;
quòd legitimi ex legitimo matrimonio & legi
timati per ſubſequens matrimonium æquipa-
rentur,immo primus modus excludit ſecundū;
meritò non procedit argumentum. ſicque per
optimè remanet defenſata communis illa ſo-
lutio per Doctores allata d.c.innotuit. & c. cū
in cunctis, conſtituens differentiam inter di-
129 ſpoſitionem legis & hominis: † Sed & ſe-
cunda ſolutio teneri debet,quam poſuit Alex.
in dicto conſi.5.volum.7.quòd ibi non agere-
tur de præiudicio tertii,at hic ſecus, quicquid
dixerit Alcia.reſpon.501.ſupra relatus nu. 16.
quoniam ſolutionem prædictam probat etiam
Ruin. conſ.92.colum. 7. volu.3. & Natta conſ.
624.colum.fin.nec impertinens dici debet illa
declaratio uel interpretatio, ſic potius appellā
da quàm reſtrictio(quod facit Alcia.)quòd ubi
ageretur de præiudicio tertii non procederet
ille textus in d.c.innotuit. ut legitimatus per
ſubſequens matrimonium admitteretur ad il-
lam dignitatem requirentē legitimè natos vel
130 ex legitimo matrimonio † Nam uidemus
in c.publicato.eo.tit.quòd publicato ſcrutinio
variare nequeunt electores: eo quia res non
eſt integra,nec in præiudicium alterius muta-
re poſſunt conſilium, cui ius eſt quæſitum li-
cet non plenum, vt ibi declarat glo.pleniusq;
Bal.Abb.& Imola. Nam electio tres habet par-
tes,electionem, confirmationem & conſecra-
tionem, primaque pars videlicet electio, tres
etiam partes habet, ſcrutinium, publicationē
& electionem.Ideo ſi deuentum eſt ad ſcruti-
nium & publicationem, facilius dici debet res
non integra, quàm ſi deuentum fuerit ad ſcru-
tinium tantùm,item quando facta fuit publica
tio,fieret quodammodo infamia vel iniuria no
minato,ſi poſſet variari; quia putari poſſet, ꝙ
propter defectum nominati fieret variatio, vn-
de non inconuenit, ut dicamus, textum in d.
c.innotuit.non procedere, quando de alterius
præiudicio tractaretur, cum ſic in materia ele-
131 ctionis ſit declaratū in d.c.publicato. † quia
vna lex per aliam diſtinguitur & declaratur.l.
ſi ſeruus plurium.in fi.ff.de leg.1. auth. offera-
tur. cum ibi not.C.de lit.conteſt.glo.& Docto
res in l.de precio,ff.de publi.in rem act.

Nec me mouet, legitimationem per ſubſe-
quens matrimonium operari in præiudicium
tertii,ut in caſu l.ſi unquam.C.de reuoc.dona.
ſecundùm Bal.in l.1.C.de inoff.don.quoniam
illa reuocatio quæ fit ex ſuperuenienti natiui-
tate filiorum,fit ex præſumpta uoluntate donā
tis,qui uериſimiliter de filiis non cogitauit,ſe-
cundùm Glo.ibi,Bar.in l.Titia.§.Imperator.ff.
de leg.2.cum ſimil.per Dec.conſ.366.nu.5.un
de ſi donans cogitaſſet filios ſuſcepturum ue-
riſimiliter non donaſſet, argumento l. tale pa-
ctum.§.fi.ff.de pact.idemque donatarius uerifi
militer in mente ſua dicitur agitaſſe, quòd do
nans nō donaſſet,ſi de poſthumis cogitaſſet,ut
132 ibi tradit Rip. quæſtione prima. † Quare
communi calculo eò deuentum eſt,quòd dona
tio ab eo facta,qui caret liberis,intelligitur ha-
bere tacitam conditionem,ſi donās non ſuſce-
perit liberos,uel ut reuocetur, ſi donans poſtea
ſuſceperit liberos,& propterea ſi aliquos ſuſci-
piat, exiſtente conditione reuocatur donatio
ex illa.l.ſi unquam.& ibi Bart.Bal.Alber. & a-
lii plerique declarant cumulati per Tiraquel.
133 in principio nume. 6. † Quæ cum ita ſint,
non uidetur tractari de præiudicio donatarii,
quando reuocatur illa donatio: quia ſi dona-
tum eſt illi ſub conditione liberorum non ſu-
ſceptorum poſtea, videtur ademptum illi ſub
contraria conditione,ſi liberi fuerint poſtea ſu
ſcepti,l.aliquando §.primo,ff. de condi. & de-
monſtr. unde nimirum ſi per filios poſt ſuſcep-
tos & legitimatos per matrimonium reuoca-
tur illa donatio propter tacitam cogitationem
donantis & donatarii, ſed in caſu noſtro uiget
præiudicium ſubſtituti, quod impedimento eſ
ſe debet,ut legitimatio per ſubſequens matri-
monium non retrotrahatur in præiudicium
ſuum,ut plenè declarat Rui.in d.conſ.542.co-
lumna ſeptima, & dixi ſupra numero decimo,
cum ſequentibus.

134 † Reſoluto tandem primo fundamento
partis aduerſæ tranſitum facio ad ſecundū, in
quo dicitur,uerba,de quibus agitur,poſita fuiſ
ſe per teſtatores ad excluſionem legitimatorū
aliter quàm per ſubſequens matrimonium,pu
ta per reſcriptum principis. Et reſpondeo, ꝙ
hoc obiectum reſoluit Rui.conſi.92.nume.15.
uolum.3.quem ſequitur Ceph.conſil. 111. nu.
14.poſt Butri.in c.per uenerabilem, pen. car.
qui fil.ſint.leg.quòd quando teſtator uerba du
plicauit dicendo.Si deceſſerit ſine filiis legiti-
mis & naturalibus,natis ex legitimo matrimo-
nio,legitimatus per ſubſequens matrimonium
non comprehenditur,nec ſubſtitutum exclu-
dit,& hoc habet Butri.pro indubitato, nec in
his terminis aliquis contradicit, immo putat
135 eſſe veriſsimum Ruin. † ea ratione motus
quia ſi facta ſit mentio ſimpliciter de filiis legi
timis & naturalibus,quia verba ſunt indefinitē
prolata, comprehenduntur legitimati per ſe-
quens matrimonium, & ſubſtitutum excludūt,
ſecundùm Bal.in c.1.§.naturales,ſi de feu.fue.
contro.ſi ergo comprehenderentur etiam quā
do teſtator verba duplicauit, poſteriora uerba
nihil operarentur contra l.ſi quando, ff.de leg.
1.meritò comprehendi debent & per ſubſtitu-
tum excludi,prout plenius proſequitur Rui.ibi
cuius ſententiā de uerbis geminatis poſt Butri.
tenent alii plerique, ut Soc.conſi.63. num.18.
vol.1.Ceph.conſi.82.nu.28.conſil.176.nu.29.
Bal.

Bal.cõs. 367.vol.5. Dec.consi. 155. in fi.Barb. consi.27.uol.1.Rol.à Valle consi. 100.nu. 16. vol.2.Bero.consi. 167.num. 3. vol.2. Mantua consi.38.num.12.volum.2.Sociu. Iun. consil. 12.num.17.volum.4. Tiraquel.in l.si vnquam vers.susceperit.num.82.C.de reu.dona.& Marzarius in 2. par. fideicommiss. quæst.30.col.3. verum est, quòd Anguissol.in dicto consi.74.& Bursat.consi.18.satis superque laborant in destruendis considerationibus Ruini.sed omisso multiloquio mihi uidetur optimè Ruinum defendi posse, si dicamus, quòd cum sub illis uerbis, si decesserit sine filiis legitimis & naturalibus cõprehendebantur ad exclusionem substituti legitimati per rescriptũ, & per subsequẽs matrimonium, si additis aliis, uidelicet & ex legitimo matrimonio natis, pariter tales legitimati cõprehenderẽtur, nihil operarẽtur.cõtra l.si quando.ff.de leg.1.ergo debẽt omnes excludi. Nec huic considerationi meæ video bonum responsum adferri posse. Nã quod inquit Bursat.n.18.de dictis verbis magis appositis ex capite & usu notarii quàm de mẽte & uoluntate testatoris, prout de clausula condicillari dicit Bar.in l.1.q.6.ff.de iure cod.& de aliis renuntiationum latè Tiraquel.in prin.l. si vnquam. C.de reuo.dona.nu.122.non est itum. nanq; immo quicquid dicitur à notario, quod factũ respiciat, de quo fuit rogatus, uidetur dixisse de uoluntate partium.Bal.in l.1.col. fin. C.de priu.dot.in l.ab executione.col.fi.C.quo.app. in l.mater. col.2.C.de re.vẽ.& in l.2.C.de exe. rei.iud.Roma.consi. 179. col.2.Soc.consi.20. col.pen.vol.3.cum simil.per Dec.consi.490.co. penul. qui concludit, quòd dictum Bar. communiter reprobatur. & Tiraquel. loquitur de clausulis renuntiationum, quæ sunt stricti iuris, nec in eis ueniunt, nisi quæ expressa sunt. Cald.consi.5.de præben.Card.consi.120.Dec. consi.379.col.2.& consil.419.colum.fi. Rube. consi. 71. & velut accessoriæ non ampliant dispositionẽ.cle.1.in fin.de præb.Dec.consi.142. in fi.& consi.423.in fi.postremò considero in illis uerbis, si decesserit sine filiis legitimis & naturalibus & ex legitimo matrimonio natis, copulã ultimam positam inter genus & speciem resolui in expositiuã idest, secundùm Bar. in l. 2.ff.ad l.aqui.vnde sensit testator, quòd demum filii legitimi & naturales, idest nati ex legitimo matrimonio substitutum excluderẽt, legitimati uerò quocunque modo nequaquã.

136 † Et in quantum dicebatur, non interesse testatorum, nunquid admittantur potius nati ex legitimo matrimonio, quàm per illud subsequens legitimati, dico q̃ cum testatores in præ dictis uerbis videantur se retulisse ad legitimationem secundùm tempus natiuitatis & ad legitimationem veram, non autem fictam. ut per Butri. in c. per venerabilem, qui fil. sint leg.quem sequitur Alexand.consi.5. nu.7. vol. 7.& prius eo cõfirmat Bal.in l.Gallus.§.si eius. in fi.ff.de lib.& post.sequitur quòd dicta uerba prolata dicantur ad exclusionem legitimato-

137 rũ, etiam per sequens matrimonium, † & ita detegitur interesse testatorum, qui uoluerunt uerè legitimos tempore natiuitatis admittere non autem eos qui ex post facto tales fierent ad reprimendas illicitas coniunctiones, ut per Soc.Iun.consi.39.nu.42.volum.3. Idque prior eo dixit Bal.consi.367.vol.5. & post eum Bero. consi.167.colum.3.uolumine secundo, dicentes quòd testator excludendo substitutum propter filios & descendentes natos ex legitimo matrimonio considerauit decorem successorũ argumento l.non tantum.§.si emancipatus.ff. de cõtra tab.sed in legitimatis etiã per subsequens matrimonium nõ datur ille candor successionis, ut per Alex.in l.3.ff. de lib.& post.& Imol.in l.ex facto.§.si quis rogatus.ff.ad Treb.

138 † Confirmatur ex dictis Baldi in c.per tuas de maio.& ob.ubi loquẽdo etiam de legitimatis per sequens matrimonium dicit, q̃ omnes legitimati debent reuerentiam legitimè natis & non debent ad unam mensam sedere. vnde Fulgos.eleganter consi.62.dicit, quòd in ciuitatibus & earum moribus apud bonos & graues ciues non est par eademque causa iustorũ filiorum, & postea legitimatorum. Quisquis nanque facilius. cæteris paribus daturus est filiam suam in uxorem filio ex iustis nuptiis quàm nato ex meretricio, quamquam postea

139 legitimato † & hoc euidẽtius apparet, ut Fulgos.subdit ex consuetudine nouioris Romæ, quam rempublicam Venetorum appellat, quæ nequaquam illegitimè natos in consilium suæ Serenitatis admittit, tametsi postea quoquo modo iura legitimorum nacti sint, ob igitur honoris causam verisimile uidetur, testatores loquentes in casu nostro de legitimis & naturalibus ex legitimo matrimonio, de legitimatis non sensisse, qui familiam suam vel denigare, vel non æquè cohonestare poterunt.

140 † Et istud honoris interesse maximum est, & de iure multùm considerabile, nam uidemus propter honoris defensionem licere iniuriam verbalem uerbis repellere, ut ponit Ias. in l. ut uim.ad fi.ff.de iust.& iu. Immo uerò etiam factis, puta si nobilis à rustico fuerit insultatus, qui potest rusticum percutere, cum fugere nõ possit sine detrimento famæ, ut tradunt Cin. & Alberic.in l.1.col 4.ver. itẽ quærit. C. vnde

141 vi. † Vnde Castren.consi.177.uolum.2.refert ac tenet, maritum cum fratribus vxoris licitè percussisse illius amasium, qui pudicitiam suã insequebatur, honoris sui ruendi causa, sequitur Grama.consilio 29.num 29. Calefa. consi. 89.num.8.vol.2.criminal.Carrer.in pract.crimi.§.circa.num.101.Fernand.Vasqui.lib. primo controuersiarum Illustrium.cap.18.n. 13.

142 † motus ex l.2.§.initiũ fuisse ff.de orig.iur.vbi recitatur Virginius quidam, qui honorem filiæ eius uitæ preponendum putauit, non enim minus

nus honorem quàm uitam æstimare debemus,
secundùm Alex. in l. si victū, col. 2. ff. de re iud.
hinc And. Sicul. in addi. Bal. in c. 1. quib. mod.
feud. ami. dicit, quòd sicut Vasallus feudum
amittit: quia nō defendit uitam Domini, pari
ter eo priuari debet, quòd eius famam non
defenderit: quoniam famæ periculum æquipa
ratur periculo uitę, sequitur hæc latius Ceph.
consil., 9. num. 40. & Iulius Scarlatinus consil.
143 120. col. 2. primo Tomo criminal. † Vnde Ia-
cob. Nouel. in regul. 12. suarum, quas addidit
aliis Petri Duenas, inquit, quòd sicut honestū
est defendere uitam propriam sic & honorem;
cunctis enim rebus honor est præferēdus. Grā
ma. decis. 988. nu. 3. ideo crudelis ille dicitur,
qui famam suam spernit. c. nolo. 12. q. 2. Gra-
ma. consi. 19. num. 58. Marsi. in pract. crimin. §.
quoniam nu. 89. & hęc ego quoque latè posui
in d. l. vt uim. col. pen. quare remanet ex prędi-
ctis secundum fundamentum sublatum, quod
144 pro legitimatis fiebat. † & ob id ad solutio-
nem tertii descendo, in quo dicitur, hic non
adesse uerba, quę ad natiuitatem referantur,
& dico quòd licet uerbum natis; fuerit omis-
sum. tamen subintelligi debet, probatur, in l.
Gallus. §. nunc de lege. ff. de lib. & post. ibi (ta-
men ex eo hæredem instituas) scilicet nascitu
rum subdit Glo. & in l. 3. §. nominatim. ff. de
iniust. test. ibi (Quicunque mihi nascetur si-
ue ita ex Seia exhæres esto.) nam subintelligi-
tur ex Seia scilicet nasciturus, vnde sic in casu
nostro dici dēt D. Iacobū fuisse substitutū si D.
Paulus decesserit sine filiis legitimis & natura
145 lib. ex legitimo matrimonio .s. natis. † Vnde
non est facienda uis in exemplis doctorum de
filiis ex legitimo matrimonio natis, quia est ex
pressio eius quod tacitè inest, quę nihil opera
tur. l. 3. ff. de leg. 1. & ulterius hoc confirmatur
ex doctrina Baldi in c. 1. §. naturales. vers. quæ-
ro quid. si de feud fuer. contro. vbi ponit quæ-
stionem de feudo tibi concesso pro te & tuis fi
liis ex te legitimè descendentibus, nā nec ibi
fuit expressa mentio facta natiuitatis, & tamen
uult Bald. quòd non contineantur legitimati
per subsequēs matrimoniū ad exclusionē sub
stituti. Sed & accedit ratio. nam si ponamus
testatorem tantùm dixisse, si decesserit sine fi-
liis legitimis & naturalibus, clarum est, neces-
sariam non esse natiuitatem ad inducendam
legitimationem, vnde siue per rescriptum, siue
per oblationē curiæ, vel per nominationem pa
tris filii sint legitimati, uerū est, eos dici legiti-
mos & naturales, tametsi legitimi nō sint nati,
ergo si testator dictis verbis non contentus ad
146 didit, ex legitimo matrimonio † ne dicta ver
ba uana sint & otiosa, contra doctr. Bal. in rub.
C. de contra. emp. q. 9. dici debet, id omnino
factum ab eo ad denotandum necessitatē na-
tiuitatis pro consequenda legitimitate, licet
uerbum natis, non expresserit. & hoc est quod
eleganter sensit Natta consi. 654. num. 18. refe
rendo Baldum consi. 367. vol. 5. passim citatū,
Nam ponit exemplum Natta, si quis decesserit
sine filiis ex legitimo matrimonio sine uerbo
natis, dicens quòd non uerificatur in legitima
to per subsequens matrimonium: quoniam spe
cificatio talis uerbi non est necessaria, cum
147 subintelligatur, ut ex prędictis patet. † Et ul-
tra Nattam D. mei Zuccar. in rub. ff. si cer. pe.
posito suo casu licet cum verbo natis, non se
fundat in eo, sed ponderat illam præpositionē
de, quę denotat causam materialem, & mate-
ria filiorum legitimatorum per sequens matri
monium non dicitur de legitimo matrimonio
quia qñ ad materiā reducti sunt, adhuc nō erat
matrimonium, ergo non sunt tales, qui faciāt
deficere fideicommissum, deinde citat Baldum
in d. cōs. 367. quare patet, non esse faciendam
148 uim super expressione uerbi natis. † immo ue
rò sicut in casu Baldi & D. mei Zuccardi substi-
tutio facta fuerat cum præpositione de, quæ
præterquòd denotat causam materialem, de-
notat etiam causam proximam & immediatā.
l. 1. §. nunc videamus. ibi (hoc enim non de bō
nis aui sed propter bona postea eis accrescit)
& ibi Bar. ff. de coniun. cum eman. lib. cum si-
milibus, per Dec. in Rub. ff. si cer. pe. In repe. pa
riter idem dici debet in casu nostro, vbi di-
ctū fuit de filiis ex legitimo matrimonio † nā
dictio ex, pariter denotat causam proximam
& immediatam, Bar. in l. ex hoc iure. ff. de iust.
& iure, Bal. in l. 1. C. si cer. pet. Ias. in l. non du
bium, nu. 53. C de leg. vnde qualitas legitima
tis concurrere debet tempore natiuitatis, ut
concludit Paris. consil. 9. num. 44. & consil. 127
num. 146. uolum. 2.
150 † Nec postremò Decius in allegato consil.
155. ad fi. facit diferentiam, nunquid testator
dixerit de filiis legitimis & naturalibus ex le-
gitimo matrimonio, vel an addiderit uerbum
natis immo licet non bene specificet casum
super quo cōsuluit, colligitur quòd in substitu
tione uerbum natis, continebatur, ut patet ex
c. cum in cunctis, in ncta. Glo. in c. innotuit, de
elect. & ex cons. Baldi. 363. vol. 5. de quibus mē
tionem facit, quæ hoc casu loquuntur, & ita
cessat omnino tertium fundamentum.
151 † Ad quartum, quòd subsequentia matrimo
nii purgat omnia vitia, respondetur, illud pro-
cedere quò ad officia, & dignitates, vel hono-
res, non autem quò ad sucessiones, in quibus
ius alteri fuit quæsitum, Ita Luc. de Pēna in l.
eos. C. de his qui spon. mun. lib. 11. quæstio. 3.
Natta consi. 602. nu. 2. rursus licet subsequens
matrimonium purget omnem maculam præce
dentem, tamen non ideo fit quin adfuerit ma-
cula in generatione, at testator dūm requirit
legitimam natiuitatem, uult eam esse puram &
immaculatam. Ita Natta consil. 624. n. 25. vbi
152 probat hoc à simili, † nam uidemus, quòd le
gitimatio per rescriptum abstergit quoq; om-
nem maculam præcedentem. & tamen non

efficit

efficit,quin in prçteritum macula infuerit, & ideo licet legitimatus per Imperatorem careat nomine spurii, & ei sine contumelia dici non possit,tu es spurius,potest tamen dici, tu fuisti spurius. Quod uerò dicitur de fictione translatiua, quæ locum habet in legitimatione per sequens matrimonium, tollitur ex eiusdem Nattæ dictis eodē loco,qui subdit,quòd testator excludere voluit omnem fictionem, dum requirit filium legitimè natum, & negari non potest, quòd legitimatus per subsequens matrimonium non sit legitimè natus secundùm ueritatem,quam testator intuetur.

153 † Nunc ad quintum descendo,dicens quòd filii D.Pauli neutro modo se tueri possunt: nō enim primo modo dicentes se uerè & naturaliter legitimos secundùm legem naturæ. Quoniam testatores locuti sunt de filiis legitimis, & naturalibus ex legitimo matrimonio, non autem de legitimis ex lege naturæ.inst. de iure nat.in princ.Vbi iure naturali descendit maris atque feminæ coniugatio, quam nos matrimonium appellamus,si nos,ergo non ius natu

154 turale, nec ante nos. † Quia inclusio unius temporis est alterius temporis exclusio. l.cnm prætor.ff.de iud.nec unum tempus determinatum recipit alterius temporis functionē. Bal. in c.licet, col.1.de supl.negli.prçl.Ias.in auth. quç supplicatio,col.2.C. de prçc. imper. offer. sed nec secundo modo legitimi filii secundùm leges dici possunt: quia testatores loquentes de legitimis ex legitimo matrimonio intellexerunt de talibus immediatè quòd nascuntur ꝓpter dictionē ex, ut supra deduxi n.108. & geminationem uerborum consideratam nu. 61. quibus & id genus sic stantibus uerba non uerificātur in legitimatis per sequens matrimonium, ut latius in discursu superius discussum fuit,ubi me remitto.

155 † Ad sextum uerò fundamentum, quod fit in l.cum quis.ad fin. C. de natur. liber. multipliciter responderi potest. Et in primis, quòd Imperator ibi locutus fuit de filiis natis post cō tractum matrimonium cum cōcubina,qui dicuntur ex iisdem matrimoniis procreati, ex quibus ante nati legitimati sunt, ita quòd dictio. Iisdem,facit relationem in genere non in specie.l.2.in prin.cum ibi not.ff. si cer.pe. non autem Imperatoris intentio fuit uelle dicere, quòd ánte nati secuto matrimonio dicantur ex iisdem matrimoniis procreati sicut postea nati,probatur hic intellectus ex positione casus quem Iustinianus supra comemorat de filiis natis ex concubina ante dotalia instrumenta composita,& quòd postea alios iterum ex eodem matrimonio liberos procreauit pater, nā posteriores liberi, qui post dotem editi sunt, volebant totum patrimonium sibi uindicare, ut iusti & in potestate patris, & anteriores fratres repellere, quam iniquitatem ferre nolēs Iustinianus rationibus,quas subdit,dicit in tali casu omnes liberos siue ante dotalia instrumenta editos siue post, una eademque lance trutinari & omnes esse in potestate suo genitori,ita ut nec prior nec iunior ullo habeantur discrimine, sed qui ex iisdem matrimoniis procreati sunt, & simili perfruantur fortuna, hoc est æquales sint natis ante dictum matrimonium, non autē eos repellant,vt volebant facere,hoc enim est tollere illam iniquitatem, quam supra dixit nolle pati. Vocauit ergo natos ex iisdem matrimoniis posteriores,non au

156 tem priores, † & hoc etiam demonstrat ipsemet Imperator in §.fin.inst. de nup. ubi postquam dixit, natos ante dotalia instrumenta, illis postea celebratis effici in potestate patris. subdit (quod & aliis liberis qui ex eodem matrimonio postea fuerint procreati similiter nostra constitutio prçbuit) & sic ex dicta relatione patet, eum in d.l.cum quis. fuisse locutum de natis post matrimonium in finalibus uerbis. Quod etiam confirmatur, quia de illis post natis & eorum iniquitate contra natos ante supra locutus fuit.Vnde respondendo dictæ iniquitati,quam dixit nolle pati, dici non potest in fine eum locutum fuisse de prioribus sed de posterioribus,vt responsio conueniat propositioni superius factæ. §. præterea. inst. de inut.

157 stipul.† Et certè mirum mihi satis,superque uidetur, quòd si textus ille faueret legitimatis per sequens matrimonium, sentiens aut dicere uolens eos dici procreatos ex iisdem matrimoniis,quibus nati postea dicuntur, cur doctores illum non allegassent,qui partes legimati tueri conati sunt? Nam non uideo quemquam Doctorem illum ad hoc citasse prçter Angussolium in allegato consilio 74.qui frigidè satis & insipidè eum citauit.hoc enim est euidens signum,quòd nihil ad rem facit quçstionis præsentis, prout uerè non facit.

158 † Secundò,posito quòd loqueretur ille textus de natis ante matrimonium, velletq; illos simili perfrui fortuna cū natis post matrimonium, tamen adhuc contendi posset, eum casui nostro non conuenire, loquitur enim quò ad ius patriæ potestatis,& successionem patris non autem quò ad exclusionem substituti uocati,prout in casu nostro: quia est alius casus diuersus successionis, in quo tractatur de ad-

159 missione,uel exclusione alterius personæ † & æquiparatio procedit in casu æquiparato & non aliter. Ita Roma. cons. 179. col. 4. ver. tertiò respondetur. Mates. in tract. extens. col. 6. Brun. in tract. quòd stant. mas. 8. articulo. prin. sub nu. 110. Paris. cons. 49. nu. 86. uol. 3.

Tertiò dico,quòd æquiparatio de legitimè nato ad legitimatum per subsequens matrimonium non fit propter similitudinem casuum,& rationis identitatem,ut de filio & seruo cōtingit,inst.quod cum eo,in prin. sed fit uirtute fictionis,ut probatur in d.c.tanta.ibi [ legitimi

160 habeantur ] † aliud est enim esse talē,& aliud

haberi

haberi pro tali. Glo. in l. mercis. ff de uer. signi.
sed hanc fictionem testator exclusit, loquendo
de filiis legitimis & naturalibus ex legitimo
matrimonio, quibus planè uerbis se retulit ad
initium nataliū, ut supra deduxi, meritò cessat
in hoc casu æquiparatio prædicta, sicque forma
liter respondet Natta consi. 602. nu. 5.
161 † Nec dicat aliquis, testatores casum uerum
& fictum pariter comprehendere uoluisse, cum
sit uterque eiusdem effectus l. Deo nobis. C.
de epis. & cle. Quoniam negatur idem effectus
cum per legitimè natos decor successorum cō
seruetur, secus uerò per legitimatos sequenti
matrimonio, secundùm Bald. consi. 367. vol. 5.
Ber. consi. 167. col. 3. vol. 2. Quin, vt ille subdit
post Bald. testator exprimendo de filiis legiti-
mis & naturalibus ex legitimo matrimonio, vi
detur naturam & non accidens considerasse.
l. si ita quis. §. is cui. ff. de legat. secundò, & ad
ipsam genituram ueram & naturalem respe-
162 xisse, ut uerba inferunt. † quæ semper in du-
bio sunt naturaliter & non accidentaliter in-
telligenda. l. qui habet. ff. de tutel. ergo com-
prehendi non debent illegitimè nati ex post
facto, licet per subsequens matrimonium le-
gitimati, quamuis dici possent ad similitudi-
nem eorum qui uerè ex legitimo matrimonio
nati fuerunt, nam quod est simile, non est idē.
l. quod Nerua. ff. depos. ergo donec est aliquis
naturalis, qui sit ab origine legitimus, ut est
Do. Iacobus Trottus, illi qui ex post facto acci
dentaliter fuerunt propter matrimonium sub
sequens legitimati, velut sunt aduersarii, non
debent admitti, nec excludere substitutū con
tra mentem testatorum, quæ colligitur ex il-
163 lis uerbis. Ex legitimo matrimonio, † & hæc
est ueritas, ut concludit Bal. & Bero locis cita
tis, quam cæteris reiectis sequi debemus c. ue-
ritate. c. qui contempta. 8. distin. ueritati nam
que semper locus esse debet. l. fi. ff. de prob. Ce
phal. consi. 261. nu. 18. maximè uerò apud gra
ues uiros, quos ueritatem semper colere decet
l. 1. C. de edi. liber. toll. l. cum ita legatum. ff. de
cond. & demon. Alex. consi. 62. in prin. vol. 4.
164 decis. Senat. Pedemontani 29. in prin. † om-
nium namque fortissima est, ut habetur lib. 3.
Esdræ. c. 4. Bal. in l. eos C. de testi. eaque mater
iusticiæ nuncupatur. Bald. in l. libertini. ff. de
sta. ho. Paris. abundè consi. 54. n. 19. vol. 1. Soc.
consi. 20. col. 1. inter consilia Curtii Senioris
decis. Pedemontana. 30. in prin. & eam in iudi
tio latere peccatum est mortale. Glo. in c. con-
stitutis primo, de testi. Ceph. consi. 165. nu. 15.
165 † Quarto & vltimo loco non prætereo, quòd
tex. in d. l. cum quis, legitur in pandectis hoc
modo (sed qui ex iisdem maioribus procreati
sunt. simili perfruantur fortuna) quæ lectura
mihi ualde placet: quia sine aliquo scrupulo cō
uenit. & natis ante & post matrimonium, cum
uerum sit, eos omnes esse natos ex iisdē maio-
ribus, & secundùm hanc lecturam tollitur obie-
ctum: quia non dicitur ibi natos ante matrimo
nium esse procreatos ex matrimonio postea se
cuto. Teneat modo studiosus quisque lector,
& ingenio suo sequatur, quod sibi magis arri-
det ex supra deductis, aut si fœlicius penetrare
potest id efficiat etiam atque etiam rogo.
166 † Quò verò ad doctrinam Cyni. in l. nuperi
C. de nat. lib. parum adducor, qui dicit, quòd
per subsequens matrimonium nouus filius uel
noua qualitas filii procreatur. Quia verum est
iuris ciuilis ministerio ac artificio sed testato-
res non ad illud sed ad naturalem nascendi mo
dum respexerunt, ut superius dictum fuit, igi-
tur illa doctrina casui nostro non obstat.
167 † Ad ultimum tandem deueniens concer-
nens multos, qui pro legitimatis aduersus sub
stitutum citantur, diligentius est consideran-
dum circa cumulatos per Roland. à Valle con
sil. fi. n. 19. uol. 2. nam Decius, de quo meminit
in uariis locis, parum constans sibi fuit, nam po
sito quod in c. cum in cunctis. de electi. in cōs.
155. in fin. & in l. generaliter. in fi. C. de insti.
& sub. inclinasset pro legitimatis, tamen in cō
silio 614. inclinat aduersus eū, prout supra de-
168 duxi. nu. 112. † Parisius uerò qui pariter cita-
tur in consi. 13. nu. 40 & consi. 15. col. 2. vol. 2.
loquitur in legitimato per sequens matrimo-
nium, qui substitutum excludit sub illa condi-
tione si decesserit sine filiis legitimis institu-
tus. sed quid dici deberet, quando dictum fuis
set de filiis legitimis ex legitimo matrimonio,
169 prout in casu nostro, non attingit Paris. † rur
sus Alciat. lib. 3. de uerb. signi. stat pro legitima
to, quando substitutio facta fuit ab extraneo,
prout in casu nostro licet Didac. in §. 2. secun-
dæ partis epito. col. fin. dissentiat, sed utcumq;
sit, idem Alciat. licet respon. 501. pro legitima
to tenuerit, tamen aduersus eum respondit re
spon. 201. & 666. plus addēs bis uel ter ita fuis
se iudicatum in amplissimo Senatu Mediola-
170 ni, cuius auctoritas est suprema. † Crottus ve
ro in l. Gallus. §. & quid si tantùm nu. mihi 82.
loquitur in dispositione statuti excludentis fi-
liam stantibus masculis legitimè natis, vnde
pōt eo casu tolerari, quòd dispositio talis statu
ti uerificetur in legitimato per sequens matri
monium, at non idem iuris est dicendum in di
spositione hominis, secundùm communem re-
solutionē doctorum, de qua supra dixi nu. 96.
parique modo de statuto loquitur Do. meus
171 Riminal. consi. 78. à me supra citatus. † & ad
illud, quod inquit de consilio Alexandri pe-
nes illum constituto pro legitimato, cum non
appareat nec in fonte uideri possit illud consi
lium, non debet ex eo numerus eorum augeri
qui partes legitimati fouent, ut declarat Dec.
consi. 159. col. 3. volens non stari doctoribus
referentibus alios, quorum lecturæ vel cōmen-
taria non habentur, arg. tex. in auth. si quis in
aliquo C. de eden. & ad Butrium in d. c. inno-
tuit. quem citat Petr. Duenas in allegata re-
gula

gula 350.nu.8.eadem cadit responsio,ꝙ loqui-
tur in terminis illius tex.de dispõne legis,vt pa
tet per exẽplum,quod adfert de statuto. immo
cum se remittat ad dicta per eum in c.per vene
rabilem.qui fil.sint legi.vbi distinguit inter di-
spositionem legis & testatoris, patet ꝙ Butrius
172 stat pro substituto contra legitimatum. † De
cius quoque consi.284.num.9.citatus à Petro
Duen.qui cõem testatur,loquitur de legitima-
to per rescriptum stante substitutione facta sim
pliciter alicui, si decesserit sine filiis legitimis,
qui legitimatus excludit substitutum, at secus
est stante substitutione,si quis decesserit sine fi-
liis legitimè natis vel ex legitimo matrimonio
quia tali casu non procedit illa cõis conclusio
sed limitatur ad fauorem substituti.vt per Ale-
xan.in l.generaliter.§.cũ aũt.col.2.C.de inst.&
subst.& cons.11.col.10.ver. non obstat octauũ,
vol.1.Dec.cons.425.col.4.Paris cons.9.nu.46.
vol.2.& alibi sæpe Doctores à me cumulati su-
pra nu.64.& quorum plures idem concludunt
in legitimato per sequẽs matrimonium,vt ibi-
dem demonstraui nu.66.cum duobus sequen-
173 tibus. † Quod verò pertinet ad Boeri. decis.
159.nu.20.post Bal.cons.329.punctus, quidam
substituit.vol.2.in anti.considerandum est, in
quo casu loquatur Bal & secundùm illum quo-
que venit intelligendus Boer.quia dictum Do
ctoris intelligi debet secũdùm allegata per eũ,
vt per Bar.in l.non solùm.§.liberationis verba.
ff.de lib.leg.at Bald.ponit verba substitutionis
in hunc modum,si Stephanus moreretur sine fi
liis legitimis,aũt ex suo corpore descendentib.
vultq; tali casu legitimatum per subseqũẽs ma
trimonium excludere substitutum, quod mirũ
videri non debet.Nã & legitimatus per rescri-
ptum id faceret cũ verba de filiis legitimis sim
pliciter loquerentur. immo verò etiam natura
lis tantùm,vt considerat Bal.ibidem. At nos lo-
quimur in substitutione facta alicui si decesse-
rit sine filiis legitimis & naturalibus ex legiti-
mo matrimonio,quę respiciunt legitimum na-
scendi modum vsque à principio, qui non veri
ficatur in legitimato quocunque licet per se-
quens matrimonium,vt supra deduxi, meritò
patet illam decisionem Baldi & Boerii non of-
174 ficere casui nostro. † Nec postremò Rui. con
si.163.nu.6.& 7.per Duennam citatus volu. 3.
testatur communem,nec aduersatur legitima-
to,sed potius ei famulatur, post Angel. in l.sed
est quæsitum. ff.de liberis & posthumis.dicens,
quòd licet matrimonium contractum in arti-
culo mortis valeat, & per illud legitimentur fi-
lii,vt firmat Cyn. in l. nuper.C.de natur. lib.Io.
And.& alii in c. tanta.qui fil.sint leg.Bal. in l.si
quis posthumos,in prin.ff.de libe.& posth.cum
aliis concordantibus,de quibus per Alex. Ta-
men secus est,quandò matrimonium fuisset cõ
tractum in fraudem substituti, prout in dubio
sic factum præsumitur,& illud idem tenet Rui.
cons.211.nu.7.vol.1.& cons.46.nu.7.vol.2.Pe

trus Duennas in allegata regula 350. in prima
limitatione.Et in hac causa Cephal.in d.consi.
276.nu.30.considerans,ꝙ Do.Paulus tempore
allegati matrimonii contracti grauiter ægrota
bat,& ob id non carebat fraudis suspicione, sic
vt ex eo filii non fuerint legitimati ad præiudi-
cium D.Iacobi substituti.
175 † Aduerti quoq; dẽt ad Cast.in l.fin. C.de
his qui ven.ætat.impe.in fi.qui visus est pro le-
gitimatis tenere,nã nõ se firmat, sed dicit esse
videndũ But.in d.c.per venerabilẽ.& ita perpẽ
dit Rol.à Val.cõs.fi.n.47.vo.2.declarãdo,ꝙ Ca
strẽsis loquit̃ ĩ casu,ĩ quo substõ facta fuerat ali
cui decedẽti sine filiis legitimis & naturalibus;
q̃a tunc est verum,ꝙ scd̃m mẽtẽ testõris legiti-
matus per sequẽs m̃rimoniũ excluderet substi
tutum.At secus quando substõ facta fuerat de-
cedenti sine filiis ex legitimo m̃rimonio ꝓcrea
tis.immo tali casu Castrẽ.aliter sentit,dũ se re-
mittit ad notata per But.in d.c.per venerabilẽ.
qui tenet,substitutum non excludi à legitima-
176 to per subsequens m̃rimonium † Sic quoque
se remittit Imola in d.c.innotuit.ad Butr.in d.
c.per venerab.ut animaduertit Rui. cons. 192.
n.16.vol.3.& ut idẽ dicit.n.14.Salycet.in d.l.si
totàs.loquitur in dispositione legis. quod ẽt fir
mat Rol.in alleg.cons.fi.sub n.46. Alios quoq;
non prætereo, quos p̃ter allegatos supra citat
Angussol.in d.cons.74.col.2.vt Abb.in d.c.in-
notuit.nu.17.de elec.& in c.tanta,nu.7.qui fil.
leg.dicentem,ꝙ in feudo concesso alicui pro se
& legitimè natis,uel legitimè descendentibus,
veniunt legitimati per sequens matrimonium,
quod & alii pleriq; uoluerũt cumulati per Bur
177 sat.in d.cons.18.num.3.cum seq. † Et dico ꝙ
eorum decisio tolerabilis esse põt in feudo: qm̃
tractatur in eo de præiudicio duntaxat conce-
dentis,vt ꝙ legitimatus per subsequens matri-
monium comprehendatur sub illis verbis legi-
timè natorum uel descendentium, nec ad eum
feudum reuertatur per mortem vasalli,qui nul
los filios ex legitimo matrimonio natus reli-
quit.Nam semper verba contenta in inuestitu-
ra interpretari debent in fauorem vasalli cõtra
Dominum suum,ut tradit Afflic.in prę lud.feu
do.col.15.uer.iuxta hoc quæro.Iacob.Leonar.
inter consilia Bruni cons.117.nu.132.Bursatus
cons.4.nu.29.At in fideicõmisso,ad quod quis
uocatur(ut in proposito nr̃o D.Iacob.Trottus)
agitur de præiudicio substituti admittẽdo legi
timatos per subsequẽs matrimoniũ ad eius ex-
clusionẽ,meritò sub illis uerbis,legitimè natis
uel legitimè descendentibus, comprehendi nõ
debent,ne tertio,hoc est substituto fiat præiu-
dicium l.nec auus.C.de eman.lib.cum uulg.
178 † Secũdò subest & alia dr̃ia non mediocris
inter feudum & fideicommissum, nam feudum
nõ prætextu pecuniæ,sed amore & honore Do
mini p̃stat̃.c.1.de feud. dat. in uic.leg.cõmisso.
Brun.consi.41.nu.17.vnde diffinitur per Ober
tum de Orto compilatorem consuetudinũ feu

dalium. c.1.§. in primis.in quibus casib. feud. amit.illud esse beneficium quod ex beneuolentia datur.sequitur Natta consi.683.numero 5.
179 † sicut & in donatione videmus, quæ procedit affectionis gratia erga bene merentes amicos,l.affectionis,ff.de dona.hoc est quando donans habet affectionem ad personam donatarii,causa cuius affectionis mouetur ad exercendum liberalitatem in eum,prout ibi Castr. & alii declarant. Vel ēt fieri potest atque frequentius,q̄ ob seruitia magni ponderis impensa prīcipi,resque præclare gestas in eum vel Rēpub. quis fuerit inuestitus,feudumque fuerit consequutus.quibus ita stantibus feudum faciliter transire debet ad legitimatos per sequens matrimonium descendentes ab illo primo inuesti
180 to ob raras animi sui dotes † vel benemerita sua,quæ transeunt ad suos posteriores,vt voluit Bal.consi.355.præmittendum est,col.2.uolum.1.quem refert Soc.consi.84.col.3.vol.3.& ꝓbatr̄ in l.nemini.& in l.petitionē, C. de aduo. diuer. iudi.quibus cauetur, q̄ filii remunerantur ex parentum meritis, ponit Roma.cōs. 29.
181 † Quod etiam procedit,si descendentes essent rei criminis alicuius,vt ob merita maiorū suorum sit eis ignoscendum.unde Tullius lib. 2.de inuentione. Oportebit(inquit)omni,qui sibi vt ignoscatur,postulabit, maiorum suorum
182 beneficia,si qua extabunt proferre. † Hinc apud Liuium.1.Decad. lib.2. Appius cū in vincula duceretur,maiorū merita in Rempub. collata commemorabat,vt pœnā deprecaret̄. Nec
183 deest exemplum memoria repetendum † Berenicæ aliis Pherenicæ dictæ cognomento Callipateræ,quæ cum virum habitu mentita ludis mulieribus interdictis interfuisset, vbi Pisithodum filium coronatum uidit, meritis suorum maiorū fuit absoluta.cū aliàs secundùm legem ex Typeo prærupto monte præcipitarētur, quę id fecisse essent deprehensę,prout auctores sūt Pausanias lib.5.& Aelianus de varia historia li
184 bro 2.c.7 † Liuius quoq; 1.Decad.lib.4.scriptum reliquit. M. Posthumium Tribunum ob rem malè ab eo gestam decē millibus ęris fuisse damnatum,verùm postea ab omnibus Tribubus absolutū fuisse ob memoriam Connati pa
185 tris venerabilis viri & iā exactæ ætatis † Sed & Tacitus lib.2.refert Plautio Laterano mortem,quam ex sceleribus meruerat, fuisse remissam ob patrui egregium meritum, quæ licet aliàs adduxerim in l.si vnus.§.pactus ne peteret col. pe.ff.de pac.supuacaneū nō fuit hic ea repetere,ut magis innotescerent, & legētes vtrobique uel altero loco, magis oblectarent,iuxta illud [*Decies repetita placebunt*] Et quoniam hic à fortiori deseruiūt,vt feudum concessum maioribus benemeritis transfundatur in tales legitimatos,qui licet in peccato geniti sint,nō tamen ipsi peccauerunt, sed alieno tm̄ vitio laborabāt,antequam ad legitimitatem reducerent̄.
186 † At hæreditates hodie deferuntur ad descendentes iure legitimæ successionis,quę eausatur ex legitimo matrimonio.§.legitimi,in auth.quib.mod.nat.effi.sui.vbi dr̄ [legitimi siquidē successores procedunt hoīb.ex nuptiis quas cōtrahunt] qui uerò sine mr̄imonio nascebant̄ vel prorsus fuerūt reiecti,vt spurii,vel si naturales erāt,cū moderamine quodā admissi, prout hr̄. in §.siue igitur,eo.tit.& in auth. licet.C.de natur.lib.demū verò sancitū fuit per Imperatores,legitimatos per oblationē Curię,per rescriptū & subsequēs mr̄imoniū succedere, ꝓut hr̄ in auth.quib.mod.nat.effi.leg.& qb.mod. nat.
187 effi.sui. † Igitur in proposito nr̄o, qn̄ testator īstituit filios,& si decesserit sine filiis legitimis & naturalib.& ex legitimo mr̄imonio natis, dici dēt,q̄ intellexerit de legitimis successoribus primo mō mediante mr̄imonio cū nascerent̄, nō āt cæteris modis per legitimationes ītroductis,cū si pariter legitimatos cōplecti uoluisset, satis erat dicere de filiis legitimis & naturalib. quia legitimati quocūq; mō sunt tales, sed adiecit & ex legitimo mr̄imonio ꝓcreatis,uel legitimè natis,aut legitimè descēdētib. ad exclu
188 sionē legitimatorū quocūq; mō. † qđ sic oportet fateri,cū uerba sic intelligi debeant, ut aliquid operentur.l.si quando,ff.de leg.1.c.si Papa. de priui.in 6. Immo nullum verbum debet esse superfluum,si alius sanus intellectus possit accomodari.l.1.in prin.& ibi not.ff.qđ me.causa. l.1.in,fi.cū ibi not.ff.ad munic.& quod not. in c.solitæ.verbo.tanquam. de maio.& ob, Castrens.consi.57.primò uidendū est de intelle
189 ctu.col.1.vol.1.† aliàs si uerba non operarentur,ludibrio cēserētur apposita & elusoriè, qđ fieri non debet.l. fin.§. non autem C. de bon. quæ lib.l.cum aliis.in fin.C.de cur.fur.c.commissa §.porrò. de elect. libr. sexto, hinc Bald. consi.51.generali statuto,in fi.volum.5, dixit, q̄ singula verba legis, & singula uerba priuilegii debent habere aliquid ponderis,& ad aliquem effectum trahi,per l.item ueniunt,§.ap-
190 tanda.ff.de pet.hære. † immo uerò debent intelligi uerba impropriè & contra eorum naturā potius quàm ut nihil operent̄ l.si stipulatus fuero per te.l.stipulatio ista.§.sed si seruus,& §. possidere.ff.de uer.ob.c. si sententia. de sent. exco. in 6.quæ iura ad hoc propositum citat Abb.cons.32.col.1.vol.2.tradit Dec.cons.48. colum.2.& cons.69.colum.3.Craue.cons.135.
191 n.24. † & ulterius verba intelligi debent ad correctionem iuris cōis potius quàm q̄ nihil operentur, auct. ex testamento. ubi Fulg. Roman.& Moder.iūcta.l.1.C.de colla.ubi,ut uerba aliquid operentur,summitur argumentum à contrario sensu etiam ad correctionem iuris communis.Idemque tradit Castr. consil. 175. col.4.volu.1.consi.83.col.2. volum.3. latè moder.in l.1.ff.de offi.eius,Crau. consi.92.nu. 5. cons.118.nu.19. Quare sic in terminis nostris illa uerba sine filiis legitimè natis siue ex legitimo matrimonio,debent intelligi ad exclusionem

nē quocunq; modo legitimatorū,& sic ad correctionē iuris cōis,quos eos admittebat potius quam q nihil operentur stantibus illis præcedētibus legitimis & naturalib.vnde iā patet argm̄ de feudis,ī quib. multi Doctores loquūtur, ad fideicōmissum,de quo nos agimus,nō esse tutū
192 † Venio nunc ad alios Doctores cumulatos per Angulsoliū in illo suo cōs.74.videlicet Castr. cōs. 180.n.15. uol.1.qui nihil offendit opinionē meā pro substituto,cū loquatur de statuto,sicq; de dispōne legis.& an appellatione simplici legitimorū cōprehendatur legitimatus p sequens matrimoniū determinans post Butri. in d.c.per venerabilē,q sic,idemq; latius Didacus in 2.par.epitomes,c.8.nu.10. hoc.n.vt concedam,non tamen idē dici dēt, q veniat appellatione legitimè natorū siue ex legitimo matrimonio natorū.per superius satis dicta.Et quod inquit Ripa in l.si vnquā q.32.C.de reuo.don. de substituto sub cōditione, si institutus decesserit sine filiisnatis ex legitimo mr̄imonio,fundatur in consilio Decii 155.ad finem,qui secus sentit stante geminatione verborū hic cōcur-
193 rente. † Et idem Ripa citatus in l. ex facto. §.si quis rogatus.n.47.ff.ad treb.distinguit,post Abbatē in c.innotuit.col.6.de elect.inter legitimatum de iure ciuili,& de iure canonico,qđ est secundo casu non confectis instrumentis dotalibus,negans hoc casu, substitutum excludi, quod casui nr̄o deseruit,ubi nō interuenerunt instrumēta p̄dicta,sicq; Ripa nobis famulatur. Postremò supersunt alii cumulati per Bursatū cons.10.n.6.& cons.18.n.3.cū seq. qui verè p maiori parte loquuntur in feudis,& ideo nō obstāt.vt Mandos.reg.18.q.6.n.5.Pet.Duen.regula filius naturalis. Villalobos verbo legitimatus ob mr̄imoniū.6.ampl.n.74.Viuius in com. opi.verb. filii nati ex legitimo mr̄imonio,Emanu. Suarez.verbo legitimatus ob matrimoniū Iuli.Clar.§.feudū.q.82.Gabriel.Roma.in suis conclus.de legitimatione.cōcl. 1.n.21.lib.6.& Porti.Imol.lib.4.concl.36.Silua.con.3.nu.20. Cur.iu.cōs.136.ubi(quod est plus)consuluit ēt cōtra legitimatū.Bero.ī c.in p̄sentia,n.340.de pb.Emil.cōs.132.n. 11. Celsus Hugo cōs.119. n.5.vltra q nō ponit verba cōcessionis,& sic nō cōcludit,sicut nec Vasqui.eodē mō loquēs.lib. 1.de succe. pgres.§.2.par.2.n.52.vn̄ patet,quot
194 ex cumulatis ad partē cōtrariā deficiāt † uerificariq; quod īquit Sfortia Oddo Perusinus in trac.cōpēdiosæ substōnis,particula 6.uerbo an legitimati, ver.secundus casus.vbi dicit,q non oēs qui allegant, loquunt in casu proposito, & (ut dici solet)in terminis termināntib.sicut nec Neuiz.cōs.99.n.22.qui ponit de quadā legitimata,nūqd excludat substitutos,nec ponit qūo starēt uerba substitutionis,nec in quibus terminis loquatur illa cōior opi.quā asserit pro legi-
195 timato,vnde nil certū ex eo colligitur.† Superest id tm̄ laboris,vt alios quosdā recēseā,q magis stringere viderētur fortasse legentib. eos, nisi p me tollerent,aut īterpretationē dignā reciperēt. Et ī primis Cōsiliū Collegii Patauini, quod scribit Mātua cōs.191.& refert Soc.iun. consi.63.n.52.& cōs.77.n.15.vol.3.& magnifacit Burs.in d.cons.18.dicēs esse maioris auctoritatis cōsilio cuiuslibet Doctoris licet antiqui & celebris,& pro eo magis esse p̄sumēdū. secū dū Abba.in c.prudētiā,n.4.de off.deleg.Curt. cōs.56.n.5.Dec.cōs.400.n.1.Gabr.Rom.ī suis
196 cōclusionib.de testi.cōcl.4.n.9.† Nā cōsiderādū est, q tota vis Collegii Patauini consulētis versabatur in clausulis amplissimis & repetitis Comitis legitimātis & habētis auctoritatē, q motu proprio,de certa scīa & de plenitudine potestatis motus fuerat ad legitimandū,& amplius voluerat legitimationē suā valere & locū habere in quacunq; dispositione, & vltima volūtate de filiis ex legitimo matrimonio natis,q verba sic erāt clara,q quouis mō cauillari non poterāt,sed erat sequēda,nec ab eis vllo modo recedendū.l.ille aut ille.§.cū in uerbis.& l.nō aliter.ff.de leg.3.Igitur si legitimatio p̄dicta tot clausulis & p̄cisis verbis munita nō fuisset, Collegiū Patauinū p legitimato nō respondisset. vnde nō licet argumētari de illa legitimatione (licet per rescriptū)tā p̄gnanti ad nostra simplicē,nullis clausulis,nullisq; verborū phaleris ro
197 boratā,p subsequēs mr̄imoniū. † Licet.n.talis legitimatio cēseri soleat plēior & efficacior alia quacūq; legitimatione,vt ponit Paris.cōs. 13.n.40.& cōs.15.col.2.vol.2.Rol.à Val.cons. 100.n.6.vol.2.tamē argm̄ sumi debebat ab illa facta per rescriptū simpliciter,nō āt cū tot clausulis & verbis p̄cisis,quib. caret ista per sequēs
198 mr̄imoniū † nā argm̄ à minori ad maius, qđ de illa legitimatione p rescriptū ad hāc p subsequēs mr̄imoniū desumit,non procedit,quando id quod minus vr̄,est in ueritate maius aliquo respū,prout est gl.not.in cle.fi.super verbo videbat.de reb.eccl.nō ali. quā pōderat ad hoc Castr.in auth.multo magis.C.de sacr.san.eccl. & est de mente Hosti.& Præpositi in c.per venerabilē.qui fil.sint legi dicentes, q tunc procedit argm̄ à minori, quando minus continetur
199 sub maiori,alioquin secus. † nā quandoque quis dare pōt equū magni valoris, qui nō posset dare caprā. §. pręterea si qs generaliter.ins. de act.Itē multi possunt maiora, q nō possunt minora,iure,cōsuetudine,uel priuilegio repugnātib.sequit Euerar.in cēturia sua loco à minori,col.3.sic.n.contingit in terminis Collegii Patauini,nanq; illa legitimatio per rescriptū, super qua consuluit,erat in ueritate maior nostra propter clausulas prægnantes, verbaq; clara & præcisa,meritò non licuit ex illa ad istā argumentari.& hæc responsio sufficiat.
200 † Quamuis ex abundanti non esset os in cęlum ponere, si diceretur, quòd illæ clausulæ motus proprii, ex certa scientia & de plenitudine potestatis, non poterant nec debebant operari de iure in notabile præiudiciū

Vu 2 tertii,

tertii, prout erat, q legitimatus ex rescripto virtute earum redderetur capax auiti fideicõmissi, vocatis nepotes legitimos & naturales, & ex legitimo matrimonio in præiudicium venientis ab intestato cessante fideicõmisso, qđ (meo
201 iudicio) cessabat in eo casu: † Sicut.n. quando substitutio facta fuit alicui decedenti sine filiis legitimè natis vel ex legitimo matrimonio legitimatus per rescriptum non excludit substitutum secundùm omnium sniam, vt per Bal. & alios i l. Gallus. §. si eius. ad fi. ff. de lib. & posth. Castr. in l. fi. nume. 6. C. de his qui ven. æta. impe. Andr. Sicul. in l. cum acutissimi, nu. 279. C. de fideic. Alex. Ias. & Dec. in l. generaliter. §. cũ autem. C. de insti. & substi. Alex. consi. 2. nu. 13. vol. 1. cons. 172. nu. 2. vol. 7. Dec. cons. 155. nu. 7. cons. 425. nu. 4. Bertran. cons. 213. n. 6. 7. vol. secundo. Grat. respon. 65. numero 6. uolum. 1. Imol. in l. ex facto. §. si quis rogatus. in fi. ff. ad treb. Aret. in l. ex facto, nu. 10. ff. de vulga. Bero. cons. 180. n. 16. vol. 2. Soc. in cõs. 65. n. 2. vol. 2. cons. 63. n. 16. cons. 110. n. 25. cons. 145. nu. 39. vol. 3. cons. 82. n. 16. 17. vol. 4. Cur. iun. cons. 64. nu. 12. Rui. cons. 80. nu. 7. 8. & cons. 95. n. 7. vol. 3. Paris. cons. 9. nu. 45. & cons. 12. n. 147. vol. 2. Ceph. cons. 66. nu. 14. cons. 82. nu. 19. & consil. 111. nu. 6. Neuiz. cons. 99. nu. 25. & Crot. consi. 113. nu. 2. sicut & Natta cons. 624. num. 10. qui omnes dicunt, hanc esse verissimam decisionẽ & communem, quod in specie testantur Areti. Alex. Paris. & Soc. iun. ita pariter quãdo vocati fuerant legitimi & naturales & ex legitimo matrimonio nati, prout in casu Cõsilii Patauini, legitimatus per rescriptum non debebat admitti sed cessante tali casu fideicommisso locus potius esse debebat venientibus ab intestato.
202 † Quibus dictæ clausulæ non debebant præiudicare, nam quod attinet ad primam motus proprii, non operatur in præiudicium tertii, secundũ glo. & Doc. in c. si motu proprio, de præben. in 6. Cald. & Imol. in c. mandatum. de resc. Abb. in c. aures. eo. tit. Ruin. cons. 229. n. 7. vol.
203 1. cons. 63. nu. 3. vol. 5. † Idemque planè dici potest de clausula ex certa scientia, prout ex multis videre licet à me cumulatis cons. 18. n. 115. quibus nunc addo Ruinum cons. 123. nu. 20. vol. 3. Curtium cons. 49. nu. 34. ver. Decimo tertiò dicunt. Soc. iun. cons. 77. n. 105. vol. 1. & in clausula de plenitudine potestatis idem concluditur per alios plerosque cumulatos à me loco citato. nume. 116. quibus addo nunc Antonium de Pretis in tract. de iurisdicti. Episcopi. c. 1. col. 2. & 3. vbi de omnibus prædictis clausu
204 lis idem firmat † Nec voluntas legitimantis, q legitimatio sua locum haberet in dispositione de filiis ex legitimo m̃rimonio natis loquente, debebat operari posse in præiudicium tertii substituti tali casu, sed in alia dispositione quæ tertio non præiudicaret, ut in casu glossæ & Doctorum in c. innotuit, de elec. quibus ita respõdet Alex. cons. 5. sub nu. 8. vol. 7. unde non im-
205 meritò reperio, q † Soc. iun. qui fuit unus ex quatuor relatoribus Collegii Patauini, noluit consi. memorato se subscribere, motus rationibus, quas ponit cõtra legitimatum cõs. 65. vol. 2. in qua snia perdurauit idem Soc. iun. cõsi. 9. nu. 15. vol. 3. Parisiũ secutus in eodem casu Collegii Patauini contra illud consulentem cons. 12. nu. 147. cum sequen. vol. secundo, sicut etiã consuluit Gratus in dicto casu resp. 158. vol. 2. quo loco n. 30. respondet clausulis memoratis, vt supra feci.
206 † Postremò non omitto, q ille Sfortia loco citato, col. antepen. scriptũ reliquit, q ex quo tenentes in indiuiduo partẽ substituti non excedunt numerũ eorũ, qui in propriis terminis tenẽt aliã legitimati, ut calculo manifestari potest. Et hinc & inde sunt attestationes de cõi, quò ad auctoritates res est æqualis. Igitur iuribus notissimis benignior & æquior opinio tenenda est. sicut est illa, quæ tendit in fauorẽ filiorum & matrimonii. & illum Sfortiam sequitur ad unguem Bursat. in allegato cons. 18. sub n. 10. Circa quotum conclusionem diligentius
207 est cõsiderãdus calculus ab eis firmatus. † nã si de medio tollantur illi, qui uel sibi parum cõstantes fuerunt in hac quæstione vel materia; sicut & alii qui in diuersis terminis à casu nostro scripserunt. Quique de feudis locuti sunt nõde substitutione, quos sigillatim retuli à numero 167. citra longo discursũ. demumque Consilium Collegii Patauini periculosum, facilè patebit cæteros à me missos, ut partem legitimati fouentes, longè pauciores remanere scribentibus pro substituto. Nã pro substituto concurrunt oẽs à me relati supra nu. 94. qui sunt decẽ & septem, numerus tanto magis excrescit agregatis illis, qui Baldũ secuti sunt in l. Gallus. §. si eius. in fi. ff. de libe. & posth. & in c. 1. §. naturales si de feud fuer. contro. volentẽ, q in fideicõmisso vel alia dispositione loquente de filiis legitimè natis, aut legitimè descẽdẽtibus, legitimatus non excludat substitutum per rationes quę militant pariter in legitimato per subsequens matrimoniũ, ut de primis dixi supra nu. 64. cũ sequẽtib. & de secũdis n. 88. nã uerbis illis hęc ex legitimo matrimonio natis, conueniunt ut ex se patet, nec negari põt. Oĩb. igitur Baldi sequacibus cumulatis unã cũ cæteris, qui tenent in terminis opinionẽ pro substituto longè maiori numero sunt Doctores pro eo quàm pro legitimato, & ita cessat, q auctoritates sint æqua-
208 les, vt dicebat Sfortia. † Quòd verò benignior & æquior sit opi. pro legitimato, cum tẽdat in fauorẽ filiorũ & matrimonii, nõ est operepreciũ disputare, nã cũ repugnẽt ei uerba testãoris loquẽtis de filiis ortis ex legitimo m̃rimonio, & quæ substituto deseruiũt, talis eius volũtas, quæ lex est. §. disponat. in auth. de nup. seruari dẽt in oĩb. l. cum talis, in fi. C. de legat. ibi, in omnibus etenim testatoris voluntatem dominari censemus, Rol. a Valle cons. 76. num. 30. vol.

30.uol. 1.nec pars legitimati tendit in fauorẽ matrimonii, eum stent simul, matrimonium se quens ualuisse, nec istud in dubiũ refricatur, & tamen quòd legitimatus ex eo substitutum nõ excludat ob uerba quę repugnant à testatore prolata. Quare concluditur, magnificum Do. Iacobum substitutum admittendum esse legitimatis exclusis.

*Hippoly. Rimin. Ferrar.*

## Pro Camera Serenissimi Ducis Ferrariæ.

### ARGVMENTVM.

Priuilegium concessum per Serenissimum Ducẽ Ferrarię hominibus Milliarii, ꝙ deceętero ad gabellas in communi Ferrarię minimè teneantur, non extenditur ad imponendas per ipsum Principem, neque ad bona postea quęsita per dictos homines.

### SVMMARIVM.

1 *Comitatus qualiter olim caperetur, & nũc capiatur*
2 *Comitatenses dicuntur quicunq; de comitatu sunt.*
3 *Districtus propriè appellatione quid significetur.*
4 *Quicquid est intra confines iurisdictionis alicuius Domini præsumitur esse de iurisdictione illius Domini.*
5 *Districtus appellatione in fauorabilibus veniunt nedum suburbia, sed etiam ciuitas; sed contra nu. 34. & seqq.*
6 *Materia liberans à gabellis fauorabilis est.*
*Gabellæ sunt odiosæ. 7.*
8 *Immunitas à gabellis licet videatur continere priuilegiũ, tamẽ ampliari, & latè interpretari debet. 8.*
9 *Priuilegiũ tollens legẽ priuatã latè interpretatur.*
10 *Verba generalia generaliter sunt intelligenda.*
10 *Locutio generalis quò ad verba nihil relinquit intactum.*
11 *Verbo generali omnia includuntur.*
12 *Dictio, Aliquas, est vniuersalis.*
13 *Si promittatur damnum nõ inferri ab aliquo, intelligitur à quocunq; etiam Principe. 13.*
14 *Hæc verba, quòd quis non admittatur ad aliquam successionem, qualiter intelligantur.*
15 *Verba hæc, aliquid impedimenti, verificãtur in quolibet vel minimo impedimento.*
16 *Partis alicuius appellatione venit qualibet minima pars.*
17 *Per verbum circumscriptio, simpliciter prolatum intelligitur de illa, quæ est ex proposito; secus si dicatur de aliqua circumscriptione.*
18 *Priuilegio immunitatis si dicatur, quòd quidam homines ad aliquas gabellas non teneantur, qualiter sit inteligendum.*
*Quod declaratur nu. 41. & seqq.*
19 *Priuilegium concedens immunitatem à gabellis in cõmuni ciuitatis non extenditur ad imponendas per Principem.*
20 *Per generalẽ dispositionẽ non intelligitur superior voluisse derogare Priuilegijs singulariũ personarũ.*
21 *Immunitas est stricti iuris.*
*Item contra ius commune. nu. 22.*
*Item non includit nisi in specie nominatos, ibidem.*
23 *Subrogatum sapit naturam eius in cuius locum subrogatur.*
*Fallit quãdo fit subrogatio in locũ iã extincti. n. 25.*
*Item vbi subrogatio tendit ad diuersa. nu. 27*
24 *Si filia cum iuramento promisit nõ succedere Patri nũquid nepotes ex ea possint cũ patruis succedere.*
26 *Quando dispositio aliqua loquitur cum aliquo præsupposito, si d. præsuppositum non verificatur, cessat dispositio.*
28 *Immunitas simpliciter concessa bonis porrigitur ad bona postea quæsita.*
*Quod non habet locum, si priuilegium loquatur de terris, bonis & possessionibus, quas habent. 29.*
30 *Vna pars declarat aliam.*
31 *Subsequentia declarant præcedentia, & è contra.*
32 *Libello standum est contra producentem.*
33 *Fundamẽtum intentionis suæ quis probare tenetur*
35 *Intellectus ad l. 1. §. cum vrbem ff. de offic. præf. vrb.*
36 *Ciuitates aliæ præter Romã murotenus claudũtur.*
37 *Extensio de persona ad personam non fit.*
*Quod multo minus procedit ĩ materia gabellarũ. 38*
*Si quis exigat vectigal ab aliqua persona, non sequitur, vt ab alijs personis idem vectigal exigere possit. 39.*
40 *Relatiuum, quæ, sine copula restringit.*
42 *Vbi vnum verbum speciale additur alteri verbo generali, restringitur eius significatus.*

## CONSILIVM CCXXIII.

*Auxilium meum à Domino.*

ALBARINI quandam domum emerunt in Ciuitate Ferrariæ, aliam verò vendiderunt in eius suburbiis, quarum gabellas petunt ab eis Officiales gabellarũ; at hi prętendunt ad eas se non teneri uigore priuilegii Ducalis iamdiu concessi communitatibus, & hominibus Milliarii, vnde originem ducunt Albarini. Videndum est igitur quorum potior sit intentio. Et pro Albarinis ponderantur uerba priuilegii, quę de Comitatu & districtu communis Ferrar. ę loquuntur. Nam licet si quis annales nostros curiosius euoluerit
1 cognoscet Comitatus † muneris, & administrationis olim fuisse, non patrimonii nomen, ut refert Connanus in commentar. iuris ciuilis, lib. secundo, cap. 9. colum. 5. tamen apud nostros Doctores uerbo Comitatus, propriè & naturaliter sumpto significatur territorium Villarum, uel Castrorum pertinens ad Ciuitatem, vt per Felinum in capitulo Rodulphus. in uer. Comitatus, de rescriptis. Vnde Comitaten-
2 ses † dicuntur quicunque de Comitatu sunt. vt etiam scribit Connanus libro 4. capitulo 15.

3 columna tertia, ficut & appellatione † distri-
ctus propriè significatur locus positus intra v-
niuersitatem agrorum ciuitatis,& quicquid est
intra confines, & terminos territorii, seu di-
strictus dicitur esse territorii, seu districtus
ut latè ponit Paris de Puteo in tractatu de
reintegra. feudi, in titulo de fini. feud. versiculo
qualiter probetur. Sicut etiam quicquid est in
4 tra † confines iurisdictionis alicuius Domi-
ni, præsumitur etiam de iurisdictione illius Do-
mini, vt dicunt Castr. Soc. & Moderni in l. 1. in
principio ff. de acquiren. possessio. Butri. Abb.
& cæteri in capitulo nimis. de iurciur. Alb. in l.
Imperatores. ff. de seruitu. rustico. prædio. Soc.
consilio 127. uolumine primo. Alciat. responso
175. in principio, Paseth. consilio vndecimo, nu
mero secundo, meritò cum dicti homines Mil-
liarii eximantur à gabellis in Comitatu; & di-
strictu Ferrariæ, non debent ad istas teneri pro
domibus memoratis; quoniam in fauorabili-
5 bus appellatione † districtus veniunt nedum
suburbia, sed etiam ciuitas, vt post Brixi. in ver.
districtus, tradit Fel. in eodem verbo. in dicto
capitulo Rodulphus. ad finem. At materia libe
6 rans † à gabellis fauorabilis est, cum gabellæ
7 † sint odiosæ. Bartol. in l. si pupillus. ff. ad le-
gem falcid. Come. consilio 199. columna quar
ta, volumine primo, consilio 106. & consilio
194. volumine quarto. Ias. in l. prima, in princ.
numero septimo, ff. si ex nox. ca. Dec. consilio
457. numero 8. & Craue. consi. 171. numero 26
& consilio 231. in fine, Senatus Pedemon. de-
cisio. quarta, numero septimo, & magis in spe-
cie tradit Dec. consilio 48. columna penulti-
8 ma, ad finem, vbi dicit, quòd licet † immu-
nitas à gabellis videatur continere priuilegiū,
tamen ampliari debet, & latè interpretari: quia
priuat legem priuatam scilicet statutum, quod
loquitur de gabellis, non autem tollit legem
9 communem, vnde latè tunc interpretatur pri
uilegium, vt est tex. notat. in capitulo olim, de
verborum significa. secundùm intellectum Ho-
stien. & Ioan. And. sequitur Alciat. respon. 216.
qui pariter in immunitate gabellarum per pri-
uilegium concessa loquitur. idemque Nicola.
Festatius. in tract. de collect. quarta parte capi-
tulo 7. numero 8.

Secundò accedit, quòd in dicto priuilegio
dicitur *dictos homines ad aliquas collectas, onera,
grauamina, vel gabellas non teneri*. Ergo id intel-
ligi debet siue pro bonis sitis Milliarii, siue a-
libi in Comitatu, vel in ciuitate Ferrariæ: quia
10 verba † generalia generaliter sunt intelligen
da. l. 1. §. generaliter. ff. de lega. præstan. & locu
tio generalis quoad verba nihil relinquit in-
tactum. Baldus consilio 305. verba Princi-
11 pis. uolumine primo, & uerbo generali † om
nia includuntur, Baldus consilio 191. in testa-
mento. volumine primo, Crauet. cons. 133. nu
me. 5. cons. 218. nu. 14. & Ias. in l. non dubium,
nu. 38. C. de legib.

12 Tertiò ponderatur dictio † aliquas, iuncta
verbo gabellas, quæ uniuersalis est. Hostien.
in cap. cum satis. de off. Archid. Ioan. Andr. in
c. quisquis, de elect. Gemin. cons. 29. colum. 2.
consi. 65. colum. 3. Soc. consilio 3. colum. 3. vol.
13 3. vnde si promittatur † damnum non infer-
ri ab aliquo, intelligitur à quocunque etiam
Principe. Gozad. consilio 27. colum. 5. & Soci.
275. columna septima, versiculo & ad illam vni
uersalem, volumine secundo, vbi quòd quis
14 non admittatur † ad aliquam successionem
intelligitur neque ex testamento, neque ab in
testato, neque de iure ciuili, neque de iure pre-
torio, neque directò, neque per fideicommis-
15 sum. Et si dicatur aliquid † impedimenti ue
rificatur in quolibet, vel minimo impedimen-
tu. Soci. consilio 117. colum. 3. uolum. 3. hinc si
16 dicatur † de aliqua parte, intelligitur de qua
libet licet minima. glo. in clementina prima, in
uers. aut earum parte. de foro competen. quam
Card. Lauden. Paul. Leazar. Gen. & Innocen. se
quuntur, Baldusq; in cap. quoniam. de testib.
confirmat & post eum Dec. col. 1. Et licet uer-
17 bum † circumscriptio, simpliciter prolatum
intelligatur de illa, quæ est ex proposito. glo.
in l. item si prætio, §. fina. ff. loc. l. exceptiones, &
ibi Soc. no. 4. ff. de except. Card. Flor. cons. 20.
tamen si dicatur, aliquam circumscriptionem,
de quacunque intelligitur, siue ex proposito, si
ue ex re ipsa, propter illam dictionem aliquam,
per gloss. supra citatam. Idemque ponit Imol.
consilio primo, colum. 3. & multa id genus cu-
mulat Tiraq. in l. si unquam. in uers. uel partem
aliquam, numero 14. C. de reuoc. donat. Quare
si dicitur, dictos homines ad aliquas gabellas
18 † non teneri, debet intelligi quocunque lo
co contraxerint. Et ita licet latius in effectu
concluditur pro dictis Albarinis.

Sed tamen prædictis minimè repugnanti-
bus arbitror contrarium prorsus esse dicen-
dum, nam inuictissimus Dux Hercules man-
dat, ꝙ dd. homines ad gabellas in cōmuni suo
Ferrariæ decætero minimè teneantur. Vnde cū
19 solùm liberet dictos homines † à gabellis im
ponendis per d. Commune, non autem dicat a-
liquid de imponendis per ipsum Principem, pa
tet, ꝙ ibi noluit hanc legem imponere, ne ta-
lia opera ipse posset imponere: non enim sibi
sed inferioribus uoluit legem imponere. l. si
quis in princ. ff. de leg. 3. ita formaliter tradit
Castr. cons. 134. notandum est. columna sexta.
in antiquis. quem sequitur Fely. in d. c. Rodul
phus. in uer. districtus, colum. fi. Et licet (ut sub
dit idem Castrens.) si Princeps postea fecisset
generalem prouisionem de soluendis gabellis,
sub ea non comprehenderentur dicti homi-
nes. Et quia non esset præsumendum eos in-
20 cludi, cum per generalem dispositionem † non
intelligatur superior uoluisse derogare priui-
legiis singularium personarum. l. secunda.
§. meritò, ff. ne quid in loco publico, l. ex fa-
cto.

cto.cum ibi not.ff.de uulg.Dec.consilio 33.nu
mero 6.consilio 64.colum.fina. Franc. Beccius
consi.12.nu.35.D.meus Rimi.consi.73.nu.19.
Tamen non inde sequitur, quòd dicti homines
dicantur exempti à gabellis, quæ iam p
ipsum Ducem, & etiam per Ducem Borsium
fuerant ordinatæ, & ad eos pertinebant, nõ autem
ad commune Ferrariæ, vt patet in libro gabellarum
Plateæ, ubi Dux Borsius locabat gabellas,
officiales ponebat, & Dux Hercules mo
dum in eis exigendis constituebat, suas semper
eas appellando, & alia id genus faciebant,
prout & hodie fit nomine Serenissimi Ducis
21 moderni; quoniam immunitas † est stricti iu
ris l.prima, ff.de iure immun.l.prima, C.de im
munita.nc conced.libro decimo. Alexander
consilio secundo, columna sexta, volumine 1.
&, vt inquit Dec.consilio 468.numero 31. est
22 † contra ius commune, ideo non includit
nisi in specie nominatos, sequitur Felin. in
tracta. de collect. in tertia parte, capitulo 7.
numero 49.
Nec dici potest, si facit immunes à gabellis
impositis in communi Ferrariæ, ergo & ab
impositis per ipsum Ducem, qui loco Commu
nis in eis successit, cum potissimè subrogatũ
23 † soleat sapere naturam eius, in cuius locum
subrogatur.l.si cum.§.qui iniuriarum, ff.si quis
cauti. Quoniam hanc consequentiam prosternit
Baldus in l.pactum, quod dotali, quæstio-
24 ne 18.C.de collat.vbi loquitur de filia, † quæ
cum iuramento promisit non succedere patri
quæritque, nunquid nepotes ex ea succedere
possint cum patruis? Et in primis arguit quòd
non; quia succedunt loco matris, sed mater
est exclusa, ergo & eius locum tenens. Tamen
contrarium determinat post Bartolum in l. qui
superstitis ff.de acquirenda hæreditate, & obie
cto respondet, quòd succedit loco matris per
locum à remotione, seu priuatione matris, &
25 ideo non potest † assumere sibi naturam iam
extinctam, sed assumit sibi locum, quem reperit
vacantem. Sic enim dici debet in casu no-
stro, quòd licet Dux successisset in gabellis
loco communis Ferrariæ, quia tamen successit
per locũ à remotione seu priuatione Com-
munis, non assumit naturam d. Communis
iam extinctam, sed assumpsit sibi locum ua-
cantem repertum, ideoque potest consequi
gabellas à prædictis hominibus, licet Com-
mune non posset, sicut & ille nepos potest
succedere, licet eius mater non posset. Et
hæc est optima similitudo, quæ cauillari non
potest.
Secundò comprobatur hæc conclusio. Nam
cum Dux Hercules mandet, quòd dictos ho-
mines ad aliquas gabellas in dicto Communi
non teneantur, loquitur cum eo præsupposi-
to, quòd gabellæ deberentur dicto Commu-
ni. At hoc præsuppositum non erat tunc ue-
rum, sicut nec nunc est; quia sibi debeban-
tur, sicut & nunc Serenissimo Duci, ergo pri-
uilegium prædictum cessare debet, nec dictis
26 hominibus prodesse; quando enim † dispo-
sitio aliqua loquitur cum aliquo præsupposi-
to, si dictum præsuppositum non verificatur,
cessat dispositio, & locum non habet, vt post
gloss.tradit Iacob.Butriga.Fulgos.& Castrens.
in l.mancipia.C.de seruis fugitiuis, & ad il-
lud, quòd Dux loco Communis fuerit subro-
27.gatus † non debet operari, quòd idem iuris
sequatur, cum subrogatio Ducis ad diuersa
tendat, videlicet, vt sibi particulariter acqui-
ratur, non autem Communitati, prout prius
fiebat, quo casu subrogatum non sapit eandẽ
naturam eius in cuius locum subrogatur.l.si in
fundo.§.si fundus.ff.de iur.dot.Bart.in repet.l.
pater filium.colum.penul.vers.non obstat.ff.de
inoff.testam.Soc.in reg.383.fal.2.Soc.iun.con
si.74.nu.22.vol.3.
Tertiò considero, quòd statim subiungit
Princeps, *quòd dicti homines æstimati in terra Mi
liarij pro bonis & terris, & possessionibus, quas ha-
bent in Comitatu & districtu Ferrariæ, non æsti-
28 mentur in communi Ferrariæ.* Licet enim † im-
munitas simpliciter concessa bonis porrigatur
ad bona postea quæsita, cap.quia circa. de pri-
uil.l.si seruitus, ff.de seruitut. urbanorum præ
diorum, Imol.post Bartol.in l.danni.§.si is qui
ædes ff.de dam.infect.Alex.cons.178. in occur
renti casu, columna tertia. volumine secundo,
cum similibus cumulatis per Nattam consilio
66.numero 13.& consilio 328. numero quar-
to, & consilio 525.Bero.consilio 173.numero
27.volumine primo.Paris.qui communem te-
statur, consilio 69.numero 7.& decimo, vol.1.
Ruin.consilio 217.numero 17.volumine pri-
29 mo, Bursat.consilio 16.num.77.tamen † cum
loquatur de terris, bonis & possessionibus,
quas habent, clarum est, quòd non comprehẽ-
dit futuras, & in futurum quærendas, l.si stipu
latus fuero.§.cum stipulamur. ff. de verborum
obligatio.l.si à colono. eodem titulo, Barto.&
Doct.vtrobique & in l.si ita.ff.de aur. & argen.
legato. Alex. in materia immunitatis consilio
177.columna quarta, uersiculo nunc restat re-
spondere. uolumine secundo, meritò quatenus
in præcedenti particula mandat eos non teneri
ad aliquas gabellas, debet intelligi eodem
modo pro bonis, quæ tunc haberent, non au-
tem in futurum quærerent; quia una pars
30 † declarat aliam l.si seruus plurium.in fine,
de legatis primò, & subsequentia † declarant
31 præcedentia, sicut è contra l.tertia.§.filius. ff.
de liberis & posthumis. Bartolus in l.talis scri-
ptura, ff.de legatis primò. Iason in l.prima, C.
de liberis præteritis. Decius in capitulo secun-
dò requiris.de appellatio. At clarum est, do-
mum emptam Ferrariæ proximis diebus per
Albarinos emptam fuisse, vt in libello dicitur,
32 cui † standum est contra eos. l.cum precũ. &
ibi not. C. de liber. causa, & ex instrumento

emptionis rogato per Bonſignorium confirma
tur. Alteram verò, quam vendiderunt in ſubur
biis, non apparet fuiſſe ſuorum præceſſorum tē
pore priuilegii, de quo loquimur, prout proba
33 re debebant; quia eſt † fundamentum inten
tionis ſuæ, & cum de illo tempore loquatur, de
buerunt illud probare. l. cum actum. & ibi Bart.
ff. de neg. geſt. Barb. Iaſ. & alii in rub. C. qui ad
mit. in princ. vbi quandoque dixi, Bar. in l. non
ſolùm. §. ſed vt probari. ff. de oper. nou. nuncia.
cum ſimil. meritò non poſſunt niti priuilegio
prædicto quo ad gabellas harum domorum po
ſtea quæſitarum.

Sola vis eſt in tollendis obiectis, quæ tamē
verè non obſtant, namque ad primum, quòd in
34 fauorabilibus, † appellatione diſtrictus ve-
niant nedum ſuburbia, ſed etiam ciuitas, mi-
rum eſt quomodo Brixienſ. & Fely. allegati di-
xerint hoc per l. 1. §. cum vrbem, ff. de off. præf.
35 vrb. † qui tex. id non probat; nam bene dici
tur, ibi quòd quicquid admiſſum fuerit intra
vrbem, & intra centeſimum milliarium perti-
net ad cognitionem Præfecti Vrbis, ex commiſ
ſione Vrbis facta fidei ſuæ, & ſic ibi probatur,
quòd appellatione Vrbis veniat & quod muris
clauditur, & extra reperitur intra centum mil
liaria, quod in Vrbe Romana videtur procede
36 re, non autem in aliis ciuitatibus, † quæ mu
rotenus clauduntur, vt ibi tradit Alber. per l. 2.
ff. de verb. ſign. cum ſim. quas citat, ſed non pro
bat ille §. cum Vrbem, quòd appellatione comi
tatus, aut diſtrictus veniant ciuitas, aut ſubur-
bia, ſed vtcunque ſit, immunitas conceſſa fuit
à gabellis impoſitis in communi Ferrariæ, nō
autem per ipſum Principem, & extenſio fieri
37 † non ſolet de vna perſona ad aliam, vt tradit
Aret. in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm, colum. 4.
ff. de libe. & poſthum. Dec. conſi. 18. nu. 9. Ce-
phal. conſi. 2. nu. 22. Burſat. conſi. 13. nume. 17.
38 tantoque † minus in materia noſtra. Sicut e-
nim in acquiſitione iurium incorporalium nō
fit extenſio de perſona ad perſonam; puta ſi
39 quis exigit vectigal † ab aliqua perſona, nō
inde ſequitur, vt ab aliis perſonis idem vecti-
ctigal exigere poſsit, ut tradit Innocent. in c.
dilectus. ſuper verbo poſſeſſorium. de capell.
Monach. Speculat. in §. primo; de iuriſdictio.
omnium iudicum, verſiculo iſtud etiam. Ca-
ſtren. in l. reſtituta. circa princ. ff. ad Trebellia.
Natta conſilio 274. numero 17. pari modo q
Albarini ius liberationis quæſiuerint gabella-
rum, quæ per commune Ferrariæ imponerent
non ſequitur, vt idem iuris quæſiuerint aduer-
ſus impoſitas per Principem. Rurſus cum ius
acquiſiuerint pro bonis, quæ tunc habebant
tempore priuilegii ſibi conceſsi, non autem
pro quærendis poſtea, ut ſuperius oſtendi, &
40 denotat relatiuum † quæ, ſine copula, quod
reſtringit. l. ea tamen adiectio. & ibi Barto. ff.
de legatis tertiò; meritò corruit obiectum.

Ad ſecundum & tertium vbi conſideran-
tur uerba generalia, & vniuerſalia propter di-
41 ctionem aliquas, † reſpondetur, quòd di-
cta generalitas, & uniuerſalitas verborum re-
ſtricta fuit ad gabellas debitas Communi Fer-
rariæ, ibi, *ad aliquas gabellas in d. Communi no-
ſtro de cætero minimè teneantur*, meritò non po-
teſt ulterius operari; quia vbi unum uerbum
42 † ſpeciale additur alteri uerbo generali, re-
ſtringit eius ſignificatum, Bartolus in l. ſed & ſi
adiiciatur. ff. pro ſocio. Gozad. conſilio 60. co-
lumna finali, Rubeus conſilio 50. columna pe-
nultima. Pariſius conſilio 102. numero 12. vo-
lumine primo, & ideo cum non agatur de ga-
bellis debitis communi Ferrariæ ſed Sereniſ-
ſimo Duci noſtro, patet, non eſſe locum priui
legio prædicto, tantoque magis, quòd immu-
nitas conceſſa fuit pro rebus tunc quæſitis;
non autem pro quærendis poſtea, de quibus
agitur, ut ſuperius oſtenſum fuit.

Quare rectè iudicatum fuit, gabellas debe
ri per Dominos ſuperiores gabellarum, ſicque
dicta ſententia debet confirmari, & iudicari
bene iudicatum, & malè appellatum fuiſſe.

*Hippoly. Rimin. Ferrar.*

## Pro Camera eiuſdem Sereniſsimi Ducis Ferrariæ.

### ARGVMENTVM.

De donatione facta ſub conditione, quòd fieret
ciuis infra annum, & quòd rem donatam nec
vendere, nec locare poſſet ſine licentia donan
tis. Item de creditore habente hypothecata bo
na debitoris, qui ideo poſſeſsionem vacantē
ingredi propria authoritate poteſt.

### SVMMARIVM.

1 *Verba ita tamen, poſſunt intelligi conditionaliter.*
*Item ſtant reſtrictiuè, & limitatiuè præceden-
tium.* 2.
*Item habent vim limitationis & taxationis.* 3.
4 *Relatum intelligitur eſſe in referente cum omnibus
qualitatibus ſuis.*
5 *Verba non aliter, nec alio modo, faciunt deficere con
ſenſum.*
*Quod procedit ubi agitur de declarando actū tertio
non præiudiciali, alioquin ſecus* 36. *& ſeqq.*
*Emphyteuta alienando ſaluo iure Domini, & non
aliter, nec alio modo, excuſatur ſecundum com-
munem.* 6.
7 *Pactum qualificat donationem, cui ineſt*
*Cenſetur idem pactum pars contractus.* 8.
9 *Pacto non ſeruato vitiatur contractus.*
10 *Contractus ex conuentione partium legem acci-
piunt.*

*Ver-*

11 *Verba ligant homines.*
12 *Vbi adest pactum debet intelligi recessum à iure communi.*
*Verba debent aliquid operari ibidem.*
*Si locator promisit non expellere conductorem pendente locatione non poterit expellere, licet superueniat necessitas locatoris habitandi in domo sua. 13.*
14 *Vasallus potest alteri feudum infeudare.*
*Fallit si fuerit appositum pactum de non alienando. 15.*
16 *Testis deponens de credulitate probat uigore rationis annexa multùm verisimilis.*
17 *Ex dictis prius, & post cognoscitur alicuius animus.*
18 *Donatio sub conditione resoluitur non seruatis conditionibus in ea positis.*
19 *Dominium rei donata sub conditione, quæ non fuit seruata, transfertur ipso iure sine traditione.*
20 *Donatario ingrato erga donãtem hæres eius molestari non potest.*
*Donatario autem nõ seruante cõuenta in eius hæredem agi potest.*
*Huius ratio habetur nu. 22.*
23 *Instrumentum dicitur probatio probata.*
*Habet uim diffinitionis, ibidem.*
*De illo iudicatur, ut de casu legis. ibidem.*
*Instrumento standum est 24.*
25 *Malctarum sitiera compendia protinus ærario principis quæruntur.*
26 *Bona debitoris fisci sunt ei tacitè obligata.*
27 *Creditor potest ingredi possessionem domus uacantẽ, & in ea insistere donec sibi satisfiat.*
*Et hoc potest facere propria auctoritate. 28.*
29 *Mulier potest rem retinere pro dote, donec sibi soluatur, si cœperit possidere hæreditate nondum adita.*
30 *Per clausulam omnes conditiones utiles, & directas sibi competentes &c. censentur cessa rei uindicatio & condictio ob causam.*
31 *Quò ad te liberas sedes habet.*
32 *Clausula constituti operatur fictam traditionem.*
33 *Donatio prius facta cum clausula constituti præfertur vltima alteri facta.*
34 *Statuto Ferrariæ, quòd non fiat translatio rerum immobilium &c. alienata in forensem ipso iure, & facto confiscantur.*
35 *Donatio facta sub conditione, si infra annum fieret ciuis, non censetur facta, ut annullaretur conditione non impleta.*
37 *In præiudicialibus non ualet protestatio.*
38 *Ius fisci nullus alius præter eum deducere potest.*
*Idem cauetur d. statuto, quòd non fiat translatio. 26. 39.*
40 *Imputandum est ei qui non cogitauit hunc casum facile contingere posse.*
41 *Quæ dicantur uerba enunciatiua.*
*Enunciatiua quando non probent. 42.*
43 *Pactum non debet extendi.*
44 *Proxeneta non admittuntur, nisi utraque parte volente.*

## CONSILIVM CCXXIIII.

*Auxilium meum à Domino.*

MAGNIFICVS Comes Dominus Camillus Costabilis instat cõdemnari Cameram Ducalem ad sibi relaxãdum domum, aliàs per eum donatam D. Francisco Malmignato sub conditione, quòd fieret ciuis infra annum, & quòd eam nec vendere nec locare posset sine eius licentia. Quæ donatio resoluta fuit, & habita pro non facta propter dictas cõditiones nõ seruatas: quia nec infra annũ fuit creatus ciuis dictus Malmignatus, & dictam domum locauit sine licentia dicti Comitis, cuius intentio iuri consona uidetur, nam de prædictis conditionibus apparet instrumento dictæ donationis rogato per Sbarbaleum. In quo primò dicitur, quòd dictus Comes di-
1 ctam domum donauit Malmignato, † ita tamen ut ipse ciuis efficiatur, quæ uerba possunt conditionaliter intelligi, sicut illa, tunc & eo casu, secundum Bero. consi. 148. num. 30. vol. 2. & ponit Paris. consi. 17. nume. 19. vol. 1. ubi di-
2 cit, quòd † dicta uerba stant restrictiuè, & limitatiuè præcedentium, & in vim conditionis, post Saly. in l. ubi adhuc. vers. ita tamen. C. de iure dot. & idem Bero. consi. 72. nu. 6. uol. 2. Ruin. consi. 18. nume. 12. & consi. 74. nume. 27.
3 vol. 2. ubi dicit, quòd † habent vim limitationis & taxationis, & in quantum subiunxit, iuxta tenorem licentiæ habitæ à magnifico D. Iudice 12. Sap. acquirendi dictam domum, & alia bona, ut constat ex instrumento rogato per ser Cesarem à Sacrato, apparet, quòd cum in dicta licentia & instrumento dicatur *cum pacto, quòd efficiatur ciuis infra annũ dictus Comes.* Pariter intellexit, & uoluit, quòd d. Malmignatus efficeretur ciuis infra dictũ tẽpus anni per relationem ad instrumentum dictæ licentiæ,
4 quia † relatum intelligitur esse in referente cũ omnibus qualitatibus suis. l. asse toto. & ibi Bal. & Ang. ff. de hæred. insti. D. M. Rimi. cons. 6. nu. 37. & ibi dixi in Apostil. alios citans, quibus addo Nattam cons. 12. & Curt. Iun. consilio 220. num. 49.

Quin adeo dictus Comes donare uoluit cũ dicta conditione, seu limitatione, ac restrictione, quòd Malmignatus efficeretur ciuis infra annum, quòd donare non uoluit eo non facto ciue, dum subiunxit. & † *non aliter nec alio modo*, quæ uerba faciunt deficere consensum suum, & nihil eum fecisse censeri. l. si quidem, & ibi not. Bald. C. de except. Cur. cons. 8. nu. 4. Ias. in rub. ff. solut. matr. cum simi. per Ceph. cons. 296. nu. 12. & pulchrè Grammat. decis. 49. col. fin. vbi post Ias. in l. 2. col. penul. C. de iur. em-
6 phi. dicit, quòd licet emphiteuta † alienando dicat [saluo assensu Domini] si procedat ad tra-

traditionē, dicta uerba nō releuant: quia domi nus contemni uidetur, si tamen adiiciat (& non aliter nec alio modo) excusatur, nec incidit in comissum: quia tunc nihil actum uidetur per emphiteutam, quam sententiam post multos dicit esse communem Rol. à Valle consil. 2. num. 30. volum. 2.

Quod verò pertinet ad aliam conditionem probatur in eodem donationis instrumento, quatenus in eo dicitur. *His pactis in primis, quòd dictus Malmignatus non posit, nec ei liceat durante uita ipsius Comitis ipsam domum uendere, nec ad affictum concedere, nisi cum licentia, uoluntate, & consensu dicti Comitis sub pœna priuationis, & amissionis dictæ domus eidem Comiti applicanda.*

7 † Id enim pactum dicitur qualificasse dictā donationem, cum insit dicto contractui. l. lecta uer. dicebā. ff. si cert. pet. l. iurisgētium. §. quinimò. ff. de pact. & censetur

8 † pars ipsius contractus, arg. l. fundi partem. ff. de contrah. emp. merito fieri non potuit separatio dicti pacti ab ipso contractu principali donationis. arg. l. et §. si causa. ff. de min. sed actus in

9 † totū uitiari debet eo pacto non seruato. c. cum dilecta. de rescri. cū simil. quibus sic arguit Corn. consi. 181. nu. 12. uol. 2. quia contractus

10 † ex conuentione partium legem accipiunt. l. legē. C. de pact. conuent. l. . §. si conueniat. ff. depos. Rol. à Val. cons. 92. num. 13. uolum. 2. Emil. consil. 103. n. 15. ubi per hoc dicit. pactis & conuentionibus

11 stādum esse: quia uerba † ligant homines. inst. de oblig. in prin. & idem Natta consi. 382. nu. 11. dicens conuentiones & pacta seruari debere, & ubi adest pactum

12 † intelligi recessum esse à iure communi, ut uerba aliquid operentur. l. si quando. ff. de leg. . Ang. in not. q. in leg. ēde. C. locat. vbi dicit, quòd si locator

13 † promisit non expellere conductorem pendente locatione, non poterit expelli; licet superuenerit necessitas locatori habitandi in domo sua: quia per illa uerba uidetur recessum à natura contractus locationis, qualis erat, ut in dicto casu cō ductor teneretur recedere, ut in ea lege cauetur: quia illa uerba pacti debent aliquid operari. Dec. in l. fin. not. 3. ff. si cer. pe. & in c. quæ in ecclesiarum. uersi. cōsi. de consti. ubi dicit, q

14 licet aliàs † Vasallus posit alteri feudum infeudare. c. 1. §. similiter. de leg. Cor. not. Abb. & Mod. in c. ex transmissa. de for. comp. si tamen

15 est appositum † pactum de non alienando, prohibita censetur infeudatio, vt uerba aliquid operentur. secundùm Bald. in c. primo §. prętetea. de cap. Corra. sicut autem Malmignatus primam conditionem non seruauit: quia non fecit se creari ciuem infra annū, nec etiam post. Ita secundæ contrauenit, quia coniux sua d. domū locauit Cap. Liuio Grotto inhærendo licētiæ sibi oretenus datę de illam locando per ipsum Malmignatum, ut apparet in instrumento locationis, quæ licentia corroborari uidetur ex testimonio Gaietæ, dicentis se credere quòd uxor dicti Malmignati eam locauerit de illius commissione: quia non fecisset talem rē

16 sine ea, probat enim licet de credulitate † deponens uigore rationis annexæ multùm uerisimilis, ut per Ias. in rub. ff. de iureiur. sub num. 6. Dec. consi. 363. col. 2. consi. 489. nu. 12. Dominus Rimi. consi. 11. nu. 30. & consi. 300. num. 42. & quia tam Gaieta, quàm Petrus alius testis, & ante & post affictū d. domus Grotto, dicunt quòd Malmignatus eos requisiuit, ut curarent eam locari, & si non adesset, loquerentur cum eius uxore, cui commiserat quid agere

17 deberet, ex iis enim † quæ prius, & post ille dixit, colligitur animus suus causa locandi. §. pauonum. inst. de rer. diuis. Deci. cons. 336. in princ. sicque iustificari uidetur assertio uxoris suæ de licentia sibi data per maritum de locanda d. domo.

18 Quare stantibus prædictis † donatio facta per D. Comitem Malmignato dicitur resoluta per conditiones in ea positas non seruatas. l. 1. C. de donat. quæ sub mod. ubi dicitur, quòd si donatarius legi appositę in donatione noluerit obtemperare, competit ei rei uindicatio,

19 qua prinstinum dominiū sibi restituatur, † qđ ipso iure transfertur sine traditione, secundū Sali. ibi, & confirmat Bertra. consi. 163. secunda parte posteriorum, & licet dictus Comes hanc litem non mouerit uiuente Malmignato, sed post eius mortem tantùm, tamen bene

20 audiri debet: nā quicquid sit, quando † donatarius ingratus fuit iniuriam committendo cōtra Donatorem, quòd tunc hæres Donatarii molestari non potest l. fin. C. de reuoc. donat. & ponunt Gl. Io. And. Io. ab Imol. & And. Sic.

21 in c. fin. de donat. constitutum est, quando † donatarius conuenta non seruauit, in eius hæredem quoque agi posse, ut uolunt Cyn. Petr. à bella Pert. Fulg. & Saly. ibi, demumque Rip. q. fin. dicens hanc esse communem, quòd agi potest ab hæredibus, & contra hæredes, quod etiā affirmat Bertran. in alleg. consi. 163. rationque

22 † est, ut dicunt Cyn. & alii: quia reuocatio tali casu non est introducta contra communes regulas, sed secundùm eas ex causa non seruata. l. 1. & per totum. ff. de cond. ob caus. & ex æquitate, quæ dictat, conuenta seruari l. 1. ff. de pact. Vel (ut inquit Petr. à Bella pert.) talis reuocatio ob causam non secutam est ex quasi contractu, non autem ex maleficio, ideo competit ad uersus hæredem donatarii ius & actio dicto Comiti, qui cautè egit ob inobseruantiam pactorum, non autem ob ingratitudinem Malmignati, iuxta distinctionem Fulgosii in d. l. fin. & Ripæ. q. 63. quam & aliàs sequutus fui in §. 1. Inst. de donat. nu. 557. & ex prædictis fundata uidetur intentio dicti Comitis aduersus Cameram Ducalem.

Quibus tamen non obstantibus illa defendi potest, nam de iuribus d. Malmignati constat in d. domo per instrumentum donationis sibi

factæ

23 facta per D. Comitem quod dicitur † esse pro
batio probata, ut not. Ang. in l. interest. in 5.
not. C. de solut. Soc. consi. 89. nu. 17. uol. 1. col.
2. col. 1. uol. 3. Deci. consi. 488. col. 2. & habet
vim diffinitionis, & de illo iudicatur, vt de ca-
su legis. Bal. consi. 215. col. 2. uol. 2. meritò stan
24 dum est † illi. Paris. consi. 70. col. 2. vol. 3. Rol.
à Valle consil. 40. num. 12. uolum. 2. hancque
domum tenet, & possidet Camera Ducalis ra
tione pœne scutorum centum, in qua condem
natus fuit d. Malmignatus ex delicto per eum
commisso, quæ fuit applicata Cameræ prædi-
ctæ, prout etiam de iure disponitur, quòd
25 † multarum sçuera compedia protinus ærario
Principis quæruntur. l. multarum. C. de mod.
mult. & tradit Bald. in tit. quæ sint regal. Item
ratione crediti militiæ, quando Malmignatus
factus fuit miles armatus. & habuit à Camera
Ducali scutos 80. compensandos in pagis fu-
turis, postea non compensatos nisi pro certa su
ma, cuius occasione Cameræ fuerunt obligata
bona d. Malmignati, & sic dicta domus postea
sibi donata nedum expresse ex instrumento d.
26 crediti, sed etiam † tacitè de iure communi.
l. si is qui. & ibi Bar. ff. de iur. fisc. Negus. de pi-
gnor. in 4. memb. secundæ par. num. 113. &
Boss. in tit. de fisco. nu. 31. per. l. 2. C. in quib.
cau. pig. uel hippot. taci. contra. cum enim pos
27 sesio dictæ domus uacans † reperiretur, ut po
tè absente Malmignato propter causas prædi-
ctas, licuit agentibus Cameræ Ducalis ingre-
di possessionem illius, & in ea insistere, donec
sibi de credito suo satisfieret, ut determinat
Alex. in l. 1. C. de repud. hæred. per. glos. in l.
28 fin. C. vnde ui. dicens, quòd creditor † habens
rem hipotecatam, si rei possesio sit uacans,
poterit auctoritate propria rem illam apprænē
dere pro conseruatione sui iuris, sequitur
Siluan. consi. 3. nu. 88. & de muliere uidemus,
29 † quæ potest rem retinere pro dote, donec si
bi soluatur, si priusquā hæredes adierint, pos-
sidere cœperit, ut ponit Ias. in l. si non sortem.
§. si centum. ff. de cond. indeb. Boer. deci. 44.
num 36. Bal. in l. penult. C. de non num. pecun.
& in l. 1. C. de ser. pignor. dat. manum. Soc. cō
sil. 131. col. 3. Deci. in l. dotis. C. de collat. &
Rol. à Val. cons. 77. nu. 35. uol. primo, quem se
quitur Bursat. con. 8. nu. 15.

Nec obstant, hanc partem tenendo, contra-
ria, & in primis actio per Do. Comitem inten-
tata contra dictam Cameram, nam uana (meo
iudicio) redditur, ex eo quòd ille post dona-
tionem factam Malmignato donauit eandem
domum magnificæ Do. Camillæ uxori suæ cū
iuramento, narrans illam donationem factam
per eum Malmignato fuisse deuolutam ad ip-
sum Comitem: quia locata fuit per ipsum Mal
mignatum contra conuenta per eum, & uxori
suæ cessit d. Comes omnes actiones utiles &
directas sibi competentes, vt latius in instru-
mento rogato per ser Andream Coccapanum.

Quibus ita stantibus dicitur ipse Comes ces-
30 sisse coniugi † suę rei uindicationem, & con-
dictionem ob causam, prout expressè declarat
Ripa lib. 3 responsorum cap. 8. col. 3. vnde Ca-
mera Ducalis quò ad d. Comitem dicere po-
31 test † quò ad te liberas sedes habeo, & cum ex
cludere. l. loci corpus. §. competit, & ibi Castr.
Florian. & alii. ff. si ser. uind. eodem quoq; uel
simili modo laborat ulterius actio cumulata si
mul cum præfata Comitis ex alia donatione si
bi facta per eundem Comitem de dicta mea
domo de anno proximè lapso, cum enim prius
tam donasset Malmignato præsenti, & accepta
ti, postea donauit eā dictæ magnificæ eius uxo
ri pariter præsenti, & acceptanti cum clausula
32 constituti, quę † saltem fictam traditionē ope-
tur, ut per glos. in l. ab emptione, uerbo consti-
tuantur. ff. de pact. Bar. in l. si is qui pro empto-
re. col. penul. q. fin. ff. de usuc. & in l. certè. ff. de
præcar. Bald. in l. 1. C. de suffrag. Corn. consil.
342. columna 3. uolum. primo, consi. 8. colum-
na 2. uolum, secundo, Tiraquel. in tract. de iur.
33 consti. 2. part. in princ. Vnde † dicta sine du
bio præferri debet ultimæ alteri factæ, l. quo-
ties, C. de rei uindica. ubi Guid. de Suzar. &
Doct. notant, Iasonque nu. 35. Ioan. And. in ad
dit. specul. de empt. & uendi. §. sciendum, vers.
quid si res tradita. Bald. in rub. C. de contrah.
Empt. q. 16. Ruin. consi. 172. nu. 18. uolum. 1.
Quare pari modo dicere potest Camera Duca
lis aduersus illum donatarium, quò ad te libe-
ras sedes habeo d. l. loci corpus. §. competit. &
cum excludere.

Sed ut etiam donationem factā Malmigna-
to tueamur ab inobseruantia, quam Comes op
ponit aduersus eum, dico, quod attinet ad pri-
mam conditionem, quòd efficeretur ciuis in-
fra annum, dictam conditionem fuisse appo-
sitam ad fauorem Malmignati, euitandi causa
confiscationem dictæ domus, ueluti forensi, &
non ciui donatæ, quæ tali casu ueniebat ipso
34 iure & facto confiscanda, uigore † statuti q
non fiat translatio, columna 2. vnde quò effica
citer Malmignatus dictam domum acquirere
posset, & acquisitam retinere, die præceden-
ti licentiam impetrauerat à magnifico Iudice
12. Sap. eam acquirendi cum dicta conditione
& alia seqnenti d. Comes eam sibi donauit sub
eadem conditione, non ut annullaretur dicta
35 donatio † conditione non impleta: quia sic in
ducta in fauorem Malmignati retorqueren-
tur in eius odium, contra. l. quod fauore C. de
leg, sed quò magis augeretur efficacia donatio
tionis per implementum dictæ conditionis,
prout in simili casu tradit Ang. post Guil. de
Cuneo in l. nulla. ff. de leg. & Soc. cons. 100. n.
7. uol. 4. nam si testator legat uxori domum ad
dito, quòd si minus ualeret libris 200. sibi su-
plere debeat, ita quòd habeat ualorem libra-
rum 200. certè si domus plus ualet, non de-
bet eo pluri priuari: quia cum dicta uerba fue
rint

rint apposita ad ampliandum fauorem uxoris non debent in eius odium restringi.l.legata in
36 utiliter.ff.de leg.1.Et ad illa uerba † nec aliter nec alio modo, respondetur, quòd operantur, ubi agitur de declarando actu tertio non præiudiciali, alioquin secus, ut declarat Bal.in l.si quidem.C.de excep. taliq́ue casu non prosunt ad cautelam: quia in præiudicialibus non
37 ualet protestatio, † secundùm Bald.in c. fin. col.9.uers.Aduocati dicunt, de confes.Cur. in tract.de feud.4.par.q.20.col.pen.prout hic esset prǽiudicialis Malmignato. Secundò posito, quòd d. donatio sibi facta redderetur nulla per prædictam conditionem non impletam, tamen aduerti debet, hoc non posse cedere ad commodum Comitis, qui in hunc casum sibi non prouidit, sed fisci, cui res forensis donata ipso iure & facto confiscatur secundùm formã
38 dicti statuti, quod ius † fisci nullus alius præter eum deducere potest, ut tradit Bald. in l. his cõsequenter.§.1.ff.fam.ercisc.secunda lect. & ibidem Florian.post Ricca.Malum.Bal.cõs. 436.testator instituit.col.2.uolumine tertio, in antiq.& in l.1.in fin.C.in quib.caus. in integ. restit.sequitur Alex.in d.§.1.in addit. Bartol. & in simili casu Anch.consilio 275.ad fin. &
39 hoc idem cauetur in ipso statuto † ubi annullato contractu (dicit) ex eo agi non posse, nec ius reddi per aliquem officialem communis Ferrariæ, sed imputari debet ipsi Comiti,
40 † qui non cogitauit hunc casum facile contingere posse, quòd Malmignatus non fieret ciuis intra annum, & sibi non prouidit, ut quòd in talem casum domus ad ipsum Comitem rediret.l.qui bona.§.cum inter, & l.in hac.ff.de dã infect.cum simil.per Alex.consi.52.volum.2. vol.6.& Crau.consi.97.nu.4.

Nunc ad secundam conditionem accedo, de non locando domum donatam, & dico eam non probari: nam quod attinet ad instrumentum locationis factæ per uxorem Malmignati, inhærendo (ut illa dixit) licentię sibi oretenus datæ per eum de illam locando, illã uer-
41 ba fuerunt enunciatiua, † cum non stent per se nec consistit uoluntas in eis, sed in aliud transeunt, nec sunt principale uerbum orationis, ut declarat Bald.in l.1.C.de fals.cau. adiect. leg. columna secunda, uers.quęro quid. & in auct. ei qui.C. de boni.aut.iud. possi. Socin. consilio. 228. columna prima, uolumine secundo,
42 Paris.consi.77.n.34.uol.3.At uerba † enuntiatiua non probant, quoties principaliter reuocatur in dubium, quod in eis enunciatur, etiã inter easdem partes, nedum inter alias, ut in casu nostro, ut uoluit Butri. in c. illud. de præsum.Mates.notab.79.Bald.in l.ad probationẽ. in fine C.loc. Alexan.cons. 136. colum.fi.uol. 1.& consi.202.super causa & lite. col.2.uol. 2. Abb.cons.33.col.penult.uolum.2.Dec.consi. 213.col fin.cons.310.num.5.Do.meus Rimi. cons.82.num.18.& cons.89.num.24.Rui.cõs. 167.num.25.uol.1.& cons.44.num.6.uol.5. sed nec dictam licentiam uxori datam probant testes, immo dicunt, id nescire, sed tantùm quòd eos requisiuit, ut eam locarent, sed conditio siue pactum non dicit, quòd si uoluerit Malmignatus eam locare, priuetur ea, sed si eam locã
43 uerit, ergo non debet † extendi.l.quicquid astringendę.ff. de uer. oblig. Præterea dicti te
44 stes sunt proxenetæ, ut ipsi fatentur, † qui non solent admitti, nisi utraque parte uolente, & primus eorum d.domum locari fecit, ut ille dicit, ergo pariter repelli debent, postquam Camera non consensit eos recipi, ut per Crot. in tract.de test.num.176. post Lanfr.in c. quoniã contra.uer.testium receptiones.de probat. Et ex his Camera uenit absoluenda.

*Hippoly. Rimin. Ferrar.*

## Pro Illustrissimo & Reuerendissimo Cardinale Vrbini Archiepiscopo Rauennæ.

### ARGVMENTVM.

Ex conductione fructuum decimalium ad horreum Ecclesię licet in dubio non arguatur fundus, vnde debẽtur, esse iuris illius Ecclesię, secus tamen est si ex aliis constat, ut si in comitatu extat cõsuetudo, quòd d. fructus non conducantur per Dominos prędictorũ ad horrea, uel areas ecclesiarum.

### SVMMARIVM.

1 *Non valet consequentia, Decima conduci debet expensis soluentis ad horreum, ergo fundus, ex quo illa debetur, est iuris ecclesiæ, cui debetur decima. Quod declaratur, nu.9.& seqq.*

2 *Decimæ de iure conduci debent per earum debitores ad horrea ecclesiarum, fallit stante consuetudine contraria.13.*

3 *Antiquum dicitur, quod est centum annorum.*

4 *Enunciatiua uerba in antiquis probant. Huius ratio redditur nu.5.*

6 *Verba ita tamen, habent vim limitationis.*

7 *Exceptio seu limitatio confirmat regulam in casibus non exceptis.*

8 *Dispositioni l.prime.C. de iure emphit. requirenti scripturam in emphiteusi cõsuetudine derogatum est,*

10 *Verba non debent esse superflua, nec apposita sine virtute operandi.*

11 *Si locator promisit non expellere conductorem durante tempore locationis, non poterit eum expellere, licet ei superuenerit necessitas habitãdi domũ.*

12 *Vasallus potest alteri feudum subinfeudare. Fallit si est appositum pactũ de non alienando. ibidẽ.*

*Consuetudo.*

*Consuetudo generalis, & notoria probatione non indiget.*
*Immo si viget in loca iudicij non est necessaria eius allegatio.*
16 *Prædia in districtu Ferrariæ, quæ soluunt decimã conductam ad horreum, sunt conductitia.*
17 *Informationes debent sumi non obstante publicatione.*
*Inperitis cessat timor subornationis.* 18.
19 *Iudex in plenarijs potest interrogare post cõclusionem in causa.*
*Item se informare. nu.* 20.

## CONSILIVM. CCXXV.

*Auxilium meum à Domino.*

IN dubiis, quæ proponuntur aduersus Reuerendissimum D. Archiepiscopum Rauennæ, dicitur
1 non ualere consequentiam, † ꝙ si decima, quæ debetur, conduci debet expensis soluentis ad horreum Archiepiscopatus, ergo fundus, ex quo illa debetur, est iuris dicti Archiepiscopatus: quoniam aliàs sequeretur, omnes terras mundi esse obno-
2 xias ecclesiis, quibus decimæ † soluuntur, cum de iure conduci debeant per earum debitores ad horrea dictarum ecclesiarum, ut est Gl. not. in c. reuertimini. 16. q. 1. & in c. 1. 16. q. 7. quas allegat & sequitur Abb. in c. ex parte. secundo, nu. 5. de decim. Speculat. in tit. de decim. ad fi. Veronens. de ser. urb. præd. cap. 72. Imol. Rom. & Alex. in l. stipulatio ista. §. si quis dolum. ff. de uerbo. obliga. Iason. in l. 2. num. 92. uers. & in dictis dotis. C. de iur. emphit. & Alc. respõ. 22. qui citantur in dubiis, meritò concluditur textibus diffinientibus dici conuentionalem quando conducitur ad horrea Domini expensis soluentis eam, non esse deferrendum uelut ignorantibus, quid dicant, quiquè se inuoluũt sibique contrariantur.

Ego uerò puto, quòd Casale, de quo contẽditur, dicatur esse iuris Archiepiscopatus Rauennæ, prout in prima sententia fuit iudicatũ, & propterea illam confirmari debere. Moueor ex inuestitura satis antiqua de anno. 1393. in qua Reuerendissimus tunc Do. Episcopus Rauennæ inuestiuit Illustrissimum D. Marchionem Albertum Estensem de quamplurimis rebus distinctis, & specificatis positis in fundo Villæ Maderii iuris & propietatis sanctæ Rauennatensis Ecclesiæ, de quibus aliàs inuestitus fuerat Galeatius Rigeri, & propter eius rebellionem deuolutę fuerant ad Ecclesiam Rauennæ. Deinde insuper eundem Marchionem inuestiuit de omnibus & singulis redditibus & fructibus debendis tam iure decimi, septimi, sexti, quinti & quarti spectantis ad dictum Archiepiscopum, eiusque successores, & ecclesiam Rauennæ, pro quibuscunque & possessionibus & rebus immobilibus iuris & proprietatis sanctæ Rauennatensis Ecclesiæ, casamentiuis, arratoriis, uineatis & pratiuis positis in dicta Villa, & fundo Maderii, iuxta quoscunque suos confines, & per quascunque debeantur personas pro ipsis possessionibus, & rebus immobilibus, & petiis terrarum, quas & quæ tenent ab ecclesia Rauennæ, tam iure liuelli, quàm iure emphiteutico. Ita tamẽ quòd præsens inuestitura non uindicet locum in instrumentis particularibus inuestitionum ipsarum rerum & bonorum, quę sic tenentur, & in futurum tenebuntur per d. personas, uel successores, sed penes d. Archiepiscopum, & eius successores remaneant cum auctoritate renouandi, inuestiendi, & ut latius ibidem dicitur.

Pondero in primis, quòd dicta inuestitura iam centum, & octoginta annis celebrata fuit
3 & ob id indubitanter sumus † in antiquis, ut per Innoc. & alios in c. ueniens. de uerbo. sign. qui loquuntur de tempore centum annorũ, cum istud sit tempus logeuę uitæ hominis. l. fi. C. de sacrosanct. Eccl. & hoc communiter tenẽri testantur Alex. & Iason in l. cum aliquis. C. de iur. delib. Dec. cons. 13. col. 6. decis. Neapo. 245. col. 3. Boer. decis. 39. colum. 4. & Crauet. in tract. de antiq. temp. in princi. Vnde cum Reuerendissimus ille Cardinalis & Archiepiscopus dicat, & affirmet illas terras tam specificatas, quàm in genere sumptas, & comprehensas esse iuris, & proprietatis Ecclesiæ Ra-
4 uennę, dicta uerba † licet enuntiatiua, super quibus eius fundabatur intentio, probant sic esse, & eis standum est etiam in præiudicium tertii propter antiquitatem, ut ponit Cor. cõs. 312. colum. 5. uol. 1. Soc. cons. 266. col. 11. uers. ad secundum respondetur. vol. 2. & Crau. in d. tract. de antiq. temp. in prima par. nu. 33. & ante prædictos fuit doctrina Butrii in c. fin. col. 5. uers. de secundo principali. de succes. ab intest. & Abbatis in c. super eo. secundo not. de
5 paro. Ratione † motus: quia in istis factis antiquis non potest haberi probatio necessariò concludens, ideo admittitur præsumptiua. iux. not. in l. si arbiter. ff. de probat. Idemque tenet Ioan. Andr. in reg. sine culpa, in mercur. quem refert & sequitur Alex. alia deducens in cons. 90. uol. 6. & abundè Ias. cons. 65. uol. 3. demumque Natta cons. 283. num. 8.

Secũdò põdero, ꝙ Archiepiscopus primò locutus fuit de plurib. rebus specificatis, de quibus fuerat inuestitus ille Galeatius, secundò de aliis quibuscunque non specificatis, sed in genere positis in d. Villa Maderii, quas omnes concessit dicto Marchioni, postea sibi reseruauit aliàs in instrumentis inuestitionũ contentas, in quibus uoluit dictam inuestituram procedere, & ab ea illas limitauit, ut denotant illa
6 uerba ita tamen, † quæ habent uim limitationis. ut ꝑ Gul. & Ang. in l. nulla. ff. de leg. Alex. in l. legata inutiliter. ff. de leg. 1. Rui. consi. 18. nu.

nu.11.uolum. 3. ergo datur intelligi sub inuestitura, & assertione iuris Ecclesiæ Rauennę comprehendi terras omnes, quas uariæ personæ tenebant à dicta ecclesia iure liuelli, uel emphiteutico, de quibus instrumenta, & inuestitu
7 ræ non apparebant: quia exceptio † siue limitatio confirmat regulam in casibus non exceptis siue non limitatis. ut not. Bart. in l. quæsitum. §. denique. ff. de fund. instr. Ang. consi. 239. Roma. consi. 337. cum simil. per Dec. in l. 1. ff. de reg. iur. nu. 17. & per consequens sub illa assertione iuris ecclesię Rauennę comprehenditur hoc Casale, quod ab illo D. Marchione potuit ad alios peruenire, demumq; ad reum eó uentum, licet de eo non appareant inuestituræ, cum potissimè de generali consuetudine de
8 rogatum sit dispositioni † leg. 1. C. de iur. emphit. requirentis scripturam in emphiteusi, pro ut testatur Bar. ibi col. 1. & post eum Ang. col. 2. spec. de loca. §. nunc aliqua. q. 5. Martin. de Fano in tract. de iur. emphit. q. 4. Roma. consi. 103. col. 2. Dec. consi. 329. col. 2. Socin. consilio 269. colum. 6. uers. sed hic superest. uolum. 2. quare dici non potest, cum dictum casale sit in Villa, & fundo Maderii positum, id non esse iuris Ecclesiæ Rauennæ, stante, quòd est comprehensum in dicta inuestitura, & antiquitus affirmatum id esse iuris d. Ecclesiæ.

Et tenendo hanc partem non obstant dubia
9 quæ dicunt † conductionem fructuum decimaliū ad horreū Ecclesiæ nō arguere necessariò fundos, vnde debentur, esse iuris eius Ecclesię: quia procederent alio non apparente, & sic in dubio, secus ubi prælatus iamdiu, & ab antiquo dixit, illos fundos esse iuris & proprietatis ecclesiæ suæ, prout in casu nostro factum reperitur.

Secundò respondetur, quòd in dicta inuestitura promisit ille Do. Marchio pro rebus illis omnibus, de quibus inuestitus fuit, singulis annis soluere modios 30. frumenti, mastellosque uini. 30. conductos Ferrariam ad domum dictę ecclesiæ Rauennæ omnibus suis periculis, & expensis, quod sanè pactum fuisset superfluum respectu dictæ conductionis, si talis solutio fuisset loco decimæ iuris diuini: quia nihilominus eo quoque non conuento tenebatur conducere d. Marchio de iure, prout in
10 dubiis dicitur. At uerba † non debent esse superflua, nec apposita sine uirtute operandi. l. si quando. ff. de leg. 1. Bald. in rub. C. de contra. empt. q. 9. Dec. consi. 626. nu. 7. Roland. à Valle consi. 1. nu. 122. uolum. 3. & in pacto tradit in not. q. Ang. in l. æde. C. loca. dicens, quòd si
11 locator † promisit non expellere conductorem durante tempore locationis, non poterit eum expellere, licet ei superuenerit necessitas habitandi domum: quia per illa uerba uidetur recessū à natura contractus locationis, qualis erat, ut eo casu conductor teneretur recedere, ut in ea lege cauetur: quia illa uerba pacti debent aliquid operari, sequitur Dec. in l. fin. not. tertio, ff. si cert. pet. & in c. quæ in Ecclesiarum. uersus fin. de const. dans aliud exem-
12 plum, quòd licet aliàs † Vasalus posit alteri feudum subinfeudare c. 1. §. similiter. de leg. Corra. not. Abb. in c. ex transmissa. de for. cōp. si tamen est appositum pactum de non alienando, prohibita censetur infeudatio, ut uerba pacti aliquid operentur, secundùm Bald. in c. 1. §. præterea. de cap. Corra. quare pariter in casu nostro, ut uerba pacti, & promissionis Domini Marchionis aliquid operentur, datur intelligi, dictam solutionis promissionem fuisse loco decimæ conuentionalis: quia res erant iuris & proprietatis Ecclesiæ Rauennæ & ad ipsum Archiepiscopum pertinebant, non autem iuris diuini: quia uerba dictæ promissionis nihil operarentur.

Tertiò respondetur, quòd licet de iure com
13 muni soluentes † decimas debitas de iure diuino teneātur eas suis expensis portare ad horrea Ecclesiarum, quibus debentur, tamen per consuetudinem tollitur talis obligatio in omnibus illis locis, in quibus contrarium seruatur, videlicet, quòd decimatores Ecclesiarum in campis decimant frumenta, linum & id genus, & in area legumina triturata, vt fabam, faseolos, & id genus, & ea singula conducunt ad aream, nel horrea Ecclesiarū, & sic per cōsuetudinem tollitur, quod inquit glos. in d. c. reuertimini. cum similib. de quibus in dubiis. Ita tenet Hostien. in summa. de decim. §. fin. quæstione 16. Collect. in c. in aliquibus. eod. tit. Imol. & Alexand. in d. §. si quis dolum. Paris. consil. 6. num. 6. uolumine tertio, & Petr. Rebuff. in tract. de decim. quæst. 13. num. 49. at ista consuetudo uiget in toto comitatu & districtu Ferrariæ: quia qui soluunt Ecclesiis decimas de iure diuino debitas, eas non conducunt ad areas, nec ad horrea dictarum Ecclesiarum, sed agentes earum sumunt eas partim in campis, & partim in areis dominorum, ut supra dixi. & deponūt omnes testes examinati pro Archiepiscopatu in præsenti causa, & cum
14 talis cōsuetudo, † sit generalis, & notoria probatione non indiget. Bald. in l. filiusfam. §. ueterani. ff. de proc. in l. iubemus. C. de iudi. & in l. si fugitiui. columna 1. C. de ser. fugi. Imòue
15 rò cum uigeat † in hoc loco iudicii, uidelicet in districtu Ferrarię huic foro subiecto, non est necessaria eius allegatio, sicut etiam non est necesse allegare statutum, qđ est in loco iudicii, cum iudex de tali iure certus esse debeat Bart. in l omnes Populi. columna penul. ff. de iust. & iure. in l. inciuile. ff. de leg. & in l. præscriptione. columna fin. C. si contra ius. Bald. consil. 238. ad ueritatem. columna 1. volumine 1. Crauet. consi. 137. num. 5. hac igitur consuetudine sic stāte in hoc territorio, sequitur quòd cum hoc casale, cęteraque bona sita in villa Maderii soluant decimam conductam ad aream,

&

& loca ecclesiæ Rauennę, id causari: quia con
uentionalis est, ut iisdem testes deponunt, & sic
quia fundi sunt iuris d. ecclesiæ non autem q.a
sit iuris diuini, si enim decima esset iuris diui-
ni. & sic agri non essent iuris Ecclesiæ Rauen
næ, domini & eorum laboratores recusare pos
sent attenta d. consuetudine conducere fru-
ctus decimales ad areas, & loca. d. ecclesiæ, si-
cut alii Domini à tali onere sunt liberi, quan-
do decimæ sunt iuris diuini, sed non recusant
& eos conducunt: quia conuentionales sunt,
& fundi iuris Ecclesiæ prædictæ. Quini-
mo dabuntur informationes, per peritos agri-
mensores, si opus erit, quòd in æstimandis præ
16 dis, quæ soluũt decimam conductam ad areá,
uel domos Ecclesiarum decalant, siue detra-
hunt sextam partem de iusto prætio dictorum
prędiorum, ueluti condititiorum, & iuris dicta
rum Ecclesiarum, quod secus seruant, quando
soluũt decimam iuris diuini, & tales informa-
17 tiones summi † debebunt non obstante publi-
catione processus, & aliorum testium: quia in
18 peritis nõ cadit † subornationis timor, ut est
doct. Bald. in c. proposuisti. ad fin. de probat.
quam sequitur Dec. ibi colu.n. fi. tantoque ma
19 gis quòd iudex nedũ in summariis, sed & † in
plenariis põt interrogare post conclusionem
in causa per l. ubicunque. ff. de inter. acti. quia
iudici non concluditur, sed partibus tantùm,
ut plenè post allegatos per eum Doctr. Fel. in
c. cum Ioannes, n. 12. de fid. instr. & in c. ad pe
titionem, columna 5. uer. & istis adde, de ac-
20 cus. † & se informare, ut tradit Dec. in c. pri-
mo, de iudic. lect. 1. colum. 5. Felyn. in c. licet
causam. colum. 14. t t. limit. de proba. & prior
eis Ang. in §. quia uerò. columna 3. in fin. in
auct. de testi.

Et ex prædictis concluditur bene fuisse iudi-
catum, primamque sententiam latam ad fauo
rem Reuerendissimi Archiepiscopi & Illustris
simi Cardinalis Domini mei obseruandissimi
confirmandam esse.

*Hippoly. Rimin. Ferrar.*

## Pro Illustre Domina Lucretia Rupe-rella Pia.

### ARGVMENTVM.

Præsumitur pro titulo seniore contra iuniorem, emptio facta postquam spes erat, quòd quis in iudiciũ uocaretur, præsumitur dolosa, & mala fide contracta. & plura in materia testium, instrumenti, & confinium.

### *SVMMARIVM.*

1 *Instrumentum dicitur probatio probata.*
*Item habet vim diffinitionis, ibidem.*
2 *Confinium expreßio designat locum confinatum, & includit quicquid est intra.*
*Quicquid est intra fines comitatus præsumitur esse de comitatu. 3.*
*Item quicquid est intrà confines, & terminos territo rij, dicitur esse territorij. 4.*
*Item quicquid est intrà confines iurisdictionis alicuius Domini, præsumitur esse de iuris dictione il lius. nu. 5.*
*Sed declaratur nu 28. & seq.*
6 *Res illius esse præsumitur, cuius sunt fines.*
7 *Dominium transfertur ex permutatione.*
8 *In probationibus attenditur quod est verisimile.*
9 *Possessio probatur ex fructuum perceptione.*
*Item ex pasculatione bestiarum, ibidem.*
10 *Pro titulo antiquiori præsumitur.*
*Quod procedit etiam in casibus, in quibus titulus pa trocinatur. 11.*
*Ratio cur titulus antiquior præferatur. 12. & 29.*
13 *Titulus recentior, & ea, quæ tendunt ad efficaciam eius in iudicio possessorio, nihil prosunt.*
14 *Non licet opponere de iure tertij.*
15 *Emptio facta postquam quis est vocatus ad iudiciũ, vel spes erat quòd vocaretur præsumitur dolosa, & mala fide facta.*
16 *Actus sequens declarat præcedentem voluntatem.*
17 *Instrumentum non continens verisimilia nõ probat*
18 *Pactum insolitum arguit simulationem.*
19 *Assertioni alicuius non est standum, vbi sine ea nõ valeret actus.*
20 *Negatiua qualiter probetur.*
21 *Cæteris paribus non prodest, sit probata fama, vel non.*
22 *Conclusio Doct. loquentium, an credatur magis testi bus affirmantibus, quàm negantibus, declaratur.*
23 *Ex quantitate pretij discernitur, an tanti res fuerit empta.*
24 *Testes de auditu faciunt aliquam præsumptionem.*
*Item adminiculantur. 25.*
26 *Testis de veritate facti iunctus cum alijs de auditu illis adminiculatur vt probent.*
27 *Non probat hoc esse*
30 *Testes deponentes in specie præferuntur testibus deponentibus in genere.*
*Quod procedit, etiam si testes deponentes in specie sunt duo tantùm, & in genere deponẽtes mille. 31.*
*Item habet etiam locum in testibus in specie deponẽ tibus de infamia, qui præferuntur deponentibus in genere de bona fama. 32.*
33 *Possessio probata pluribus actibus reputatur potentior.*
*Sicut & pluribus testibus, ibidem.*
34 *Argumentum à personis ad res valet.*
35 *Actus possessionis iure familiaritatis habiti non tribuunt ius possessionis.*
36 *Possessionem clandestinam non tuetur prætor.*
37 *Vbi est statuti decisio, vlterius non est inuestigandum.*
*Et inanis est disputatio, vbi est statuti dispositio & decisio. 38.*

## CONSILIVM. CCXXVI.

*Auxilium meum à Domino.*

IN præsenti causa, In qua petit Ill.
Do. Lucretia Rupcrella sibi dari
licentiam perficiendi opus iam
cęptum super terreno suo sito in
Villa Madrariæ, quod fieri negat
Illust. D. Comes Bellisarius Estensis Tassonus,
asserens dictum terrenum ad eum non autem
ad d. Dominam spectare. Prima consideratio-
ne dicendum uidebatur, dictum Comitem ius
fouere: patet enim quòd titulo permutationis
acquisiuit à Icone & Belloncio de Beloncìis
dictum terrenum confinatum ab uno capite ag
gerem Vallis, altero viam de Boariis, uno late-
re dictam Illust. Dominam pro iuribus acquisi
tis à Ioanne Belloncio nuncupato Guascone,
& ab alio latere eandem dominam loco Tosini
de Belloncìis, ut in instrumēto in causa produ
1 cto † quod dicitur esse probatio probata, rem-
que notoriā facere, ut not. omnes in rub. ff. de
oper. no. Dec. cons. 488, col. 1. Ita quòd habet
uim diffinitionis, ut per Bal. cons. 233. volum. 1.
& plenius ponit Roland. à Valle cons. 4. nu. 23.
cons. 40. nu. 8. & cons. 96. num. 7. uolum. 2. talis
2 enim † confinium expressio designat ipsum ter
renum, & illud includit, vt per Bald. in rub. C.
de contr. emp. q. 22. & in l. insulæ. ff. de iud. & in
de præsumitur illud fuisse dictorum Leonis &
3 Belloncii. Sicut dicitur, quòd † quicquid est in
tra fines Comitatus, pręsumitur esse de Comi-
tatu, ut per Socin. cons. 166. colum. 2. uers. 3.
concl. vol. 2. Dec. cons. 517. ad fin. Cra. cōs. 54.
4 nu. 9. & † quicquid est intra confines & termi-
nos territorii dicitur esse territorii, ut ponit
Paris de Puteo in tract. de reinteg. feud. in ti-
tul. de fini. feud. vers. qualiter probetur. Sicut
5 etiam † quod est intra confines iurisdictionis
alicuius Domini, præsumitur esse de iurisdi-
ctione illius Domini, ut dicunt Castrens. Soc.
& Moder. in l. 1. in prin. ff. de acqui. poss. Butri.
Abb. & cæteri in c. nimis. de iureiur. Alberic. in
l. Imperatores. ff. de ser. rus. pręd. Soc. cōs. 127.
volum. 1. Alciat. respon. 175. in princ. vnde res
6 † pariter illius esse præsumitur, cuius sunt fi-
nes, ut inquit Corn. cons. 247. num. 10. vol. 2.
Castr. in l. 1. ff. de acqui. poss. cum similibus, per
Paris. cons. 27. num. 13. volum. 1. vnde cum præ
dicti de Belloncìis permutauerit dictum terre
num cum dicto Comite, quòd est intra dictos
confines, præsumitur eorum fuisse non autem
Illust. Dominę Lucretiæ coherentis illi à duo-
7 bus lateribus, dominiumque † dictorum de
Belloncìis ex causa dictę permutationis dici-
tur fuisse translatum in personam d. Comitis.
l. 1. §. 1. ff. si cer. petr. l. cum precibus C. eo. l. 1.
C. de fund. dot. c. nonnulli. de rebus Eccle. non
alienan.

Secundò coadiuuari uidetur intentio dicti
Comitis ex testibus suis, qui postquam depo-
suerunt de casale dicti Belloncii, & per eum pos
sesso, ab uno capite padum, alio aggerem Val
lis, uno latere superiore dictam Illust. Domi-
nam pro iuribus acquisitis à dicto Guascone &
ab alio latere inferiore Tosinum de Belloncìis
subiungunt, quòd possidentes terras intra ag-
gerem padi & aggerem Vallis habuerunt suas
(ut dicunt) prælas in Valle incipiendo ab ag-
gere Vallis, & tenendo usque ad uiam de Boa-
riis pro modo latitudinis dictarum terrarum,
à pado usque ad aggerem Vallis, Vnde multū
uerisimile uidetur pari modo, dictum Bellō
cium possessorem dicti Casalis intra padum, &
aggerem Vallis habuisse tantūdem Vallis pro
latitudine dicti Casalis usque ad uiam de Boa-
8 riis, quod † verisimile multum in probationi-
bus attenditur. Bal. in l. scripturę. C. de fid. inst.
D. meus Riminal. consi. 156. col. fin. & ibi con-
cordantes in apost. adduxi, ad quos me refero.

Tertiò præfatis accedūt iidem testes, qui
deponunt de possessione d. Belloncii dicti ter
reni Vallivi, ut supra confinati, pacificè usque
in tempus dictæ permutationis, piscando, in
eo ponendo Sacconos (ut dicunt) ad capien-
dos pisces, & de captis pro libito disponendo,
cannas incidendo, bestiasque pascendo, possef
9 sio † namque probatur ex fructuum perceptio-
ne. l. Titia. ff. solut. matri. l. 2. C. de acqui. poss. l.
litibus. C. de agr. & censi. lib. 11. pract. Pap. in
forma libelli pro turbata poss. vers. hodie. nu-
mero 7. Bald. in l. indicia C. de rei uind. Andr.
Sic. consi. 24. col. 4. vol. 4. cum simil. per Me-
noch. de reti. posses. remed. 3. num. 564. & de
pasculatione bestiarum tradit D. meus Rimi.
cons. 219. col. 2. & post eum Menoch. loco cita
to. nu. 776. & ex præfatis Intentio d. Comitis
satis fundata uidetur.

Quibus tamen non obstantibus, amplector
partes Illust. Do. Lucretiæ, quæ mihi uerlores
esse videntur, pro qua primò considero, quòd
ipsa usque de anno 1555. 14. Nouemb. & sic iā
per annos 19. acquisiuit à Ioanne Belloncio ter
ram Valliuam, de qua contenditur, confinatā
ab uno capite aggerem Vallis altero capite viā
de Boariis, vno latere desuper dictum Bellon
cium de Belloncìis, ut in instrumento rogato
per Bonsignorium, qui titulus cū sit antiquior
memorato dicti Comitis anni pręsentis 1574.
10 pro ipso † uelut antiquiore pręsumitur, vt uo-
luit Bald. in q. sua, Accusatus de ui turbatiua
quem sequitur Do. meus Rimi. cons. 282. in fi-
nalibus uerbis, idque plenius confirmat Natta
consi. 419. col. fi. vbi citans Baldum in allegata
sua disputatione, Accusatus. col. fin. dicit quòd
etiam in casibus, in quibus titulus patrocina-
retur: puta quia probationes essent pares, tamē
11 † non iuuaret, ubi esset quæsitus post possessio
nem aduersarii argumento l. si fundum. ff. de
12 fund. dot. quia aliàs de facili quis † supponeret

quem

quendam à quo emeret & fingeret se titulo possidere, argumento not. in simili per Doctores in l. cogi. C. de petitio. hæredi. sequitur Alexan. in l. si de eo. §. fina. ff. de acquiren. possess. & consil. 88. colum. 3. volum. 5. unde subdit Natta, quòd cum in casu suo quidam Franciscus produceret titulum cessionis iurium ab Aristide, qui proculdubio erat longè posterior possessione Raimūdi Clientis ipsius Nat-
13 tæ, sequitur quòd tam ipse † titulus, quàm ea quæ tendunt ad efficaciam ipsius tituli, & ad probandum iura auctoris sui reiici debent; quia in tali iudicio possessorio nihil prosunt, iuxta not. in l. sed & si possessori. §. idem Iulianus. ff. de ureiu. & in l. ad probationem. C. de proba. etenim remoto fundamento cessionis: reliqua quæ adducebantur in eo casu ad ostendendum dominium d. Aristidis nihil iuuabant dictum Franciscum, etiam quòd ageretur pe-
14 titorio, cum † opponeret de iure tertii, nihil ad eum spectante, iuxta not. in l. 2. ff. de exceptio. rei iud. & in l. cum seruum. C. de ser. fugi. Sic igitur dici debet in casu nostro, quòd titulus permutationis allegatus per dictū Comitem quæsitus fuerit post possessorium Illust. D. Lucretiæ loci, de quo agitur. Nam sui testes dicunt, quòd à die suæ acquisitionis de anno 1555. citra viderunt pluries sgarbari cannas, & pauerias in dicto loco ad instantiam dictæ Dominæ, quo facilius aqua deflueret ad suum molendinum, & vnus etiam sgarbauit, & fecit cannas de licentia Factorum suorum, duo verò alii plantarunt plantas in dicto loco in principio anni præsentis, tempore quo plantantur nomine dictæ Dominæ, ipse verò Comes acquisiuit titulo permutationis hoc anno 7. Aug. & sic post prædicta, meritò titulus suus sibi suffragari non debet vllo modo.

Confirmantur prædicta, nam cum ante dictā acquisitionem titulo permutationis dicti Comitis Illust. domina Lucretia cœpisset facere fodi quendam aquæductum, vt aquæ per eum fluerent ad molendinum suum, & ipse Comes expelli fecisset operarios, ipsaque Domina recursum fecisset ad Excellentissimum Do. Ducem, ipse Comes procurauit habere titulum prędictum permutationis à dictis Leone & Belloncio, probantur hæc ex precibus ipsius Illust. Dominæ, in quibus narrat impedimentum factum suis operariis diebus elapsis per homines armatos dicti Comitis, & rescriptum dictis precibus annotatum reperitur 20. Aug. titulus verò permutationis est sub die 7. dicti mensis post dictum recursum factum ad Principem, & paulo ante expeditionem supplicationis dictæ Dominæ, cuius expeditioni nonnulli dies interpositi fuerūt, ut bene nouit Clarissimus Do. Leonius, cui causa commissa fuit de uoluntate partium, ut in rescripto dicitur; quo stante succedit, quod egregiè dicunt Odofre. & Bal. in l. quoties. C. de rei vind. colum. fi.
15 quòd postquam † quis est vocatus ad iudiciū vel spes erat, quòd vocaretur, pręsumitur quòd emptio sit dolosa, & mala fide facta, & ideo nō patrocinatur emptori, quod Bal. dicit esse notandum, latiusque sequitur in apostil. And. Sicul. & idem ponit Ang. in l. si is qui. ff. de acquiren. hæred. & Natta consi. 16. col. 1. dicentes, quòd qui timens conueniri petitione hæreditatis acquisiuit titulum ab eo, qui nullum ius habet in re, ut euitaret litem, talis titulus pręsumitur in fraudem quęsitus, & simulatus, & illi non prodest. Sed cui dubium, quòd si Illustris D. Lucretia impedita per Comitem recurrerat ad Principem, petens sibi decerni iudicem, qui deberet cognoscere, & terminare circa narrata, spes erat, quòd ipse timere debe-
16 rét se conueniri? Certè nullus, idque lis statim secuta † per eam incepta declarauit. §. Pauonum, insti. de rerum diui. Bar. in l. cętera. §. fina. ff. de leg. 1. Dec. consi. 336. in prin. meritò titulus suus ueluti ualde suspectus et suffragari non debet, nec potest, quod tamen sit dictum citra iniuriam, sicut & istud, quòd quo-
17 ties instrumentum † non continet uerisimilia non probat, sed suspectum redditur. Bald. in l. scripturæ. circa mediū. C. de fide inst. Abb. consi. 99. in fi. vol. 1. Cur. iun. consi. 17. col. secunda, & consilio 178. columna secunda, Crauet. consilio 28. in principio, & consilio 75. numero 20. Sed verisimile non uidetur, dictum Comitem noluisse acquirere dictam vallem mediantem inter Illust. D. Lucretiam ab vtroque latere, sicut nec illud, quòd voluerit in permutationem dare dicto Belloncio tantam quantitatem terreni ipsius Comitis in eo aptiori ac prædicto Belloncio commodiori loco locorum ipsius Comitis per dictum Belloncium & eius arbitrio eligendum; pactum
18 † enim insolitum arguit simulationem, vt per clem. primam. §. cæterum, quæstione 3. de vsur. Natta consi. 670. nu. 10. Nec assertioni partium standum videtur, de qua in prin. d. instrumenti, quod anno elapso d. Belloncii promiserint permutare &c. quia cum liberè id facere nō potuerint, nec fine dicta assertione factum ualeret, ut ex prædictis patet, assertioni fuæt nō es-
19 set deferendū, secūdùm Bar. per illum tex. in l. si forte ff. de cast. pec. Doc. omnes, ubi Dec. D. meus Ri. & alii in l. si donat. C. de colla. cū sim.

Nec huic cōclusioni sic firmatę pro prædicta Ill. D. repugnat unum, quod dicūt testes ipsius Comitis, videlicet quòd Belloncius de Belloncíis nunquam tenuit aliquas terras uallinas cōfinantes à latere superiore cum terrenis uallinis uendiris per Ioannem dictum Guasconem Illustri Do. Lucretiæ, nec eas tenere potuisset, quin ipsi testes vidissent aut intellexissent velut habitantes in villa Madrariæ, quo modo
20 negatiua probari dicitur, vt per Ang. in §. hinc nobis. in auct. de hæredibus & falcid. quem sequitur Dec. consilio 94. in fine, consilio 101.

columna finali, & consilio 177. volumine secundo, Ripa in capitulo cum ecclesia Sutrina numero 88. de causa possess. & proprie. ex quibus impugnari videtur velut erroneum instrumentum Bonsignorii, dans pro confine à latere superiori dictum Belloncium terræ Valliciæ acquisitæ per dictam dominam, à dicto Guascone. Nam respondetur ad hoc, quòd per testes ipsius Illust. Dominę defenditur eius instrumentum passim dicentes, à latere superiori dicti terreni Vallici acquisiri per eam à dicto Guascone confinasse dictum Belloncium. Vnde succedit, quod concludit Bald. in l. t.
21 quæst. 5. C. de testa. quòd cęteris paribus † nihil prodest, sit probata fama vel non, & sic affirmatiuè, vel negatiuè: quia testes sibi inuicem obstant. Vnde remanet instrumentum Illu. D. Lucretiæ cum dicto confine Belloncii: quoniã testes contrarii super eo tolluntur à testibus ipsius Dominæ, tesque remanet in hoc, perinde ac si nulli testes hinc inde fuissent examinati.

Secundò dico, quòd doctores disputantes
22 † an credatur magis testibus affirmantibus quàm negantibus, vt Bar. & alii in l. etiam proferre. §. si plures. ff. de recep. arb. Bal. in l. cum. hi. §. nihil. col. fi. ff. de trans. Ias. consil. 8 t. vol. 3. Fel. in c. in nostra. de testib. loquuntur quando vtrinque sunt tantùm testes contrarii, & sic paria sunt probationum monumenta, sed ubi vnum aliquid additur alteri parti, tunc facit alterum alteri prępondereare, vt inquit Bal. in l. si duo patroni. post glo. ff. de iureiur. & in c. 1. §. si duo. de pac. te. reducitur enim tunc paritas ad imparitatem per aliquod additum ad ad alterum extremum, vt notab. inquit Io. Monac. in c. duobus. de rescr. in 6. quem refert & sequitur Andr. Sic. consil. 25. col. 3. volum. 4. & ita concludit Natta cons. 572. nu. 13. sed in casu nostro testibus Illu. D. Lucretiæ deponentibus à latere superiori confinasse Belloncium terrę valliuæ quęsitæ per eam à Guascone adiungitur instrumentũ ipsius acquisitionis idẽ confirmans, ergo talis probatio per testes & instrumentum debet præponderare.

Tertiò tanto magis prędicta procedunt, quia nullo modo verisimile videtur esse, quod Belloncius habuerit vallem mediantem inter Illustr. D. Lucretiam & Tusinum: quoniam in instrumento Bonsignorii terra valliua vendita dictæ Dominæ per Guasconem conuenta fuit nõ esse minoris quantitatis modiorum 7. quę quantitas sine dubio non verificaretur ponendo intermedium Belloncium pro tanta latitudine Vallis ab aggere illius vsque ad viam de Boariis, cuius erat Casale, quod tenebat intra padum & aggerem Vallis. Hinc ergo dici debet, terram Valliuam venditam per dictum Guasconem, & filios dictæ Illustri Dominæ se dilatasse vsque ad locum Tosini, sicut ipse bene certus se ipsum pro confine vocauit à latere inferiori, licet dolo nel erroneè miscuerit dictum Belloncinm, quod etiam manifestè magis deprehenditur ex instrumento venditionis suæ terræ Valliuæ, quam fecit d. Illustri Dominę dictus Tusinus anno præsenti 19. Febru. vbi dat ab vtroque latere pro confine ipsam Illustrem Dominam, & sic à latere superiori compræhendit totam terram valliuam, de qua contenditur, vti terram ipsius Illustris Dominæ, vt est uerè, velut acquisitam à dicto Guascone, nec vllam facit mentionem de Belloncio, à latere verò inferiori uocat eandem mediante conducto suo aquarum veteri ad suum molendinum & sub vi iuramenti sic asseruit, ut in fine instrumenti. Sicut enim ex quantitate pre-
23 cii † discernitur, an tota res fuerit uendita vel pars tantùm l. prima, §. primo, iuncta glo. ff. de superfic. Socinus consilio 98. numero septimo. Parisius consilio 64. numero 44. volumine primo, Do. Hieron. de Mont. in tractatu fini. regundorum capitulo 95. columna secunda, & tertia, pariter in casu nostro ex quantitate vallis tot modiorum in instrumento memorata deprehenditur, Belloncium non potuisse intra illud corpus vallis esse positum.

Quartò coadiuuantur prædicta: quoniam primus testis Illus. Dominæ deponit auum Belloncii pignori recepisse à patre dicti Guasconi pro libris 40. unã petiam terræ sine valle iuxta uno capite padum, alio aggerem Vallis, ab vno latere desuper foueã Clauicæ Bellõciæ, & alio patrem Tusini, & ipsius testis, idemque deponit sextus testis. & etiam secundus de sola terra sine Valle deponit, licet nesciat, an iure pignoris vel alia uia concessa fuerit, qui testes
24 licet de auditu † deponant, faciunt aliquam præsumptionem, vt voluit Archid. in c. hoc uidetur 22. quæstione quinta, quem sequitur Castr. consilio 18. in causa, quę uertitur Parmæ. Alexand. consilio 77. columna prima, volumine 1. Cort. consilio 70. columna tertia, & in repetitio. l. admonendi, ff. de iureiur. qui
25 testes † adminiculantur intentioni Illustr. Do. Lucretiæ, vt per Archid. loco citato & iuncti cum aliis testibus adiuuant eorum dicta, ut scribit Natta consi. 170. colum. 2. quod uerificatur in casu nostro: nam primus ex eis dicitur fuisse præsentem, quando pater Guasconi veniens ad mortem vocauit patrem ipsius testis, & ei dixit, quòd si volebat reluere dictam terram pignori datam auo prædicto Belloncii contentus erat, & Ille recusauit i
26 hic enim testis de ueritate facti † iunctus cum aliis de auditu illis adminiculatur, ut probent, secundùm Innocentium in capitulo prætetea. de testibus Baldus in marga. uerbo testis. & Socinus iunior consil. 135. columna finali, volumine secundo. tantoque magis nam cum primus ille testis dicat, quod pignori data

data fuit auo Belloncii. d. terra pro lib. 40. bene verisimile est, non fuisse comprehensam Vallem tot modiorum septem, vltra testes, qui hoc dicunt, cum nimis exiguum fuisset dare terram Casalis & Vallē pro sic modica summa, quam Ill. D. Lucretia acquisiuit pro Δ. 72. & sol. 52. vt in instrumēto Bonsignorii, & hinc verificantur illi testes Ill. Dominę Lucretię, qui dixerunt, dictum Belloncium non habuisse ius in dicta Valle. Ex prædictis igitur satis superq; constat sublatum esse fundamentum illud, ꝙ Belloncius non confinauerit à latere superiori cum terreno acquisito per Ill. D. Lucretiam, à dicto Guascone, quamquam nec inde sequitur concludenter, quòd ille confinauerit ab alio latere inferiori cum d. terreno Vallicio: quia nō
27 † probat hoc esse. l. neque natales. C. de prob. l. non hoc. C. vnde leg. cum vulga. & quæ ad id probandum proposita fuerūt sublata remanēt ex supra deductis.

Et vlterius magis particulariter eis respōdē
28 do circa primum, quòd quicquid † est intra cō fines, præsumitur esse de iuribus rei confinatæ, dicitur id esse verum in dubio, nec alio in contrarium constante, at secus quando reuocatur in controuersiā res ipsa confinata, negando disponentem in ea ius habuisse, prout in casu nostro Leonem & Belloncium, stante titulo seniore Ill. D. Lucretiæ, vt per Bal. in illa sua disputatione, Accusatus. Do. meum Rimi. consi. 282. in fi. & Nattam consi. 419. col. fi. quibus addo pariter Claudium Marmerium in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 93. ff. de acqui. poss. Bero. in c. licet causam n. 55. vers. amplia, & nu. 57. vers. septima conclusio. cum similibus, quos adducit Menoch. de reti. poss. remedio 3. nu. 736.
29 pro quo † titulo seniore præsumitur aduersus iuniorem secundum eos: quia vna præsumptio tollit aliam. l. diuus. ff. de rest. in inte. l. non solū ff. de rit. nup. cū similibus per Craue. consi. 145. nu. 11. Do. meus Rim. consi. 93. nu. 33. Cor. cōs. 130. nu. 21. vol. 1.

Ad secundum verò respondetur, quòd illi testes locuti sunt secundùm quandam regulam generalem, quòd posidentes terras intra padum & aggerem vallis habuerint tantundem vallis pro latitudine d. terrarum vsque ad viam de Boariis, sed ab hac generalitate fuit exceptuatus Belloncius, cum Casale sibi tantùm sine Valle concessum fuerit iure pignoris, vel alio iure. prout dicunt in specie testes ipsius Do. Lucretiæ, qui præualere debent
30 † illis deponētibus in genere, iux. doctrinā Innoc. & aliorum in c. auditis. de pręscr. D. meus Rimi. cōs. 431. col. fi. & ibi in addi. meis. Natta consil. 572. nu. 10. & per eundē cons. 362. n. 13. post Alberi. in l. turpia. ff. de leg. 1. qui ampliat
31 † id procedere, si sint duo testes in specie deponentes, ꝙ præferantur mille deponētibus in ge
32 nere. Hinc & videmus, ꝙ testes † deponentes de bona fama in genere nō tollunt infamiam resultantem ex specialibus delictis confessatis vt per Marsil. in l. de minore. §. plurium, nu. 92. ff. de quæst. consi. 3. nu. 22. Alex. cons. 77. nu. 4. vol. 1. repet. consi. 62. vol. 3. cum simil. per Senat. Pedem. decis. 79. nu. 54. quia generi per speciem derogatur. c. generi. de reg. iu. in 6.

Ad tertium de possessione Belloncii. d. terræ valliuę, certè mirum videtur, quomodo testes illi audeant hoc dicere, cum testes Ill. D. dicant, Gausconē & fratres semper eam possedisse, vsque ad venditionem factam d. D. faciēdo Casonum, & in eo stando, faciendo Cannam, & inde pezzolatos, & arellas, ponēdo sacconos pro capiendis piscibus, bestias pasculando, scapando salices & arbores, & ligna domum suam conducendo, deinde verò Ill. Domina Lucretia post acquisitionem sgarbādo, & arbores plātando, à regione Casallis d. Belloncii in aggere vallis vsq; ad confinem Tosini, prout latius
33 testes dictę Dominæ deponunt, quibus † tot actibus, & lōgè pluribus quàm ex aduerso, possessio probata ad fauorem eius Ill. Domi. Lucretiæ debet potentior censeri: sicut enim pluribus testibus probata potentior iudicatur, vt scribit Dominus meus Riminal. consi. 350. nu. 12. & ibi dixi post Afflictum decis. 363. nu. 2. pari modo probata per plures actus potentior censeri debet probata per pauciores, arguen-
34 do de personis ad res, † siue actus. l. qui furere, & ibi Alberic. & Bal. ff. de sta. ho. l. si quis inquilinos. §. si ità legatum. ff. de leg. 1. Glo. in l. cum quid. ff. si cer. pet. Castr. cons. 224. circa primum quæsitum. in antiq. & Euerar. in centuria sua. loco, à persona ad res. Secundò dico, quòd cùm non constet de aliquo titulo Belloncii respectu d. terræ valliuæ, maximè cum testes Illustr. Dominæ Lucretiæ dicant, quòd auus eius habuerit Casale tantùm sine valle à patre Guasconi, sequitur, quòd si quos actus possessorios fecit, iure familiaritatis fecisse
35 præsumatur, qui † ius possessionis nō tribuūt l. qui iure familiaritatis, & ibi tradunt Imol. & Alex. ff. de acqui. poss. Natta consi. 502. nu.
36 20. seu clandestinè, quam possessionem † clādestinam prætor non tuetur, sicut nec violentam. l. 1. in principio. & §. fin. cum leg. seq. ff. vti possi. l. vnica. C. eo. Natta consi. 568. nu. 8. & vt in summa dicunt aliqui testes Illustr. Dominę Lucretiæ, prout sępe faciunt pasculantes, & euntes in terras alięnas, qui in eis nullum ius habent.

Postremò nō prætereo, ꝙ Ill. D. Lucretia prætter licētiam vt supra petitam, quæ certè sibi cōcedi debet, intentauit & aliud remedium, casu quo superius non competeret, videlicet, quòd dictus Comes teneatur ei vēdere vel permutare dictam vallem, cùm non ascendat ad quantitatem star. 20. & ei confinet ipsa Domina à duabus lateribus & uia, offerens se paratam obseruare omnia & singula contenta in statuto de cambio, & permuta. quod ita

dare diſponit, meritò hæc petitio difficultatẽ nõ habet. nam cum ſtatuti prædicti determina
37 tionẽ † habeamus, vlterius nõ eſt inueſtigãdũ, vt per Bald. in l. Gallus. §. ſi eius. 2. notab. ff. de lib. & poſt. Dec. conſ. 488. col. 1. cõſi. 563. nu. 7. Marſ. cõſ. 131. nu. 20. & conſi. 133. nu. 18. Ina-
38 nis enim † eſt diſputatio, vbi eſt ſtatuti diſp. & deciſio. Cor. cõſ. 109. in fi. vol. 1. Ceph. cõſ. 188. n. 20. & ita quocumq; modo debet hæc Illuſtr. Domi. velut fouẽs in præſenti cauſa obtinere.

*Hippoly. Rimin. Ferrar.*

## Pro Magnifico & Clariſsimo Iuriſconſulto D. Federico Copellato Sereniſſimi Ducis Ferrariæ Conſiliario Iuſtitiæ digniſsimo.

### ARGVMENTVM.

Hæc verba in ſubſtitutione poſita, ſi aliquis ex dictis filiis meis decederet abſque filiis maſculis legitimis, vel poſtea quandocunque deceſſerit, quid importent. Filius grauatus ſub conditione duas quartas detrahere põt, legitimã, ſcilicet, & trebellianicam, idque procedit, quamuis legitima ſit ſemis. In æſtimanda legitima habetur ratio valoris bonorum tempore mortis patris, non aũt tempore quo detrahitur legitima

### *SVMMARIVM.*

1 *Dictio. vel, eſt deſiunctiua propria & ſimplex.*
2 *Superflua ſunt reſecanda.*
*Superfluis actibus non eſt vtendum. 3.*
*Vbi præceptum eſt ſuperfluum, pœna non committitur, ſi ei non paretur. 4.*
5 *Clauſula non ſolùm, ſed etiam minimum verbum non debent eſſe ſine virtute operandi*
6 *Poteſt quis notari de inſufficientia.*
7 *Oratio imperfecta ſuppletur ex præcedẽti cum qualitatibus ſuis.*
8 *Subſtitutio facta filio ſi deceſſerit, intelligitur ſi deceſſerit ſine filijs.*
9 *Diſiunctiua poſita inter perſonas, inter quas cadit ordinata affectio, non reſoluitur in coniunctam.*
10 *Vbi filio prædecedenti teſtator ſubſtituit alios filios ſuperſtites, vel eorum liberos, veniunt ordine ſucceſſiuo nepotes poſt filios.*
11 *Hæc verba, ſi aliquis ex filijs meis decederet abſque filijs maſculis, denotãt ſubſtitutionẽ cõpendioſam.*
12 *Semper quis poteſt mori.*
13 *Declaratur Bart. in l. Centurio col. 10. ver. 2. oppono ff. de vulg.*
14 *Compendioſa ſubſtitutio vnde dicatur.*
15 *Verb. ſuccedat, eſt verbum commune.*
16 *Filij ſub conditione grauati duas quartas detrahere poſſunt. legitimam ſcilicet & trebell.*
*Cuius ratio habetur nu. 20.*
*Quæ duæ quartæ faciũt dimidiã hæreditatis. 17.*
*Et hæc opinio ex generali conſuetudine per totum Mundum ſeruatur. 18.*
*Et adeò vera eſt, vt procedat etiã quando legitima eſt ſemis, propter numerum liberorum.*
*Contra Bal. nu. 19. & ſeqq. vbi com.*
21 *Alex. conſi. 68. aliàs 65. circa præmiſſa, vol. 4. emendatur.*
22 *Filius inſtitutus ſub conditione poteſt teſtari de legitima & trebell.*
23 *Si ex filio ſunt duo nepotes, & ex altero vnus tãtum vnus habet dimidiam & duo tantundem.*
24 *Sequentia declarant præcedentia.*
25 *In detrahenda legitima debet inſpici valor bonorũ exiſtens tempore, quo detrahitur, non autem tempore mortis teſtatoris, & ſic augmentum debet cedere commodo filiorum petentium legitimam.*
*Sed contraria pluribus authoritatibus, rationibus ac legibus ſuffulta eſt, & crebrius per ſcribentes recepta, nu. 31. & ſeq. ac nu. 58. & ſeq.*
*Pluresq; pro hac ſñia referuntur rationes num. 33. & ſeqq. & de hac per totũ conſi. inferius habetur.*
26 *Filius grauatus poteſt alienare vſque ad legitimã & in alienatis tam eligere.*
*Sed quando & qualiter procedat, nu. 70. & ſeqq.*
27 *Si vxor fuerit inſtituta & grauata pauperibus dare, quicquid de fructibus ſibi ſupererit vltrà victũ adeundo videtur deduxiſſe dotem ſuam, & ideo eius fructus non tenetur pauperibus dare.*
*Declaratur nu. 75. & ſeqq.*
28 *In legitima inſpicitur quantitas bonorum tempore mortis, ſed qualitas eorũ tempore quo petitur, ſed dic vt infra nu. 82. & ſeqq.*
29 *Si Pater in vita legitimam filiæ aſsignauit tunc facultatibus æquiualentẽ, quæ poſtea fuerũt auctæ, põt eo mortuo petere ſupplemẽtũ rerũ augmẽti.*
*Ratio habetur nu. 85.*
*Sed plures contrariũ tenuerunt, quorũ opinio cõis, & æquior eſt nu. 86. & limitatur prior nu. 87.*
30 *In cõſiderãda falcidia hæredi debita de legatis corpora in bonis defuncti exiſtentia æſtimãda ſunt ſecundùm præſens pretium, non autem præteritum.*
32 *In æſtimanda legitima periti antiqui eligẽdi ſunt.*
33 *Ratio, cur augmẽtũ ſuperueniẽs poſt mortẽ, quod habuit originẽ in vita, legatario prodeſt, vt augeatur legatum, non autẽ filio vt augeatur legitima.*
37 *Legitima quid ſit.*
38 *Legitima licet non agnita per filium tranſmittitur ad quoſcunque eius hæredes.*
39 *Quæ conditionalia ſunt non agnita per filios non tranſmittũtur ad ſuos hæredes, ſcdm cõem opinionẽ.*
40 *Augmẽtum cõtingens in bonis dicitur conditionale.*
41 *Augmẽtũ cedit hæredis cõmodo ĩ detractiõe facidiæ.*
42 *Text. in l. etiam. §. fi. & in l. ſi patronum ex debita §. fi. ff. de bon. lib. inducuntur, & declarantur.*
*Reijcitur reſponſio Betran. conſ. 142. vol. 2. priorum, ad illa iura. 43.*
*Item confutatur reſponſio eiuſdem Doct. ad prædicta iura, ibidem & nu. ſeq.*
44 *Legitima detrahitur contra voluntatem defuncti ſecũdũ opĩonẽ cõem, ideoq; odioſa reputatur, ibidẽ.*
*Tex. in l. ſerui, qui. ff. ad l. falc. qui reputatur aduerſari,*

*stri.l.si patronum ex debita.§.fi.ff.de bon. lib.declaratur & nu.51.53.& seqq.*

*Damnatur ad illa iura solutio Ias.in auct.nouissima col.2. C.de inoffic.testa.46.& seqq.*

*Itē Corasii ī l.filii quē habētē C.famil.erciscun.49.*

*Itē Alex.in l. rōne,col.fi.circa prin.C. ad l.falc.52.*

*Opin.etiā glo.in d.l.si patronū ex debita.§.fi.ff.de bō. libert. circa text.in d.l.serui qui,reprehēditur.50.*

47 *Falcidia detrahitur contra mentem testatoris.*

48 *Sal.ī l.scimus.§.repletionē,ad fi.C.de īof.īfideliter refertur à Ias.ī d.auct.nouissima,col.2.C.de ino.test.*

54 *Testamentum conseruari fauorabile est,& subuerti odiosum.*

55 *Facilius quid modificatur,quàm tollatur.*

56 *Testādi facultas in totū tolli nō pōt,sed restringitur.*

*Donatio omnium bonorū præsentium & futurorum non valet,quia tollit liberam facultatem testandi; quæ opin.communis est,ibidem.*

*Fallit si fiat donatio omnium bonorū simpliciter.57*

*Item reseruato vsufructu,ibidem.*

58 *Communis opin.illa dicitur, quæ plurium DD. authoritate innatur,seu quæ habet plures DD.*

60 *Corn.consi.265.vol.1.damnatur.& 67.*

61 *Filius in vita patris nullum ius, nec spem probabilem habet in legitima.*

62 *Si Pater alienaret bona sua vendendo, modo non in fraudem filij,nec tunc,nec eo mortuo filius quicquam dicere posset respectu legitimæ.*

63 *Bona Patris non releuant filium à satisdatione, de qua in l.sciendum ff.qui satisd.cogantur.*

64 *Mortuo patre si quæ nouiter obueniāt hæreditati quibus augeatur,non cōsideratur ad fauorē legitimæ.*

65 *Tempus limitatum alterius temporis non recipit functionem*

66 *In rebus limitatis non habet locum incrementum.*

68 *Bertrādi ratio in d.cōs.141.vol.2.priorū,cōfutatur.*

69 *L.cum quæritur.C.de inoffic.test. quō intelligatur.*

71 *Vigilantibus iura subueniunt.*

72 *Negligentibus non subuenitur à iure.*

73 *Mora semper nocet.*

74 *An fideicommissarius recuperare possit partem rei alienatæ per filiū pendente conditione fideicōmissi.*

76 *Quis de suis,non autem de alienis testari debet.*

77 *Legitima filij est incerta.*

78 *Bona dicuntur deducto ære alieno.*

79 *Filius non potest propria auctoritate occupare pro legitima possessionem alicuius rei.*

80 *Filius non potest expresse suam legitimam deducere vnā rem sibi seligendo secundū cōmunem opin.*

81 *Sub dispositione alicuius non venit actus, quòd non potuisset ab eo in specie disponi.*

84 *Bal.cons.20.vol.2.in antiq.īcip.si pecunia,taxatur.*

88 *Intellectus ad tex.in l.in l.falcidia.§.corpora.ff. ad l.fal.*

## CONSILIVM. CCXXVII.

*Auxilium meum à Domino.*

M*Agnificus olim Do. Io. Marius Copellatus nobilis Placentinus quatuor habens filios masculos, Marcum, Alexandrum, Paulum & Andream, & duas filias, Ioannam & Elisabettam, filijs masculis hæredibus institutis, fœminis verò dotatis subiunxit, quòd si aliquis ex dictis filijs meis decederet absq. filijs masculis legitimis, vel postea quādocumq. decesserit, ipsi sic decedenti volo quòd alij superstites succedant, seu eorum filij masculi legitimi. Mortuo testatore decesserunt Marcus & Alexander sine filijs masculis, qui excluso Magnifico D. Federico filio D. Pauli prædefuncti Iurisconf. Clarissimo, & Serenissimi Ducis Ferrariæ Consiliario iustitiæ meritissimo, instituerunt dominum Marcellum, & Ioan. Marium filios Andreæ memorati. Quæritur, an prædictus D. Federicus aliquid iuris prætendere possit in quotis dictorum Marci & Alexandri.*

SEd in primis explicandus est sensus illorum verborum, *Si aliquis ex dictis filijs meis decederet absq. filijs masculis legitimis, vel postea quandocunque decesserit*. Cum enim dictio
1 † vel, sit disiunctiua propria & simplex, idest, quæ tam sensum, quàm verba disiungit, vt docet Barto. in l. si quis ita, ff. de auro & argent. lega. per text. in l. pediculis. §. argento. eod. titu. ibi, argento potorio, vel escario, & in l. cum quidam. in princ. C. de verbo. significa. sequitur, quòd illa verba, *quòd si aliquis ex filijs meis decesserit absq; filijs masculis legitimis*, vt in sensu differant & disiungantur ab illis sequentibus, *vel postea quandocumque decesserit*. intelligenda sint de morientibus viuo testatore, quoniam sequentia clarè denotant morientes post eius mortem, quod vlterius duplici ratione corroboro.

Prior est, nā si caperentur pro morituris mortuo testatore, sequentia superuacanea redderentur, velut idem statim repetentia, quòd dici
2 ci non debet: nam superflua † resecanda sunt. Gloss. in capit. legebatur. de maioritate & obedientia, citans ad hoc plura iura. Corn. consilio 98. numero quinto, volumine tertio, vn-
3 de dicitur, quòd superfluis † actibus vti non debemus. l. hæc stipulatio. §. diuus. ff. vt leg. no. caue. l. non cogendum. §. Sabinus. ff. de procura. & bonus tex. in capitulo secundo, de probatio. vbi consuetudo introducens superflua remedia velut irrationabilis reprobatur à Summo Pontifice, nec valet, vt ibi dicitur. & addit Bald. in l. 1. sexta opposit. C. de his quæ
4 pęnæ nomi. quòd vbi præceptum † est superfluum, pęna non committitur, si ei non pareatur, sequitur Natta consilio 338. numero septimo, hinc idem Bal. in rub. C. de contrah. emp.
5 q. 9. dixit eleganter, nedum † clausulas, sed etiam minimum verbum non debere esse sine virtute aliquid operandi. sequitur Dec. consil. 47. latè in c. pastoralis. in prin. de appel. & D. meus Rimi. consi. 388. nu. 33.

Secunda est ratio: quādo testator in uno tm̄ casu prouidisset, filiorum scilicet morientium
6 se mortuo, nō etiā se viuo, sicq; † de insufficiētia

notari potnisset,ut per Scęnolam in l.Gallus.§.
quidam rectè.cum sequenti.& ibi not.ff. de li-
ber.& posthu.

Secundò,consideranda sunt illa verba , *vel
postea quãdocunque decesserit*,quæ cum sint imper
fecta respectu personæ decedentis , suppleri
debent ex illis præcedentibus , si aliquis ex fi-
liis meis , cum illa qualitate absque filiis ma-
7 sculis legitimis, nam vbi sequitur oratio † im
perfecta suppletur ex præcedenti cum qualita-
tibus suis , ut tradit Barto . in l. in repetendis ,
ff. de legat . tertiò , & in l. Seiæ. §. Gaio, ff.de
fund. instruct . Gozadi. consilio decimonono,
nume.13. Vnde sensus esse debet , vel aliquis
ex dictis filiis meis postea quandocunque de-
cesserit absque filiis masculis legitimis, tanto-
que magis hæc interpretario fieri debet, quòd
8 etiam sine suppletione prædicta † substitutio
facta filio si decesserit , intelligitur si decesse-
rit sine filiis . l.cum auus.ff.de conditio. & de-
monstra.l.cum acutissimi,C.de fideicom.Go-
za.consi.4.nn.15.

Tertiò , considerandum est super sequenti-
bus verbis, *Ipsi sic decedenti volo quòd alÿ supersti
tes succedant , seu eorum filÿ masculi legitimi*,ꝙ di-
cta uerba alternatiua, alii superstites succedãt,
sen eorum filii , ueniunt ordine successiuo in-
telligenda in hunc modum , vt in defectum a-
liorum filiorum filii eorum succedant . l. cum
pater,§.pen.ff.de lega.secundò,& ibi Bart.no-
6 tat , dicens quòd † disiunctiua posita inter
personas,inter quas cadit ordinata affectio,nõ
resoluitur in coniunctam. idemq́ue dicit Bart.
in l.penul. C.de verb.signific. & in l. Gallus. §.
quidam rectè,col.2.ff.de libe.& posthum.& ibi
seqnnntur Ange.& Doct.præsertim Castr. col.
fina.vers.item quando vocatur per disiunctiuã
vel.Cuma.consi. 106.vbi si testator filio institu
to quandocunq; decedenti substituit proprias
eius filias vel filios earum , pro constanti præ-
supponit , quòd post filias earum filii admit-
tantur secundùm ordinem charitatis . Idemq;
pulcrè tradit in terminis nostris Alex.cõsi.29.
viso testamento Albertini, colum.1.vol.2. ubi
10 concludit,quòd quando filio præcedenti † te-
stator substituit alios filios superstites, uel eo-
rum liberos , veniunt ordine successiuo nepo-
tes post filios , licet extantibus filiis nepotes in
terim excludantur . Idemq́ue concludit ele-
ganter Corn.consi. 200. circa præsentem,colũ
na prima,volumine secundo , dicens quòd vbi
fuit facta substitutio alternatiua de aliquo,aut
eius filiis , si cum ordine literæ concurrit insu-
per ordo charitatis , intelliguntur inuitati or-
dine successiuo , idest , quòd vltimo nomina-
ti ueniant primis deficientibus , & cum prædi-
ctis ad unguem concordat Dec.consilio 95.co
lumna prima & secunda , Soc.consilio 113.co-
lumna penultima , volumine primo,Ripa in l.
hæredes mei . §;finali,numero octauo,ff.ad tre
bellia.& Socin. iun.consilio 100. numero 33.

volum.3.qui omnes in hoc conueniunt , licet
an filii filiorum per vulgarem duntaxat admit-
tantur , hoc est , si filii non potnerint , uel no-
luerunt succedere , uel etiam per fideicommis-
sum , hoc est , quòd postquam fuerunt admis-
si , censeantur grauati per fideicommissum eis
restituere , quæ disputatio non est in casu no-
stro necessaria, vt nunc statim sum dicturus.

Quartò igitur cõsideranda sunt illa verba.*si
11 aliquis † ex filÿs meis decederet absq; filÿs masculis
legitimis*.Nam cnm fiat in eis mentio mortis, li
cet simpliciter,hoc est, sine verbo quandocun-
que,denotant snbstitutionem compendiosam,
vt tenẽt Glo.Fulg.Castr. Alex. Dec.Do. meus
Riminal.& omnes in l.in testamento.C.de test.
mil.Soc.in allegato cons. 113.col.3.vol.1.Rip.
in l. cẽturio.nn.150.in fi.ff.de lib.& post.Paris.
cons.73.nu.3. cons.93. nu.4.vol.2. Rni. consi.
158.nn.15.vol.2.Cur.Inn.consi.86. col.2.cõsi.
172.in prin. Soc. iu.consi.180.nu.20.vol.2. cũ
12 enim (vt ipsi dicnnt ) semper † quis mori possit
l.1. ff. de conditio . & demonstratio. l. senatus,
§. mortis. ff. de donatio . causa mort . etiam si
conditio mortis sit apposita in testamento, sa-
tis videtur complecti plura tempora . & ideo,
13 qnod tradit Barto. † in l. Centurio, columu.
decima, versicu.secundò oppono, ff. de vulga.
de verbo quandocunque , videtur procedere
quoad maiorem declarationem, & sine dubio,
prout ipse dicit,non autem quòd non sit idem,
licet conditio mortis simpliciter fuerit apposi-
ta , sicq́ne declarat Decius consil . 227. colum.
secunda . & ego sequor in l. præcibus , nnmero
317. C. de impube. & aliis substitutionib . sed
ex abundanti quoque reperitur adiectum illud
verbum dum subiunxit testator, *vel postea quan-
docunque decesserit* .

Quintò perpendi debet , quòd compendio-
14 sa sic dicitur : quia † sub compendio verbo-
rum plures sub se continet substitutiones, pu-
pillarem factam pupillo morienti , fideicom-
missariam sibi vel alteri post aditam hæredita-
tem morienti, vulgarem non adita hęreditate,
vt tradit Barto. in d.l. Centurio,colum.secun-
da. & cęteri post eum , sicut & in d. l. pręcibns.
vbi dixi nu. 306 . tantoq; magis in casu nostro
debet contineri fideicommissaria,cum sit facta
per verbum succedat, ibi, *quòd alÿ superstites suc
15 cedant , seu eorum filÿ masculi* , † quod est ver-
bum commune, l. restituta. §. fin. ff. ad trebel.
Ange.consil. 81. Domina Maria. colum. 1. Ro
ma. consil. 185. Alexan. cons. 68. in princip.
volu. 4. cum similibus, per Bar . & Doctores in
dicta l. Centurio, vbi Rip.nume.192. inferens
ex hoc , quòd si testator dixerit , facio Gaium
successorem meum, dicitur substitutus per ver-
bum commune , & consequenter tàm directò,
quàm per fideicõmissum . Idẽq; prior eo tenet
Ang.cons. 307. & latins Natta cons.551.col.2.

Sic igr̃ diligẽter,& sigilatim declaratis verbis
dñi testóris,ex iis ad casũ nr̃um deueniẽs dico,

ꝙ cum

cum Dominus Marcus & Alexander decessérint sine filiis præmortuis Paulo & Andræa dominus Federicus, Marcellus & Ioannes Marius illorum filii successerunt illis, vel ex vulgari, si non adiuerunt, vel ex fideicommissaria, si adiuerunt hęreditatem paternam, quod verius puto, quare non potuerunt Marcus & Alex. instituendo filios Andreæ prorsus excludere D. Federicum, qu in ratam suam consequatur ex d. fideicommisso.

Solus superest labor perscrutari, quanta sit,
16 in quo præmitto illud protritum, filios † sub conditione grauatos duas quartas detrahere posse, legitimam scilicet & trebellianicam, secundùm opi. Canonistarum in c. Raynutius. de testament. in capitulo si pater. eodem titulo libro sexto, quæ approbata est in iudiciis & scolis, vt inquit Angelus in l. cohæredi. §. cum filiæ, ff. de vulgar. latè Alexander in l. in ratione. §. quod vulgò. ff. ad l. falcidiam, pluresque cumulat Dec. consilio 202. numero septimo, consilio 203. columna secunda, dicens, quòd
17 faciunt † dimidiam hæreditatis, vt etiam ponit consilio 228. columna finali, latius Cra. consilio 50. & abundè Cagnol. in l. Papinianus. §. meminisse, numero decimo, ff. de inof-
18 ficio testamento, dicens, quòd † ex generali consuetudine per totum mundum seruatur. idemque latè firmat Socinus iunior, consilio 131. numero 62. volumine primo. Rollandus à Valle consi. 12. vol. 1. cons. 26. nu. 23. vol. 3. Bursa. consi. 102. nu. 14.

19 Sed in alio surgit difficultas, an † dicta conclusio procedat, quando legitima est semis propter numerum filiorum præter quatuor, vt in casu nostro? Baldus enim consilio 94. punctus quæstionis, volumine secundo, in nonis; theoricè loquens dicit, quòd quando legitima ascendit vsque ad medietatem, nunquam detrahitur trebellianica, licet filius sit sub conditione rogatus restituere, ne plus habeat rogatus, quàm honoratus, nulla enim glossa iuris ciuilis, nec aliquis textus mundi hoc permittit. At Alba consilio 41. columna penultima, reprehendit eum dicens, quòd hoc malè probat, & nullam habet rationem, nam & hoc casu procedunt illæmet rationes, quæ assignantur, quando legitima non excedit trientem, de quibus per glo. in dicto capitulo. Raynutius. versiculo legitimam. & per Baldum in l. quamquam. C. ad
20 l. falcidiam † dicentes, quòd capit legitimam: quia in ea grauari non potuit, & vt debitum, trebellianicam verò vt grauatus, & extraneus, & ad hanc opinio. contra Baldum citat Alba Alexandrum consilio 68. quod
21 est † in meo libro 65. circa præmissam. volumine quarto, licet in aliquibus libris literà sit corrupta: cum enim dicit. Trebellianica nō esset quarta portio, debet scribi trebellianica verò esset quarta portio, & ita reperitur emendatus positus consilio 3. volum. 7. Lugduni impressus: loquitur enim Alexan. quando legitima filii erat dimidia uigore statuti sic disponētis, subdens. trebellianica uerò esset quarta portio reliquæ dimidiæ restituendæ per fideicommissum. Sicut enim aucta legitima filii per statutum usque ad dimidiam, nihilominus uult Alex. de residuo alterius dimidiæ posse detrahi trebellianicam, pariter idem dici debet aucta legitima ad dimidiam propter numerum filiorum. Quin idem Baldus consilio 101. punctus causæ. volum. secundo, supponit, hanc opinionem, ponens casum quinque filiorum, & fideicommissi; vultq; ab eo legitimam excipi, quam semissem appellat, diuidendum inter illos quinque filios, & pariter excipi trebellianicam, quam dicit detrahi de residuo pręter legitimam, huiusque pariter sentētię fuit Dec. consi. 228. col. fi. loquens supra de quinque filiis, quibus contingit semis pro legitima, demumq; subdit, filiū posse detrahere duas quartas, legitimam uidelicet & trebellianicam, licet inaduertenter subdat, quę absorbent dimidiam hęreditatis. Nam si supra dixit, legitimā esse semissem, sicque dimidiam, est impossibile quòd addita quoque trebellianica, ambę quartę tantùm dimidiam absorbeant, immo uerò necesse est, quòd eam transcendat. Postremò firmat hanc opi. Cagnol. contra Baldum in d. §. meminisse, col. fi. motus ea ratione: quia iura uolunt, quòd filii detrahant legitimam & trebellianicam, sed legitima est semis, quando numerus liberorum est ultra quatuor, trebellianica uerò est quarta, ergo de necessitate tunc detrahent ultra dimidiam, & quòd de dimidia parte hęreditatis dictum est supra, fuit magistralis doctrina scribentium ad communiter accidentia se referentium. Si ergo contingat, legitimam esse maiorem triente propter numerum filiorum, detractio dimidiam partem trāscendet, nec est loqui contra legem uel sine lege, ut dicebat Bal. in allegato consil. 94. Immo secundùm legem, & rationem, quin etiam citat Cagnolus Baldum ita uolentem in l. iubemus. col. 2. C. ad treb. ubi dicit, q de iure Canonico & de consuetudine generali, si filius est rogatus sub conditione, puta post mortem, statim detrahit legitimam de toto asse, quę est triens uel semis secundùm numerum liberorum, & hęc est prima deductio, quę fit à lege, deinde existente conditione fideicōmissi detrahitur trebellianica de residuo corpore hęreditatis. & ista est secunda deductio, quę fit ab homine. Si uult ergo Bal. primò legitimam deduci, semissem. s. secūdùm numerum liberorum, & secundo loco trebellianicam de residuo, patet, eū velle tali casu duas quartas deduci, quę simul iunctę transcendunt dimidiā, cuius contrariū dixerat in d. cōs. 94. & Bal. in d. l. iubemus, sequitur Picus in l. in quartam. col. pen. ff. ad l. falc. ubi dicit, q si filius est grauatus sub conditione habebit duas

quartas, quæ sunt dimidia, & quandoque plus, si essent quinque numero vel plures: quia primò detraheretur semis pro legitima, deinde de residuo trebellianica, & in hanc partem descẽdo, postquàm video, quòd Crauetta consi. 50. dicens se citasse Baldum in quadam causa in al legato consi. 94 dicit, quòd aduocati partis ad uersæ cęperunt ridere, dicentes communem opinionem esse in contrarium, & quòd interrogatus in conscientia, quid sentiret super illo di cto Baldi, respondit, quòd ex bona fide nemi nem alium legerat, qui idem in specie tangeret. Item quòd illa causa transacta fuit nulla ha bita ratione illius dicti Baldi, demumq; quòd si casus iterum accideret, latius ac profundius cogitaret, quæ singula demonstrant opinionẽ Ba di periculosam, tantoque magis, qnod alibi sensit contrarium in d. consil. 101. & in d. l. iubemus, & qnòd tot alii contradicunt supra relati, quorum sententia soli Baldo sibi etiam cõ trario debet præualere. Remanet igitur ex prædictis, quòd Do. Marcus & Alexander de suis

22 quotis † potuerint testari vsque ad dimidiam ratione legitimæ, & de quarta parte residui ratione trebellianicæ, & filios Andreæ instituere. c. Rainaldus. §. dilectus. de testam. Bald. in l. filium, quem. vers. vlterius quæritur. C. famil. ercis. Dec. consi. 202. nume. 7. Goza. consi. 104. nu. 24. Grat. resp. 65. uol. 1. Bursat. alios citans cons. 102. nn. 15. abinde verò supra nequaquã in præiudicium D. Federici, qui de residuo, debet habere dimidium, & aliud tantum filii An-

23 dreæ, licet † sint duo, ipse uerò solus, iux. tex. in §. cum filius. versiculo item si ex duobus. insti. de hære. quæ ab intest. vbi si ex duobus filiis nepotes existant ex altero vnus, ex altero duo, vt hic, dimidia pars ad unum, & altera ad duos pertinet: Tantoque magis, nam videmus, quòd in altera substitutione, in qua filios filiorum suis parentibus substituit (de quo casu non agimus) eos vocauit in stirpes & non in capita, propter quod debet sic etiam præsens substitu-

24 tio declarari, cum † sequentia declarent præcedentia. l. si seruus plurium. in fine. ff. de legat. primo.

Solus superest labor in perscrutando ualore bonorum pro detrahenda legitima spectante ad filios domini Andreæ ex persona domini Marci & Alexand. nunquid haberi de

25 beat † ratio valoris eorum tempore mortis domini Ioannis Marci testatoris, vel præsentia temporis, quo detrahetur, quo. bona longè plus aucta fuerunt cursu temporum. Exempli gratia, si tunc dimidia bonorum valebat mille ducatis nunc bis mille, cedere debeat hoc augumentum ad commodum dictorum filiorum Andreæ, consequendo dimidiam bonorum, an uerò tantò minus dimidia bonorum sit eis assignandum, qnod iuxta ualorem moderni temporis non transcendat ducatos mille, sicque commodum dicti augumen ti cedere debeat Do. Federico fideicommissario pro sua rata.

Et prima consideratione videtur, quòd aduersarii iustitiam foueant ex doctrina Cornei consi. 265. colum. 3. vol. 2. quem sequitur Grat. respon. 79. nu. 24. uol. 2. & Bertrand. consi. 241. vol. 2. priorum, tertio quęsito. Mouetur Corn. quia cum legitima sit quota bonorum, & de corporibus hæreditariis debeatur, si æstimatio rerum augetur, debet augeri filio, cui legitima debetur, sicut contingit in habentibus res com munes, quarum incrementum non uni magis ascribitur quàm alteri.

Secundò, quia quãdo alicui debetur aliqua res, commodum & incommodum æstimationis rei melioratæ, uel deterioratæ cedit illius lucro uel damno; qnia res illa pręstari debet nõ æstimatio, meritò filio qnoque uel hæredibus suis res pro legitima sua præstari debent, prout sunt, non habita consideratione præsentis, uel præteritæ æstimationis.

Tertiò mouetur Bertran. quia diminueretur quota bonorum, si attenderetur æstimatio bonorum extrinseca contingens ob uarietatem temporum, meritò non illa sed res attendi debent, de quarum substantia legitima debetur.

26 Quartò confirmatur; quia filius † grauatus potuisset alienare usque ad legitimam, & in alienatis eam eligere siue alienatam in eam computare. l. Marcellus. §. quę. ff. ad treb. Rube. cons. 34. nu. 5. Ias. cons. 161. uolu. 4. ubi per hoc infert, quòd hæredes uniuersales petere nõ pos sunt, q̃ bona redimantur, aut q̃ præstetur æstimatio præsentis temporis, si minus ualebant, quando fuerunt alienata; quia cum filius iure permittente alienauerit, pati non debet aliqđ damnum, l. Graccus. C. de adult. quod utiq; pa teretur, si teneretur soluere æstimationem pręsentis temporis, quam non habuit, igitur & bo nis non alienatis idem iuris esse debet, ut com modum augumenti cedere debeat ad beneficium filii, uel suorum hæredum, non autem fideicommissarii.

Quintò facere uidetur doctrina Castr. in l. peculium, in prin. ff. de pecul. quam latius exor nat Soc. iun. consi. 170. n. 9. vol. 2. ubi dicit, q̃ si

27 † uxor fuerit instituta, & grauata pauperibus dare, quicquid de fructibus sibi supererit ultra uictum, statim adeundo uidetur deduxisse do tem suam, & ob id eius fructus nõ tenetur pauperibus dare, licet ultrà uictum suum superfint: sic enim uidetur dici posse, quòd filius adeun do statim uideatur legitimam sibi debitam deduxisse, meritò commodum augumenti postea factum debet esse suum.

Sextò videtur adstipulari doctrina Bal. consil. 20. si pec. volum. 2. in anti. quem sequitur Fabia. de Chio. i authe. nouissima. quęstione 8. in prin. nu. 74. C. de inoffi. test. ubi loquendo de

28 legitima † dicit, quòd inspicitur quantitas bo norum

norum tempore mortis, sed qualitas eorum tempore quo petitur, quod nihil aliud est dicere, nisi quòd si bona fuerint aucta in quātitate post mortem patris, puta quia tres erant fundi, & alius accessit rei uindicatione uel aliter id non attenditur, sed si tres illi fundi tempore mortis minus ualebant, cum uerò petitur plus ualent, qualitas illa maioris ualoris attenditur ad fauorem filii, & ita cedere debet augumentum illius commodo.

Septimò uidetur adduci posse doctrina Bal. in c. eum M. Ferrariensis. de cōsti. uolentis, q̄ si
29 pater † in vita legimam filiæ assignauerit, tūc facultatibus suis æquiualentem, quę postea dum uixit auctæ fuerunt, potest eo mortuo filia petere supplemētum ratione augumēti postea facti. Idemque uoluit Bald. in l. pactum. sexta oppo. C. de colla. Angel. Roma. & Imol. in l. stipulatio hoc modo. ff. de uerbo. obligatio. Cast. & Alexan. in l. in ratione, secunda. ff. ad leg. fal. Luc. de Pēna in l. 2. circa fi. C. de præd. & omn. reb. nauic. libr. 10. Iason in authen. nouissima. columna tertia, C. de inoffi. test. ubi dicit, doctrinam Iacobi Butri. in d. l. pactum. contrariā esse communiter reprobatam. Idemque tenet Iason in l. quod Seruius, numero 12. ff. de condit. ob causam, eamque communem testatur Andr. Sicul. in d. c. cum M. Ferrar. nu. 160. & tenet Ruin. in l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de lib. & post. Socin. consilio 100. col. 4. Menoch. in tract. de arbitra. iudi. lib. secundo, cen turia secunda, casu 149. nu. 18. & communē magis attestatur Fernand. Vasqul. ll. 2. de success. crea. §. 18. numero 83. sicut & Viuius in suis communibus opinio. in vers. legitima, ad finem. Quare pari modo dicendum uidetur, quòd si post mortem patris augumentum fuerit subsecutum, filius qui consecutus fuit legimam, uel consequi debuit tempore mortis paternæ, possit illud augumentum petere, vel hæredes sui illud habere in deductione ipsius legitimæ, & per consequens non debet cedere lucro fideicommissariorum.

Octauo & ultimò uidetur esse tex. pro hac parte in l. in lege falcidia hoc seruandum. §. cor
30 pora. ff. ad leg. falci. ubi in considerandā † falcidia hæredi debita de legatis dicitur, quòd si quæ sint corpora in bonis defuncti, æstimanda erunt secundùm præsens precium, non autem præteritum, ut ibi per Glo. Sicut ergo augumentum ualoris cedit commodo hæredis, cui debetur falcidia, pari modo dicendum uidetur, quòd augumentum ualoris cedere debeat cōmodo filii, cui debetur legitima. Et hęc sunt, quæ pro aduersariis adduci possunt.

Quibus tamen non obstantibus longè probabilior est intentio magnifici domini Federici pluribus auctoritatibus, rationibus ac legibus suffulta, crebriusque per scribentes re-
31 cepta. Nam quod attinet † ad auctoritates, fouet eius partes in terminis Bald. consilio 19. punctus quæstionis super quo, nolum. 2. in ant. secundo quæsito, quod est consilium 22. vol. 4. in nouis. ubi loquitur de filia, cui fuerant relicta. 50. pro legitima sua, eaque steterat per annos 30. nil petens, postea supplementum petebat, quærebatur in consignando, nunquid quātitas sibi relicta ascenderet ad debitum, hoc est ad legitimam suam, cuius temporis deberet haberi ratio extimationis bonorum, cum tractu temporis rerum pręcia fuissent aucta. Et respondet, inspici debere tempus mortis testatoris, ergo uult clarè Bald. augumentum ualoris bonorum non cedere commodo filii legitimam petentis, sed hæredis instituti, Idemque tenent pulcrè Castr. & Alex. in l. in ratione, secunda. ff. ad l. fal. & Castren. in l. in quantitate. in princ. ff. eod. Roman. singul. 127. volo tibi unum dicere Iason in authen. nouissima, secundo not. C. de inoffi. test. latè Cur. consi. fin. col. 3. usque in fin. Socin. consi. 22. ad fin. volum. 3. Paris. consi. 45. colum. penu. uol. 2. Cagnol. in l. Papi. §. quarta, num. 8. ff. de inoffi. test. Rip. in l. in quartam, nu. 46. ff. ad leg. falc. Natta consilio 156. nu. 6. Cur. Iun. consilio 21. nu. 14. vbi sequitur ad vnguem Curtium suum auunculum in d. consi. fin. Anch. Iun. in prima parte quæstionum suarum familiarium quæstione 51. numero 10. Corras. in l. filium, quem habentem. col. 4. C. fam. ercis. & pulcrè confirmat Bertrā. consi. 33. illud est certum. uol. secundo posterio
32 rum. ubi considerat in æstimanda † legitima peritos antiquos eligendos esse, qui possint habere noticiam de ualore rerum secundùm ualorem bonorum, non qui est hodie, sed qui fuit tempore mortis patris, per. l. cum quæritur. C. de inoff. test. quod alia ratione non dicit, nisi quia augumentū ualoris postea factū nō pertinet ad filiū, alioquin nō esset opus hac indagine peritorum antiquorum, scientiaque ualoris bonorum pręteriti temporis, sed satis esset per tis etiam iunioribus, qui secūndum tempus pręsens æstimarent bona, & cum prædictis etiam concordat Portius Imolens. consil. 92. num. 97. nolens quòd in taxāda legitima debet considerari qualis fuerit æstimatio patrimonii tempore mortis, igitur augumentum bonorum postea contingens attendi non debet. Idemq; Cor. cons. 120. n. 15. Curtiū secutus in a llegato consi. fin. sicut & Alciat. respons. 396. Idemque Ceph. consi. 142. num. 20. dicens quòd respectu calculationis legitimę spectatur tempus mortis, quo succedi potest, & quo debetur legitima. Patet igitur, ne sim prodixior in hoc, quòd ista conclusio plurium doctorum auctoritate munitur, quàm pro contraria parte, cum in eā tres adducantur, & pro hac sint. 16.

Secundò, vt ad rationes descendam, Castrensem adduco in d. l. in quantitate. vbi miratur
33 quid in causa sit, quòd sicut † augumentum superueniens post mortem, quod habuit originem in vita, legatario prodest, ut augeatur legatum

betur ei, si seruus reuersus ab hostibus auxerit patrimonium, uel fundus alluuione creuerit, cum satisfactum sit ei ex his bonis, quæ mortis tempore fuerunt. Sicut igitur augumentum non cedit ibi commodo patroni petentis legitimam, nec filio cedere debet.

43 Nec quicquam releuat † responsio, quam dare conatur illis iuribus & consimilibus Bertrã. in dicto cons. 141. quòd de bonis loquuntur, non autem de eorum ualore & æstimatione: quoniam cum de parte debita patrono loquantur, fateri necesse est, bona debere æstimari, aliàs sciri non posset, an patronus debitam partem haberet, nam licèt esse posset, quòd tot iugera terrarum haberet, quæ habito respectu ad totam facerent tertiam partem iugerum, puta de 30. 10. tamen fieri posset, quò d unumquodque illorum iugerum minoris esset ualoris residuis, sicque debitam partem nõ haberet: licèt enim quò ad numerum iugerum congruam partem videretur habere, non tamen quò ad ualorem haberet. Vnde vana redditur responsio Bertrandi, uerificaturque, quod inquit Cur. in d. consilio fin. colum. tertia, quòd dictis iuribus non responderet vniuersus orbis, sicut & illos egregios, & nnnquàm execundos de mente reputat Roman. in allegato suo singula. 127. & optimè probari dicit Corras. in d. l. filium quem habentem. Nam nec probare possum cuiusdam licet egregii Doctoris responsionem, quam dabat illis iuribus, dum secum contenderem in alia causa, quòd procedant in legitima, quæ deducebatur contra mentem testatoris, at secus in casu nostro, quando filius fuit institutus, & fideicommisso grauatus, per l. serui qui. ff. ad l. falcidiam. Nam passim Doctores dicunt, le-
44 gitimam † detrahi contra uoluntatem defuncti, cum filio uel patrono debeatur ex obligatione legali, & ob id odiosa reputatur. Ità Salic. in l. scimus. §. repletionem. C. de inoffic. testa. Castr. in d. l. in quantitate, & Alex. in d. l. in ratione. Ias. in d. aut. nouissima, col. 2. Curt. in d. consi. fi. col. 4. & Rip. in d. l. in quartam. nu. 46. cum sequenti, ubi dicit, quòd communis est opi. quòd etiam hodie quarta legitimę detrahatur contra uoluntatem, & cum prędictis etiã concordat Ascanius Clemens in tract. de patr. pot. effectu 16. numero 27. post Iason. in l. si Titio. §. sicuti. num. 10. ff. de leg. primò, & lex ser-
45 ui, qui † tendit ad aliud, ut mox dicam. Super qua pariter considerandum est, nam contraria reputatur ex diametro legi si patronum ex debita. §. fin. ff. de bon. liber. ubi uidemus, non attendi tempus præcedens in seruis liberti existentibus in captiuitate, & reuersis post eius mortem, licet fictione postliminii fingantur semper in ciuitate fuisse penes eũm. Vnde deberent ampliare bona liberti & maiorẽ legitimam patronus consequeretur, cuius tamẽ contrarium deciditur ibi. At in l. serui, qui. contrarium dicitur, videlicet, ꝙ serui, qui apud hostes sunt, post mortem testatoris reuersi locu pletiorem faciunt hęreditatem, sicque maiorem falcidiã detrahit hæres legatis oneratus.

46 † Nec ad illum tex. procedit solutio Iasonis in d. auct. nouissima. col. secunda, post Saly. in l. scimus. §. repletionem. ad fi. C. de inoff. test. ꝙ illud procedat in falcidia, quæ procedit ex voluntate testatoris ita legantis, namq; immo fal
47 cidia † detrahitur contra mentem testatoris. l. Titia, in fi. ff. ad l. fal. ibi, quoniam contra sententiam matrisfamil. lex falcidia induceretur, & tradit Corras. in d. l. filium, quem habentem.
48 quin, etiam Ias. infideliter refert † Salycetum, qui id non dicit, sed quòd legata debentur ex voluntate testatoris. Imo lex faciliter imputat augmentum in hęreditate, & falcidia instituti vt in d. l. serui, qui, quę declaratio periculosa est respectu falcidiæ, quæ aduersatur voluntati defuncti, vnde non deberet augmentum ei prodesse, sicut nec prodest legitimæ patroni in d. §. fi. quę pariter est contra volũtatem defuncti.
49 Nec etiam satisfacit solutio † Corrasii in d. l. filium. dicentis illud esse, quia illud augmentũ obuenerat ex causa, quæ suberat tempore mortis, nam & idem erat in d. §. fi. cum vtrobique loquatur Iurecons. de seruis captiuis post mortem reuersis, & sic qui fictione postliminii reputantur semper fuisse in ciuitate penes testatorem, & tamen in d. §. fi. non prosunt legitimę patroni, sed in d. l. serui, qui, bene prosunt falcidię.
50 † Non placet etiam, quod Glo. in d. §. fi. citauerit d. legem serui. pro concordanti; quia (vt inquit Alex. in d. l. in ratione) sicut in d. §. fi. seruus reuersus ab hostibus non redundat ad commodum maioris detractionis legitimę, ita nec in d. l. serui. crescit detractio falcidiæ de legatis ob reuersionem serui. Quoniam repugnant
51 verba tex. † dicentis, quòd serui, qui apud hostes sunt post mortem testatoris reuersi, quod ad falcidiam pertinet, locupletiorem faciunt hæreditatem, hoc est, augent hęreditatem ad cõmodũ hęredis, qui maiorem consequitur falcidiam, si enim voluisset dicere Paul. quòd detractio falcidię non cresceret, melius staret tex. cũ negatiua hoc modo. serui post mortem reuersi, quod attinet ad falcidiam, locupletiorem non faciunt hæreditatem, & non reputantur in hæreditate, & ob id non inde maiorem falcidiam consequitur hęres, quàm si non essent reuersi.
52 quod verò subdit † aliter Alex. in d. l. in ratione. dici posse, aliud esse in falcidia, de qua loquitur lex serui; aliud in legitima, de qua §. fi. quia differunt in multis, vt not. in l. in quartã. ff. ad l. fal. nihil est, cũ nos in incerto relinquat & ambiguos satis. Quare reiectis omnibus ambagibus
53 mihi placet vnum verbum † Cumani, in d. l. serui. ex quo realis solutio depręhendi potest, vt dicamus, ꝙ in d. §. fi. illud ibi dicitur de seruo reuerso ab hostibus, qui patrono non prodest

Glo.2.nu.18.quòd licet in filiis dicatur continuari dominium bonorum patris.l. in suis.ff.
63 de lib.& post.nihilominus bona † patris non releuāt filium,à satisdatione,cum multa contingere possint, vt ad eum bona patris non deueniant,ideo filius non gaudet beneficio l.sciendum.ff. qui satis.cogan. & alia similiter. infert Ascanius Clemens in tract.de patr. pot.effectu
64 16.nu.59.quibus addo, quòd † mortuo quoque patre si quæ nouiter obueniāt hæreditati, quibus augeatur, non considerantur ad fauorē legitimę.d.l.si patronum ex debita.§.fi.sed pręcisè tantùm consideratur tempus mortis testatoris aut patris,vt ibi dicitur,& in d.l.cum quęritur.
65 ritur.Vnde cum tempus † illud sit limitatum, alterius temporis nō recipit functionem.l.vsufructus mihi in biennium ff.de vsuf.leg. Bal. in cap.licet.colum. 1. de supplen. negl. præl. Ias. in aut.quæ supplicatio,col.2.C.de prec.imper. offer.& ideo mirum videri non debet, si augumentum postea superueniens non auget legitimam filiorum limitatam ad tempus mortis pa-
66 ternæ;quia † in rebus limitatis incrementum locum non habet. l.in agris.ff.de acqui.rer.do. eodem modo responderi potest secundę ra-
67 tioni † Cornei de re debita alicui,cuius melio ratio cedit eius lucro, nam limitatio temporis introducta respectu legitimæ secus operatur, quæ cessat in eo casu.

68 Non obstat etiam ratio † Bertran.de quota,quæ minueretur, si attenderetur æxtimatio secundùm varietatem temporum, quoniam quota bonorum respectu legitimæ debitæ filio nedum consideratur respectu quantitatis, sed etiam qualitatis, hoc est, quòd sit tertia pars æquè bona, & æquiualens residuo, quod fieri non potest nisi per æxtimationem, vt dixi, & ideo Cur.in d.cons.fi.& Ias.in d. auctentica nouissima. intelligunt tex. in d.l. cum quæritur
69 † respectu valoris rerum, quando dixi inspici tempus mortis, an quarta pars bonorum relicta sit filio,hoc enim sciri non potest, nisi bona æxtimentur, vt tunc valent,vt supra declaraui, meritò quota bonorum debita filio non dicitur minui, quando minor est in eorum quantitate, modo sit conueniens in qualitate, puta quia 10.iugera data filio sint tanti valoris, quā ti erant 15.tempore mortis patris sui.

70 Ad quartum † respondetur, quòd licet verum sit,filium fideicōmisso grauatum posse alienare vsque ad legitimam,& alienata in eam cōputare,vt ex multis cōcludit Rip.in d.l.in quartam.nu.120.Guid.Pap.q.606.& iudex ęquitate suadente id probare debet, puta si facta fuit alienatio ex necessitate bona fide, & de rebus nō pręciosioribus, vt latè ponit Dec.cons.236. nu.9.& 10.Roland.à Valle cons.78.nu.19.vol. 1.& Menoch.in tract. de arbitra.iud.lib. secundo, centuria secunda, casu 163.nu.22.tamen considerandum est longam esse differentiam inter illum casum. quoniam filius alienauit vsque ad legitimam,quòd alienata computentur in eam, nec teneatur reddere illud plus quod postea bona valuerunt,& casum nostrum,quoniam nec alienauit, nec legitimam petiit, aut deduxit:quia primo casu diligens fuit filius eligendo sibi legitimam rectè per illam viam alie
71 nationis,& vigilantibus † iura subuenire solēt l.si pupillus ff.quæ in frau.cred.at secundo casu
72 negligens fuit,& iura † negligentibus non subueniunt,sed impeditis.l.non enim ff.ex quibus caus.ma.l.veteres. in fi.ff.de itine. actuque pri. cum similibus,quos citat Guid.Pap.q.473.Alexan.cons.105.col.2.vol.5.meritò imputari debet filio non petenti incontinēti,& statim post mortem testatoris sibi assignari legitimam suā arbitrio boni uiri. vnde augumentū cedere debet suo damno & lucro hęredis;quia fuit in mo
73 ra,quæ semper † debet esse sibi esse nociua.l. locum.§.condemnatio.ff. de tab.exhib.& not. in l.vinum ff.si cer.pet.ita pulcrè Cur.in d.cōs. fi.col.4.in fine,cuius opi.potest optimè confirmari ex not.per Bal. in d. l. filium quem habētē.3.col. 10.vers.vlterius quæritur, ubi disputā
74 do illum articulum,nunquid † fideicōmissarius recuperare possit partem rei alienatæ per filiū grauatū pendente conditione fideicōmissi, & relatis opi.contrariis, tandem refert Iacobum de Belui.dicentem,quòd,vt cōmunis soluatur oppositio,credit filio consuli posse ante conditionem, & diem existētem: quia potest prouocare per iudicium familię ercisсundę fideicōmissarium vniuersalem ad diuisionem, vt legitimam viam habere possit in rebus certis, arg. l.secundæ ff.fam.er.circa prin. cum simil. quas allegat Bal. & hoc etiam clarius dicit in l. iubemus.col.2.C.ad treb.vbi concludit,quòd filius potest impetrare separationem suæ legitimę,& assignationē sibi fieri in certa re arbitrio boni viri.Si potest ergo filius ad separationem bonorum ad instar creditoris,vt per totum. ff.de se per.bono. & non fecit ab initio consequendo legitimā suam,sibi debet imputare, nam si id fecisset, augumentum post superueniens fuisset suum,at eo non facto secus.

75 Ad quintum respondetur † decisionem Castrensis ad casum nostrum deduci non posse, nam loquitur in dote certa, quam constat ab initio fuisse mulieris, & naturaliter in eius do. permansisse,vt dicit tex.in l.in rebus.C.de iure dot.Item loquitur de marito, qui grauauit vxorem dare pauperibus quicquid sibi supererit de fructibus vltra victum suum bonorū ipsius mariti; vnde non fuit locutus, nec intelligitur voluisse loqui de fructibus dotis vxoris suæ:
76 quis † enim de suis non autem de alienis testatur.§.disponat.in aūct.de nup.l.verbis legis. ff.de ver.sig. Vnde nimirum si mulier adeūdo censetur suam dotem recepisse vel deduxisse, Castr.dicit loco citato.at non idem iuris est in legitima filii: quoniam incerta est ratione loci & quotæ,cum dicatur deducto ære alieno d.§. quarta.

78 quarta, sicut etiam bona † pariter intelliguntur l. subsignatum. §. bona. l. princeps bona. ff. de ver. si. adeo quòd dici non potest ipsum filium
79 possidere aliquam rem, nec possessionem † alicuius rei potest propria auctoritate occupare pro legitima, vt declarat Bar. in l. meminimus. C. quando & quib. quar. pars debetur. lib. 10. meritò dici potest, quòd filius adeundo tacitè videatur suam legitimam sibi deduxisse, quod
80 à fortiori probatur: nam nec expresè † id facere potest, vnam rem sibi seligendo, vt communiter volunt Doctores in d. l. in quartam. vbi Ripa nu. 112. Alciat. nu. 24. & Soc. iun. nu. 103. vers. contrariam. post Corn. & Aret. sic testantur, & abundè Menoch. in tract. de arbitra. iud. lib. secundo, centuria 2. casu 163. nu. 16. meritò nec adeundo id tacitè fecisse censetur:
81 quia sub dispositione † alicuius non venit actus, qui non potuisset ab eo in specie disponi. vt not. Bar. in l. si quis sub cōditione, in fi. ff. de cond. insti. Bal. in l. fi. §. in computatione. & ibi Andr. in addi. ad fi. C. de iure deli. Luc. de Pen. in l. fi. C. de exact. trib. lib. 10. Dec. in c. 1. lect. secunda. in Glo. ab omnibus. de consti. consi. 504. col. 1. & Cra. cons. 106. nu. 6.
82 Ad 6. † respondet Cur. in d. consi. fi. col. 4. per modum proximè dictum, ꝙ cum legitima detrahenda sit arbitrio boni viri, & non pro libero arbitrio filii, & incerta sit ratione loci & quotæ, cum dicatur ære alieno deducto, nec aliquam rem dicatur ea de causa possidere, meritò sibi debet imputare, si statim mortuo patre eam non petiit, sibique assignare fecit, ideo augumentum debet eius damno cedere, & lucro hæredis: quia moroso filio mora sua nocere debet, cum iura vigilantibus, non autē dormientibus subueniant, & (vt subdit idem Cur.) lex statuit, quòd si augeantur bona post mortem testatoris in æstimatione cedat lucro instituti hæredis, ne legitima semper staret sub incerto, & vt mora non petentis legitimam sibi noceat, & ne semper incertus sit hæres, statuerunt legum conditores ad hoc ut sciatur, quanta sit legitima, vel eius supplementum, quòd at
83 tendatur tempus mortis testatoris, & filio † nō petente tunc legitimam, quicquid incrementi contigerit cursu temporis sine aliqua opera hominis cedat lucro instituti, non autem filii. d. l.
84 etiam. §. fi. & d. l. si patronū. §. fi. quare Bal. † in allegato cons. 20. inconstāter & malè locutus fuit, cum superiore cons. 19. contradixerit, vt in primo fundamento deduxi, quod repetendū non puto.
85 Ad 7. fateor, allegatos † ita tenuisse, & ea ratione: quia legitima non debetur viuente patre, nimirum si stat in suspenso, & non liberatur: quia pendet à futuro euentu, & liberatus intelligitur rebus sic stantibus, vt declarat Rui. cons. 56. nu. 14. vol. 3. & Anch. iu. in d. q. 51. nu.
86 11. sed etiam non me latet † alios plures in contrariam sententiam iuisse. Nam in primis Iacob. Butrig. in d. l. pactum. C. de colla. & Bal. sibi contrarius voluit, filiam nil petere posse pro supplemento legitimę de bonis auctis post eam consecutam. in l. in successione. C. de reuocan. donation. in l. quamuis. C. de fideic. & in l. quanquam. C. ad leg. fal. Ang. in l. si pro ponas. §. 1. in fi. & in l. si non mortis. ff. de inof. test. Andre. Sic. in d. c. cum M. Ferrarien. Cur. in d. cons. fi. col. 3. qui mouentur ea ratione: quia tempore assignationis legitimæ filio videtur pater mori iuris fictione, & quia legitima assignata ità poterat minui sicut augeri, & post Roma. testatur hanc esse commu. quam tenet etiam Fabian. de Gioch. in d. auth. nouissima. nu. 74. Natta cons. 548. nu. 17. & in c. quamuis. de pact. in 6. Georg. Natta præcessor suus columna 2. communem testatur, sicut & Boer. decis. 62. nu. 14. vbi subiungit, quòd hanc opi. velut æquiorem semper secutus fuit, eáque pariter amplè tenet & examinat Rodericus Suarez in l. quoniam in prioribus. in 4. limit. C. de inoff. test. vbi comprobat eam per tex. singularem in l. cum quo. §. fi. ff. ad leg. fal. qui loquitur in falcidia, volens, ꝙ non detrahat hæres falcidiā, si testator in vita sua de illa prouidit hæredi suo, & ibi singulariter Ang. idem esse dicit in debita iure naturę, qualis est legitima, idémque tenet Imola in l. inter cæteras. ff. de lib. & post. l. stipulatio hoc modo. vbi quoque Roma. ff. de ver. ob. Iacobus Enrichmanus cōs. primo nu. 66. Quare patet quàm valde dubius sit articulus ille, sed vtcunque sit, vtra pars potius admittēda sit, illud expeditum videtur
87 † Ripę in d. c. cum M. Ferar. nu. 38. ad fi. ꝙ vbi fuerint auctæ facultates post mortem patris sine facto hęredū, puta per alluuionē, vel (vt in casu nostro) processu temporis, non debetur legitima de illo augumento, sicque sumus in casu tuto, quod est notandum, & hanc opi. Ripæ simpliciter sequitur Viuius allegatus in fi. ad eum se remittens.
88 Postremò non obstat tex. † in d. §. corpora: quia dicitur ibi, corpora æstimanda secundùm præsens tempus, ad differentiam præteriti temporis, quo defunctus uiuens ea emerat carius, & plus quàm valerent, vt tradit Glo. non autē ad differentiam pretii temporis mortis testatoris, quod tunc esset minus: quia de hoc non disputat, neque loquitur, & an minus tunc valerent, est incertum, meritò nihil facit ille tex. & ita solutis omnibus contrariis remanet intentio pro Magnifico Do. Federico comprobata.

Circa verò trebellianicam, quę præter legitimam d. filiis Domini Andreæ competit, similis erit consideratio valoris bonorum tempore mortis Do. Marci & Alex. non autem nunc, ita quòd tot bona d. filii non consequentur.

Reliquum est vt Do. Iudex omnibus diligenter pensatis iustitiam faciat, quam constanter teneor versari pro prædicto D. Federico.

*Hipoly. Rimi. Ferrar.*

Pro

Pro eodem Clarissimo Iurisconsulto D.Federico Copellato Cosiliario iustitiæ Senerissimi Ducis Ferrariæ.

## ARGVMENTVM.

Renunciatio facta per minorem 25. ann. etiam cum iuramento, in qua enormissimè fuit læsus potest rescindi, licet iurauerit se esse maiorē 25. an. stante statuto, quòd ita confessus in contractu habeatur pro maiore, & plura in materia renuntiationis.

## SVMARIVM.

1 *Renunciatibus iura sua non datur regressus.*
*Declaratur, & limitatur nu 44. & seqq.*
2 *Ius de futuro, solaq́; spe competens simplici renunciatione non tollitur.*
*Sed secus accedente pacto ibidem.*
*Item iuramento nu. 5.*
*Cuius differentiæ ratio habetur. 3.*
4 *Renunciatio facta præsenti, stipulanti, recipienti habet non pacti.*
6 *Iuramentum facit valere actum omni meliori modo.*
7 *Transactio, quæ facta est post rem iudicatam non valet in vim transactionis, iuramento subnixa valet in vim pacti.*
8 *Actio, quæ iure ciuili ex pacto nudo non oritur, vigore iuramenti nascitur.*
9 *Renunciatio facta absentibus valet.*
10 *Notarius pro absente stipulari potest.*
11 *Stipulatio notarij non operatur, vt absenti ius acquiratur ante ratificationem, & hæc opin. communis est ibidem.*
*Sed sufficit tacita ratificatio, quæ inducitur ex tenuta accepta, & fructuū perceptione 12.*
13 *Statutum Placentiæ lib. 3. rub. 34. inducitur*
*Quod declaratur, & limitatur. 53. & seqq.*
14 *Statuta terrarum possunt ampliare, vel minuere tempus ætatis legitimæ.*
15 *Vbi statuti clara habetur determinatio, non est vlterius inuestigandum.*
*Item inanis est disputatio, vbi est statuti decisio. 16.*
17 *Quando statutum denegat alicui audientiam talis non potest agere etiam in iudicio fauorabili.*
*Possessorium recuperanda dicitur fauorabile, ibidē.*
18 *Renunciatio non potest rescindi restitutione in integrum stante iuramento maioris ætatis.*
19 *Minor asserens se maiorem ratione mendacij perdit beneficium restitutionis in integrum. declaratur 70. & seqq.*
20 *Minor iurans non venire contra processum non potest restitutionem in integrum implorare.*
21 *Renunciatio iurata valet, quando agitur de iure quærendo non obstante enormissima læsione, & n. seq. sed declaratur. nu. 73. & seq.*
23 *Ob incertitudinem non consideratur læsio.*
24 *Renunciatio facta alicui ob eius paupertatem dicitur facta causa pietatis.*
*Quod qualiter sit intelligendū habetur 76. & seq.*
25 *Concessa intuitu pietatis sunt irreuocabilia.*
26 *Illud dicitur benè deliberatum, quod fit cum consilio seniorum.*
*Seniores præsumuntur sapientes. 27.*
*Præsumitur bonum consilium. 28.*
29 *Text. in c. quamuis, de pact. lib. 6. non procedit stante enormi læsione & 32. vbi dicitur esse communem opin.*
*Quod multo magis procedit, vbi renuntians nihil accepit 34.*
30 *Iuramentum non debet esse iniquitatis vinculum.*
*Item tres comites habere debet, veritatem, iudiciū, & iustitiam. 31.*
33 *Bene consulenti non conuenit prolixitas, sed ad rem responderi sine verborum multiloquio.*
35 *Ex persuasionibus & instantijs ad renuntiandum alicui rei arguitur dolus ex proposito.*
36 *Persuasio, qua quis inducitur ad aliquid faciendum habetur loco coactionis, & compulsionis.*
*Ex enormi læsione inducitur dolus, ibidem.*
*Immo suasio plus est quàm compulsio. 37.*
38 *Verba hæc, vt in hoc iusto desiderio patrui morem gereret, indicant renunciantem fuisse motum metu reuerentiali.*
39 *Concurrente læsione totali, nedum grauissima, mina non sunt necessariæ, vt quis dicatur renunciare metu reuerentiali.*
40 *Suasio & importunitas arguit dolum.*
41 *Stāte dolo præsumpto ex enormissima læsione in trāsactione, nimia persuasione, metuq́; reuerentiali simul iunctis, omnes aliæ clausulæ positæ in instrumento censentur adhibitæ calliditate, doloque persuadentis, & cui renunciatur.*
42 *Vbi omnia gesta sunt simul, præsumūtur omnia dolo & metu ex tota.*
43 *Clausula ex certa scientia, & renūciatio exceptionis doli stante enormissima læsione, nihil operatur.*
45 *Renunciatio generalis exceptionum nunquam intelligitur excludere exceptionē, quæ ortum habet ex facto agentis.*
47 *Dolus ex proposito proprio dolo comparatur secūdùm magis communem opinionem.*
49 *Iuramentum non obstat minori propter præsumptionem doli.*
50 *Stante enormissima læsione absolutio à iuramento non est necessaria.*
*Sed ad abundantem cautelam debet peti, & omnino concedenda est.*
52 *Ex titulo nullo non acquiritur ius vel dominium.*
54 *Verbum sponte, denotat liberam voluntatem.*
55 *Qualitas statuti probari debet. vt illud habeat locum.*
56 *Statutum Ferrariæ, quòd confessio de dote recepta teneat, declaratur.*
57 *Metus est contrarius voluntati, & libertati.*
58 *Verb. sponte, præpositum verb. confitens non operatur stante metu.*
60 *Statutum vnum per aliud declaratur.*
*Item suppletur 61.*

*Statuta sunt adinuicem concordanda. 61.*
*Statutum unum potius recipit declarationem ab alio statuto, quam à iure communi. 63.*
*In habentibus simbolum facilior est transitus. ibidẽ.*
64 *Statutũ sicut lex debet esse sanctum, & honestum.*
*Item venit interpretandum, ne contineat aliquod iniquum & absurdum. ibidem.*
*Et ne à sapientibus possit reprehendi. 65.*
66 *Verba debent sumi eo modo, quo cesset absurdum.*
68 *Dictio nisi, denotat exceptionem.*
69 *Statutum prius negatiuè loquens, deinde subdens, nisi &c. ponit & affirmat.*
71 *Mendacium quid sit.*
72 *Animus decipiendi in dubio non præsumitur.*
73 *Renuncians fideicommisso quomodo dicatur renunciare iuri quæsito.*
74 *Renunciatio est quadam priuatio.*
75 *Renuntiatio siue sit de quæsitis, siue de quærendis nõ nocet interueniente dolo.*
77 *Non est assertioni alicuius standum, vbi actus non valet nisi propter id quod asseritur, sed id probandum est.*
78 *Donatio Patris in filium in ptestate cum non valeat, nisi propter bene merita filij, non statur assertioni patris dicentis bene merita filij praecessisse, sed aliàs debet constare, ibidem.*
79 *In incertis, nõ autem in certis locus est coniecturis.*
80 *Renunciatio facta ignoranter, & ex falsa causa nulla est.*
81 *Dicens se instructum de valore & quantitate, si reperitur notabiliter læsus, præsumitur ignorasse uires patrimonij.*
82 *Renunciationis remissio vim quandam donationis habet.*
83 *Donatio nihil aliud est quàm iactura quadam.*

## CONSILIVM CCXXVIII.

*Auxilium meum à Domino.*

POST editum consilium meum pro clarissimo iureconsulto D. Federico Copellato peruenit ad manus meas instrumentum cuiusdam renuntiationis per eum factæ in manibus Do. Marci sui patrui fideicommisso auito, ad finem & effectum, vt d. Marcus de quota sua liberè disponere posset in Marcellum & Io. Marium nepotes suos ex Andrea fratre suo, prout disposuit eos instituendo. Quare petiit à me præfatus Do. Federicus an prædicta renunciatio repugnare posset intentioni suæ.

Et sanè prima consideratione subsistebam aduersus eum, quia trita satis est regula, † q renuntiantibus iura sua non datur regressus. l. quæritur. §. si venditor. ff. de ędili. edict. & Do. meus Rimi. consi. 249. nu. 3. Paris. consi. 12. nu. 10. vol. 2. consi. 69. nu. 30. volum. 3. Crauc. cõs. 24. nu. 4. consi. 74. nu. 8. Soc. Iun. consi. 94. nu. 31. consi. 129. nu. 21. volum. 3. Rom. cons. 326. num. 2. consi. 369. nu. 16. Porti. Imol. consi. 19. num. 36. Senat. Pedem. decis. 444. numero 6. Ceph. consi. 192. num. 16. & consilio 284. nu. 6. Grat. respons. 115. num. 17. vol. 1. Rol. à Valle consi. 57. nu. 14. vol. 4.

a Et licet ius † de futuro solaque spe competens simplici renunciatione non tollatur. l. si ita scriptum. l. si sub conditione. ff. de leg. 2. l. qui potest. §. quod quis. ff. de regu. iur. tamen accedente pacto, vt in instrumento dictæ renũciationis ibi, *quia sic fuit inter dictas partes per pactum expressum solemni stipulatione vallatum*, secus est. l. & hæredi §. filiusfam. ff. de pact. l. 1. & ibi glo. Bar. & Doct. C. eod. titu. vbi Do. meus Zuccar. nu. 101. dicit, quòd cum hac conclusione transeunt omnes. Ratioque † differentiæ
3 probabilis est inter renunciationem & pactũ: quia primo casu tex. in d. §. si sub conditione. de renunciatione loquens dicit: quia non pertinet ad nos antequam dies veniat, vel conditio existat, quasi velit dicere, quòd natura repudiationis est velle se aliquo iure priuare, sed priuatio præsupponit habitum. l. decem. ff. de verbo. obligat. qui habitus non cadit antequã dies, vel conditio veniat, quia ad nos non pertinet, ergo verum est dicere, quòd renunciatio fieri non potest. Quæ ratio cessat in pacto quia paciscens non solum agit se aliquo iure priuare, sed & se nolle aliquid in futurum petere, & hoc cadit super iure conditionali, ex quo in hoc agit de se priuando aliquo iure, ita declarat post Iacob. Butrig. Bald. in d. l. 1. colum. 2. quem sequuntur Castr. Aret. & Deci. num. 19. Curt. nu. 22. Alciat. in vers. iniquum. in fin. Ripa num. 12. & confirmat D. M. Zuccar. num. 87. vnde cum non agatur hic de simplici renũciatione, sed pacto & stipulatione vallato, sequitur eam valuisse, dominoque Federico nocere, tantoque magis quia facta fuit dicta renunciatio Marco pręsenti, stipulanti & pro eo
4 recipienti, quo casu habet † uim pacti, vt determinat Bar. in d. l. 1. per l. tale pactum. in prin. ff. de pact. quæ sententia communis est, vt tenet Alexand. in d. l. 1. num. 5. Saly. in 4. oppo. Ias. num. 9. Curt. numero 38. sequitur & defendit ab Imola & Decio Dominus meus Zuccar. num. 104. demumque quòd iuramento fuit
5 roborata, quo casu † valet, licet iuri de futuro fuerit renunciatum, secũdùm Cuma. in l. is qui hæres. ff. de acqui. hæred. seq. Alexand. in l. sed & si quis. §. quæsitum. colum. 1. ff. si quis caut. Ias. in d. l. 1. nu. 9. Alciat. num. 40. Rip. numero 7. & latius confirmat & à Decio defendit D. meus Zuccar. numero 109. Idemque tenet Hieron. Gabriel. cons. 138. num. 9. Paris. consi. 69. num. 12. cum seq. vol. 3. Gerard. Mazzoll. consi. 2. num. 28. & Do. meus Rimi. consilio 409. nu. 13. Nec id mirum videri debet: quoniam iura-
6 mentum † facit actum ualere omni meliori modo quo potest. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. 2. cum. sim. per Ias. in §. item si quis postulante.

stulante, columna secunda. insti. de action. Fely. in c. cum super, colum. pen. de off. deleg. Vn-
7 de videmus, quòd † transactio quæ facta post rem iudicatam non valet in vim transactionis, & pacti, si iuraměto subnixa fuerit, valet in vim pacti, prout tradit Bar. in l. si quis maior. C. de transact. quem sequuntur Angel. Castr. & Alexand. & Ias. num. 7. Veronens. cautela 41. Fely. in cap. si cautio. de fide instrumento. Do. meus Zuccard. in d. l. prima, C. de pact. nume. 109. &
8 † Actio quæ de iure ciuili non oritur ex pacto nudo uigore iuramenti nascitur, vt inquit Matesf. notab. 32. nota nouam regulam. Gerardus Mazoll. consilio 26. numero 22. vnde pariter debet hanc renunciationem validare, nec
9 inualida reputari debet, † quòd facta fuerit dictis nepotibus Do. Marci patruelibus Dom. Federici absentibus, iux. doct. Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. ob. consi. 155. col. fi. uol. 7. Soc. consilio 73. col. 2. volumine tertio. Dec. in l. pactum, quod dotali, limit. 6. C. de colla. Calcan. consilio 33. columna penultima. Gra. consi. 42. in fine stante stipulatione uedum Marci, sed etiam notarii pro illis
10 facta, quem † pro absente stipulari posse non est incognitum, vt tenent glos. Bartol. & Alex. in addi. ad eum. in l. 2. ff. rem pup. sal. for. glo. Guli. de Cun. Cy. & alii in l. non aliter, ff. de adopt. vbi dicit Alberi. id totum mundum seruare, & idem Bald. & Dyn. in l. 1. §. exigere. ff. de mag. conue. qui Bal. inquit, ita consuetudine obseruari, pluresque propemodum, quos cumulat Tiraq. in tract. de iur. const. 3. par. lim. 30
11 nume. 23. Et licet † stipulatio notarii non faciat, vt absenti ius acquiratur ante ratificationem, vt signanter voluit Castr. consi. 197. Visis his quæ narrantur. in antiquis, aliàs 195. uolumine secundo, in nouis, Dec. in l. cótractus, & post eum Cagnol. ff. de reg. iur. Idemq; Dec. cons. 226. col. pen. & fi. consilio 247. colum. 4. ver. quintò idem suadetur. cós. 432. cons. 464. col. 1. consil. 536. ad finem, & cons. 661. col. 2. Cor. iun. cons. 55. col. 3. cum simili. à Tiraquel. cumulatis in d. 30. limi, num. 10. quibus addo Rubeum cons. 132. & Plotum, qui congerit infinitos, in l. si quando, num. 12. C. unde ui. sicut & aliàs Antonius Gabriel. Roma. lib. 3. de uerbo. obliga. conclus. prima, num. 100. communemque dicit Alc. in c. cum contingat, nume. 235. de iureiur. & Cagnol. in l. 6. numero 225. C. de pactis. Tamen aduerti debet † tacitam
12 ratificationem sufficere, vt uoluit Dec. consil. 686. col. fi. dans exemplum de tenuta accepta & fructuum perceptione, quibus inducta dicitur tacita ratificatio contractus præambuli, in quo notarius fuerat absenti stipulatus. idemq; Grat. respon. 12. columna prima, uolumine primo, Gozad. consi. 42. col. fin. Tiraquell. in alle gata limita. 30. nume. 11. & seq. ubi post Ange. cons. 161. uiso puncto prædicto, col. fi. dicit, quod possidens rem, quæ illi absenti ex contractu ab alio nomine illius facto cessa fuit, uidetur ratificare eum contractum, quod in casu nostro verificatur, ubi dicti patrueles possident bona ipsis absentibus cessa per D. Federicum: uidentur enim d. cessionem ratificasse.

Non uidetur etiam dubitari posse de dicta renunciatione pretextu minoris ætatis tůc D. Federici, seu læsionis alicuius suæ. Nam quod attinet ad minorem ætatem, cum confessus in instrumento fuerit, se maiorem 25. annis suc-
13 cedit † statutum Placentiæ, libro tertio, rub. 34. uolens quòd pro maiore habeatur in contractu, in quo confessus fuerit se maiorem 25. annis, & sic in dicta renunciatione, nec de ualiditate talis statuti uidetur ambigendum; quoniam (vt inquit Bal. in l. 1. ff. de minor.) statuta † terrarum possunt ampliare, uel minuere
14 tempus ætatis legitimæ, prout placet; quia nó sunt minoris auctoritatis statuta, quàm leges Longobardorum, sed cum claram † eius de-
15 terminationem habeamus, non est ulterius inuestigandum, Bal. in l. Gallus. §. si eius, secundo not. ff. de lib. & posth. Dec. cons. 488. colum. 1. cons. 163. nu. 7. Mars. cons. 131. num. 20. cons.
16 133. num. 18. inanis † enim est disputatio, vbi est statuti decisio. Comen. cons. 109. in fin. vol. 1. Ceph. cons. 138. n. 20. uol. 1. tantoque magis quòd alio statuto præcedenti cauetur, puberé, qui confessus est se maiorem 25. annis esse, nó audiri contra proprium sacramentum, ná quando statutum † denegat alicui audientiam, ta-
17 lis non potest agere etiam in iudicio fauorabili, sicut esset possessorium recuperandæ, vt tradit Domin. in c. in nomine Domini. 23. distin. Ruin. latius confirmans consil. 49. num. 7. uol. quarto. Quin adeo sibi nocere uidetur iuramétum adhibitum maioris ætatis, ut nec in integrum restitutione uideatur rescindi posse † re-
18 nunciatio, quasi dominus Federicus iurans dictę restitutioni renuntiasse censeatur. Bar. in l. 1. ná & póstea. ff. de iureiu. in fi. & in l. sciendú, ff. de uerb. obl. ubi latius Alex. n. 34. dicés sic esse cóem practicam. Fel. in c. si diligenti, col. 4. ver. secundum corollarium. de for. comp. Soc. cós. 115. nu. 7. Dec. cons. 31. sub nu. 3. uer. & stante tali iuraměto. Quod ex alio comprobari uř, & omnis difficultas cessare uř, qm̃ minor † asserés
19 se maiorem, prout fecit D. Federicus, ratione mendacii perdit beneficiú restitutionis in integrú. l. 2. & 3. C. si min. se maio. Anch. cons. 226. legitur in canone. col. 2. Cur. cons. 119. nu. 5. si-
20 cut et uidemus, quod si minor † iurauerit nó uenire contra processum, non poterit restitutioně in integrum implorare. Aret. in §. appellantur, col. 3. uer. si autem, insti. de excep. sicque seruari testatur decis. Tolos. 45.

Respectu uero lęsionis, ubi prætenderet eã D. Federicus, dici posset, eum frustra laborare pro rescindenda, uel annullanda dicta renunciatione: quoniam quando fecit eam, pendebat códitio fideicommissi: quia uiuebat

Do. Marcus post cuius mortem vocabatur, & agebatur de iure quærendo spe tantùm, non autem de quæsito, nec de delato D. Federico, 21 quoniam primo casu † valet renunciatio nõ obstante enormissima læsione, si quidem ea nõ consideratur in iure quærendo, sed in quæsito tantùm, vt distinguit in effectu Corn. consi. 15. colum. 1. innẽto conf. 13. ver. nec supradictis de cisionibus. volum. 3. Paris. conf. 26. nume. 81. & 86. volum. 3. latè Rub. conf. 12. colum. 3. qui sic 22 Doctores animaduertit tenentes † renuntiationem iuratam valere, quando agitur de iure quærendo non obstante enormi, vel enormissima læsione; Qui verò contra tenent eos loqui in renuntiatione iuris quæsiti, vbi bene læsio enormis considerari potest. Idemque tradit apertè Craue. consilio 114. nume. 13. motus ea ratione; quia renuntians præmori potuisset or dine turbato; & hoc etiam confirmatur ex eo, 23 quod dici solet † ob incertitudinem læsionẽ considerari non posse, vt per Bal. in l. 2. colum. 4. versi. huic accedit, C. de rescind. venditio. & post eum Pantal. Cremens. nume. 133. & in iactum retis emente, iux. l. si iactum retis. ff. de actio. empti. nam cum incertum is emat, læsus dici non potest, rescissorioque remedio caret, Cremens. in d. l. 2. nu. 129. cum similibus, quos adducit Menoch. conf. 1. nume. 354. nam & ius quærendum dicitur incertum. Vnde patet renunciationem præfatam omnino valere, tanto que magis id dici debet: quoniam Do. Federicus motus fuit ad ita renuntiandum patruelib. suis; quia pauperes erant, & parum in bonis habentes, quodque nisi Domi. Marcus eis subueniret, se alere, nec sustinere possent, sed victum aliunde quærere cogerentur, pront asseruit in instrumento, vnde patet eum causa pie- 24 tatis † dictam renuntiationem fecisse, vt per Speculat. in titulo de instru. edi. §. nunc verò aliqua. vers. & scias. Bal. in auth. similiter, & post eum Rom. col. 1. C. ad l. falci. Bal. in l. illud, col. 4. & ibidem Castren. C. de sacrosan. eccle. tenẽtes relicta pauperibus computari inter relicta ad pias causas, sequitur Tiraq. in tracta. de prinile. piæ causæ, in præfatione, colum. 5. vbi dicit, quòd in hoc omnes conueniunt, & bene: quia sic etiam cõcludit Ias. in l. cum is. §. si mulier. ff. de cond. ind. latiusq; Cornelius Beniucasius in tract. de pauper. quæstio. quinta, pecto 25 tam. At quæ intuitu pietatis † conceduntur, sunt irreuocabilia, vt inquit Signor. consil. 26. quæstio talis est, vtrum donat. col. 2. versi. præterea. per tex. in d. l. cum is. §. si in ea. cum similibus per eum, quem sequitur Tiraquel. in d. tractatu de priuileg. piæ causæ. priuilegio 119. & probatur in §. finali. inst. de oblig. ex quasi contract. vbi pietatis intuitu relicta, licet indebitè soluantur, non repetuntur.

Postremò non omittitur, talem renunciationem cum magna deliberatione fuisse factam, postquam Do. Federicus aduocatos, & peritos consuluit, qui laudauerunt & consuluerunt sic per eum fieri, prout in instrumento dicitur. Sicut enim illud dicitur bene delibe 26 ratum, † quod fit cum consilio Seniorum. 27 l. cõsensu. C. de repud. seniores † n. præsumuntur sapientes. c. estote. 1. q. 1. & in senibus præsumitur scientia. Bal. in l. senium. C. qui test. facere possunt. Rolandus à Valle consilio 1. nu. 92. vol. secundo, ita pariter deliberata dici debet d. renunciatio facta cum consilio dictorum ad uocatorum, & peritorum, idque consilium, po sito q. potuisset esse malum, sicut bonum, præsu 28 mi † dẽt fuisse bonum, non autem malum, ut per Bald. in l. seruum fugitiuum, col. 3. uers. & nota. & ibi Ias. col. 5. ver. tertiò multùm nota. C. de ser. fugit. Alexand. cons. 125. col. 4. in fin. uolum. 4. Gabriel. Rom. lib. 7. de criminal. con clus. 2. col. 1. quare valida censeri debet & penitus obseruanda d. renuntiatio.

Licet tamen hęc satis colorata uideantur, & obstare D. Federico, nihilominus in contrariã sententiam ad illius fauorem pertranseo. Moneor in primis: quia tunc quando renuntiauit erat minor annis 25. & in totum fuit lęsus. Primum patebit ex probationibus facti, si negabitur. Secundum re ipsa detegitur ex instrumento, in quo renuntiauit omnibus, & quibuscunque iuribus sibi competentibus in euentum dicti fideicommissi testatoris aui sui, & tamen nihil ob id consecutus fuit, quibus ita stantibus, 29 † tex. in c. quamuis. de pact. in 6. locum nõ habet. in quo disponitur, quòd si filia dote contenta renuntiauit in manibus patris cum iuramento bonis paternis, tenetur illud iuramentum seruare, nec potest contrauenire; nam si fuit enormiter lęsa bene potest reclamare, ut voluit Anchar. in reg. accessorium, col. 3. uersi. pro declaratione prędictorum. de reg. iur. in sexto, dicens se Senis consuluisse, quòd sorori quę renunciauit cum iuramento fratri hereditatem paternam valoris quatuor millium, rece ptis sexcentum, poterat non obstante tali renũciatione, & iuramento contrauenire propter enormem lęsionem. Quia in tali casu iura- 30 mentum si ligaret, esset † iniquitatis uinculum, quod non debet, 22. quęstione quarta. c. inter cætera. cap. quanto. de iureiur. auth. quod eis. C. de nupt. Domi. meus Rimin. consil. 222. nume. 2. Paris. conf. 69. nume. 17. uolu. 31 1. Rol. à Valle conf. 7. nu. 47. uol. 3. & † ut addit, tres comites habere debet, ueritatem, iudicium & iustitiã. c. animaduertendũ. 22. q. 2. Idẽque Natta cõf. 631. nu. 9. Paris. conf. 75. nu. 29. vol. 3. Crau. cõf. 144. num. 16. eiusq; sententię 32 fuit & opinionis † Anch. in aliis plerisque locis, quos cumulat Dec. alios addens conf. 180. sub nume. 4. conf. 203. colum. fi. conf. 230. col. fi. uers. quarto, conf. 349. colum. 3. num. 6. conf. 379. col. fina. conf. 551. col. prima, & secunda, & conf. 616. dicens esse communem, torque uariis exornat quotis Cepha. conf. 34. nume. 20.

&

& consilio 142.numero 25.& alios insuper ad-
iungunt idem tenentes,decis.Neap. 322. Cur.
iun.consilio 141.Paris.consilio septimo, in fi-
ne.volumine secundo.Grammatic. decis. 111.
numero 104.& Rolandus à Valle consilio se-
ptimo,numero 44. cum sequentibus, volumi-
ne,quarto,& in eis sigillatim memorandis,ni-
hil aliud est quàm conterendo tempus car-
33 tas prolixiores reddere, quod bene † consu-
lenti non conuenit, sed ad rem respondere si-
ne verborum multiloquio, vt docet Aret.con-
silio 6.in principio, relatus à Rolando à Valle
consilio 61.numero primo, volumine tertio,
34 quare si minori † renuntianti succurritur gra
uiter læso, qui tamen aliquid recepit ab eo qui
renunciauit, vt prædicti loquuntur, multo ma
gis subueniri debet domino Federico qui ni-
hil prorsus accepit à patruo, suisque patruelli-
bus; & in his terminis accedit Ancha.consilio
39.pro clariore decisione. vbi limitat dictum
cap. quamuis. habere locum prout loquitur,
quando mulier dotem recepit competentem
vsque ad legitimam in bonis patris cui renun-
tiauit; Vnde infert, renuntiationem non uale
re etiam iuramento firmatam in hæreditate
matris, ex qua nihil habuit; quia tali casu non
loquitur d. cap. quamuis, & quòd per renun-
ciationem merè nihil percepto renunciari cũ
iuramento posset, esset valde inhumanum,& ri
gorosum, vt inquit Ancharan.ibidem, quem
sequitur Dec.in allegato consilio 180. pariter
in casu suo concludens columna quarta, renun
tiationem filii non valuisse in casu suo respe-
ctu hæreditatis maternæ, ex qua nihil percepit
Vnde sic ad vnguem domino Federico dici de
bet in casu suo.

Secundò moueor: quoniam dicitur in in-
strumento, *quòd cum dominus Marcus vellet nepo-
tibus suis bona sibi à patre relicta in dicto testamen-
to post eum relinquere, & hoc agere, accedente etiam
consensu D.Federici,& ad hunc effectum pluries pe-
nes dictum dominum Federicum institisset, vt in præ
dictis suum consensum, & voluntatem præstare vel
let,& in hoc sibi complacere, hinc est, quod d. D. Fede
ricus &c.* Ex quo enim ex his tot persuasionib.
35 † & instantiis patrui sui adductus fuit domi-
nus Federicus ad renuntiandum dictis bonis fi
deicommisso subiectis, dolus ex proposito a-
pertè arguitur. l. cum quis. & ibi Bartol. ff. de
dolo, gloss. in l. apud Celsum, ff. de excep. dol.
hinc idem Bartol. in l. prima, in principio. ff. de
eo per quem fact. erit, dicit, quòd persuasio ad
uersarii dicitur iusta causa concedendæ restitu
36 tionis in integrum, nimiaque † persuasio, per
quam quis inducitur ad aliquid faciendum, ha
betur loco coactionis & compulsionis. l. eũ qui
C. de apostat. l. prima, ante finem. C. de ra-
ptu virg. quæ iura ad hoc propositum citat Ca-
strens. consilio 177. contra superius consulta,
& casui nostro similem proponit filia patri
suo fecerat renunciationem nimia persuasio-
ne patris ad id inducta pro quingentis ex do-
te materna, quæ erat propria ipsius filiæ resi-
duo bonisque paternis ad triplum ascendenti-
bus renuntiando, ex enim tam nimia, & enor-
mi læsione dicit Castr. dolum induci, qui quan
doque committitur etiam circa volentem, &
scientem, quando quis caliditate seductus, &
solicitatus vult & consentit l. 3. § si quis volen-
tem. versic. sed & si uolentem, ff. de lib. hom. ex-
hib. l. 1. §. 2. ibi, persuadere. ff. de ser. corru. vbi
habetur, quòd nimia persuasio, per quam quis
inducitur ad aliquid loco compulsionis & coa
ctionis habetur, vnde subiungit, quòd illa fi-
lia nesciens, aut non ausa contradicere patri, ta
le quid ab ea poscenti, non libera uoluntate
dicitur voluisse, sed persuasione patris seducta
& idem quod Castr. tradit ad vnguem Soc. con
sil. 263. colum. 2. uol. 2. quem refert & sequitur
Cur. iun. consilio 141. col. penul. Craue. post a-
lios consi. 192. nume. 12. Idemque cons. 10. nu.
37 17. post Oldrad. cons. 36. dicit, quòd † suasio
plus est quàm compulsio, & cum prædictis etiã
concordat Natta in renuntiatione loquens cõ
si. 166. nume. 4. Sic enim dici debet in casu no-
stro, ubi patruus tam enixè sępius institit, vt cõ
sentiret D. Federicus ei, quòd patruelibus re-
linqueret bona, quæ poterant ad eum perueni-
re ex fideicommisso quasi certo per mortem p̃-
ambulam Do. Marci sine filiis masculis legiti-
mis, cum presbiter esset.

Tertiò non prætereo, quòd in instrumento
dicitur *D. Federicum renuntiasse d. bonis, vt in hoc
iusto desiderio Do. Marci patrui morem gereret.* Ex
38 quibus verbis † apparet, eum fuisse ad id mo-
tum metu reuerentiali dicti patrui, cui fecit il-
lam renuntiã. l. 1. §. qui onerandæ. ff. quar. rer.
39 act. non det. & concurrente † læsione totali ne
dum grauissima, minæ non fuerunt necessa-
riæ ad hoc, ut dicatur metu reuerentiali renun
ciasse, vt concludit Castr. in d. cons. 177. col. 2.
Soc. cons. 263. colum. 2. uolum. 2. Dec. in l. pa-
ctum, nume. 7. C. de colla. & in c. causam matri
monii. de off. deleg. Rom. in l. si cum dotem. §.
eo autem tempore. ff. soluto matrimo. Abb.
consilio 77. numero 11. & cons. 100. nume. 4.
Cephal. cons. 34. nume. 31. cons. 142. num. 38.
cons. 207. num. 73. & cons. 295. num. 13. Ruin.
cons. 170. num. 17. uolum. 1. Soc. iun. cons. 47.
nu. 34. vol. 3. Crauet. cons. 114. nu. 1. Rol. à Val
le cons. 10. nume. 131. uolum. 4. Curt. iun. cons.
141. nu. 11. Gramma. decis. 103. nu. 49. Capit.
decis. 159. nu. 34. Boet. decis. 100. nu. 18. Dida.
in 3. par. c. quamuis. de pact. in 6. §. 4. nu. 7. Ne-
uizan. latè cons. 22. nu. 20. Senat. Pedem. decis.
179. nu. 6. tantoque magis accedente præuia
40 suasione ne dicam importunitate patrui, † quæ
metum arguit, vt per Innoc. in c. petitio. de iu-
reiur. Bar. in tract. de Tyranni. q. 6. Ias. in §. qua
drupli. col. 8. nu. 66. insti. de action. Craue. con
si. 10. n. 17. Neui. cõs. 22. n. 22. Ias. cons. 133. nu.
8. uol. 4. Sena. Pede. decis. 179. num. 4. meritò

venit ex iſto capite dicta renuntiatio reſcindē-
da ſecundùm prædictos ſcribentes . Nec de-
fendi poteſt ex clauſula ſponte &c. renuntia-
uit & ceſsit ; quoniam præſuppoſito quòd in
renuntiatione ſit dolus præſumptus ex enor-
miſsima læſione, nimia perſuaſione, metuque
41 reuerentiali ſimul iunctis † ſequitur omnes
alias clauſulas in inſtrumento poſitas cenſeri
poſitas caliditate, doloque dicti domini Mar-
ci . argumen. l. doli clauſula, verſiculo diuer-
ſum, ff. de nouatio. nam cum omnia geſta fue-
42 rint ſimul, † omnia præſumuntur dolo & me
tu exorta, iux. not. per Bartol. in l. finali. §. item
quæſiit, ff. de condictione indeb. ſicque reſpon
det ad propoſitum Soc. in allegato conſil. 263.
columna ſexta, poſtque Curt. iun. Alba conſi-
43 lio 81. numero 53. plus addens, quòd † clau-
ſula ex certa ſcientia , ſicut & renuntiatio ex-
ceptionis doli , ſtante enormiſsima læſione ni-
hil operantur, ſed augent ſuſpicionem læſio-
nis, & doli, vt per Corn. conſilio 180. nume-
ro ſeptimo, & 23. volumine primo. Decium
conſilio 180, columna finali, numero octauo,
& nono. Vnde remanet ex prædictis intentio
domini Federici de iure ſatis munita, quæ tan
to clarior apparebit ſublatis ſigillatim contra-
riis ſupra adductis, ad quod libenter & prom-
ptè deſcendo.

Non obſtat igitur in primis illa vulgaris re-
44 gula, † quòd renuntiantibus iura ſua non da
tur regreſſus: nam procederet, quando renun
tiatio domini Federici ortum haberet extra
factum domini Marci, cui facta fuit, alioquin
ſecus ; quia renuntiatio nunquàm includit ea
quæ ortum habent ex facto illius cui renun-
tiatum fuit. l. qui officii . §. finali. ff. de contra-
henda emptio. facit tex. l. cum proponas. C. de
naut. fœn. per quæ iura dixit Dec. conſilio 27.
columna prima , verſiculo tertia eſt . Quòd
45 † renuntiatio generalis exceptionum nun-
quàm intelligitur excludere exceptionem ,
quæ ortum habet ex facto agentis. Idem te-
net Pariſ. conſilio ſeptimo, numero 22. volu-
mine ſecundo, & in terminis dictæ regulæ ſic
reſpondet in notabili caſu Rolandus à Val-
le conſilio 95. numero 38. volumine primo. At
renuntiatio domini Federici habuit ortum à
ſuaſionibus domini Marci, qui eum induxit ad
id, & ſic ex facto illius exorta fuit dicta renun-
tiatio, meritò non excludit, quominus recla-
mare poſsit de dolo cauſato ex læſione totali,
& dicere de nullitate dictæ renuntiationis, &
eam impugnare , & cum prędictis concordat
Abba. conſilio 81. numero 51. dicens regulam
46 prædictam † locum non habere, quando læ-
ſio eſt magna, per allegata per eum. Quod etiā
confirmatur: nam renunciatio redditur inua-
lida quoties continet dolum ſi non ex propoſ
ſito ſaltem re ipſa, qui cauſatur ex enormiſsi-
47 ma læſione, † & proprio dolo comparatur ſe
cundùm magis communem opinionem quam
tenuit ubique Anchara. videlicet in repetitio.
capituli primi, de conſtitutio. carta vigeſima ſe-
cunda , verſiculo ego etiam conſului in ciui-
tate Senarum, conſilio 39. pro clariori, colum-
na ſecunda, uerſiculo pondero, & in final. uer-
bis. & in conſilio 180. viſa diligenter. Abb. in
cap. cum contingat. colum. 18. de iureiur. uer.
nonus caſus, ubi etiam hoc firmat in minore
iurante, dicens, quòd hoc caſu idem operatur
dolus re ipſa, & dolus ex propoſito , idemque
tenuit conſ. 8. colum. 2. verſi. pauci enim ſunt.
ſecunda par. Corn. conſ. 11. volum. 3. Dec. con
ſil. 180. qui dicit eſſe communem, ſicut & So-
ci. iun. conſ. 129. nume. 40. vol. 1. conſi. 144. nu.
12. eodem uolum. Crauet. conſil. 7. numero 5.
Do. meus Rim. conſilio 189. colum. penul. & fi.
48 Hinc enim ſequitur aperta limitatio † dictæ
regulæ, quæ habet, quòd renunciantibus iu-
ra ſua non datur regreſſus, ut locum non ha-
beat ſtante grauiſsima læſione, ſi renuntiatio
dicitur ob eam inualida; quia per eius reſciſio-
nem datur regreſſus ad iura ſua, dato quòd pa
cto, præſentia partis, uel iuramento uallata
fuerit ; Quoniam quando minor enormiſsi-
mè læditur in contractu ; quia tunc re ipſa ue-
49 rè eſt dolus ; quia ſic lex præſumit, † iuramen-
tum non obeſt minori ſolùm propter præſum-
ptionem doli, ut per Anch. in d. c. primo q. 11.
de conſtitu. Corn. conſi. 11. colum. 1. & 2. uolu.
3. Cuman. conſ. 180. Barb. conſ. 55. col. fi. vol. 2.
Pariſ. conſ. 89. colum. pen. & fina. vol. 5. Craue.
conſ. 99. nu. 20. & conſ. 192. uol. 2. Rol. à Valle
conſ. 7. nu. 43. & ſeq. uolu. 3. Gerard. Mazzol.
conſ. 25. nu. 7. conſilio 100. nu. 96. Quod adeo
50 uerum eſt, ut plerique uelint † abſolutionem à
iuramento neceſſariam non eſſe, ut But. in d. c.
cum contingat. col. 8. uer. quartus caſus. Corn.
conſil. 166. col. 2. conſ. 189. col. 3. uol. 1. Cuma.
conſ. 180. col. pen. Dec. in d. conſ. 180. col. 3. ta
men ad omnem diſputationem tollendam ad
abundantem cautelam peti poteſt abſolutio à
51 prędicto iuramento. † eaque eſt omnino con-
cedēda, ſecundùm Bal. in rub. C. de rerum per
mut. uer. item quare. Ancha. conſ. 375. colum.
2. ubi concludit, iuramentum interpoſitum ſu-
per actu iniquitatem, uel iniuſtitiam continen
te debere per ſuperiores relaxari, ſequitur ple-
nius Soc. iun. conſi. 48. nume. 29. & 30. uolu. 1.
quibus accedens Bald. in cap. 1. §. item ſacra-
menta, colum. 4. de pac. iuram. firmand. dicit,
quòd boni præſides faciunt iuramenta mino-
rum, & uiolētas extorſiones caſſari per capturā
perſonæ, ſequitur Iaſ. in l. generaliter, nota. 3.
ff. de verborum obligatio. Rolandus à Valle
conſilio ſeptimo, numero 50. volumine tertio.
Poſtremò ceſſat & illud, quòd ius, ſiue domi-
52 nium fuerit † acquiſitum dictis patruelibus me
diante ſtipulatione Marci, vel Notarii pro illis
facta iuncta eorum ratificatione tacita, vel ex-
preſſa, nā p̄ſuppoſita nullitate dictæ renūtiatio
nis ex rationibus ſupra adductis nullum ius,
vel

vel dominium fuit illis acquisitum. l. prima, §. si vir. ff. de acquirenda possessio. l. Quemadmodum. C. de agricol. & censi. libro undecimo. Bero. consilio 89. numero 2. volumine primo, sed rei vindicatio competit domino Federico l. finali. §. sin autem sub conditione, in fi. C. commun. de lega.

Nunc ad illud transeo, quòd confessus fue-
53 rit † se maiorem, proque tali sit reputandus ex statuto Placentino libro tertio, rubrica 34. dicoque considerandum esse primò, quòd illud statutum diligenter aduerti debet, quòd loquitur, quando pubes sponte confessus fuerit se maiorem esse 25. annis in contractu, debet igitur eius confessio fuisse sponte facta, & ab eius libera voluntate manasse, non autem propter aliquam necessitatem, prout denotat
54 dictio † sponte. l. munus. §. dona. ff. de verborum significa. vbi dona dicuntur, quæ nulla necessitate iuris, sed sponte præstantur. Vnde Virgilius cecinit dicens.

*Sponte sua Sandix pascentes vestiet Agnos.*

Et spontaneum dicitur, quod est voluntarium, vt Ambrosius de terra scribit, quæ spontaneos fructus germinat. Hæc autem qualitas
55 † statuti probari debet, vt illud habeat locū, prout est doctrina Bar. in l. prima. ff. ne quid in flum. pub. Ioan. And. in cap. primo, de homicid. libro sexto, & post eos Alexand. consilio 161. in princ. volum. quinto. Idemque tradit Dec. in pluribus locis, videlicet in cons. 18. nume. quarto, cons. 44. in prin. consil. 356. numero quarto, consi. 434. in princ. cons. 440. in prin. cons. 550. numero quarto, & cons. 589. numero 7. Mars. singu. 187. Rube. cons. 16. nu. 14. dominus meus Riminal. cons. 58. in fine, & cons. 114. nume. 8. Sed in instrumento non reperitur adiecta dictio sponte, confessioni domini Federici maioris ætatis suæ, meritò cessare debet di-
56 ctum statutum, prout in alio statuto † nostro Ferrariæ sic arguit Ruin. cons. 190. columna secunda, volumine primo, de confessione mariti dotis receptæ, cum expressa obligatione bonorum in instrumento valida: dicit enim Ruinus, quòd cum illud statutum validet illam confessionem cum certa qualitate, videlicet obligationis bonorum, debet illa qualitas verificari, ad hoc vt statutum locum habeat, vt per Ioan. And. & alios quos citat. igitur in instrumento confessionis dotis non reperitur expressa obligatio bonorum, cessat statutum, nec valet dicta confessio velut ab ipso statuto improbata, nam validando confessionem factam cum obligatione bonorum dicitur inualidare, & annullare factam sine dicta obligatione, prout ibi latius per eum. Sic igitur in casu nostro dici debet, quòd cum statutum Placentiæ uelit haberi pro maiore pubecrem sponte confessum se maiorem in contractu, sequitur, vt non probata qualitate prædictæ spontaneæ confessionis, nolit dictum statu-

tum talem confitentem haberi pro maiore, nec confessionem sibi nocere.

Tertiò tantùm abest, vt dicatur sponte confessus Domi. Federicus se maiorem, cum metu reuerentiali patrui sui fuerit inductus ad renunciandum, ut in tertio fundamēto deduxi, nam
57 † metus est contrarius voluntati, & libertati. l. nihil consensui. ff. de regu. iur. Rol. à Valle consi. 95. nu. 31. uolumine primo, & dato,
58 † uerbo confitens esset præposita dictio sponte, sicut inferius reperitur præposita verbo renuntiauit, non tamen d. confessio maioris ætatis diceretur spontanea, cum per eam dictionem metus non tollatur, subsistente iusta causa metus; quia eodem timore reuerentiæ patrui sui, quo inductus fuit Do. Federicus ad renuntiandum, eodem diceretur inductus ad affirmandum siue confitendum se esse maiorem l. doli. §. diuersum. ff. de dol. exceptio. Vnde per hoc actus d. confessionis non posset probari sponte factus, vt declarat notab. Imol. in c. solicitè. de resti. spol. quem refert & sequitur Aret. cons. 14. col. 12. & Rol. à Valle consi. 2. nu.
59 7. uolum. 1. minus quoque me torquet † statutum præcedens dicens, quòd nullus pubes confitens se maiorem 25. annis audiatur contra proprium sacramentum, nam primò dici potest, q intelligi debet de confitente sponte se maiorem, prout clarè dicitur in statuto se-
60 quenti; quia per unum † statutum aliud declaratur. Bar. in l. omnes populi, 2. q. 6. q. prin. ff. de iust. & iure. Alexan. cons. 123. uol. 4. Dec. consilio 13. cum similibus, quos cumulaui consilio 73. numero 53. Nunc addens Simonem de Pretis consilio 86. numero 56. dicentem, quòd unum statutum intelligitur, & interpretatur secundùm aliud statutum, prout lex communis secundùm aliam interpretatur, ne sint adinuicem contrariæ. per l. sed & posteriores. ff.
61 de leg. ideo † statutum per aliud statutum suppletur. Socin. consilio 147. columna quinta, volumine primo, & recipit declarationem ab alio statuto. Dec. consilio 65. numero quarto,
62 & ad inuicem † sunt concordanda statuta. Badus in l. prima, columna prima, uersiculo quæro quid si statutum. C. qui bon. ced. pos. & consilio 10. in fin. uolumine primo. Alexand. consilio 48. numero 6. uolumine tertio. Dec. consilio 283. sub num. quarto. Quinimò tam pro-
63 cedit dicta cōclusio, q † unum statutum potius recipit declarationem ab alio statuto, quàm à iure communi: quia in habentibus simbolū facilior est transitus, ut inquit Anch. cons. 93. Ista D. uers. non obstabit. cōs. 423. uiso puncto. col. fi. Dec. cons. 65. n. 4. cons. 158. col. 1. & cōs. 301. nu. 10. Paris. cons. 22. nu. 87. uol. 2. cons. 97. nu. 18. vol. 3. Soc. iun. cons. 1. nu. 29. uol. 2. Simon de Pretis cons. 85. nu. 36. at confessio D. Federici maioris ætatis nō fuit spontanea, ut supra deduxi, meritò statutū cessare debet, & ille dēt
64 audiri. Confirmatur, nam † statutum, sicut lex

debet esse sanctum & honestum. c. erit autem lex 4. distinctio. sicque venit interpraetandum, ne contineat aliquod iniquum, & absurdum glo. in l. damni. §. si is qui vicinas. ff. de dam. infect. Bal. in l. quicunque, columna antepenultima. versiculo quarto casu. C. de ser. fugitiuis.
65 † & ne à sapientibus possit reprehendi. l. Saluius Aristo. ff. de lega. præstan. quam ad hoc sæpius allegat Baldus in suis consiliis, vt refert Marcari. consilio 63. columna penultima. Vn-
66 de † quando resultaret absurdum † verba sumi debent eo modo quo cesset absurdũ, vt tradit Alexand. consilio 61. columna finali, volumine primo. Natta consilio 266. numero quarto, & latè de prædictis meminit Brun. in tract. quòd stant. masc. art. 5. numero 12. cum seqq. At certè si quis confessus esset cum iuramento se maiorem coactè, uel metu reuerentiali, non audiretur & iuramentum, & statutum essent iniquitatis vinculum, igitur intelligi debet dictum statutum de sponte confesso.
67 † Secundò, ne in claris immoremur, statutum met fallentiam ponit regulæ suæ, quòd nõ audiatur, nisi dolo, vel fraude, vel ui sacramentum sit exortum, at ex enormissima læsione, quam Domi. Federicus incurrit renunciando fideicommisso dolus arguitur, & ex assiduis persuasionibus patrui inductus coactus dicitur renuntiasse, iuxta prædicta, meritò debet audiri, vt in limitatione statuti continetur,
68 denotat † exceptionem dictio nisi, in eo posita, Rol. à Valle consi. 49. nu. 12. volu. 3. & cum
69 statutum præcedat negatiuè loquens † ibi Nullus pubes audiatur, subiiciendo, nisi dolo &c. ponit & affirmat illum audiri, vt not. Docto. in l. actione. C. de transact. Ruin. cons. 191. nume. secundo, volum. secundo. Bero. cons. 84. numero 17. & cons. 133. numero secundo, vol.
70 secundo. † Et quod dicebam, minorem qui se maiorem asseruit, perdere beneficium restitutionis in integrum ratione mendacii, bene procedit, si sciuit se minorem esse, vt denotat
71 verbum † mendacii, quod (vt Augustinus dixit) est falsa significatio cum uoluntate fallendi, quem referunt glo. & Bald. in l. de ętate. §. si cum esset, ff. de intero. act. Ias. in l. si quis extraneus. num. 4. ff. de acqui. hæred. & sic scientiam præsupponit, secus autem si ignorauit, vt not. Abb. cons. 81. colum. 3. vol. 1. & Ang. cons. 160. colum. pen. ubi dicit, q̃ minor asserens se maiorem non perdit beneficium minoris ætatis, ni-
72 si animo decipiendi sui dixerit, qui † animus decipiendi in dubio non præsumitur, nec præsumi uidetur, nisi probata eius scientia, vt cõcludit Crauet. cons. 211. numero 9. sic declarãs & respondens contrario. At non constat, quòd Do. Federicus tunc quando se maiorem confessus fuit, sciret se minorem esse, nec in dubio præsumitur scientia, sed potius ignorantia. l. uerius. ff. de probatio. ergo patet sibi quoque beneficium restitutionis in integrum nõ esse denegandum, sed potius concedendum.
73 Ad illud verò † de læsione sua non consideranda, cum de iure quęrendo tractaret tempore renuntiationis, quo casu renuntiatiò firma manet non obstante enormissima læsione, diligentius animaduerti debet, quòd verius dicitur agi de iure quæsito, quàm quærendo inspectò tempore mortis domini Marci potius, quàm tempore renuntiationis, idque manifesta ratione demonstratur. Quoniam renuntiatio prius effectum sortiri non poterat, quàm deberet hæreditas testatoris per mortem dicti Marci sine filiis acquiri domino Federico; censetur enim renuntiatio per eum facta sub tacita conditione, si sibi renunciante deferreretur; quæ non poterat di ei delata, nisi mortuo prius domino Marco; Ita pulchrè considerant, & arguunt Ruin. consilio 104. numero secundo, volumine primo: Rip. libro primo respon. capitulo sexto, & Cephal. consilio 34. numero 18. quare patet in d. renuntiatione tractari de iure quæsito non au-
74 tem quærendo, cum & † renuntiatio sit quædam priuatio, quæ præsupponit habitum, sicque ius quæsitum. l. manumissiones, & ibi Castren. & Ias. ff. de iust. & iure. l. decem. ff. de verborum obligatio. vbi omnes notant. igitur hoc stante bene læsio debet esse considerabilis. Sed vlterius stat tex. in d. cap. quamuis. qui loquitur in bonis acquirendis, & excludit dolum;
75 igitur res est certa, q̃ uel agatur † de acquisitis, vel de acquirendis, nunquam nocet renuntiatio, nec iuramentum, si modo dolus intercesserit, nam generaliter in quacunque dispositione dolus semper censetur exclusus, etiam si præsumptus sit, hoc est reipsa causatus ex enormissima læsione. Ita clarè Ceph. concludit in allegato cons. 34. sub nu. 40. & cons. 142. nu. 19. igitur Do. Federico subueniri debet in tali casu constituto.
76 Vlterius, † in quantum dicebatur, ipsum fuisse motum ad renuntiandum suis patruelibus, quia pauperes erant, & sic intuitu pietatis, & ob id renuntiationem fuisse irreuocabilem, primò respondetur, quòd ex quo non valuisset renunciatio simpliciter, & sine debitis solennitatibus facta per dominum Federicum tunc minorem velut sapiens alienationem, ut inquit Dominus meus Riminaldus consilio 59. columna secunda, nisi causa paupertatis, & pietatis accedente, quæ concurreret in persona dictorum suorum patruelium,
77 propterea non est † standum illius assertioni, quòd essent pauperes, sed aliunde paupertas eorum probari debet, & quòd ob causam pietatis motus fuerit, per ea quę post gl. notãt scribentes in l. si donatione. C. de coll. dicentes, q̃ ex quo non ualet donatio patris in filiũ in potestate, nisi propter benemerita filii, ad iustificandum donationem non statur assertioni patris dicentis benemerita filii pręcessisse, sed

de

de veritate bene meritorum constare debet & ita Bar. Castr. Alexan. Ias. Dec. D. meus Rim. & omnes ibi, idemque Bart. in l. si forte. ff. de cas. pecul. Oldr. consi. 226. quidam episcopus, col. pen. Butri. consi. 39. in fin. & consi. 46. Anchar. consi. 248. dubium facit. Federi. de Sen. consil. 49. casus talis est. & consi. 143. concessio facta. Abbas consi. 41. videndum, col. 2. vol. 1. & consilio 71. quinq; dubia, col. 2. vol. 5. & ne omnes recenseam sigillatim, plures alii quos cumulat Dec. in d. l. si donatione, nume. 18. cum satis erit addere Cravetam in tracta. de antiqui. tem po. in prima par. nu. 63. Tiraq. in l. si vnquam. verbo donatione, nume. 91. C. de reuocan. donatio. Simonem de Pret. consi. 38. num. 6. Nattam consi. 352. Cephalum consil. 168. nu. 41. & consi. 265. nume. 17. Alcia. in tracta. de præsumptio. regu. 1. præsump. 16. nume. 2. Franciscum Becium consil. 113. nume. 24. & plene Senat. Pedem. consil. 172. colum. 1. & seq. quam cito consi. 77. nu. 25.

Secundo posito, quod stadum foret assertioni prædictæ D. Federici, non tamen inde sequitur, vt d. renunciatio dicatur facta causa pietatis; nam considerandum est, quod facta fuit dictis patruelibus, & sic consanguinis ipsius D. Federici, quo stante, posito q vere fuissent pauperes, vt asseruit, ex quo simpliciter renuntia-
78 uit, † non expresso, quod pro anima sua id faceret, non dicitur id ratione pietatis fecisse, sed ratione consanguinitatis, vt est pulcherrima doctrina Roman. in repetit. auct. similiter, colum. 1. nu. 3. C. ad l. falc. quærit enim, si pauperi consanguineo relinquat, censeatur ad pias causas relictum? Distinguit, quod aut relinquitur simpliciter, & tunc ad pias causas non censetur relictum: ex eo quia relictum consanguineo præsumitur in dubio relictum contemplatione consanguinitatis, non autem paupertatis; & sic contemplatione animæ testatoris, etiam si consanguineus præsit loco pio. l. tutor. §. quæ tutoribus. ff. de excusatio. tutor. cum similibus, aut ipsi consanguineo pauperi relictu fuit pro anima, hoc expresse dicto, & tunc censetur relictum ad pias causas, cum tunc verba testatoris hoc expresse declarent, & adsit in legatario qualitas pietatem concludens, videlicet paupertas, nam tali casu propter verba per testatorem expressa cessat præsumptio surgens ex consanguinitate, in incertis enim non au-
79 tē † in certis locus est coniecturis. l. continuus. §. cū ita. ff. de verb. oblig. l. pediculis. ff. de auro & argento legato, & hæc decisio Romani fuit de mente Bal. tam dicta auth. similiter. versiculo quæro quid si legatur, quam in l. prima, columna secunda, C. de sacrosanc. eccl. vbi dicit, relictum consanguineo pauperi pro anima fiat vt legatum pium dicatur; sicque pariter tenet Dec. consi. 120. col. 2. at nos versamur in primo casu, quia D. Federicus renuntiauit patruelib. suis, pauperes eos quidem nominando, sed nō adiiciendo pro anima, ergo præsumitur intuitu consanguinitatis motus non autem pietatis, sicque renunciatio reuocabilis permansit, cum non dicatur ad pias causas facta.

Tertio quod me quoque plurimū mouet, dico falsam fuisse causam paupertatis allegatam dictorum patruelium; quoniam constat ex diuisione fratrum eos fuisse pares in bonis, immo vero testatorem Andreæ patri d. patrueliū prælegasse columbariam, hospitium & nonnullas petias terrarum, sicque plus de bonis paternis ipsum quam cæteros fratres suos assecutum
80 fuisse, merito † renunciatio facta propter causam paupertatis allegatam non veram, nulla fuit, velut ignoranter ex falsa causa Do. Federico sugesta, vt post Dec. consil. 111. nu. 4. 7. & 8. determinat Paris. consi. 12. nume. 101. vol. 2. Nec quicquam releuat, quod D. Federicus dixerit se informatum de inopia d. patrueliū suorum, qui, vt pro posse subueniret, renūciauit eis &c. quoniam cum paupertas allegata d. patruelium non concerneret rem particularem, neq; certam, sed vniuersalem, & incertam, velut eorum patrimonium, quod in dies poterat augumentum & diminutionem recipere, & D. Federicus reperiatur notabiliter deceptus & læsus, præsumitur ignorasse uires patrimonii d. patruelium non obstante sua assertione paupertatis illorum, propt in renunciante bonis & hæreditati contingit, dicente se instructum de va-
81 lore & quantitate bonorum, nam † si reperitur notabiliter læsus, præsumitur ignorasse vires patrimonii, sibique succurritur non obstante sua assertione facta in renunciatione, vt declarat Paris. consi. 26. nu. 76. vol. 4. post Arc. in l. qui superstitis. ff. de acqu. hæred. Ruin. consi. 107. nu. 16. consi. 136. n. 14. in fin. consi. 120. nu. 12. vol. 1. & consi. 66. nu. 24. vol. 3. Ceph. cōsi. 142. n. 50. & ita cessat obiectū plurib. modis.

Postremo, quod pertinet ad deliberationē bene factam mediante consilio aduocatorum & peritorum, quos asseruit tunc D. Federicus adhibuisse, vere melius esset dicere, quod male fuerit deliberatum; quia malum consilium reportauit a prædictis, qui debuerunt considerare, quod duas habebat sorores dominus Federicus alendas, & dotandas; familiamque satis onerosam, in victu, vestitu, libris & id genus magnas impensas subibat, & in futurum maiores sibi parabantur. Vnde successionis illius auitæ augumento potius indi-
82 gebat, quam quod eam renuntiando donaret; eius enim † remissio uim quandam donationis habebat, secundum Bal. in l. venditrici. C. de reb. alien. non alien. Bar. in l. si fraudator. in prin. ff. his quæ in frau. cred. Paris. con
83 si. 65. nu. 37. vol. 3. quæ † donatio nihil aliud est, quam iactura quædam. l. filiusfam. in principio, verbo perdat. ff. de donat. Adeo quod minor etiam cum decreto iudicis donare non potest. l. fi. §. cum autem. C. si maio. fact. & ibi Bal.

nec etiam seruata solẽnitate statuti, vt post Butrig. voluit Bal. in l. 1. C. si aduers. dona. ratione prædicta, quia donare est perdere, sequitur latius Natta consi. 173. col. 1. & 2. Igitur cum re ipsa malum habuerit consilium Do. Federicus tunc iuuenis, inexpertus & imperitus, à prædictis, qui pro modica summa tale dederunt ei cõsilium, quòd pro magna non recepissent, vt vulgò dici solet, sequitur vt ipse veniat excusandus non obstante tali consilio sibi perperã præstito, vt tradit Bar. in l. bonorum, ff. de bon. poss. Bal. Sal. Alex. Dec. D. meus Rim. & ibi dixi post eos in l. iuris ignorãtia. C. qui admi. n. 24.

Et ita tandem remotis omnibus contrariis remanet optimè fundata conclusio superius firmata pro Do. Federico, ꝙ non obstante renũtiatione prædicta consequi possit auita bona relicta Do. Marco, qui sine filiis decessit, petita prius ex abundanti, seu quatenus opus sit, absolutione à iuramento præstito per eum in instrumento renunciationis, ad finem agendi, vt cõmuniter fieri consueuit.

*Hippoly. Rimin. Ferrar.*

## Pro Magnifico Domino Ioanne Baptista Moltio.

### ARGVMENTVM.

Statutũ Ferrariæ, ꝙ non fiat translatio rerũ immobilium in forensem, ver. declarantes, requirens descriptionem personæ in Aestimo communis Ferrarię, non procedit in ciue originario, nec in minore, & sufficit allibrationem esse factam ante aditionem hæreditatis, infra tamẽ breue tẽpus arbitrio iudicis.

### SVMMARIVM.

1 *Qualitas adiecta verbo intelligitur secundùm tempus verbi.*

2 *Habilitas in hæreditatibus tribus temporibus consideratur.*

3 *Qualitas à statuto requisita debet probari.*

4 *Casus omissus à statuto remanet in dispositione iuris communis.*

5 *Iure cautum non reperitur, quòd ciuis originarius, vt sit capax, requiratur allibratio personæ suæ. Immo contrarium, vt ibidem.*

6 *Quis propriè dicitur ciuis, castellanus, seu Perrigena illius Ciuitatis, Castri, seu Territorij, quid ibi natus est, licet munera non subeat.*

7 *Ciuis quis efficitur electione, i. conuentione, & per creationem.*

8 *Ciuilitas potest introduci per statutum. Item & per Principem, ibidem.*

9 *Ad substantiã ciuilitatis non requiritur scriptura. Pactum eiusdem est efficaciæ sine scriptura, vel cum scriptura. ibidem.*

10 *Receptus ad ciuitatem ad eius petitionem censetur receptus ad omnia tàm priuilegia, quàm onera.*

11 *Statutum Ferrariæ, quòd non fiat translatio rerum immobilium in forenses &c. ad fi. vers. declarãtes, requirens allibrationem in Aestimo non procedit in minoribus 25.*

*Statutum loquens generaliter & in personam non procedit in minore. ibidem.*

12 *Qualitas allibrationis, de qua per d. statutum, satis est, quòd verificetur ante aditionem hæreditatis.*

13 *Verba hæc, nisi fecerit se allibrari, posita in d. statuto quid importent.*

*Verb. fecerit, subiunctiui modi, quod in præterito, & futuro reperitur, in dubio à l. vel à statuto prolatum, intelligitur in futurum. ibidem.*

14 *Vbi aliquid agendum est intelligitur infra tempus habile.*

15 *Tempus breue quot modis dicatur.*

16 *Statuta, quæ de nihilo faciũt aliquid, non ligant aduenas, vel nouos ciues, qui possunt dici Tyrones.*

17 *Ciuis ex priuilegio habitans præsumitur habere notitiam statutorum d. Ciuitatis.*

## CONSILIVM CCXXIX.

*Auxilium meum à Domino.*

DVBITAT Excellentissimus D. Iudex aduersus magnificum Do. Ioannem Baptistam de Molciis, nam statutum, ꝙ non fiat alienatio, in fi. requirit descriptionem personæ in æstimo communis Ferrarię, ad hoc ut efficiatur capax. At licet producatur descriptio dicti Dom. Ioannis Baptistæ facta die 19. Octobris 1543. nõ videtur prodesse posse quò ad successionem bonorum & hęreditatis Do. Guidonis Strociæ, qui decesserat illo anno primo April. nam d. qualitas requisita per statutum, vt quis succedat, debet adesse tempore delatæ
1 successionis: quoniam † adiecta uerbo debet intelligi secundùm tempus verbi. l. in delictis. §. si extraneus, ff. de nox. & † habilitas in
2 hærede tribus temporibus consideratur, testamenti, mortis testatoris & aditionis. l. si alienum, §. extraneum. ff. de hæred. instit. quæ deficit hic in primis duobus temporibus. Qualitas,
3 † quę à statuto requisita probari, & verificari debet. Bartol. in l. 1. §. ait prætor, ff. ne quid in flum. publ. Alex. consi. 8. col. 4. uolu. 3. consi. 3. col. 2. uol. 4. cum simil.

Huic fundamento pluribus modis responderi potest, & Primò quidem, quòd statutum loquitur de ciue ex priuilegio, ibi *Adijcientes, quòd ciuis ex priuilegio non efficiatur capax, nisi fecerit se allibrari in æstimo cõmunis Ferrariæ.* Quid autem sit in ciue originario non dis
4 ponit, sed ille † casus remanet in dispositione iuris communis. l. commodissimè. ff. de lib. & posth. l. si extraneus. ff. de cond. ob caus. cum
5 vtrobique notatis. At iure † communi cautum non reperitur, quòd ciuis originarius, vt sit capax

pax, requiratur allibratio personæ suæ. Immo potius contrarium: quia allibratio personæ fit vt quis munera subeat, & tamen quis propriè
6 † dicitur ciuis, Castellanus, seu terrigena illius ciuitatis, Castri, seu territorii, quid ibi natus est, licet munera non subeat, vt per illum tex. tradit Bar. in l. 1. col. fin. num. 17. versic. quæro vtrum statuta. ff. ad munic. sequitur Rim. meus consil. 478. nu. 19. Vnde cum probatum sit, D. Ioannem Baptistam fuisse, & esse ciuem originarium Ferrariæ hic nascendo, meritò iam patet, nos esse præter casum huius statuti de ciue ex priuilegio loquentis. Sed quoniam memini priore loco me attentasse, hunc Do. Ioannem Bap. & fratres esse ciues ex priuilegio: quia princeps eos ciues creauit rescribēdo præcibus suis, vt magnificus Saracus & Azaiollus
7 deponunt: nam † electione. i. conuentione, & per creationem quis ciuis efficitur. l. ciues. in uers. electio. & ibi Bart. C. de incol. lib. 10. l. 1. colum. pen. vers. 2. not. num. 16. ff. ad municip. Ruin. consil. 227. colum. 1. volum. 1. & sicut ve-
8 ra † ciuilitas potest introduci per statutum secundum Bart. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsuc. l. si maritus. §. legis. ff. ad leg. Iul. de adult. Paul. de Castr. in l. nulla. ff. de leg. Ruin. d. consi. 227. Ita & per Principem, quid est lex anima-
9 ta in terris. Nec video ad substantiam † talis ciuilitatis scripturam requiri, sed duntaxat ad probationem, cum iura hoc non dicant, eiusdemq; sit efficaciæ pactum sine scriptura, vel cū scriptura, si aliis probationibus potest comprobari. l. pactum, quod bona fide. cum ibi not. C. de pact. l. contrahitur. ff. de pignor. cum simil. meritò placet & hoc caput non prætermittere, secundum quod isti fratres etiam sunt in casu victoriæ: nam si sunt ciues ex conuentione, & creatione Principis, vtique debent esse capa-
10 ces. successionis: quia † receptus ad ciuitatem ad eius petitionem, censetur receptus ad omnia tā priuilegia, quàm onera Castri, in l. si Ruffinus. C. de test. milit. & per Bal. post Petr. in l. quod fauore. septima, oppo. C. de leg. cum simil.
11 Nec obstat † statutum requirēs allibrationem in æstimo: quia primò dici potest, tale statutum generaliter loquens, & in personam, nō habere locum in isto Do. Ioanne Baptista tunc ætatis annorum 15. & adhuc nondum annorū 25. tantoque minus in fratribus suis illo quoque iunioribus. Ita voluit Do. Ziliolus de Crema inter consil. Bald. consilio 135. articulus sicue casus talis est. colum. 3. numero 6. volum. 3. in nouis. cui Do. Phillippus de Cassolis & Bal. se subscripserunt, sic limitantes tex. in l. fine hærede. §. Lucius. ff. de adim. tut. de mente Bart. ibi in suo summario, quatenus dixit, quòd cō suetudo, quæ respicit rem, sicut ligat maiores, ita & minores sensit enim secus esse si personā respiciat, vt postmodum clarè doctores citati dicunt, quos refert & sequitur etiam Socin. consi. 124. nu. 3. vol. 3.

Secundò posito, quòd tale statutum minores quoque ligaret, adhuc dici potest, non esse
12 necesse † d. qualitatem allibrationis concurrere tempore testamenti, vel delatæ successionis vt in dubiis dicitur, sed satis est, quòd postea verificetur ante aditionem hæreditatis, vt colligitur ex doctrina Bartoli in l. ventre. colum. 3. versic. tertius casus. ff. de acquiren. hæred. dum vult, quòd stante tali statuto hęres decedens ante allibrationem transmittat hæreditatem non aditam. Hinc enim patet, non esse necessarium, quòd allibratio præcedat delationem hæreditatis, sed sufficit eam fieri post, sicque ponderat, & deducit illam doctrinam Bartoli Socin. Iun. consi. 18. numero 19. volumine 3. quam dicit esse communiter receptam, eamque pariter sequitur Ruin. consilio 71. colum. 1. volumine 1. & horum sententia confirmari potest egregia ratione, nam statutum dicit, ꝙ ciuis ex priuilegio non efficiatur capax, nisi se
13 cerit se allibrari, pondero illud † verbum fecerit, subiunctiui modi, quod in præterito & futuro reperitur, nam in dubio à lege vel statuto prolatum intelligitur in futuro: quia de natura legum & statutorum est, dare formam futuris. l. leges. ff. de leg. Ita Bar. Imola, Cum. & Socin. in l. solemus. ff. de condi. & demonstr. Castr. in l. cum lex. ff. de leg. Ang. Aret. instit. de leg. in prin. Ias. in l. qui Romæ. §. Augerius. colum. 3. ff. de verbo. obligat. sensus est igitur huius statuti, quòd talis ciuis non efficiatur ea pax successioni delatæ, nisi fecerit, scilicet in futurum se allibrari post d. successionem delatam, non autem vult, quod in præteritum, & ante casum successionis fuerit allibratus. Etsi dicatur, secundùm hoc talem ciuem nunquam incapacem, futurum esse: quia semper poterit se allibrari facere. Vnde secundùm hanc intelligentiam statutum hoc nunquā pos-
14 set verificari. Respondetur in † actu præfato allibrationis inesse tacitum tempus, idest, quod fiat, iux. l. continuus. §. cum ita. ff. de uerb. obligatio. quod totum iudicis arbitrio relinquendum est, ut ibi not. & legitur. Sic ergo statutū hoc intelligitur, quòd ciuis ex priuilegio non efficiatur capax, nisi fecerit se allibrari infra tēpus habile iudicis arbitrio relinquendum, qđ hic factum dici potest, velut infra mensem, infra quem velut breue tempus licuit purgare moram non factæ allibrationis post delatā suc-
15 cessionem, sic enim † tale reputari debet breue tempus, vt in alio proposito reputat duos menses Fulg. consi. 7. col. 4. Quadrimestre verò non modicum tempus, Rip. in l. si insulam. num. 36. ff. de verbor. obligat. minusque 11. mē sium Corn. consi. 149. col. pen. vol. 4. nec anni. Dec. consil. 452. nu. 20.

Tertiò posito, ꝙ statutū hoc requireret qualitatem prædictam allibrationis concurrere tē pore delatæ successionis, adhuc tamen D. Ioannes

nes Baptista factus ciuis nouellus ex priuilegio
deberet excusari, si tunc temporis eam non fe
cisset interuenire, sed post, prout fecit, per do
ctri. Bal. singularem in l. data opera. col. 6. vers.
quandoque de nihilo statuta C. qui accus. non
16 poss. vbi dicit quód † quando statuta de nihilo
faciunt aliquid, puta quòd quædam res non pos-
sint vendi, vel quòd incolæ non possint stare
propè tabernam, vel similia, quæ de iure com-
muni nec materiæ, nec forma sunt nomen ali-
cuius delicti, tale statutum non ligat aduenas,
vel nouos ciues, qui possunt dici tirones, qui
propter iustam ignorantiam excusantur. Sic. n.
dicamus in casu nostro, quòd hoc statutum volens
ciuē ex priuilegio non effici capacem, nisi fe-
cerit se allibrari in æstimo communis Ferrariæ
quę res de iure communi nō sonat in aliquod
nomen delicti, non debet ligare d. Do. Ioan-
nem Baptistam ciuem nouellum, sed excusari
debet, si non seruauit illud ad vnguem, & tem-
pore præfixo: debet enim tale statutum restrin
gi, & interpretari in ciue ex priuilegio prius
notitiam habente de hoc statuto, velut habi-
17 tante Ferrariæ, nam bene talis † pręsumitur
habere scientiam statutorum dictæ ciuitatis, vt
per Alexan. consi. 175. vol. 6. Craue. consi. 151.
num. 24. quos adduxi in addit. Do. mei. Rimi.
consilio 190. in prima addit. & hæc dubium res
soluunt omnino, tum quia non sumus in ciue
ex priuilegio: tum quòd si essemus in eo. d. sta-
tutum non haberet locum in d. Do. Io. Bapti-
sta minore, & posito quòd haberet locum, sufficit
dictā qualitatem verificari post, infra tempus
habile iudicis arbitrio. Demumque quòd Do.
Ioan. Baptista velut ciuis nouellus esset excu-
sandus, vt ex prædictis patet.

Et hæc sufficiant disertissimo viro, & do-
mino meo obseruandissimo iudici in hac cau-
sa, qui pro iustitia & æquitate scripta famu-
lantibus parti nostræ non deficiet, vt bene
speramus.

*Hippo. Rimin. Ferrar.*

## Pro magnifico & reuerendo Do. Alberto Flasco Canonico Ferrariæ.

### ARGVMENTVM.

Canonico electo per resignationem factam in ma
nibus Summi Pontificis, eique assignato
stallo in choro post obitum resignantis non
requiritur noua installatio, sed prior atten-
ditur. Item canonicus electus pręfertur me-
dio tempore creato.

### *SVMARIVM.*

1 *Per assignationem stalli in choro quæritur possessio iuris canonicalis.*

2 *Si Papa mandet aliquem recipi in fratrem, & Canonicum, sibique assignari locum in capitulo & stallum in choro per talem receptionem acquiritur ius Canonia.*

3 *Clausula, cum plenitudine iuris Canonicalis, quid operetur.*

4 *Renunciatio est priuatio.*

5 *Effectus renunciationis est, vt altero refutante, alter acquirat.*

6 *Res renunciantis acquiritur renuncianti.*

7 *Possessio rerum immobilium temporalium quæritur sola insistentia.*

8 *In Possessorio debet fieri fundamentum, vt ex tunc.*

9 *Possessio semel quæsita animo retinetur.*

10 *Possessio non amittitur nisi spatio 10. annorum.*

11 *Non dicitur attentasse, quod possessionem continuat.*

12 *Ille propriè dicitur attentare, quid facit actum sine aliqua rationabili causa.*

13 *Cumulatio petitorij cum possessorio procedit parte non opponente.*

14 *Canonicus prius receptus in fratrem & Canonicum authoritate Papæ in sessionibus debet præferri recepto postea.*

15 *In materia Canonicatus ad constituendum quem antiquiorem consideratur tempus receptionis, & non ætas.*

16 *Qui de præsenti capere non potest, spes tamen est, quòd in futurum capere possit, posteriores excludit.*

17 *Licentiatus ad sumēdos doctoreos gradus præfertur doctorato medio tempore.*

*Quæ opinio communis est, ibidem.*

*Et ita fuit iudicatum Ferrariæ in persona auctoris. eod num. 17.*

*Quæ autem ratio inter alias afferatur. 18.*

19 *Canonicus electus præfertur Canonico facto medio tempore.*

20 *In summarijs cessat penitus oppositio iuris tertij.*

21 *Per resignationem liberam factam in manibus Pontificis amittitur ciuilis, & naturalis possessio.*

22 *Reseruatio præcaria non remouet possessionem ciuilem, sed naturalem tantùm.*

23 *Reseruatio sequens post resignationem sic debet intelligi, vt reducatur ad concordiam cum resignatione.*

24 *In qualibet dispositione per distinctionem tollitur contrarietas.*

## CONSILIVM. CCXXX.

*Auxilium meum à Domino.*

CIRCA possessorium, de quo cō-
tenditur inter reuerendum Do.
Albertum Flascum, & Reueren-
dum Do. Hippolitum Perundos-
lum, puto rem satis esse claram
pro d. reuerendo D. Alberto, stante assignatio
ne stalli sibi facta in choro legitimè de anno
1 1547. per † quam sibi quęsita fuit possessio iu
ris Canonicalis, vt firmat Innoc. in c. in lite-
ris de restit. spol. Bald. in l. 4. col. 9. vers. su-
per

per C.de ser. & aqu. Abb.in c.cum super,nu.
17.ad fin.de caus.poss.& pro. Rom. consi.482.
num.2.& cum prius Papa mandauerit,eum re-
cipi in fratrem & Canonicum,sibique assigna
ri locum in capitulo & stallum in choro , nam
2 per † talem receptionem secutam ius Canonię
dicitur sibi fuisse quæsitum,prout tradit Host.
in c.statuimus.de maioritat.& ob. sequitur Fe-
der. de Sen.consi.280.num.6. tantoque magis,
quòd in breui fuit apposita clausula illa , cum
3 plenitudine iuris Canonicalis,quæ † operatur
quòd eo installato haberet interesse in diuinis,
& haberet quotidianas distributiones, vt tra-
dit Butr.in c.cum M. in fin. de constit. & in c.
pro illorum.de cōc.præb. ad fin. lateque tradit
Gomes.in tract.de grat.& expect. num.38.vbi
concludit, sic creatum in Canonicum habere
quasi possessionem iuris Canonicalis, & esse
verum Canonicum,confirmatque præterea ista
te renunciatione,& libera resignatione in ma-
nibus summi Pontif.facta prius per reueren-
4 dum Do.Agamemnonem,cum enim † renun-
tiatio nihil aliud sit,quàm priuatio, ut tradit
Soc.consi.189.uol.1.& reuerendo Do. Alber-
to Sum.Pontifex id contulerit, fateri oportet,
ius renunciatum sibi quęsitum fuisse, cum hic
5 sit renunciationis † effectus, ut altero refutan-
te alter acquirat,ne res sit in suspenso,vt tradit
Host.in sum.de renunt.§.quis sit effectus. sicq;
6 res renunciantis † acquiritur renuncianti. l.
actionem.C.de pact.Castr.in l.ii.§. inde Nera-
tius.ff.ad treb. Aret.in l.planè.§.si duobus.col.
5.ff.de leg.1.Rub.in l.pater filium, num.143.ff.
de inoffic.test.Hiero. Gabriel. consil.11. num.
30.& cum sæpius sederit in dicto stallo,dicitur
ex tali insistentia sibi quæsita possessio ipsius
7 stalli,quia † possessio rerum corporalium im-
mobilium quæritur sola insistentia. vt tradit
Bar.in l.stipulatio ista.§.hæc quoque.ff. de ver
bo.obligation.nu.3.Ias.nu.4.Bald.consilio 20
in quęstione quæ uertitur ad fin. volum. 5.An
gel.Aret.in §.sic itaque, num.7. inst. de actio.
Soc.consil.131.col.2.uol.1.Corn.cons. 282.n.
4.volum.1.Dec.cons.56.nu.3.& cons.400.nu.
3.& 4.Alba cons.64.num.18.Balb.in l.Celsus.
num.135.ff.de usuc. & Menoch.de rec. poss.re
med.3.num.161.

Nec fieri debet fundamentum in hoc posses-
8 sorio, † vt ex nunc. non autem vt ex tunc,pro-
ut putat pars aduersa, immo totum contrarium
per doctr.Bald.in d.l.2.col. 10.vers. sed pone
C.de seruit.& aqu.vbi dicit,quòd si aliquis diu se-
dit in choro tamquam Canonicus: qui tamen
non erat,si postmodum Papa eum fecit Cano-
nicum non requiritur noua installatio, sed
prior attendi debet. Posito ergo quod reueren
dus Do.Albertus non fuisset uerus Canoni-
cus (quod tamen est falsum) & tunc uerè fie-
ret Canonicus vt putat pars aduersa, tamen
uis in antiqua installatione fieri debet,& quod
inquit Bal.quòd diu steterat in choro, & capi-
tulo, potest intelligi, nedum quòd diutinè
& continuato tempore steterit in possessione
sed quod etiam diu steterit,hoc est,adeptus fuerit
possessionem, licet non diutius in ea steterit,
inter hæc namque uis fieri non debet, cum il-
9 la † possessio quæsita semel animo possit reti-
neri.l.3.§.in amittenda. l. quemadmodum. ff.
de acquir.possess.cum vtrobique not. sicq; fue
rit retenta per reuerendum Do.Albertum,nec
10 † amissa per eum postquam diutinum tempus
annorum 10.non fuit elapsum ab eo tempore
citra,iuxta not.per Bar.& Castr.& Alexan.post
alios in l.si de eo.§.si forte.ff.de acq.poss. Hinc
que resoluitur oppositio facta ex aduerso de
reuocatione attentatorum: quoniam cum Re
uerendus Do.Albertus iam possessionem fuis
set adeptus, nec eam amisisset ingrediendo
possessionem mortuo reuerendo D.Pasquales
11 to, non dicitur † attentasse, sed continuasse
possessionem vtendo illa,sicut ante fuerat vsus
iuxta glo.notab. quam ibi doct. sequuntur, in
c.non solum. de app. in 6. sequitur Alex.cons.
99.col.2.vol.5. Card. in clem. fin.ut lit. pend.
Dec.cons.103.Capici.decis.72.Io.Monach.in
c.cupientes.§.quòd si per viginti.num. 138.de
elect.lib.6.Bero.q. famil. 120.num.13. Man-
fredus noster Ferrariensis libro primo de atten
tatis.parte.7.n.35. Ratioque in promptu adser
ri potest , vt ille subdit in 9. parte , in princi.
12 quia † ille propriè dicitur attentare,qui facit
actum sine aliqua rationabili causa.c.quamuis
in princ. à contrario sensu, & ibi not. expres-
sè Gem.num.1.de off. ordin. Quod dici non
potest in continuante possessionem suam: &
quoniam ad colorandum possessorium cumu
latum est in præsenti causa petitorium, proce-
13 dit † cumulatio parte non opponente, vt
per Imol.in l.naturaliter.§. nihil commune.ff.
de acquir.poss.quem sequitur Alexand.nume
ro 91.Ias. numero 161. cæterique scribentes
vt refert Bologni.num.29.& Claud. Marmen.
num.55.dicam aliqua super eo quo clarior fiat
conclusio superius facta in possessorio pro re-
uerendo domino Alberto , dicens quòd cum
14 prius † receptus fuerit in fratrem, & canoni-
cum auctoritate Papæ quàm pars aduersa,præfer
ri debet illi in sessionibus, secundùm Innoce.
Ioan. Andr. Butri. Abb. & Felyn.post alios in
15 c.statuimus.de maio.& obed.nam tempus † re
ceptionis ad constituendum quem antiquio-
rem in hac materia consideratur non ætas, vt
per glos.not.in c.fin.de consu. in sexto, Felyn.
in c. cum omnes, numero 35. de constit. Boer.
in tract.de aut.ma.cons. num.80.Secundò cō n
16 firmatur, nam quòd † de præsenti capere non
potest,spes tamen est,quòd in futurum capere pos
sit,posteriores excludit.Bart.in l.1.§. qui habe
bat.ff.de bonor.poss.cont.tab.Paris.cons.117.
num.19.vol.4.At reuerendus dominus Alber-
tos tempore vitæ reuerendi Do. Agamemno-
nis sperabat posse capere in futurum præben-
dam,

dam,& fructus decedente illo, ergo debuit excludere posse partem aduersam in sessionibus, & aliis, quæ ad præcedentiam spectant. Tertio me valde mouet exemplum licentiati, quo do-
17 ctores vtuntur in actu præcedentiæ, is enim † præfertur doctorato medio tempore inter licentiam suam, & gradus post susceptos, vt voluit Rayner.& Nicol.de Neapo.in l.1.C.de consul. lib.12.Cald.in c.capitulum sanctæ Cruc.de rescri.Maria.in c.quanto.de magis.Arc.in §.quędam.colum.8.de actio.Alex.in apostill.ad Bar. in l.1.ff.de obseq.à liber.Felyn.in rubr.de maior.& obed.& in c.clerici.& post eum Dec. de iudit.Socin.consilio 70.volumine 4. Aret.in l. nec quis ex corpore. C. de aduoc. diuer. Ind. Lup.in rubr.de donat.inter vir. & vxor. §. 38. Boer.in tract.de auctor.mag.consf.num.98.Tiraquel.de legib.connubi.in 15.lege.numero 5. Dec.& Purp.in l.cum quid.ff. si cert.pet.qui testantur hanc esse communem, sicut & magis communem,& tenendam testatur Anton.Gabriel. Roman.in suis conclusionibus in titulo de maior.& ob.lib.6.concl. prima, & idem tenet Rol. à Valle consi.11.num.23.volum.2. Port.Imol. in conclu.lib.5.conclus.22.& nouissimè Menoch.fine resolutione loquens de arbitr.Iud. lib.2.Centur.4.casu 379.sed satis est hanc esse communem, & ita fuit iudicatum per magnificum Collegium nostrum Ferrariæ superioribus annis in persona mea, qui licentiatus erã quòd deberem præcedere Ronchegallum, Ventum & Magnanimum doctoratos medio tempore, vt etiam retuli instit. quib. alien. lic. vel non, in princip. numero 99. & sequenti. inter enim varias rationes, quibus fundatur illa com-
18 munis conclusio, † illa datur, quòd ab initio tempore sibi datæ licentię consecutus fuit doctoratum, ita quòd non videtur illum postea de nouo consequi, meritò præfertur illis, qui medio tempore consequuntur doctoratum. l. pen.& quod ibi doct.C.de consul.libr. 12. Sic
19 enim dici potest in casu nostro, quòd † Canonicus electus, vt in casu nostro, dicatur ab initio consecuutus Canonicatum, ita quòd mortuo resignante, non videtur illum de nouo consequi, meritò Canonicis medii temporis præferatur, & ex his possessio reuerendi domini Alberti magis iustificatur, & colorata redditur, vt iure meritò sit in ea conseruandus, tantoque magis quia aduersa pars est in eadem naui, cum & ipsi facta sit resignatio cum reseruatione, & tamen præcedit canonicos, qui fiunt in dies, ergo & ipsa præcedi debet à reuerendo domino Alberto.l.viro atque vxore, est ibi not.ff.solut.matr.

Nec à prædictis me mouet reseruatio quædam, quæ facta proponitur ex aduerso per reuerendum dominum Agamemnonem: quoniam vltra quòd dici posset, oppositionē huius iuris ad reseruantem spectare non ad tertium,
20 qualis in hoc est pars aduersa. Nã † in his sum-

mariis cessat penitus oppositio iuris tertii secũdùm Castren.in l.ille à quo §.si de testamento. ff.ad treb.Alexan.in l.fi.C.de edic.diui.Adria. numero 20.Ruin.consilio 129.col.penul. volumine secundo, dico ego, quòd cum prius resignatio libera reuerendi domini Agamemnonis præcesserit in manibus Summi Pont. per
21 quam † ius & ciuilem & naturalem possessionem amisit, vt tradit Gomes.in regul. Cancel. in reg.de publi.resigna.quæst. 2. idque totum ius acquisitum fuerit reuerendo Do. Alberto prout supra dixi, & postmodum dicta reseruatio facta fuerit de expresso reuerendi domini Alberti consensu, patet eam fuisse precariam,
22 † quæ non remouit possessionem ciuilem ab eo, sed naturalem tantùm transtulit in reuerēdum dominum Agamemnonem, prout est casus in l.& habet.§.eum.ff.de precar.& quę postmodum per mortem reuerendi domini Agamemnonis consolidata fuit cum ciuili in persona reuerendi domini Alberti, secundũ Abb. in c.cũ venissent, col.2.vers.vltimò inducitur. de rest. spol.Bal.in l.1.q.46.ff.de rer. diuis. cũ
23 simil. & † reseruatio seqnens post resignationem sic debet intelligi, vt reducatur ad concordiam cum resignatione per quandam distinctionem, iux. decis.Bart.Bald.& cæterorum in l.scriptura.C. de fide.instru. Bart.in l. fin. §. idem quæsiit.ff.de lib.leg.sic enim in qualibet
24 † dispositione cautum est, vt per distinctionē contrarietas tollatur, vt tradit Alex. consilio 140. viso testamento, colum. 4. volum.2. Dec. consi.399.col.2.consi.602.col. 2. nam & vulgò dici consueuit, distingue tempora, & concordabis scripturas, vnde reseruatio debet intelligi, quò ad commoditatem tantùm, & naturalem possessionem, resignatio verò respectu pro-
25 prietatis, & ciuilis possessionis, quę † itra sic separata penes duos eodem tempore esse possunt.§.1.inst.de vsufr.not.in l.3.§.ex contrario ff.de acquir.poss.

Et hæc in præsenti causa sufficiant, remotis multis nugis propositis ex aduerso non necessariis.

*Hippo.Rimin.Ferrar.*

## Pro filio legitimato D.Mauri.

### ARGVMENTVM.

Filius legitimatus simpliciter, & absolutè stantibus filiabus naturalibus & legitimis cũ eis cōcurrit in legitima, & aliqua de statuto, si filia sit contēta &c. plura de legitimatione.

### SVMARIVM.

1 *Cui data est simpliciter facultas legitimandi non intelligitur data existentibus filijs legitimis, sed requiritur quòd expressè fuerit data potestas legitimandi*

*timandi stantibus filijs legitimis & naturalibus.& 28.*
*Cuius ratio habetur.2.*
*Potestas legitimandi est de reseruatis principi.ibidē*
*Ideo is,cui concessa fuit,eam non habet, nisi quatenus expressum fuit.3.*
4 *Vbi potestas alicui reseruata est tanquam superiori, inferior non potest apponere manum,nisi quatenus sibi concessum est.*
5 *Legitimatio facta non praiudicat filijs in legitima. vt minuatur illis non citatis.*
*Respondetur nu.30.& seq.*
*Ratio explicatur nu.6.*
*Legitima vt praiudicetur requiritur specialis mentio ibidem.*
7 *Statutum, quòd filia sit contenta &c.limitatur. & num.10.& 35.*
8 *Sententia facit de indebito debitum.*
9 *Exceptio peremptoria non potest opponi post sententiam.*
11 *Licet iudici ex causa transgredi statutum, secundum communem opin.*
12 *Dictum Innocen.in cap.1.de constit. defendit Assessores,quando statuta transgrediuntur.*
13 *Clausula sine praiudicio venientium ab intestato operatur, quòd non potest ex testamento auferre legitimam filijs legitimis.*
14 *Filius legitimatus debet habere legitimam iure natura debitam.*
*Et sic in legitima concurrit cum legitimis, alioquin sequeretur absurdum,de quo nu.15.*
*Quod quidem procedit in simplici & absoluta legitimatione, secus si esset facta sine praiudicio legitimorum, vel etiam habilitatus ad aliquam portionem.16.*
17 *Legitimationis proprietas qua sit, & quid sit proprium dispensationis.*
18 *Quando dicatur agi de legitimatione in ampla forma.*
19 *In legitimatione quibus verbis includantur filia,& tollatur citatio.*
20 *Potestas Comitis legitimantis pendet à facultate sibi concessa.*
21 *Tenor priuilegij principis Cōcedentis facultatem Comiti legitimandi debet diligenter inspici.*
22 *Verba illa in legitimatione posita, quoad ea bona,de quibus liberè potest disponere, non operantur quo minus filius dicatur legitimatus,licet effectus successionis fuerit limitatus.*
*Item nec verba illa referuntur ad legitimā filiarū stante statuto,quòd filia sit contenta.23.*
*Sed fuerunt prolata respectu bonorum feudalium seu fideicommisso subiectorum.24.*
25 *Non est credendum beneficium conferri cum alterius iactura.*
26 *Filia non dicuntur habere spem probabilem in legitima viuente patre.*
27 *Ciuis,& iurisconsultus prasumitur scire statutum ciuitatis.*
29 *Expressa nocent,qua non expressa non nocerent.*
31 *Clausula nulla lege communi, vel speciali,& feudali in corporre iuris clausa non operatur, quòd Comes,cui talis potestas concessa est in legitimando, possit filijs in legitima praiudicare.*
32 *Legitima competens filijs est pro eorum numero.*
33 *Sententia debet interpretari secundùm ius commune, vt in statuto & lege.*
*Item debet referri ad intellectum iuris.*

## CONSILIVM. CCXXXI.

### *Auxilium meum à Domino.*

ADVCITVR,quòd filiæ Mauri debent habere integram legitimam, quę est tertia pars bonorum,non obstante filio legitimato per Do.Maurum, primò quia
1 † cui data est simpliciter facultas legitimandi, non intelligitur data existentibus filiis legitimis,vt tradit Cast.consilio 225.super eo, quod primo loco.columna 2. in antiqui. arg.tex. in §.illud tamen.in auct.qui mo.nat.effi.sui. & in §.sit igitur,in auct.quib mod. nat. eff. legit. sequitur Socin. in l. Gallus. §. & quid si tantùm,numero 27.ff.de lib. & post. in prima limita.Iason num.97.post Castr.circa fin.& Alexand.consilio 187.col.37.vol.5.qui requirunt quòd data fuerit potestas expressa Comiti legitimandi, etiam stantibus filiis legitimis & naturalibus, vt ego retuli consilio 23. nume-
2 ro 345. † Ratioque uidetur in promptu : quia legitimandi potestas est de reseruatis principi c.per venerabilem. cum ibi not. qui fil. sint leg.Lud.de Sard.in tract.de legit.§. de legitimatione per rescriptum, quæstione 8.numero
3 18.Vnde is cui concessa fuit, † eam non habet, nisi quatenus expressum fuit, vt inquit Bald.in c.1.§. naturales. in fin. si de feu. fuer.
4 contr.ea ratione : quia quando potestas † est alicui reseruata, tanquam superiori, inferior manum non potest apponere, nisi eatenus, quatenus à superiore concedatur c. 1. iunct. glos.quę sint rega.c.1.cum ibi not. de transla. episc.Bero. confirmans consilio 176. numero 12.& consil. 177.numero 70.uoiumine 2.Frāc. Becius consi.36,colum.3.
5 Secundò confirmatur: quia † legitimatio facta non pręiudicat filiis in legitima, vt minuatur illis non citatis.Castr. in d. §. & quid si tantùm, numero 16.Soci.col.penul.versi. tertia & vltim.conclusio,Imol.in c.nisi.§.personæ.
6 de renunt.præsertim quia non est † verisimile, quòd legitimatio factā etiam sub verbis generalibus, & plenis tangat legitimam, ad cuius præiudicium requiritur specialis mentio.l. si quando.§. generaliter. C. de inoffi. test. & ibi Iason post alios,dominus meus Riminal. consilio 443.numero 74. & Franc. Becius consilio 29.numero 1.

Tertiò corroborari dicitur hæc opin.ex sententia reuerendi D.Episcopi Casal. quæ uult inte-

integram legitimā deberi filiabus Mauri,qua-
tenus condemnatur adueniente morte ſua re-
linquere illis tantū, qđ aſcendat ad ſupplemẽ
tum legitimæ. Ex quibus infertur, quòd exce
ptio quæ ſit per Maurum de legitimatione fi-
7 lii,& vltra † de ſtatuto quòd filia ſit contenta,
vbi dicitur, quòd filia non poſsit quid petere
occaſione legitimæ vltra datum à patre pro
dote nō procedit ſtāte legitimato de cōſenſu,
& voluntate patris, nec obſtat quominus legi
tima integra debeatur filiabus ſuis: quia eſt im
pugnatiua ſententię, ideo non poteſt opponi
8 velut reiecta auctoritate ipſius ſententiæ,† quę
facit de indebito debitum l.fin.C.de cond.in-
9 deb.l.1.de re iudic. & peremptoria † exceptio
non poteſt opponi poſt ſententiam.l.2.C.ſent.
reſcin.non poſſe.Cephal.conſilio 180.numero
10 7.ſed vlterius ſubiungitur † d. ſtatutum non
obſtare: potuit enim reuerendiſsimus Do.Iu-
dex moueri ad iudicandum contra illud,per il-
lud quod tradit Caſtr.conſilio 110. ſuper pri-
mo quæſito,in ſecundo dubio,in antiq. quòd ſi
videtur iudici,dotem eſſe indiſcretam,filia po
teſt non obſtante dicto ſtatuto ſupplementum
petere, quod relinquitur arbitrio iudicis,quan
do ex magno exceſſu filia dicatur eſſe minus in
congruè dotata, ſequitur Bald.nouell.in tract.
dot. in 6.parte. ſpeciali 15.colum.7.Cur.Iun.
in auctent. res quæ C.communi.de leg.Alciat. in
tract.de præſumpt.in prima regu.in 2.præſum.
num.8.Alexand. conſilio 32. ad fin. volumine
4.Iaſon conſi.133.numero 4.& 17.colum.ſeq.
volum. 4.Ruin.conſilio 56.num. 15. volum.3.
& in terminis ſtatuti noſtri Ferrariæ Cur.Sen.
conſilio 27.nu.38.& D.meus Rimin. conſilio
332.num.10.ſed in caſu noſtro Maurus filios
legitimos tunc non habebat,& promiſerat etiā
bona ſua poſt mortem ſuam ſuis filiabus. Vn-
de uiſum fuit Do. Iudici legitimato filio, &
fraudatis filiabus promiſione ſua,quòd ipſæ di
cerentur incongruè dotatæ magno exceſſu, &
ideo voluit eis deberi ſupplementum non ob-
ſtante dicto ſtatuto: licuitque ſibi illud ex cau-
11 ſa præfata † tranſgredi, iuxt.doctrinam Bart.
in l.quid ergo §.pœna grauior. in fin. ff. de his
qui not.infam.quod etiam voluit Innoc. And.
Sic.& Fely.in c.primo, de conſtit.fallen. 7.Ia-
ſon in l.1.C.de præcib.imper.offi.& Dec. in ca
pit.de cauſis, columna pen.de offi.del. & licet
Bald.in d.§. pœna grauior.lect.ſecunda contra
ſenſerit in ſtatuto, quia pręciſè ſeruandum eſt,
& iudex iurauit ſeruare ſtatuta. Idemque di-
xit in l.1.C.ſi aduerſ.del.tamen ( vt inquit De
ci.in d.c.de cauſis colum. fi. ) communis opin.
eſt in oppoſitum,& ita tenet ipſemet Bald in l.
& ſi ſeuerior.columna 2.verſiculo.& ex præfa-
tis.C.ex quib.cauſ.infam.irrog. ſequitur Abb.
in c.ſecundo,de delic.pue. Fulg. conſilio 124.
columna fi.Aret. conſilio 131.in fin.nam ratio
quæ eſt in iure,quòd tranſgredi poteſt ex cauſa
procedit etiam in ſtatuto, vnde dicit Bal.in c.

12 2.de re iud. quòd dictum † Innocentii in c. 1.
de conſt. defendit aſſeſſores, quando ſtatuta
tranſgrediuntur.Alexan. conſilio 139. colum.
1.volum.1. Iaſon conſil.154.colum antepen.
conſilio 184.colum.penul.& conſilio 202.col.
fin.volum.2.Fabi. in auct. nouiſsima, numero
26.& ibidem Iaſon numero 14.Bero. conſilio
57.num.40.conſi.136.in prin.& conſilio 172.
num.37.vol.2.Ruin. conſi.84.num.5.volum.
3.cum ſim.per Rol.à Valle conſi.67. num. 20.
& conſi.97.nu.51.volum.3.Cephal.conſi.276.
n.5. id amplians etiam ſi poſt legitimationem
alii naſcantur ex legitimo matrimonio, poſt
Pariſium conſi.10.nu.75.vol.2.

Vltimò dicitur non conſtare de aliqua legi-
timatione, & caſu quo adſit, veriſimile fore, quòd
13 in ea adſit clauſula † conſueta, ſine præiuditio
venientium ab inteſtato, quæ operatur, quòd
non poteſt ex teſtamento auferri legitima filiis
legitimis, ſed ſalua eis legitima in reſiduo tan
tùm poteſt ſuccedere legitimatus, Caſtr. in d.
§.& quid ſi tantùm, columna penul. poſt Ioan.
Andr.in addit.ſpecul.in titulo de ſucceſ. ab in
teſt.ante fin.Alexand.conſilio 182.volum.5.cū
ſimil.ex quibus concluditur integram legiti-
mam deberi his filiabus.

Iſtis tamen non obſtantibus teneo, quòd
iſtæ filiæ non debeant habere integram legiti-
mam prout petunt, ſed quòd cum eis concur-
rat hic filius legitimatus, & in d. legitima par-
14 tem faciat.Moueor: nam filius † quantuncun-
que legitimatus debet habere legitimam iure
naturæ ſibi debitam,adeo quòd ſi fuerit præte
ritus rumpit teſtamentum,prout voluit Iacob.
de Beluiſ.quem refert & ſequitur Pet.de Anc.
conſilio 225. videtur prima facie. col. penul.
Bald.in c.de cauſis.colum.penul.verſicul.nota
quòd iura.de offi.deleg.cum aliis per Dec.cō
ſilio 257.colum.2.Curt.conſilio 13.colum.4.
uerſiculo legitimato debetur, Pariſ.conſil.55.
nu.3.volum.3.& plenius conſ.7. colum. 2.uol.
ſecundo,quo fit; vt neceſſe ſit dicere, eum face
re partem in legitima eum filiis legitimis,aliàs
15 ſequeretur † vnum abſurdum, quòd pater te-
neretur ad duas legitimas, vnam legitimato,
alteram filiis legitimis, quod iure non reperi-
tur, nec dici debet, & cum mecum præcogi-
taſſem hanc rationē, poſtea reuoluendo mul-
tos libros inueni tandem Catellianum Cot-
tam libro ſuo memorialium in verbo legitima
tio ſpurii,qui in terminis dictam rationem fa-
cit, citatque eo loco Socinum conſ.246.col.4.
volum. ſecundo, dicentem, quòd non reperit
hoc in ſpecie tactum, & in diſpenſato conclu-
dentem, quòd non minuat legitimam legiti-
mis debitam,ſed cum caſus in facto contigiſ-
ſet,ſubdit Cotta,ventum fuit in hanc ſenten-
16 tiam per aliquos ſolemnes Doctores, † quòd
ſimplex & abſoluta legitimatio à patre facta
minuat legitimam, ſecus ſi eſſet facta ſine præ
iuditio legitimorum, vt ſentit Paul. de Caſtr.
in

in d.§.& quid si tantùm,num.16.vel etiam habilitatus ad aliquam portionem secundū Soc. in d.cons.246.colum.4.quia tunc eam non minueret. Nos autem sumus in simplici & absoluta legitimatione,si proprietatem legitimatio-
17 nis intueamur, quæ † est abolere maculam & defectum natalium, seu natalibus restituere, dispensare verò est tollere obstantiam defectus, videlicet,quòd quis possit succedere non obstante defectu natalium,& quòd sit spurius, vt tradit Butr.in c.per venerabilem.qui fil. sint leg.car.antepen.vers. nunc vltimò videamus, sequitur Gozad.consi.6.num.62.sed hic filius ad legitima natalium iura fuit redactus, & defectus natalium,omnisque macula,& rubor cōceptionis, & natiuitatis in eo fuerunt sublata: dispositumque fuit, quòd d. legitimatio retro trahatur ad tempus natiuitatis,& conceptionis dicti filii, eoque iure, modo, & forma sit, quibus esset, si legitimus semper fuisset, & ex legitimo matrimonio natus,& procreatus,concessumque sibi fuit, vt ad omnes successiones paternam, maternam, agnatorum, & cognatorum & alias quascunq; etiam extraneorum, ex testamento, vel ab intestato possit venire, prout longè plenius in instrumento legitimationis apparet,ipsius Comitis ad hæc potestatem habentis,vt in cōcessione Pauli III. Pont.
18 Max.videri potest.Quibus stantibus † indubitanter dicitur, agi de legitimatione in ampla forma, non autem de dispensatione,vt per Deci.cons.258.columna fin.in princip.latius Goza,cons.6.num.62.Paris.cons.7.num.15.vol.2. Ruin.cons.75.num.13.& cons.86.num. 6. volum. 3.Alba consil.7.num. 4. Socin. Iun.cons. 93.num.40.volum.3.Roland.à Valle cons.61. num.51.volum.1.& cons.96.num.23.cum seq. volumine 3.Immò verò fortius d. legitimatio facta fuit à dicto Comite cum præiudicio filiarum legitimarum, & ab eis descendentium ipsius Mauri, dicto Comite habente potestatē legitimandi, citatis,& non citatis illis, ad quos hereditas spectaret,extantibus, vel non extantibus fratribus, cognatis, vel agnatis, seu affinibus quibuscunque legitimis & naturalibus,
19 ac etiam inuitis,quæ † verba etiam d.filias includunt,& citationem tollunt,vt per Oldr.consilio 95.in fin. Alexand.in l. si pacto, quo pēnā. in vltimo not. C.de pact.cum aliis per Dec.& Cagnol.in l. qui potest inuitis.ff.de regul.Iur.
20 & Mars.singul.30.& certum est potestatē † Comitis legitimantis totam pendere à facultate sibi concessa, vt tradit Socin.cons.147.colum. fin.& cons.212.in princi.& colum. penul. volumine 2.cons.63.numero. 3.volum.4.Cast.& Aret.in d.§.& quid si tantùm.in fin.Paris.d. cōsil.7.numero 50.Rimi.meus cons. 41. numero 7.Bald.ante prędictos in c.1.§.naturales. si de feud.fuer.contro. Bero. cons. 171. numero 8. cons.177.numero 70.volumine secundo. Vn-
21 de tenor † priuilegii Principis concedentis facultatem Comiti legitimandi diligenter inspici debet, & attendi, vt tradit Dec.cons.186. nu. 6.& cons.316.col.2.Ruin.cons.75. nu. 22. volum.3.Soc.Iun.cons.120.n.6.cons.121. nu.15. vol.2.Bero.cons. 171.num.14.vol.2. Roland.à Valle cons.96.nu.6.volum. 3. Ergo in summa patet,non esse extra casum Cast.in d.§. & quid si tantùm,& Socin.in d. consilio 246. quos citat Cotta, nosque versari in casu suo, & illorum solemnium Doctorum, quos commemorat, qui voluerunt, legitimam minui legitimis per legitimatum,& sic ipsum in ea partem facere,quod est valde notabile. Et licet in d.legitimatione post illa verba, & cum præiudicio filiorū legitimorum ipsius Mauri, subiiciatur,
22 † quò ad ea bona,de quibus liberè potest disponere,non tamen inde fit,quominus remaneat & dicatur legitimatus d.filius Mauri stantibus amplis verbis supra commeratis,& aliis, quæ in legitimatione leguntur, licet effectus successionis fuerit limitatus ad d.bona,de quibus Maurus liberè potest disponere, vt tradit Castr.cons.221.super puncto.in antiq.Roman. cons.82.Curt. cons.73. colum.13.uers. secundo respondemus, Dec. consilio 264.colum. 3. vers.in hoc tamen,cum simil.per Paris.cons.7. nu.16.& seq.vol.2.
23 Nec † insuper ex dictis verbis inferri potest quoad legitimam filiarum stante statuto, quòd filia sit contenta. Vbi videmus, quòd data dote, vel promissa à patre ipse potest liberè disponere, nec filiæ possunt occasione legitimæ, vel eius supplementi quicquam dicere, siue extent legitimi,siue legitimati ab eo,pro
24 ut in casu nostro.Prolata igitur fuerunt † illa verba respectu bonorum feudalium,seu fideicōmisso subiectorum, de quibus pater non potest liberè disponere, iuxta not. per Doctores max.Socin.Iason.& Galliaul. in d.§.& quid si tantùm,columna antepen.& per Dec.cons.55. colum.1.in fin.cum non sit credendum † legitimantem voluisse conferre beneficium cum alterius iniuria.l.2. §. si quis à principe.ff. ne quid in loc.publ.l.nec auus.C.de eman.lib.cū simil.quæ de legitimatione loquens congerit Cephal.cons.186.num. 31. non autem respe-
26 ctu legitimæ, † in qua filiæ non dicuntur habere spem de iure probabilem uiuente patre. l.1.§.si impuberi.ff.de colla. bon. & ibi Bar. & in l.lex cornelia.vbi pariter Bald.Ang.& Imol. de vulg.& pupil. cum simil. à me cumulatis.in tit. quib.alien.licet. in princip. numero 264. quibus addo Cephal.consilio 214.numero 8. & Senat.Pedemont.decis.172.numero 15.tantoque magis stante dicto statuto. Quod statutum cum sit multùm vulgare in hac ciuitate,& ipse Comes esset Ferrariēsis & Iureconsultus
27 clarissimus, pręsumitur † illud sciuisse, vt per Fel.in c.fi.de re iudic.& Gozad. in terminis nostris consilio sexto, numero 73. vers. secundò,conclusio.

Et

Et tenendo hanc partem non obstant contra
28 ria, nam ad primum quo dicitur † facultatem legitimandi concessam non intelligi datam existentibus filiis masculis, secundùm Castr. d. consilio 223. responderetur, nos esse extra hunc casum: quia data est facultas legitimandi extantibus, vel non extantibus fratribus, & aliis quibuscumque agnatis legitimis & naturalibus qđ vtiq; pôt Imperator, vel Papa concedere, vt tradit Bald. in l. cum filium. ff. de test. milit. & Deci. consilio 287. numero 6. vnde non sumus in simplici facultate legitimandi, sed cũ expresione legitimorum filiorum existentiũ meritò cessat decisio Castrensis in casu nostro,
29 expressa † namque nocent, quæ non expressa nocerent. l. expressa. ff. de regul. iur. & sepænumero effectus rei mutatur ex eo quod expressum fuit, quod absque expresione non subintelligitur. l. si in diem. §. fin. ff. de cond. & dem. l. si quis Sempronium. ff. de hæred. instit. cũ sim. per Dec. in d. l. expressa. & not. Ias. in l. 3. §. filius ff. de lib. & posth.
30 Cessat & † alia quoque decisio Castrensis in d. §. & quid si tantùm, col. pen. ex supra traditis post Catellianum Cottam, qui respondet, vt supra retuli: & stante potestate legitimandi
31 amplè concessa d. Comiti per Sum. Pont. † nulla lege communi, vel speciali, & feudali in corpore iuris clausa, vel non clausa obstante, vt in priuilegio patet, dicendum est per legitimationem secutam potuisse filiabus etiam in legitima præiudicari, prout in terminis latè tradit Gozad. d. conf. 6. maximè verò nu. 4. iuncto n. 68. & per Ias. cõs. 68. col. 5. vers. quartò moueor volum. 3. & tex. in §. generaliter. & ibi Ias. citati procedunt in simplici renuntiatione facta ꝑ filium, quæ ad legitimam non porrigitur: ibi enim non reperitur derrogatum legibus de legitima loquentibus, prout in casu nostro.

Ad tertium verò de sententia lata respondetur, quòd non ita dicit, prout adducitur, scilicet quòd d. filiæ debeant habere integram legitimam, sed tantum, quòd ascẽdat ad supplemẽtum legitimæ sibi competentis, quod longè di
32 fert ab integra legitima; nam legitima † competens filiis est pro eorum nu. puta si tres sunt (vt in casu nostro computato legitimato, qui facit partem, vt ostendi) tertia pars inter eos ex ęquo diuidenda. §. 1. in aut. de trient. & semi. vult ergò sententia, quòd Maurus teneatur relinquere filiabus tantum, quòd ascendat ad supplementum legitimæ illis competentis, hoc est duarum partium ex tribus tertię partis, non autem dicit, quòd totam tertiam partem bonorum habere debeant. Confirmatur: quia licet dici posit, sententiam prædictam recedere à statuto prefato, quòd filia sit contenta, quatenus illud non vult, quòd stante legitimato de consensu patris filia occasione legitimæ quicquam dicere posit: Hęc autem sententia vult, quòd posint istæ filiæ habere supplementum, tamen nõ apparet expresè, quòd voluerit hæc sententia recedere à modo taxato de iure circa legitimã, qualis est, quòd diuidatur ex ęquo inter filios d. § 1. ergo d. sentẽtiam in hoc de-
33 bemus † interpretari secũdum ius commune, prout in statuto & lege tradit Imol. in l. si uerò. §. de viro. colum. 3. ff. solut. matrim. Soc. consil. 52. colum. fin. uolum. 3. Gozad. consi. 19. num. 18. Paris. conf. 91. num. 12. volum. 3. Deci. in l. 1. not. 1. secunda lect. C. qui admitti. & sic uoluit hęc sententia, quòd d. filiæ habere debeãt supplementum legitimæ sibi competentis pro ut de iure sibi competit pro numero trium filiorum, prout sunt d. legitimato computato, non autem quòd totam legitimam integram ipsæ consequantur: non enim hoc vltimum dicit
34 sententia, sed primum tantùm, cum † ad intellectum iuris sit referenda. l. miles. §. decem. ff. de re iud. Anch. conf. 6. viso themate. Socin. conf. 134. colum. pen. in princip. & ita declarando exceptio per Maurum opposita non est impugnatiua sententiæ, vt dicitur, immo uerò compatiens illi atque ob id admittenda.
35 Ad ultimum verò †, nunquid dictus reuerendisimus Do. Iudex supplementum legitimæ dare uoluerit filiabus: quia visum fuerit eas incõgruè dotatas fore, & in magno excessu, iux. consi. Cast. & sequacium, non curo: quia si computatis pecuniis habitis non habuerunt supplementum legitimæ sibi competentis, hoc est duarum partium ex tribus tertiæ partis bonorum, vt supra declaraui; Maurus est contentus post mortẽ suam id, quod deficit, præstare.

*Hipp. Rimin. Ferrar.*

## Pro magnifica communitate Saxoli.

### ARGVMENTVM.

De probatione facienda per actorem. In materia priuilegii nonulla. Qui uult agere vigore alicuius contractus debet prius ostendere se adimpleuisse pro parte sua. In negotio uniuersitatis tractando requiruntur duæ partes ex tribus consilii, seu collegii.

**S V M M A R I V M.**

1 *Ferro viam aperit qui argumentatur.*
2 *Veritas disputando facilius inuenitur.*
*Item magis in lucem venit, ibidem.*
3 *Veritas non debet taceri ad incommodum proprium.*
4 *Iudex eam inuentam debet sequi.*
*In ore principum firmior est veritas. ibidem.*
5 *Breui quadam manu acciperet.*
6 *Compositio facta à communi congregat. Consilio ad sonum campanæ valet.*
*Item venditio rerum immobilium ipsius communis fieri*

*fieri pōt authoritate consilij, apud quod est omnis potestas. ibidem.*
*Sed respondetur, & declaratur nu. 27. & seqq.*
*Hominibus consilij dicentibus se repraesentare ipsum commune, & gerere negotia credendum est. 7.*
8 *Scriptura cōtinēs certū tenorē instrumēti ad quod se refert de se satis probat, licet de illo nō appareat. Contrarium nu. 38. & seq.*
9 *Ex diutina solutione inducitur obligatio.*
10 *Per solutionem videtur quis ratificare conuentionem factam.*
11 *Qui tenetur aliquid praestare, si tempore praefixo non praestat, dicitur spoliare, & vim facere.*
*In quo sunt opin. an possit agi possessorio. ibidem.*
*Datur tamen quidam status, ad quem peti potest, vt fiat restitutio. ibidem.*
12 *Allegans aliquid tenetur illud probare.*
*Item quis tenetur probare, quod est fundamentum intentionis suae, ibidem.*
*Actore non probante reus debet absolui, etiamsi nullum ius habeat. ibidem.*
13 *Ius non est metiendum ex persona rei, sed actoris.*
14 *Paria sunt, quòd actor non probet, & eius probatio non concludat.*
15 *Probatio obscura & incerta non releuat.*
16 *A' Priuilegij verbis non est recedendum.*
17 *Tenor priuilegij debet attendi.*
*Verba eiusdem sunt inspicienda. 18.*
*Natura priuilegij est stricti iuris, 19.*
20 *Abutens priuilegio debet illud amittere.*
21 *Ob publicam vtilitatem quis potest re sua priuari à Principe.*
*Quo casu habet ius contra Principem, & eius successores. 22.*
23 *Quando quis virtute alicuius cōtractus agere vult debet prius ostendere se impleuisse pro parte sua, si ad aliquod implendum tenebatur.*
*Et hoc ampliatur procedere, etiam si quis fuerit impeditus implere pro parte sua. 24.*
*Quando quis debet dare, & recipere, semper prius debet offerre, & pro parte sua implere, nu. 25.*
26 *Doctor si vult consequi salarium non debet à lectura cessare, sed pro parte sua prius implere.*
27 *In repraesentanda vniuersitate duae partes ex tribus consilij requiruntur.*
28 *In instrumēto cōmunitatis satis est, quòd notarius dicat, vniuersitatem, collegium vel capitulum tale aliquid fecisse, licet aliud non dicat.*
29 *Cap. 8. communis Saxoli inducitur, & cap. 9. eiusdem communis, nu. 31.*
30 *Illud dicitur traditum pro forma, cum vltra proceditur annullando.*
32 *Vbi inducitur aliquid de nouo cum certis modificationibus, datur forma.*
33 *Negatiua probatur, quando aliquid in scriptura non reperitur.*
34 *Pro solemnitate extrinseca non praesumitur propter euidentiam facti.*
35 *Productio eorum, in quibus citatio non reperitur, arguit eam non interuenisse.*
36 *Vbi fit actus ab vniuersitate contra formam requisitam à statuto vniuersitatis, debent oēs de collegio vel vniuersitate esse praesentes.*
37 *Si vnus deficit in eo, ad quod tenetur, alter deficere potest.*
39 *Ex verbis relatiuis facti fundamentum suscipi non potest.*
40 *Verba enunciatiua, & narratiua notarij nō probāt.*
41 *Iuri exigendi praescribitur. 30. annis.*
42 *Ex praestatione facta ex titulo inhabili nullum ius acquiritur.*

## CONSILIVM CCXXXI.

*Auxilium meum à Domino.*

QVE sicut à me Illustris ac potēs D. Gibertus Pius de Sabaudia Saxoli dominus, an illi de Bertoiis aliàs de S. Cassano habeāt ius exigēdi taxam unius equi ī potestaria Saxoli, an verò exactio d. equi vnà cum residuo aliorum equorum, qui singulis annis exiguntur, potius ad d. potestariam pertineat.

1 Et qm̄ † ferro viā aperit, qui argumentatur, vt inquit Bal. in l. precibus. col. 9. vers. modo cōtra. de impub. & al. subst. Cur. Iun. consi. 78. in princ. & in tract. de posit. in princ. nu. 9. Rol. à
2 Valle cons. 47. n. 7. & consi. 100. n. 1. vol. 2. † veritasque disputando facilius inuenitur, vt tradit Bar. in l. munerū. §. mixta. ff. de muner. & honorib. Soc. Iun. consi. 128. nu. 176. vol. 1. Corn. cons. 5. in prin. vol. 3. magisq; in lucē venit. c. graue. 35. q. 9. Alex. cōs. 51. in prin. vol. 4. Rol. lo
3 eo citato nec † taceri debet etiā ad incomodū propriū. l. 2. vbi Dec. C. de eden. & in c. qm̄ cōtra, n. 4. de probat. Ias. cōl. 77. col. 1. vol. 1. Ceph. cōs. 170. n. 41. meritò arguā adutranq; partem, vt sic inuenta veritate Illust. princeps D. Giber
4 tus, corā quo res agitur † eā sequatur, & attendat, firmior. n. dēt esse veritas in ore principū, vt tradit Bal. in c. primo §. & quia vidimus, qui feud. dare poss. sequitur Campeg. inter consilia Bruni consi. 2. nu. 28.

Videtur ergo prima cōsideratione dicēdū, fundatā esse intētionē dictorū de Bertoiis, seu de S. Cassano: qm̄ cū aliàs illis esset concessa exemptio per Illustr. Ducem Borsiū solutionis taxae duorum equorum de anno. 1463. & hinc aliq errores emanassent, ad eos tollēdos uenerunt ad quādam cōpositionem cum cōi & hominibus Saxoli de anno. 1572. ī qua cōuētum fuit, q̄ ponerēt bona sua in aextimo Saxoli & soluerēt taxas equorū, prout ante d. exemptionē faciebāt, cū hoc q̄ ipsi de S. Cassano postmodū haberēt taxam in cōmuni Saxoli pro duobus equis, qđ nihil aliud fuit dicere, quā q̄ ipsi sol
5 uebant per aextimū redimerēt † breui quadam manu, prout in simili habetur in l. 3. §. sed si debitorē. ff. de donat. inter vir. & vxor. & in l. singularia, vbi Bar. Ias. Dec. D. meus Rimi. & alii. ff. si cert. pet. & sic q̄ essent exēpti sicut erant ante facti per D. Illustrissimū Ducem Borsiū à

taxa d. equorũ, unde ſi prętẽdũt nũc ſibi cõpetere exactionem unius equi virtute d. compoſitionis de duobus loquentis (quæ exactio poſtea ad vnum fuit reſtricta, vt mox dicam) vtiq; debenr exaudiri: quia de validitate dictæ compoſitionis non videtur dubitandum, cum facta
6 † fuerit inrer ipſos de ſancto Caſſano, & commune Saxoli congregato conſilio ad ſonũ cãpanæ, & ut moris eſt. l. fi. C. de iur. reipub. libr. 11. & tradit Bar. in l. fin. C. de vend. reb. ciui. eod. lib. vbi dicit, quòd venditio rerum immobilium ipſius ciuitatis fieri poteſt auctoritate eius conſilii, apud quod eſt omnis poteſtas, tantoque magis: quoniam in præſtatione dictę cõuentionis aſſerunt homines communis Saxoli ſe repræſentare ipſum commune, & gerere
7 negotia d. cõmunis Saxoli, quibus † in hoc credendum eſt, vt per Bar. in l. ambitioſa. col. pen. nu. 27. ff. de decre. ab ord. fac. ſequitur Soc. cõſ. 84. colum. 3. volum. 3.

Secundò confirmari videtur inrentio dictorũ de ſancto Caſſano ex ſubſcriptione cuiuſdã quondam Don Iacobi de Auento facta priuilegio exemptionis prædictæ de anno. 1485. ubi atteſtatur, quòd Andreas de ſancto Caſſano ſu præſcriptus, & conſortes habent facultatem exigendi taxam vnius equi ex duobus, de quib. in d. priuilegio: quia exactio alrerius equi pertinet ad Illuſtriſsimum Ducem uigore renuntię factæ per ipſum Andream & cõſortes d. Duci, vt conſtat ex inſtrumento per ipſum notariũ rogato: cum enim dicta ſubſcriptio contineat certum tenorem d. inſtrumenti, ad quod ſe re-
8 fert, non eſt curandum, † ſi de illo non apparet, ſed ſatis de ſe probat, vt nor. Bald. in l. 1. ad fin. C. de Epiſc. & cleric. ponit Aret. conſi. 76. columna 2. latè Dec. conſ. 169. columna 3. & in auct. ſi quis in aliquo. circa fi. C. de edé. Crauet. cõſ. 29. & in tract. de antiq. temp. in 5. par. nu. 80. Bello. cõſ. 36. & in terminis propriè de ſcriptura notarii tradit Caſt. cõſ. 17. in cauſa decimali. colum. fin. verſus fin. volum. 2.

Tertiò accedit diutina exactio facta per d. de ſancto Caſſano, & præſtatio ſibi facta per d. commune Saxoli de taxa d. equi per 10. 20. 30. annos, & longè vltra à tempore d. conuentionis, vt allegant ex cauſa d. conuentionis, me-
9 ritò ex tali † diutina ſolutione facta per d. commune ex d. cauſa debet eſſet inducta obligatio vt & in futurum d. commune teneatur, vt tradit Bart. in l. cum de in rem verſo. circ. fin. ff. de uſur. in ea quæſt. de ruſtico, quod per 10. annos & vltra ſoluit ſingulis annis vnum par caponũ quem ſequitur Sal. ibi nu. 12. pluraq; id genus ſimilia cumulat Iaſ. i l. ſi certis annis C. de pact.
10 colum. 3. Ratioque poteſt aſsignari: quia † per d. annuas ſolutiones uidetur communitatis Saxoli ſic d. cõuentionẽ ratificaſſe, vt non poſsit amplius negare ſe non teneri iux. not. in l. ſed Iulianus. ad fin. ff. ad Macedon. l. 5. §. 1. ff. de policit. Rip. in l. ſi inſulam, num. 7. ff. de verb. obli.

Cephal. conſ. 98. nu. 17. Quinimò d. communitas Saxoli denegando præſtare d. Bertoiis, ſeu de ſancto Caſſano d. ſolutionẽ taxæ vnius equi
11 dicitur † eos ſpoliare, & ſibi vim facere non ſoluendo huiuſmodi pręſtationem tempore præfixo, vt tradit Bald. in c. querelam, de elect. & licet ſint opiniones, an poſsit agi poſſeſſorio, ꝑ ut refert Felin. in c. conqueſtus. col. fin. de for. comp. tamen eſt dare quẽdam ſtatum, ad quẽ peti poteſt, vt fiat reſtitutio, prout eſt tex. quem ſic intelligunt Butr. Card. & Abb. in d. c. querelam, & latè ſequitur deciſ. Neap. 395. col. 3. concludens aduerſus vniuerſitatem, quòd condẽnari debeat ad reponendum aduerſarium in poſſeſsionem percipiendi quaſdam ſolutiones faciendas ex pretio ſalis vendendi. Vnde ſic videtur in caſu noſtro dicendum contra communitatem Saxolli ad fauorem iſtorũ de Bertoiis.

Iſtis tamen non obſtantibus uerius eſt dicendum, quòd iſtis Bertoiis non competat de iure iſtud ius exigendi taxam vnius equi in pote
12 ſtaria Saxoli, moueor in primis, nam cum † id allegent, tenentur id probare, cum ſit intentionis ſuæ fundamentum. l. 2. ff. de probat. l. actor. C. de probat. nam ſolùm ius actoris conſideratur, etiam quòd conſtet, reum nullum ius habere. & ideo ſi actor ius ſuum nõ probet, reus debet abſolui, vt tradit Dec. in l. qui accuſare
13 nu. 14. C. de eden. ius † enim non eſt metiendum ex perſona rei, ſed actoris. l. 1. in prin. ff. ſi pars hæredit. pet. l. militis codicillis. ff. de teſtamento milir. l. uti frui. ff. ſi vſufr. petar. l. fin. C. de rei vin. Dec. in rub. C. qui admi. n. 38. Idẽq;
14 iuris eſt, ſi † probationes actoris non concludant, vt in caſu pręſenti: quia probatio non cõcludens non eſt probatio. l. non hoc. C. vnde legit. c. in præſentia. de probat. uel ſaltem velut
15 † obſcura & incerta non releuat, ſecundũ Ancha. conſi. 64. col. 5. conſi. 143. col. penul. Alex. conſ. 73. nu. 8. vol. 5. Ruin. conſi. 69. nu. 11. vol. 4. priuilegium enim Borſii, quod adducunt, nõ loquitur de tali exactione, ſed de releuamine ab onere ſoluẽdi taxam duorum equorũ facto ipſis de ſancto Caſſano, quę valde differũt exigere, uel non teneri ſoluere. Vnde ſuccedit tex. in l. quod conſtitutum. ff. de teſt. milit. & quod
16 ibi not. Bald. dicens, quòd † à uerbis priuilegii recedere non debemus, nec poſſumus priuilegia extendere, & quòd ita quotidie allegatur per aduocatos. Imprimis enim debet atten-
17 di tenor † priuilegii. c. porrò. de priuil. c. primo, de duo. fratr. à capi. inueſ. Bald. conſil. 207. Quæſtio eſt, volumine ſecundo, Roma. conſilio 33. Iaſ. inter conſilia Brun. conſilio 9. columna prima, uerſ. planum eſt autem. Caſt. in l. fideiuſſores. §. fin. numero tertio, ff. de fideiuſ. Decii. 193. numero primo, Franciſcus Becius conſilio 36. numero quinto, Berous conſilio 176. numero 19. uolumine ſecundo, &
18 diligenter eius † uerba ſunt inſpicienda. cap. accepimus. de fide. inſt. capitulo recepimus, de

priuil.

priuil. Dec.consilio 392. num. 3. consilio 534. nu.4.cum simil. per Tiraquel. in l. si vnquàm. ver. libertis.num.8.C.de reuoc.don.& Paseth. consilio 18. nume. 14. Idque natura priuilegii
19 dictat, quæ † stricti iuris est, vt not.Bal.in l.1.in prin.per illum tex.C.de legib.& ideo debet stri ctè interpretari, vt de priuilegio exemptionis decimarum Oldra.tradit consilio. 248. Roma. consi.180.ad.fin.Dec.consi.147.colum.2. Nat ta consi.242. colum. 2. amplians id procedere tametsi videatur subesse eadem ratio secundū Butri.in c.sanè, per illū tex.de priuil. Quinimò cum dicti de Bertoiis ampliauerint d. priuilegium limitatū, extra limites suos id prorogan do, volentes exigere taxam vnius equi vigo-
20 re eius debent in totum † illud ammittere pro pter eius abusum.l. eos, cum seq. C. de aqueduct.lib.11.& ibi tradit Ioan.de Platea. sequi tur Ruin.consilio 28.num.5.volumine 1. dixi consilio 18.num.94.& nunc addo Beroum con silio 175. num.23.volum.2. consi.76.nu. 11. & consilio 144.num. 17.volum. 3. & sic amplius immunitate prædicta taxæ duorum equorum gaudere non debent.

Secundò confirmatur, quòd id ius exigendi taxas equorum fuit assignatum per Illustrissimum Ducem Herculem primum prò introitu ordinario illustri quondam Do. Giberto Pio auo paterno præsentis Illust.D.Giberti in permutatione Saxoli cum dimidia Carpi, & vt vni ret totum dominium Carpi sub ditione sua D.
21 Illustrissimus Dux. Vnde cum † id factum sit ex causa publicæ vtilitatis.l.si.C.de sacrosanct. eccl. vtique si quod ius habebant in exactione dicti de sancto Cassiano, eo fuerunt priuati, iux. not.per Bar.in proœm.ff.orum, & per omnes Ca no in c.quæ in ecclesiarum.de const.Castr.con silio 178. Donatio prædicta.consi.229. Visis & ponderatis, col.2.& consi.287.primum dubiū. col.1.vol.1.Ias.in l.Barbarius.col. 6.vers. circa duas.ff.de off.præt.Dec.consi.361.colum.pen. & consi.588.col.3.Crauet.consi.5.nu.4.latèq; dixi consilio 45. numero 67. solumque posset
22 eius superesse ius † cōtra d.D.Ducem, uel eius successores ad æstimationem illius exactionis, iux.not.per doctor.in d.cap.quæ in ecclesiarū. & per Dec.consi.357.colum.penul.Crau.consi. 95.num.7.de qua re latius dixi consi.45. num. 88.ad quem locum lectores delego, sed quan tū sit respectu Illustris D.Giberti, aut commu nitatis, Saxoli, nil dicere possunt.

Tertiò moueor: nam, prout apparet in allegata cōpositione per istos de Bertoiis, dictum fuit, & conuentum, quòd Andreas & consortes de sancto Cassiano habeant taxam in commune Saxoli pro duobus equis, secūdum & prout habent alii stipēdiari allogiati in d.communi Sa xoli, & quod ipse Andreas, & consortes soluant & cōferāt pro toto eorū æxtimo ad taxas equo rum prout, & sicuti faciebant ante ipsam exem ptionem, & vt faciūt, & conferunt cæteri homines de Saxo. vnde si uolent isti de Bertoiis age re uirtute d.conuentionis, clarum est, ꝙ prius ostendere debent se impleuisse pro parte sua id ad quod tenebantur, scilicet contribuisse ad ta xas equorum cum toto eorū æxtimo; quia quā
23 do quis † virtute alicuius cōtractus agere vult debet prius ostendere se impleuisse pro parte sua, si ad aliquid implendum tenebatur, tex.est & ibi not.Bald.in c.1.quod domi.propri.feud. Bal.in l.stipula.talium.ff. de iur. dot. & in auct. dos data.C.de donat.ante nupt.Socin.consilio 273.col.2.uol.2.& in not. q. decidit Alexand. cōsi. 119. col.2.vol. 1. quē sequitur Deci.cōs. 421.col.2.de illo qui promisisit dare certā quā titatem olei in ciuitate Forliuii Sempronio cū hoc, quòd ille Sempronius sibi consignaret 8. petias Panni in ciuitate Firmi, concludit enim ꝙ d.promissio olei fuit cōditionalis, & peti nō posit oleum, nisi prius fuerit facta consignatio Panni in d.ciuitate Firmi, & sic secuto adimplemento pro parte agentis ad ipsum spectan te, quinimo sic adeo vera est dicta conclusio, ꝙ
24 † procedit etiam, si quis fuerit impeditus implere pro parte sua id, ad quod tenebatur: non enim per hoc sibi competit actio, priusquam impleuerit, licet enim impedimentum excuset à pœna, vel mora, non tamen facit vt impedito competat actio si non impleuerit, vt notabil. declarant Butr. & Abb. aduersus Hostiens.in c.sicut, colum. 2. de iureiuran. quos sequitur Natta consi.451.nu.38. Sic ergo in ca su nostro dicendum est, tantoque magis, quòd illa cōuētio fuit contractus innominatus de cō ferendo ad taxas cū toto æxtimo, vt taxas duorum equorum exigerent, & sic facio vt des, vel do, vt des. Vnde sequitur tex.& ibi glos. not.in l.ædiles §. fin. ff. de ædil. edict. quòd quando
25 † quis debet dare, & recipere, semper prius de bet offerre, & pro parte sua implere. Hinc Ric car. Malum. Alber. Fulg. & Cepol. dicunt ibi,
26 quòd † Doctor si vult consequi salarium, non debet à lectura cessare, sed pro parte sua prius implere, idemque tradit in alia q. Aret.cōs.70. col.2. sed non probant Bertoii pro parte sua ad impleuisse conuēta, immo verò patet cōtrariū de quadā possessione & prato dictorū de san cto Cassiano tētis exemptis, & pro quibus nihil contulerunt in cōmune Saxoli pro taxis equo rū, prout in facto supponitur. merito ex d. con uentione agere non possunt.

Et quoniā in resolutione contrariorū veritas clarior apparebit, & cōclusio superior ad fa uorem cōis Saxoli magis confirmabitur, non di utius immorabor ea dissoluere. Ad primū igit dico, ꝙ super dicta cōuētione nullū possūt fun damentū summere d.Bertoii: qm̄ de iure & ex forma capitulorū cōmunis Saxoli nō ualuit, cū
27 duæ † partes ex trib. nō interuenerint, put de iure cōi requiritur. l.quod maior. ubi glo. Bar. & alii not ff.ad munic.per l.nulli.ff.qd cu.vniu. nom. ibi, cum duæ partes adessent, & ista est

communis opin. Canonistarum,& legistarum, vt Abb. dicit in c. cum omnes. de const. vbi latè Fely. Dec.& alii tradunt,& idem testatur Abb. in c. 1. circa fin. de his quæ fiunt à prel.& Dec. consi. 466. num. 12. Idemque ponit Nata consilio 192. vbi tamen addit vnum notabile, satis
28 esse, quòd † notarius dicat vniuersitatem, Collegiū, vel capitulū tale quid fecisse, licet aliud non dicat, per rationes, quas adducit post Oldra. consi. 100. Ioan. Andr. in ad. specul. in tit. de Syndi. in addit. magna, quæ incipit porrò, cum simil. per eum. quod in casu nostro non interuenit, cum quidam particulares de communitate fuerint nominati sine expresione, quòd fuerint duæ partes ex tribus: Confirmaturque
29 ista conclusio per capitulum 8. † communis Saxoli, quo cauetur, non posse fieri aliquod consilium, quod valeat, nisi duæ partes fuerint coadunatę,& sic tale capitulum concordat in hoc
30 cum iure communi, dicitur hoc † pro forma tradere, cum vltra procedit annullādo, iux. not. per Bal.& alios in l. 1. ff. de lib.& posth. Felin. in c. cum dilecta. de rescript. colum. 8. versicul. 5. signum. Socin. consilio 24. colum. 7. volum. 1. Natta consilio 59. num. 13. Burs. consilio 74. numero 50.& Vasquius de successio. creationi, libr. primo. §. 7. numero 18. dicēs ꝙ talis forma nullam admittit interpretationem, aut dispensationem, & quòd hæc est uera & communis opin. quam tenet insuper Ruin. in rub. ff. de verbo. obligatio. Ceph. consilio 438. numero 9. & latius in terminis nostris comprobat Dec. in d. consilio 466. numero 12. cum seq. Quinimò patet ex tenore d. conuentionis, eam fuisse fa
31 ctam contra formam † capituli 9. communis Saxoli, quo cauetur, partitum,& deliberationē debere obtineri per viam fabarum,& quòd prę sentia & cōsensus syndicorum debeat interuenire, nec Massarius posit dare fabam, nec ꝙ aliquis de consilio interesse habens super re tractanda in consilio pro illa vice posit interuenire,& vltra quod d. capitulum pariter procedit vlterius annullando, & sic dat formam pa
32 tet. † inducendo quædam de nouo cum certis modificationibus, vt in eo, quicquid ibi exprimitur, censetur esse datum pro forma: vt tradit Anch. consilio 242. ex tenore, circa fin. Dec. consilio. 262. columna 2. sed hæc conuentio sine fabis procesit,& sine sindicorum interuentu, prout ex tenore scripturæ d. conuentio-
33 nis probatur † hæc negatiua. Vbi hoc non repetitur, iux. not. per Bar. in l. fi. C. de reb. cred. Are. consilio 133. columna pen. Dec. in l. iustam C. de eden. consilio 424. num. 19. Cur. Iun. consilio 106. cum simil. per. Dec. Paris. & alios in c. quoniam contra, de proba.& istud procedit nō obstante temporis antiquitate decursi ab illa conuentione citra: quoniam ex quo illa producitur, per cuius inspectionem patet defectus d. solemnitatis extrinsecæ, ex quo in ea non enū-
34 ciatur, vtique † pro ea nō præsumitur propter euidentiam facti, quæ tollit omnē præsumptionem contrariam, cum nulla sit maior probatio, ita Castr. consilio 50. in causa quæ vertitur, col. quinta in antiquis. sequitur Ias. in l. 1. C. qui adm. limit. 5. Dec. nu. 7. lectura prima, numero 79. lect. 3. Claud. Aqu. in l. sciendum. ff. de ver. oblig. num. 22. Alex. consi. 1. uol. 4. col. penul. Rimi. meus patruus magnus consilio 461. numuro 13. consi. 571. numero 11.& infiniti alii quos citat Soci. Iun. consilio 56. num. 22. uol. 2. vbi dicit hanc esse magis receptam opin. quā tenet insuper latè Crau. in tract. de antiq. tem po. par. 2. nu. 28. Bursat. consilio 23. num. 16.& aliis exornat Senat. Pedem. decis. 173. num. 6. & de plano procedit in solemnitate, quæ cum ipsa scriptura annecti solet, non autem de illa fieri separata scriptura, vt hoc casu loquit Cast. in d. consilio. 50. de citatione, quæ in actis re-
35 digitur, meritò † productio eorum, in quibus citatio non reperitur, arguit indubitanter eam non interuenisse, non obstante lapsu temporis: Et ita Crot. declarat in d. l. sciendum, num. 12 & ante eum Bru. in tract. de forma, & est de mente Fely. in c. sicut, nu. 33. ad fin. versic. si autem de solemnitate. de re iud.& Deci. consilio 409. num. 12. cum simil. hæc enim solemnitas præsentiæ, & consensus aliquorum, vt Syndicorum, in casu nostro,& modus, vt per fabas, solet in actu & scriptura sua annecti, non autem separatim. Rursus apparet in d. compositione interuenisse Massarium tunc temporis,& Gasparem de sancto Cassano pro parte d. communis, quod prætendebat interesse in illo negotio respiciente illum,& alios de sancto Cassano contra expressam formam d. cap. 9. meritò non ualet d. conuētio. licet duæ partes ex tribus interuenissent, cum tali casu quando fit
36 actus † ab vniuersitate contra formam requisitam à statuto uniuersitatis debeant omnes de collegio, vel vniuersitate esse præsentes, vt singulariter uoluit Bar. in l. obseruare. C. de decu. lib. 10. not. 3.& post eum Dec. in c. cum oēs. de const. limi. 18. num. 13. Vbi ex hoc dicit, quòd cum aliàs Senis esset facta conducta cuiusdā Doctoris non seruata forma statuti, dicebatur non esse derogatum illi statuto, ex quo omnes non interuenerant, vt ibi per eum, quod dicit esse notabile.

Secundò respondetur principaliter, quòd licet (sine veri prȩiudicio) valuisset d. conuentio, tamen ex quo dicti de sancto Casano & Bertoii eam non seruarunt, vt supra in tertio fundamento dixi, vtique nec cōmune tenetur illis eam seruare, maximè cū simus circa capitulū connexum, hoc est obligationem respectiuā, quia commune conuenit, vt illi de sancto Casano haberent taxam pro duobus equis: quia illi promiserunt conferre cum toto eorū
37 æxtimo ad taxas equorum sicut alii, meritò † si in eo defecerunt,& Commune potest deficere in eo. l. cum proponas. la prima. & ibi Pet. Saly.

Fulg.

Fulg. & Alex.col.1. C.de pact. quia frangenti fidem fides frangatur eidem,prout ibi no.Doc. max.Iaf.latè col.2.

38 Ad secundum verò respondetur, quòd † illi attestationi notarii sine testibus non creditur iux.glo.in c.post cessionem.de probat. & probatur in auct.de hæredi.& falci.in §. sancimus.

Secundò respondetur, q̃ illa verba Notarii sunt merè relatiua facti absque eo, quòd ipse vel partes in eo se fundent,quo stante non po-
39 test † ex eis fundamentum suscipi,dato quòd essent uerba legislatoris,nedũ Notarii,iux.gl. not.in l.unica.C.quando non peten.par.quam doctores sequuntur,ut Alexan.Iaf.Dec.Rimi. meus , Cagnol. & alii.

Tertiò respondetur , quòd notarius in d. attestatione sua se refert ad instrumentum per ip-
40 sum rogatum,ergo sequitur, quòd illa † uerba sua enuntiatiua, & narratiua notarii non probant illo instrumento nõ exhibito,ut tradit Ange.in l.si donatio.C.de donat.Soci.consil.266. col.1.Dec.in auct.si quis in aliquo. nume. 33. C.de eden.Grat.respon.28.colum.2.volum.1. cum simili.

Ad tertium , negatur exactio allegata per Bertoios,immo supponitur in facto, quòd à tẽpore permutationis Carpi cũ Saxolo taxę fuerunt exactæ & respectu duorum equorum, de quibus in d.priuilegio Ducis Borsii per potestariã Saxoli & præstitæ Dominis Saxoli, & sic quòd dicti de sancto Cassano,uel Bertoiis nihil exegerunt, meritò cum d. permutatio iam
41 annis 54.sit facta, præscriptum † dicitur esse huic iuri exigendi contra præfatos, si & quatenus aliquod ius prius habuerunt, quod tamen negatur, iuxta not.per Iaf. & Dec. in l.petens. C.de pact.latè Felyn. in c.cum accessissent.de const.Rube.consi.3.consi.75.Crauet.cons.71. col.2.Soc.iun.cons.145.nu.34.uol.1.

Secundò respondetur, quòd ex quo dicti de Bertoiis hoc ius exigendi fundant in d.compositione ( id enim ius priuilegium illis non tribuit, vt supra dixi ) & titulus d. compositionis est inhabilis propter solennitatis defectum , tã iuris communis,quàm capitulorum Communis Saxoli,ut supra deduxi,agiturque de inducenda obligatione contra Commune Saxoli ad fauorem dictorum de Bertoiis ; utique posito quòd de prętatione illis facta constaret, nul-
42 lum † tamen ius esset illis quæsitum , vt declarat Bar.in l.cum de in rem uerso.col.1.in fi. ff.de usur.per l.si certis annis.C.de pact.& hoc idem tradit D.meus Rim.ibi col. fi.dum dicit , quòd præfata procedunt quando causa habilis allegatur,secus ergo si inhabilis,ut in casu nostro;& ex hoc cessat doctrina eiusdem Bar.in d l.cum de in rem uerso.ad fin. de rustico ; quia causa allegata ibi non apparebat inhabilis , parique modo cessat, quod dicebam de spoliatione,cum non dicantur spoliari Bertoii,si ius in exigendo non habent.Et ita concludo de iure tenendum esse.

*Hippoly.Rimin.Ferrar.*

F I N I S



## Series chartarum,

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Omnes ſunt Quaternio, præter, Zz qui eſt Duernio.

VIRTVTI SIC



CEDIT INVIDIA